Universidad de Sevilla
Biblioteca

EYMERICVS

Directorium inquisitorum

1587

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIRECTORIVM
INQVISITORVM
F. NICOLAI EYMERICI
ORDINIS PRAED.

CVM COMMENTARIIS FRANCISCI PEGNÆ
Sacræ Theologiæ ac Juris vtriusque Doctoris.

IN HAC POSTREMA EDITIONE ITERVM EMENDATVM
& auctum, & multis litteris Apostolicis locupletatum.

AD S. D. N. GREGORIVM XIII. PONT. MAX.

ACCESSIT HAERESVM, RERVM ET VERBORVM
Multiplex, & copiosissimus Index.

CVM PRIVILEGIO, ET SVPERIORVM APPROBATIONE.



10935
Bibliotheca
Facult. Philosophiae
Soc. Iesu Cast. Orient. S.I.

ROMAE, IN AEDIBVS POPVLI ROMANI
Apud Georgium Ferrarium M D LXXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BEATISSIMO PATRI ET D. D. GREGORIO XIII. PONTIFICI MAXIMO

FRANCISCVS PEGNA.

DVM Reipub. Christianæ pij principes terra mariq; prępotentes multo militũ fuſo ſanguine catholicę religionis hoſtes aperto marte fortiter debellare contẽdunt, vt Eccleſiæ vnitatem, Sedis Apoſtolicę auctoritatem, tuamq; Beatiſsime Pater poteſtatẽ ab eorũ audacibus, impijſq; conatibus tueãtur, nõ deſunt qui in otio & pace, intra priuatos parietes eorundẽ ſacrę religionis violatorũ nefarias, & verę pietati aduerſas opiniones ſcribẽdo refellant, iura legeſq; vel ad conuertendos, vel ad coercendos eos arment, edoceant, aut interpretentur: vt cum ſe tam eminus quam cominus vrgeri reprimique viderint, poſtquam virtutis amore in officio non continẽtur, ſaltem pœnarum acerbitate, & magnitudine ſupplicij maleficio ſubmoueãtur. Inter hos poſtremos, & ſi infimũ locum & ingenij acumine, & eruditionis ſplendore obtineam, omnia tamen conor libentiſsime, quæ ad reprimendam impiam hæreticorum audaciam, coercendamque immanẽ prauitatem commodoſsima aptiſsimaque eſſe vidẽtur: quod teſtabuntur fideliter, vt ſpero, aliquando nonnulla mea, quæ de pœnis hæreticorum ab exordio naſcentis Eccleſiæ vſq; ad hæc tempora aſsidue meditor: teſtaturque nunc ex parte ille qualiſcunque labor, quem ſuperioribus annis libens ſuſcepi; dum omne meum ſtudium induſtriamque conuerti ad illuſtrãdum Nicolai Eymerici Directorium Inquiſitorum: præclarum ſane & vetuſtate venerandũ opus, in quo ſumma religionis capita continentur, & quæ ad hæreticam iniquitatem coercendam & extirpandam conducunt, pie, & erudite præſcribuntur, & quidquid ad ſacrum Inquiſitionis officium ſecure exercendum exigitur, artificioſe ac methodice demonſtratur: quod cum omnibus numeris abſolutum Romæ eſſet excuſum, id eo potiſsimum nomine Beatitudini veſtræ dicare placuit, vt is auctor, qui religionem Chriſtianam tuetur, & hęreticos fortiter debellare atque coercere demonſtrat, a Sanctitate veſtra, qui in republica Chriſtiana diuinitus es caput conſtitutus, benigne receptus, a tot inimicorum cateruis defendatur, vt catholicæ fidei negotijs non leuem afferat vtilitatem: quod certiſsime futurum ſpero, cum nemo ignoret Beatiſsime Pater te, etſi molle multorum & magnorum totius reipublicæ Chriſtianę negotiorum diſtrictum; illud tamen ſingulari prouidentia quod ad fidem attinet, vigilantiſsime curare, eoque præcipue curam & ſollicitudinem omnem referre, vt cauſæ religionis integræ, abſque nouarum opinionum procellis conſeruentur, incorruptaque & inuiolata fides vbique foueatur ac propagetur. quod vt fiat amplius, Deum Optimum Max. cuius negotia in Eccleſia ſua prudentiſsime & ardentiſsime tractas, precor, vt beatitudinem veſtram diu conſeruet incolumem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad Futuram rei memoriam.

EXPONI nobis fecerunt dilecti filij Populus Romanus, qui Officinam impressoriam erexerunt,& erectam retinent,quòd ipsi non sine magno sumptu librum Directorium Inquisitorum nũcupatum,olim à quon.Nicolao Eymerico ordinis Fratrum Prædicatorum professore compositum,pręcipua catholicæ fidei capita continentem,& ea fere omnia, quæ ad extirpandam hæreticam prauitatem conducunt,tractantem,ac nunc demum à dilecto filio Fratre Paulo Constabili sacri Palatij nostri Magistro diligenter examinatum, recognitum , & approbatum plurimisque Apostolicis constitutionibus Romanorum Pontificum prædecessorum nostror ũ contra hæreticos,& pro officio sanctæ Inquisitionis editis,auctum, ac Scholijs , seu adnotationibus per dilectum filium Franciscum Pegñam iuris vtriusque Doctorem illustratum, in eorum officina impressoria prædicta imprimi faciunt,ac vehementer timent,ne cum primum in lucem editus fuerit,ab alijs etiam forsan corrupte imprimatur,ipsique sua impẽsa, & labore frustrentur.Propterea nobis humiliter supplicari fecerunt,vt eorum indemnitati in præmissis opportune cõsulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati,volumus,& auctoritate Apostolica decernimus,ne prædictus liber tam in Italia,quàm extra,intra annos decem proxime futuros, à die illius impressionis computandos, sub excommunicationis latæ sententiæ,ipso facto incurren.& quo ad existentes in Terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate,vel immediate subiectis,vltra censuram prædictam etiam quingentorum ducatorum auri ipso facto Cameræ Apostolicæ applican.pœnis,sine expressa ipsorum Populi Romani,seu ad id ab eis deputatorum,vel deputãdorum voluntate,& licentia in scriptis habita,imprimi,aut alibi impressum dicto decennio durante,vendi,donari,aut permutari à quoquam possit, aut valeat:ac insuper, vt nemini liceat eidem libro quicquam addere,detrahere,vel immutare,aut inuertere,nullave interpretamenta adiungere,sed prout Romæ nunc impressus fuit,semper,& perpetuo integer,& incorruptus conseruetur,prohibemus,& mandamus: Decernentes transgressores quoslibet prędictas censuras,& pœnas pecuniarias incurrisse,à quouis Sedis Apostolicæ etiã de latere legato,ordinario,vel delegato, aut quocunq; alio ecclesiastico iudice, declarari, aggrauari, & reaggrauari,& ad parendum,soluendumq; pœnam,inuocato etiam,si opus fuerit,auxilio brachij sæcularis,cogi & cõpelli posse,& debere.Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ac etiã iuramento, aut quauis alia etiã Apostolica auctoritate roboratis statutis, & consuetudinibus,priuilegijs quoque,indultis,& litteris Apostolicis sub quibuscunq; tenoribus,& formis etiam motu proprio,& ex certa sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,vel si forsan specialiter alicui esset indultum,& concessum,ne excõmunicari,interdici,declarari,capi,aut arrestari possit,ac aliàs quomodolibet cõcessis, approbatis,confirmatis,& innouatis:quibus omnibus,etiamsi de illis specialis,specifica,expressa,& indiuidua mentio,non autem per derogatorias generales clausulas facienda esset, eorũ omnium tenores,hic pro insertis,& singulariter expresis habẽtes,illis aliàs in suo robore permansuris,hac vice dumtaxat specialiter,& expresse derogamus,cæterisque cõtrarijs quibuscunque.Et quia difficile foret prẽsentes litteras ad quæcunque loca,vbi opus esset, deferri, volumus, & eadẽ Apostolica auctoritate decernimus, earum transumptis,& exemplis,etiã in ipso libro,vel per se solum impresis,plenã & indubitatam fidem in iudicio,& extra adhiberi,quæ eisdem originalibus litteris adhiberetur,si ostenderentur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die xiij. Augusti. M. D. LXXVIII. Pontificatus nostri anno Septimo.

Cæsar Glorierius.

Ego F.Thomas Zobbius Brixiensis, ordinis Prædicatorũ,sacri Palatij magister,testificor,q; sanctissimus Dominus noster Papa Gregorius tertius decimus,(me petente)oraculo viuæ vocis concessit,q; D.Frãciscus Pegña ad publicam vtilitatem,nonnulla suis Scholijs,seu Commentarijs in Directoriũ Inquisitorum editis, et Romæ impressis anno M. D. LXXVIII. addere posset, & detrahere, & aliqua mutare in eis contenta, non obstante superiori priuilegio.

Ita est F.Thomas qui supra.

ILLVSTRISSIMIS AC REVERENDISSIMIS

D. D. Iacobo Episcopo Portuensi Sabello, Joan.Francisco Episcopo Prenestin.de Gambara,Ludouico tt. S. Anastasię Madrutio, Julio Antonio Sanctorio tt. sancti Bartholomæi in Jnsula S. Seuerinę, Petro tt. S.Hieronymi Illyricorum Dezanuncupatis , Joan. Antonio tt. SS. Quatuor Coronatorum, Joan.Baptistę tt.sancti Marcelli,& F. Constantio tt.S.Petri in Monte Auro,presbyteris miseratione diuina S.R.E. Cardinalibusin vniuersa Republica Christiana aduersus hęreticã prauitatẽ Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis,

FRANCISCVS PEGÑA.

PLVRIMA suadebant,Illustriss.& Ampliss.Patres, vt in illustrando & perficiendo egregio Directorij Inquisitorum opere,omnẽ nostrã diligentiam,studium,sollicitudinem & laborẽ adhiberemus. Primũ communis vtilitatis amor,tum non mediocre commodũ,quod inde omnibus hæreticæ prauitatis Inquisitoribus euenturum haud dubie sperabatur:tum vero in primis iustissimum illud vestrũ,pium,ac vere catholicum desiderium,quo tanquam integerrimi, & acerrimi fidei Christianęq; religionis defensores, ob publicam vtilitatem optabatis,vt quã absolutissimũ opus prodiret in lucẽ.Hęc enim effecere,vt plusquã integri quinquenij spatio ex quo cœpimus huic operi illustrãdo operã dare vsq; in præsentem diem nihil magis diligenter cogitauerimus aliud, nihilq; moliti fuerimus prẽter emendationẽ & interpretationem illustris operis , coactique sumus in tenuibus hisce nostris vigilijs è breuitatis sæpe limitibus egredi : tum quia opus ipsum vetustum , & sæpe ob breuitatem obscurũ ita fieri postulabat : tum vt Inquisitoribus valde occupatis satisfaceremus,eosq; liberaremus molestia multorum aliorum librorum euoluẽdorum. In his nostris Commentariis reiecta procul disputandi subtilitate, secuti sumus vt plurimum communes sententias,& eas,quæ sine vllo erroris periculo possint obseruari. In dubiis,& grauioribus causis Inquisitores ad supremum sacrosanctę & generalis Inquisitionis Romanæ Senatum, cui vos prudentissime & vigilantissime præestis, destinamus seu remittimus. In multis stylum & consuetudinem eiusdem sacri & supremi Senatus indicamus,& obseruandũ monemus:ac ita(nisi fallimur)cuncta,Deo Opt.Max.aspirante, disponimus, vt pauci difficultatũ articuli in hac causa parum explicati relicti esse videantur. Quòd si quandoq; forrasis (vt quibusdam videbitur) nimis leniter in nonnullis articulis,ac difficultatibus de puniendis hæreticis locuti sumus, veluti de Hæresiarchis siue dogmatistis,quos nonnulli è nostris curiæ sæculari tradendos omnino arbitrantur,& de aliis nonnullis,vt disputationum series indicabit, non id facimus, ut hæreticis faueamus, quos & acri odio prosequimur, & penitus extirpari cupimus:sed quia nec contrarium aperto iure statutum uidebamus, nec sacri tribunalis Romanæ Inquisitionis usu aut consuetudine receptum, ut uel hac etiam benignitate conuertantur,qui uirtutis & ueritatis amore à maleficio non submouentur.Hoc postremo cupimus,& exoptamus,religiosissimi Principes, vt hos nostros qualescunq; labores benigne(vt soletis) accipiatis, sintque apud Vos uelut certissimum pignus & arrha prompti ac parati animi nostri ad subeunda quælibet alia quamuis grauiora onera, inseruiendumque sacro Inquisitionis Senatui,quotiens & oportuerit & idoneos nos ad id iudicaueritis. Deus Opt. Max. diu Vos conseruet incolumes,vt negotia sua in Christiana Republica,vt facitis, integerrime tractare possitis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN DIRECTORIVM INQVISITORVM NICOLAI EYMERICI PRAEFATIO.

FRANCISCVS PEGNA LECTORI.

EXTITIT olim, lector beneuole, Nicolaus Eymericus instituti Dominicani acer hæreticæ prauitatis in regnis Regis Aragonū Inquisitor, Pont. Max. Vrbano v. & Gregorio xj. Regique Aragoniæ Petro eius nominis quarto, carus. Hic opus edidit, quod Directoriū Inquisitorū appellauit, quo vtilissime sunt semper vsi iudices violatæ religionis in causis fidei prudenter & secure tractandis. Id opus à pauciſsimis habebatur, quoniam ante annos ducentos, quo tempore Eymericus floruit, post inuētam artem impresſoriam semel tantum (quod ego sciam) æneis fuit typis impressum Barcinone anno Domini M. D. III. Erant autem omnia exemplaria tam impressa, quàm manuscripta infinitis prope locis penitus deprauata & mendosa, eaque vix iam reperiebantur: desiderabatur vero hoc opus atque efflagitabatur communibus & vehementibus omniū votis & precibus, maxime vero illi ardentius expetebant, qui fidei negotia aut iudicando, aut consulendo, aut scribendo tractabant: cumq; superiori anno me huic suscipiendo labori emendandi interpretandique, aut saltē non leuiter illustrandi operis facilem, ac promptū exhibuissem, multi viri doctiſsimi atq; integerrimi ex illis qui Senatui S. Romanæ generalis Inquisitionis in causis fidei deseruiunt, intelligentes quantum vtilitatis publicis commodis accederet, si denuo id opus quamemendatiſsimum prodiret in lucē; nos (quos huic fortasis oneri subeūdo idoneos, singulari sua benignitate nō meritis, aut eruditione nostra iudicarant) cohortati sunt, vt hanc prouinciam nostris non æqualem viribus susciperemus. id tunc eo libentius & ardentius nullis laboribus, aut vigilijs parcētes aggressi sumus, quo euidentius cernebamus, si hoc in desideratum finem perduceretur, gratū in primis Deo Opt. Max. obsequiū, (ad cuius laudem & gloriam omnes viri Christiani actiones referri debēt) vniuersis vero litteratis, ac in primis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis rē forsan gratam, nec aspernendam esse facturos. Itaque vt hæc facilius & commodius fierent, ijdem illi doctiſsimi viri, & in publica commoda propensiſsimi, varios codices nobis exhibendos curarunt: primum illum Barcinone impressum, & tres alios manuscriptos, quorum vnus erat Illustriſs. & Reuerendiſ. Cardinalis Iacobi Sabelli Inquisitoris maximi in tota Re pub. Christiana, quem codicem in commentarijs nostris Sabellanum vocamus, & hic erat vetustus satis: alius fuit Illustriſs. & Reuerendiſs. Cardinalis Io. Francisci de Gambara generalis etiā populi Christiani Inquisitoris, recentioribus litteris exaratus, sed fidelis satis: vltimus superuenit codex ex Inquisitione Bononiensi, quem propterea Bononiēsem sępe nominamus, & hic erat ceteris vetustior & emendatior, descriptus quippe summa diligentia temporibus Pij Papæ eius nominis secundi. Singuli hi codices infinitis prope locis erāt deprauatiſsimi: ex omnibus tamen vnus est cōflatus (nisi fallor) perfectus, qualem ab Eymerico prodijſſe putandum est quoniam singulas non modo periodos & sententias, verū (quod laboriosius erat) singula etiam verba perpendētes, nullum passi sumus transire locum, sine iusta emendatione & animaduersione. Erant codices omnes non modo deprauati circa sensum verborum, verum etiam in multis locis imperfecti & mutili, in quibus deerāt plurima, quæ ab auctore fuisse scripta apertiſsime intelligebatur: cui incommodo magnū auxilium attulit codex Bononiensis.

Quoniam vero assidua nos hæc perficiendi operis cura premebat, vbique in egregiis Bibliothecis vetustiſsima quæq; quærebamus, quę lucem susceptę emēdationi afferre possent, cui rei non mediocrem opem attulit vetustus quidam codex membraneus manuscriptus repertus in interioribus Bibliothecæ Vaticanæ conclauibus, in quo plurima erant eorum temporum, quæ proxime Eymericum præcesserunt, plurima eodem fere ordine & verborū serie concepta, quibus Eymericus in Directorio fuerat vsus, adeo vt sæpe suspicati simus, Eymericum eum ipsum librum in manibus quandoq; habuisse, eoque vsum fuisse. nam & Bibliothecę custos asserebat putare se eum librum Auinione Romam cum aliis multis fuisse delatum.

delatum. hic ergo plurimum etiam iuuit, vt ex commentarijs nostris, sępe poterit deprehendi. Quid sit denique pręstitum, non facile dici potest: id tamen facile intelliget, qui nouam hanc editionem cum vetustis codicibus conferet. hoc est certū, plusquam bis mille loca deprauata suę pristinę integritati esse restituta. iam id in primis curauimus, ne à vetustate recederemus: nihil enim inuertimus, nihil immutauimus, nihil detraximus, sed auctorem in singulis suum tenere cursum, ac methodum voluimus; deficientia solum ex alijs addentes, & contorta dirigentes.

In his solum consultò videbimur à vulgatis recessisse, quod in prima parte addiderimus expositionem beati Thomę super c. Firmiter. & c. Damnamus. de sum. trinit. & fide cath. cū in manuscriptis nusquam reperiatur: in Barcinonensi tamen impresſo super vtrumq; caput hęc expositio promittitur, sed tantūmodo illa apponitur, quę est super c. Firmiter. nos vtrāque vtilem iudicantes, imprimēdam curauimus, quamuis incertum nobis sit, an Eymericus illas apposuerit. Rursus in secūda parte super tit. de hæreticis in Decretalibus integras Hostiensis & Ioannis And. lecturas (vt vocant) apposuimus, quamuis in impresſo & manuscriptis pauca quædam recitentur super vnoquoque capite eorū glossematum imperfecta fragmenta, quę nos ex causa supplenda duximus.

Ad hæc, quia nullus in ceteris erat hactenus editus adnotationum labor, nulla lucubratio, quibus lectores iuuarentur ad intelligendam commodius huius auctoris mentē, ea quoque res pręstanda in primis fuit: itaque primum initio glossematum, & quęstionum singularum, summaria, quæ vulgo vocant, sunt adhibita; numerisque notatæ insigniores quædam & illustriores res & sententię, vt vno obtutu facile percipiatur quod præcipue in singulis disputationibus tractetur; & quoniam multa etiam nos obscura & difficilia in commentarijs interpretamur, prænotatus est quoque numerus Commētariorum, qui singulis capitibus & quæstionibus adnectūtur facilioris studij gratia, ita vt nulla fere occurrere possit difficultas, quę his adiumentis non valeat superari. Notati vero sunt in his commentarijs magna ex parte recētiores auctores, quoniā ab his veteres citantur, vt qui hos nouerit, illos quoq; noscat.

In his omnibus nō modo hortatorem verū & coadiutorem habuimus ob singularē illius benignitatem F. Paulum Constabilem sacri Palatij Magistrum, virum integerrimū ac prudentiſsimum, ac in causis fidei tractandis oculatiſsimum; qui deinde creatus est totius ordinis Dominicani Magister Generalis, & F. Thomam Zobbium Brixiensem sanctæ & vniuersalis Romanæ Inquisitionis Commissarium Generalem, nunc vero sacri Palatij Apostolici Magistrum, quibus magna cura & labor etiam fuit, vt quamemendatiſsimus liber prodiret in lucem.

Iam quoniam multa erant in hoc opere ob vetustatem pene incognita & abolita, multa obscura & parum explicata, nonnulla vero immutata, ob subsequētes summorum Pontificum, qui post Eymericū floruerunt, sanctiones, vt in hac quoq; parte plene esset lectoribus satisfactum, hæc omnia breuibus interdum notis, plenioribus quandoque commentarijs, vt natura cuiusque difficultatis postulabat, declarauimus; ea in primis perstringentes, quæ ad negotium Inquisitionis suo quasi iure viderentur pertinere: nam alia multa persequi, quorū disputandorum frequentem Eymericus offert occasionem, velut superuacanea & ad institutum parum accommodata libenter omisimus. In his vero commentarijs multa consulto prę stitimus, quæ forte alicui videantur reprehendenda, spectata horum temporum scribendi ratione: nam & ab improba & prolixa legum, canonum, & interpretum citatione, seu allegatione sæpiſsime abstinemus. rursus omiſſis multis, eos in primis citamus, qui de hæreticis & eorum pœnis tractatus scripsere: quod fecimus non absque ratione, cum peritis in arte potius sit fidendum. in his vero præcipuus noster labor fuit tradere ea, quæ iuri communi consentiunt; nam priuatas prouinciarum, aut Inquisitionum sanctiones & cōsuetudines noluimus consulto in hoc opere vim legū obtinere, quamuis sæpe illis vtamur velut ęquis & iuſtis, moneamusque interdum obseruandas.

In his omnibus pluſquam assiduus annus consumptus est, vsique sumus multa diligentia & labore, iuuitque nos ad multas difficultates superandas Honoratus Figuerola patritius Valentinus, iuris vtriusq; Doctor eruditiſſimus, & nūc ecclesiæ Valentinæ Canonicus, qui nobis scribentibus frequentia iuris loca ad varias & difficiles controuersias diluendas suppeditabat. Postremo ita iam opere constituto, vltima desiderabatur impressionis perfectio, quam vt in illustri officina sua impresſoria consequeretur, nullis impensis pepercit inclytus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit in hac impressione præstitum.

Populus Romanus, qui industria & diligentia Petri Politi Senensis, cui emendandi & corrigendi operis dum imprimebatur, cura commissa fuit, perfectum (nisi fallor) & omnibus numeris absolutum opus in lucem dedit.

Atque hęc quidem omnia in priori editione fuerunt diligenter & præstita, & obseruata: cum vero iterum opus imprimendum foret, & per integrum triēnij tempus, quod à prima impressione vsque in hunc diem, elapsum fuit, plura nobis ad idem institutum spectantia essent proposita, tum à diuersis Reuerendissimis Episcopis, tum à vigilantissimis hæreticę prauitatis Inquisitoribus diuersarum terrarum, tum etiam ab alijs viris doctis ac pijs: quibusdam postulātibus, vt copiosius aliqua enarraremus: alijs vero petētibus, vt apertius nōnulla explicaremus: alijs denique flagitantibus, vt nouis propositis dubijs, quę frequenter solent occurrere, satisfaceremus atq; responderemus; propterea factum est, vt omnes ingenij vires, cogitationes & studia eo retulerimus, vt denuo impressum, emendatissimum, & locupletissimū prodiret in lucem. Itaque consultis de nouo veteribus exemplaribus, nōnulla in hac sunt impressione emendata. quæstiones & dubia, quæ nobis fuerunt proposita, competētibus locis sunt explicata. nomen Scholij in nomen Commentarij prudenter transmutatū est, quoniam fusior & copiosior explicatio, Scholiorum nomē respuebat: Scholia enim breuiter potius indicare aliquid, quàm enarrare plene solent. Multorum querelis satisfaciendum etiā omnino putauimus, qui cū vere dicerēt magno studijs legentiū impedimēto esse separatos habere cōmentarios à quęstionibus & capitibus, quæ declarantur, ideo nunc cōtinenter singulis capitibus & quæstionibus singuli cōmentarij annectūtur; ne sit laboriosum lectoribus in diuersis locis quęrere, quę in eodem simul commodius esse deberent. Iam quantū spectat ad doctores, quorum auctoritate nitimur in his cōmentarijs, id in primis curauimus, vt verissime tā quoad doctrinam, quàm quoad loca citarentur, tametsi artis impressorię lubricitate aliquid quandoque erratum sit, quod quadam ex parte in notis erratorū animaduersum est.

Quid auctor seruari cupiat deinceps I hoc opere.

Deniq; ita conati sumus in hac impressione omnia quantū in nobis fuit, perficere, vt nō simus amplius in eo quicquā magni momēti immutaturi. imo vero hoc cupimus & rogamus penitus quoslibet, q nobis vel viuētibus, vel vita functis hoc opus impressuri sūt, aut iussuri, vel permissuri vt imprimatur, ne permittant aliquid immutari, addi vel minui, aut deleri.

Quoniam autem his nouis additionibus atque immutationibus ex causa factis (vt paulo antea dictum est) obstabat præcedens S.D.N. Gregorij Papæ xiij. rescriptum inclyto Populo Romano in prima huius operis impressione concessum, quo cauebatur, ne alicui liceret huic libro quicquam addere, detrahere, vel immutare aut inuertere, vel aliqua interpretamenta adiūgere; proinde eius rei reddita ratio fuit Sanctissimo Domino Papę, & consilium nostrum plene explicatum per R. F. Thomam Zobbium sacri Palatij Apostolici Magistrū, cui viuę vocis oraculo responsum est à Sāctissimo, vt non obstante prędicto indulto, hęc nobis licerent ob publicum commodum, & communem Christianę reipublicæ vtilitatē, quēadmodum idem Magister grauiter testatur.

In hoc egregio opere propterea immerito seueriores quidam Eymericum carpunt, quòd multa in eo sine methodo, ac iudicio cumulasse videatur, multa inculcasse sępius, multa sępius varijs locis repetiuisse; qui si auctoris institutum & artificium paulo diligentius considerassent, plane iniuste se reprehēdere virum tantum intellexissent. Cum enim Eymericus cuncta colligere in vnum decreuisset, quę ad negotium Inquisitionis spectarent, id effecit consulto, quod isti vituperāt. fuit ab hinc quadringentis fere annis magna multorum & valde commendanda diligentia, qui opera de rebus ecclesiasticis componebant in communes locos referentes vniuersa decreta similia eadēq; continentia, in quo egregiam laudem comparasse Burchardū, Iuonem Carnotensem, Hugonē Catalanum, Gratianū & alios quāplures exploratissimū est, quos in solo hęresis crimine dū imitatur Eymericus, cuncta colligēs in locum vnum, quæ ad hoc negotium spectant, laudandus etiā vehementer est, eiusq; industria commendanda; hinc sępe eadem repetit, & diuersis interdū locis inserit, quia disputationis series & ordo ita postulat, vt suis locis in cōmentarijs explicamus, dū obseruandū admonemus quo consilio, qua methodo, & ratione quęq; vbiq; tradat atq; disponat. longū esset cetera persequi, quę à me vere de huius operis methodo & artificio dici potuissent, nisi & breuitas tacere compelleret, & aliqua ex parte ostenderim in prefationibus secundæ & tertię partis. Tu interim lector boni omnia consule, & perfectum opus accipe. Vale.

Romæ ex Bibliotheca nostra, Calendis Decemb. An. M. D. LXXXIIII.

NICOLAI

NICOLAI EYMERICI VITA
PER EVNDEM FRANCISCVM PEGNAM BREVITER COLLECTA.

NICOLAVM Eymericū Catalonia insignis Hispanię Tarraconensis ꝓuincia genuit. Fuit is monachus ordinis Prædicatorū, sacrę theologię magister, à Gerunda oriundus, quę ciuitas est eiusdē prouincię nobilis & clara. Floruit in primis temporibus Vrbani V. et Gregorij xi. Pon. Max. & Petri quarti regis Aragonū, qui Ceremoniosi cognomen accepit, ad annos Domini M. CCC. LX. Erat in regnis Aragonię ea tempestate, eruditione & sanctitate clarus Nicolaus Rosell instituti Dominicani sacræ theologiæ magister, ac in toto dominio regis Aragonum Inquisitor generalis. is ab Innocentio vj. anno Dominicæ Natiuitatis M. CCC. LVI. Cardinalis tituli sancti Xysti creatur: Et cum quæreretur quis ei in tanto Inquisitionis officio futurus esset successor, inuentus est alter hic noster Nicolaus cognomento Eymericus, vir doctrina & solertia prędituς (vt testatur Sebastianus Olmeda in chronicis de initio & progressu ordinis Fratrum Prędicatorum) qui hæreticæ prauitatis generalis Inquisitor in eisdem regnis est constitutus, vt ipse etiam testatur in hoc suo opere, par. 2. quæst. 10. Erat enim in hoc viro prȩter illustrem & insignem theologiæ cognitionem, iuris canonici peritia multa, & legum notitia non vulgaris: quę res facile eum ceteris sui ordinis & ętatis litteratis præferebat; cum hæc ad exercendum Inquisitionis officium in primis sint necessaria. Creatur autē Eymericus generalis Inquisitor circa an. Domini M.CCC.LVIII. cum fuerit in eo officio immediatus successor Nicolai Rosell ad Cardinalatus apicē assumpti, sicut ipsemet loquitur in Directorio parte 2. quęst. 10. Nam & hoc anno, iam eo munere functum non obscure colligimus ex eiusdem operis par. 2. quæst. 47. iuxta quædam vetusta Directorij exemplaria, quemadmodum ibidem annotatum est. Hic pro grauissimis fidei negotijs relicta Hispania Auinionē proficiscitur, vbi tunc sedes Apostolica degebat, & à Gregorio xj. Pont. Max. benigne receptus, Capellanus (vt ipsemet loquitur) illius constituitur, ab eoque pro varietate negotiorum & causarum multa sæpius impetrauit ad officium sacro sanctæ Inquisitionis commodius exercendum necessaria. quod præter alia satis indicat rescriptum quoddam, quod ipse recitat parte 3. huius operis, quæst. 20. Plurima scripsit, quibus nomen suum cum gloria transmisit ad notitiam posteritatis: nam super scientijs physicis & logicis codices edidit: item super quatuor sancta Euangelia commentarios: & plures etiam sermones tam de tempore, quàm de sanctis, & nonnulla alia, quæ ad manus meas nō peruenerunt, asseruantur tamen (vt audio) manu scripta Gerundę in monasterio sancti Dominici ordinis Fratrum Prædicatorum. Composuit præterea librum insignem, & Christianæ reipublicæ valde vtilem, quod Directorium Inquisitorum voce valde accommodata nūcupauit, eo quod, id in primis agat in eo, vt regulas tradat, quibus Inquisitores ad hæreses cognoscendas & extirpandas, excluſa omni personarum differentia & acceptione, dirigantur, ac instruātur in eo vniuersa fere, quæ ad negotium Inquisitionis & pœnas hæreticorum spectāt, ex varijs locis & auctoribus colligens, reposuit; imitatus in ea re (vt alibi scripsimus) doctissimos viros. Fuit quidem olim is labor in tanta librorum paucitate atque penuria perneceſſarius, hodie vero valde etiam vtilis, & studijs Inquisitorum accōmodatus. Memorię proditū inuenio, id Directorij opus ab eo Auinione compositum: quidam in Aragonia collectū tradunt: sed de hoc nihil certi extat. Hoc tamen certissimum est, adhuc eo viuente per diuersas prouincias publicatum, & apud earum Inquisitores trāscriptum, & asseruatum. Tractatum insuper scripsit de schismate, vt testatur Aegidius Bellamera in cap. sacris. extra de his, quę vi

metusve

Universidad de Deusto
Biblioteca

metuſve cauſ. fiunt. in quo luculenter oſtendit quot ſchiſmata varijs temporibus ſanctã Romanam & catholicam Eccleſiam infeſtauerint, quæ præcitato loco ex eo Eymerici tractatu Bellamera retulit, ſicut ipſemet ingenue confitetur. Compilauit quoque vitam & miracula Beati fratris Dalmatij Moner, cuius ipſe fuerat alumnus. Deniq; cum multa iam ętate eſſet grauis, cupiens in ſanctis & quietis occupationibus, dimiſſo iudiciorum ſtrepitu, vltimũ vitæ diem claudere, cum per quadraginta & quatuor continuos annos officium ſacroſanctæ Inquiſitionis contra hoſtes fidei fortiter exercuiſſet, reuerſus Gerundam, quam charam habuit patriam, in conuentu ſancti Dominici, poſtquam ſuper epiſtolas Beati Pauli ad Galatas & ad Hebręos ſcripſiſſet commentarios, & epiſtolam ad Romanos enarrare cœpiſſet, ab humanis ereptus eſt, quarto die Ianuarij anno Dominicæ Natiuitatis Milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio, ſicut docet vetuſtum epitaphiũ eius ſepulchro inciſum Gerundæ in eodem ſancti Dominici conuentu, vbi ſepultus iacet, in quo plurima eorum, quæ ſupra narrauimus, continentur. Multos habuit vir ille dum viueret aduerſarios: ſed non eſt mirandum, cum ea fere ſit eruditorum conditio, aut potius infelicitas. Habet quæque virtus ſua aduerſa & obſtantia vitia, & quo altiores ſunt turres, maioribus ventorum flatibus concutiũtur, & vt recte protulit ille:

Horatius li. 2. Carminũ Ode 10.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntque ſummos
Fulmina montes.

Hæc magna eſt & poſtrema viri laus, eũ acri odio hæreticos omnes habuiſſe, [illegible]que hæreſes deteſtatum fuiſſe: res vero ad fidem Chriſtianam & religionem catholicam propagandam ſpectantes, ſumma religione & pietate coluiſſe. Ac talis quidem viri vita & exitus fuit, quantum nobis ex monumentis vetuſtatis colligere licuit.

SVMMA EORVM QVAE AB EYMERICO IN SINGVLIS DIRECTORII PARTIBVS TRACTANTVR.

Summa ſeu inſtitutum Primę partis.

TRADITVRVS Eymericus quæcunque ad negotium Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem ſpectant, & quæ ad inſtruendos, ac dirigendos iudices violatæ religionis exiguntur, vt munus ſuum in cauſis fidei plene perfecteque poſſint adimplere, cũ nequeant noſſe cauſam hæreſis, ad quam extirpandam ſunt conſtituti, niſi probe intelligant quæ ex fide ſunt credenda, & catholicas veritates, quibus hæreſis opponitur: ideo in prima operis parte ea commemorat, quæ ad conſtituendam, & ſtabiliendam, ſeu (vt ipſe loquitur) ad plantandam fidem pertinet, vt vno contrario cognito alterum facilius percipiatur. itaque ex varijs locis in vnum locum confert & ſummorum Pontificum, & conciliorum, & canonũ, & ſanctorum patrum, & legum decreta ad fidem & varios fidei articulos & catholicas veritates conſtituendas ſpectantia, nihil ferme de ſuo apponens, contentus ſola decretorum recitatione: vnde primum congerit ex iure canonico decreta titulorum de ſumma trinitate & fide catholica, & ea occaſione inſignium quorundam interpretum expoſitiones ſuper ea: inde leges ex Codice. tit. de ſumma trinitate: inde ſuo ordine cetera eodem conſilio. Poſtremo duodecim addit quæſtiones, quibus ſatisfacit plurimis difficultatibus, quæ circa fidem fideique articulos contingere poſſunt, quas paucis additis & mutatis deſumpſit ex beato Thoma Aquinate.

Summa ſeu inſtitutum Secundæ partis.

ABſolutis in prima parte quæ ad fidem conſtituendam attinent, explicat protinus in ſecunda quæcunque fidem ipſam corrumpere poſſunt ac violare, vt catholici ab his abſtineant; primum tamen refert vniuerſa decreta contra hæreticos, & de pœnis eorum ſancita, quæ in toto iuris canonici corpore ſub titulis de hæreticis continentur: inde ex varijs etiam eiuſdem iuris titulis eodem conſilio accumulat multas decretales, quæ etiam huic negotio deſeruiunt: inde extrauagantes non-

nullas

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullas & litteras Apostolicas, quæ de hæretica prauitate coercenda ediſſerunt: addit præterea ob eandem cauſam inſignium quorundam iuris interpretum gloſſemata, quibus præcedentia de hæreticis decreta declarantur: inde propius ad rẽ accedens ex vetuſto concilio Tarraconenſi fragmẽta quædam commemorat, quibus agitur de multiplici hæreticorum genere, & vetuſtis pœnis, ac pœnitentijs eorundem: inde addit quæſt. 58. quibus quid hæreſis, quid hæreticus, quid error ſit, oſtendit: rurſus vſque ad quæſt. 38. multorum Philoſophorum, & omnium fere hæreticorum tam veterum quàm recentiorum ſectas, nomina & errores recenſet: tandem à quæſt. 38. vſque in finem eiuſdẽ partis ſecundæ, ſingulari methodo de his omnibus ſigillatim agit, qui Inquiſitorum iuriſdictioni ſubijciuntur. itaque de hæreticis, de blaſphemis, de ſortilegis, de inuocatoribus dæmonum, de apoſtatis, & de ceteris huiuſmodi accuratiſſime diſſerit.

Summa ſeu inſtitutum Tertiæ partis.

CUM coercendi ſint hæretici, de quibus diſſeruerat parte ſecunda, in poſtrema praxim docet, qua in officio ſanctæ Inquiſitionis res fidei, ſeu delicta in fidem commiſſa tractari debeant, & puniri. Primum tamen quid Inquiſitoribus de nouo creatis ſit agendum docet, inde qua ratione proceſſus initiũ accipiat, tradit: & quia tribus modis potiſſimum in cauſis fidei procedi poteſt, per Accuſationem, Denuntiationem, & Inquiſitionem, de ſingulis diſſerit, & appoſitis exemplis illuſtrat: inde quomodo idem proceſſus ſit continuandus ſimiliter indicat: docens quidquid ad perſonas in hoc iudicio requiſitas ſpectat: inde modos tredecim ſingulares perſequitur, quibus omnis cauſa hæreſis in ſancto Inquiſitionis officio finiri poteſt. Tandem in fine operis 131. quæſtiones proponit, quibus dirimit omnem fere difficultatem ſpectantem vel ad iudices violatæ religionis, vel ad eorum poteſtatem & iuriſdictionem & priuilegia ſeu prærogatiuas, vel ad miniſtros ſancti officij, vel ad peritos & aduocatos, vel ad teſtes, vel ad reos, vel ad pœnas reorũ. In his itaque partibus ita ſunt ordinata traditaque omnia, vt nihil fere deſideres ad ſanctiſſimum Inquiſitionis officium ſpectans: quod in hoc opere ſingulari non contineatur.

CATALOGVS EORVM QVAE IN SINGVLIS HVIVS OPERIS PARTIBVS

co ordine quo impreſſa ſunt, continentur.

PRIMA PARS EST DE FIDE CATHOLICA.

EPISTOLA Auctoris de ſubiecto ac diuiſione totius operis.
Decretales, Firmiter credimus, & Damnamus, tit. de ſum. Trinit. & fid. catho. pag. 3. & 4
Decretalis, Fideli. eo. tit. ex Sexto. Decret. pag. 6. co. 2
Decretalis, Fidei catholicę. ex Clementinis. pag. 7. col. 2
Expoſitio S. Thomæ primę decretalis, Firmiter. in qua tam hęreticorum quàm philoſophorum errores quã plures reprobãtur. pag. 9. col. 1
Expoſitio eiuſdem ſuper ſecundam decretalem, Damnamus. pag. 15. col. 2
Ex Decretalibus Greg. Gloſſ. ſuper tit. de ſum. Trin. & fid. cath. pag. 17. col. 2
Super cap. Firmiter. & ſuper cap. Damnamus. pag. 18. & 22
Lectura Innoc. iiij. in eaſdem Decretales. pag. 22. col. 2
Ex libro Sexto Decret. gloſ. ſuper c. Fideli. de ſum. Trinit. & fid. cath. pag. 22. col. 2
Ex Clementinis, gloſ. ſuper c. Fidei catholicæ. de ſum. Trini. & fid. cath. pag. 23. col. 2
Ex Codice Iuſtiniani, tit. de ſum. Trin. & fi. cath. & vt nemo de ea publice contendere audeat.
l. 1. Cunctos. pag. 29. col. 1
l. 2. Nullus hęreticis. pag. 31. col. 1
l. 3. Nemo clericus. pag. 32. col. 1
Edictum Iuſtiniani de fide, Reddentes. pag. 33. col. 2
Ex Extrauagantibus communibus, Bonifac. viij. tit. de maio. & obe. c. 1. Vnam ſanctam. pag. 34. col. 2
Ex Decretalibus Greg. titu. de baptiſ. & eius effectu. Alexand. iij.
c. 1. Si quis puerum. pag. 36. col. 2
c. 2. De quibus. pag. 36. col. 2
c. 3. Maiores. pag. 37. col. 1
Ex Codice Iuſtiniani, tit. Ne ſanctũ baptiſma iteretur.
l. 1. Antiſtitem. pag. 39. col. 2
l. 2. Si quis. pag. 40. col. 1
Ex Decretal. Greg. tit. de celebr. Miſſ. c. 6. Cum Marthę. pag. 41. col. 1
Inhibitio facta de mandato D. Greg. xj. ne tres inſerti articuli de corpore Chriſti prędicentur, ſub pœna excommunicationis. Miſeratione. pag. 44. col. 1
Symbolum Apoſtolorũ. Credo in Deum. pag. 45. col. 1
Symbolum ſanctorum Patrum. Credo in vnum Deum Patrem. pag. 45. col. 2
Regula fidei B. Athanaſij Epiſcopi ab Eccleſia approbata. Quicunque vult ſaluus eſſe. pag. 46. col. 2
Confeſsio fidei B. Hieronymi Presbyteri. pag. 47. co. 2
Ex Diuo Auguſtino in lib. de Fide ad Petrũ Diaconũ, Quadraginta capitula ad regulam verę fidei pertinentia. à pag. 49. col. 1. vſq. 54. col. 2
Ex Decreto Domini Gratiani diſt. 15. De auctoritate quatuor Conciliorum.
can. 2. Sicut ſancti Euangelij. pag. 54. col. 2
Quę cõcilia ſancta Romana Eccleſia ſuſcipiat, ea. diſt. can. 3. Sancta Rom. Eccleſia. pag. 55. col. 1

QVAESTIONES DVODECIM de fide catholica Inquiſitionis officio congruentes.

Quæſtio 1. De fidei definitione. pag. 58. col. 1
Quæſtio 2. De articulis fidei, & eorũ diſtinctione. 59. c. 1
Quęſtio 3. De fide explicite habenda. pag. 59. col. 2
Quæſtio 4. De notitia articulorum fidei, fidelibus neceſſaria cum minoribus tum maioribus. pag. 60. col. 2
Quæſtio 5. de obligatione ad credendum explicite myſteria Chriſti. pag. 61. col. 2
Quæſtio 6. De neceſsitate credendi explicite myſteriũ Trinitatis. pag. 62. col. 1
Quæſtio 7. An teneatur vnuſquiſque explicitam fidem habere de contentis in ſacra ſcriptura. pag. 62. col. 2
Quæſtio 8. Fidei non poſſe ſubeſſe falſum, ſit ne omnibus neceſſario credendum. pag. 65. col. 2
Quęſtio 9. De cõfeſſione exteriori fidei. pag. 66. col. 2
Quæſtio 10. Diſputandũ ne ſit publice de fide. p. 69. c. 2
Quęſtio 11. De probatione myſteriorum fidei per rationes. pag. 72. col. 2
Quæſtio 12. De proteſtatione facta ab errante circa fidem. pag. 73. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECVNDA PARS DIRECTORII
EST DE HAERETICA PRAVITATE,
In qua hæc per ordinem continentur.

In secundam partem Directorij Præfatio & Argumentum.

EX DECRETALIBVS GREG. IX.

TIT. DE HÆRETICIS.

		GLO. Ordinaria.	GLO. Hostiensis.	GLO. Ioan. And.
c.1. Dubius in fide.	pag.80. col.1	pag. 138. col. 1	pag. 143. col. 1	pag. 166. col. 1
c.2. Qui alios.	pag.87. col.2	pag. 138. col. 1	pag. 144. col. 1	pag. 167. col. 1
c.3. Firmissime tene.	pag.89. col.2	pag. 138. col. 1	pag. 144. col. 2	pag. 167. col. 1
c.4. Fraternitatis tuæ.	pag.89. col.2	pag. 138. col. 2	pag. 145. col. 1	pag. 167. col. 2
c.5. Si quis Episcopus.	pag.94. col.2	pag. 138. col. 2	pag. 146. col. 1	pag. 168. col. 2
c.6. In eos qui.	pag.96. col.1	pag. 139. col. 1	pag. 147. col. 1	pag. 168. col. 2
c.7. Cum Christus.	pag.96. col.1	pag. 139. col. 1	pag. 147. col. 2	pag. 169. col. 1
c.8. Sicut ait.	pag.96. col.2	pag. 139. col. 1	pag. 147. col. 2	pag. 169. col. 2
c.9. Ad abolendam.	pag.97. col.1	pag. 139. col. 2	pag. 148. col. 1	pag. 170. col. 1
c.10. Vergentis.	pag.98. col.2	pag. 140. col. 1	pag. 151. col. 1	pag. 172. col. 2
c.11. Si aduersus.	pag.99. col.2	pag. 140. col. 2	pag. 153. col. 1	pag. 173. col. 1
c.12. Cum ex iniuncto.	pag.100. col.1	pag. 141. col. 1	pag. 154. col. 2	pag. 174. col. 1
c.13. Excommunicamus. 1.	pag.101. col.2	pag. 141. col. 2	pag. 156. col. 2	pag. 175. col. 2
c.14. Sicut in vno.	pag.103. col.2	pag. 143. col. 1	pag. 165. col. 1	pag. 181. col. 2
c.15. Excommunicamus. 11.	pag.103. col.2	pag. 143. col. 1	pag. 165. col. 2	pag. 181. col. 2
c.16. Absolutos.	pag.103. col.2	pag. 143. col. 2	pag. 166. col. 1	pag. 182. col. 2

EX LIBRO SEXTO DECRETALIVM

TIT. DE HÆRETICIS.

		GLO. Ordinaria,	GLO. Archidiac.
c.1. Quoniam.	pag.104. col.1	pag. 183. col. 1	pag. 192. col. 1
c.2. Quicunque.	pag.104. col.1	pag. 183. col. 1	pag. 193. col. 1
c.3. Filij.	pag.104. col.2	pag. 184. col. 1	pag. 196. col. 2
c.4. Super eo.	pag.105. col.1	pag. 184. col. 1	pag. 197. col. 2
c.5. In fidei.	pag.105. col.1	pag. 184. col. 1	pag. 198. col. 1
c.6. Præsidentes.	pag.105. col.2	pag. 184. col. 2	pag. 199. col. 2
c.7. Cum contumacia.	pag.105. col.2	pag. 184. col. 2	pag. 200. col. 1
c.8. Accusatus.	pag.105. col.2	pag. 185. col. 1	pag. 200. col. 2
c.9. Statutum.	pag.106. col.2	pag. 186. col. 1	pag. 204. col. 1
c.10. Ne aliqui.	pag.106. col.2	pag. 186. col. 2	pag. 204. col. 1
c.11. Vt officium.	pag. 107. col.1	pag. 186. col. 2	pag. 204. col. 2
c.12. Vt commissi.	pag. 108. col.1	pag. 187. col. 2	pag. 207. col. 2
c.13. Contra Christianos.	pag. 108. col.2	pag. 188. col. 1	pag. 209. col. 1
c.14. Decreuit.	pag. 109. col.1	pag. 188. col. 2	pag. 210. col. 1
c.15. Statutum.	pag. 109. col.2	pag. 188. col. 2	pag. 210. col. 1
c.16. Inquisitores.	pag. 109. col.2	pag. 189. col. 1	pag. 210. col. 2
c.17. Per hoc.	pag. 109. col.2	pag. 189. col. 2	pag. 211. col. 1
c.18. Vt inquisitionis.	pag. 110. col.1	pag. 190. col. 1	pag. 212. col. 1
c.19. Cum secundum.	pag. 110. col.2	pag. 190. col. 2	pag. 213. col. 1
c.20. Statuta quædam.	pag. 111. col.1	pag. 191. col. 1	pag. 214. col. 2

EX CLEMENTINIS TIT. DE HAERETICIS.

		GLO. Ordinaria & Pauli de Leazaris.
c.1. Multorum.	pag. 111. col.1	pag. 215. 219. 220.
c.2. Nolentes.	pag. 113. col.1	pag. 219. col. 1.
c.3. Ad nostrum.	pag. 113. col.1	pag. 220. col. 2.

DECRE-

CATALOGVS

DECRETALES QVATVORDECIM De diuersis titulis Decretalium Sexti, & Clementinarum.

Ex Clementinis tit. de vsuris.
c. Vnicum. Ex graui. pag. 114. col. 1
Ex Decretalibus tit. de purgatione canonica.
c. 10. Inter solicitudines. pag. 114. col. 1
Ex Decretal. tit. de præsumpt.
c. 14. Litteras vestras. pag. 116. col. 2
Ex Decretal. tit. de pœnis.
c. 13. Grauem. pag. 117. col. 2
Ex Decretal. tit. de verb. signifi.
c. 26. Super quibusdam. pag. 118. col. 2
Ex Decretal. tit. de officio & pot. iud. deleg.
c. 11. Sane quia. pag. 118. col. 2
Ex Decretal. tit de sent. excomm.
c. 49. Nouerit fraternitas. pag. 118. col. 2
Ex Decretal. tit. de test. & attestat.
c. 53. Cum clamor. pag. 120. col. 1
Ex Decretal. tit. de verb. signifi.
c. 20. Quærenti. pag. 120. col. 1
Ex Clementinis tit. de verb. sign.
c. 11. Sæpe contingit. pag. 120. col. 2
Ex Decretal. tit. de accus. inquisi. & denun.
c. 24. Qualiter & quando. pag. 121. col. 1
Ex lib. Sexto tit. de pœnis.
c. 2. Degradatio. pag. 122. col. 2
Ex Decretal. tit. de dolo, & contum.
c. 8. Veritatis. pag. 123. col. 1
Ex Decretal. tit. de verb. signifi.
c. 27. Nouimus. pag. 124. col. 1

EXTRAVAGANTES QVATVOR Benedicti xj. & Ioan. xxij. Inquisitionis officio congruentes.
c. 1. Ex eo. Bened. xj. pag. 125. col. 1
c. 3. Cum Matthæus. Ioan. xxij. pag. 125. col. 2
c. 2. Vas electionis. Ioan. xxij. pag. 126. col. 1
Benedictus Deus. Bened. xj. pag. 127. col. 1

LITTERÆ DECEM APOSTOLICAE diuersorum Pontificum summorũ, in quibus magna & multa priuilegia Inquisitoribus conceduntur, & quam plura dubia ad inquisitionis officium pertinenria dissoluuntur.
Præ cunctis. j. Vrba. iiij. pag. 129. col. 1
Præ cunctis. ij. Clem. iiij. pag. 131. col. 1
Ne inquisitionis. Vrba. iiij. pag. 132. col. 2
Vt negotium. Vrba. iiij. pag. 132. col. 2
Olim ex parte. Vrba. iiij. pag. 133. col. 1
Consultus fe. re. Vrba. iiij. pag. 135. col. 2
Nouerit vniuersitas. Alex. iiij. pag. 135. col. 2
Catholicæ fidei. Clem. iiij. pag. 136. col. 1
Cum negotium. Innoc. iiij. pag. 136. col. 2
Negotia catholicæ. Greg. xj. pag. 137. col. 2

GLOSSA ORDINARIA super Decretal. Greg. ix. tit. de hæreticis, continens capitula sexdecim, vt supra. à pag. 138. vsque 143
Glossa Henrici Cardinalis Hostiensis super eisdẽ Decretalib. à pag. 143. vsq; 166
Glossa Ioan. Andreæ super eisdem à pag. 166. vsq; 182
Glossa Ordinaria super Sexto Decretal. tit. de hæreticis continens capita viginti, vt sup. à p. 183. vsque 192
Glossa Guidonis de Bayso Archidiaconi Bononien. super ijsdẽ capitib⁹ Sexti Decret. à pag. 192 vsq; 215
Glossa Ordinaria super Clementinis tit. de hæreticis cõtinens tria capita vt supra. à pag. 215. vsq; 218
Glossa Pauli de Leazaris super cap. Multorum. & versi. Illos. pag. 218. vsq; 220

EX CONCILIO Tarraconæ excerpta pro officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis. pag. 220. col. 1
De hæreticis dogmatizantibus, relapsis in credentiam communicantibus cum hæreticis, confessis sacerdoti & periurijs, quid sit agendum. pag. 221. col. 1
Formæ pœnitentiarum. pag. 221. col. 2

QVAESTIONES QVINQVAGINTA OCTO de hæretica prauitate, ad officium Inquisitionis pertinentes.
Quæstio 1. De nomine hæresis, pag. 230. col. 1
Quæstio 2. De propositione seu articulo hæretico. pag. 233. col. 2
Quæstio 3. Error hæresis sit ne idẽ in iure. pag. 236. c. 2
Quest. 4. De errorib. philosophorũ priscorũ. p. 238. c. 1
Quæstio 5. De erroribus ab ipso Christo condemnatis. pag. 242. col. 2
Quæstio 6. De hæresibus damnatis, relatis in Decreto. & continet c. Quidam autem. 24. q. 3. &c. Ego Berengarius. de consec. dist. 2 pag. 243. col. 2. & seq.
Quæstio 7. De hæresibus damnatis in Decretalibus in Sexto. & in Clementinis. pag. 248. col. 2
Quest. 8. De hæresib. dãnatis ĩ Extraua. p. 250. c. 1. & seq.
Quæstio 9. De hæresibus à Rom. Pontifi. dannatis post mortem auctorum earum. pag. 252. col. 1
Videlicet, Petri Ioannis. p. 252. col. 2
Michaelis de Cesena. p. 254. col. 1
Ioan. de Parma. p. 254. col. 1
Raymundi Lull. p. 255. col. 2
Quæstio 10. de hæresibus ab Inquisitoribus Aragoniæ damnatis D. Papæ mandato. p. 262. col. 2
Quæstio 11. De hæresibus damnatis ab Inquisitoribus Aragonię sine expresso mandato Papæ. p. 265. col. 1
Videlicet, Arnaldi de Villa noua. pag. 265. col. 1
Petri Olerij & F. Bonanati hæretici. pag. 265. col. 2
Durandi de Baldach hæretici. pag. 265. col. 2
F. Bonanati Begardorũ ducis in Cathalonia. 266. c. 1
Iacobi Iusti hæretici. pag. 266. col. 1
Berengarij. pag. 266. col. 1
Nicolai de Calabria. pag. 266. col. 2
Bartholomęi Ianouesij. pag. 266. col. 2
F. Arnaldi Montanerij. pag. 267. col. 1
Quæstio 12. De hæresibus pseudoapostolorum in Lombardia. pag. 268. col. 2
Dulcini & Gherardi hæreses. pag. 269. col. 1
Litterę Honorij iiij. quibus condemnatur secta Pseudoapostolorum. pag. 270. col. 1
Quæstio 13. De hæresibus Manichęorum in Italia exortorum. pag. 273. col. 2
Sancti Petri Martyris historia. pag. 275. col. 2
Quæstio 14. De hæresibus Valdensium. pag. 178. col. 1
Quęstio 15. De hæresibus Begardorum & Beguinorum pag. 281. col. 2
Extrauagans Ioa. xxij. de ꝓprio & cõmuni. p. 186. c. 1
Extrauagans Ioa. xxij. Quia quorundam. p. 186. c. 2
Alia constitutio Ioa. xxij. Quia nõnunquã. p. 187. c. 2
Quęstio 16. de erroribus Henrici de Senis. p. 291. c. 1
Extrauagãs Io. xxij. Gloriosã Ecclesiã. p. 291. col. 1
Extrauagãs Ioa. xxij. Sãcta Romana. pag. 292. col. 1
Quęstio 17. De obiectis Fraticellorum contra constitut. Ioa. xxij. cum responsionibus ad illa. pa. 295. c. 1
Quæstio 18. De erroribus Grecorum. pag. 303. col. 2

Quæstio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæstio 19 De erroribus Tartarorum. pag.305.col 1
Quæstio 20. De Turcarum. erroribus pag.305.col.2
Quæstio 21. De erroribus Saracenorum.pag.306.col.1
Quęstio 22.De Iudęorum erroribus. pag.307.col.2
Quæstio 23. De libris hęreticis seu apochryphis.de quibus in Decretis. pag.308.col.2
Quæstio 24. De libris damnatis in Decretal. p.310.c.2
Quæstio 25. De libris dãnatis in Extrauagan. p.311.c.1
Quæstio 26. De libris damnatis a diuersis Rom. Pontificibus. pag.311.col.1
Bulla Greg. Papę xj. Conseruationi.qua condemnantur viginti volumina Raymundi Lull, & cetera eiusdẽ opera interdicuntur. pag.311.col.2
Quæstio 27. De libris damnatis mandato speciali D.Papæ. pag.314.col.1
Quæstio 28. De libris damnatis ab Inquisitoribus Aragonię. pag.316.col.1
Quæst.29.De libris ĩ Italia & Gallia dãnatis.p.317.col.2
Quæstio 30. De vi nominis,hęreticus pag.318.c.1
Quęstio 31.Quot modis in iure quis dicatur hęreticus. pag. 318 col.2
Quęstio 32 Quis ꝓprie & vere dicat hereticus.p.319 c.1
Quęstio 33. De hæreticis tum manifestis, tum secretis. pag. 321 col.2
Quæst.34.De hr̃icis affirmatiuis & negatiuis.p.322.c.1
Quæstio 35. De causis ex quibus in genere aliqui dicantur hæretici. pag.325. col.1
Quæstio 36. De hæreticis damnatis in toto iure canonico. pag.325.col.2
Quæstio 37.De hr̃ticis in iure ciuili noĩatis. p.326.c.1
Quæstio 38. De hæreticis in Ro. Curia & extra damnatis à Delegatis Papæ. pag.328. col.1
Quæstio 39. Qui dicendi sint hæresiarchæ. p.328.col.2
Quæstio 40. De hæreticis impœnitentibus, pęnitentibus & relapsis. pag.330.col.2
Quæstio 41. De blasphemis. pag.332.col.2
Quæstio 42. De sortilegis & diuinatoribus. p.335.c.2
Quæstio 43. De inuocantibus dæmones. p.338.c.1
Extrauagans Ioan. xxij. Super illius. contra magos magicasque superstitiones. pag.341.col.2
Quęstio 44. De Christianis transeuntibus,vel redeuntibus ad ritum Iud3orum pag.348. col.1
Extrauagans Nicolai iiij. Turbato corde. Ibid col.2
Quæstio 45. De Christianis trãseuntibus ad sectã Saracenorum. pag.351.col.2
Extrauagans Greg. xj. Admodum. pag.351.col.2
Quæst.46.De infidelib. cõtra fidẽ Christianã delinquẽtib⁹,an iurisdictioni Inq̃itorũ subdãtur.pag.352.c.2
Decretum Papæ de consignando quodam Hebræo incarcerato Inquisitori. pag.357.col.2
Quæstio 47.De excommunicatis animo pertinaci per annum manentibus in excõicatione. pag.359.c.2
Quæstio 48. De Schismaticis. pag.362.col.1
Quæstio 49 De Apostatis. pag.364.col.2
Quæstio 50. De credentibus hæreticorum. p.366.col.1
Quæstio 51 De receptatoribus hæreticorum. p.368.c.2
Quæstio 52.De defensoribus hæreticorum. p.370.c.1
Quæstio 53 De fautoribus hæreticorum. pag.371. c.2
Quæstio 54.De impeditoribus officij inquis.p.374.c.2
Quæstio 55. De suspectis de hæresi. pag.376.col.2
Quæstio 56. De calibus vehementis suspicionis hæreseos in iure expressis. pag.380.col.2
Quæstio 57. De diffamatis de hæresi. pag.384.col.1
Quęstio 58.De relapsis. pag.385.col.2

TERTIA PARS DIRECTORII

EST DE PRACTICA OFFICII INQVISIT.

In qua hæc per ordinem continentur.

IN Tertiam partem Directorij Inquisitorũ Nicolai Eymerici præfatio & argumentum. pag.389
DE MODO incipiendi processum in causis fidei. pag.390
Inquisitori de nouo instituto qd agendũ.pag.390.col.1
Forma literarum Domini temporalis,quas debet impetrare Inquisitor nouiter institutus. Ibid. col.2
Forma literarum vocandi officiales temporales,vt compareant coram Inquisitore. pag.392.col.2
Forma literarum requirendi officiales temporales, vt præstent iuramentum. pag.393.col.1
Forma præstandi canonicum iuramentum de defẽdẽda Ecclesia cõtra hęreticam prauitatem. pag.394 col.1
Forma literarũ requirẽdi & mouẽdi officiales tẽporales vt præstẽt iuramẽtũ sub pœna excõicationis.p.395.c.1
Forma denuntiandi excommunicatos prędictos officiales. pag.396. col.1
Forma absoluendi prędictos à sententia excommunicationis. pag.397.col.1
Forma denuntiandi prędictos officiales absolutos ab excommunicatione. pag.399.col.1
Forma literarum aggrauãdi prędictos cum candelis extinctis & campanis pulsatis. Ibid. col.1
Forma excommunicandi participantes cum prędictis Rectoribus ciuitatum vel locorum. pag.399.col.2
Forma supponendi ciuitatem vel locum ecclesiastico interdicto, quia eius rectores noluerunt iurare, &c. pag. 400.col.1
Forma denuntiandi talem ciuitatem vel locum esse suppositum Eccles astico interdicto. Ibid. col.1
Forma absoluẽdi prędictos officiales, & relaxandi interdictum. pag.400.col.2
Forma denuntiandi regentes ciuitatem vel locum esse absolutos ab excommuncatione, & interdictum relaxatum. pag.401.col.2
Forma aggrauandi officiales prædictos excommunicatos, &priuandi eos officijs publicis. Ibid. col.1
Forma publicandi tales officiis publicis priuatos. pag. 403. col.1
DE INSTITVTIONE Vicarij seu Commissarij. pag.403. col.2
Forma instituendi Cõmissarium specialem. Ibid.col.2
Forma alia ad hoc idem. pag.404.col.2
Forma literarum instituẽdi duos Commissarios simul, qui procedant pariter &coniunctim. pag.405.col.2
Forma alia secunda pro eodem. pag.405.col.2
Forma instituẽdi ab Inquisitore in tota prouincia Vicarium generalem. pag.406.col.1
Forma alia secunda instituendi Vicarium generalem, in tota prouincia. pag. 407.col.1
Modi alij instituendi Vicarios. Ibid. col.2
DE SERMONE Generali habendo ab Inquisitore. pag. 407.c.2
Forma litterarũ indicẽdi sermonẽ generalẽ. Ibid. c.2
Forma altera ad idem. pag.408.col.1
Forma admonitionis in sermone generali de hęreticis reuelandis. pag.408.c.2
Forma secunda pro eodem. p.409. c.1
POST PVBLICATIONEM Edicti, quid facere debeat Inquisitor. pag.409.co.1
De sponte venientibus in tempore gratię & crimen suũ Inquisitori prodentibus. Ibid. c.2
De modo recipiendi denuntiationes. pag.413.c.1
Forma scribendi dicta testium per modũ Memorialis. pag. 413.col.1
Tempore gratiæ elapso quid agendum. Ibid. c.1
DE PRIMO Modo procedendi in causa fidei per accusationem. pag.413.co.2
DE SECVNDO Modo procedendi in causa fidei ꝑ denuntiationem. pag.415.c.2
DE TERTIO Modo procedendi in causa fidei per viam inquisitionis. p.416. c.2
DE MODO prosequẽdi & continuandi processum in causa fidei. pag. 417.c.2
Modus continuãdi ꝓcessum per accusationẽ.p.418.c.2
Forma examinationis testium. Ibid. col.1
Modus interrogandi reum accusatum. p.421.c.2
Modus cõtinuandi ꝓcessum ꝑ denũtiationẽ.p.423.c.2
Modus continuandi ꝓcessum ꝑ inquisitionẽ. Ibid.c.2
Forma examinandi testes super fama alicuius infamati de hæresi. pag.424.col.1
Quot personæ esse debeant in examinatione testium & delatorum in causa fidei. pag.425.co.2
Obseruanda ab Inquisitoribus in examinatione hæreticorum. p.428. c.2
DE MODIS Decem hęreticorum, quibus errores suos obtegere studeant. pag.430.c.1
Cautelę Inquisitorum decem contra hæreticorum cauillationes & fraudes. pag.433.c.1
DE SIGNIS Et indicijs,exterioribus quibus diuersarũ sectarũ hęretici cognosci possint. p.438.c.2
Signa exteriora ꝑ quę hæretici Pseudoapostoli cognoscuntur. pag.440.c.2
Signa exteriora per quę Manichæi hęretici dignoscuntur. pag.440.co.1
Signa exteriora per quæ Valdenses hæretici cognoscuntur. Ibid. col.1
Signa exteriora per quę Beguini vel Begardi,seu Fraticelli hæretici dignoscuntur. pag.441.c.2
Signa exteriora per quæ hęretici reiudaizantes dignoscuntur. pag.441.c.1
Signa exteriora per quę Necromantici hæretici dignoscuntur. pa.441.c.2
Placitũ Iudęorũ in nomine principis factũ.p.442.col.1
DE IIS Quę processus fidei prorogare & retardare possunt. pag.445.c.1
De testium multiplicatione. p.445. col.1
De defensionibus reorum. pa.446.c.1
MODI Sex tradendi copiam processus delato de hæresi,suppresis delatorum nominibus. pa.449.c.2
De recusatione Inquisitoris. pa.451.co.2
De appellatione quę fit ab Inquisitore. pag.453.c.2
Grauamen irreparabile si intulerit Inquisitor,quid facere debeat. p.454.co.1
Forma dandi apostolos negatiuos. pag.455.c.1
Forma alia concedendi appellanti apostolos negatiuos. Ibidem. col.1
Forma concedendi appellanti apostolos affirmatiuos. pag. 455. c.2
Forma alia breuior ad idem. p.456. col.1
QVOD Inquisitores non debent moram contrahere in Rom. Curia. pag.459.c.2
Quæ damna ex Inquisitorum absentia proueniant. pag. 460. c.1
DE ABSENTIA & fuga delati. pag.461.co.2
Forma Citandi absentem,non tñ fugitiuum,cum est delatus vel suspectus de hęretica prauitate. Idib. co.2
Item alia forma ad hoc idem. pag.461.col.2
Forma requirẽdi diuisim, vel coniunctim dicœcesanum vel Inquisitorem,ad quorũ iurisdictionẽ fugiẽdo vel nõ fugiendo delatus de hæresi se transtulit,quatenus eũ remittant Inquisitori à quo fugit,vel in cuius iurisdictione deliquit. pag.465.c.1
Alia forma ad idem. pag.465. c.2
Practica citandi aliquem iuxta formam cap. cum contumacia. pa.466.c.2
Forma citandi aliquem fugitiuum,quatenus intra certũ terminũ cõpareat corã Inquisitore de fide catholica responsurus,& excõmunicandi eum,nisi compareat intra terminum assignatum. Ibid. col.2
Alia forma ad idem. pag.467.c.2
Forma citandi aliquem fugitiuum qui debuerat abiurare, quatenus veniat intra certum terminum ad faciendam abiurationem prędictã,& excommunicandi eum nisi faciat vt mandatur. pag.468. c.2
Forma alia ad hoc idem. p.469.col.2
Forma denũtiandi excõicatũ q̃ citatus rñsurus de fide, vel abiurationẽ facere,noluit cõparere. p.470.c.2
Forma alia ad hoc idem. p.471. c.1
QVO MODO ET Qualiter processus in causa fidei est terminãdus,& sunt tredecim modi processum in causa fidei debite terminandi. pag.473.col.1
DE PRIMO MODO Finiẽdi fidei processum quãdo delatus est absoluendus. pag.474.c.1
Forma absoluendi delatũ de hæretica prauitate cum nihil probatur legitime contra eum. Ibid. col.1
Alia forma ad hoc idem. Ibid. col.2
DE SECVNDO Modo finiendi ꝓcessum in causa fidei per purgationẽ canonicam. pag.475.col.2
Forma purgationẽ canonicã diffamato indicẽdi.476.c.1
Forma purgationis canonicę de diffamato de hęresi faciendę. Ibid. c.2
DE TERTIO Modo terminandi processum in causa fidei per tormenta. p.480. col.2
Forma sententiæ interlocutorię ad supponendũ aliquẽ quæstionibus & tormentis. Ibid. c.2
Instructio accuratissima circa q̃stiones reorũ. Ibid.c.2
DE QVARTO Modo terminandi processum fidei per abiurationem deleui. pag.486.c.1
Forma disponendi ad abiurationem publice faciendam. Ibidem. col.1
Forma abiurandi hęresim quando delatus est suspectus leuiter. Ibid. col.2
Forma ferendi sententiam,seu iniungendi pœnitentiam ei qui abiurauit vt suspectus leuiter. pag.487.co.1
DE QVINTO Modo terminandi processum fidei ꝑ abiurationem de vehementi. pag.492.c.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Forma disponendi ad hęresim abiurãdam eũ qui est suspectus de hęresi vehemeter. Ibid. col.2
Forma abiurandi hæresim quando delatus est suspectus vehementer. p.493.co.1
Forma sententiandi eum, qui abiurauit vt suspectus vehementer. pa.493.col.2
DE SEXTO Modo terminandi processum fidei in casu violenter suspecti. p.495.col.1
Forma disponendi ad hęresim abiurandam eum, qui est suspectus de hęresi violenter. Ibid. col.2
Forma abiurandi omnem hęresim generaliter ab eo qui est suspectus habitus de hæresi violẽter. p.496.col.1
Forma absoluendi ab excommunicatione. p. 497. c. 1
Forma ferendi sententiã, siue iniũgendi pænitentiã ei, q fuit habitus suspectus de hęresi violenter. Ibid. c.2
DE SEPTIMO Modo terminandi processum fidei p canonicam purgationem, & abiurationẽ. p.500.c.2
Forma disponendi ad purgationem canonicã & abiurationem faciendã ab eo qui est diffamatus, & aliàs suspectus de hęretica prauitate. pag. 500.c.1
Forma purgationis canonicæ à diffamato de hæresi faciendæ. pa.501.c.1
Forma hęresim abiurandi per illum qui est de hæresi diffamatus & suspectus, aliàs de eadem. Ibid. c.1
Forma ferendi sniam, vel iniungendi pęnitentiã diffamato de hæresi & suspecto, aliàs de eadẽ. pag. 502.col.1
DE OCTAVO Modo terminandi ꝓcessum fidei p abiurationẽ faciẽdã ab hęretico pęnitẽte. p.503.co.1
Forma disponendi ad abiurationem faciendã per illum, qui est propria cõfessione in hęresim deprehensus, & pęnitet; & aliàs non relapsus. p. 503.col.2
Forma cedulæ legendæ in publico crimina illius continentis, qui habet hæresim abiurare. pag.504.c.1
Forma omnem hæresim abiurãdi per illum, qui propria cõfessione est in hæresim deprehensus & pæniter, & aliàs non est relapsus. p.504.c.2
Forma sententię contra eum, qui abiurauit vt hæreticus pænitens. pag.505.c.2
DE NONO Modo terminandi processum fidei in casu relapsi pęnitentis. pag.510.col.2
Forma ferendi sententiam contra eum, qui in hæresim est relapsus, sed pęnitens, & vt relapsus traditur curiæ sæculari. p.511.c.1
DE DECIMO Modo terminandi ꝓcessũ fidei p cõdẽnationẽ hęretici ĩpęnitẽtis nõ relapsi. p.514.co.1
Forma tradendi hæreticum pertinacẽ, aliàs nõ relapsum curię sæculari. p.515.c.1
DE VNDECIMO Modo terminandi processum fidei per condemnationem hæretici impænitentis, ac relapsi. p.519.co.1
Forma relinquẽdi, seu tradendi impænitentem hęreticũ & relapsum brachio sęculari. Ibid. c.2
Tenor sententiæ diffinitiuæ latæ contra Hieronymũ de Praga. p.520.col.2
DE DVODECIMO Modo terminandi processum fidei per condemnationem conuicti de hæresi, & persistentis in negatiua. p.521. c.2
Forma puniendi ac condemnandi falsos testes vel falso seu malitiose imponentes innocenti crimen hæreticę prauitatis. pag.522.c.2
Forma tradendi seu relinquendi brachio sæculari eum, qui cõuictus est de hęresi per testes legitimos, & stat pertinaciter in negatiua, licet fidem catholicam profiteatur. p.523.c.2
DE TERTIODECIMO Modo terminandi processum fidei per condemnationem cõuicti de hęresi contumaciter absentis vel fugitiui. p.528.c.2
Forma citandi conuictum de hæresi absentem, vel fugitiuum contumacem ad sententiam. p.529.co.1
Forma degradandi verbaliter absentem condemnandũ vt impænitentem. pag.530.c.1
Forma ferendi sententiam cõtra absentẽ vel fugitiuũ declarandum hęreticũ impænitentem. Ibid. col.1
QVÆSTIONES CENTVM TRIGINTA super practica officij Inquisitionis eidem officio congruentes.
Quæstio 1. De conditione Inquisitoris. pag.534.col.1
Quæstio 2. De ætate Inquisitoris. Ibid. 535. c.2
DE INSTITVTIONE Inquisitoris.
Quæstio 3. De auctore potestatis Inq̃sitorũ. p.536.c.1
Quęstio 4. Inquisitor sit ne iudex ordinarius an delegatus. Ibid. c.2
Quęstio 5. De cõparatione Epi & Inq̃sitoris. p.537.c.2
Quæstio 6. Inquisitor à prælatis ordinis sui institutus, cuius sit delegatus. pag.539.co.1
DE DESTITVTIONE Inquisitoris.
Quæstio 7. An defuncto Ro. Pont. expiret Inquisitoris potestas. pag.539.col.2
Quęstio 8. An defuncto prælato instituẽte Inquisitorẽ spiret potestas Inquisitoris. pa.540.c.2
Quęstio 9. A quo possit Inquisitor ab officio remoueri. pag. 540. col.2
Quęstio 10. An Inquisitores ex mera prælatorũ suorũ voluntate remoueri queant. pag.541.c.2
Quæstio 11. Mandari ne possit Inquisitoribus à suis prælatis, vt supersedeãt ab executione officij. p.542.c.1
Quæstio 12. An Inquisitores teneãtur reddere rõnẽ prælatis ordinis de spectãtib⁹ ad officiũ suũ. p.542.c.2
DE INSTITVTIONE Commissarij Inquisitoris.
Quęstio 13. An Inquisitor possit instituere sibi Vicarium. p.545.c.2
Quęstio 14. An Vicarij Inquisitoris ab ipso solo instituti possint, & non ab eius prælatis, pag.546.c.1
Quæstio 15. An Inquisitor vices suas alij plene committere valeat. Ibid. col.2
Quæstio 16. De ætate & conditionibus vicarij Inquisitoris. pag.547.c.1
DE DESTITVTIONE Cõmissarij Inquisitoris.
Quæstio 17. p.548.co.1
DE CREATIONE Notarij Inquisitionis Quęstio 18. pag.550.col.1
Quęstio 19. An Inquisitor cogere possit ad exequendũ tabellionatus officium clericos & alias personas idoneas. pag.550.co.2
DE SOCIIS Inquisitoris Quæstio 20. p. 551.c.1
DE EXCOMMVNICATIONE Inquisitoris, eius socij & notarij.
Quæstio 21. excõicari ne possint Inquisitor & eius notarij ab Apostolicæ sedis delegatis. p.552.c.1
Quæstio 22. An Inq̃sitor absq; incursu excõmunicationis, reqrere possit dños tpales excõicatos. p.553.c.1
Quęstio 23. An Inquisitor & eius socius se mutuo absoluere possint ab excõmunicatione. p.553.co.2
Quæstio 24. Quibus casibus Inquisitores excõmunicatione Papę reseruatam incurrant. pag.553. c.2
CONTRA QVOS Potest procedere Inquisitor.
Quæstio 25. An Inquisitor vel quisquam alius ꝓcedere possit contra Papã deprehensũ in hæresi. p.554.c.2

Quæstio

Quęstio 26. An Inquisitor possit procedere contra officiales Papę. pag.555.c.1
Quęstio 27. An Inquisitor procedere possit contra Episcopos. pag.556.col.1
Quæstio 28. An Inquisitor possit procedere contra religiosos exemptos. pag.557.c.1
Quęstio 29. An Inquisitor pocedere possit contra sacerdotes. pag.558.c.1
Quæstio 30. An Episcopus vel Inquisitor procedere possit contra alium Inquisitorem. Ibid. col.2
Quæstio 31. An Inquisitor possit procedere contra Reges & omnes laicos indistincte. pag.559.col.2
Quæstio 32. An Inquisitor cogere possit ciuitatum rectores ad iurandum de defendenda Ecclesia contra hæreticos. pag.560.co.1
Quæstio 33. De iuramento à dñis tẽporalibus pręstãdo in initio officij de extirpandis hæreticis. p. 561. c.1
Quęstio 34. An Inquisitor cogere possit ad reuocandũ statuta impediẽtia officiũ S. Inquisitionis. Ibid. col.2
Quæstio 35. An Inquisitor ꝓcedere possit contra dños temporales negantes ei debitũ auxiliũ. p.562.co.1
Quæstio 36. An Inquisitor possit procedere contra impedientes eius officium. pag.563.col.1
Quęstio 37. An Inquisitor in aliquo casu possit compescere quæstuarios. pag.564.col.2
Quęstio 38. An Inquisitor prohibere possit laicis disputare de fide. pag.565.col.1
Quęstio 39. An Inquisitor ꝓcedere possit cõtra aduocatos & notarios patrocinãtes hęreticis. Ibid. col.1
Quęstio 40. An Inquisitor possit procedere contra sciẽter sepelientes hęreticos in loco sacro. pa.566.c.2
Quęstio 41. An Inquisitor possit procedere contra renuentes iurare in causa fidei, &c. pag.667.c.2
Quęstio 42. An Inquisitor possit procedere contra delatos, qui aliò se transtulerunt, &c. p.568. col.1
Quęstio 43. An Inquisitor possit procedere contra mortuos. pag.570.co.1
Quæstio 44. An Inquisitor possit procedere contra blasphemos, sortilegos, necromanticos, &c. p.576. col.1
Quæstio 45. Contra quos generaliter ex officio suo possit Inquisitor procedere. pag.576.c.1
DE MODO PROCEDENDI.
Quęstio 46. An Inquisitores plures in eadẽ ꝓuincia delegati ꝓcedere possint vnus sine altero. pa. 576.c.2
Quæstio 47. An Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore procedere possit. pag.577.c.2
Quæstio 48. An sententiam pro delato diffinitiuam ferre possit Eps sine Inquisitore, & contra. pag.578.c.1
Quæstio 49. An Eps & Inquisitor possint procedere ad sententiam alter sine altero, quando nequeunt vel nolunt in eundem locum conuenire. pag.580.c.1
Quæstio 50. Quid agendum cum Episcopus & Inquisitor discordant. pag.580.col.2
Quæstio 51. De cõmunicatione processuum inter Episcopum & Inquisitorem. p. 581.c.1
Quęstio 52. Quando diuisim procedere dicantur Episcopus & Inquisitor. Ibid. col.2
Quęstio 53. Quando facienda sit processuum communicatio, in medio an in fine. p.582.col.1
Quęstio 54. An in negotijs fidei summarie & de plano procedi possit, &c. Idib. col.2
Quęstio 55. De intellectu verborũ; procedere summarie, simpliciter & de plano. pag.583.col.1
Quęstio 56. An Inquisitor familiam armatam possit habere. pag. 583.c.2
Quæstio 57. An Inquisitor brachij sęcularis auxiliũ inuocare possit. pag.585.col.1
DE CARCERE INQVISITORIS.
Quęstio 58. An Inquisitor possit habere carcerem proprium. pag.585.col.2
Quęstio 59. An Eps & Inquisitor possint hre cõem carcerem, & de custodibus carceris. pag.587.co.1
Quæstio 60. De iuramento Notariorum & custodum carcerum. pag.591.col.1
DE QVAESTIONIBVS & tormentis.
Quęstio 61. Ibid. col.2
DE TESTIBVS In negotio inquisitionis.
Quęstio 62. An Inquisitor cogere possit testes ad testificandum. pag.599.col.2
Quæstio 63. An Inquisitor debeat solus cũ notario examinare testes, siue reos. pag. 602.col.1
Quæstio 64. Excõmunicati & socij criminis sint ne admittendi in testes in causa fidei. pag.603.col.1
Quęstio 65. An periuri possint in testes admitti in causa fidei. pag.605.c.1
Quęstio 66. An infames & criminosi in testes recipi valeant in causa fidei. p.606.c.2
Quęstio 67. An inimici capitales admitti possint ad testificandum, &c. Ibid. col.2
Quęstio 68. An hęreticus admittendus sit in testem contra fidelem. p.610.col.2
Quęstio 69. An hęretici contra hęreticum testimonium admittatur. pag.611.c.2
Quęstio 70. An vxor, filij, & familiares pro, vel contra delatos de hæresi admitti debeant in testes. p.612.c.2
Quęstio 71. An testes plures duobus requirãtur ad cõdemnandum quempiam de hęresi. pag.614.col.1
Quęstio 72. An ex pluribus testibus singularibus sit aliquis condemnandus. pag.615.col.2
Quęstio 73. An Inq̃sitor valeat torquere testes, & si falsi deprehensi fuerint, punire. p. 622. col.1
Quęstio 74. An Inq̃sitor citare, & pertrahere possit de diœcesi ad diœcesim testes ꝓ ac delatos. 626.c.2
Quęstio 75. An nomina testium & denuntiatorum sint delatis publicanda. p.627. c.1
Quęstio 76. Quę pœna incurratur si contra ius publicẽ tur vel occultentur nomina testium, &c. p.629.c.1
DE PERITIS ET Aduocatis necessarijs pro officio Inquisitionis.
Quęstio 77. An Inquisitor possit conuocare peritos ad prębendum consilium. p.629.col.2
Quęstio 78. An de consilio peritorum ferenda sit ab Episcopo & Inquisitore sententia. pa.630.c.1
Quęstio 79. An processus totus Iuris peritis explicari debeat. p.631.co.2
Quęstio 80. An testium nomina sint consultoribus manifestanda. pag.632.c.1
Quęstio 81. An Episcopus & Inquisitor possint secretũ indicere consultoribus. Ibid. col.2
Quęstio 82. An Eps & Inquisitor possint se mutuo excommunicare ob indictũ secretum. p.633.c.1
Quęstio 83. An Episcopus & Inquisitor teneãtur ad secretum quod alijs indicunt. Ibid. col.1
DE STATVTIS & cõstitutionibus ꝓ offi. Inquisit.
Quęstio 84. An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data sint per posteriores cõstitutiones reuocata. pag. 633.col.2
Quęstio 85. An Eps & Inquisitor simul interpretari possint

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint statuta contra hæreticos edita. pag.634.col.1
Quæstio 86. An Inquisitor per se possit in verbis ambiguis interpretari dicta statuta. pag.634.col.2
DE SVSPECTIS DE HAERESI & diffamatis.
Quæstio 87. An suspectus de hæresi cogi debeat abiurare. pag.637.col.1
Quæstio 88. An diffamato de hæresi sit indicenda purgatio canonica. Ibid. col.2
Quæstio 89. Quot, quibusq; modis in iure quis censendus sit deprehẽsus in hæretica prauitate. p.638.col.1
DE DEPREHENSIS IN HAERESI, sed Pœnitentibus.
Quæstio 90. An deprehensus in hæresi, & ꝓpter hoc captus, sit sub cautione dimittendus. pag.638.col.2
Quæstio 90. An deprehensus in hæresi non relapsus redire volens, ad abiurationem & misericordiam sit admittendus. pag.640.col.1
Quæstio 92. An Eps & Inqsitor absoluere possit ab excommunicatione hæreticũ pœnitentem. p.640.co.2
Quæstio 93. An hæreticus pœnitens sit condemnandus ad perpetuum carcerem. pag.641.col.1
Quæstio 94. Hæreticus cõdemnatus ad perpetuũ carcerem, sit ne degradandus, si clericus fuerit. p.642.c.1
Quæstio 95. An hæretico pœnitẽti, ꝓter pœnam carceris, aliqua salutaris pœnitentia imponi debeat. p.642.c.1
Quæstio 96. An Eps & Inquisitor dispensare possint cũ condẽnato ad carcerẽ, & alias pœnas. Ibid. col.2
Quæstio 97. An Eps & Inquisitor ꝓcedere queant contra nõ perficiẽtes iniunctas pœnitentias, &c. p.643.c.1
DE IMPAENITENTIBVS & Relapsis.
Quæstio 98. An hæreticus impœnitens continuo tradendus sit brachio sæculari. pag.646.col.1
Quæstio 99. An hæreticus pœnitens & relapsus brachio sæculari tradendus sit, &c. Ibid. col,2
Quæstio 100. An ecclesiastica sacramenta neganda sint relapso pœnitenti, &c. p.647.col.1
Quæstio 101. De modo tradendi hæreticum impœnitẽtem, vel relapsum curiæ sæculari. p.647.col.2
Quæstio 102. De intercessione facienda pro eo qui relinquitur curiæ sæculari. Ibid. col.1
DE PAENITENTIIS pecuniarijs imponendis.
Quæstio 103. An Inquisitor possit iniungere pœnas pecuniarias. p.648.col.2
Quæstio 104. An Inquisitor exigere possit ab inquisitis expensas. pag.649.col.2
Quæstio 105. An Inquisitor teneatur reddere rationem Episcopo de acceptis gratia expensarũ, &c. p.651.c.2
Quæstio 106. An Episcopus exigere possit expensas ab inquisitis, &c. pag.652.col.1
Quæstio 107. An Eps exigere possit partem prouentuũ de bonis applicatis Inquisitionis officio. Ibid. col.1
Quæstio 108. Vnde sit inquisitor in suis sumptibus, & in ministrorum salarijs prouidendum. Ibid. c.2
DE CONFISCATIONE bonorum hereticorum.
Quæstio 109. Bona hæreticorum pœnitentium non relapsorũ, sint ne confiscata an confiscanda. p.654.c.1
Quæstio 110. An bona hæreticorum impœnitentiũ vel relapsorum confiscanda sint ab Episcopo & Inquisitore, &c. pag.662.co.1
Quæstio 111. An propter hæresim maritorum dotes vxorum sint confiscandæ. Ibid. c.2
Quæstio 112. De confiscatione bonorum clericorum, hæreticorum. pag.669.co.2
DE POENIS HAERETICORVM, credentiũ, receptatorum, fautorum, & defensorum.
Quæstio 113. De priuatione dignitatum, honorum, beneficiorum ecclesiasticorũ, & publicorũ officiorum quę propter hæresim infligitur. pag.666.c.1
Quæstio 114. De extensione dictæ priuationis ad posteros hæreticorum. p.669.col.1
Quæstio 115. An tã per maternã lineã quã per paternam fiat huiusmodi pœnę ad posteros extẽtio. p.671.c.2
Quæstio 116. An emancipatio filiorum à parentibus hæreticis facta sit valida admittenda. pag.673.c.2
Quęstio 117. An appellationis beneficium sit hæreticis credentibus, &c. interdictum. p.674. c.2
Quęstio 118. An scienter sepeliẽtes in loco sacro corpora hæreticorũ possint ab Inquisitore ꝓpuniri. p.675.c.1
Quęstio 119. An subditi sint absoluti à debito fidelitatis quo dñis lapsis in hæresim deuincti erant. Ibi. c.2
Quæstio 120. An hęredes receptatorum defensorũ, &c. hæreticorum cogi possint ad exequendam pœnitentiam receptatoribus impositam. p.677.c.1
Quæstio 121. An filij vel hęredes illorũ qui morti proximi consolari ab hęreticis petierunt, sint admittẽdi ad eorum excusationem. pag.678.c.2
DE EXCOMMVNICATIS in causa fidei, & absolutione eorum.
Quęstio 122. An hæretici & eorũ fautores sint excõicati, & ab Inquisitoribus possint absolui. p.680.c.2
Quęstio 123. Quam pœnam incurrant fautores hæreticorum, si animo pertinaci perstiterint in excommunicatione per annum. p.681.c.1
Quæstio 124. Quam pœnam incurrant excommunicati in causa fidei sic durantes per annum. p.682.col.1
Quæstio 125. An tales excõmunicati ex causa fidei absolui possint ab Inquisitore. p.683.col.1
Quæstio 126. An Inquisitor dispẽsare possit ab irregularitate cũ præfatis excommunicatis. Ibid. c.2
DE INDVLGENTIIS PRO fide laborantibus consequendis.
Quæstio 127. An Inquisitor conferre possit indulgentias accedentibus ad eius concionem pro fide factã. pag. 684.c.1
Quæstio 128. An Inquisitor conferre possit indulgentias socijs, ac notarijs suis. p.684.c.2
Quæstio 129. An Inquisitor largiri possit indulgentias alijs sibi ĩ officio assistẽtibus, & auxiliãtibus. 685.c.1
Quæstio 130. An Inquisitor plenariam indulgentiam consequatur in vita & in morte. p.686.col.1
Quęstio 131. An Extrauagantes in fauorem fidei, & Sancti Officij editę sint seruandę. p.686.c.2

ACCESSERE MVLTÆ LITTERÆ Apostolicæ Officio Sanctiss. Inqsitionis deseruiẽtes.
Itẽ, Disputatio de valore seu robore, probatione & vtilitate earundem litterarum Apostolicarum.
Item, multiplex & locupletissimus Index rerum & verborum.

FINIS.

INDEX

INDEX PARTICVLARIS COMPLECTENS

TAM HÆRESES ET ERRORES,
Quàm diuersi generis propositiones in hoc opere
à NICOLAO EYMERICO congestas
in RR. DD. Inquisitorum gratiam
& commodum adiectus.

A

BSOLVERE à peccatis nec Papam posse, nec alium quemquam de Rom. Ecclesia. hæresis Manichæorum nouorum, parte 2.quæst.13. pag.274.col.1.D
Accidens sine subiecto esse non posse, etiam per diuinam potentiam. error Rabbi Mosis, parte secunda, quæstione 4. pag.241.col.1.A
Adorare licere dæmones latria, si repræsentent suum creatorem. hæresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.A
Adorare licere creaturas, cultu latriæ. hæresis, parte secunda, quæstio.10. p.163.c.1.E & 2.A
Adorationem & sacrificium de iure naturæ deberi dæmonibus. hęresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.A
Adulteria & stupra ex charitate facta, quòd Deus vt bonus non puniebat, &c. hæresis Almarici, parte secunda, q.7. pag.249.col.1.B
Agens nullum esse posse contrariorum & diuersorum principium. error Auerrois. parte 2. quæstio.4. pag.239.col.1.B
Amandum esse Deum quia bonus est, non autem propter beneficia, quæ homini confert. Articulus 80. Raymundi Lull. pag.259.c.1.A.B
Amari non debere Deum plus, quia multiplicat homini bona, &c. error Raymundi Lull. par. 2.quæst.9. pag.259.col.1.B
Amicum & amatum, ideſt, hominem iustum & Deum, esse vnam indistinctã essentiam in bonitate & magnitudine & æternitate. hæresis Raymundi Lull. pag.259.col.2.A
Angelos esse corporum creatores, non autem Deum, hęresis est, & quorundam philosophorũ error, par.2.q.4.num.1. pag.238.col.1.D
Angelorum numerum esse secundum numerum orbium cælestium. error Aristotelis, parte secunda, q.4. pag.239.col.2.C
Angelos esse productos vnum ab alio, secundum à primo. error Algazelis. pag.239.col.2.E
Angelos esse decem tantum. error Algazelis, ibidem. pag.240.col.1.A
Angelos, apostolos, & beatos omnes esse schismaticos hæresis. parte secunda, quæstione decima. pag.264.col.1.A
Angelorum in natura non dici secũdum nec tertium, verba sunt sancti Basilij in recto sensu intelligenda. par.2.q.18. pag.304.col.1.C
Animas defunctorum circulariter in diuersa corpora migrare. fuit error philosophorum. pag.238.col.1.D
Animam vniusquiusque, tamdiu in corpore permanere, quamdiu ex naturę decreto est in eo manſura. philosophorum dogma fuit. par.2.q.4. pag.238.col.1.D
Animum esse Deum commorantem in omnibus. error philosophorum fuit, par.2.q.4. pag.238.col.2.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animę partem vnam esse æternam, alteram vero temporalem. aliquorum philosophorum opinio fuit, par. 2. q. 4. pag. 238. col. 2. A
Animam nihil aliud quàm corpus esse, & vnà cum corpore mori. error philosophorum multorum fuit, par. 2. q. 4. pag. 238. col. 2. B
Animas cęlestium orbium ab intelligentijs esse productas, & intelligentiam vnam ab alia. error Auicennæ. pag. 239. col. 2. A
Animas humanas productas esse ab vltima intelligentia. error Auicennę par. 2. q. 4. pag. 239. c. 2. A. B
Et Algazelis, ibidem. n. 10. pag. 240. col. 1. A
Animam intellectiuã & corpus non constituere quid tertium alio modo, quàm ex cęlo & eius motore constituatur. error Auerrois, ibidem. pag. 239. col. 1. D
Animam hominis per imaginationem operari in corpore alieno. error Auicennæ, ibidem. pag. 239. col. 2. B
Et Algazelis. pag. 240. col. 1. C
Animæ separatæ pœnam esse separationem ab intelligentia. error Algazelis, parte 2. q. 4. pag. 240. col. 1. B
Animam separatam non pati pœnam sensus, sed damni separationis ab vltima intelligentia. error Algazelis. pag. 240. col. 1. B
Animam corpori coniunctam non sentire dolorẽ nisi ex separatione ab vltima intelligentia. error Algazelis. pag. 240. col. 1. B
Animæ impressionem in aliud corpus transire, &c. error Algazelis. nu. 18. pag. 240. col. 1. C
Animas non esse spiritus. error Sadducæorum, parte 2. q. 5. pag. 242. col. 2. C
Animam de natura Dei esse. hęresis Gnosticorum. par. 2. q. 6. pag. 243. col. 2. D
Et Manichæorum. par. & quæst. eadem. n. 31. pag. 244. col. 2. A
Animas in principio à Deo creatas peccasse, &c. hæresis Origenis, par. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. D
Animam hominis mori simul cum corpore. hæresis Arabicorum, par. 2. q. 6. pag. 245. col. 2. A
Animam esse corpoream. hæresis Tertulliani, par. 2. q. 6. n. 60. pag. 245. col. 2. A
Animas peccatorum in dæmones conuerti. hæresis Tertulliani, ibidem. pag. 245. col. 2. A
Animam rationalem non esse vere & per se corporis humani formam. hęresis. par. 2. q. 7. pag. 249. col. 2. A
Animam non indigere lumine quo ad Dei visionem eleuetur. hæresis Begardorum, ibid. pag. 249. col. 2. D
Animas iustorum & sanctorum non visuras diuinam essentiam ante corporum suorũ resumptionem. hæresis, par. 2. q. 8. p. 251. c. 1. C. D. E. & 2. A. B. C. D
Animas decedentium in mortali, non statim postmortem ad infernum descendere. hæresis. pag. 251. col. 2. C
Animas hominum migrare de corpore in corpus in aues & bruta. hęresis Manichæorum, parte secunda, q. 13. pag. 274. col. 2. C
Animas defunctorum statim paradisum, vel infernum adire, & nullas, purgatorum. hęresis Valdensium, parte 2. q. 14. pag. 279. col. 1. A
Antichristi aduentum futurum circa an. Domini 1360. error Bartholomæi Ianoue. par. 2. q. 11. pag. 267. col. 1. A
Et secundum alios, anno 1335. par. 2. q. 15. pag. 265. c. 2. A. B
Antichristi tempore cessatura in Ecclesia ecclesiastica sacramenta. error eiusdẽ Bartholomęi. pag. 267. col. 1. A
Antichristi erroribus immobiliter adhęsuros Christianos, qui ab eo seducẽtur. assertio temeraria eiusdem. pag. 267. c. 1. A. B
Antichristum maiorem & minorem futuros, &c. Begardorum error, par. 2. q. 15. pag. 285. col. 2. A
Apostatas pœnitentes non esse recipiendos. hæresis Nouatiani, parte 2. q. 6. pag. 244. col. 2. B
Apostolorum successores se esse. hęresis Valdensium, par. 2. q. 14. pag. 279. col. 1. C
Apostolos & Christum nihil habuisse, etiam in communi. Begardorum error, par. 2. q. 15. pag. 282. col. 1. D
Apostolos non potuisse habere aliquid in communi sine peccato eorundem. Begar. error. pag. 282. col. 1. D
Apostolos nullum ius vtendi, donandi, vendendi habuisse in his, quæ habuisse dicuntur. hęresis est dictorum Begardorum, par. 2. q. 15. pa. 286. c. 1. B. C
Aquam solam in calice offerendam esse. hęresis Aquariorum, par. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. C
Archangelorum opus esse rerum conditarum vniuersitatem. hęresis Archonticorum, parte secunda, q. 6. pag. 244. col. 1. A
Attributa diuina, vt sapientia, bonitas, &c. non esse in Deo vere & realiter, sed æquiuoce & causaliter. error Rabbi Mosis, par. 2. q. 4. n. 2. pag. 240. col. 2. C

B

Baptizatos rebaptizari debere. hęresis Nouatianorum, & Donatistarũ, parte secunda, quæstione sexta. nu. 34. pag. 244. col. 2. B. & 245. col. 1. C
Baptismum nõ esse tam paruulis quàm adultis perfectum remedium ad salutem. hęresis, parte 2. q. 7. pag. 249. col. 2. B
Baptismo non conferri gratiam informantem, & virtutes. hęresis, par. 2. q. 7. pag. 249. col. 2. B
Beatitudinem hominis sitam esse in cognitione vltimę intelligentię, & naturaliter haberi posse. error Algazelis, par. 2. q. 4. nu. 12. pag. 240. col. 1. B
Beatitudinem finalem ita posse in hac vita ab homine haberi sicut habebitur in alia. hęresis Begardorum, par. 2. q. 7. pag. 249. col. 2. D

Begui-

Beguinos quosdam pro hæreticis damnatos, fuisse martyres, &c. Begardorum error, parte secunda, q. 15. pag. 283. col. 1. D
Beguinos esse Ecclesiam Dei, & quotquot eorum dogmata recipiũt. hæresis est Beguinorum, parte 2. q. 15. pag. 283. col. 2. E
Beguinorum seu Begardorum errores alios. Vide parte secũda, quęstione 15. & infra verbo, Ecclesia. verbo, Papa. verbo, Petr. Ioannes.
Blasphemauerit qui semel, eũ non posse non blasphemare, Verba sunt sancti Cyrilli sane accipienda, parte 2. q. 18. pag. 304. col. 1. A

C

CAin adorandum esse. hæresis Cainanorum, par. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. B
Cœlum æternum esse atque ingenitum. error Aristotelis, parte 2. q. 4. pag. 238. col. 2. C
Et Algazelis, parte & quæstione eadem. pag. 239. c. 2. D. E
Cęlum esse animatum anima intellectiua. error Aristotelis, parte 2. q. 4. pag. 238. col. 2. E
Et Rabbi Mosis. ibi. pag. 240. col. 2. E
Cęlum esse animal Deo obediens, cuius motus est ab anima ipsius. error Auicennę, parte 2. quæst. 4. pag. 239. col. 1. E
Cęlestia corpora ab animabus ipsorum esse producta. error Auicennę, parte 2. q. 4. n. 7. pag. 239. col. 2. A
Cęlestibus corporibus subesse motus voluntatis. error Alchindi, par. 2. q. 4. pag. 240. col. 1. E
Cęlestes influxus dominari humanis operationibus à principio vsque ad finem earum. error Alchindi. num. 9. pag. 240. col. 2. A
Carnis esum execrandum esse. hæresis Tatiani. par. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. D
Carnis humanæ substantiam à diabolo esse. hęresis Patritianorum, ibidem. pag. 245. col. 1. B
Castitatem atque continentiam esse virtutem, negarunt multi philosophorum, parte secunda, q. 4. pag. 238. col. 1. E
Characteres vim naturalem habere ad ea, ad quę ordinantur. error Alchindi, parte secunda, q. 4. pag. 240. col. 2. A
Charitatem eousq; auctam fuisse, vt quę suapte natura sunt peccata, fieri possent sine peccato. hęresis Almarici, parte 2. q. 7. pag. 249. col. 1. B
Charitatem & alias virtutes à nullo viatore haberi posse. hęresis, par. 2. q. 10. pag. 263. co. 2. D
Charitate semota diligi posse Deum meritorie, & obtineri vitam ęternam. hęresis. pag. 263. col. 2. D
Christianos garrulos esse, & sine ratione duci. calumnia est Auerrois aduersus nos, parte secũda, q. 4. pag. 239. col. 1. A
Christianum populum totum duci in infernum; & talem fidẽ habere qualis est fides dęmonũ. error Arnaldi, parte 2. q. 11. p. 265. c. 1. E. & 2. A
Christum Dominum nostrum non fuisse vere passum. hæresis Basilidis, parte 2. q. 6. pag. 243. col. 2. C
Christum fuisse hominem tantum ex vtroque sexu progenitum. hęresis Carpocratis. pag. 243. col. 2. D
Et Photinianorum & Hebionitarum. pag. 244. col. 2. C
Christum non assumpsisse corpus de beatissima Virgine. hæresis Valentini, par. 2. q. 6. pag. 243. col. 2. E
Christum non in veritate Deum, sed in phantasia hominem apparuisse. hæresis Apellis. pag. 244. col. 1. A
Christum non semper fuisse, sed à Maria sumpsisse initium. hæresis Pauli Samosateni. pag. 244. col. 1. A
Christum esse Patrem & Spiritum sanctum. hęresis Noeti & Sabelij, par. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. E
Christum assumpsisse corpus sine anima. hęresis Appollinaris. pag. 245. col. 1. A
Christum esse filium Dei adoptiuum, non autem naturalem. hæresis Bonosianorum. pag. 245. col. 1. C
Christum non esse eundem Dei & Virginis filium. hęresis Nestorij parte 2. q. 6. nu. 64. pag. 245. col. 2. C
Christum post incarnationem non habuisse duas naturas, sed tantum diuinã. hęresis Eutychetis & Acephalorum. ibid. nu. 66. pag. 245. col. 2. D
Christum habuisse post incarnationem naturam vnam ex duabus dissultãtem. hęresis Theodosianorum & Cainanorum. pag. 245. col. 2. D
Christum ignorare diem iudicij. hęresis Agnoitarum. pag. 245. col. 2. E
Christum quatenus est homo, non esse aliquid. hęresis parte 2. q. 7. pag. 249. col. 2. C
Christum non assumpsisse animam rationalem, quę vere sit forma corporis eius. hęresis. pag. 249. col. 2. A
Christum fuisse adhuc viuum quando lancea percussus fuit, &c. hęresis Pet. Ioan. par. 2. q. 7. pag. 249. col. 2. A
Et parte secunda, quęstione nona. pag. 254. col. 1. C
Et parte secunda, quęstione quintadecima. pag. 284. col. 2. C
Christum & Apostolos nihil habuisse nec in proprio, nec in communi. hęresis Begardorum, parte 2. q. 8. pag. 251. col. 1. A
Christum & Apostolos in his quę habuisse dicuntur, nullũ ius habuisse, sed tantũ vsum facti. hęresis Beguinorum & Fraticellorum, par. 2. q. 8. pag. 251. col. 1. A
Et parte secunda, quęstione quintadecima. pag. 286. c. 1. B. C
Christi humanitatem tãtum posse, & tam altam esse quantum eius diuinitas. hęresis Arnaldi. parte 2. q. 11. pag. 265. col. 1. D

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi animam quamprimum fuit vnita diuinitati, sciuisse omnia quæ deitas scit. error Arnaldi. ead. quæst. pag.265.col.1.E
Christum & Apostolos non fuisse perfectos in vita contemplatiua. error Ioan. de Parma. parte secunda, quæstione nona. pag.255.col.1.D
Christo ita leue fuisse dolores sustinere sicut dicere. Articulus 45. Raymūdi Lull. parte secunda, quæstione nona. pag.257.col.2.B
Christi diuinitatem pœnam eius sensisse. Artic. 46. eiusdem. pag.257.col.2.B
Christi corpus in Cruce fuisse mortuum per separationem animæ ab ipso, & viuum per vnionem diuinitatis. Articulus 47. eiusdem. pag.257.col.2.B
Christus mortuus erat homo, &c. Articulus 48. eiusdem. pag.257.col.2.C
Christum non fuisse verum hominem, nec habuisse veram carnē, nec vere passum. hæresis Manichęorum, par.2.q.13. pag.274.col.2.A
Christum fuisse hominem tantum, sed neque mortuum, nec resurrexisse. opinio est Sarracenorum, parte 2.q.21. pag.306.col.2.A
Circuncisionem & legem veterem vnà cum Euangelio seruandam. hęresis Nazaręorum, Cherinti & Hebionis, par.2.q.6. pag.243.col.2.D E. & pag.244.col.2.C
Claustrales omnes extra charitatem esse, & damnari. error Arnaldi, parte 2.q.11. pag.265.col.2.A
Coitum vnuiuscuiusq; cum qualibet licitum esse, cum caro stimulat. hęresis Valdensium, parte secunda, q.14. pag.279.col.1.B
Confessionem factam fratribus iterandam coram proprio sacerdote. Articulus Ioannis de Poliaco damnatus parte 2.q.8. pag.250.col.2.B
Confessiones audiendi facultatem non posse conferri à Papa alicui, ita, vt confessus eidem non teneatur etiam eadem peccata proprio sacerdoti confiteri. Articulus Ioannis de Poliaco. pag.250.c.2.B.C
Confessionem peccatorum factam sacerdotibus Rom. Ecclesię, nihil valere ad salutem. hęresis Manichęorum, parte 2.q.13. pag.274.c.1.D.E
Confirmationis sacramento nolenti assentiri, non valere sacramentum baptismi. error Raymūdi Lull, parte secunda quæst.9. pag.259.col.2.D
Confirmationis sacramento tolli peccatum originale, videtur tenuisse Raymundus Lull, parte secunda, quæst.9. pag.259.col.2.D
Coniurationes vi naturali efficaces esse in affectibus humanis. error Algazelis, parte secunda, quęstione quarta. pag.240.col.2.B
Corporis partes inferiores à diabolo esse. hæresis Paternianorum, parte 2.q.6. pag.245.col.2.A
Creatores corporum esse Angelos, fuit quorundam philosophorum error. parte secunda, quæstione quarta. pag.238.col.1.D
Creationem, idest, productionem ex nihilo non dari, multorum philosophorū error fuit, parte secunda, q.4. pag.239.col.1.A
Creaturam non esse à Deo, sed à superna quadam virtute. hæresis Simonis Magi, parte secūda, quæst.6. pag.243.col.2.B
Creaturam non cooperari creatori. Dictum sancti Athanasij recte interpretandum, parte secūda, quęst.18. pag.305.col.2.D
Credere teneri vnumquemque se Christi membrum esse, &c. hæresis Almarici, parte secunda, quæstione septima. pag.248.col.2.E

D

DAmnatos multo pauciores futuros quàm electos. Articulus 76. Raymundi Lull, parte secunda, quęstione nona. pag.258.col.2.E
Damnari neminem posse, qui beati Francisci habitū gestet. hæresis Arnaldi Montanerij. parte secunda, quęstione vndecima. pag.267.col.1.E
Dæmones absque peccato venerari posse dulia, si desit prohibitio Ecclesię. hęresis. parte secūda, quæstione decima. pag.263.col.2.A
Dæmonibus sacrificantes melius excusari ab idololatria, quàm adorantes imaginē Christi. hęresis, parte 2.q.10. pag.263.col.2.A
Dæmonibus de iure naturæ adorationem deberi. hæresis, par.2.q.10. pag.263.col.2.B
Decimas nō esse soluēdas sacerdotibus, aut Prælatis Romanę Ecclesię, &c. hęresis Pseudoapostolorum, parte 2.q.21. pag.269.col.2.E
Decreta Romanorum Pontificum de ieiunijs, & de festis obseruari non debere. hęresis Valdēsium, parte secunda, q.14. pag.278.col.2.C
Defunctos sacrificij oblatione non adiuuari. hæresis Aerianorum. parte secunda, quęstione sexta. pag.244.col.2.D
Desperationem, & nihil aliud, posse impedire veniam peccatorum. Articulus 75. Raymundi Lull, parte 2.q.9. pag.258.col.2.D

Deum nihil agere, fuit aliquorum philosophorum blasphemia. par.2.q.4.num.14. pag.238.col.2.B
Deum non posse alium mundum producere. error Aristotelis.num.7. pag.238.col.2.C
Deum nihil non facere immediate. error Aristotelis. pag.238.col.2.D
Deum non habere curam indiuiduorum, neque prouidentiam rerum inferiorum. error Auerrois. par.2.q.4. pag.239.col.1.B
Deum non esse trinum in personis. error Auerrois. par.2.q.4. pag.239.col.1.C
Deum non præcedere creaturas duratione. error Auicennæ. par. & q.ead.nu.3. pag.239.col.1.D
Deum esse non posse immediate auctorem & productorem nisi vnius, nempe intelligentiæ primæ. error Auicennæ. par. & q.ead.num.5. pag.239.col.1.E
Deum non cognoscere singularia in propria forma. error Auicennæ. pag.239.col.2.C
Et Algazelis. pag.240.col.1.A
Deum nihil agere nisi dispositione præuia materiæ. error Algazelis parte 2.q.4. pag.240.col.1.C
Deum non permittere mala fieri vt inde bona eliciat. error Algazelis. par.2.q.4. pag.240.col.1.A
Deum nihil concedere hominibus propter preces ad eum factas. error Alchindi. pag.240.col.1.D
Deum non placari per preces & sacrificia. error Alchindi. pag.240.col.2.A
Deo multa esse impossibilia, vt q accidens sit sine subiecto. error Rabbi Mos. par.2.q.4. pag.241.col.1.A
Deos duos esse, qui sunt rerum principia, alterum bonum, alterum iustum. hęresis Marcionistarum. par.2.q.6. pag.244.col.1.C
Deum habere membra humana. hæresis Antropomorphitarum. par.2.q.6.num.32. pag.244.col.2.A
Deum non facere mala pœnæ. hæresis Colluthianorum. par.2.q.6. pag.245.col.1.B
Deum creasse mala. hæresis Florinianorum, par,2.q.6. pag.245.col.1.C
Deos tres esse in Trinitate. hæresis Tritheitarum. par.2.q.6. pag.245.col.2.E
Deum habere multas essentias. error Raym. Lull. par.2.q.9. pag.255.col.2.E
Dei essentiam essentiare, & naturam naturare, &c. Raym. Lull. assertio. pag.255.col.2.E
Deo naturale esse sicut intelligere & amare, ita bonificare, & æternificare. error eiusdem. pag.256.col.1.B
Dei substantiam se habere vt suppositum æternans, vt de se producat æternum bonum. pag.256.col.1.B
Dei patris essentiam generare filium. hæresis eiusdem. pag.256.col.1.D
Dei filij essentiam totam genitam esse. hæresis eiusdem. eadem q.9. pag.256.col.1.E
Deum patrem esse patrem æternitatis. pag.256.col.1.D
Deum patrem esse multiplicabilem. pag.256.col.1.E
Deum qui est filius deitatis esse patrem hominis deificati, &c. hæresis eiusdem. pag.256.col.2.A
Deum post peccatum hominis in mundo populum non habuisse. Artic.58. Raym. par.2.q.9. pag.258.col.1.C
Deum non posse adiuuare peccatorem, dum suum intelligibile & amabile sunt infirma. Artic. 60. Raym. pag.258.col.1.D
Deo æque placere mala atque bona. hęresis. par.2.q.10. pag.263.col.2.C
Deum patrem solum esse optimum, filium esse bonum in primo gradu, spiritum sanctum in secundo. hæresis. pag.264.col.1.A
Deos duos esse vnum benignum inuisibilium creatorem, & alterum malignum creatorem visibilium. hæresis Manichęorum. par.2.q.13. pag.273.col.2.E
Dei filium { Assumpsisse humanam naturam in sua essentia, assumpsisse hominem. / Esse in patre vt in sua imagine, / Esse filium paternæ essentiæ, / Habere vt propria, quæ sunt propria patris. / Dicta sunt doctorum Græcorum sane accipienda. par.2.q.18. pa.303.c.2.D.E
Deum fecisse hominem Deum, Verba sunt S. Athanasij declarata à S. Thoma. 2.par.q.18. pag.303.col.2.E
Differentiam maiorem esse inter naturam diuinam, & humanā in Christo, quàm sit aliqua differentia inter creatorem & creaturam. Artic.42. Raymundi Lull. par.2.q.9. p.257.c.1.E.c.2.A
Dispensari non posse à Papa in voto castitatis ex aliqua etiam vrgentissima causa. Begardorum error 31. par.2.q.15. pag.284.col.1.C
Diuinas perfectiones, vt sanctitas, bonitas, &c, non dicere in Deo aliquid positiue, sed per remotionem. error Auicennæ. par.2.q.4. pag.239.col.2.C
Et Alchindi. pag.240.col.1.E
Diuinas personas distingui maiori distinctione, quæ posit esse. error Raymundi Lull. pag.256.col.2.D
Diuinę psonę quatenus sunt vna essentia, ita sunt veraciter homo per incarnationē, sicut filius. pag.256.col.2.E
Diuinam essentiam genitam esse in filio, spiratam in spiritu sancto, conceptam & natam de Virgine, factam hominem. Dicta sunt S. Athanasij pie exponenda. 2.par.q.18. pa.303.c.2.D.E
Diuinitatem factam esse hominem. Verba sunt sancti Athanasij. pag.303.col.2.E
Docere alios spiritualia nullum simplicem hominem esse idoneū, nisi qui pedibus nudis incedat. error Ioannis de Parma. par.2.q.9. pag.254.col.2.C

E

ECclesiam, cui Romanus Pontifex præest, esse Ecclesiam carnalem, sceleribus maculatam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam,&c.hæresis Begardorum & Beguinorum.par.2.q.8. pag.250.col.2.C
Et par.2.q.16. pag.291.col.1.E
Ecclesiam nondum peperisse filios,&c.error Ioan.de Parma,par.2.q.9. pag.254.col.2.C
Ecclesiam Romanam non esse Dei Ecclesiam,sed reprobatam. hæresis Pseudoapostolorum. par.2.q.12. pag.269.col.1.E
Ecclesiam Romanam esse meretricem,quæ à fide apostatauit.hæresis Pseudoapostolorum. pag.269.col.1.E
Et Manichæorum nouorum.par.2.q.13. pag.274.col.1.A
Ecclesiam consecratam non plus valere ad orandum Deum,quàm stabulum porcorum.hæresis Pseudoapostolorum.par.2.q.12. pag.270.col.1.B
Ecclesiam spiritualem & veram esse ipsos Begardos.hæresis Begardorum & Beguinorum.par.2.quæst.16. pag.291.col.1.E
Eleemosyna magis repræsentari passionem Christi,quàm in sacramento altaris.error Arnaldi.par.2.q.11. pag.265.col.2.C
Euangelium Christi non esse euangelium regni,nec ædificatorium.hæresis Ioã.de Parma.par.2.q.9. pag.254.col-2.B
Euangelio Christi aliud euangelium successurum.hæresis eiusdem. pag.254.col.2.B
Euangelium Christi neminem ad perfectum perducere.hæresis eiusdem.ibi. pag.254.col.2.B
Eucharistiæ sacramento realem sui corporis præsentiam subtrahere D.N.Iesum Christũ,si in lutum proijciatur:vel si
A Bruto sumatur,aut corrodatur:vel
Cum primum dentibus sumentium teritur.errores damnati.par.1. p.44.c.1.A.B.C.D
Eucharistiæ sacramentum non continere verum corpus & sanguinem D.N.Iesu Christi.hæresis Berengarij.par.2.q.6. pag.246.c.1.B.C
Eucharistiæ sacratissimæ,cum adoranda proponitur,non esse assurgendum. hæresis Begardorum.par.2.q.7. pag.249.col.2.E
Eucharistiam confici non posse in azimo,sed tantũ in pane fermentato.Græcorum est hæresis. par.2.q.18. pag.303.col.2.B

F

FIdei articulum esse vt credat vnusquisque se membrum Christi esse. error Almarici. par.2.q.7. pag.248.col.2.E
Fidei articulos omnes,& Ecclesiæ sacramenta posse rationibus demonstratiuis probari. error Raymundi Lull.par.2.q.9. pa.260.c.1.D.E
Fidem errare posse,&c.error Raymundi Lull. pag.260.col.1.E
Fidelem esse non posse qui sit sine charitate.hæresis par.2.q.10. pag.263.col.2.D
Fidei symbolum non esse recipiendum.hæresis Valdensium.par.2.q.14. pag.279.col.1.C
Fidem non esse nobis per Angelos ministratam.Dictum est S.Athanasij congrue interpretandum.par.2.q.18. pag.304.col.1.A
Filium Dei esse Patri dissimilem,&c.hæresis Aetianorum.par.2.q.6. pag.244.col.2.D
Filium Dei non posse videre Patrem,nec Spiritum sanctum videre Filium.hæresis Origenianorum.par.2.q.6. pa.244.col.2.D
Filium Dei non esse Patri coæternum & eiusdem naturæ cum Patre.hæresis Arij.parte 2. quæst.6. pag.245.col.1.A
Filium esse in Patre vt vas minus in maiore.hæresis Metangismontarum. pag.245.col.1.B
Filium Dei cum accepit naturam humanam,produxisse personam hominem in sua persona. Artic.32.Raymundi Lull.par.2.q.9. pag.257.col.1.A
Filium Dei esse bonum ratione bonitatis Mariæ,quæ est bona per naturam.hæresis Raymundi Lull.ibidem. pag.257.col.2.E
Formas omnes esse à datore formarum,videlicet,ab vltima intelligentia.error Auicennæ. par.2.q.4. pag.239.col.2.B
Fornicationem simplicem non esse de iure naturæ malam & peccatum,sed propter inobedientiam legis.error Rabbi Mosis.par.2.q.4.num.11. pag.241.col.1.B
Francisci sanctissimi habitum gestantem non posse damnari.error Arnaldi Montanerij.par.2.quæst.11. pag.267.col.1.E
Franciscum sanctissimum semel singulis annis descendere in Purgatorium,&c. pag.267.col.1.E
Francisci regula est illa vita,quam Christus in hoc mundo seruauit.error Begardorum 6.par.2.q.15. pag.282.col.2.A
Francisci regulam esse Euangelium Christi.Begardorum error ix. pag.282.col.2.B
Francisci regulæ nihil addi vel adimi posse à Papa,&c.Begardorum error xj. pag.282.col.2.C
Futurorum ac præteritorum notitiam plene haberi posse ex cognitione cælestium corporum. error Alchindi.par.2.q.4. pag.240.col.1.D

G

GEnerationem & corruptionem neque incœpisse vnquam,neque desituram.error Aristotelis.par.2.q.4. pag.238.col.2.D
Gondissaluum hęresiarcham esse Dei filium in cælis ab ęterno genitum.hęresis Nicolai de Calabria.par.2.q.11. pag.266.col.2.B
Gondissaluum prædictum nunquam moriturum. pag.266.col.2.C
Gondissaluum suis orationibus in die iudicij liberaturum omnes damnatos. hæresis eiusdem. pag.266.col.2.C
Græcorum recessum ab Ecclesia Romana fuisse bonum. hęresis Ioannis de Parma parte 2. quęst.9. pag.254.col.2.E
Gręcos magis ambulare secundum spiritum quàm Latinos.error. pag.253.col.1.A
Gregorium xi.qui doctrinam Raymundi Lull,vt hæreticam in multis articulis damnauit,turpiter errasse.error xi.Lullistarum.par.2.q.9. pag.261.c.1.B.C

H

HÆresi deserta ad Ecclesiam redeuntes non esse recipiendos.hęresis Luciferianorum.par.2.quæst.6. pag.245.col.1.D
Hæreticos interficientes esse vitiosos,&c.error Raymundi Lull,parte 2.q.9. pag.260.col.2.A
Hæreses de se non esse dogmata hæreticorum Arij,Sabelij & ceterorum,nisi apud eum qui illa elegit animo pertinaci.Articulus damnatus.par.2.q.10. pag.263.col.1.E
Hominem primum non dari.error Aristotelis.par.2.q.4. pag.238.col.2.E
Hominis perfectionem totam & scientiam manare ab intelligentia vltima.hæresis Algazelis. parte 2.q.4. pag.240.col.1.B
Hominem per vires naturæ posse vitare omnia peccata,& adimplere omnia monita Prophetarum.error Rabbi Mosis.par.2.q.4. pag.241.col.1.B
Hominem quantumuis peccatorem posse qua hora voluerit esse amicum Dei.Artic.62.Raymundi.par.2.q.9. pag.258.col.1.E
Hominem consequi posse virtutem pro sua voluntate.Artic.65.Raymundi. pag.258.col.2.A
Hominem posse habere de spe & charitate quantum voluerit.Artic.69.Raym. pag.258.col.2.B
Hominem per virtutes morales posse peruenire ad salutem,& habere tantam gloriam in paradiso,quantam voluerit.Artic.70.eiusdem. pag.258.col.2.B
Hominem peccare si non facit totum bonum quod potest.Artic.73.Raymundi. pag.258.col.2.D
Homines ferme omnes futuros saluos.Artic.76.Raym.par.2.q.9. pag.258.col.2.E
Homines omnes obligari ad matrimonium vel ad religionem.Artic.91.Raym.par.2.q.9. pag.259.col.2.E
Hominem damnare ad mortem nunquam licere.hæresis Valdensium.par.2.q.14. pag.278.col.2.C
Hostia consecrata si cadat vel proijciatur in lutum,desinere in ea esse corpus Christi: Et
Si à mure aut bruto sumatur.Item
Cum primum dentibus teritur. Articuli damnati.par.2.q.10. pag.263.c.1.B.C
Humanum esse,nobilius esse quàm angelicum.Artic.33.Raymundi.par.2.q.9. pag.257.col.1.B
Humana natura si potuisset,repugnasset incarnationi Filij Dei.Artic.36.eiusdem. pag.257.col.1.C
Humanam Christi naturam Deo in omnibus bonis equari.hæresis Arnaldi.par.2.q.11. pag.265.col.1.D

I

IMaginem primi parẽtis à Christo amotam fuisse.Dictum est S.Athanasij apte intelligendũ. par.2.q.18. pag.303.col.2.E
Immunditiam corporis,interiorem animi immunditiam patere.error Pharisæorum. parte 2. quæst.5. pag.242.col.2.B
Impeccabilem reddi posse hominem in hac vita.hęresis Begardorum,par.2.q.7. pag.249.col.2.C
Indulgentiam peccatorum nihil aliud impedire posse,quàm desperationem.Artic.75.Raymundi.par.2.q.9. pag.258.col.1.D
Indulgentias nullius valoris esse.hæresis Valdensium.par.2.q.14. pag.278.col.2.D
Infidelium conuersionem qui totis viribus non procurat,errare,& esse sine charitate. Articulus 74.Raymundi.par.2.q.9. pag.258.col.2.D
Inimicos odisse licitum esse.error Pharisęorum.par.2.q.5. pag.242.col.2.C
Inobedientem præceptis Dei vel Ecclesiæ censendum esse hæreticum.hæresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.C
Intellectum vnum esse in omnibus hominibus.error Auerrois.par.2.q.4. pag.259.col.1.C
Intelligentiam superiorem creare inferiorem.error Auicennæ.par.2.q.4. pag.239.col.2.B
Intelligentias non esse prauitatis & malitię capaces.error Auicennæ.par.2.q.4. pag.239.col.2.B
Intelligentias tot esse,quot orbes cælestes.error Auerrois & Arist.par.2.q.4. pag.239.col.2.C
Intelligentias esse tantum decem.error Algazelis par.2.q.4. pag.240.col.1.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Intelligentiam vltimam præesse omnibus inferioribus rebus. error Algazelis.parte 2.q.4. pag.240.col.1.A
Intellectualem naturam esse naturaliter in seipsa beatam.hæresis Begardorum.par.2.q.7. pag.249.col.2.D
Ioachim abbatis doctrinam excellere doctrinam Christi. hæresis Ioannis de Parma. parte 2. quæstione nona. pag.254.col.2.A
Ioannem xxij.factum fuisse hæreticum in condendo constitutionem, Quorundam. Begardorũ error 14.parte 2.q.15. pag.282.col.2.D
Iudicij die non comparituros omnes homines ante Christum vt reddãt rationem, &c.hæresis. parte 2.q.8. pag.251.col.2.D
Iudæ desperationem tantum placuisse Christo,quantum Petri cõtritionẽ.hæresis.par.2.q.10.pag.263.col.2.C
Iudæos in iudaismo perseuerantes liberandos,&c.error Ioannis de Parma.par.2.q.9. pag.254.col.2.C
Iurare nunquam licitum esse.hæresis Begardorum & Valdensium.par.2.q.8. pag.250.col.2.E
Et parte secunda,q.14. pag.278.col.2.C
Et parte secunda,q.16. pag.291.col.2.C
Iustificationem hominis per circuncisionem & opera legis fieri.error Iudæorum.par. 2.q.22.pag.308.col.1.A

L

LAicos non teneri aliquem articulum explicite credere.hæresis.par. 2.q.10. pag.263.col.2.B
Laicos tam viros,quàm mulieres,qui sint de secta ipsorum,posse cõsecrare, & cõfessiones audire.hæresis Valdensium.par.2.q.14. p.278.c.2.C.D.E
Legem veterem cum Euangelio debere seruari.hæresis Hebionitarum.par.2.q.6. pag.244.col.2.C
Liberum arbitrium hominis suis viribus posse diuina mandata implere. hæresis Pelagij. parte 2.q.6. pag.245.col.2.B
Libidini plene satisfaciendum esse,cum stimuli carnis infestant.hæresis Valdensiũ.par.2.q.14.pag.279.col.1.B
Lotiones corporis munditiam à peccatis inducere.error Pharisæorum.par.2.q.5. pag.242.col.2.B
Et Sarracenorum.par.2.q.21. pag.306.col.2.A
Lullistas per doctrinam Raymundi reducturos alios ad fidem catholicam.error 6.Lullistarũ. par.2.q.9. pag.261.col.1.A

M

MAla in mundo prouenire de necessitate materiæ.error Algazelis.par.2.q.4. pag.240.col.1.A
Mali esse naturam quandam,& Deum malum.hæresis Manichæorum.par.2.q.6. pag.244.col.2.A
Mala tantum placere Deo,quantum bona.hæresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.C
Mandata Dei ab homine posse per solas vires naturæ impleri.hæresis Pelagij.par.2.q.6. pag.245.col.2.B
Mahometis sectam esse æque catholicam,atque Christi fidem.hærsis.par.2.q.21. pag.264.col.1.A
Mahometem fuisse sanctum Dei prophetam.error Sarracenorum.par.2.q.21. pag.306.col.2.A
Mare vbi nunc est,aliquando fuisse siccum,& contra propter motus æternitatẽ.error Aristotelis.parte 2.q.4.nu.10. pag.238.col.2.D
Mariam sanctissimã post Christi ortum Ioseph fuisse commixtam. hæresis Antidicomaritarũ & Heluidij.par.2.q.6.nu.46.& 57. pag.245.c.1.B.E
Mariam non Dei,sed Christi vel hominis tantum matrem dicendam.hæresis Nestorij.parte 2. quæst.6.nu.64. pag.245.col.2.B
Mariam Virginem esse bonam per naturam,& habere proprietatẽ per seipsam faciendi bonum. Articulus 51.Raymundi.par.2.q.9. pag.257.col.2.E
Mariam relaxare culpas,& peccata,& donare virtutes & merita,fidem,spem & charitatẽ. Articulus 52.Raymundi. pag.257.col.2.E
Mariæ voluntatem fuisse contra iustitiam,stultã & inobedientem,quia non dilexit filij sui mortem.Artic.53.Raymundi. pag.258.col.1.A
Mariam Virginem nec profecisse,nec proficere potuisse in gratia:nec aliquid gratię in die Pẽtecostes consecutam.Artic.damn.par.2.q.10. pag.263.col.1.C
Mariam non fuisse mulierem & veram matrem Christi. hęresis Manichęorum recentiorum. par.2.q.13. pag.274.col.2.A
Martyrij desiderio licere se ipsos occidere.hęresis Circuncellionum.par.2.q.6.nu.53. pag.245.col.1.C
Materiam necessario requiri in omni factione noua.error Auicennæ.par.2.q.4. pag.239.col.1.D
Materiam non fuisse à Deo conditam.hæresis Hermogenianorum,par.2.q.6. pag.244.col.2.A
Matrimonium esse malum & illicitum.hæresis Durandi de Baldach.par.2.q.11. pag.265.col.2.E
Matrimonij & virginitatis nullam esse distantiam.hæresis Iouinianistarum.par.2.q.6. pag.245.col.1.E
Mentem esse Deum,opinio fuit Melisi,& Varronis.par.2.q.4. pag.238.col.1.E
Mentiri licere contra proprium iuramentum,& sectam suam quantũ possunt occultare. hæresis Pseudoapostolorum.parte2.q.12. pag.270.col.1.B
Et Valdensium.par.2.q.14. pag.278.col.2.C
Messiam verum in lege promissum nondum venisse.error Iudæorum.par.2.q.22. pag.308.col.1.A

Misericor-

Misericordiæ opus magis placere Deo quàm sacrificium altaris.error Arnaldi.par.2.q. 11. pag.265.col.2.B
Missas post mortem celebrari curantes non facere opus charitatis.error Arnaldi.par.2.q.11. pag.265.col.2.B
Missæ sacrificio nihil ab homine de suo offerri, ne propriam quidem voluntatem. propositio Arnaldi. pag.265.col.2.C
Missæ sacrificio Deum opere non laudari,sed ore tantum.error Arnaldi. pag.265.col.2.C
Motum & tempus nunquam incœpisse,& in æternum duraturum.Aristotelis,& aliorum multorum error fuit,parte secunda,quæstione quarta. pag.238.col.2.B
Mulieris osculum esse mortale peccatum,non autem concubitum cum ea.hæresis Begardorũ, parte secunda,quæstione septima. pag.249.col.1.E
Mulierem nunquam esse ab homine tangendam.hæresis Manichæorum,parte 2.q.13. pag.274.col.2.D
Multitudinem esse non posse immediate ab vno.error Auicennæ,parte 2.q.4.n.3. pag.239.col.1.E
Et Algazelis,eadem quæstione. pag.239.col.2.E
Mundum nunquam incœpisse,sed fuisse ab æterno.error Aristotelis & aliorum philosophorũ. parte secunda,quęstione quarta. pag.238.col.2.C
Mundum non regi diuina prouidentia.error philosophorum fuit,parte 2.q.4. pag.238.col.2.A
Mundi innouationem nullam futuram esse.error Rabbi Mosis.parte 2.q.4. pag.240.col.2.E
Mundum non à Deo,sed ab Angelis factum,hæresis Menandri,parte secunda,q.6. pag.243.col.2.C
Mundum propter peccatum primi hominis fuisse corruptum etiam quantum ad Angelos.Articulus 55.Raymundi,parte secunda,quęstione nona. pag.258.c.1.A.B
Mundi finem futurum anno Domini 1335.error Arnaldi,parte secunda,q.11. pag.265.col.2.D

N

NEcessario euenire cuncta,vt nihil sperandum sit aut timendum. error Alchindi,parte 2. quæstione quarta. pag.240.col.1.D
Negantes Deum ore tantum metu suppliciorum,non peccare.hęresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.B
Noctis vigilias culpandas esse.hæresis Nyctag.parte secunda,q.6. pag.245.col.2.B
Nuditatem Adami imitandam.hæresis Adamianorum.parte secunda,q.6. pag.244.col.1.A
Nudos simul iacere posse in eodem lecto,& se mutuo tãgere in quauis parte,& deosculari absque peccato quemlibet virum & mulierem.hęresis Dulcini & Pseudoapostolorum,parte secunda,quæstione duodecima. pag.270.col.1.A

O

OBedientiam se nulli hominum debere,nec etiam Romano Pontifici.hęresis Pseudoapostolorum,parte secunda,quæstione duodecima. pag.269.col.2.B
Occidere hominem etiam via iuris nunquam licere.hæresis Valdensium,par.2.q.14. pag.278.col.2.C
Orationes,eleemosynas,& huiusmodi sub ordine naturæ comprehendi.error Auicennæ parte secunda,quæstione quarta. pag.239.col.2.D
Orationes ad Deum effusas naturali quadam vi verborum & desiderij humani efficaces esse.error Alchindi.ibi. pag.240.col.1.D
Orantem Deum sine charitate facere graue malum.Articulus 63.Raymundi.par.2.q.9. pag.258.col.1.E
Orationes & suffragia,quę fiunt pro defunctis nihil eis prodesse.hæresis Valdensium. parte 2. quæstione decimaquarta. pag.279.col.1.A
Orationes nullas dicendas præter orationem Dominicam,Pater noster.hæresis Valdensium. pag.279.col.1.C
Ordine alio quocunque deserto transiri posse licite ad eorum ordinem.error 7.Pseudoapostolorum,parte secunda,q.12. pag.269.col.2.B
Ordines religiosorum sacerdotum & prælatorum esse ad detrimentũ fidei.hæresis Pseudoapostolorum.parte secunda,quæstione duodecima. pag.269.col.2.E
Oua,carnes & caseum nunquam comedenda.hæresis Manichæorum.par.2.q.13.error,12. pag.274.col.2.B

P

PAnem solum & caseum Deo esse offerendum.hæresis Artotyritarum,par.2.q.6. pag.244.col.1.C
Papam esse vicarium Beati Petri.Articulus 54.Raymundi,par.2.q.9. pag.258.col.1.A
Papales consultationes solam humanorum operum scientiam continere. error Arnaldi, parte secunda,quæstione vndecima. pag.265.col.2.C
Papam non posse à peccatis absoluere,nisi esset par S.Petro in sanctitate.hæresis Pseudoapostolorum,parte secunda,quæstione duodecima. pag.269.col.2.D
Papam non posse eos excommunicare,nec eis quicquam præcipere.hæresis Pseudoapostolorũ. ibidem. pag.269.col.2.B
Et Valdensium,parte secunda,quæstione decimaquarta. pag.278.col.2.B
Papam & prælatos diuitias habentes non esse pastores Ecclesiæ, nec eis obediendum. he-

resis

Universidad de Deusto
Biblioteca

resis Valdensium,par.2.q.14. pag.279.col.1.D
Papam non posse dispensare, vt aliquid in communi seruetur pro tempore futuro à fratribus Minoribus.Begardorum error 13.par.2.q.15. pag.282.col.2.D
Papam esse minorem Antichristum precursorem maioris.Begardorum hęresis,par.2.q.15. pag.286.col.1.A
Paruulos non posse regnum cęlorum habere.hæresis Hierachitarum,par.2.q.6. pag.244.col.2.B
Pascha cum Iudæis obseruandum luna quartadecima. hęresis Tessarescędecatitarum. parte 2.q.6. pag.245.col.2.B
Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse vnum Deum, non distinctos in aliquo. Articulus 22.Raymundi,par.2.q.9. pag.256.col.2.B
Paupertatem euangelicam requirere, vt nihil omnino habeatur. Begardorum error parte 2. q.15. pag.282.c.1.D.E
Paupertatis euangelicę perfectionem imminuit habere aliquid in communi.Begardorum error tertius,eadem par.& q. pag.282.col.1.E
Peccata omnia paria & æqualia esse.fuit error Stoicorum,par.2.q.4. pag.238.col.1.D
Peccata omnia per vires naturæ vitari posse ab homine absque Dei auxilio.error Rabbi Mosis, par.2.q.4. pag.241.col.1.B
Peccatorum veniam pœnitentibus non concedendam.hæresis Catharorum,par.2.q.6. pag.244.col.1.E
Peccatum nullum imputari manentibus in fide.hęresis Aetij & Eunomiani,par.2.q.6. pag.244.col.2.D
Peccata ex sua natura, vt stupra & adulteria, fieri posse sine culpa,&c.hęresis Almarici. parte 2.q.7. pag.249.col.1.B
Peccatis obnoxium non habere ius in aliqua creatura.Articulus 57.Raym.par.2.q.9. pag.258.col.1.B
Peccantem mortaliter vere & proprie hæreticum esse.hæresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.C
Peccantem,dum peccat,conformare suam voluntatem diuinę voluntati.hęresis. pag.263.col.2.C
Peccantibus Deum nunquam comminatum fuisse æternam damnationem,sed prębętibus malum exemplum.hæresis Arnaldi,par.2.q.11.error.14. pag.265.col.2.D
Perfectionis gradum tam eminentem acquiri hic ab homine posse, vt vlterius progredi nō possit,& reddatur impeccabilis.hæresis Begardorum,par.2.q.7. pag.249.col.2.C
Perfectionis huiusmodi gradum assecuto non esse opus ieiunare,vel orare.hæresis Begard. Ibidem
Perfectionis præfatę gradum cum quis adeptus fuerit, eum amplius non subijci pręceptis humanis.hęresis Begardorum. Ibidem D
Perfectione apostolis se pares esse.error 5.Pseudoapostolorum.par.2.q.12. pag.269.col.2.A
Personam eandem esse Patrem, & Filium, ac Spiritum sanctum.hæresis Noeti & Sabelij, parte 2.q.6. pag.244.col.2.E
Personas diuinas vnum esse vnitate collectiua, non autem essentię. hæresis Abbatis Ioachim, par.2.q.7. pag.248.col.2.D
Personas diuinas non posse aliquid agere intrinsece vnam sine alijs.Artic.23.Raymundi, parte 2.q.9. pag.256.col.2.C
Personas diuinas distingui maiori distinctione,quę possit esse.Artic.25.eiusdem. Ibidem
Petri Ioannis doctrinam totam esse veram,& catholicam.Begardorum error.par.2.q.15. pag.284.col.2.B
Petrum Ioannem sanctum esse,& Doctoribus Ecclesię prędferendum.Begard.error 37.38. pag.284.col.2.B
Petrum Ioannem verum dixisse,cum asseruit, q̄ Christus viuebat, quando vnus militum lancea latus eius aperuit.hæresis Begardorum. Ibidem C
Petri Ioannis doctrinam reijcientes esse hæreticos.Begardorum error.41.42. pag.284.col.2.E
Philosophiæ studium condemnandum.error Arnaldi,par.2.q.11. pag.265.col.2.A
Pœnitentiam veram esse in sectam eorum se transferre.hęresis Manichæorum,par.2.q.13. pag.274.col.1.D
Potestatem à Christo datam Petro in se translatam.hęresis Pseudoapostolorum.par.2.q.12. pag.269.col.1.E
Pręceptum nullum impleri posse in hac vita.hæresis.par.2.q.10. pag.263.col.2.D
Prędicatores vltimi status mundi,futuros auctoritate & dignitate maiores,quàm prędicatores primitiuę Ecclesię.Assertio temeraria Ioannis de Parma.par.2.q.9. pag.255.col.2.B
Principium primum efficere non posse immediate multitudinem.error Auicennę,par.2.q.4. pag.239.col.1.E
Prophetiam esse naturalem,& ab vltima intelligentia proficisci.error Auicennæ.par.2.q.4. pag.239.col.2.C
Et Algazelis ibidem.nu.16. pag.240.col.1.C
Prophetię gratiam ex hominum dispositione naturali dari.error Rabbi Mosis.ibidem. pag.241.col.1.A
Proprium quicquam nemini hæbere licere.hęresis Apostolicorum,par.2.q.6. pag.244.col.1.B
Prouidentiæ diuinę non subdi hęc inferiora.error Auerrois,par.2.q.4. pag.239.col.1.C
Prouidentię diuinę non subijci singularia,sed species.error Rabbi Mosis.par.2.q.4.n.8. pag.241.col.1.A
Proximum à nobis amari debere quantum nos ipsos.Artic.Raymundi,par.2.q.9. pag.258.col.2.E
Purgatorium post hanc vitam non dari.hęresis Valdensium,par.2.q.14. pag.279.col.1.A

R

RAymundi Lull doctrinam per reuelationem Christi fuisse.error Lullistarum,par.2.q.9. p.260.col.2.E
Raymundi doctrinam omnium aliorum doctrinam excellere.error 2.Lullistarum. p.260.col.2.E

Raymundi

Raymundi doctrinam solam perpetuo duraturam,&c.error 5.Lullistarum. pag.261.col.1.A
Regimen Ecclesiæ committendum in tertio statu mundi aliquibus de ordine Monachorum.assertio temeraria Ioannis de Parma,par.2.q.9. pag.255.col.2.A
Religiosos non teneri se morti exponere pro defensione fidei. error Ioannis de Parma, parte 2.q.9. pag.255.col.1.A
Religiones omnes tempore Antichristi destructas iri,excepto ordine S.Francisci. Beguinorū error,par.2.q.15. pag.285.col.1.E
Rerum generationem ex atomis fieri.opinio quorundam philosophorum fuit,par.2.q.4. pag.238.col.2.A
Resurrectionem mortuorum esse impossibilem.error Aristotelis,par.2.q.4. pag.238.col.2.D
Resurrectionem mortuorum esse futuram negabant Sadducæi,par.2.q.5. pag.242.col.2.G
Et Manichæi,parte 2.q.13. pag.274.col.2.B
Reuelationem factam Cyrillo præferendam scripturis sacris.error Arnaldi,par.2.q.11. pag.265.col.2.B
Romanam Ecclesiam esse meretricem magnam,Babylonē,& Synagogam satanę.hęresis Petri Ioannis.parte 2.q.9. p.253.col.1.C.D
Romanam Ecclesiam reijciendam esse, sicut reiecta fuit Synagoga. Beguinorum error,parte 2.q.15. pag.285.col.1.B
Romanum Pontificem esse mysticum Antichristum.hæresis eiusdem. pag.285.col.2.E
Romanum Pontificem habere intelligentiam litteralem tantum Euangelij,& non spiritualē.error Ioannis de Parma,par.2.q.9. pag.254.col.2.D
Romanæ Ecclesię prælatos omnes esse præuaricatores & seductores,&c.error 12.Pseudoapostolorum,par.2.q.12. pag.269.col.2.D
Romano Pontifici se non esse subiectos.hæresis Valdensium,par.2.q.14. pag.278.col.2.B

S

SAcerdotes & alios Ecclesiæ ministros,qui non sunt suæ sectæ,carere potestate tam ordinis, quàm iurisdictionis.hæresis Begardorum,par.2.q.8. pag.250.col.2.D
Et par.secunda,quæstione sextadecima. pag.291.col.2.A
Sacerdotes rite ordinatos non posse conficere aut conferre sacramenta,si sint in peccato mortali.hæresis Begardorum,par.2.q.8. pag.250.col.2.E
Et Valdensium,parte 2.q.14. pag.278.col.2.D
Sacramenta nouæ legis vsque ad Almarici tempus durasse, & non vltra.hæresis Almarici, parte 2.q.7. pag.249.col.1.A
Sacramenta nostra vana esse atque inania.hæresis Manichæorum nouorum,par.2.q.13. pag.274.col.1.B
Sacrificia Deo oblata vi sua naturali esse efficacia ad effectus, pro quibus fiūt. error Alchindi, parte 2.q.4. pag.240.col.2.A
Sanguinem Christi in Cruce fusum seiunctum fuisse à diuinitate. hæresis damnata, parte 2.q.10. pag.262.col.2.E
Saluari neminem posse qui non sit de secta ipsorum.hæresis Pseudoapostolorum,parte secunda,q.12. pag.269.col.2.C
Saluari neminem posse,qui Romanæ Ecclesię fidem profiteatur.hæresis Manichæorum, parte 2.q.13. pag.274.c.1.D.E
Sanctos in cælo non orare pro nobis,nec eorum imploranda esse suffragia. hęresis Valdensiū, parte 2.q.14. pag.279.c.1.A.B
Sanctorum in honorem non debere dies festos celebrari.hæresis Valdensium. pag.279.col.1.B
Sanctorum miracula reprobanda,tanquam fictitia.hęresis Valdensium. pag.279.col.1.B
Schismaticos esse Apostolos,& omnes Beatos.hæresis par.2.q.10. pag.264.col.1.A
Schismaticum esse,perfectius esse,quàm esse catholicum.hęresis. pag.264.col.1.A
Seraphim docente Paulo aliqua didicisse,verba sunt Cyrilli caute intelligenda.par.2.q.18. pag.304.col.1.A
Serpentem esse veneratione dignum,&c.hæresis Ophitarum,par.2.q.6. pag.243.col.2.E
Seth Adami filium esse. D.N.Iesum Christū,hęresis Sethianorum,par.2.q.6.n.16. pag.244.col.1.B
Spiritus sancti gratiam emi pecunia posse.hęresis Simonis Magi,par.2.q.6. pag.243.col.2.B
Spiritus sancti aduentu non in apostolos,sed in se factum.hęresis Cataphryg. pag.244.col.1.D
Spiritum sanctum non esse Deum.hęresis Macedonij,par.2.q.6. pag.245.col.1.A
Spiritum sanctum Patre Filioque minorem. hęresis Donatistarum,par.2.q.6, pag.245.col.1.C
Spiritus sancti gratiam adeo vigisse tempore Almarici, vt sine actu quocūque exteriori saluari quilibet posset.hæresis Almarici,par.2.q.7. pag.249.col.1.A
Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio tanquàm à duobus principijs.hęresis parte secunda,q.7. p.249.col.1.D.E
Spiritum sanctum aliquid recipere ab Ecclesia,sicut Christus in quātum homo accepit à Spiritu sancto hæresis Ioannis de Parma,par.2.q.9.error.18. pag.255.col.1.C
Spiritum sanctum assumpturū esse carnem humanam. hęresis Nicolai de Calabria, parte secunda,q.11. pag.266.col.2.C

Spiritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere,& non à Filio.hęreſis fuit Græcorum,par.2.q.18. pag.303.col.2.B

Spiritum ſanctum
- Eſſe imaginem & verbum Filij,
- Eſſe in medio Patris,& Filij,
- Operari per Filium,
- Non miſiſſe Filium,
- Nomine Chriſti intelligi. Aſſertiones ſunt quorundum Sanctorum Grę corum minus limitatę.par.2.q.18. p.303.col.2.D.E

Statum quendam tertium mundi futurum,in quo omnia prędecentia refutabuntur.error Ioannis de Parma,par.2.q.9. pag.255.col.1.C

Statum perfectiorem,qui ſit in Eccleſia Dei,eſſe ſtatum fratrum Minorum.Begardorum error 19.par.2.q.15. pag.283.col.1.C

T

TEſtamentum vetus eſſe reijciendum.hęreſis Seuerianorum,par.2.q.6. pag.244.col.1.D

Teſtamentum nouum euacuatum iri nec duraturum eſſe vltra annum Chriſti 1260. hæreſis Ioannis de Parma,par.2.q.9. pag.254.col.2.B

Traditiones & ordinationes humanas eſſe mandatis diuinis præferendas.error Phariſęorum, par.2.q.5. pag.242.col.2.A

Trinitatem diuinam perſonarum negat & irridet Rabbi Moſes,par.2.q.4. pag.240.col.2.C

V

VAldenſes viros & mulieres nullo ſacro ordine inſignitos poſſe confeſsiones audire,&c.hęreſis ipſorum eſt,parte 2.q.14. pag.278.c.2.E & 279.col.1.A

Variabile nullum eſſe poſſe à Deo immediate.error Auicennæ par.2.q.4.n.3. pag.239.col.1.D

Venereorum ac ciborum vſum in paradiſo futurum eſſe.error Sarracenorum.par.2.q.21. pag.306.col.2.A

Verbum in diuinis ac ſpiritum ſumi tantum eſſentialiter,& non perſonaliter.error Rabbi Moſis,par.2.q.4. p.240.col.2.D.E

Verbum non eſſe Deum.hæreſis Alogiorum,par.2.q.6. pag.244.col.1.D

Verbum in Chriſto eſt anima,& conuertitur cum anima.Artic.43.Raym.par.2.q.9. pag.257.col.2.A

Verbum mediante anima Chriſti comprehendit,& non immediate.Artic.44.Raym.Ibi. p.257.col.2.A.B

Viduas,ſi nupſerint,vt adulteras habendas.hęreſis Catharorum,par.2.q.6. pag.244.col.1.E

Vini potum illicitum eſſe.hæreſis Seueri,par.2.q.6. pag.244.col.1.D

Virtutem nullam haberi poſſe ſine charitate.Artic.77.Raym.Lull,par.2.q.9. pag.258.col.2.E

Virtutum actibus intendere,eſſe hominis imperfecti.hæreſis Begardorum,par.2.q.7. pag.249.col.2.E

Viſionem Dei,quam habent beati,non eſſe viſionem intuitiuam & facialem.hęreſis.par.2.q.8. p.251.col.1.C

Viſionem Dei facialem,quam habent beati,non duraturam perpetuo.hęreſis.par.2.q.8. pag.251.col.2.A

Vitam actiuam non eſſe modo fructuoſam.error Ioannis de Parma,par.2.q.9. pag.255.col.1.B

Vitam æternam ſine charitate obtineri poſſe.hæreſis,par.2.q.10. pag.263.col.2.D

Vitam ſine voto perfectiorem eſſe,quàm viuere cum voto.error 17.Pſeudoapoſtolorum,par. 2.q.10. pag.270.col.1.A

Voluntatem hominis nunquam de facto à Deo immutari.error Rabbi Moſis.par.2.q.4. pag.241.col.1.B

Vſuram exercere non eſſe peccatum.hęreſis,par.2.q.7. pag.249.col.2.B

Vxorem dimittere licere,etiam præter cauſam fornicationis.error Phariſæorum.par.2.q.5. pag.242.col.2.B

Vxorem ita dimiſſam poſſe alij nubere.error Phariſęorum.Ibidem. pag.242.col.2.B

Vxorem alterius,eo viuente ſibi in coniugem accipere,licitum eſſe.error Herodianorum. par. 2.q.5. pag.242.col.2.D

Vxores haberi poſſe communes.hæreſis,Nicolaitarum,par.2.q.6 pag.253.col.2.C

FINIS.

EPISTOLA IN LIBRVM VOCATVM DIRECTORIVM INQVISITORVM

COMPILATVM PER FRATREM NICOLAVM Eymerici, ordinis Fratrum Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magiſtrum Capellanum domini noſtri Papæ,

Ac in terris Domini Regis Aragoniæ Inquiſitorem hæretica prauitatis.

FRATER Nicolaus Eymerici Ordinis Fratrum Prædicatorum ſacræ Theologiæ Magiſter, indignus ſanctiſſimi domini noſtri Papæ Capellanus,ac Inquiſitor hæreticæ prauitatis in omnibus regnis & terris Sereniſſimi Principis domini Regis Aragonum ditioni ſubiectis,à Sancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, Venerabilibus patribus, fratribus eiuſdem ordinis in Chriſti viſceribus prædilectis vniuerſis & ſingulis Commiſſariis,Vicariiſque noſtris in terris & regnis præfatis ad peragenda ſancta fidei negotia deſtinatis;

Salutem,& prauitatis hęreticæ labem feruenti ſpiritu extirpare.

NE pia ſanctæ inquiſitionis negotia cœtui fidelium quamplurimum neceſſaria ad damnatam extirpandam deteſtabilem hæreticam prauitatem, atque ad approbatam complantandam irrefragabilem catholicam veritatem per nos Inquiſitorem veſtris paternitatibus venerandis commiſſa, auctoritate Apoſtolica præfata exequenda, propter † ſummorum Pontificum canonum,catholicorum Imperatorum legum, vtrorumque extrauagantium, conſtitutionum iſtorum & illorum, apparatuum, & gloſſarum, Apoſtolicarum litterarum, ceterorum dominorum tam ſpiritualium, quàm temporalium priuilegiorum & indultorum, ac ſedis Apoſtolicæ legatorum, ipſiuſque Eccleſiæ prælatorum prouincialium ad Inquiſitores labis eiuſdem conſiliorum, ceterorumque omnium librorum aliorum neceſſariorum, hinc inde diſperſorum pro exequendo præfato fidei negotio, penuriam & defectum, contingat aliquatenus impediri, ſeu potius retardari: aut (quod abſit) veſtras paternitates in inquiſitionibus faciendis, proceſſibus conficiendis, pœnitentiis imponendis, ſententijs proferendis, ceteriſque dependentibus, contingentibus, emergentibus ex eiſdem,in proſecutione tanti & tam memorati ardui fidei negotij oberrare. Et ne vberem florentemque Eccleſiam, vineam inquam Domini ſabaoth, quam ſummi patris dextera complãtauit, quam eiuſdem patris filius proprij ac viuifici vnda cruoris vberiùs irrigauit;quã ipſe almus ſpiritus paraclitus miris ineffabilibuſq. donis intimius

† Inſtitutum auctoris in hoc opere cõficiendo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœcundauit; quam tota ipſa incomprehenſibilis atque inattingibilis Trinitas beata grandiſſimis varijſque priuilegijs ſanctius dotauit pariter & ditauit: Aper de ſylua, qui eſt, & dicitur hæreticus quilibet, abſorbeat & depaſcat, fructus fidei vberes deuaſtando, aclacerantes, hereſum vepres palmitibus inſerendo: Serpenſque tortuoſus, noſtri improbus humani generis inimicus effans virus; qui eſt Satanas & Diabolus; eiuſdem uineæ Dominicæ palmites inficiat, in fructus uirus prauitatis hæreticæ immittendo: Ne etiam in agro ipſo Dominico, qui eſt populus catholicus, ad quem excolendum pariter & ſerendum deſcendit de ſummorum polorum arce Dei patris vnigenitus, atque primogenitus: ſeminauit miris ſanctiſq. prædicationibus: diſcurrit per villas & caſtella, docens non ſine magnis fatigationibus: elegit Apoſtolos, viros vtique operarios induſtrios, ac conduxit ditans illos æternis retributionibus, expectans ipſe Dei filius de agro iſto, magno illo die iudicij extremo, vberes manipulos colligere, & per manus ſanctorum angelorum recondere in cœleſti horreo ſancto ſuo: Samſonis vulpeculæ intricatæ; quę ſunt perſonæ labe hæretica deprauatæ; facies habentes diuerſas, ſed caudas ignitas adinuicem colligatas, quia in vanitate flaminis ſuperbiæ conueniunt in idipſum, ſegetem Dominicam iam albam ad meſſem, ſplendoribus fidei relucentem, morſu amariſſimo demoliantur, ac diſcurſu ſubtiliſſimo peruagentur, impetuque validiſſimo accedant, pariter & accendant, diſſipent & deuaſtent, ſinceritatem ſanctæ fidei catholicæ ſubtiliter & damnabiliter ſubuertendo: Ea propter, & vt Inquiſitionis negotium contra hereticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei orthodoxæ, in noſtris temporibus veſtriſque manibus de bono in melius proſperetur: Præſens opus noſtrum nouiter concordatum, vtiliter compaginatum ex præfatis canonibus, legibus, conſtitutionibus, extrauagantibus, apparatibus, determinationibus, condemnationibus, prohibitionibus, approbationibus, confirmationibus, conſultationibus, reſponſionibus, litteris Apoſtolicis, priuilegijs, indultis, conſilijs, hæreticorum ſectis, variſq. formulis litterarum communionum, citationum, excommunicationum, abſolutionum, cautionum, purgationum, condemnationum, ſententiationum, relaxationum, & alijs Inquiſitionis officio neceſſarijs, hinc inde collectis: vt altera Ruth de ſpicis hac illac diſperſis poſt tergum metentium, manipulum conſtringentes compilauimus, edidimus, & conflauimus: veſtriſq. paternitatibus venerandis, ex cauſis ante fatis, tenore noſtrarum litterarum præſentium, deſtinamus.

Operis diuiſio.

Quæ quidem compilatio præſens in Partes tres (vt noueritis) eſt diſtincta. Nam in prima agitur de fide catholica, vt plantetur. In ſecunda de prauitate hæretica, vt vitetur. In tertia de officij practica, vt ſeruetur. Vos igitur, Patres mei chariſſimi, per omnia merito venerandi, ad exequenda fidei pia negotia auctoritate Apoſtolica deſtinati: obſecramus per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, quatenus preſentem compilationem deuote ſuſcipiatis, ad illam mentis oculos conuertatis, in illa ſedulius ſtudeatis, illam veſtris cordibus imprimatis, de illa & eius veritate firmius confidatis: ab illa & eius ſinceritate nullatenus diſcedatis: per illam vos in iudicialibus veſtris actibus dirigatis: illam & theologis & iuriſtis vocatis per vos ad conſilia, exponatis: Et ſecundum illam, & in ea contenta ad imponendas pœnitentias, ad inferendas & proferendas ſententias procedatis, taliter in huiuſmodi vos habentes, quòd cedat ad Dei gloriã, & ad Diaboli ignominiam: ad fidei catholicæ exaltationem, & ad prauitatis hæreticæ depreſſionem: ad Catholicorum honorem, & hæreticorum ruborem: ad noſtri ac veſtri augmentum meriti, & ad laudem & exaltationem ſanctiſſimi nominis Domini noſtri Ieſu Chriſti: cui eſt & ſit laus, honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

PRIMA

PRIMA PARS DIRECTORII OFFICII INQVISITIONIS HAERETICAE PRAVITATIS, ET EST DE FIDE CATHOLICA,

CVM COMMENTARIIS FRANCISCI PEGNAE Sacræ Theologiæ & iuris vtriuſque Doctoris.

De ſumma Trinitate & fide Catholica, de volumine maiori Decretalium.

Innocentius III. in concilio generali †.

† Cap. 1. habito Romæ apud Lateranum, anno 1215.

Tractat de Trinitate, & ipſius operibus: de fide, & articulis fidei.

CAP. I.

† Paulo poſt adiicitur Beati Thomæ commentarius in hanc Decretalẽ & ſequentem.

FIRMITER † credimus, & ſimpliciter cõfitemur, q̃ vnus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & incommutabilis, incomprehẽſibilis, omnipotens, & ineffabilis: Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia ſeu natura, ſimplex omnino: Pater à nullo, Filius à patre ſolo, ac Spiritus ſanctus pariter ab vtroq;: abſq; initio, ſemper, ac ſine fine: Pater generãs, Filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedẽs: cõſubſtantiales, & coæquales, & coomnipotentes, & coæterni, vnum vniuerſorum principiũ, creator omnium viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium: qui ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtramq; de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam, quaſi communem ex ſpiritu & corpore conſtitutam. Diabolus enim & alij Dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo vero diaboli ſuggeſtione peccauit. Hæc ſancta Trinitas ſecũdum communem eſſentiam indiuidua, & ſecũdum perſonales proprietates diſcreta, primo per Moyſem & ſanctos Prophetas, alioſque famulos ſuos, iuxta ordinatiſſimam diſpoſitionẽ temporum, doctrinam humano generi tribuit ſalutarem. Et tandem vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus, à tota Trinitate communiter incarnatus, ex Maria ſemper virgine Spiritus ſãcti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationabili & humana carne compoſitus, vna in duabus naturis perſona, viã vitæ manifeſtius demonſtrauit. Qui cum ſecundum diuinitatem ſit immortalis & impaſſibilis, idem ipſe ſecundũ humanitatẽ factus eſt mortalis & paſſibilis. Qui ẽt pro ſalute humani generis, in ligno crucis paſſus & mortuus, deſcendit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cœlum: ſed deſcẽdit in anima, & reſurrexit in carne: aſcenditque pariter in vtroque: venturus in fine ſæculi, iudicaturus uiuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſcẽm opera ſua, tam reprobis q̃ electis: qui oẽs cũ ſuis proprijs reſurgent corporibus, quæ nunc geſtãt, vt recipiãt ſecundũ opera ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuã, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.

Tractatur hic de ſacramentis eccleſiaſticis.

† Vide extra uagantẽ bonifacii octaui incipien. Vnam ſanctã. & Turrecrematam in ſumma de Eccleſia, lib. 1. cap. 6. vbi luculenter probat catholicæ Eccleſiæ vnitatem.

Vna † vero eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quã nullus oĩno ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificiũ Ieſus Chriſtus: cuius corpus & ſanguis in ſacramẽto altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate diuina: vt ad perficiendum myſteriũ vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc vtiq; ſacramentum, nemo põt cõficere niſi ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundũ claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus. Sacramentum vero baptiſmi (quod ad Dei inuocationem & individuæ Trinitatis, videlicet Patris & Filij & Spiritus ſancti, conſecratur in aqua) tã paruulis, q̃ adultis in forma Eccleſiæ à quocũq; rite collatum proficit ad ſalutem. Et ſi poſt ſuſceptionem baptiſmi, quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per veram poteſt ſemper pœnitentiam reparari. Non ſolum autem virgines & continentes, verum etiam coniugati per rectam fidẽ & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Idem, scilicet Innocentius iij. Eodem concilio generali Lateranen. cap. 2.

IDEM † IN EODEM.

Pater & Filius & Spiritus sanctus, uera unione, nõ collectiua seu similitudinaria sunt vna essentia, substantia, seu natura: quæ substãtia non est generans, nec genita, nec procedens: quia illi actus nõ attribuuntur substantiæ, sed personis: nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Contrarium sentientes, vt hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant.

CAP. II.

DAMNAMVS [a] ergo & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum, de vnitate, seu essentia Trinitatis, appellãs ipsum hæreticum & insanũ: pro eo quòd in suis dixit † sententijs, quoniam quædam summa res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedẽs: vnde asserit quòd ille non tam Trinitatẽ, quàm quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam: manifeste protestans, quòd nulla res est, quæ sit Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura: quãuis concedat, quòd Pater & Filius & Spiritus sãctus sunt vna essentia, vna substantia, vnaque natura. Verum vnitatem huiusmodi, non veram & propriam, sed quasi collectiuam & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines, vnus populus; & multi fideles, vna ecclesia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: &, Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Ille qui plantat, & qui rigat, vnum sunt: &, Omnes vnũ corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus vnũ sunt. Ad hanc autem suam sententiam astruendam, illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, vt sint consummati in vnum. Non enim (vt ait) fideles Christi sunt vnum, id est, quædã vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnum, id est, vna Ecclesia: propter catholicæ fidei vnitatem: & tandem vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in canonica Ioannis Apostoli epistola legitur: Quia tres sũt qui testimonium dant in cœlo, Pater & Filius & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Statimque subiungitur: Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt: sicut in quibusdam codicibus inuenitur. Nos [b] autem sacro approbante concilio, credimus & confitemur cum Petro: quòd vna quędam summa res est, incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem: & ideo † in Deo solũmodo trinitas est, non quaternitas: quia quælibet trium personarũ est illa res, videlicet, substantia, essentia, seu natura diuina: quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater qui generat: & Filius qui gignitur: & Spiritus sanctus qui procedit: vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius & Spiritus sanctus idem omnino: vt secundum orthodoxam & catholicam fidem consubstantiales esse credãtur. Pater enim ab æterno filium generando, suam substantiam ei dedit: iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est. Ac dici non potest, quòd partem substantiæ suæ illi dederit, & partem ipse sibi retinuerit: cum substantia patris indiuisibilis sit: vtpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quòd Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quòd non retinuerit ipsam sibi: alioqui desiisset esse substantia. Patet ergo, quòd sine vlla diminutione Filius nascendo substantiam patris accepit: & ita Pater & Filius habent eandem substantiã: & sic eadem res est Pater & Filius, necnon & Spiritus sanctus ab vtroque procedens. Cum ergo Veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: Volo (inquiens) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen, vnum, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis vero diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi Veritas ait: Estote perfecti, sicut & pater vester cęlestis perfectus est: ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ, sicut Pater vester cęlestis perfectus est perfectione naturæ: utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam vel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tamquam hæreticus ab omnibus euitetur. In nullo [c] tamen propter hoc Florensi monasterio (cuius ipse Ioachim extitit institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruantia salutaris: maxime [d] cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quã Romana tenet Ecclesia: quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est & magistra. Reprobamus [e] etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici, cuius mentem sic pater mendacii excęcauit, ut eius doctrina, non tam hæretica censenda sit, quàm insana.

† lib. 1. sent. dist. 5.

† al. & ideo in Deo solũmodo trinitas non quaternitas reperitur.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

Matth. 5.

Act. 4.

1. Cor. 6.

Ibid. 3. & 12.

3. Reg. 22.

Ioan. 17.

1. Ioan. 5.

COM-

COMMENTARIVS I.

Historia ad intelligendã decretalem enarrata.

[a] DAMNAMVS ergo & reprobamus libellum, seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardum.] *Ad intelligendam hanc decretalem, & glossemata in eam conscripta, breuiter historiam, cuius in ea fit mentio, recensebo. Petrus Lombardus, qui vulgo, sententiarũ Magister dicitur, qui floruit circa annos Domini 1140. lib. 1. senten. dist. 5. iuxta catholicã veritatẽ asseruit in diuinis tres esse personas inuicem distinctas, Patrem, Filium, & Spiritũ sanctum: & naturam diuinam eis communem, quæ nec generet nec generetur, nec spiret nec spiretur. Contra hanc sententiam Abbas Ioachim monasterij Florensis, quod est in Calabria, vnde ille fuerat oriundus, libellum edidit anno fere Domini 1195. docens essentiam diuinam generare & generari, spirare & spirari, Petrumque Lombardum ob eam opinionem hæreticum appellauit. Hunc Ioachimi errorem Innocentius iij. Pont. Max. in generali cõcilio Lateranẽsi Romę anno Domini 1215. celebrato, tamquã hæreticũ condemnauit: sententiamq; Petri Lõbardi catholicæ fidei consonam comprobauit. ac tale quidem est decretalis argumentum.*

[b] ¶ Nos autem sacro approbante concilio.] *Hactenus retulit Ioachimi errorem, & rationes, quibus ille vtebatur: nunc catholicam ueritatem explicat, & docet quo intelligẽdæ sint auctoritates, quas Ioachim ad suum errorem asserendum inducebat multa in hunc locum traduntur à Theologis lib. 1. sent. dist. 5. quæ nos ideo omittimus, quia, vt præfati sumus, ad auctoris institutũ non spectant. videto Melchiorem Canum lib. 12. c. 7. de locis Theologicis, versi. secunda præceptio.*

[c] ¶ In nullo tamen propter hoc Florensi monasterio.] *Recte admonuit me Illustrissimus Iulius Antonius Sanctorius Cardinalis sanctæ Seuerinæ vnus ex Inquisitoribus generalibus in tota republica Christiana, in vulgatis codicibus hunc locũ corrupte legi, ita:* Florentino, *cum legendum sit,* Florensi. *scriptores enim & impressores huius monasterij & ordinis ignari, quia scriptum inuenerunt,* Floren. *hoc est, Florensi, corrupte extendentes dictionem, legerunt,* Florentino.

[d] ¶ Maxime cũ ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, & c. dictans Epistolam, in qua firmiter confitetur, se illam tenere fidem, quam Romana tenet Ecclesia.] *Quæ hoc loco traduntur, paulo obscuriora sunt. quàm vt facile percipi queant. vt ergo huic rescripto lux clarior afferatur, breuiter commemorare oportet quæ de protestatione & obedientia Ioachimi erga Romanam Ecclesiam tanguntur. Rem itaque paulo altius repetentes sciendum est, Abbatẽ hunc Ioachimum Theologiæ peritia claruisse tẽporibus Lucij iij. Pont. Max. ad annos Domini 1181. qui multa molitus est in scripturam sacram commentaria, ac præsertim in Apocalypsim, extatque bodie Epistola Clementis Papæ ijhortatoria ad Ioachim Abbatem, ut compleat expositionem in librum Apocalypsis, & opus concordię veteris & noui testamenti incœptũ iussu Lucij Papę iij. & Vrbani iij. eius successoris, quæ nunc legitur in eiusdem Abbatis libro concordiæ noui ac veteris testamenti impresso Venetijs anno 1519. in principio. At quia humana fragilitas sæpe homines nutare patitur, et à via veritatis longius deflectere, idem Ioachim in Petrum Lõbardum, qui vera scripserat de processione & distinctione diuinarum personarũ, inuectus est, sententiam falsam astruens, quam Innocentius iij. in generali concilio condemnauit. statuit tamen ne ob hanc particularis libri condemnationẽ eius monasterio derogaretur, quia protestatus fuerat Ioachim se tenere fidem Ecclesię. ea vero protestatio ita habet.*

PROTESTATIO ABBATIS Ioachim.

VNiuersis, quibus litteræ istæ ostensæ fuerint, frater Ioachim dictus, Abbas de Flore, æternam in Domino salutem.

Sicut ex litteris domini Papæ quondã Clemẽtis, quæ apud nos sunt, percipi põt: ex mandato domini Papæ Lucij, & domini Papæ Vrbani nisus sum aliqua scriptitasse; & hucusq; quod occurrit ad gloriã Dei scriptitare non desino. Deniq; librũ Concordiæ quinq; voluminibus comprehensum, expositionem Apoc. viij. partium titulis insignitum, Psalterium decẽ chordarum tribus voluminibus inciſum, prout Deus melius inspirauit, & facultas ingenij affuit, ad consummationẽ conduxi; præter alia, quæ in paruis libellis, seu contra Iudæos, seu contra Catholicæ fidei aduersarios cõprehẽdi: Et dũ sum in hoc corpore præseruatus ad ædificationẽ fidelium Christi, & maxime monachorum, dare operam nõ postpono. Quia vero pro angustia tẽporum nõ potui hucusq; opuscula ipsa, præter librum Cõcordię, Apostolico culmini præsentare, vt ab eo corrigerentur; si qua ibi (quod non abnuo, etsi mihi conscius non sim) occurrerint corrigenda, & incertus est homini numerus dierum suorũ, si me contigerit prius egredi ex hac luce, q̃ possim scdm quod accepi in mandatis: siquidem ea cõditione susceperi dictanda, vt oẽs quidem libros ei cui datum est omnimode magisterium, præsentarem: Rogo ex parte Dei oĩpotentis Coabbates meos, & Priores, & ceteros fratres metuentes Deũ, & ea qua posse videtur, auctoritate præcipio, quatenus præsens scriptum, aut exẽplar habentes secũ ac si pro testamento opuscula, quę hactenus cõfeciſſe videor; & si quid me de nouo vsq; ad diẽ obitus mei contigerit scriptitare, quamcitius poterint collecta omnia, relictis in salua custodia exemplaribus, Apostolico examini repręsentẽt: recipientes ab eadem sede vice mea correctionẽ, & exponentes ei meam circa ipsam deuotionem & fidẽ; & quòd ea semper paratus sim, quę ipsa statuit, vel statuerit, obseruare: nullamque meam opinionem contra eius defendere sanctam fidẽ: credens ad integrũ quę ipsa credit; & tam in moribus, quàm in doctrina susciens correctionẽ: abijciens quod ipsa abijcit, suscipiẽs quod susci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pit ipsa; credens firmiter non posse portas inferi prævalere aduersus eam, etsi ad horam turbari & procellis agitari contingat, non deficere fidem eius vsque ad consummationem seculi.

Hoc scriptū feci ego Ioachim Abbas, & propria manu roboraui anno Dominicę Incarnationis MCC. & sic me tenere confiteor, sicut in eo continetur.

Illud hic non omiserim, Honorium Papam iij. anno Domini 1221. declarasse, q̄ per huiusmodi cō demnationem, de qua in d. c. damnamus ipse Ioachim non hæreticus, sed propter confessionē & protestationem prefatam catholicus reputetur. Item quòd nullum preiudicium monasterijs & personis ordinis Florensis, cuius ipse extitit institutor, factū censeatur. Honorij autem declaratio, ex Regesto eiusdem in bibliotheca Vaticana, & bibliotheca itē Illustrissimi Iulij Antonij Sāctorij Cardinalis sanctæ Seueriną, qui nunc successor est eiusdem Abbatis Ioachim in Abbatia, ita habet.

HONORIVS, &c. CVSENTINO Archiepiscopo, & Episcopo Bisniacensi.

EX parte dilectorum filiorum Abbatum, & conuentuum de ordine Floris tam capitis quàm membrorum, fuit propositum corā nobis, q̄ is qui saluti hominum inuidet & quieti, occasione assumpta ex eo quod libellus, quem Abbas Ioachim contra bonę memorię magistrū Petrum Lombardum edidit, in generali fuit concilio condemnatus, contra eos nonnullos tam clericos, q̄ laicos, prælatos & subditos cōcitauit: qui vt ipsos ab otio contemplationis auertant, & funes extendentes in laqueum pedibus eorundem, ponant eis scandalum iuxta iter, ipsis obijciunt exprobrando: q̄ idem Abbas, qui pater, & institutor fuit ordinis eorundem, hęreticus ab Ecclesia Dei habetur: Propter quod nō solum simplices lactis participes à cōsortio eiusdem ordinis auertuntur, sed etiam fortes, qui vti cibo solito † didicerunt, & ad discretionem boni & mali exercitatos pro consuetudine habent sensus, circa instituta eiusdem ordinis incipiunt fluctuare. Licet igitur prędictus libellus, siue tractatus condemnatus fuerit in concilio memorato; quia tamen idem Ioachim omnia scripta sua Romano mandauit Pontifici assignari, Apostolicę sedis iudicio approbanda; seu etiam corrigenda, dictās epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter est confessus, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quę (disponente Domino) cunctarum fidelium mater est & magistra f.t. per Apost. Scrip. mandamus, quatenus per totā Calabriam faciatis publice nuntiari, q̄ eum virum catholicum reputamus, & regularem obseruantiam, quam instituit, salutarem. eos qui ordini memorato ex hoc detrahere, vel insultare presumpserint, mo. prem. sub. Apost. ob. castigātes. Dat. Lateran. xiij. kalen. Ian. anno v.

† solido: videtur legendum.

e ¶ Reprobamus etiam & condemnamus peruersissimum dogma impij Almarici. [*Aliàs Amalrici, in Bononiensi Almalrici, cuius sectatores beatus Thomas par. 1. q. 3. art. 8. Almarianos appellat: fuit autem Almaricus natione Gallus, patria Carnotensis, Lutetię Parisiorum Theologię doctor creatus. floruit anno Domini 1204 de hoc multa Cesarius lib. 5. dialogorum. dis. 5. Huius errores damnati quoq; sunt in generali Concilio Lateranēsi, ea potissimum causa Romæ celebrato, anno Domini 1215. ex chronico summorum Pontificum viginti errores huius Almarici colliguntur. Prateolus lib. 1. de sectis hæreticorum, nouem eius hereses refert Vincentius autem in speculo historiali lib. 30. c. 7. sex recenset hereses, quas refert Eymericus p. 2. q. 7. n. 3. Hic Almaricus combustus traditur Lutetię anno Domini 1208.*

Almaricus hæreticus cō bustus.

At cum multę huius fuerint hæreses, cur sūmus Pontifex hic numero singulari dicit, se dogma eius condemnare, neq; enim vnum solum dogma profitebatur? Sed non refert, nam nomen dogmatis generale est, & omnem doctrinam complectens: perinde ergo est, ac si diceret Papa, se vniuersā eius doctrinam condemnare, quod satis illa indicāt verba, quę sequuntur, videlicet: vt eius doctrina, nō tā hæretica censenda sit, quàm insana. cur aūt insanā vocet, facile intuebitur, qui errores eius legerat, quorum nōnullos ēt recenset beatus Antoninus 4. p. tit. 11. c. 7. §. 2. versi. reprobatur etiam. & Turrecremata in summa de Ecclesia. lib. 4. par. 2. cap. 35.

DE SVMMA TRINITATE ET fide catholica de lib. vj. Decretal.

GREGOR. X. IN GENERALI concilio Lugdunensi.

Spiritus sanctus eternaliter à patre & filio, tāquam ab vno principio, & vnica spiratione procedit. Ioan. And.

CAPITVLVM VNICVM.

FIDELI[a] ac deuota professione fatemur, q̄ Spiritus sanctus eternaliter ex Patre, & Filio non tanquam ex duobus principiis, sed tanquam ex vno principio: non duabus spirationibus, sed vnica spiratione, procedit. Hoc professa est hactenus, prędicauit & docuit: hoc firmiter tenet & prædicat, profitetur & docet sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra. hoc[b] habet orthodoxorum patrum atq; doctorum Latinorum, pariter & Grecorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nōnulli propter irrefragabilis præmisse veritatis ignorantiam, in errores varios sunt prolapsi: Nos huiusmodi erroribus viā prędudere cupientes, hoc sacro approbante concilio; damnamus & reprobamus omnes: qui negare presumpserint eternaliter Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, siue etiam temerario ausu asserere, q̄ Spiritus sanctus ex Patre & Filio tamquam ex duobus principijs, & non tamquam ex uno procedat.

COM-

COMMENTARVIS II.

a FIDELI ac deuota.] *Celebris est decretalis contra errorem potissimum Græcorum, qui negant Spiritum sanctum à filio quoq; procedere. Tria autem sunt hic fidei dogmata, seu catholicę conclusiones. Vna est, Spiritum sanctum pariter procedere à Patre & Filio.*

Spiritum sanctum à filio etiam procedere.

Altera est, à Patre & Filio procedere tamquā ab vno principio.

Vltima est, hanc processionem vnica spiratione, non duabus fieri.

Editum est hoc decretū in generali Concilio Lugdunēsi, sub Greg. x. celebrato anno Domini 1274.

Quantum ad primam assertionem attinet, olim à Nestorianis introductum fuit, Spiritum sanctum non procedere à Filio; quem errorem Theodoricus Nestorianus & plures eius sectatores (inter quos etiam dicitur fuisse Damascenus, vt scribit beatus Thomas par. 1. q. 36. ar. 2. ad 3. argumentum.) tuebantur. hunc errorem fere vniuersi Græci postea imbibentes adhuc tenaciter defendunt. fuit autem damnatus iam olim in concilio Ephesino, sub Cælestino Papa primo circa annos Domini 428. in quo ita scriptum est: Quamuis enim in sua ut substātia Spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas, iuxta id quod Spiritus est, & non Filius; attamen alienus ab illo non est. nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est: vnde & ab eo similiter, sicut ex Deo patre procedit. *hęc ibi. quem etiam articulum multis post sęculis adstruxit contra Græcos synodus octaua, vt alibi dictum est: & tenent communiter omnes Patres tam Greci q̄ Latini, vt mox dicturi sumus. Que ad secundam catholicam conclusionē attinent, videlicet, Patrem & Filium vnum esse principiū, à quo Spiritus sanctus procedat, idem illi vno ore fatentur, qui cum catholicis fatentur à Filio etiam procedere: quod in primis demonstrat sanctus Augustinus lib. 7. de trini. & efficaciter sanctus Thomas par. 1. q. 36. art. 4. Atque eodem modo ostendunt tertiam conclusionem.*

Et de materia huius decretalis agūt copiosę Magister, & Theologi lib. 1. sent. dist. 11. & seq. sanctus Thomas par. 1. q. 36. & lib. 4. contra Gentiles. c. 24. & 25. & alij mox referendi.

b ¶ Hoc habet orthodoxorum Patrum atque Doctorum Latinorum, pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia.] *De Latinis manifestum est, ita enim communiter fatētur ubiq, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, & sanctus Augustinus ex professo hoc docet multis locis, lib. 15. de trinit. c. 17. & 26. & lib. 5. de trin. c. 14. & lib. 13. de ciuitate Dei c. 24. & copiosissime lib. 3. contra Maximinum c. 14. & in Euangelium Ioan. tractatu 99.*

De Grecis vero nulla est dubitatio: nam apertissime id vbique tradiderūt Chrysostomus, Cyrillus, Athanasius, Didymus, & alij, quò magis mireris Græcorum nostri temporis pertinaciam, qui nō modo Latinis, quos spernunt, non credunt; sed nec suis in hoc volunt obtemperare. Et contra hūc errorem scribit etiam Alfonsus Castrus lib. 5. aduersus hæreses, verbo, Deus. hæresi 12.

DE SVMMA TRINITATE ET fide catholica ex Clementinis.

CLEMENS V. IN CONCILIO Viennensi.

Circa annū Dñi 1311.

Fatetur concilium, vnicum Dei filium in essentia Dei æternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de Virgine, & in eo passum, & iā mortuum lancea perforatum; approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euangelista Ioānes. hoc dicit.

CAP. I.

FIDEI[a] catholicę fundamento, præter quod (teste Apostolo) nemo potest aliud ponere, firmiter inhærentes: aperte cum sancta matre Ecclesia confitemur, vnigenitum Dei filium in his omnibus, in quibus Deus pater existit vnà cum patre eternaliter subsistentem, partes nostræ naturæ simul vnitas (ex quibus ipse in se verus Deus existēs, fieret verus homo) humanum videlicet corpus passibile, & animam intellectiuam seu rationalem ipsum corpus vere, per se & essentialiter informantem, assumpsisse ex tēpore, in virginali thalamo ad vnitatem suæ hypostasis & personæ. Et quòd in hac assumpta natura, ipsum Dei verbum pro omnium operanda salute, non solum affigi cruci, & in ea mori voluit, sed etiam emisso iam [b] spiritu, perforari lancea sustinuit latus suū, vt exinde profluctibus vndis aquę & sanguinis, formaretur vnica & immaculata ac virgo sancta mater Ecclesia, cōiūx Christi. Sicut de latere primi hominis soporati Eua, sibi in coniugium est formata: vt sic certæ figurę primi & veteris Adę (qui secūdum Apostolum, est forma futuri) in nostro nouissimo Adā, idest Christo, veritas respōderet. Hæc est inquam veritas illius prægrādis Aquilæ vallata testimonio, quam propheta vidit Ezechiel animalibus ceteris Euangelicis transuolantem, beati Ioannis videlicet Apostoli & Euangelistæ, qui sacramenti huius rem gestam narrans & ordinem in Euangelio suo, dixit: Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militū lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius: & ille scit, quia uera dicit, ut & uos credatis. Nos † igitur ad tam preclarum testimonium, ac sanctorum Patrum & doctorum communem sententiam Apostolicæ considerationis (ad quam duntaxat hæc declarare pertinet) aciē conuertentes, sacro approbante concilio, declaramus, prædictum Apostolum, & Euangelistā Ioannem, rectum in premissis factę rei ordinem tenuisse: narrando, quòd Christo iam mortuo, unus militum lancea latus eius aperuit.

1. Cor. 3.

Gen. 2.

Rom. 5.

Ezech. 1.

Ioan. 19.

† Vide Melchiorem Canum li. 7. de locis theologicis c. 3. ver. Ad hæc cum de intelligentia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reprobat & hæreticã iudicat doctrinã quę hẽt, q; substãtia aĩę rationalis, seu intellectiuæ vere & per se humani corporis nõ sit forma. Ioan. And.

Porro [c] doctrinam omnem, seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quòd substantia animæ rationalis, seu intellectiuæ vere ac per se humani corporis non sit forma: velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio, reprobamus: Definientes, vt cunctis nota sit fidei sinceræ veritas, ac præcludatur vniuersis erroribus aditus ne subintrent: quod quisquis deinceps asserere, defendere, seu tenere pertinaciter presumpserit, quòd anima rationalis seu intellectiua non sit forma corporis humani, per se & essentialiter, tamquam hæreticus sit censendus.

Asserens confitendum vnum baptisma, sicut vnũ Deum & vnam fidem, approbat opinionem, quę habet per illud conferri etiam paruulis, quo ad habitum informantem gratiam & virtutes. Ioan. And.

Ad hoc [d] baptisma vnicum, baptizatos omnes in Christo regenerans, est (sicut vnus Deus ac fides vnica) ab omnibus fideliter confitendũ. Quod celebratum in aqua, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, credimus esse tam adultis, quàm paruulis communiter perfectum remedium ad salutem. Verum [e], quia quantum ad effectum baptismi in paruulis reperiuntur doctores quidam theologi opiniones cõtrarias habuisse: Quibusdam ex ipsis dicentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti: sed gratiam non conferri. Alijs è contra asserentibus, quòd & culpa eisdẽ in baptismo remittitur, & virtutes, ac informans gratia infunduntur quo ad habitũ, etsi non pro illo tempore, quo ad vsum. Nos autem attendentes, generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis: opinionem secundam, quæ dicit tam paruulis, quàm adultis conferri in baptismo informantem gratiam & virtutes, tamquam probabiliorem, & dictis Sãctorum, ac Doctorum modernorum theologiæ magis cõsonã, & concordem, sacro approbante concilio, diximus eligendam.

COMMENTARIVS III.

[a] FIDEI catholicæ.] *In hac Clementina multę catholicæ veritates diffiniũtur ad humanitatem Domini nostri Iesu Christi in primis pertinentes, quibus absurdi quidam & nefandi antiquorum & recentiorum hęreticorum errores catholicis dogmatibus cõtrarij damnantur & cõuincũtur.*

Hic enim diffinitur, Christum filium Dei Patri æterno coæternum contra Ariũ. Item eum veram de vtero virginali assumpsisse naturam humanam; cõtra Cerdonem, & Apellem, & Manichæos, & alia hæreticorum portenta, qui eamdem blasphemiam professi sunt. Item Christum Dominum vere habuisse humanum corpus passibile, & animam intellectiuam ipsum corpus vere, per se & essentialiter informantem, contra Appollinarem, & eius sectatores. Item in Christo duas esse naturas, diuinam videlicet & humanam, vnam tamẽ solum personã, nempe diuinam, aduersus Nestorium. Item ipsummet Christum filium Dei Dominum nostrum crucifixum, & in ea mortuum, non autem putatiue, aduersus Basilidem, & alios. Hæc inquam, & alia catholica dogmata hac clementina constituuntur, quę ad institutum auctoris in hac prima parte aptissime accommodãtur. Singula declarare longum est, & à nostra breuitate institutoq; alienum, summatim hæc & sequẽtia admonuisse sit satis. Interim de erroribus, qui catholicis his dogmatibus opponuntur, vide Eymericum infra part. 2. quæst. 7. & Turrecrematam in summa de Ecclesia. lib. 4. par. 2. cap. 36. & Alfonsum Castrum lib. 4. aduersus hæreses, ver. Christus. hæresi. 1. & multis sequentibus.

b ¶ Sed etiam emisso iam spiritu perforari lancea sustinuit latus suum.] *Guido Carmelita in summa de hæresibus, titulo de erroribus Petri Ioãnis, & sequacium eius, cap. 3. ait, hunc Petrum Ioannem sensisse Christum fuisse lanceatum viuum & non mortuum. idem scribit Eymericus infra part. 2. q. 9. nu. 2. vers. prima hæresis est, quòd quãdo vnus militum: vbi recitat plures alios huius hominis errores, & Alfonsus Castrus lib. 4. aduersus hæreses, verbo Christus, hæresi 10. Hic error manifestissime conuincitur ex Euangelio Ioannis cap. 19. & ex hac clementina, quę locum Euangelistę qualiter intelligi debeat; diuinitus declarat.*

c ¶ Porro doctrinam omnem.] *Hanc ipsam catholicam assertionem, quòd scilicet anima rationalis vere, per se, & essentialiter sit humani corporis forma, diffiniuit Leo Decimus in cõcilio Lateranensi, sessione 8. decreto quodam incipiente: Apostolici regiminis. vbi etiam declaratum extat, animam rationalem seu intellectiuam immortalem esse. eius concilij verba prędicato loco ita habent:* Hoc sacro approbante concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes animam intellectiuam mortalem esse, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes; cum illa non solum vere, per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone felicis recordationis Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri in generali Viennensi concilio edito continetur, verum & immortalis & pro corporum, quibus infunditur, multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata, & multiplicanda sit. *hactenus ibi.*

d ¶ Ad hoc, baptisma vnicum.] *hoc accipiendũ est de baptismo aquæ, qui solus proprie est baptismus, quia solus ipse est sacramentum, vt concludit sanctus Thomas 3. part. quæst. 66. art. 11. ad 2. arg. & Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 3. quæst. vnica, art. 11. quòd vero loquatur concilium de baptismo aquæ, satis indicãt illa verba quæ mox sequũtur, videlicet:* quod celebratũ in aqua, *&c. Et hoc ideo notatur, quia baptismus sanguinis, quod est martyriũ, & baptismus flaminis, scilicet spiritus sancti, nõ sunt proprie baptismata, vt prędicati docent.*

e ¶ Verum, quia quantum ad effectum.] *Eandem hanc difficultatẽ Innocentius III. in cap. Maiores. extra de baptismo & eius effectu, tamquam rẽ inter theologos dubiam reliquit. Concilium Viennense hoc loco partem affirmatiuam tãquam probabiliorem sequitur, videlicet, tam paruulis quàm adultis in baptismo conferri informantem gratiam & virtutes, quod sanctus Thomas docuerat par. 3. quæst. 69 art. 4. 5. & 6. quem sequitur & explicat Dominicus Sotus lib. 4 sent. dist. 6. q. 1. ar. 3. & 4.*

Ceterum in Concilio Tridentino sessione. 6. titulo De iustificatione, Canone 11. de hoc ita scriptum est: Si quis dixerit homines iustificari uel sola imputatione iustitiæ Christi, uel sola peccatorũ remissione, exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum per Spiritũ sanctum diffundatur, atq; illis inhæreat; aut etiam gratiam, qua iustificamur, esse tantum fauorem Dei, anathema sit. *hactenus concilium. Sed de his uide copiose sanctum Thomam & Sotum prædictis locis, eundem Sotum lib. 2. de natura & gratia, cap. 17. & 18. & Bartholomæum Medinam, apud sanctum Thomam. 1. 2. q. 51. ar. 4.*

Habetur to. 17. Opus. 23. & 24.

EXPOSITIO S. THOMÆ
Super duas primas Decretales.

PROOEMIVM.

SALVATOR noster discipulos ad prædicandum mittens, tria eis iniunxit. Primo quidem, ut docerent fidem. Secundo, ut credentes imbuerent sacramentis. Tertio, ut credentes sacramentis imbutos ad obseruandum diuina mandata inducerent. Dicitur enim Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes, quantum ad primum: baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, quantum ad secundum: docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui uobis, quantum ad tertium.

Inter quæ tria decenter fidei doctrina præmittitur. Est enim fides omnium bonorum spiritualium fundamentum: secundum illud Apostoli Heb. 11. Est autem fides substantia, idest fundamentum sperandarum rerum. Est enim fides † per quam anima viuificatur per gratiam: secundum illud Apostoli Gal. 2. Quod autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei. Et Abachuc 2. Iustus ex fide sua viuit. Ipsa est per quam anima à peccatis purgatur, Act. 17. Fide purificans corda eorum. Ipsa est per quam anima iustitia ornatur, Rom. 3. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi. Ipsa est per quam anima Deo desponsatur, Osee 2. Sponsabo te mihi in fide. Ipsa est per quam homines in Dei filios adoptãtur. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credũt in nomine eius. Ipsa est per quam acceditur ad Deum, Heb. 11. Accedentem ad Deum oportet credere. Ipsa denique est, per quam homines æternæ vitæ bruuium consequuntur: secundũ illud Ioã. 6. Hæc est voluntas patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.

† Vide concilium Tridentinũ sessio. vi de iustificatio. ca. 8. vnde intelliges quomõ hæc de fide testimonia intelligi debeant.

Conuenienter ergo Christi Vicarius propositurus mãdata, quibus Ecclesia per Apostolorum prædicationem fundata pacifice gubernatur, titulum De fide *præmittit.*

Sed considerandum est, quòd cum multi sint articuli fidei, quorum quidam videntur pertinere ad diuinitatem; quidam vero ad humanam naturam, quam filius Dei in unitatem personæ assumpsit, alij vero ad diuinitatis effectum: fundamentum tamen totius fidei est ipsa prima † veritas diuinitatis: cũ omnia alia ex ratione contineantur sub fide, in quãtum ad Deum aliqualiter reducuntur. Vnde Dominus discipulis dicit Ioan. 14. Creditis in deum, & in me credite. Per quod datur intelligi, q; in Christum creditur inquantum est Deus: quasi fide principaliter de Deo existente.

† S. Thomas 2. 2 q. 1 art. 1. & lib. 3. sent. dist. 24. art. 1. q. 1.

Inter ea vero, quæ de Deo fide tenemus, hoc est singulare fidei Christianæ, vt trinitatem personarũ in vnitate diuinæ essentiæ fateamur. Sub hac enim professione Christo per baptismum sumus consigna ti, vt patet per id quod supra inductum est. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Alia vero, quæ de Deo asserimus, nobis & alijs communia esse inueniuntur. Puta quòd Deus est vnus, omnipotens: & si quæ alia de Deo fide tenentur, quæ etiam Iudei & Saraceni non diffitentur.

Vnde ad insinuandum propriũ & singulare dogma fidei christianæ, non prætitulauit fidei tractatum, De Deo, sed, De Trinitate.

Addit autem, Summa, *quia diuina trinitas arcem quandam tenet inter plurimas trinitates ab ea deriuatas.*

Deriuatur enim ab illa trinitate † diuina quædã trinitas in animã nostra: secundum quam ad imaginem Dei sumus secundum memoriam, intelligẽtiã, & voluntatem.

† De hoc late Magister & doctores lib. 1. sentẽ. dist. 3.

Deriuantur & ab ipsa aliæ trinitates in singulis creaturis: prout modum quendam, & speciem, & ordinem habent, secundum quę in eis diuina trinitatis quasi quoddam vestigium inuenitur. Vt Augustin. dicit in libro de trinitate. Ad discretionem igitur harũ omnium trinitatum, quæ a diuina descendunt, dicitur, De summa trinitate. *Sed de hac trinitate diuina diuersi hæretici diuersa errantes dixerunt.*

Lib. 6. &c.

Quorum Sabellius abstulit personarum distinctionem, dicens patris, & filij, & spiritus sancti esse vnam essentiam, & vnam personam: sed eos solũ differre nominibus.

Arius vero posuit trium personarum esse diuersas substãtias, in dignitate & duratione differẽtes. Quæ oĩa & consimilia fides condemnat catholica.

Quia igitur de summa trinitate & alijs ad fidẽ pertinẽtibus hic tradere intendit quod fides catholica tenet: ideo addit, Et fide catholica.

Dicitur autem fides Ecclesię catholica, idest vniuersalis: vt Boetius dicit in libro de trinitate, tum propter vniuersalium præcepta regularum; tũ propterea quia eius cultus per omnes pene mundi terminos emanauit: hæreticorum vero errores sub certis terrarum angulis includuntur.

PRI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIMAE DECRETALIS A EXPOSITIO,

In qua tam hæreticorum, quàm philosophorum errores complures reprobantur.

QVIA de fide sanctæ trinitatis considerandum est: primo oportet scire, quòd duplex est actus fidei, scilicet corde credere, & ore profiteri, secundum illud Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Vterque autem actus aliquid requirit ad sui perfectionem.

Nam interior actus fidei exigit firmitatẽ absque B omni dubitatione, quæ firmitas provenit ex infallibilitate diuinæ veritatis, cui fides innititur. Vnde dicitur Iacob 1. Postulet autẽ in fide nihil hęsitans.

Sed confessio fidei debet esse simplex, idest absq; simulatione: secundum illud 1. ad Tim. 1. Finis præcepti est charitas: de corde puro, & conscientia bona: & fide nõ ficta. Debet etiam esse simplex, idest absque erroris permixtione: secundum illud 1. Thess. 2. Exhortatio nostra non fuit de errore. Debet etiam esse absq; variatione 2. ad Cor. 1. Sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo est, & non. Quantum ergo ad primum actum fidei dicit, Firmiter credimus. quantum ad secundum dicit, C Et simpliciter confitemur.

Vltimo autem considerandum est, quòd fidei Christianæ articuli a quibusdam duodecim †, a quibusdam quatuordecim computantur.

† De hoc late idem S. Thomas 2. 2. q. 1. ar. 8.

Secundum illos, qui computãt quatuordecim septem articuli pertinent ad diuinitatem, septem vero ad humanitatem.

Illi autem, qui ad diuinitatem pertinent, sic distinguuntur, vt vnus sit articulus de diuinę essentiæ vnitate, qui tangitur in symbolo, cum dicitur, Credo in vnum Deum. Secundus est de persona patris, qui tangitur cum dicitur, Patrem omnipotentem. Tertius est de persona filij, qui tangitur cum dicitur, Et in Iesum Christum filiũ eius. Quartus est de persona spiritus sancti, qui tangitur cum dicitur, Et in spiritum sanctum. Quintus est de effectu, quo à Deo creamur in esse naturę, qui tangitur cum dicitur, Creatorem cæli & terræ. Sextus est de effectu Dei secundum quod reuertimur in esse gratię, qui tangitur cum dicitur, Sanctam Ecclesiam catholicã, sanctorum communionem: & remissionem peccatorum. Quia enim per gratiam Dei in vnitate Ecclesię congregamur, sacramenta communicamus, & remissionem peccatorum consequimur.

Septimus articulus est de effectu Dei, quo perficimur in esse gloriæ, & quantũ ad corpus, & quantum ad animam: & hic tangitur cum dicitur, Carnis resurrectionem, & vitam æternam. E

Articuli vero septem ad incarnationem pertinentes sic distinguuntur, vt primus sit de Christi conceptione, qui tangitur cum dicitur, Qui conceptus est de spiritu sancto. Secundus autem est de eius natiuitate, qui tangitur cum dicitur, Natus ex Maria virgine. Tertius est de eius passione, qui tangitur cũ dicitur, Passus, mortuus, & sepultus. Quartus est de descensu ad inferos, Descendit ad inferos. Quintus est de resurrectione, Tertia die resurrexit à mortuis. Sextus de ascensione, Ascendit ad cælos. Septimus de aduentu ad iudicium, Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Alij vero ponentes duodecim articulos: ponunt vnum articulum de tribus personis: & articulum de effectu glorię diuidunt in duos, vt scilicet alius articulus sit de resurrectione carnis, & alius de vita æterna: Et sic articuli ad diuinitatem pertinentes sunt sex. Item conceptionem & natiuitatẽ Christi sub vno articulo cõprehendunt: & sic ẽt articuli de humanitate fiũt sex. Vnde omnes sunt duodecim.

Primo ergo prosequitur articulum primum de essentię vnitate. Vnde primo ponit vnitatem diuinę essentię. Vnus solus est verus Deus, secundum illud Ioa. 17. Vt cognoscant te solum verum Deum, Leuitici 6. Audi Israel Dominus Deus tuus: Deus vnus est. Per quod excluditur error † Gentilium ponentium multos Deos. Deus autem verus, qui est essentialiter & naturaliter, Deus vnus est. Dicuntur enim aliqui dij, non veri: sed per adoptionem, vel per participationem diuinitatis: siue nuncupatione, secundum illud Psal. 81. Ego dixi, dij estis. Dicuntur etiam aliqui dij secundum opinionem errantium, secundum illud Psal. 95. Omnes dij Gentium dęmonia.

† Hunc errorem de pluralitate Deorũ cõfutat Tertullianus in Apologetico aduersus gentes, c. 10 11. & 12. & 17. & Lactãtius li. 1. diuinarum institu. ca. 3. & alij.

Deus æternus cur dicatur,

Deinde ostendit excellentiã diuinę naturę, siue essentię: & primo quantum ad hoc, quòd non comprehenditur tempore. Quod significatur cum dicitur, Aeternus. Dicitur enim æternus, quia caret principio & fine, & quia eius esse non variatur per præteritum & futurum. Nihil enim ei subtrahitur: nec aliquid ei de nouo venire potest. Vnde dicit ad Moysem, Exod. 3. Ego sum qui sum: quia scilicet eius esse non nouit præteritum & futurum: sed semper præsentialiter esse habet. Et Apostolus dicit ad Rom. vlt. Nunc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei.

Deus immensus.

Secundo ostenditur, quòd eius magnitudo excedit incomparabiliter omnium magnitudiem creaturarum cum dicitur; Immensus. Illud enim mensurari potest per aliquid aliud, quod si excedat in magnitudine, tamen excessus est secundum aliquam proportionem. Sicut binarius mensurat senarium, inquantum ter duo faciunt sex. Senarius autem excedit binarium, secundum proportionem aliquam, secũdum quam binarius mensurat senariũ, quia est triplum eius. Deus autem excedit magnitudine suę dignitatis omnem creaturam in infinitũ: & ideo dicitur immensus, quia nulla est commensuratio, vel proportio alicuius creaturę ad ipsum: vnde dicitur in psal. 47. Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Et Baruch 3. dicitur. Magnus est, & non habens finẽ: excelsus, & immensus.

Deus incommutabilis.

Tertio ostenditur, quòd excedit omnem mutabilitatem, cum dicitur, Incommutabilis. quia scilicet nulla est apud ipsum variatio secundum illud Iaco. 1. apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

Quarto

Deus omnipotens.

Quarto ostenditur, quòd sua potestas transcẽdit A omnia cum dicitur, Omnipotens. quia simpliciter omnia potest, vnde ipse dicit Gen. 17. Ego Deus omnipotens. Et si quis obijciat id, quod Apostolus dicit 2. ad Tim. 2. Ille fidelis permanet, negare seipsum non potest, & ita non est omnipotens.

Dicendũ, quòd negare seipsum est deficere à se: nõ posse autem deficere, non est ex defectu potentię, sed ex potentię perfectione: sicut etiã apud homines, ex magna fortitudine est quòd aliquis vinci non possit. In hoc ergo vere Deus omnipotens ostenditur: quod omnia potest facere, & in nullo potest deficere.

Deus incomprehẽsibilis.

Quinto ostenditur, quòd excedit omnium rationem & intellectum cum dicitur, Incomprehensibilis. Illa enim comprehendere dicimur, quę perfecte cognoscimus quantum cognoscibilia sunt. Nulla autem creatura tãtum potest Deum cognoscere, quantum cognoscibilis est: & propter hoc nulla creatura potest eum comprehendere. vnde dicitur Iob 11. Forsitan vestigia Dei comprehendes: & vsque ad perfectum omnipotentem reperies? quasi dicat, non & Iere. 33. dicitur. Dominus exercituũ nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. B

Deus ineffabilis.

Sexto ostenditur, quòd excedit omnem locutionẽ cum dicitur, Ineffabilis. quia scilicet nullus potest sufficienter effari laudem ipsius. Vnde dicitur Eccl. 43. Exaltate illum quantum potestis. Maior enim est omni laude. C

Deinde accedit ad articulum Trinitatis: ponens quidem primo nomina trium personarum, cum dicit, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Quę quidem exprimuntur Matth. vlt. Docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Sed circa hæc tria nomina diuersimode aliqui erraverunt.

† Vide Nicephorum li. 4. c. 22. historię Eccle. & li. 6. c. 26. & li. 10. c. 15.

Sabellius † enim dixit, quòd pater, & filius, & spiritus sanctus solis nominibus distinguuntur: dicẽs eundem in persona esse, qui quandoque dicitur pater, quandoque filius, quandoque spiritus sanctus, propter rationes diuersas. Et ad hoc excludendum, subditur, Tres quidem personæ. Alia est enim persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. D

† De Ario plene idem Nicephorus li. 8. c. 5. 6. 7. 8. & 24.

Arius † vero posuit, quòd pater, & filius, & spiritus sanctus sicut sunt diuersa nomina: ita sunt diuersæ substantiæ. Et ad excludendum hoc subdit, Sed vna substantia. Verum quia substantia secundum vsum vocabuli aliter sumitur apud nos, & aliter apud Græcos, ne circa hoc posset fieri aliqua deceptio, subdit. Seu natura. apud Græcos enim hypostasis, idest substantia, accipitur sicut apud nos persona pro re aliqua subsistente, quam dicimus suppositum, vel rem naturę. Sicut hic homo est suppositum, vel res humanę naturæ. Apud nos vero, secundum communem vsum loquendi, substantia dicitur essentia vel natura rei, secundum quod humanitas dicitur natura hominis. Sic igitur datur intelligi, quòd in diuinitate tres sunt subsistentes, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: sed vna numero simpliciter natura est, in qua subsistunt: quod in rebus humanis contingere non potest. Petrus e- E

nim & Paulus, & Ioannes, sunt quidem tres subsistentes in natura humana: Sed natura humana, & si sit vna specie in istis tribus, non tamen est eadem numero: & ideo tres homines sunt, non vnus homo. Quia vero in patre, & filio, & spiritu sancto est vna numero diuina natura, dicimus quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus, & non tres Dij.

Posset autem aliquis præue intelligere vnam essentiam trium personarum, ita scilicet, quòd vna pars illius naturæ esset in Patre, alia in Filio, alia in Spiritu sancto: sicut si diceremus vnam aquam esse in tribus riuis defluentibus ab vno fonte: ita scilicet quòd vna pars aquę est in vno riuo: alia in alio: tertia in tertio. Si autem sic esset vna natura triũ personarum, sequeretur, quòd diuina natura esset composita ex pluribus partibus. Et ideo ad hoc excludendum subdit, Simplex omnino. idest nullã compositionem habens. Omne enim compositum posterius est his ex quibus componitur. Sic igitur aliquid esset prius Deo: quod est impossibile. Sed posset aliquis quærere: si trium personarum est vna simplex natura; unde ergo tres personæ distinguũtur, & ideo ad hoc respondẽs subdit, Pater à nullo, filius a patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab vtroque. Vbi considerãdum est, quòd quicquid in diuinis absolute dicitur, commune est, & vnum in tribus personis; sicut quòd dicitur Deus bonus, sapiens, & omnia huiusmodi. Ibi enim solũ inuenitur distinctio, vbi aliquid inuenitur pertinẽs ad relationem originis: quia scilicet pater a nullo est: & secundum hoc innascibilis dicitur. Filius autem dicitur filius: quia a patre est per generationem, secũdum illud Psal 2. Ego hodie genui te: & secundũ hoc patri attribuitur paternitas: & filio filiatio. Spiritus autem sanctus ab vtroque procedit; & secundum hoc spiritui sancto attribuitur processio: patri vero & filio communis spiratio: quia scilicet communiter spirant spiritum sanctum. Sic igitur quinque sunt notiones, secundum quas distinctiones personarum designãtur in diuinis, scilicet Paternitas, quę est constitutiua patris, per quam ostenditur, quòd genuit filium: Filiatio, per quam ostenditur, quòd filius est a patre: & Processio, per quam ostenditur, quòd spiritus sanctus est a patre & filio: Innascibilitas, per quam dignoscitur, quòd pater a nullo est: Communis spiratio, per quã ostenditur, quòd pater & filius communiter spirant spiritum sanctum.

Sed rursus posset alicui occurrere falsa cogitatio, ut quia in rebus humanis filius a quodã principio temporis incipiat a patre generari: & generatio eius nõ semper durat, sed certo termino tẽporis finitur: sic etiam sit circa originem diuinarum personarum; vt scilicet filius ab aliquo tempore incœperit a patre generari, & aliquo tempore eius generatio fuerit finita, & similiter de spiritu sancto: Ideo ad hoc excludendum subdit, Absque initio semper, ac fine fine: pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens.

Cuius exemplum aliqualiter in creaturis inueniri potest, licet imperfectum. Videmus enim quòd a sole radius procedit: & statim quando fuit sol, radius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dius processit ab eo, nec unquam desinet radius ab eo procedere quãdiu sol erit. Sic enim filius procedit à patre vt radius à sole. Vnde dicit Apostolus Heb.1. Qui cum sit splendor gloriæ. Spiritus autem sanctus ab vtroque procedit sicut calor à sole & radio. Vnde dicitur in Psal.8. Nec est qui se abscondat à calore eius. Sed hoc exemplum deficit quantum ad hoc, quòd sol non semper fuit: & ideo nec radius eius semper ab eo processit, quia vero Deus pater semper fuit, semper ab eo processit filius: & ab vtroque spiritus sanctus.

Potest & aliud exemplum poni in anima humana, in qua verbum interius conceptum à memoria procedit: & ab vtroque procedit amor. Et ita etiã à patre procedit filius, sicut verbum eius: & spiritus sanctus, sicut amor communis vtriusque. Sed hoc exemplum deficit in duobus. Primo quidem, quia intellectus humanus non semper fuit. Secundo, quia non semper verbum in corde suo actualiter concipit. Sed intellectus diuinus semper fuit, & semper absque intermissione intelligit. Vnde semper in eo oritur verbum, quod est filius: & procedit amor qui est spiritus sanctus. Quia vero hæretici Ariani filium patri postponebant, & spiritum sanctum vtrique: ideo hoc consequenter excludit. Est autem considerandum, quòd Ariani postponebant filium patri. Primo quidem quantum ad essentiam, dicentes, quòd essentia patris est dignior quàm essentia filij: Et ad hoc excludendum, subdit: Cõsubstantiales. quia scilicet essentia patris & filij vna est: & in nullo differens. Secundo vero quantum ad magnitudinem, (non quòd in Deo sit magnitudo molis: sed magnitudo virtutis, quæ est perfectio bonitatis suæ.) Dicebant enim patrem esse filio maiorẽ, etiam secundum diuinitatem. Et ad hoc excludendum subdit, Coæquales. Secundum humanitatem vero Dominus dicit. Io.14. Pater maior me est. Tertio quantum ad potestatem dicentes filium non esse omnipotentem. Et ad hoc excludendum subditur. Et coomnipotentes. Quarto quantum ad durationem, quia dicebant filium non semper fuisse. Et ad hoc excludendum subdit, Coæterni. Quinto quantum ad operationem. Dicebant enim, quòd pater operatur per filium sicut per instrumentum suum, vel sicut per ministrum. Sed ad hoc excludendum, subdit: Vnum vniuersorum principium. Non enim filius est aliud principium rerum, quasi inferius quàm pater: sed ambo sunt vnum principium: & quod dictum est de filio: dictum est etiam de spiritu sancto.

Deinde accedit ad alium articulum, qui est de creatione rerum, vbi varias opiniones excludit.

† Nicephorus lib.6. historiæ Ecclesia.c.31. & sc. & Eusebius lib.7.c.25.

Fuerunt enim aliqui hæretici, sicut Manichæi, † qui posuerunt duos creatores, vnum bonum, qui creauit creaturas inuisibiles & spirituales: alium malum, quem dicunt creasse omnia hæc visibilia, & corporalia. Fides autem catholica confitetur, omnia præter Deum tam visibilia quàm inuisibilia à Deo esse creata. Vnde Paulus dicit Act.17. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt; hic cæli & terræ cum sit Dominus, &c. Et Heb.11. Fide credimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent: Vnde ad hunc errorem excludendum dicit, Creator omnium visibilium & inuisibilium, spiritualium & corporalium.

Alius error fuit ponentium, Deum quidem esse primum principium productionis rerum: sed tamen non immediate omnia creasse, sed mediantibus angelis mundum hunc esse creatum. Et hic fuit error Menandrianorũ †: & ad hunc errorem excludendum subdit, Qui sua omnipotenti virtute; quia scilicet sola Dei virtute omnes creaturæ sunt productæ: secundum illud Psal.31. Videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum.

† Nicephorus li.3.c.11.

Alius fuit error Origenis † ponentis, quòd Deus à principio creauit solas spirituales creaturas, & postea quibusdam earum peccantibus, creauit corpora, quasi quibusdam vinculis spirituales substantiæ alligarentur: ac si corporales creaturæ non fuerint ex principali Dei intentione productæ, quia bonum esset eas esse, sed solum ad puniendum peccatum spiritualium creaturarum, cum tamen dicatur Gen.1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erãt valde bona. Vnde ad hoc excludendum dicit, Simul ab initio temporis vtramque de nihilo cõdidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam.

† B. Hieronymus epistola. 65. incipien. schedulæ. Prateolus lib.11. de vitis & sectis hæreticorum cap.5.

Alius error fuit Aristotelis, † ponentis quidem omnia à Deo producta esse, sed ab æterno: & nullũ fuisse principium temporis. Cum tamen scriptum sit Gen.1. In principio creauit Deus cælum & terram. & ad hoc excludendũ addit, Ab initio temporis.

† De erroribus Aristotelis & aliorũ philosophorum agit Eymericus infra p.2.q.4.

Alius error fuit Anaxagoræ, qui posuit quidem mundum à Deo factum ex aliquo principio temporis: sed tamen materiam mundi ab æterno præextitisse, & non esse eam factam à Deo, cum tamen Apostolus dicat Rom.4. Qui viuificat mortuos, & vocat ea quę non sunt tãquam ea quæ sunt. Et ad hoc excludendum addit, De nihilo.

† Vincẽtius Lyrinẽsis adueršus prophanas hæresum nouationes, & Nicephorus lib.4. cap.34.

Fuit autem alius error Tertulliani † ponentis animam hominis corpoream esse, cum tamen Apostolus dicat 1.ad Thessal.5. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia; vt integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Vbi manifeste à corpore animam & spiritum distinguit. Et ad hoc excludẽdum subdit, Ac deinde, scilicet condidit Deus humanam, scilicet naturam, quasi communem, scilicet, ex spiritu & corpore institutam. Componitur enim homo ex spirituali natura & corporali.

Secundum autem prædictum Manichæorum errorem ponentium duo principia, vnum bonum, & vnum malum; non solum attendebatur distinctio quantum ad creationem creaturarum visibilium & inuisibilium, vt scilicet inuisibilia sint à bono Deo, visibilia à malo: sed etiam quantum ad ipsa inuisibilia. Ponebant enim primum principium esse inuisibile, & ab eo quasdam inuisibiles creaturas esse productas: quas dicebant esse naturaliter malas: & sic in ipsis angelis erãt quidam naturaliter boni ad boni Dei creationem pertinentes, qui peccare non poterãt: & quidam naturaliter mali, quos dæmones vocamus, qui non poterãt non peccare: contra id quod dicitur

dicitur Iob.4. Ecce qui seruiũt ei, non sunt stabiles; & in angelis suis reperit prauitatem. Similiter & circa animas hominum errabant dicentes, quasdam esse bonæ creationis, quę naturaliter bonum faciunt, quasdam autem malæ creationis, quæ naturaliter faciunt malum, contra id quod dicitur Eccl.7. Deus fecit hominem rectum, & ipse immiscuit se infinitis quæstionibus: & ideo ad hoc excludendum dicit: Diabolus enim, scilicet principaliter, & alij dæmones à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali, scilicet per liberum voluntatis arbitrium: Homo vero diaboli suggestione peccauit, ideſt non naturaliter, sed propria voluntate.

Deinde accedit ad articulum Incarnationis: & quia Euangelium Christi, sicut dicit Apostolus Ro.1. Deus ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis: ideo præmittit de prænũciatione prophetarum.

Circa quam errauerunt multi. Nam Manichæi & alij hæretici, vetus testamentum dixerunt non à bono Deo, qui est pater Christi: sed à malo Deo esse traditum, & per consequens doctrinam veteris testamenti semper fuisse mortiferam. Quod manifestum falsum ostenditur per hoc quod Dominus dicit Io.2. Loquens de templo Iudęorum: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Vbi manifeste patrem suum dicit Deum veteris testamenti, qui in templo Iudæorum colebatur.

Ariani vero dixerunt in veteri testamento diuersis visionibus filium apparuisse: non autem patrem, quod manifeste falsum ostenditur, ex hoc quod Abrahę in figuram trinitatis tres viri apparuerunt. vt legitur Gen.18.

† Nicephorus lib.4. cap.22. Prateolus li.3.c.10. de sectis hæreticorum.

Cataphryges † etiam posuerunt prophetas veteris testamenti quasi arreptitios esse locutos, non intelligentes quę loquebantur, contra id quod dicitur Danielis 10. Intelligentia opus est in visione.

Ad hos igitur errores excludendos dicit, quòd Hæc sancta Trinitas, de qua dictum est, quæ scilicet est, secundum communem essentiam indiuidua, & secundum proprietates personales discreta per Moysem & sanctos prophetas, aliosq; famulos suos: vbi videtur distinguere vetus testamentum, scilicet in legem, quæ per Moysem data est, & prophetas, sicut fuit Isaias, Ieremias, &c. & in eos qui agiographa cõscripserunt, sicut fuit Salomon, Iob, & alij huiusmodi, quos famulos Dei hic nominat. Secundum quam distinctionem Dominus dicit Lucæ vlt. Oportet impleri omnia quę scripta sunt in lege, & in Prophetis, & in Psalmis de me.

† Idem Thomas li 4.contra gentiles cap 53.54. & 55.& 3. part. quæst. 1. art. 5. & 6.

Iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, quod ponitur ad excludendum errorem † Gentilium, qui irridebat fidem Christianam ex hoc quòd post multa tempora quasi subito, Deo in mentẽ venerit legem Euangelij hominibus dare; non autẽ fuit subitum, sed conuenienti ordinatione dispositum, vt prius humano generi per legem & prophetas fierent pronunciatio de Christo tamquam hominibus tunc paruulis, & minus eruditis, secundum illud Gala. 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo, & hoc est quod dicit, quòd Iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem, non mortiferam, vt Manichæi dicebant.

His igitur præmissis, accedit ad ipsum Incarnationis mysterium explicandum, in quo etiam diuersos errores excludit.

Vbi primo sciendum est, quòd Sabelliani, confundentes diuinas personas, concedebant patrem esse incarnatum: quia dicebant, eundem in persona esse patrem & filium. E contrario autem Ariani diuidentes substantiam diuinitatis ex hoc quòd filius est incarnatus, & non pater, volebant concludere aliã esse essentiam patris, & aliam filij, & aliam operationem vtriusque. Fides autem catholica media via inter vtrunque incedens propter distinctionem personarum, dicit filium solum esse incarnatum. Est enim facta incarnatio per vnionem in persona, non in natura, vt infra dicetur. propter vnitatem autem naturæ & operationis in tribus personis dicit trinitatem totam operatam fuisse incarnationem: & hoc est quod dicit, Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus à tota trinitate communiter incarnatus.

† Prateolus lib.5. cap. 8. de sectis hęreticorum.

Fuit etiam error Eluidij †, qui posuit Mariam quidem concepisse virginem, & peperisse: sed post partum non semper virginem permansisse: sed ex Ioseph postmodum alios filios genuisse. Et ad hoc excludendum, dicit, Ex Maria semper virgine.

† Nicephorus lib. 3. ca. 13. historię Eccle.

Alij verò scilicet Ebionitę † grauius errauerunt, dicentes Christum ex Ioseph semine esse conceptum. Et ad hoc excludendum subditur, Spiritus sancti cooperatione conceptus.

Fuerunt autem alij, scilicet Manichęi, qui dixerunt, Christum non veram carnem accepisse: sed phantasticam, contra id quod Dominus discipulis post resurrectionem æstimantibus eum phantasma esse, dixit Lucæ vlt. Spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere. Ad quod excludendũ dixit, Verus homo factus.

Ariani vero dixerunt, quòd filius Dei assumpsit solam carnem sine anima: & quod verbum fuit carni loco animę.

† Historia Ecclesiastica Tripartita lib.5.c.44.

Sed postea Apollinaristę † dixerunt cum habere animam sensitiuam tantum, contra id quod dicitur Matthęi 26. Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. & Ioa.10. Potestatẽ habeo ponendi animam meam: & ideo ad hoc excludendum dicit, Ex anima rationali.

† Prateolus lib.19. de sectis hęretico tum, cap.4.

Alij vero, scilicet sequaces Valentini †, posuerunt corpus Christi non esse assumptum de virgine: sed de cęlo allatum, contra id quod dicitur ad Gal. 4. Factum ex muliere. Ad Ro.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et ad hoc excludendum dicit, Et humana carne compositus.

† Nicephorus lib. 14. cap.31.

Circa autem ipsam vnionem contrarie errauerunt Nestorius † & Eutyches. Quorum Nestorius posuit vnionem esse factam solum secundum inhabitationem gratię: sicut etiam in aliis sanctis Deus dicitur esse per inhabitantem gratiam, vt sic Dei & hominis sit alia & alia persona, contra id quod dicitur Ioa.1. Verbum caro factum est, ideſi filius Dei factus

Universidad de Deusto
Biblioteca

factus est homo: quod non potest dici de alijs, quos per gratiam inhabitat. Eutyches vero posuit, quòd facta est vnio Dei & hominis in vnam naturam: ita scilicet, quòd Christum asserebat esse ex duabus naturis, non autem in duabus: quia scilicet intendebat quòd ante incarnationem erant duæ naturæ, Dei & hominis, sed post incarnationem facta est vna natura: vnde ad vtrumque excludendum dicit, Vna in duabus naturis persona viam vitæ manifestius, demonstrauit.

† Prateolus de sectis hæreticorum, lib. 7. cap. 1.

Fuerunt enim quidam Eutychis sectatores, scilicet † *Theodorus & Gainus. qui ponentes vnam naturã in Christo quasi ex diuinitate & humanitate confectam, diuersimode errauerunt. Nam Theodorus posuit illam naturam esse corruptibilem & passibilem: Gainus autem incorruptibilem & impassibilem: & ad hos errores excludendos dicit*, Qui cũ secundum diuinitatem sit immortalis & impassibilis, idem ipse secundum humanitatem factus est mortalis & passibilis.

Deinde accedit ad articulum passionis dicens, Qui etiam pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus.

Posl quem ponit articulum de descensu ad inferos dicens, Descendit ad inferos.

Postea vero ponit articulum de resurrectione Christi dicens, Resurrexit à mortuis.

Ac deinde ponit articulum de ascensione dicens, Et ascendit in cælum.

Sed notandũ est, quòd horum articulorum veritatem prædictus Arij & Appollinaris error saluare non potest. Si enim Christus animam non habuit, sed verbum fuit carni loco animæ & in morte separatum fuit à carne: consequens est, quòd illud quod carni conuenit, de filio Dei dici non possit. vnde non potest dici, quòd filius Dei iacuit in sepulchro, vel quòd à mortuus resurrexit. Similiter etiam dici non poterit, q̃ ad inferos descendit: quia diuinitati secundum seipsam cum sit omnino immobilis, ascendere vel descendere conuenire non potest. Et ideo ad excludendum prædictum errorem prædictorum articulorum veritatem explicat subdens, Sed descendit in anima, & resurrexit in carne: ascenditque pariter in vtroque. *in morte enim Christi anima est separata à carne, sed diuinitas indiuisibiliter vtrique, scilicet animæ & carni mansit vnita. Vnde cum anima Christi descenderit ad inferos, dicitur filius Dei descendisse secundum animam sibi vnitam. Similiter etiam cum caro Christi, quæ in morte quodammodo ceciderat, resurrexit ad vitam, dicitur filius Dei, qui secundum diuinam naturam mori non poterat, secundum carnem resurrexisse, per hoc quòd caro iterato animam resumpsit: & sic secundum vtrumque, idest secũdum animam & corpus ascendit in cælum.*

Deinde ponit articulum de aduentu ad iudicium dicens, Venturus in fine sæculi iudicaturus viuos & mortuos.

Dicit autem viuos eos, qui reperientur viui in aduentu iudicis, mortuos autem eos qui ante fuerunt præmortui. Quod non est sic intelligendum quasi aliqui sint futuri, qui non moriantur: sed quia in ipso aduentu iudicis morientur, & statim resurgent. Vel vinos & mortuos intelligere spiritualiter possumus, idest iustos & peccatores. Et quia aliqui fuerunt ponentes, q̃ in finali iudicio aliqui saluabuntur non proprijs meritis, sed precibus aliquorum Sanctorum donati; ideo ad hoc excludendum subdit, Et redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis quàm electis.

Deinde ponit articulum resurrectionis generalis, quæ pertinet ad effectum gloriæ dicens, Qui omnes, *tam reprobi quàm electi*, cũ suis proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gestant. *Quod ponitur ad excludendum quorundam hereticorum errorem, qui dicunt, quòd resurgentes non habebunt eadem corpora, quæ nunc per mortem deponunt; sed quædam corpora de cælis allata. Quod est contra illud Apostoli 1. ad Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.*

Consequenter autem assignat causam resumptionis corporum, cum dicit, Vt recipiant secundum opera sua: siue bona fuerint, siue mala. *Quia enim homo aut bene aut male operatus est in anima simul & corpore, iustum est vt in vtroq. dãnetur aut præmietur.*

Et quia Origenes posuit, quòd pœna damnatorũ non erit perpetua, similiter nec gloria beatorum: ideo ad hoc excludendum dicit, Illi cum diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam. *Sicut enim inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, vt dicitur Sap. 2. ita per gratiam Christi reparamur ad vitam, secundum illud Ioa. 10. Ego veni ut vitam habeant: & abundãtius habeant.*

Deinde accedit ad articulum, qui est de effectu gratiæ. Et primo tangit effectum gratiæ quantũ ad Ecclesiæ vnitatem, cum dicit, Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus saluatur omnino. *Vnitas autem Ecclesiæ est precipue propter fidei vnitatem. Nam Ecclesia nihil est aliud quàm aggregatio fidelium: & quia sine fide impossibile est placere Deo: ideo extra Ecclesiam nulli patet locus salutis. Salus autem fidelium consummatur per Ecclesiæ sacramenta, in quibus virtus passionis Christi operatur. Et ideo consequenter exponit: quid fides catholica sentiat circa Ecclesiæ sacramenta.*

Et primo circa Eucharistiam cum dicit: In qua, scilicet Ecclesia, *ipse idem Christus est sacerdos & sacrificium: quia scilicet ipse obtulit seipsum in ara crucis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, vt dicitur ad Eph. 5. In cuius sacrificij cõmemoratione quotidie in Ecclesia offertur sacrificium sub specie panis & vini.*

Circa quòd sacrificium tria determinat: primo quidem veritatem rei sub sacramento contentę, cum dicit, Cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & vini veraciter continẽtur. *Dicit* † *autem*, veraciter, *ad excludendum errorem quorundam, qui dixerunt quòd in hoc sacramento non est corpus Christi secundum rei veritatem: sed solum secundum figuram, siue sicut in signo: dicit autem*, Sub speciebus panis & vini, *ad excludendum errorem quorumdam, qui dixerunt, quòd in sacramento altaris simul continentur substantia panis, & substantia corporis Christi, quod est contra verbum Domini dicentis: Hoc est corpus meum. Esset enim secundum hoc dicendum magis: Hic est corpus meum. Vt ergo ostendat, quòd in hoc sacramento non remanet substantia panis & vini, sed solum species, idest accidentia sine subiecto: dicit*, Sub speciebus panis & vini.

† Vide concilium Tridentinũ sessio de sanctissimo Eucharistię sacramento, c. 1. & 4. & canone 1. & 2.

Secundo ostendit, quomodo corpus Christi incipiat esse sub sacramento, scilicet per hoc quod substantia panis conuertitur miraculose in substantiam corporis Christi, & substantia vini in substantiam sanguinis: & hoc est quod dicit, Transubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina ad mysterium perficiendum vnitatis, *idest ad celebrandum hoc sacramentum, quod est signũ Ecclesiasticæ vnitatis.* Accipiamus igitur ipsi de suo, quod ipse accepit de nostro. *In hoc enim sacramento accipimus de corpore & sanguine Christi, quæ filius Dei accepit de nostra natura.*

†Eymericus infra part. 2. q. 14 & Guido Carmelita in summa de hęresibus tit. de hęresibus Valdensium.

Tertio determinat ministrum huius sacramenti, in quo etiam tangit ordinis sacramentum. Et hoc est quod dicit, Et hoc vtique sacramentum nemo potest conficere nisi rite fuerit Sacerdos ordinatus. *Quod est contra hæresim Pauperum* † *Lugdunensium, qui dicunt quemlibet hominem istud sacramentum posse conficere. Addit autem*, Secundum claues Ecclesię, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. *Quod dupliciter potest intelligi, vel quia sacerdos rite ordinatus claues Ecclesiæ suscepit: vel quia secundũ potestatem clauium sacerdotalis ordo confertur. Sunt autem claues Ecclesiæ auctoritas discernendi, & potestas iudicandi.*

† Beatus Augustinus in libro de hęresibus c. 88.

Deinde accedit ad sacramentum baptismi: circa quod primo tangit formam cum dicit, Sacramentum vero baptismi, quod ad inuocationem individuæ trinitatis, videlicet, patris, & filij, & spiritus sancti.

† Prateolus lib. 4. de sectis hæreticorum cap. 14.

Hæc est enim forma baptismi: Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vt traditur Matth. vlt. Secundo ponitur materia cum dicitur, Consecratum in aqua. *Non enim in alio liquore potest hoc sacramentum perfici nisi in vera aqua.*

Tertio ostenditur quibus sit conferendum hoc sacramentum, cum dicit, Tam paruulis quàm adultis. *Quod ponitur ad excludendum errorem Pelagianorum* †, *qui dicebant paruulos non habere peccatũ originale, propter quod oporteat eos ablui per baptismum. Quarto tangit ministrum huius sacramenti, cum dicit*, In forma Ecclesiæ à quocunque rite collatum proficit ad salutem. *Quod est contra errorem Donatistarum* †, *qui baptizatos ab hæreticis dicebant non suscipere verum baptisma, sed esse rebaptizandos. Fides autem catholica recognoscit esse verum baptisma à quocunq; fuerit collatum in forma Ecclesiæ supradictæ.*

† Beatus Cyprianus lib. 2. epistolarũ epistola. 2.

Deinde accedit ad sacramentum pœnitentiæ, dicens: Si post susceptionem baptismi quisquam prolapsus fuerit in peccatum per veram pœnitentiam semper potest reparari. *Quod ponitur ad excludendum errorem Nouatianorum* †, *qui dicebant quòd peccantes post baptismum non possunt reparari per pœnitentiam. Deinde accedit ad sacramentum matrimonij, dicens*, Non solum autem virgines & continentes: verum etiam coniugati per fidem rectam & operationem bonam placentes Deo ad æternam merentur beatitudinem peruenire. *Quod ponitur ad excludendum errorem Tatianorum* † *& Manichęorum, qui nuptias damnabant.*

† Eusebius lib. 4. cap. 27. historię eccl.

De alijs autem sacramentis mentionem non facit: quia circa ea non fuit specialiter erratum.

EIVSDEM SANCTI THOMÆ Expositio super secundam Decretalem.

† Vide commentarium primum primę partis Directorij.

DAmnamus ergo & reprobamus,] *Exposita forma catholicę fidei in precedentibus, in hac decretali damnatur error Ioachin* † *reprobare volentis doctrinam magistri Petri Lombardi circa vnitatem diuinę essentię, & trinitatem personarum. Et vt vtriusque intentio plenius videatur, accipiendum est id, quod in precedenti est dictum: quòd scilicet sancta trinitas, secundum communem essentiam est individua, & secundum proprietates personales discreta: vt enim supra expositum est, persona patris non distinguitur à persona filij nisi paternitate, & filius distinguitur à patre filiatione: inquantum scilicet pater genuit filium, & filius genitus est à patre, & similiter spiritus sanctus distinguitur à patre & filio, inquantum procedit ab vtroque.*

Persona igitur in diuinis distinguitur, inquantum persona generat, vel generatur, vel procedit. Si ergo essentia diuina generat vel procedit, consequens est, quòd distinguatur in tribus personis: & quòd sicut est alia persona patris, alia filij, alia spiritus sancti: ita etiam sit earum alia & alia substantia, vel essentia. Quod in Ario damnauit Nicęna synodus asserens filium homousyon patri, idest coessentialem & consubstantialem. Quod magister Petrus sequens docuit, quòd vna est essentia, vel substantia communis patris, & filij, & spiritus sancti, quę nec generat nec generatur, nec procedit: vt sit penitus indistincta, vt patet in quinta distinctione primi sententiarum eius. Ioachim autem Abbas Florensis monasterij, non bene capiens verba magistri prædicti, vtpote in subtilibus fidei dogmatibus rudis, prædictam magistri Petri doctrinam hæreticam reputauit: imponens ei, quòd quaternitatem induceret in diuinis, ponens tres personas, & communem essentiam: quam credebat sic poni à Magistro Petro quasi aliquid distinctum à tribus personis: vt sic posset dici quasi quartum. Credebat enim quòd ex hoc ipso, quod dicitur, essentia diuina nec est generans, nec genita, nec procedens, distinguatur à patre qui generat: & filio qui generatur: & à spiritu sancto qui procedit. Et ideo ipse Ioachim protestatur, quòd in diuinis non est aliqua res vna, quę sit pater, & filius, & spiritus sanctus: siue illa res vna dicatur substantia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantia, siue essentia, siue natura: his enim tribus nominibus idem intelligimus.

Sed ne videretur totaliter à fide Nicenæ synodi recedere, concedebat, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sunt vna essentia, vna substantia, vna natura, quasi vna essentia possit prædicari de tribus personis: vt dicamus, tres personę sunt vna essẽtia: non autem e conuerso: vt dicatur, vna essentia est tres personæ. Sed in hoc ipso, quòd concedebat tres personas esse vnam essentiam, vel substantiam, vel naturam, non habebat sanum intellectum. Non enim ponebat vnitatem essentiæ trium personarum esse veram, realem & simplicem: sed quasi similitudinariam & collectiuam, id est, quasi ex pluribus congregatam: sicut multi homines dicuntur vnus populus: & multi fideles dicuntur vna ecclesia, secundum illud *Act.* 4. Multitudinis credentium erat cor vnũ & anima vna: & secundum illud Apostoli primæ ad Cor. 6. Qui adhæret Deo, vnus Spiritus est. scilicet cum ipso: & primę ad Cor. 3. Qui plãtat, & qui rigat vnum sunt. Præterea primæ ad Cor. 12. & ad Romanos 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. & 3. Regum 22. dixit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Populus meus & populus tuus vnum sunt. In quibus omnibus significatur vnitas collectiua, & non vera & simplex. Quod autem secundum hunc modum diceretur esse vna substantia, vel essentia, vel natura trium personarum, probare nitebatur quibusdam auctoritatibus. Dicitur enim Ioan. 17. quòd Dominus pro fidelibus suis patrẽ exorans inter cetera dixit: Volo pater vt sint, scilicet fideles mei, vnum in nobis, ideſt in me & in te per fidem & charitatem, sicut & nos vnum sumus: & tãdem in patria sint consummati in vnum. Ex quo sic arguebat. Fideles Christi non sic sunt vnum, vt sit aliqua vna res, quę communis sit omnibus: sed sunt quodãmodo vnum collectione, ideſt vna ecclesia propter vnitatem catholicæ fidei: & tandem erunt in patria vnum regnum propter vnionem indissolubilis charitatis: quia charitas viæ dissolui potest per peccatum: charitas autem patriæ indissolubilis est.

Inducebat enim ad suæ opinionis assertionem quod dicitur 1. Ioa. vlti. Tres sunt qui testimonium dãt in cælo: Pater, verbum, & Spiritus sanctus: Pater quidem cum dixit, Hic est filius meus dilectus: & hoc in baptismo, vt dicitur Matt. 3. & in transfiguratione, vt habetur Matth. 17. Filius vero dedit testimonium fidei Christianę per doctrinam & miracula. Vnde dicit Ioan. 8. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Spiritus sanctus testimonium perhibuit in specie columbę super Christum apparens in baptismo: & per aduentum suum in discipulos Christi: & ad insinuandam vnitatem triũ personarum subditur, Et hi tres vnum sunt: quod quidem dicitur propter essentię vnitatem. Sed hęc Ioachim peruerse trahere volens ad vnitatem charitatis & consensus, inducebat consequentem auctoritatem. Nam subditur ibidem: & tres sunt qui testimonium dant in terra, scilicet spiritus, aqua, & sanguis. In quibusdam libris additur: et hi tres vnũ sunt. Sed hoc in veris exemplaribus non habetur.

Sed in quibusdam libris dicitur esse appositum ab hæreticis Arianis ad peruertendum intellectum sanum auctoritatis præmissæ de vnitate essentialiũ personarum.

Similiter et Ariani vtebantur illa auctoritate, vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus, ad ostendendum quòd pater & filius non sunt vnum: nisi secũdum consensum amoris: sicut & nos, vt patet per Augustinum & Hylarium, qui dicunt, hũc fuisse peruersum sensum Arianorum. Vnde manifestum est, quòd Ioachim in errorem Arianorum incidit: licet non pertinaciter: quia ipse scripta sua Apostolicæ sedis iudicio subiecit †, vt infra dicitur: & ideo consequenter ponitur determinatio concilij pro veritate. In qua quidem determinatione quinque facit. Primo enim asserit veritatem, quam magister Petrus docebat, scilicet, quòd diuina essentia est quædam summa res incomprehensibilis cogitatu, & ineffabilis verbo: de qua vere prædicantur tres personæ, & simul & singillatim: Potest enim vere dici, quòd essentia diuina est pater, & filius, & Spiritus sanctus. Et iterum vere dicitur, essentia diuina est filius, diuina essentia est Spiritus sanctus. Quod quidem in nobis non accidit. Non enim essentia Petri est Petrus: sed essentia Dei patris est ipse pater: quia Petrus est ex multis compositus: nõ autem persona patris, neque persona filij, nec persona Spiritus sancti.

† Et hoc narratur plene in commentario 1. huius partis.

Secundo vbi dicit, Et ideo in Deo, &c. *soluit* rationẽ, quam pro se inducebat Ioachim. Est enim considerandum quòd nihil connumeratur aliis nisi quod ab eis distinguitur. Vnde cum animal non distinguatur ab homine, equo, & boue: quorum quodlibet est animal: ideo non possumus dicere, quòd homo, & equus, & bos, & animal sunt quattuor: sed sunt tria tantum: quia quodlibet illorũ est animal. Ita quia quælibet trium personarum est illa res, scilicet diuina essentia vel natura, nõ potest dici, quòd tres personę & illa res sunt quattuor: quia illa res non est aliquid aliud à tribus personis. Quod quidẽ probat per hoc quòd sola diuina essentia est principium creans vniuersa. Ita quòd nihil potest inueniri præter diuinam essentiã, quòd scilicet non sit idẽ cum essentia diuina: vel non sit creatum ab ea: tres autem personæ non sunt creatæ à diuina essentia: quia increatus pater, increatus filius, increatus Spiritus sanctus: quinimo possumus dicere, quòd pater est principium vniuersorum, & similiter filius, & Spiritus sanctus. Vnde manifestum est, quòd diuina essentia non est aliquid aliud à tribus personis. Vnde non est quaternitas in diuinis: sed Trinitas.

Sed quia Ioachim credebat quòd ex dictis Magistri sequeretur, quòd esset essentia distincta in tribus personis: ideo tertio cum dicit, Et illa res non est generans, &c. ostendit quòd hoc non sequitur. Verum est enim quòd possumus dicere, quòd diuina essentia non est distincta in tribus personis. Ex hoc enim aliquid est distinctum in diuinis, quòd est generans, vel genitum, vel procedens, vt dictum est. Possumus tamen dicere, quòd essentia diuina est ille qui distinguitur, id est pater qui distinguitur à filio: & similiter possumus dicere, quòd essentia diuina est pa-

est Pater qui generat: et est Filius qui gignitur: et est Spiritus sanctus qui procedit. Ita scilicet quòd distinctiones importatæ per hæc tria adiectiua, generans, genitum, et procedens determinant ipsas personas, de quibus prædicantur prædicta adiectiua: non autem essentiam, vel naturam, quæ non distinguitur. Non ergo sequitur quod Ioachim putabat. Essentia non est generans: Pater est generans: ergo essentia non est Pater. Quia & si essentia non generat: est tamen ille qui generat, ideſt Pater: & similiter essentia nõ nascitur, sed est ille qui nascitur, ideſt Filius: neque essentia procedit, sed est ille qui procedit, id est Spiritus sanctus.

substantia. In corporalibus enim quod datur, non retinetur: sicut qui dant equum, non retinẽt ipsum: sed in spiritualibus simul datur aliquid & retinetur: sicut qui communicat alij scientiam, retinet ipsam. Patet igitur quòd Filius sine vlla diminutione accepit nascendo substantiam Patris: & pater eam retinet. Vnde sequitur, quòd Pater et Filius habeãt vnam substantiam. Et eadem ratio est de Spiritu sancto, qui ab vtroque procedit. Pater autem est substantia sua: quia non est in eo aliqua compositio & similiter Filius, & Spiritus sanctus. Cum ergo sit vna essentia triũ: sequitur quòd vna res, quæ est diuina essentia, est Pater, & Filius, et Spiritus sanctus. Et ideo irrefragabiliter est probata sententia magistri Petri Lombardi: & per cõsequens dictum Ioachim infirmatum vt falsum.

Quarto cum dicit, Licet igitur alius, &c. concludit qualiter secundum fidem catholicã sit signanda distinctio personarum. Circa quod considerandũ est, quòd in diuinis masculinum genus refertur ad personam, neutrum autem genus refertur ad essentiam vel naturam. Sicut etiam in rebus humanis per masculinum genus quærimus de persona: sicut, Quis currit? Petrus. Per neutrũ genus quærimus de natura: sicut, Quid est homo? animal rationale. Quia igitur in diuinis essentia est indistincta, personę vero distinctæ: ideo nominibus distinctiuis vtimur in diuinis in masculino genere: non autem in neutro. Dicimus enim quòd licet sit alius Pater, & alius Filius, et alius Spiritus sanctus, non tamẽ sunt aliud & aliud: quia non est alietas in essentia, & si sit alietas in personis: sed id ipsum quod est Pater, & Filius & Spiritus sanctus: quia est eadẽ essentia trium. Et propter hoc sunt omnino idem, si idem sit neutri generis: quia hoc pertinet ad identitatem essentiæ. non autem sunt idem masculine: quia hoc tolleret distinctionem personarum. Ideo autem oportet quòd sint idem neutraliter, vt credantur esse consubstantiales. secũdum fidem orthodoxam, ideſt recte gloriantem: ab orthos quod est rectum, & doxa quod est gloria: & catholicam, ideſt vniuersalem: sicut supra expositum est. Hoc enim determinatum est in Nicæna synodo, quòd filius sit homousyon, id est consubstantialis Patri.

Quinto cum dicit, Pater enim ab æterno, &c. probat, quòd vna & eadem sit essentia trium personarum. Pater enim generando filiũ dedit ei substantiam suam: cum generare nihil aliud sit quàm ex substantia sua alium producere. Et sicut ab æterno Pater genuit Filiũ, non quidem prius non existẽtem: ita etiam ab æterno Pater dedit substantiam Filio, non quidem quasi prius non habenti: sed quia ab æterno eam ab alio habuit, ideſt à Patre. Et de ista datione ipse Filius Dei testatur, Ioan. 10. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Id enim quod est maximum, est diuina essentia. Sciendum tamen, quòd aliter se habet in generatione humana, & aliter in diuina. Quia enim natura humana diuisibilis est, potest homo generans partem substantiæ suæ transfundere in Filium. Diuina autem natura est simplex & indiuisibilis: & ideo subiungit, Quòd non potest dici, quòd Pater partem substantiæ suæ Filio dederit. Similiter etiam non potest dici, quòd Pater dans substantiam suam filio, eã sibi nõ retinuerit: quia sic Pater desiisset esse diuina

Sexto cum dicit, Cum ergo veritas pro fidelibus, &c. ponit auctoritates, quas male intellectas pro se Ioachim inducebat. Quod enim Dominus orãs pro fidelibus dicit: Volo vt ipsi vnũ sint in nobis: sicut et nos vnũ sumus; sic inducebat Ioachim ac si eodem modo accipiendum esset hoc quod dicitur vnũ in nobis, et in diuinis personis. Hoc autẽ est falsum: quia in fidelibus sic accipitur, vt intelligatur vnitas charitatis per gratiam: in diuinis autem personis sic accipitur, vt intelligatur vnitas eiusdem naturæ. Et hoc probat per simile: quia Dominus dicit Matth. 5. Estote vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est. Non tamen est idem modus perfectionis humanę & diuinę: quia non potest esse tanta similitudo inter creatorem & creaturam, quin maior inueniatur ibi dissimilitudo, propter hoc quòd creatura in infinitum distat à Deo.

GLO. SVPER DECRETALES

Tit. de summa Tri. & fide Catho. de volumine maiori Decretalium.

QVONIAM omne quod non est ex fide, peccatum est. 38. q. 1. §. 1. ad Ro. 14. & infra, de præsc. quoniam omne. & ordo nostræ reparationis à fide sumpsit exordium: ideo de fide catholica primo est agendum.

Et quia in fide primo instrui debemus, vt sic ad baptismum creduli veniamus. de consec. dist. 4. ante baptismum. videndũ est ergo, quid sit fides prout hic accipitur, et quot modis accipiatur fides, et quot sint species fidei, & quot articuli, quod præmium credentium, & quę sit pœna non credentium. Fides enim multis modis dicitur. Dicitur fides quãdoque idem quod sacramentum baptismi. 45. distin. de Iudeis. & infra, de bapt. & eius effectu, debitum.

Item dicitur fides, castitas thori. 27. q. 2. coniuges. 28. q. 1. caue. & infra, de iureiur. quemadmodum, & est vnum de tribus bonis matrimonij. ea. causa, & questione, scilicet, 27. q. 2. omne itaque. infra, de condi. appo. cap. vlt.

Item dicitur fides securitas, siue pactum, quę etiam hosti seruanda est. 23. q. 1. moli.

Item dicitur fides, quandoque conscientia. infra, de resti. spo. litteras. §. nos autem, circa principium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& infra de præscript. quoniam omne, quod non est ex fide, ideſt, cõscientia, de pœn. dist. 3. quærat. §. itẽ illud Ambrosij, aliàs est versi.

Item dicitur fides credulitas, secundum quã credimus id, quod non videmus. Fides enim est de rẽ nõ visa. de pœn. dist. 4. in domo. versi. & si abiero. vn de etiam dicitur: *Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.*

Item dicitur fides promissio. insti. de rerum diu. §. vendite. & infra, de ſpon. duorum, cap. 1.

Item alio modo dicitur fides, collectio articulorum, vt hic, & 24. q. 1. hęc est fides. præterea & in symbolo Athanasij dicitur: Hæc est fides catholica, quam nisi, &c.

Item dicitur fides equitas in actionibus considerata. insti. de ac. §. Actionum autem quędam sunt bonæ fidei, quędam stricti iuris.

† Vide omnino sanctũ Thomã 2. 2. q. 4. art. 1.

Fides vero sic describitur ab Apostolo in epist. ad Heb. 11. prout hic sumitur. Fides † est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentiũ. Et dicitur substantia sperandarum rerum: quia sperare debemus, quod dictũ est à Prophetis, esse futurum. Argumentũ non apparentiũ dicitur, quia per prophetias iam completas, debemus habere argumentũ, id est, probationẽ non apparentẽ de futuris complendis, scilicet de die iudicij, & de fine mundi.

Sed videtur, quòd definitio ista non sit bona: quia vera definitio, conuertibilis debet esse cum suo definito: sed hæc non est conuertibilis, quia spes similiter est substantia sperandarum rerum. vnde videtur inferendum, quòd fides est spes, quod est falsum.

Item hæc definitio videtur loqui tantum de futuris: cum fides sit tã de præsentibus quàm de præteritis & futuris, eo quòd habet se ad omnia. Ad præterita: quia credendum est Christum fuisse natũ & passum. Ad presentia: quia credendum est, quòd ipse sit, qui in altari quotidie conficitur. Ad futura: quia credere debemus ipsum venturum & iudicaturum viuos & mortuos. & ita videtur esse insufficiens ista definitio: & licet diuersa tempora comprehendat, vna tamen fides esse videtur. Vnde satis potest dici. quòd non est vera definitio, sed quędam notificatio fidei ab Apostolo dicta.

Potest autem magistraliter definiri. Fides est voluntaria certitudo absentium, infra scientiam, & supra opinionem constituta. Scientia enim habet cognitionẽ: fides vero non. Vnde dicit Aug. Fides est, credere quod non vides, de pœn. dist. 4. in domo.

† Sanctus Thomas 2. 2. q. 4. arti. 4. explicat qualiter hoc intelligi debeat.

Species † autem fidei sunt duæ. Vna est formata, quã habent boni. Et est alia informis, quam habent mali, & existentes in mortali peccato: & fides eorũ caret forma. Prima est virtus, à qua dicuntur fideles quicunque baptizantur. de consec. dist. 4. si qui apud. & talis fides dicitur informata charitate. Vnde sic potest definiri: fides est qualitas, qua quis credit quod diligit, charitas dignior est, penes quã consistit omne meritũ, et est fons viuus, cui nõ cõicat alienus scilicet à fide. infra, de reg. licet. ĩ fi. et de pœn. dist. 1. omnis, qui non diligit. vnde dicitur: Fides nostra, est virtus quã charitas comitatur. Vnde dicit Aug. Fides, quę per dilectionẽ operatur, est fundamentũ omnium virtutum. 1. q. 1. cum Paulus. & aliàs ita

A *definit. Hęc est fides, quę per dilectionem operatur. de pœnit. distin. 2. c. Charitas. §. item Dominus. Amen. versic. hæc est fides. & non ea quę dæmonum est, qua credunt & contremiscunt. De fide informata charitate dicit Abach. c. 2. propheta: Iustus autẽ in sua fide viuet. Fides nostra est eadem in substantia cum fide antiquorum, vt dictum est, quod probat Euangelium. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicẽtes, Osana filio Dauid, Matth. 21.*

Distant tamen in qualitate: quia quod ipsi credebant de futuro, nos credimus de præteritis, scilicet Christum natum & passum.

B *Principales autem articuli † fidei nostrę, sunt septem, secundum quod septem sunt dona Spiritus sancti, quos quilibet Christianus scire tenetur: & credere sicut tenet Ecclesia. & sunt hi: Incarnatio siue natiuitas, baptismus, passio Christi, siue mors eius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cælum, aduentus eius in iudicium. De quibus habes in prima constitutione, firmiter. pro quibus Io. Apocaly. c 5. legitur fleuisse, vbi dicitur: Vidi librum signatum septem sigillis formam inprimentibus in cælo & in terra, & apud inferos: & nemo fuit dignus aperire librum, nisi leo de tribu Iuda. Et isti septem articuli patent in his versibus:*

† De articulis ad humanitatẽ Christi spectantibus loquitur. vide sanctũ Tho. 2. 2. q. 1. ar. 8. & q. 2. art. 7.

C Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima:
Surrexit, scandit, veniet discernere cuncta.

Secundum quosdam theologos sunt 12. articuli fidei propter 12. Apostolos, qui eadem hora instinctu Spiritus sancti symbolum † composuerunt.

† Hoc symbolum & sequentia paulo post ĩ hac prima parte adducit Eymericus, sup quibus uide cõmentarios ibidem, vnde hęc intelligẽtur apertius.

Et est aliud symbolum maius, quod cantatur in Missa, in Constantinopolitana synodo factum propter Græcos, qui non credebant, quòd Spiritus sanctus procederet ab vtroque. de consec. dist. 5. c. vlt. & pen. Est & tertium symbolum Athanasij: Quicumque vult. quod cantatur in Prima. Istud potest appellari quartum symbolum; & ita sunt modo quatuor, sicut quatuor Euangelistę.

D *Prœmium vero credentium est vita æterna: pœna vero non credentium est gehenna perpetua, iuxta illud: Hęc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit. saluus esse non poterit. et, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. infra, de baptis. & eius effectu, maiores. Ber.*

De hac materia habes de consec. dist. 3. cap. vlti. de consec. dist. 5. c. penul. & vlti. 22. dist. per totum. 23. dist. qui episcopus.

Glossa super cap. Firmiter.

E FIrmiter] *Non solet summari, sed pro summario diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi, vna vero. Prima tractat de summa trinitate & eius operibus: de fide catholica, & articulis fidei. Secunda pars principalis tractat de sacramentis. Abbas Panormitanus.*

Firmiter] *Hoc ideo dicit, quia ordo fideĩ nostrę probari non potest, & quia vbi ratio deficit, fides supplet. de consec. distin. 4. cap. nihil est aliud. & dist. vlt. c. vlti. argu. vt quod sermo sonat, affectus sentiat, id est fides. de consec. distin. 2. cap. reuera. in fin. quia*

fin. quia fides est de re non visa. de pœ. dist. 4. in domo. in fine.

† Qualiter hoc intelligatur, pulchre docet Augustinus de Ancona in summa de potestate Ecclesiastica, q. 28. art. 1 & Palacius Rubius in allegatione. de hæresi. §. 5.

Credimus] *Hoc ideo dicit, quia dubius † in fide, infidelis est. infra, de hæretic. capitulo primo, & arg. 22. quæstione prima, omne quod in fin. Et est simile de accusato, contra quem nihil est probatum. & sic remanet dubius, quando se non purgat. Et quia fides est exordium nostræ reparationis: ideo prius de ea præmittit: quia prius homo debet instrui in fide. de consec. distinct. 4. ante baptismum & cap. ante viginti.*

Simpliciter] *Fides enim simplicibus verbis est proponenda. 23. distin. qui episcopus. & 23. distin. quando. Sic & testimonium debet esse purum. 3. q. 9. pura. Et simplex esse debet constitutio, similiter & lex. 4. dist. erit autem. Sic & quælibet scriptura, si obscure loquatur, pro non scriptura habetur ff. de ijs, quæ pro non scrip. ha. l. 1. sic & testimonium obscurum non valet infra, de prob. in præsentia. & infra de testi. cum clamor. & ff. de interro. ac. de ætate. §. nihil interest. Et generaliter numquam per extranea verba res est proponenda, sed per vsitata. argu. 37. dist. relatum. Io.*

Vnus] *Hoc dictum fuit ad differentiam pluriũ planetarum, quos quidam colebant tamquam Deos.*

Verus] *Dictus est ad differentiam fictorum.*

A Æternus] *Hoc ideo dicit, quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire. de pœnit. distinctione prima. multiplex. & 26. quæst. 6. is qui.*

Immensus] *Id est, sine mensura: vnde dicitur intra omnia non incluſus, extra omnia non excluſus, supra omnia non elatus.*

Incommutabilis] *22. quæst. 4. incommutabilis. & tamen dat cuncta moueri. Vnde Boetius tertio cap. de consolatio. Stabilisque manens dat cuncta moueri. sæpe tamen mutat sententiam suam, vt ibi dicitur, & cap. vnusquisque. in fine.*

Incomprehensibilis] *Vnde in veteri lege dicitur: Bestia quæ montem tetigerit, lapidabitur. & illud: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus ab eo. & illud: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt opera eius, & inuestigabiles viæ eius.*

Omnipotens] *quia omnia potest, quæ decent eius potentiam, & quæ posse est aliquid posse, vnde peccare non potest, quia peccare non est aliquid posse: vt ait Aug. immo est aliquid non posse: vt de pœn. dist. 2. c. vlti. §. charitas.*

Ineffabilis] *vnde illud: Sapientiam eius quis enarrabit? quasi diceret, nullus.*

Glossa sequens tractat de triplici compositione, & dat simile in anima.

E Simplex omnino] *Nota quòd multiplex est compositio. Est enim proprie compositio partis ad partes, vt in rebus corporalibus. Itẽ est compositio propietatis ad subiectũ vt rationabilitas in anima. Item formæ ad substantiam, & substantiæ ad formam. & nulla istarum compositionũ cadit in Deũ, & ideo dicitur simplex omnino, id est in quolibet sensu compositionis. Et pone quasi simile in anima, cuius substantia simplex est, & tamen tria re-*

A *periuntur in anima. Intellectus qui præconcipit, ratio quæ discernit, & memoria quę conseruat. Intellectus præconcipiens, patri primo operanti comparatur. Ratio discernens comparatur filio, qui est sapientia Patris disponens omnia in cælo & in terra. Memoria conseruans, comparatur Spiritui sancto, qui omnia bona corroborat & confirmat. Sicut ista tria idem sunt in substantia cum anima: sic & tres personę Pater, & Filius, & Spiritus sanctus idem sunt in substantia.*

Coomnipotens] *vt in symbolo Athanasii, sed tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.*

Cœterni] *Sed contra videtur in dicto symbolo, vbi dicit: et tamẽ non tres eterni, sed vnus eternus. Solutio. hic ponuntur adiectiue istę dictiones, ibi autem substantiue. hęc est differentia: hic designat personas, ibi essentiam, licet totę tres personę cœternę sibi sunt, & cœquales.*

Simul] *Vnde Salomon: Qui manet in æternum, creauit omnia simul. Vnde in Genesi. In principio creauit Deus cælum & terram, quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.*

Humanam] *Quia prima die angelos creauit, & sexta die creauit homines.*

Quasi communem] *ideſt, mediam inter angelicam & mundanam: vel communem, ideſt vtrique conformem: quia in pluribus conformat se cum angelis scilicet in ratione. & discretione: & in multis cum inferioribus creaturis, quia sentimus cum illis & in pluribus alijs.*

Diabolus] *Dicitur criminator, & calumniator, & est græcum vocabulum.*

Dæmones] *Dæmon interpretatur, sciens. Et est argu. ex hac littera, quòd de bono procedat malum: quod est falsum, vt hic exponitur: quia angelus non habuit remedium sicut homo: quia homo peccauit per suggestionem, angelus per se sine alterius suggestione, vt dicit littera sequens.*

Glossa seq. quærit, arguit negatiue, soluit contrarium, & argumento respondet.

D Creati sunt boni] *Numquid est idem de homine? Videtur quòd non, per hoc quod dicit Apostolus: Eramus enim natura filij iræ sicut & ceteri, à qua nullus liberatur, nisi per fidem. de consec. dist. 4. c. 11. quod incipit, firmissime. Dicas quòd homo ab initio bonus creatus fuit, sicut & angeli & in charitate, vt de pœn. dist. 2. c. tolle charitatẽ. versi. Adã vero. & c. seq. & cap. principaps. videtur quòd homo creatus fuit immortalis. de ... nse. dist. 4. placuit igitur. versus fi. dist. Et auctoritas prędicta sic debet intelligi, eramus enim natura filij iræ, id est, eramus digni pœna æterna, siue debitores iræ, id est, pœnę æternę, natura, id est, inseparabili vitio, scilicet originali peccato. Originale † enim peccatum ita inheret humano generi sicut si esset ei naturale: quia sicut natura nos non deserit dum sumus, ita nec originale peccatum: sed tamen post baptismum non nocet. de consec. dist. 4. c. 2.*

† De peccato originali plene S. Thomas 1. 2. q. 81. 82. & 83.

Per se] *id est, ex proprio defectu.*

Diaboli suggestione] *Et ideo magis puniendus est diabolus, quàm ipse faciens. 86. dist. tanta. circa fin. ibi, eos uero. nec illud excusat diabolũ, si homo*

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud aliàs facturus esset. ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igitur. licet videtur, quòd pro sola tantum hortatione non debet teneri. non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungitur. ff. de ijs qui not. infa. l. ob hæc verba, in fi. Nec id excusat hominem, quod consilio alterius fecit, quia debuit & potuit explorare apud semetipsum an expediret ei tale consilium. ff. man. l. 2. in fi. & si dubitabat, potuit consulere peritiores. Quare imputatur alicui. ff. de iu. & fa. ign. l. regula. §. sed iuris. & ff. de bo. poss. in bonorum, in fin. & 37. dist. §. vlti. Ioan. And.

Glossa sequens declarat triplicem legem sub triplici tempore.

† De hac dispositione cosule sanctum Thomã lib. 4. contra Gentiles cap. 54. & 55. & 3. par. q. 1. art. 5. & 6.

Ordinatissimam dispositionem temporum] *Hæc fuit dispositio* †, *quia tria fuerunt tempora, tempus ante legem, & tempus sub lege, & tempus gratiæ. In tempore ante legem habebant homines ius naturale, quo regebantur, quod consistebat in his duobus præceptis contentis his versibus.* Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli. Sic potes in terris viuere iure poli. *dist. 1. in princip. In tempore sub lege regebantur decalogo Moysi dato à Deo, & tunc contingebant omnia in figura, quæ completa fuerunt tempore gratiæ, quando Dei filius nos docuit præcepta Euangelica, quibus hodie regimur: in quo scripturæ fuerunt completę. & hic est ordo, de quo hic dicit.*

A tota Trinitate] *hoc ideo dicit, quia inseparabilia sunt opera trinitatis. de consec. distin. 3. c. vlti. in fi. & 28. q. 1. sic enim neque. circa princip. per medium colum. Nec potest filius à se facere quicquã, nisi quod viderit patrem facientem. de conse. dist. 5. c. vlti. in fin.*

Incarnatus] *Hic explicatur primus articulus fidei.*

Vna] *Hoc fuit figuratum in arca Noe. Gen. 7. vbi fuit redemptio sanctorum per duas naturas, quo ad opinionem & veritatem.*

Impassibilis] *22. q. 4. incommutabilis. & habetur figura his versibus.* Nihil Isaac patitur, aries fit victima Christo. Nec deitas patitur, cum moriatur homo. *22. q. 2. c. si quælibet. §. Abrahã. & cap. seq.*

Mortuus] *Hic explicatur tertius articulus fidei.*

Descendit ad inferos] *Quartus articulus.*

Resurrexit à mortuis] *Quintus articulus.*

Ascendit in cælum] *Hic est sextus articulus.*

Venturus] *Septimus articulus.*

Nunc gestant] *Vnde Apostolus: hoc mortale induet immortalitatem.*

Vna] *Hæc est secunda pars principalis, in qua tractatur de sacramentis. Et primo de sacramento Eucharistiæ, interferens de sacramento ordinis. Secundo de sacramento baptismi: ibi,* sacramentum, *Tertio de sacramento pœnitentię: ibi,* & si post. *Quarto de sacramento coniugij: ibi,* non solum.

Extra quam] *24. q. 1. quoniam vetus.*

Est sacrificium] *De consec. distin. 2. cap. nec Moyses, vnde dicitur.* Rex sedet in cœna turba cinctus duodena, Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus. *Dicit Aug. De carne beatę Marię carnem accepit, & eandem carnem ad manducandum dedit ad salutem. de consec. distin. 2. accesserunt Iudei. & hoc fuit significatum in persona Dauid, de quo dicitur: Ferebatur Dauid manibus suis, vt ibi dicitur. Ber.*

Sub speciebus panis & vini] *Hoc ex causa statutũ fuit, vt in alia forma sumeretur propter horrorem. Vnde dicitur: Nisi quis manducauerit corpus meum & biberit sanguinem meum, &c. audito hoc verbo scandalizati sunt discipuli, & dixerunt: durus est hic sermo. de consec. dist. 2. prima. de hoc sacramẽto traditur infra de celeb. miss. cũ Marthę.*

Secundũ claues Ecclesiæ] *Nota hic quòd non potest conficere corpus Christi, nisi fuerit ordinatus in forma Ecclesię.*

Sacramentum vero baptismi] *Hic est secũdus articulus, qui vltimo ponitur: & hic exprimitur forma baptismi, quam seruat Ecclesia. de consec. dist. 4. firmissime, & infra de bap. & eius effectu. cap. maiores.*

A quocumque] *A quocunque ergo baptismus conferatur in forma Ecclesię, sic ratum est, vt 1. q. 1. quod quidam. & de consec. dist. 4. à quodam. & c. Romanus. 24. q. 1. c. subdiaconus. §. sed illud.*

Glossa seq. prosequitur triplicem hominum statum.

Coniugati] *Nota quòd tres sunt ordines in Ecclesia Dei, scilicet virgines, continentes, & coniugati. Christus enim plus amat virgines quàm alios: quia sponte tribuit quod sibi non fuerat imperatũ. Continentes etiam plus Deo placent, quàm coniugati, quia non expedit homini ad regna cęlestia tendenti, accipere vxorem, vt 32. quæst. 5. tunc saluabitur. & ea sunt in nostris officijs gratiora, quę cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus, 28. q. 1. iam tunc.*

Glossa ordinaria super Cap. Damnamus.

DAmnamus] *Hęc decretalis diuiditur in duas partes principales. In prima reprobat doctrinã abbatis Ioachim, ibi,* Reprobamus. *In secunda damnat illam Almarici. Prima pars facit quinque: quia primo reprobat doctrinam abbatis Ioachim contra magistrum sententiarum, quã prosequitur exprimendo motiua & rationes ipsius. Secundo ibi,* nos autem. *approbat sententiam magistri, qua damnat Ioachim. Tertio ibi,* cum ergo. *respondet auctoritati, qua principaliter mouebatur Ioachim. Quarto ibi,* si quis. *damnat tenentes opinionẽ Ioachim. Quinto ibi,* in nullo. *ꝓtestatur pro monasterio, cui prefuit Ioachim. Abbas Panormitanus.*

Non est generans] *adiectiue tenetur, id est, nõ generat, licet sit persona generans.*

Asserit] *Scilicet Ioachim.*

Ille] *Scilicet Petrus.*

Qui plantat] *Scilicet prędicando.*

Et qui rigat] *Baptizãdo. In epistola ad Corinth.*

Vnum corpus] *Vnione charitatis & spiritus. de conse. distinctione 4. queris à me.*

Vt sint vnum] *Id est, eiusdem voluntatis.*

Nos

Nos vnum] *Scilicet unione naturę.*

Non enim] *Hic respondet Concilium auctoritatibus Ioachim.*

Ait] *Scilicet Ioachim.*

Glossa sequens ponit triplex testimoniũ personarum Trinitatis.

Pater, & Filius, & Spiritus sanctus] *Pater dedit testimonium deitatis quãdo dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius dedit testimonium deitatis, quando in monte transfiguratus potentiam deitatis, & speciẽ æternæ beatitudinis ostẽdit. Spiritus sanctus dedit testimoniũ, quando super baptizatum in specie columbę requieuit: vel quando ab inuocatione nominis Christi, corda credentium impleuit.*

Et hi tres vnum] *Id est, indifferentes quo ad dandum gratiam. Vel vnum, id est, vnius substantię, vel essentię.*

In terra] *Scilicet quòd Christus fuit homo. infra de celebra. miss. in quadam.*

Spiritus] *Id est, humana anima, quam emisit in passione.*

Aqua & sanguis] *Quę fluxerũt de latere Christi, vt in decre. prę in qua idem et fuit vera* † *aqua & non aquaticus humor, vt quidam hęretici mentiuntur.*

† Sãctus Th. 3. parte q. 74. art. 7. ad 3. arg.

Et hi tres vnum sunt] *Non natura eiusdẽ substantię, sed cooperatione eiusdem mysterij: quia spiritus per adoptionem nos filios Dei fecit, aqua fecit nos filios Dei per ablutionem baptismi, sanguis per redemptionem gratię.*

Non est generans] *Id est, non generat, sed est persona generans.*

Glossa sequens distinguit triplicem speciem nominum in diuinis.

† Ad intelligentiam huius glossæ vide theologos lib. 1. sen. dist. 34. & sanctũ Thomã par. 1. q. 13.

Neque genita] *Not.* † *ad intelligentiam personarum in trinitate, quòd nominum quędam sunt essentialia, quędam personalia, quędã notionalia. Essentialia sunt, quę in singulari numero dicuntur congrue de tribus personis singulatim, vt Deus bonus, Deus iustus, eternus, omnipotens, & similia, in plurali vero numero incongrue dicuntur, iuxta illud Athanasii: & non tres Dij, sed vnus est Deus. Personalia sunt, quę supponunt personam, et in singulari numero tantum, vt Pater et Filius & Spiritus sanctus. Notionalia sunt, quę notant distinctionem in personis: vt generans, generata, & procedens. Ista notionalia, cum veniunt adiectiue, dicuntur tantum de personis, & non de essentia, sed quando tenentur substantiue, tunc dicuntur tam de essentia quàm de personis. vnde hæc propositio simpliciter est vera, Pater est generans. siue hæc dictio, generans, teneatur adiectiue, siue substantiue. Si autem dicatur, substantia diuina est generans, si hæc dictio, generans, teneatur adiectiue, falsa est, quia vellet notare distinctionem in diuina essentia: si teneatur substantiue, vera est: quia tunc est sensus; substantia diuina est generans, id est, persona quę generat. Vnde nomina ista, generans, genita, & procedens, adiuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum: iuncta vero cum nominibus istis substantiuis natura, seu essentia diuina, tenentur substantiue, & notant essentiam tantum.*

Natura] *Hæc est illa summa res, quam dixit magister Petrus.*

Glo. seq. ponit quomodo in diuinis disiuncta nomina tripliciter iunguntur.

Alius sit pater, alius filius] *disiunctiua siue partitiua nomina vnus, aliquis, alius, duo, vel similia, aliquando significant essentiam, aliquando non. Nomina partitiua iũcta cum nominibus personalibus, & non essentialibus in masculino & femininogenere notant distinctionem in personis: pater est vnus, filius est alius, Pater, & filius sunt duo. Iuncta vero nominibus essentialibus, ita quòd eis inniantur, essentiam notant: vt pater est vnus Deus, pater & filius sunt vna essentia. In neutro vero genere, tantum essentiam notant pater & filius sunt vnum, id est, vna res. & ideo optime dicit, alius pater, alius filius, id est, alia est persona patris, & alia persona filij, non tamen aliud, immo idem sunt in substantia, vt iam patet.*

Orthodoxam] *Id est rectam. ab orthos quod est rectum: & doxa, quod est gloria, quasi recte gloriosa. Hostien.*

Ei dedit] *Vnde Aug. Nihil habet filius, quod non nascendo à patre acceperit.*

Simplex omnino] *De hoc dicas vt supra, cap. proximo.*

Procedens] *Scilicet per inspirationem. de consecr. dist. vlt. cap. pen. in fin.*

Cum ergo veritas] *Dicit respondendo auctoritati prędictę, Volo pater, &c. & eam exponit, quã inducebat pro se Ioachim, & exponit qualiter intelligatur hoc verbum, vnum: & per hoc etiã alijs auctoritatibus respondetur.*

Orat] *In Euangelio Ioannis.*

Vnum in nobis] *Id est, vniti nobis vnione spiritus.*

Vnum sumus] *Hic in alia significatione accipitur hoc nomen, vnum id est, vnione substantiæ, seu naturæ, vt infra sequitur.*

In gratia] *Id est, per gratiam.*

Florensi monasterio] *Not. quòd si auctor reprobatur,* † *eius scripta sunt reprobanda. Infra de hære. fraternitatis. immo & si bona essent, reprobarentur ratione auctoris: quia non licet ei hoc facere. 96. dist. bene quidem. hic vero licet auctor non reprobetur: quia confitetur se seruare fidẽ catholicam, tamen scripta sua (quia malam habebant sententiam) reprobantur.*

† De materia huius glossæ vide late in cõmentario super cap. fraternitatis, relato infra in 2. par. Directorij, ĩ principio

Corrigenda] *Et ideo quia paratus fuit corrigi, & se correxit, vt sequitur, nõ debet dici hæreticus: licet quandoque erraſſet in fide. 24. quæst. 1. hæc est fides, & q. 3. dixit Apostolus.*

INNOCENTIVS SVPER eodem tit. de summ. trinit. & fide catholica.

1 Ad credendum ea, quæ sunt fidei quilibet tenetur.

2 Prælati, & qui curam habent animarum, explicite credere debent articulos fidei.

3 Papa & prælati dispensare ex causa possunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum illitteratis,

4 An clericis pauperibus sufficiat credere sicut laicis, & in quibus eos non excusetimperitia fidei.

5 An liceat clericis iurisprudentiam fidei cognitioni seu Theologię præferre.

6 Bonum est laicis studia fidei seu Theologiæ addiscere, sed non peccant alijs scientijs vacando.

7 Fides implicita quando prosit.

1 FIRMITER credimus] *De fide teneas, quia quędam est fidei mensura, ad quam quilibet tenetur, & quæ sufficit simplicibus, & etiam forte omnibus laicis, scilicet, quia oportet quemlibet adultum accedentem ad fidem credere, quia Deus est, & quòd est remunerator omnium bonorum. Item oportet omnes alios articulos credere implicite, hoc est credere, verum esse quidquid credit Ecclesia Catholica.*

2 *Hanc autem mensuram excedere debent prælati Ecclesiarum quicumque curam animarum habent, quia debent scire articulos fidei explicite, & distincte, qui continentur in symbolo, scilicet, Credo in vnum Deum, & Quicumque vult. 38. dist. c. 1. et 2. & c. seq. Episcopi enim plus scire debent: quia de eis scire debent reddere rationem omni poscenti. 36. dist. cap. qui Ecclesiastici. § ecce. 38. dist. cap. omnes. non tamen dicimus, quòd incontinenti teneătur prædicti de omnibus respondere, sed præhabita deliberatione, & etiam si oportuerit, cum consilio aliorum.*

3 *Non negamus tamen quin Papa, & alij superiores prælati possint dispensatiue ex certis causis minus litteratos & minus industriosos in temporalibus sustinere. infra de renun. cap. nisi cum. §. pro defectu.*

4 *De clericis autē inferioribus satis videtur, quòd si essent pauperes, qui non possent intendere studio, quia non habent magistros vel expensas, quia oportet eis propriis manibus quærere victum, quòd eis sufficiat scire sicut simplicibus laicis, et aliquantulum plus, sicut de sacramento altaris: quia oportet eos credere, quòd in sacramento altaris conficitur verum corpus Christi: & hoc ideo, quia circa illud quotidie et continue versantur plus, quàm laici. Si autem haberent magistros et expensas ad discendū, tunc peccarent, nisi plus proficerent in cognitione distincta fidei, quàm laici: debent tamen ab eo, qui imponit eis pœnitentiam, de ignorantia vel potius de negligentia sciendi scrutari, vt diligenter attendant quare in eis non proficiunt vel propter duritiam ingenij, vel quia eos oportuit circa alia opera charitatis intendere, puta circa exhibenda necessaria confratribus suis, vel pauperibus, vel hospitibus: & idem dicendum est de alijs operibus bonis: nam cum non teneantur ad explicitam cognitionem articulorum, bene licet clericis illis explicitæ cognitioni postponere alia opera pietatis.*

5 *Item etiam ex causa possent illi scientiæ præponere †alias scientias, vt si velint addiscere scientiam iuris, vt pauperes in iudicio defendant ne opprimantur, non peccant: tamen credimus, quòd non debēt ita præponere scientiam cognitioni fidei, quin in ea proficiat, & bene videtur quòd semper plus debent intendere circa cognitionem articulorū prædictorum, quàm circa cognitionem iuris, postquam expensas habent ab Ecclesia, nisi in contrarium eos iusta causa moueat.* †Ad hūc locum conferunt tradita per sanctum Thomam quodlibeto 1. q. 7. art. 14.

6 *Item videtur quòd etiam laici, quibus Deus dat talentum subtilis ingenij, quòd melius faciunt si suum ingenium impendant in cognitione prædictorum: quamuis non videatur quòd peccent etiam si eis non intendant. Videtur autē eis sufficere, quòd talenta sibi credita non abscondant in terra, id est in terrenis, sed bonis operibus insistant.*

7 *In tantum autem valet implicita fides, vt dicūt quidam, quòd si aliquis eam habet, scilicet quòd credit quidquid Ecclesia credit †, sed falsò opinatur ratione naturali motus, quòd pater maior vel prior sit filio, vel quòd tres personæ sunt tres res a se inuicem distinctæ, quòd non est hæreticus, nec peccat, dummodo hunc errorem suū non defendat; & hoc ipsum credit, quia credit Ecclesiam sic credere: & suam opinionem fidei Ecclesię supponit: quia licet sic male opinetur, tamen non est illa fides sua, immo fides sua, fides est Ecclesię. infra eodem, cap. damnamus. circa finem.* † De doctrina Innocentij hoc loco, quæ vera & cōmunis est, vide quę late scribo infra super q. 7. primę partis Directorij.

IDEM INNOCENTIVS SVPER cap. Damnamus.

1 Non licet publicè de fide disputare causa tumultus & perfidiæ.

2 Licet quandoq; de fide disputare publice ad refellendos hæreticos.

1 DAMNAMVS ergo.] Defendere.] *boc enim nullatenus licet, immo, quod plus est, nec disputare † de fide licet publice turbis coadunatis causa tumultus, vel suæ perfidiæ defendendæ. C. de sum. trini. & fide Catho. l. penult.* † Hæc intellige sicut explicui infra in hac prima parte, in cōmentario super. l. nemo. C. de sū. Trini, & super q. 10.

2 *Si autem ad confusionem hereticorum, vel ad veritatem clarificandam disputaret aliquis, non crederem malum, vt fecit Siluester Papa.*

GLOSSA IOAN. AND. SVPER tit. de summ. trinit. & fide catho. de Sexto Decretalium.

FIDELI] *Errore Græcorum, qui dicebant Spiritum sanctum procedere à solo patre, extirpato per canones, de quo de consecr. dist. 5. cap. penult. & vltim. adhuc quidam in errores † alios inciderunt, negantes Spiritum sanctum æternaliter processisse à patre & filio: alijs dicentibus, quòd ab vtroque procedebat, non tamquam ex vno principio, sed tamquam ex duobus principijs, & duabus inspirationibus. Gregorius X. in generali concilio Lugdunen. primo ponit confessionem suam, quàm* † De diuersis erroribus circa Spiritum sanctum vide de Alfonsū Castrum lib. 5. aduersus hæreses, verbo Deus hæresi 10. 11. 12. & seq.

uam etiam dicit sanctæ Romanæ Ecclesiæ, catholicorum, patrum, Græcorum doctorum, et Latinorum obseruantiā, & doctrinam, scilicet, quod Spiritus sanctus æternaliter à patre, & filio, & tamquam ab vno principio, & vnica spiratione procedit. Demū reprobādo, damnat omnes, qui præmissa negare, vel contrariū asserere præsumpserint. Secunda ibi, Sed quia.

Fideli. *supra eod. firmiter. & supra de hæreti. dubius. & est simile C. de ijs. qui ad eccl. confug. l. fideli. & dic fideli quo ad mentem; deuota quo ad exteriores actus: quasi dicat humili. ad hoc infra de immu. eccl. decet.*

Professione. *id est confessione.*

Aeternaliter. *nam est pater generās, filius nascens, Spiritus sanctus procedēs pariter ab vtroq. absque initio semper pariter, ac sine fine. supra eo. firmiter. circa prin. de consec. dist. 3. c. vlt. C. de sūma tri. in epist. inter claras. Sed opponitur. Trinitas est vnum vniuersorū principiū; vt supra eodē firmiter. ergo non est ibi æternitas: quia æternum vere sine principio sine fine. Solu. Est principium principians, nō principatum; vt referatur principium ad res creatas, non ad ipsam diuinitatem.*

Et filio. *confunditur hic erros Græcorum, dicentium Spiritum sanctum, à solo patre procedere. Mouebantur autem autoritate Euāgelica, Io. 16. ibi Spiritus sanctus, qui à patre procedit.*

Item in symbolo apud eos edito, simpliciter continetur, qui ex patre procedit. Nos addimus † filioque. ad idem C. de summa trin. l. 2. vbi dicitur, Spiritum sanctū, quem ex summo rerum parente speramus, &c. Sed ad hoc & similia respondetur, quòd expressio patris non excludit filiū, immo potius includit: cum ipsorum opera inseparabilia † sint. 28. q. 1. sic enim. 6. beatior in fine de consecr. dist. 3. c. vlti. vnde cum pater & filius sint vna essētia, substātia, seu natura, vt in prædicta decreta li. firmiter. non potest ab vno solo procedere. Nec sumus. excomunicati (vt dicebāt Græci) addendo in symbolo. filioq; quia illud potius est declarare, quàm addere. Et adde quod not. de consec. dist. 5. cap penult. Sed obijcitur ad hanc constitutionem, quod sit superflua: ex eo quòd hoc idē dictum fuerat sup. eod. firmiter. ibi. Spiritus sanctus pariter ab vtroque, &c. Sed dic, quòd hic expressius modū processionis aperit, dicens quò nen tāquam ex duobus, etc. Præterea hic damnatur asserendo, vel negando, contrarium sentientes.

Non est additio, sed expositio eius quod inerat. vt declarat concilium Eloretinum sub Eugenio iiij sess 6. & dixi infra in hac Prima parte in commentario super symbolo sanctorū patrū, & tradit etiam hæc glossa Paulo inferius.

Non est fidendum rationibus huius gl. in hac re, sed veræ sunt à Theologis requirēdæ lib. 1. sen. dist. 11. & 12.

Docuit *Nota quòd in ijs, quæ sunt de fide catholica, & eius articulis necessario tenere debemus et sequi, quod tenet et sequitur Romana Ecclesia: alias essemus hæretici. supra eod. tit. cap. 1. & 2. sed in alijs non habemus necessario sequi, et tenere quod sequitur nisi sequatur & doceat. 11. dist. nolite. vbi de hoc in glo. docere. 12. dist. ca. noui. 21 dist. cap. aliter. de consec. dist. 4. de trina. in vna enim fide nil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa, vt ibi.*

Firmiter. *supra eod. firmiter.*

Fidelium. *De ijs, qui sunt foris, nihil ad nos. 11 qu. 3. inter verba. versi si ergo. 2. q. 1. cap. multi. de*

GLOSSA IOANNIS AND. Super tit. de sum. Trini. & fide Catholica, de Clementinis.

Prima Glossa summat, & diuidit.

FIDEI Catholiæ *Summa huius concilij hæc est. Fatetur concilium vnicum Dei filium in essentia Dei æternaliter subsistentem, verum corpus humanum assumpsisse de Virgine, & in eo passum, & iam mortuum lancea perforatum, approbans in hoc ordinem, quem tradidit Euangelista Ioannes. Secundo probat, & hæreticam iudicat doctrinam, quæ habet quòd substātia animæ rationalis seu intellectuæ, vere & per se humani corporis non sit forma. Tertio asserens cōfitendum vnum bap ism na sicut*

Universidad de Deusto Biblioteca

vnum Deum & vnam fidem, approbat opinionē, quæ habet per illud cōferri etiam paruulis quo ad habitum informantem gratiā & virtutes. partes patēt: Secūda ibi, Porro. Tertia ibi: Ad hoc. Item hæc prima pars facit tria. Primo fatetur æternā diuinitatem Christi: Secundo verā humanitatē ipsius: Tertio ipsius passionē et mortem: & figurā inducēs ordinem approbat, quem de plagis Christi ponit Euangelista Ioannes.

Fundamento. *quod est Christus.*

Apostolo. *1. ad Corinth. 3. & concor. 1. q. 1. cū Paulus. de presbyt. non bapti. c. fin.*

Vnigenitū. *vt dicit Anselmus: In sancta trinitate quantumlibet paruum incōueniens est impossibile: sed si pater alium filiū genuisset, ille per omnia similis esset iam genito filio, & cum iam genitus filius sit verbum, reliquus esset verbū, & sic essent in deitate duo verba: sed cū vno Dei verbo omnia perfectissime dicantur, & creentur, aliud superfluum et nugatorium fuisset: nā duorum ad idem suffragantium, quorum vnū sufficit, alterū superfluum est, quod non est in deitate possibile: et Philosophus 1. Physicorū. Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. Ioan. And.*

Filium. *de Spiritu sancto, & eius æterna processione. supra eod. fideli lib. 6.*

Ad hanc glossam vide Magistrū & doctores lib. 4. sen. dist. 8.

Omnibus. *per hoc † comprehendit immensitatem, incommutabilitatem, incomprehēsibilitatem omnipotentiam, & ineffabilitatem. Item essentiā, substantiam, seu naturā de his omnibus supra eo. firmiter, in prin. Et in diuinis hæc tria vltima repetimus ad maiorem expressionem. Si enim ad diuinam essentiā habeatur respectus quasi mathematice, id est abstracte, nō reducta cōsideratione ad personas, sic est essentia. Si cōsideretur concrete, habito respectu ad personas, sic est substantia: quia in qualibet persona substat; et est tota supra eod. damnamus versic. nos autem. Si vtroq. modo: quasi in consideratione vniuersali, sic est natura quia naturale est diuinæ essentiæ quòd si vna, & quòd in ea sint personæ: simplex tamen est, impertialis & indiuisibilis.*

De horum damnatione frequens fit mētio ab Innocentio Papa 1. Epistola 21. & 22.

Existit. *dānati sūt ergo Bonosiani, † qui Christum dicebāt non proprium, sed adoptiuum filiū Dei. 24. q. 3. quidam ver. Bonosiani, et de hoc de celeb. Miss. in quadam.*

Vide Nicephorum lib. 8. historiæ ecclesiasticæ c. 5. & multis sequentibus.

Aeternaliter. *Ariani negauerūt filiū coæternum patri. 15. dist. c. 1. 24. q. 3. quidā vers. Ariani et arguebant sic. Omne quod natum est, principiū habet; ergo filius qui natus est, principium habuit & esse cœpit. vnde dicebat Arianus: † si filius est, natus est: si natus est, ergo tempus fuit quādo non erat filius. Sed vt contra eū dicit Ambrosius lib. 1 de trini. c. 5. idē posset dicere de Deo, quòd si cœpit esse pater, ergo primo fuit Deus, quàm pater, & fuit tēpus quo non erat pater: sed cū ex hoc sequeretur eum mutabilē, idest generationis accessione mutatum, hoc dicere amētia est. semper enim fuit pater, semper & filius: nam ex vi correlatiui, posito vno, ponitur & reliquū. Dicebat ergo August. de fide ad Petrū. c. 2. Si Dei filius virtus et sapientia Dei est, nec vnquam fuit Deus sine virtute et sapientia: Dei ergo filius coæternus est Deo patri. Primū probat Apostolus 1. ad Cor. 1. & habetur 37. dist. §. hinc etiam Ambrosius. in fi. Dicit ergo Aug. quòd sicut splēdor, qui gignitur ab igne, coæternus est illi, & esset coæternus, si ignis esset æternus: sic est intelligēdum ex Deo natum esse sempiternum, vt sit patri filius coæternus. & hoc prosequitur magister sententiarum lib. 1. dist. 9.*

Vide Magistrum & doctores lib. 3. sent. dist. 2. & beatum Thomam 3. part. q. 6. a. 3. & 4.

Simul vnitas. *dicunt Theologi, † quòd in instanti conceptionis, perfectus fuit homo, & fuit anima rationalis infusa, tum prpter infinitam virtutem agentis, scilicet Spiritus sancti: tum quia incongruū fuisset filium Dei corpus assumpsisse, nisi formatum. In alijs autē non infunditur nisi organizato embrione, & plene habilitato ad ipsā recipiendam. de hoc 33. q. 2. quod vero. Quod dicunt quidā fieri per differentiam sexuum à 40. vel 80 die à conceptione embrionis de hoc. 5. distin. §. 1. de purifi. post partum. c. vnico.*

Fieret verus homo. *concor. supra eo. firmiter. versic. & tandem ibi. verus homo factus est, et cōsidera verba: non enim fuit Christus cōpositus ex deitate et humanitate: nā simplicitas deitatis nullam recipit compositionē, vt ibi satis not. in princ. Et quod ibi dicitur, Christum fuisse compositū, verum est respectu humanitatis, quæ fuit composita ex anima rationali & humana carne, vt ibi, & hic et supra, de hæret. cum Christus. et vide quod not. de consecra. distin. 2. hoc est quod dicimus.*

B. Thom. 3. par. q. 14. & 15. plene de hoc.

Expone sano modo; id est, immunis & penitus libera.

Passibile. *intantū quòd (vt dicit August.) omnes defectus † nostros assumpsit filius Dei præter ignorantiā & peccatū. de hoc 3. senten. 15. dist. Licet igitur in assūptione sui ipsius, caro fuerit à Spiritu sācto ad omnibus reliquijs, peccati mūdata † vnde Angelus ad virginē Lucæ 1. Spiritus sāctus superueniet in te, et virtus altissimi obūbrabit tibi, qđ ex te nascetur sanctū, vocabitur filius Dei: tamen, vt dicit ipse Aug. Si in cruce mortuus non fuisset, ad vltimum senio deficisset: frigus ergo, calorem, famem, sitim, et alias humanas pœnalitates pati poterat: & sic habuit corpus passibile. Fit autem hoc cōgruū, quòd nostros defectus assumeret propter iustitiam satisfactionis, quā, pro nobis faciendam assumpserat, vt pro nobis prefecte satisfaceret per pœnalitates carnis nostræ. Item propter fidē incarnationis. sine is enim pœnalitatibus humana natura hominibus nota nōn fuisset. Itē propter exemplum patientiæ nobis præbēdum, ad tolerandas pœnalitates carnis humanæ.*

Animam. *non spiritu vitalem tantum. de celeb. miss. in quadam. Vbi pluribus auctoritatibus probatur, quòd hic de vera anima dicitur.*

Rationalem. *nō dicit sensitiuam vel vegetabile tātū, de quibus infra in parte proxima dicetur.*

Ex tempore. *quod tempus satis notum est. Et ab hac incarnatione, computāt quidā annos domini. 23. dis. in nomine domini. in prin. alij à natiuitate. et de hoc in Spec. de inst. edi. in 1. col. Dubitari † posset de tēpore incarnationis, quare tūc et nō prius vel tardius. Canonistæ dicūt satis esse dicere cū Paulo, O altitudo diuitiarū, &c. ad Rom. 11 in fi. de pæn. dist. 4. si ex bono. circa prin. vers. cur*

De hac dubitatione vide omnino B. Thomam 3. par. q. 1. ar. 5. & 6.

ergo: nā & in potestate miserentis est, quādo & quantū misereri velit facit de pæn. dist. 2. si enim inquit. vltra medium, vers. sicut. & quod not. qui cler. vel vo. c. 2. Dicūt tamen theologi, quòd certū est, non fuisse conueniens ante peccatū Deum incarnari: cū opus incarnationis principaliter ordinetur ad abolitionē peccati. & vt dicitur Lucæ 5. Non sanis, sed infirmis opus est medico: nec venit vocare iustos, sed peccatores. 1. q. 1. multi. de pæn. dist. 1. libenter. itē nec fuit cōueniens statim post peccatū Deum incarnari. Cū enim ex superbia peccatum prouenisset: sic liberandus erat homo, Vt humiliatus recognosceret se liberatore indigere: qđ magno cōsilio Dei actū fuit, vt cognita sui infirmitate, homo clamaret ad medicū, & gratiæ posceret auxilium: ad finē vero seculi, nō debuit differri: vt de imperfectione humanæ naturæ per incarnationem perueniretur gradatim ad perfectionem gloriæ in fine sæculi. Itē fuit æquum, post datam legem Mosaicam & propheticam; quam multi spernebāt, iustificari à Deo genus humanū Per incarnationē & tempus gratiæ: quod si dilatum fuisset ad finē sæculi, forsan reuerentia et notitia Dei et morum honestas in terris fuisset abolita: fuit etiā hoc conueniens ad manifestandā diuinam virtutem, saluantem per fidem, præteriti, præsentis, & futuri: vt not. Ber. supra eod. tit.

Virginali. *quare de Maria Virgine, & nō de alia voluit incarnari? Dicūt Sācti, quòd sicut ex superbissima natus est morbus: sic p contrariū ex humillima inchoari debuit medicina, vnde verso nomine Euæ ipsi Virgini dictū est, Aue. Lucæ 1.*

Vide Sanctū Thomam pa. 3. quæst. 28. art. 4.

Item sicut ad summam humilitatē Dei filius voluit incarnari: sic sūme humilē eligere voluit, in qua, & à qua tāta deberet humilitas inchoari. vnde ipsa in Cātico suo dixit, ibidē, Respexit Dominus humilitatē ancillæ suæ. Tertio quia (vt quidam refert historia †) prima ipso fuit, quæ virginitatem Deo obtulit: vnde quia nouū donū genus obtulit: nouo et inaudito dono debuit honorari. In cōiugium autem Ioseph consensit instinctu Spiritus sancti, ad celandum mysterium. quod dic vt 27. q. 2. c. 2. vers. fi. & c. inuenta.

Thalamo. *id est, cubiculo, vel vtero.*

De Hypostasi plena Sanctus Tho. 3. pa. q. 2. ar. 3.

Hypostasis *Græci eodē modo vtuntur hoc nomine hypostasis †, quo nos vtimur hoc noīe persona. de hoc nomine. 1. sen. 23. & 25. dist. hypostasis aūt componitur ab hypos, quod est sub, & stasis, quod est status vel stās. & dicitur hypostasis substātia intellectiua, siue forma, scilicet primordialis materia, & dicitur quasi substās: qa habet substare omnibus accidētibus, et omnia accidētia ad se recipit, à nullo tamē informatur, secundū Hu.*

Natura. *scilicet vera humana. Io. And.*

Omnium. *quò ad sufficientiam, sed quò ad efficaciam, pro prædistinantis tantum, de hoc de consec. dist. 2. semel. 2.*

Cruci. *in huius passionis memoriam videmus, in singulis particularibus ecclesiis depictā crucē in altum erigi: celebramus etiam festum inuētionis ipsius. de consecra. dist. 3. crucis. Dicit Aug. Crux, quæ erat supplicium latronū, nūc trāsit ad frontes Imperatorum: si tantū honorē Deus cōtulit supplicio suo, quantū conferet seruo suo? Inter alias, fuit quadruplex causa, quare Christus crucis mortē elegit † Primo, vt in illa pēdēs in aere se inter Deum & hominē mediatorē ostenderet. & sic not. 1. Timoth. 2. & 10. dist. quoniā. Secundo, vt dāna quæ obuenerant per lignū primis parentibus vetitum, per lignū crucis restauraret. Tertio, vt diabolū, qui per lignū vincebat, per lignū superaret: & hæc duo Gregor. exprimit in præfatione de cruce, Qui salutem humani generis. &c. de qua de cōs. dist. 1. inuenimus. & infra. de reli. & vene. san. si Dominū ante mediū. Quarto, vt euidenter ostēderet, p quibus restaurādis patiebatur, scilicet p superioris Angelorū ruinis replēdis, pro iustis de limbo educendis, p amicis colligendis, & adiuuādis, pro inimicis reconciliādis. Primum designatur per brachium superius. Secūdum per inferius. Tertium p dextrū. Quartum per sinistrum. Fertur etiam crux quatuor genera lignorum habuisse, scilicet cedrum in stipite, palmam in palo per longum, cupressum in ligno ex transuerso, oliuam in tabula super crucē, loco quarti brachij, & datur versus:* Ligna crucis, palma, cedrus, cupressus, oliua. *Et quomodo proprietates lignorum bene conueniant, instant theologi, quod omitto.*

Plures causas, quare Christ' mortem Crucis elegit, refert S. Th. 3. p. q. 46. art. 4.

Mori. *de consec. dist. 2. timorem.*

Profluentibus. *separatim. de hoc de consecr. dist. 2. c. 1.*

Aquæ. *& fuit vera aqua, de quo satis de celeb. mis. in quadam. & fuit aqua regenerationis, & sanguis redemptionis, vt ibi.*

Immaculata. *ad Ephesios 5. ante finem.*

Sicut. *ponit figuram, quam etiam inducebat Host. de celeb. mis. in quadam. ver. per hoc.*

Soporati. *ergo dormitio Adæ et mors Christi. conueniunt in figura, sicut conueniunt in figura vigilans & viuens. si de latere ergo viuentis debuisset formari coniunx. e contra de latere vigilantis, fuisset Eua formata.*

Formata. *Genesis 2.*

Apostolum. *Ad Roma. 5. post medium.*

Ezechiel. *1. c. et 18. in prin. Io. Gre. in 4. homi. super Ezechielē de visione quatuor animaliū habentium facies diuersas, scilicet hominis, leonis, bouis, & Aquilæ, dicit, quòd iure per hominem figuratur † Matthæus, quia cœpit ab humana generatione. Marcus per leonem, quia cœpit à clamore in deserto. Lucas per vitulum, quia cœpit à sacrificio. Ioannes vero digne per Aquilā, quia cœpit à diuinitate Christi. Sicut enim Aquila cunctis auibus altius volat, & irreuerberatis oculis, solis radios intuetur: sic iste altius cæteris ascendit, qui dicens, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum; dū in ipsam diuinitatis substantiam intendit, quasi more Aquilæ oculos fixit in solem.*

Cassaneus in catalogo gloriæ mundi par. 4. consideratione 35.

Dixit. *19. dist. c. 1. ad finē. Et ad litterā, hic ponitur textus Euangelij, que glossare nō est meū.*

Sanctorum patrum. *scilicet August. super Io. sermo. 120. & 15. de ciui. Dei. cap. 26. ipse & Am-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bro. super epist. ad Rom. & Theophy. super Ioan.

Doctorum. vt Tho. 3. parte q. 62. ar. 5. Io. Scoti super 4. sent. Fertur etiam quòd tempore concilij, congregati fuerint ad hoc theologi doctores, per Clementem, qui hoc tenuerunt.

Duntaxat 5. de baptis. maiore. in princ. cũ suis concord. Non obstat. 79. dist. c. 2. vt vbi not.

Aperuit. Sequebatur in constitutione coucilij, etiã correctia, & in audietia publicata, vt dixi in procemio, quòd textus Matthæi, qui dicebatur in quibusdã libris antiquis sub alio ordine hoc narrare, per ãticipationẽ intelligi et exponi debebat. Et hoc remouit Ioannes forte ex eo, quòd ille textus in Matthæo communiter nõ habetur. Et anticipatio dicitur, ab ante et capio, cum scilicet antecapitur, vel ponitur posi ponendũ: supra de rescr. causam. Sed quæritur, quid valet ad finem hoc disputasse qđ hic dicitur de hoc ordine? Sine dubio coniũx Christi Ecclesia, quæ regenerat à Deo genitos, ita formari poterat per plagã et vndas fluẽtes, Christo viuente, sicut Christo mortuo: nec in hoc disputatio hæc respicit fidẽ. Sed opinio hæc dãnata, detrahit miraculo: euidẽtius enim fuit miraculum hoc de corpore mortuo, quàm de viuo manasse. Item detrahit figuræ hic positæ, vt supra dixit. Itẽ detrahit fidei Ioãnis Euangelistæ, qui vltimus Euangelium suum scribens, notabiliter ex presit hunc ordinem: et his respectibus Conciliũ hunc ordinem approbat.

Porro. Secunda pars, quæ duo facit: Primo quandam opinionem reprobat. Secundo illã pertinaciter tenentes, hæreticos iudicat.

Positionem. Vtũtur Theologi & artiste hoc verbo, quo etiam nos vimur de coafess. c. 1. vbi de hoc satis lib. 6. fatetur autem quis & credit, id quod ponit. de iureiur. c. vlti. eo. lib.

Indubium. de hæreticis dubius.

Intellectiuæ. De sensitiua enim, & vegetiua, nõ fuit opinio: sensitiua enim qua sẽtimus per sensus corporeos, certũ est, quòd corrumpitur corpo re corrupto, et sic nõ potest dubitari, quin sit corporis forma. Idem de vegetatiua qua vegetamur, nutrimur, et augmentum sumimus. in prima cõmunicamus brutis, in secunda etiã plãtis. Sed de intellectiua † vel rationali fuit contraria opinio, quæ præcipue fundabatur sup ratione prædicta. Cũ enim vniri, nõ dico accidentaliter. sed per se & essentialiter, sit inseparabiliter vniri, ergo forma nõ potest esse sine materia propria: sed anima intellectiua, cũ sit incorruptibilis, remanet corrup to corpore, corpori non vnita: ergo nõ vnitur corpori vt forma per se & essentialiter. Sed antequã huic inductioni respondeã, est sciendum: quòd opinio hic approbata, pro qua facit de celebr. miss. in quadam. sic probatur secundum Philosophũ 8. metaph. Differentia sumitur à forma rei: sed differẽtia cõstitutiua hominis, est rationale, quod de homine dicitur ratione animæ intellectiuæ: ergo ipsa est hominis forma. Itẽ demõstratur ex ratione speciei humanæ: natura enim rei ostẽditur ex ipsius operatione: ppria vero operatio hominis (inquãtũ homo) est intelligere: oportet ergo, qđ sortia

De materia huius glossæ vide plenissime p S. Thomam citatum etiã in fine glossæ part. 1. q. 76. art. 1. & ibidem Caietanum.

tur speciem secundum illud, quod ipsius operis est principium sortitur autem speciem vnumquodq; p propriã formã: ex quo relinquitur, quòd principiũ intellectiuũ, vel anima intellectiua sit propria hominis forma. Sed aduertẽdũ est, quòd quãto forma est nobilior, tãto plus dominatur materiæ corporali, et minus ei immergitur, & plus eã excedit sui virtute: vnde anima vegetabilis, plus quàm forma metalli: sensibilis, plus quàm vegetabilis: intellectualis ergo in nobilitate vltima, in tũ excedit in homine materiã corporalẽ, quòd habet aliquam operationem et virtutẽ, in qua corporalis materia non cõmunicat: quæ virtus dicitur intellectiua. demonstrat etiam id Arist. 2. de anima: qa id quo primũ aliquid operatur, est forma illius cui operatio attribuitur: sicut quo primo sanatur corpus, est sãitas: quo primo scit anima, est scientia sanitas ergo est forma corporis, & scientia forma est animæ ad corporis vnionem. Secũdo inducebat id quod dicit Philosophus 3. de anima. anima ergo est forma corporis: & scientia est forma animæ. Certum est autem, quòd primum quo viuit corpus, est anima: et cum vita manifestetur secũdũ diuersas operationes in diuersis gradibus viuentium id quo primo operamur, vnumquodq; illorum operum vitæ, est anima. Anima enim est quo primo nutrimur, sentimus, & mouemur secũdũ locũ: ergo similiter id quo primo intelligimus, siue dicatur intellectus, siue anima intellectiua, est forma corporis. Et hoc negans oportet, quòd inueniat quomodo ista actio ei conueniat. experitur enim quisquis seipsum esse, qui intelligit. Attribuitur autem actio alicui tripliciter, vt patet 5. phys. aut secundum se totum sicut medicus saant: aut secundum partem, sicut homo videt per oculũ, aut per accidens, sicut dicimus, quòd album ædificat: quia accidit ædificatori esse album. Cum ergo dicimus Andream intelligere, certum est, hoc sibi nõ attribui per accidens, cum hoc inquãtũ est homo, de ipso essẽtialiter prædicetur. ergo aut oportet dicere, quòd intelligat secundum se totum: quo etiã posuit Paulo, dicẽs hominem esse animam intellectiuã: aut dicere oportet, quòd intellectus sit pars ipsius animæ. Primum stare nõ potest: quia idem ipse homo est, qui percipit se intelligere, & sẽtire, sentire vero non potest sine corpore: vnde oportet animam sensitiuam esse aliquam hominis partẽ. relinquitur ergo quòd intellectũ quo Andreas intelligit, sit pars ipsius Andreæ: ita quòd intellectus aliquo modo ipsi corpori vniatur. Et licet aliqui dixerint, hanc vnionem esse per speciẽ intelligibilem, quæ duplex habet subiectum, intellectũ possibilẽ et phantasmata: alij quòd intellectus vt motor vnitur corpori, quod vanum esse patet multis rationibus: & istæ duæ sufficiant. Intellectus nõ mouet corpus, nisi per appetitum, cuius motio præsupponit operationem intellectus: Non ergo ideo intelligit Andreas, qa mouetur ab intellectu, sed potius ecõtrario, quia intelligit, ideo ab intellectu mouetur. Cõcluditur ergo, quòd vnitur ut essẽtialis forma. Itẽ si anima intellectiua se haberet vt motor, certũ, est qđ nauis potest esse sine nauta q se habet

Actio alicui tripliciter attribuitur.

se habet ad eã vt motor: ergo etiã posset esse, quòd Christus corpus humanũ sine anima sũpsisset: quod est contra fidẽ. supra eo. c. & supra eo. firmiter. Cũ ergo principaliter incarnatio ordinetur ad salutem animæ, inutilis fuisset incarnatio, si anima non esset essentialis corporis forma. Et per hoc vides rationẽ quare opinio hic damnata iudicatur hæretica: quia est contra fidẽ incarnationis. Est etiã contra fidẽ resurrectionis: habet. n. fides, quòd resurgemus cũ corporibꝰ, q̃ nunc gestamus, vt patet eo. tit. c. firmiter. in fi. 1. partis. sed si anima nõ esset essentialis forma corporis: ad quid resurgerẽt corpora non videmus.

Opinio dicens animã rationalẽ esse mortalem cur sit damnata velut hæretica.

Tenentes opinionem hic reprobatam, primo inducebãt, quod in principio dixi. Ad quod respondetur, quòd secundũ se conuenit animæ corpori vniri, sicut secundũ se cõuenit corpori leui sursum esse: et sicut leue manet, cũ à loco proprio fuerit separatũ cũ aptitudine & inclinatione ad propriũ locum: ita anima humana manet in suo proprio esse: cũ fuerit à corpore separata, habẽs aptitudinẽ et inclinationem naturalẽ ad corporis vnionẽ. Secundo inducebant, quòd dicit Philo. 3. de anima. quòd intellectus est separatus, & quòd nullius corporis est actus: ergo non vnitur corpori vt forma. Sed dic, quòd Philos. intelligit separatũ: quia intellectus non est virtus alicuius organi corporalis, sicut virtus visiua oculi: constat etenim quòd intelligere non est actus, qui posset exerceri per aliquod organũ corporale, sicut visio: sed est in materia inquantũ ipsa anima, cuius est hęc virtus, est hominis forma et terminus generationis humanæ. Et quòd sit materia ꝓbatur 2. Phy. quia homo generat hominem: dicitur ergo anima intellectiua separata secundum virtutem intellectiuam, quæ non est alicuius organi corporalis. Et sic etiam respondetur ad id quod tertio dicebant, quòd si intellectus vniretur corpori vt forma, cum omne corpus habeat determinatam materiam, sequeretur, quòd intellectus haberet determinatam materiam, et sic non esset cognitiuus omnium, quod est contra rationem intellectus. Sed dico quòd hoc procederet, si virtus intellectiua esset actus organi corporalis. Fateor enim actus illos, visus cum oculo, tactus cum manu, & similes bene oportet limitari ex materia: sed cum anima intellectiua his organis non vtatur, limitationi non subiacet. Dicebãt quarto, quòd cum anima sit quid subsistens, & habeat esse secundum se: ergo alterius forma esse non potest: quia forma dat aliquid esse, et sic esse formæ non est ipsius formæ secundum se; anima ergo intellectiua habens esse suum, & suum subsistens, non vnitur corpori vt forma. Ad quod respondetur, quòd anima intellectiua illud esse in quo subsistit, communicat corporali materiæ, ex qua materia & anima intellectiua fit vnũ: ita quòd illud esse quod est totius compositi, est etiã ipsius animæ, quod non est in alijs formis, quæ non sunt subsistentes. Et propter hoc anima humana remanet in suo esse, destructo corpore: non autem aliæ formæ. Curiosius qui hoc plenius disquirere vellet, videat in summa S. Tho. parte 1. q. 76. in principio. Io. And.

Catholicæ] fidei, quod sequitur, & postpositum fuit vt euitaretur hiatus: quod proprie in Rhetorica dicitur, cum vocalis eadem sequitur vocalem.

Pertinax quis dicatur.

Pertinaciter] pertinacia in malo, perseuerantia in virtute, vnde pertinax valde imprudenter tenens, durus, irreuocabilis, indocilis, obstinatus, & idem verbum infra de vsur. ex graui. §. penult.

Ad hoc] tertia pars, primo ponens de esse baptismi. Secundo de ipsius effectu. Io. And.

Vnicum] quare sic dicatur, habetur de consecr. distin. 4. aliud.

Vnus] ad Ephes. 4. habetur de hac triplici vnitate, & infra de excess. præla. frequens. ad finem. et infra de senten. excom. c. 1. & vt dicit Ambro. lib. de trinit. & exponit magister. 1. sent. 24. dist. circa prin. cum unum dicimus Deum, unitas excludit numerum Deorum: nec quantitatẽ in Deo ponit; quia nec numerus, nec quantitas in Deo est.

Deus] in hoc verbo, ponit causam efficientem baptismi.

Vnica] licet specie differat, quod dic vt no. Ber. supra eod. tit. super rubr.

Confitendum] vnde in symbolo dicitur, Confiteor vnum baptisma.

In aqua] causa materialis.

In nomine] causa formalis.

Perfectum] sine pœnitentia exteriori. de consecr. dist. 4. sine pœnitentia.

Remedium] causa finalis.

Theologi] & canonistæ. de hoc de consecr. dist. 4. nihil, & c. paruuli.

†Hanc hæresim sanctus Augustinus in libro de hæresibus c. 88. Pelagianis attribuit

Opiniones] Est sciendum, quòd primo fuit opinio Donatistarum †, quòd paruuli inutiliter baptizabantur: quæ reprobata est, & ad ipsorum rationes responsum est, de baptis. maiores. Sed ibi dubiũ est relictum, an paruulis infundantur virtutes & gratia: quod hic soluitur. Est ergo hic sciendũ, quòd quorundam fuit opinio, quòd pueris nullo modo dantur virtutes in baptismo, sed solum ab originali mundantur: sed postea quando decedunt, vel quando peruenient ad ætatem adultam, eis virtutes infunduntur, si seruent innocentiam. hanc communiter Theologi reprobant, per id quod habetur Ecclesiastes 11. quod sonat illud quod habetur 25. distin. qualis. in princ. quare si pueris ante mortẽ non fuerint concessæ virtutes & gratia informans, in morte non conferentur: & sic non saluabuntur, quod est falsum. Error autẽ huius opinionis, videtur fuisse ex ignorantia discernendi habitum ab actu.

Alij dixerunt, quòd pueris dantur virtutes & gratia: non tamen in seipsis, sed in sua radice, scilicet charactere sacramenti, cuius virtute cum venerint ad perfectam ætatem, & cum perfectis organis, solutæ fuerint potentiæ, consequentur gratiã & virtutes. Et Hug. videbatur miscere hanc opinionem primę. de consec. dist. 4. nihil. Sed quod hoc esse non possit, patet: quia si puer verteretur in furiam ante perfectam ætatem, potentię in eo non soluerentur: & ita numquam haberet virtutes explicite. Item quòd potentiæ sint aliquo impedimento ligatę, non impedit habitum, sed actum: quia dormientes & violenti habitus habent. sed ligatos.

†Vide citatos in commentario huius Clementinæ.

Tertia] fuit hic opinio approbata, quòd virtutes & gratia dentur in habitu ligato propter pueritiã, sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſicut in dormiente propter ſomnum: ſed diſcedente pueritia, inclinantur ad bene operandum; niſi aliquid Spiritui ſancto reſiſtat: et habetur de hoc figura 1. Reg. 17. vbi Dauid paruulus armatus armis Saul regis, non potuit eis vti contra Goliam. Sic puer in baptiſmo armatus gratia & virtutibus propter imbecillitatem, illis vti non poteſt quo ad actum. Et quòd hoc ſit verum, patet: quia cum pueri ſicut adulti per baptiſmum efficiantur membra Chriſti, neceſſe eſt, quòd à capite recipiant fluxum vel fructus gratiæ & virtutis, cuius influxionis nõ eſt impedimẽtum ex parte Dei, qui omnes vult ſaluos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. 1. ad Timoth. 2. et ſupra de baptiſ. maiores. verſ. abſit. Nec ex parte gratiæ, quæ ex vi ſacramẽti omnibus præſto eſt, & facit de cõſec. diſt. 4. ſine pœnitẽtia. Nec ex parte ſacramenti, quod pro omnibus inſtitutum eſt: nec ab illo vllus excluditur, vt in decr. maiores verſ. cum ergo. Nec ex parte paruuli, qui nec reſiſtit, nec reſiſtere poteſt infuſioni gratiæ: nec curamus ipſius reluctantiam vel gemitum in baptiſ. de conſec. diſ. 4. c. ſine pœnitẽtia. Nec ex parte Eccleſiæ, in cuius fide ſaluatur: & quæ nulli claudit gremiũ. de hære. ſuper eod. li. 6. nec aliquẽ decipit. 27. q. 1. de viduis. de do. p tuas. Huic autẽ opinioni approbatę non obſtat, quòd habitus virtutum habilitat ad actum: ſed pueri non ſunt habiles ad agẽdũ, quę ſecundum virtutes ſunt: ergo non recipiũt habitum virtutum in baptiſmo. Nam dico, quòd habitus facit habilem ad actum, tollendo inhabilitatem, quæ eſt ex imperfectione potentiæ, non quę eſt ex parte corporis, vt patet in dormiente. Nec obſtat, quòd dicitur, in noua influentia oportere, quòd recipiens vel influens aliter ſe habeat nunc, quàm prius: ſed anima pueri baptizati, non alio modo ſe habet in inſtanti poſt baptiſmum, quàm prius: quia caret vtroque tempore vſu liberi arbitrij. Item nec Deus influens, aliter ſe habet. Concluditur ergo, quòd pueri etiã baptizati gratiam & virtutes non recipiunt. Ad quod reſpondetur, quòd licet agens principale ſit immobile agens inſtrumentale, aliter ſe habet nunc, quàm prius ad puerum: quia nunc et non prius baptizatur. Ex quo etiam ſequitur, quòd aliter ſe habet baptizatus: quia nunc & non prius impreſſus eſt character in ipſo. Item conſtat, quòd ſine aliqua ſui immutabilitate, Deus ſine ſacramẽto poſſet gratiam conferre, vt patet in ſanctificatis in vtero. de renun. niſi cum pridem. in princ. Curioſus etiam videre poſſet in D. Tho. 4. ſent. diſt. 4. et in tertia parte ſum. q. 68. & 69.

A

B

C

D

Virtutes] *de theologicis non eſt opinio inter modernos. ſed de moralibus ſic, vt infra dicam. dicuntur autem virtutes, quaſi virum tuentes, & præſeruantes a vitiis. de pœn. diſt. 2. illa anima. & c. ſeq.*

Informans gratia] *hanc multi Theologi dicunt idem eſſe in re, quod habitus charitatis, tum quia charitas & gratia habent eaſdem operationes: tum quia dicit Aug. 15. de trini. cap. 18. loquens de charitate, nullum eſt iſto Dei dono excellẽtius. Sed omni dono diſtincto à gratia, ipſa gratia excellentior eſt: tum quia ſi ſic diſtinguerentur, poſſent à Dei virtute ſeparari, & ſic aliquis eſſet Deo gratus, ſed non charus, & e conuerſo. Alij vero dicunt, quòd gratia eſt habitus, qui fundatur in eſſentia animæ: charitas vero eſt alius habitus, qui fundatur in voluntate.*

Ad habitum] *de ſimilibus de baptiſ. maiores. verſ. quamuis, in prima gloſſa.*

Omnibus] *etiam fictè recipientibus, quo ad characterem & gratiam gratis datam: ſed non ad gratiam facientem gratum, niſi cum fictio illa receſſerit. de conſecr. diſt. 4. tunc valere. & cap. penult.*

Sanctorum, ac Doctorum modernorum] *De ſanctis habemus Auguſtinum contra Iulianum lib 1. de baptiſ. paruulorum. Doctores habemus magiſtrum 4. ſent. 4. diſt. in prin. & ibi Alex. Alber. & D. Thom. apertius. Et breuiter omnes Theologi moderni in hoc concordant, quòd ad virtutes theologicas, ſcilicet fidem, ſpem, & charitatem: ſed de virtutibus moralibus, vt iuſtitia, fortitudine, temperãtia, prudentia, & alijs de quibus 28. q. 1. §. ex his. bene diſcordant moderni Theol. D. Thomas enim et ſui tenent etiam morales: infundi, nã vt dicunt, morales acquiſitæ non ordinant ex ſe in vltimum finẽ, nec inclinant quòd homo ſit bene mobilis à Spiritu ſancto: ergo eſt fateri illas infuſas. Sed qui tenent contrarium, reſpondent ad hoc, quòd morales acquiſitæ coniunctę charitati, quæ eſt forma virtutũ, vtrumque ſufficienter peragunt: & ſic non eſt neceſſe ponere eas infuſas. Inducunt etiam iſti illud Phyſ. quòd fruſtra fit per plura, &c. vt dixi in principio capituli: ſed per virtutes morales acquiſitas poteſt homo cum Theologicis finem ſuum acquirere ſine moralibus infuſis. Proprium enim eſt charitatis, nos Deo vltimo fini coniungere. eſt enim ſecundum Auguſt. rectiſſima affectio, quæ nos Deo coniungit: ergo non requiritur infuſis Theologicis, quòd aliæ virtutes morales infundantur. Itẽ ſi paruulis infunderentur, ergo & adultis: ſed experimur, quòd adultus non fictè baptizatus, non plus ſe ſentit ſobrium, prudentem, temperatum, vel iuſtũ, quàm prius: quòd ſi infunderẽtur, ſentire deberet, ex quo ętas non impedit, cum virtus moralis ſit habitus inclinans per modum naturæ: quia ſecundum Philoſophum. 2. ethic. Virtus eſt, quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit: ergo cum ſacramentum baptiſmi ſit cõmune, omnia gratis donans, videtur quòd non infundatur adultis nec paruulis.*

Eligendam] *ergo illam ſequi tenemur de hoc eod. tit. cap. vnico, lib. 6. in 6. gloſſa.*

EX CO-

EX CODICE IVSTINIANI TIT. DE SVMMA Trinitate & fide catholica: & vt nemo de ea publice contendere audeat.

l. 1. *Imppp. GRATIAN. VALENTIN. ET THEOD. AAA. Edictum ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ.*

[a] VNCTOS populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium, in tali volumus religione verſari, quam [b] diuinum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis, religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quanq; Põtificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum virum Apoſtolicę ſanctitatis: hoc eſt [c], vt ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Euangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam deitatem ſub pari maieſtate, & ſub pia trinitate credamus. Hanc legem [d] ſequentes, Chriſtianorum catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos [e] vero dementes, veſanoſq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, diuina primum vindicta: poſt etiam motus animi noſtri, quem ex cæleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos.

Dat. III. Kal. Mart. Theſſalonicę, Gratiano A. V. & Theodoſio A. Conſſ.

COMMENTARIVS IIII.

[a] VNCTOS populos, quos clementiæ noſtræ regit imperium.] *Hoc eſt edictum Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij ad populum vrbis Conſtantinopolitanæ, editum anno Domini 382. idem habetur in codice Theodoſiano lib. 16. tit. 1. l. 2. & in tripar. hiſt. eccl. lib. 9. c. 7. ex Sozomeno. Quia enim tunc potiſſimum varię hæreticorum ſectæ exortæ fuerant, varioſque errores illius ætatis hæretici ſeminabant, edictum fuit vniuerſis, vt rectam tenerent fidem. quę autem ea ſit, hoc loco explicant Imperatores quam breuiſſime. deinde in contemptores pœnam ſtatuunt.*

b ¶ Quam diuinum Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio vſque adhuc ab ipſo inſinuata declarat] *In pleriſque codicibus legitur, diuum, legendum tamen eſt diuinum, vt in manuſcriptis, & codice Theodoſiano, & hiſtoria tripartita.*

Romã martyrio cõſecrãt Petrus & Paulus.

Iam ſanctum Petrum diuinitus Romanæ Eccleſiæ præfuiſſe, eamque inſigni vnà cum Paulo conſecraſſe, ac muniuiſſe martyrio, manifeſtum eſt cap. quamuis. 21. diſt. docetque grauiter & vere ſanctus Auguſtinus tomo 10. de ſanctis, ſermone 3. in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli: quam Romanam Eccleſiam diuinis documentis, et inſtitutis inſtructam reliquis Chriſtus prefecit velut matrẽ & magiſtram, à qua ceterę & fidei regulas, & viuendi, ac celebrandi diuinos cultus & ſacramenta, ritum accipiunt: id quod eleganter docet Leo primus epiſtola 79. ad Dioſcorũ Alexandrinũ Epiſco-

A *pũ, cuius verba quia claram lucẽ huic legi afferũt, non duximus omittenda. habent autem ita:* Cum enim beatiſsimus Petrus Apoſtolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Eccleſia in eius permaneat inſtitutis; nefas eſt credere, quòd ſanctus diſcipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Eccleſiam gubernauit; alijs regulis traditionum ſuarum decreta formauerit, cum ſine dubio de eodem fonte gratiæ vnus Spiritus fuerit & diſcipuli & magiſtri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quàm quod ab ordinatore ſuſcepit. Non ergo patimur, vt cum vnius nos eſſe corporis & fidei fateamur, in aliquo diſcrepemus: & alia doctoris, alia diſcipuli inſtituta uideantur. *hactenus ille. optime ergo Imperatores hoc loco iuxta fidem à Petro traditã, & à ceteris acceptam ab eo, & obſeruatam credere iubent.*

B

c ¶ Hoc eſt, vt ſecundum Apoſtolicam diſciplinam, Euangelicamque doctrinam, Patris & Filij & Spiritus ſancti vnam deitatem ſub pari maieſtate, & ſub pia Trinitate credamus.] *Hæc verba cum concilio Carthaginenſi ſecundo celebrato circa tempora Siricij Papæ ęra 428. mihi videtur conuenire, vbi cap. 1. cautum eſt, vt Trinitatis in vnitate eſſentiæ fides credenda proponatur, & prędicetur. Eum locum, quia valde inſignis eſt, referre placuit. habet autem ita:* Et ſicut à patribus certa diſpoſitione accepimus, vt Trinitatem, quam in noſtris ſenſibus conſecratam retinemus, Patris & Filii & Spiritus ſancti vnitatem, quę nullam noſcitur habere notitiam, ſicut didicimus, Dei populos inſtruamus. Ab vniuerſis Epiſcopis dictum eſt: plane ſic accepimus, ſic tenemus, fidem Apoſtolicam ſequentes. *hæc ibi. Eodem ſpectat decretum concilij Rotomagenſis relatum à Burchardo lib. 2. Decretorum cap. 59. Eandem trinitatis in unitate eſſentię fidem luculenter adſtruit Alexander Papa primus Epiſtola quadam ad omnes orthodoxos, quæ incipit: Cogitantibus nobis. Habetur autem in primo concil. tom. pag. 172. ex Suriana editione.*

C

D

d ¶ Hanc legem ſequentes Chriſtianorum catholicorum nomen iubemus amplecti] *Optime ſcripſit hoc loco Odofredus & Accurſius magnum præmium eſſe, vt ſeruus uocetur nomine Domini, à Chriſto enim Chriſtiani iubemur appellari. huic autem edicto, vt fidem orthodoxam ſequentes Chriſtiani vocarentur, cauſam præbuit hæreticorum audacia, & demẽtia, qui relicto Chriſtianorum nomine, hæreſiarcharum appellationem aſſumebant, dicentes ſe Manichæos, Arianos, &c. quamquam non hic primum fideles ſunt dicti Chriſtiani; quoniam, vt conſtat ex Actibus Apoſtol. ca. 11. circa finem,*

diſcipuli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christiano rũ nomen à discipulis ortum.

discipuli Domini iam Christiani dicti sunt. Scriptũ est enim ibi ita: Et docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani. *quod nomen ceteris fidelibus reliquerunt: vt egregie docet sanctus Augustinus in Ioan. c. 18. tract. 113. in hęc uerba*: Quamuis enim discipuli Christi nondũ appellarentur hoc nomine; post Ascensionem quippe eius, in Antiochia primum cœperunt appellari discipuli Christiani, iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iàm erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc commune nomen, sicut communem etiam fidem ad posteros trasmiserunt. *hęc Augustinus. Iidem quoque dicti sunt Catholici, eo quòd vniuersis Christianæ legis præceptis obedirent, vt optime scripsit diuus Pacianus Episcopus Barcinonensis vetustissimus Epistola quadam de nomine Catholico.*

c ¶ Reliquos vero dementes, vesanosq; iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere] *Hæc est vna & grauis hæreticorum pœna, qua efficiuntur infames, ex qua oriuntur multi effectus, quos si formidassent hæretici, facile in recta fide continerentur.*

Ac infamia quidem multiplex est, vna iuris, altera facti, tertia canonica, & illa quæ ab excommunicatione descendit. Duabus postremis omissis, de primis breuiter dicendum est, quoniam ad hunc locum spectant. Facti infamiam appello eam, quę oritur ex turpi aliquo actu, & opinionem apud bonos grauat, quę cõtingit multis modis, vt docet Dynus in c. infamibus. de regulis iur. lib. 6. & Iason in hac lege. Iuris autem infamiam appello eam, quę descendit ex legibus nominatim cauentibus, vt qui tale delictum commiserit, infamis eo ipso habeatur. Præterea illud est obseruandum, bifariam aliquos dici iure infames: vno modo ipso facto, quales sunt illi, qui per legem notantur infamia, alij demum secuta sententia, ut in furto vi bonorum raptorũ, & similibus scribunt hic Iason, & ceteri tum hic tum alibi.

An inquisitores famę restituere possint.

His ita positis primum hic quęritur, qua infamia notentur hæretici, ac primum quidem iure nouo certum est, hæreticos omnes cuiuscunque sectę ipso iure infames esse, authen. Gazaros. C. de hæret. de iure autem ueteri nunquid per hanc legem essẽt ipso iure infames hæretici, ualde à nostris dubitatum est. nam cum Accursius & nonnulli alij hic animaduerterent hæreticos infamia notari, et infames à testimonio repelli. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus. hæreticos vero ad testificandum admitti. l. quoniã. C. de hæret. admiserunt hæreticos saltem ante sententiam non esse ipso iure infames. ita Bal. hic in 5. oppositio. n. 38. Iaſ. in 2. lectura, nu. 43. & Alciatus ver. hæretici dogmatis. & Zasius in §. sic ìtaque discretis. Institut. de actio. Ceterum quamuis libenter communes probatorum doctorum sententias amplecti soleamus, hoc tamen loco merito ab his dissentiendum putamus, pro certo statuentes etiam per hanc legem hæreticos ipso iure infamia notatos; neque enim hic Imperatores solum declarare voluerunt hæreticos ideo infames esse cẽsendos, quia turpe & indignum factum, aut scelus cõmittunt; id enim omnibus catholicis iam tunc in fide instructis notum erat, cum ob id cauendos & fugiendos hæreticos vbique decreuissent: nam & sanctus Ioannes scripsit. hæreticis non esse dicendum, aue, et diuinus Paulus monuit eos esse deuitandos: sed plane hoc statuere voluerunt, vt ipso iure fierẽt infames.

Ad hęc, si Imperatores solum statuissent hæreticos infamia facti notari, legem sane condidissent de re certa & manifesta, cum vtique notum sit, hęreticos turpe factum committere, eorumque opinionem ob id scelus, apud bonos valde diminui & grauari: leges autem de casibus dubijs esse debent. l. quod Labeo. ff. de Carbo. edicto. vbi communiter Doctores & Panormitanus in c. cũ in iure peritus. de electio. & Bartolus quidem hic in noua oppositione aperte sequitur hanc sententiam dum ait: Nãsi bene inspicitur, primo dat eis pœnam ipso iure, & vocantur infames, &c. *neque huic sententię aduersatur d. l. quoniam. C. de hæret. nam ibi casus est singularis, ne copia probationum deficiat, qui ius commune non infringit.*

Hæretici ante sententiã infames.

Ex his poterit declarari quæstio illa, An hæretici notẽtur infamia ipso facto, an ita demum si sententia pronuntiata fuerit super crimine: & plane qui contendunt hęreticos iure veteri non fieri ipso iure infames, post sententiam latam infamia tantũ notari autumant, inter quos est hic Alciatus, quem sequitur Iacobus Spiegellus in Lexico ver. hæretici omnes. & alij siqui sunt, qui pauciſſimi sunt, sed verior est sententia Alfonsi de Castro lib. 2. c. 9. de iusta hæreticorum punitione, asserentis ante sententiam infames esse: quod ex superioribus apertissime infertur, atque hanc etiam sententiam tuetur Paulus Castrensis hic num. 18. idem videtur asserere Bar. in 9. oppositione. nu. 11. et 12. nã si hæreticorum complices renuentes intra annum satisfacere, vt hæretici puniuntur, & ipso iure fiunt infames. cap. excommunicamus. 1. §. credentes. multo magis id hęreticis eueniet: quia propter quod unumquodque est tale, & illud magis, Aristoteles lib. 1. de demonstratione. authen. multo magis. de sacrosan. eccles.

Qua infamia notentur hęretici.

Hęc autem infamia multos operatur effectus, et incommoda ingentia parit, quę nos copiose lib. 8. de pœnis hęreticorum, sumus persecuti. inter quę illud est potissimum, quòd etiam in filios redundat: propterea enim ab omnibus beneficijs & officijs publicis repelluntur. cap. statutum. de hęret. libro 6. quod in 3. par. apud Eymericum copiose diximus.

Præterea illud est hic inquirendum, An inquisitores hæreticæ prauitatis possint hęreticis hanc infamiam, de qua diximus, remittere, aut eos honori restituere: & quamuis late pateat Inquisitorum potestas, non tamen possunt hanc infamiam tollere; quia cum Inquisitor sit iudex delegatus. ca. per hoc. de hęreticis, libro 6. non potest fines mandati transgredi. c. penul. de off. delegati. c. cum dilecta. de rescrip. l. diligenter. ff. mandati. hoc autem nusquam est sibi permissum, & propterea facere non poterit. ita Zanchinus & ucre tractatu de hęret. cap.

cap. 38. vbi Campegius. Paulus Ghirlandus tract. de relaxatio. carceratorum, tit. de beneficio & indulgentia principis, & alij quos in re manifesta omitto: & quod de Inquisitore dixi, idem est de episcopo intelligendum: nam neque is potest hæreticos famę restituere, vt optime citato loco probat Zachinus. restituet autem sumnus Romanus Pontifex: nam nunquid etiam collegium Cardinalium possit, non est huius loci inquirere, nec nostræ breuitatis.

Hęretici quãdo cœperint iurisinfamia notari.

Postremo obseruandum est, non esse hic primum hæreticos infamia notatos, nam iure canonum multo antea Stephanus Papa eius nominis primus, anno videlicet Domini 261. infames esse sanciuit Epistola quadam ad Hilarium episcopum, quam refert Gratianus in c. infames. 6. q. 1.

Infames, *inquit*, esse eas personas dicimus, quę pro aliqua culpa notantur infamia: idest, omnes qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt, &c.

l. 2. IIDEM AA. EVTROPIO PRÆFECTO PRÆTORIO.

NVLLVS [a] hæreticis: & infra. Vnius & summi Dei nomen vbiq; celebretur. Nicænę [b] fidei dudum à maioribus traditę, & diuinę religionis testimonio atque assertione firmatæ obseruantia semper mansura teneat. Is autem [c] Niceną assertor fidei, & catholicę religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum & Christum filium Dei vno nomine confitetur: Deum de Deo, lumen de lumine: qui Spiritum [d] sanctum (quem ex summo rerum parẽte & speramus & accipimus) negando non violat: apud quem intemeratæ fidei sẽsus viget, & incorruptę trinitatis indiuisa substantia, quæ græco verbo, ὁμοουσία recte credẽtibus dicitur. Hęc profecto nobis magis probanda, hęc veneranda sunt.

Dat. IIII. Id Ianuarij. C P. F L. Euchario & F L. Syagrio C C. conss.

COMMENTARVIS V.

a NVLLVS hæreticus.] *Lata est hęc lex ab eisdẽ Imperatoribus, à quibus & superior, anno Domini 383. ex ea id solum fragmentum desumpsit Eymericus, quod instituto suo conueniebat, quod est, constabilire fidem: & ideo initium & finem sustulit. Synodum Nicænam obseruandã iubet, & quæ in ea sunt sancita diuinitus.*

Synodus Nicæna quãdo celebrata.

b ¶ Nicænę fidei dudum à maioribus traditæ] *Hęc fuit synodus illa celebris tempore Constantini & Siluestri Papæ celebrata, interuentu 318. episcoporum, æra 363. Sunt qui scribant Niceną synodum initium habuisse anno Domini 326. finem vero 329. in hac damnatus est Arius, eiusque omnia dogmata & sectatores, stabilitusque articulus de Christo vero filio Dei, Patri equali & consubstantiali, quę breuissime hic indicantur. Acta est hæc synodus tribus annis, & paulo vltra Nicææ. ea est ciuitas Asiæ, Bithynię Metropolis. Confirmata fuit hęc synodus insigni miraculo, de quo Nicephorus lib. 8. cap. 23. nam cum ex vniuersis patribus duo decessissent priusquam professionis fidei scripto subscriptionem suam apposuissent, reliqui patres gesta concilij eius in manibus gerentes, ad sepulturam eorum accesserunt, deprecantes, vt postquam clare intuebantur in cælis, quod in synodo cum ceteris decreuerant, dignarentur libello subscribere, qui acta cõtinebat, quę super sepulchro relinquentes, abierunt, totamque noctem duxerunt insomnem: postridie ad locum eum redeuntes, & libellum explicantes illorum duorũ episcoporũ subscriptiones agnouerunt in hæc verba*: Chrysanthus & Musonius, qui cum patribus omnibus in Sancta prima œcumenica Nicæna Synodo consensimus, quamuis corpore translati, manu tamen propria nos quoq; libello subscripsimus. *hæc ibi.*

c ¶ Is autem Nicænæ assertor fidei, & catholicę religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum, & Christum filium Dei vno nomine confitetur Deum de Deo, lumen de lumine.] *Extat epistola synodalis de gestis in Nicæna synodo ad Alexandrinos, & alios conscripta, de qua Nicephorus lib. 8. cap. 24. vbi hoc definiuisse contra Arium, quod hoc loco commemoratur, luculenter explicat in hæc verba*: Itaque scitote primo omnium inquisitum esse in impietatem & pręuaricationem Arii, sectatorumque eius: & in præsentia Dei amantissimi Imperatoris Constantini consentientibus omnium sententijs placitum, vt anathemate impia eius opinio & voces atque verba blasphema condemnarentur, quibus ille filium Dei blasphemans vsus est, ex non existentibus illum esse dicens, & fuisse aliquando cum non fuerit, & arbitrii libertate vitij virtutisque capacem esse filium Dei, creaturam eũdem & facturam nominans. Quæ omnia sancta synodus anathemati subiecit, ne audire quidem impiam opinionem, mentis vecordiam, blasphemaq; eius verba sustinens. *hęc ibi. quę hunc locum valde illustrant.*

Locus de processione Spiritus sancti declaratus.

d ¶ Qui Spiritum sanctum (quem ex summo rerum parente & speramus & accipimus) negando non violat.] *Accursius & Salycetus hãc legem à quodam Græco scriptam fuisse, qui neget Spiritum sanctum à Filio quoque procedere, inaniter cõminiscuntur, cum nihil possit elegantius excogitari. Alciatus vero, agnoscens difficultatem hic, docet subaudiendum*: & filio. *in codice Theodosiano ita legitur*: qui id, quod ex summo rerũ parente speramus, accipimus. *Antonius Contius hunc locum ita putabat emendandum*; à quo id quod ex summo rerum parente speramus, accipimus. *qua, inquit, lectione admissa, subauditione Alciati opus non erit.*

Melius tamen erit nullis additis aut subauditis, quod nobis in legibus facere non licet, ad Theologiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

giæ secreta recurrere, vt me monuit frater Paulus Conſtabilis ſacri palatij Magiſter, qui fuit deinde totius ordinis Fratrum prędicatorum Magiſter Generalis, vt dicamus, retenta communi lectione, verbum illud, ſummo rerum parente, *hoc loco ſtare ſeu accipi poſſe eſſentialiter & perſonaliter iuxta vera dogmata Theologorum, cum enim hic (vt verba ipſa indicant) non ſit ſermo de æterna Spiritus ſancti proceſſione à Patre & à filio, ſed de communicatione gratię vel donorum ipſius, ſecundum quã ipſe ſe ipſum dat, vt ait Magiſter ſententiarum lib. 1. diſtin. 30. & à Patre ſimul & à Filio datur, apte per ſummum rerum parentem, totam ſanctiſſimam Trinitatem intelligere poſſumus, à qua gloriam in futuro ſperamus, & gratiam accipimus in præſenti. Poſſumus quoque per ſummum parentem: Deum Patrem intelligere, à quo Spiritus ſanctus datur et mittitur: nec propterea videri debet Filius excluſus, quoniam nominatus nõ eſt: nam vt recte ait ſanctus Tho. par. 1. q. 36. art. 2. ad primum argumentum, regulariter in ſacra ſcriptura, aut vbi de diuinis perſonis agitur, id quod de Patre dicitur, de Filio etiam intelligere oportet, etiamſi, inquit ſanctus Thomas, dictio excluſiua addatur, niſi ſolum in illis in quibus Pater & Filius ſecundum oppoſitas relationes diſtinguuntur. cũ enim Dominus Matth. cap. 11. dicit:* Nemo nouit Filium niſi Pater, *nõ excluditur, quin Filius ſeipſum cognoſcat. ergo cũ hic aut alibi dicitur, quòd Spiritus ſanctus à ſummo rerum parente ſperatur & accipitur, etiam ſi adderetur, à ſolo rerum parente ſeu Patre, non ob id Filius excluderetur: quia quantum ad hoc, quod eſt dare Spiritum ſanctum, non opponuntur Pater & Filius, ſed ſolum quantum ad hoc quod hic eſt Pater, & ille Filius. His penitus conſentit ſanctus Hieronymus in confeſſione fidei, quam affert Eymericus paulo poſt, hac par. 1. dicens*: Nec eſt prorſus aliquis in Trinitate gradus, nihil quod inferius ſuperiuſue dici poſſit: ſed tota deitas ſui perfectione æqualis eſt, ut exceptis vocabulis, quæ proprietatem perſonarum indicant, quidquid de vna perſona dicitur, de tribus digniſime poſſit intelligi. *Hactenus Hieronymus.*

L. 4. IMPERATOR MARtianus A.

PALLADIO PRÆFECTO PRÆT.

NEMO [a] clericus vel militaris, vel alterius cuiuſlibet conditionis, de fide [b] Chriſtiana publice turbis coadunatis & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidię occaſiõnem requirens. Nam [c] & iniuriam facit iudicio reuerendiſſimæ ſynodi, ſi quis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere & publice diſputare contenderit: cum ea, quæ nunc de Chriſtiana fide à ſacerdotibus, qui [d] Chalcedone conuenerunt, per noſtra præcepta ſtatuta ſunt, iuxta Apoſtolicas expoſitiones & inſtituta ſanctorum Patrum trecentorum decem & octo in Nicæa, & centum quinquaginta in hac regia vrbe definita eſſe noſcantur. Nam in contẽptores huius legis pœna non deerit; quia non ſolũ contra fidem vere expoſitam veniunt, ſed etiam Iudęis & Paganis ex huiuſmodi certamine profanant veneranda myſteria. Igitur [e] ſi clericus erit, qui publice tractare de religione auſus fuerit, à conſortio clericorum remouebitur: ſi vero militia præditus ſit, cingulo ſpoliabitur. ceteri autem huius criminis rei, ſiquidem liberi ſint, de hac ſacratiſſima vrbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus ſupplicijs ſubiugandi: ſi vero ſerui, ſeueriſſimis animaduerſionibus plectentur.

Dat VIII. Id Febr. Conſtantinop. Patritio Conſu.

COMMENTARIVS VI.

NEMO clericus.] *Hoc eſt edictum Martiani Imperatoris in confirmatione Concilij Chalcedonenſis, quo cauet, vt nemini liceat de fide habere coram populo diſputationes, aut ſemel iam definita in dubium reuocare. Extat hoc edictum in Concilio Chalcedonenſi actione 3. cum præfatione & epilogo, quæ hic abſciſſa ſunt, ibi autem ita habetur:* Edictum ſiue leges ſanctæ memorię Valentiniani & Martiani Imperatorum, quas quidẽ leges beatiſſimus Papa Leo in ſuis confirmauit epiſtolis, quibus interdicuntur prohibenturque diſputationes de fide coram vulgo, & confirmantur Chalcedonen. Concilij decreta, atque ſtatuta.

Ceterum obſeruandum eſt, non abſolute prohibere diſputationem de fide catholica, ſed cum ex ea diſputatione quæritur occaſio tumultus & perfidiæ, & iam definita in dubium reuocantur.

Hanc legẽ eo conſilio huic operi inſeruit Eymericus, vt doceremur hæs veritates, videlicet nec publice occaſione tumultus excitandi de fide diſſerendum eſſe, nec ſemel per Eccleſiam rite definita & ſtabilita, in dubium eſſe reuocanda, quæ nos ſuis locis interpretabimur.

a ¶ Nemo clericus.] *Sed de clericis dubium videbatur, hoc eſt, de perſonis religioſis, presbyteris ſeu ſacerdotibus, quibus ſolis prędicare & de fide tractare iura concedunt, cap. Adijcimus. 16. q. 1. cap. Diaconus. 93. diſtin. vbi Turrecremata, idem Turrecremata in c. placuit. 16. q. 1. vt multis docuimus. par. 2. ſuper cap. cum ex iniuncto. de hæret. & propterea non debuerant prohiberi, quominus de fide diſceptarent. ſed non inhibetur eis, vt dixi, ſimpliciter & abſolute, ſed cum ex hoc perfidiæ occaſionem quærunt.*

Quibus & quando prohibitum, ne de fide Catholica diſputent.

b ¶ De fide Chriſtiana publice turbis coadunatis, & audientibus tractare conetur in poſterum, ex hoc tumultus & perfidiæ occaſionem requirens.] *Hinc colligimus manifeſto non prohiberi ſimpliciter omnem de fide diſputationem, ſed eam ſolam, quæ ſuſcipitur cauſa ſeminandorum errorum: aliàs enim cum hæreticis diſputare, vt gloria Dei manifeſta fiat, & veritas Catholica defendatur, licitum eſt; immo & quandoque neceſſariũ.*

id quod reſpiciens Paulus diuinitus ad Titum ſcribens cap. 1. ait, oportere vt epiſcopus doctus ſit, vt exhortari ſciat in ſacra doctrina, et eos qui contradicunt arguere; de quo articulo agit pleniſſime Eymericus paulo poſt, q. 10. & nos ibidem late in commentarijs eiuſdem quæſtionis. interim videndus Cõradus Brunus lib. 5. de hæret. cap. 4. & lib. 6. cap. 8.

Cur ſemel definita legitimè in dubium reuocare non debeant.

c ¶ Nam & iniuriam facit iudicio Reuerendiſſimæ ſynodi, ſiquis ſemel iudicata ac recte diſpoſita reuoluere & publice diſputare contenderit.] *Ratio cur iniuria fiat, manifeſta eſt: quis enim concedat plus eſſe tribuẽdum ſingulorum opinionibus de fide arbitratu ſuo diſputantium, quam definitis in ſynodis legitime congregatis, in quibus nutu Spiritus ſancti Patrum corda regũtur? Iam multis rationibus optime ſtatutum eſt, ne ſemel definita in dubium reuocentur: nam ſi quæ ſemel ſunt ſalubriter conſtituta & decreta, in dubium verterentur, nullo profecto ſtabile Eccleſiæ iudicium aut ſtatutum contra quoſlibet errores permaneret. Rurſus eiſdem ſemper furoribus omnis ſtatuta ſemel veritas, et integra Eccleſiæ definitio turbaretur. ita Gelaſius Papa I. ad epiſcopos Dardanię epiſtola quadam incipiente:* Valde mirati ſumus. *dicens:* Quæ maiores noſtri diuina inſpiratione cernentes, neceſſarie præcauerunt, vt quod cõtra vnamquãq; hæreſim coacta ſemel ſynodus pro fide, cõione, & veritate catholica atq; Apoſtolica promulgaſſet, non ſinerent poſthæc nouis retractationibus mutilari, ne prauis occaſio prẽberetur, quæ medicinaliter fuerant ſtatuta, pulſandi: ſed auctore cũ iuſlibet inſaniæ ac pariter errore damnato, ſuffi-cere iudicarũt, vt quiſquis aliquando huius erroris cõicator exiſteret, principali ſentẽtia dãnationis eius eſſet obſtrictus, qũo manifeſte quilibet vel profeſſione ſua, vel cõmunione poſſet agnoſci. Hęc ibi. quem locum, quia valde erat inſignis, & huic loco omnino cõgruens, nõ duximus omittendũ: qui refertur à Gratiano. 24. q. 1. c. maiores.*

Synodus Chalcedonẽſis quãdo celebrata.

d ¶ Qui Chalcedone conuenerunt.] *Chalcedonẽſem ſynodum intelligit lõge celeberrimam, habitam Chalcedone (ea eſt ciuitas Phrygiæ in Ponti Euxini ora) interuentu ſexcentorum triginta epiſcoporũ contra oẽs hęreſes, maxime vero contra Eutychem et Dioſcorum, qui vnum Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum, ex diuinitate atq; humanitate conſtantem, & in his duabus naturis adorandum, ad vnam audacter & ſtulte naturã redigebant, & confundebãt. Fuit autem celebrata æra 488. hoc eſt anno Domini 450. ſeu vt alij ſcribunt 452. Valẽtiniano VII. & Auieno viris clariſſimis conſulibus. de hac celebre extat Gregorij teſtimonium in c. ſicut. 15. diſt.*

Pœna diſputantium de fide ob malũ finem.

e ¶ Igitur ſi clericus erit.] *Nunc pœnas ſtatuit contra eos, qui de fide publice diſputant in malum finẽ, idque ſeruata perſonarum qualitate: hodie tamẽ nõ habet locum pœna huius legis, neque hi perſonarũ gradus, vt hic præſcribitur, obſeruari debent: nam qui publice nũc falſa dogmata prædicaret, populoq; nouas ſuggereret opiniones, nec vera fidei documẽta reciperet, ſed perfidię, hoc eſt, hęreſis diſſeminandę (vt hic dicitur) quæreret occaſionem, ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis iudicaretur: & tales hæreſiarchæ ſeu dogmatiſtę videntur ſine vlla penitus miſericordia curiæ ſeculari tradendi, vltimo ſupplicio feriendi, vt docet Repertorium Inquiſitorum, ver. docere. & ver. hæreſiarca. Albertinus tracta. de agnoſ. aſſertio. q. 30. nu. 60. Simancas in catho. inſtit. tit. 47. num. 60. idem in Enchyridio violatæ religio. ti. 59. Ioannes Roias trac. de hæret. par. 2. aſſertio. 43. & alij quidam. Quid tamen de hoc ſentiam, dixi breuiter par. 2. in cõmentario ſuper concilio Tarraconen. §. Rurſus illud. Et plenius eadem parte ſuper q. 39.*

EDICTVM IVSTINIANI DE FIDE.

Victor Iuſtinianus, pius, felix, inclytus, triumphator ſemper Auguſtus, Ioanni ſanctiſſimo Archiepiſcopo almę vrbis Romę & Patriarchæ.

REDDENTES [a] honorẽ Apoſtolicæ Sedi: & infra. Manifeſtum igitur facimus veſtræ ſanctitati, ꝙ pauci quidam infideles, & alieni ſanctæ Dei catholicæ atque Apoſtolicæ Eccleſię, contradicere iudaice atque apoſtatice auſi ſunt aduerſus ea, quæ ab omnibus ſacerdotibus ſecundum veſtram doctrinam recte tenentur, & glorificantur, atque prædicantur; denegantes Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum vnigenitum filium Dei, Deum & Dominum noſtrum incarnatum de ſancto Spiritu, & ex ſancta atq; glorioſiſſima ſemper Virgine Dei genitrice Maria hominem factum, atque Crucifixum, vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandum Patri & Spiritui ſancto, conſubſtantialem Patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eũdem ipſum ſecundum humanitatem paſſibilem carne, eundemque ipſum impaſſibilem deitate. Recuſantes enim Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium Dei, & Dominum noſtrum fateri vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, videntur Neſtorij malam ſequi doctrinam, ſecundum gratiam dicentis vnum filium Dei, & alium dicẽtis Dei verbum, & alium Chriſtum. Omnes vero ſacerdotes ſanctæ catholicę atque Apoſtolicę Eccleſiæ, & reuerendiſſimi Archimandritæ ſanctorũ monaſteriorum, ſequentes ſanctitatem veſtrã, & cuſtodientes ſtatum & vnitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum, quam habent ab Apoſtolica veſtræ ſanctitatis Sede, nihil penitus immutantes de eccleſiaſtico ſtatu, qui hactenus obtinuit, atque obtinet, vno conſenſu confitentur, & glorificant, prædicantes Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum vnigenitum filium, & verbum Dei, & Dominum noſtrum ante ſęcula, & ſine tempore de Patre natum in vltimis diebus deſcendiſſe de cælis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & ex ſancta atque glorioſa virgine & Dei genitrice Maria natum, & hominem factũ, & crucifixum, vnum eſſe ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, & coadorandum & conglorificandũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patri & ſancto Spiritui. Nec enim alium Deum verbum, & alium Chriſtum cognoſcimus, ſed vnum atque eundem ipſum conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, paſſibilem carne, eundem ipſum impaſſibilem deitate. Vt enim eſt in diuinitate perfectus, ita idem ipſe & in humanitate perfectus eſt. In vna enim ſubſtantia deitatem ſuſcipimus & confitemur, quod dicunt Græci, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἑνοσιν ὁμολογοῦμεν. Ideſt, eam quæ ſecundum perſonam eſt vnitatem. Et quoniam vnigenitus filius & verbum Dei ante ſæcula, & ſine tempore de patre natus, idem ipſe & in vltimis diebus deſcendens de cælis, incarnatus de Spiritu ſancto, & ex ſancta atque gloriosa ſemper Virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, proprie & vere Deus eſt: ideo & ſanctam atque gloriosam Virginem Mariam proprie & vere Dei matrem eſſe dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipſa ſumpſerit, ſed quia in vltimis diebus deſcendit de cælis, & ex ipſa incarnatus, & homo factus & natus eſt: quem confitemur & credimus (ſicut dictum eſt) conſubſtantialem eſſe patri ſecũdum deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem: eiuſdem miracula & paſſiones, quas ſponte in carne ſuſtinuit, agnoſcentes. Suſcipimus [b] autem ſancta quatuor concilia, ideſt, trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, qui in Nicæna vrbe congregati ſunt; & centum quinquaginta ſanctorum patrum, qui in hac regia vrbe conuenerunt: & ſanctorum patrum, qui in Epheſo primo congregati ſunt: & ſanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, ſicut veſtra Apoſtolica ſedes docet atque predicat. Omnes ergo Sacerdotes ſequentes doctrinam Apoſtolicæ ſedis veſtræ, ita credunt, & confitentur, & prædicant. Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis per Hypatium & Demetrium beatiſſimos epiſcopos, vt nec veſtram ſanctitatem lateat, quæ à quibuſdam paucis monachis male & iudaice ſecundum Neſtorij perfidiam denegata ſunt.

ITEM SVBSCRIPTIO TALIS FVIT.

Deitas te conſeruet per multos annos ſanctiſsime ac religioſsiſsime Pater.

COMMENT. VII.

[a] REDDENTES honorem Apoſtolicæ Sedi. & infra.] *Suſtulit Eymericus ſimiliter ab hoc edicto initium & finem, vt ea tantũ collocaret, quæ ſuo inſtituto apta erant, quod eſt (vt ſæpe dixi) cumulare multos fidei articulos & catholicas veritates. hoc autem fragmento tria potiſſimum docentur.*

Chriſtus uerus Deꝰ, Maria uere mater eius.

Primum, Chriſtum vnam eſſe de tribus ſanctæ Trinitatis perſonam ſubſiſtentem, quam Græci hypoſtaſim appellant. Alterum, Chriſtum in carne paſsionem vere pertuliſſe, impaſsibili deitate ſemper exiſtente. Tertium & poſtremum, ſanctiſſimam Mariam Virginem proprie & veraciter appellandam eſſe matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti & θεοτόκον hoc voluiſſe Imperatorem profiteri, ſeries ipſa edicti indicat. idem quoque docet & ipſe Ioannes Papa in alia de ea re epiſtola ſcripta ad Senatores vrbis Romæ, de duabus naturis aduerſus Eutychianiſtas, in qua luculentis ſcripturæ teſtimonijs, & ſanctorum patrum aſſertionibus tres iſtas veritates oſtendit, eaſque in epiſtola Iuſtiniani contineri ait his verbis: Iuſtinianus ſiquidem Imperator filius noſter, vt eius epiſtolæ tenore cognouiſtis, de his tribus quæſtionibus orta certamina fuiſſe ſignauit, Vtrum vnus ex Trinitate Chriſtus, & Deus noſter dici poſſit; hoc eſt, vna de tribus perſonis ſanctæ Trinitatis ſancta perſona. An Deus Chriſtꝰ carne pertulerit impaſsibili deitate. An proprie & veraciter mater Domini Dei noſtri Chriſti Maria ſemper virgo debeat appellari. *Hactenus ibi. Extat illa epiſtola in quinto volumine Bibliothecæ patrum, cui Hæreſeologię nomen eſt impoſitum.*

[b] ¶ Suſcipimus autem ſancta quatuor concilia.] *Idem in c. ſicut. diſtin. 15. vbi egregium extat de auctoritate horum conciliorum teſtimonium de ſumptum ex Beato Gregorio lib. 1. epiſtola 24. refert Iuo Carnotenſis par. 4. c. 117. de quibus videto Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum in epiſtola ad Michaelem Bulgariæ Principem, de ſeptem concilijs œcumenicis.*

EX EXTRAVAGANTIBVS Comm. ti. de maio. & obedien.

BONIFACIVS VIII.

Omnes Chriſti fideles de neceſsitate ſalutis, ſubſunt Romano Pontifici, qui vtrumque gladium habet, & omnes iudicat à nemine aũt iudicatur.

[a] VNAM ſanctam Eccleſiam catholicam, & ipſam Apoſtolicã, vrgente fide credere cogimur & tenere. Noſque hanc firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, extra quã nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſponſo in Canticis proclamante, Vna eſt columba mea, perfecta mea: Vna eſt matri ſuę, electa genitrici ſuæ, quæ unum corpus myſticũ repræſentat: cuius caput Chriſtus: Chriſti vero Deus. In qua vnus dominus, una fides, vnũ baptiſma. Vna nẽpe fuit diluuij tempore arca Noe, vnã Eccleſiã præfigurans, quæ in vno cubito cõ ſummata, vnum (videlicet Noe) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtẽtia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Hanc autem veneramur & vnicam, dicente Domino in propheta, Erue à framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. pro anima enim, ideſt pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore, quod corpus vnicam, ſcilicet Eccleſiam nominauit, propter ſponſi fidei ſacramentorum, & charitatis Eccleſiæ vnitatẽ. Hæc eſt tunica illa

Cant. 6.

Psal. 21.

Ioan. 19. la Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit.

Igitur Eccleſiæ vnius & vnicę vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti Vicarius Petrus, *Ioan. 21.* Petriq; ſucceſſor, Dicente Domino ipſi Petro, Paſce oues meas, meas inquit, & generaliter, nõ ſingulariter has vel illas, per quod cõmiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Græci ſiue alij, ſe dicant Petro, eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe, ſe de ouibus Chriſti non eſſe: dicente Domino in Ioanne, Vnum ouile, & vnicum eſſe paſtorem. In hac [b] eiuſque poteſtate, duos eſſe gladios, ſpiritalem videlicet & temporalem, Euangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis, Ecce gladij duo hic, *Luc. 22.* in Eccleſia ſcilicet, cum Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus nimis eſſe: ſed ſatis. Certe qui in poteſtate Petri, temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit Domi- *Matth. 26.* ni proferentis: Conuerte gladium tuum in vaginam. Vterque ergo eſt in poteſtate Eccleſię, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille vero ab Eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpiritali ſubijci poteſtati. *Rom. 13.* Nam cum dicat Apoſtolus: Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſũt, non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nam ſecundum beatum Dionyſium, lex diuinitatis, eſt infima per media in ſuprema reduci. Non ergo ſecundum ordinem *De diui. nomi.* vniuerſi, omnia eque ac immediate, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex decimarum datione & benedictione, & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione, ex ipſarum rerum gubernatione, claris oculis intuemur. Nam [c] veritate teſtante, ſpiritualis poteſtas, terrenam poteſtatem inſtituere habet, & iudicare, ſi bona non fuerit: ſic de Eccleſia, & Eccleſiaſtica poteſtate verificatur va- *Hier. 1.* ticinium Hieremiæ: Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna: & cetera quæ ſequuntur. Ergo ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur à poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis, minor à ſuo ſuperiori: ſi vero ſuprema, à ſolo Deo non ab homine poterit iudicari: teſtante Apo- *1. Cor. 2.* ſtolo: Spiritualis homo iudicat omnia, ipſe autem à nemine iudicatur. Eſt autem hęc auctoritas (etſi data ſit homini, & exerceatur per hominem) non humana, ſed potius diuina ore diuino Petro data, ſibique ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo, quem confeſſus fuit petra firmata, dicen- *Matth. 16.* te Domino ipſi Petro: Quodcumque ligaueris, &c. Quicumque igitur huic poteſtati, à Deo ſic ordinatę, reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo (ſicut Manicheus) ſingat eſſe principia, quod falſum & hęreticum iudicamus: quia teſtante Moyſe, Non in principiis, ſed in principio cęlum Deus creauit & terram. Porro ſubeſſe Romano Pontifici omni † humanæ creaturæ declaramus, dicimus, definimus, & pronuntiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. *Gen. 1.*

† al. omnem humanam creaturam.

Dat. Later. Pont. noſtri anno VIII.

COMMENTARIVS VIII.

[a] NAM ſanctam.] *Bonifacius octauus poſtremo ſui Pontificatus tempore, nẽpe anno Domini 1302. Romæ hanc edidit decretalem, qua potiſſimum docet tres Catholicas veritates.*

Vna Eccleſia & vnꝰ Papa, cui omnes ſunt ſubiecti.

Prima eſt, Vnam eſſe Eccleſiam Catholicam, & ipſam Apoſtolicam, & vnum eius gubernatorem, videlicet Romanum Pontificem, cui omnes ſubeſſe oportet.

Altera eſt, Romanum Pontificem Vtrumque habere gladium, videlicet ſpiritualem & temporalem.

Poſtrema eſt, A Pontifice ſummo omnes iudicari, ipſum vero à nemine. Eas nos more noſtro breuiter illuſtrabimus.

Primus articulus de fide eſt, quem iam olim multi Romani Pontifices docuerunt, in primis vero Anacletus, qui à ſancto Petro Apoſtolorum principe fuit presbyter ordinatus, floruitque anno Domini 101. epiſtola quadam omnibus Epiſcopis miſſa incipiente. Benedictus Deus. *c. 3. in hac verba:* Nam & inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio, & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe idipſum voluerunt, vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas, ideſt, caput & principiũ teneret Apoſtolatus: qui & eandem formã ſuis ſucceſſoribus, & reliqui Apoſtoli epiſcopis tenendam tradiderunt. *& paucis interpoſitis.* Hęc vero Apoſtolica ſedes cardo & caput omnium eccleſiarum, à Domino, & non alio eſt conſtituta; & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctę ſedis auctoritate omnes eccleſię Domino diſponente reguntur. *Hactenus ibi. & habetur in cap. ſacroſancta. 22. diſtinct. idem decreuit Zepherinus, & habetur in cap. ad Romanam. 2. q. 6. & Fabianus & Gelaſius eius nominis primus epiſtola quadam 1. capite 11. & Leo Papa nonus in epiſtola aduerſus præſumptiones Michaelis & Acridani Epiſcoporum cap. 12. & 13. & alij multi tum Romani Pontifices, tum ſancti Patres, quos omitto conſulto in re manifeſta, cum catholicis nũc potiſſimum ſcribã, qui Pontificum Romanorum & ſanctorum Patrum definitiones & dicta recipiũt.*

Papa vtrũq; gladium habet ſpiritualem & temporalem.

[b] ¶ In hac eiuſque poteſtate duos eſſe gladios.] *Hic oſtendit ſecundam aſſertionem, de duplici Pontificis gladio, quam & longo ante Bonifacium tempore, & etiam poſtea alij Romani Pontifices tradiderunt. Innocentius III. in cap. venerabilem. de electio. & Innocentius IIII. in c. ad Apoſtolicæ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

de sententia & re iud. lib. 6. & Clemens V. in concilio Viennensi. & habetur in Clement. Romani. de iureiuran. ex quibus colliges impios esse, & Ecclesiæ inimicos, qui hęc vel non recipiunt, vel de his male sentire videntur, inter quos est Frăciscus Duarenus lib. 1. c. 4. de sacris Ecclesię ministerijs. non est itaque fas dicere Romanum Pontificem non habere vtrumque gladium, siue vtramque iurisdictionem, videlicet spiritualem & temporalem.

Cęterũ cum hic articulus de duplici Romani Pontificis iurisdictione sit late patens, nec nostræ breuitatis institutum eum hoc loco fusius explicari permittat; satis videbimur fecisse, si auctores & loca iudicauerimus vnde eius notitia haberi possit. de eo ergo late tractãt Doctores canonistæ cum glossa in cap. nouit. extra de iudic. glossa in cap. causam quę. qui filij sint legit. glossa super extrauagan. Unam sanctam. de maio. & obedien. de qua nunc agimus. glossa & ibidem Doctores in cap. licet. extra de foro compet. glo. 1. in cap. Vergentis. de hęret. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiast. q. 46. ar. 2. Aluarus Pelagius lib. 1. c. 13. de planctu Ecclesię. copiose Turrecremata in summa de ecclesia lib. 2. cap. 113. 114. & 115. idem apud Gratianum in cap. cum ad verum. 96. dist. Iacobatius tract. de Concilio, lib. 10. art. 7. Caietanus in 2. parte Apologiæ de potestate Papæ, cap. 13. ad 8. arg. Sotus lib. 4 senten. distin. 25 q. 2. ar. 1. & lib. 4. de iustitia & iure q. 4 art. 1. Ferdinandus vasquius lib. 1. controuersiarum illustrium, cap. 20. & 21. Simancas de catholicis instit. tit. 45. de Papa. Albertus Pighius Campensis lib. 5. c. 16. Hierarchiæ ecclesiasticæ. Restaurus Castaldus tract. de Imperatore, in diuersis locis. Ioannes à Capistrano tract. de Papæ et concilij auctoritate, par. 2. partis secundæ principalis. Blasius Nauarrus libro 1. de sacro ecclesiæ principatu, cap. 7. & 8. Cassaneus in catalogo gloriæ mundi. par. 4. consideratione 7. & alij, quos longum esse recensere.

Admonebo tamen hic, non esse facile omnium auctorum prędictorum, aut aliorum de hac re differentium, recipiendam sententiam, (neque enim eo animo eos retuli vt approbarem) sed iudicio opus esse.

¶ Nam veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet & iudicare, si bona non fuerit.] *Hęc est postrema assertio ueluti superioris declaratoria, nempe, Romanũ Pontificem, iurisdictionem temporalem tunc exercere in principes sæculares, cum illi potestate sibi data abutuntur, inde subdit, at non è conuerso illi Romanum Pontificem iudicabunt. Pontifex enim Romanus omnes iudicat, ipse autem à nemine iudicatur. quod vno assensu docuerunt primi illi Romani Pontifices, vt Siluester. & habetur in ca. nemo. 9. q. 3. ibi:* Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur. *idem Gelasius Papa, & habetur in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. ibi:* Neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. *Idem Symmachus Papa, & habetur ibidẽ in cap. qui aliorum. & Vigilius Papa, & Nicolaus, & habetur in cap. nemini. 17. quæst. 4. item alij, quos longum esse recensere. Nostri tamen vnum casum excipiunt, cum videlicet Romanus Pontifex incidit in hæresim. cap. si Papa. 40. dist. at non desunt qui verisimiliter asserant Papam rite & canonice electum hęreticum esse non posse, de quo quid sentiam, explicabo infra par. 3. super quæst. 25.*

Pontificem Romanũ nemo iudicat.

DE BAPT. ET EIVS EFFECTV de uolumine maiori Decretalium.

ALEXANDER III.

Licet puer sit ter mersus in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: si non sit dictum; ego te baptizo in nomine Patris, &c. non est baptizatus. Cap. 1.

SIQVIS[a] puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: & non dixerit; ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: non est puer baptizatus.

COMMENTARIVS IX.

[a] SIQVIS puerum ter in aqua immerserit.] *Ideo retulit Aymericus, quia hæc in hoc c. traditur catholica veritas, nempe, Vitiari baptismum quotiẽs minister non exprimit actum baptizandi: non ergo intelligas vitiari baptismum ex omissione pronominis,* Ego, *quod videtur indicare hic textus; sed vitiatur ex omissione actus baptizandi: vt siquis omitteret verbum,* baptizo, *aut aliud ei simile, & solum diceret,* in nomine Patris, &c. *nõ conferret baptismum: nam Græci sine expressione personæ ministri baptizantis vere cõferunt baptismũ; vt in concilio Florentino definitum est quamquam pronomen, ego, omitti non debeat. c. siquis sane. de bapt. & eius effe. & glo. in sum. de conf. di. 4. Vult ergo definire Romanus Pontifex, q. licet quis mergat siue aspergat, aut effundat in nõe Patris, &c. non exprimendo verbo actum baptizandi, non baptizat. Si vero dicat.* Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *sufficit ad essentiam. c. si quis presbyter. c. multi. et c. sanctũ. de conse. dis. 4. & S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. & Theologi cõmuniter lib. 4. sent. dis. 3. & ibi Dominicus Sotus. q. vnica. art. 5. dum tamen habeat intentionem saltẽ faciendi quod facit Ecclesia. c. solet. de consecr. dist. 4. et c. humanæ. 22. q. 5. & tradit concilium Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere, cano. xj.*

Nõ uitiatur baptismꝰ ex omissione ꝓ nois, ego, sed ex omissione actus baptizandi.

IDEM ALEX.

Si probabiliter dubitatur; an quis fuerit baptizatus, potest baptizari forma hic expressa. Cap. 2.

DE quibus[a] dubium est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis prędictis: Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nõ dum baptizatus es, Ego te baptizo, &c.

COM-

COMMENTARIVS X.

Nemo rebaptizandus nisi in dubio, quia graue scelus est.

[a] DE quibus dubium est an baptizati fuerint.] *Ideo retulit auctor, quia hæc veritas in ea statuitur, Nulli debent penitus rebaptizari, nisi de quibus dubitatur an sint baptizati nec ne. intellige tamen hoc postremum quando vere dubium est, ita vt sciri non possit, an fuerit baptizatus nec ne:* † *nam si probabiliter veritas intelligi possit, nullo modo est rebaptizandus, cum grauissimum sit scelus. quod luculenter ostendit Clemens Papa li. 6. ca. 15. constitutionum Apostolicarum, ait enim inter cętera ita:* Eodem modo contenti sint vno solo baptismo, qui in Domini mortem traditur, non ministerio abominandorum hæreticorum, sed probatorum sacerdotum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *& paucis interpositis subdit:* Veruntamen initiatos iterum baptizare tentantes, crucifigunt Dominum, iterum eum interimunt, deridentdiuina, eludunt sancta, insultant spiritui, sanguinem sanctum veluti communem contemnunt, peccant in mittentem, in passum, & in testificantem. *hęc ibi. Insignis est sane locus, & ob id nullo pacto fuit omittendus. idem Augustinus in lib. de vera & falsa pœnitentia. ca. 3. Damascenus lib. 4. c. 1. de fide orthodoxa. cap. quod quidam. 1. q. 1. Leo Papa ad Rusticum episcopum, epistola 70. cap. si nullo. de consec. dist. 4. S. Tho. 3. par. q. 66. ar. 9. Magister & Theologi in 4. sent. distinct. 6. concilium Tridentinum sess. 7. de baptismo. can. 11. cuius verba sunt:* Si quis dixerit verum & rite collatum baptismum iterandum esse illi, qui apud infideles fidem Christi negauerit, cum ad pœnitentiam conuertitur, anathema sit.

† Cap. paruulos. & seq. de consec. dist. 4. & c. presbyteri quos. § qđ ergo. 63. dist.

INNOCENTIVS III. Arelaten. Archiepiscopo.

Sacramentum baptismi, vtiliter confertur paruulis, licet non credant, nec intelligant: & remittitur eis peccatum originale. hoc dicit vsque ad §. Verum. Cap. 3.

MAIORES[a] Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes ad Petri sedem referendas intelliget, qui eum quærenti Domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respondisse notabit: Tu es Christus filius Dei viui, & pro eo Dominũ exorasse, ne deficiat fides eius. Quibusdam igitur quæstionibus, quas contra catholicos hæretici mouerant, nos postulas respondere. Asserunt enim, paruulis inutiliter baptisma conferri: quod nituntur probare illud primo & præcipue inducentes, quòd cum secundum verbum Iacobi Apostoli dicentis in epistola sua: Charitas operit multitudinem peccatorum: & iuxta illud testimonium veritatis in Euangelio de peccatrice, quæ ipsius pedes lauerat, perhibentis: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: non nisi per charitatem, & in charitate crimina dimittantur: paruulis, qui nec sentiunt nec consentiunt, & charitatem non habent, quę sentientibus & consentientibus tantum infunditur: peccatum non dimittitur in baptismo: & infra. Ad id autem taliter respondemus, quòd baptisma circuncisioni successit: absit enim vt in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum Euangelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam: quoniam secundum Apostolum dicentem ad Galatas: Si circumcidimini, Christus nihil uobis prodest. Cum ergo circumcisio tam adultis quàm paruulis ex præcepto Domini conferretur, ne baptismus qui successit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri quàm feminæ baptizentur; minoris videatur effectus: tam adultis, quàm paruulis est cõferendus. Sicut enim sine distinctione qualibet Mosayca lex clamabat: Anima cuius præputij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: ita nunc indistincte vox intonat Euangelica: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei, ab hac generalitate nec sexum, nec ætatem excludens. Caute tamen notandum est, quantum plus baptismus hodie conferat Christianis, quàm quondam Iudæis circuncisio contulisset; dictum est in fine prędictæ auctoritatis inductæ de veteri lege: Peribit de populo suo. In Euangelica uero auctoritate subiunctum est: Non intrabit in regnum Dei. Quoniam etsi originalis culpa remittebatur per circuncisionis mysterium, & damnationis periculum vitabatur, non tamen perueniebat ad regnum cęlorum, quod vsque ad mortem Christi fuit omnibus obseratum: sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati, culpa remittitur, vitatur periculum, & ad regnum cęlorum etiam peruenitur: cuius ianuam Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. Absit enim, vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors Deus, qui neminem vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutem. Ceterum ex vi litteræ satis patet prædictas auctoritates intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, cum de paruulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluenda: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, &c. cũ non possint credere paruuli, sed adulti; & ob hoc tota auctoritas hic intelligenda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur. Quamuis nonnulli concedant, quòd paruuli credunt non per usum, sed per habitum fidei, quem suscipiunt in baptismo: sicut & alia multa verba secundum communem vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem referuntur.

Matth. 15. Luc. 22.

Iaco. 5.

Luc. 7.

Illud vero quod opponẽtes inducũt, fidẽ aut charitatem, aliasque virtutes paruulis vtpote non consentientibus non infundi, † à plerisque non conceditur absolute: cum propter hoc inter Doctores Theologos quæstio referatur: alijs

† De hoc articulo vide supra in cõmentario 3. super clem. fi de catholicę. §. Verũ quia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

asserentibus, per virtutem baptismi paruulis quidem culpam remitti, sed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus, dimitti peccatum & virtutes infundi, habentibus illas quò ad habitum, nõ quo ad vsum, donec perueniant ad ætatẽ adultã.

Originale peccatum, quod sine consensu contrahitur, remittitur in baptismo etiam non consentienti, vt paruulis. secus de actuali: quia sicut non committitur sine consensu, ita non relaxatur sine consensu. hoc dicit, vsq; ad §. Sed adhuc.

Verum [b] quidam ex hac solutione, inuenisse se credunt viam ad alias quæstiones, argumentãtes ex eo quod dicimus, paruulis in baptismate peccatum originale dimitti, quod & adultis, dormientibus, vel amentibus peccatum (si baptizentur) ratione simili dimittatur. Cum enim neutri sentiant tunc vel consentiant, dicũt idem in consimilibus iudicandum. Hic vero dicimus distinguendum, quòd peccatum est duplex, originale scilicet & actuale. Originale, quod absque consensu contrahitur: actuale, quod committitur cum consensu. Originale igitur, quod sine consensu contrahitur, sine consensu per vim remittitur sacramenti: actuale vero, quod consensu contrahitur, sine consensu minime relaxatur.

Licet in baptismo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamen consentire non possunt: in adultis tamen, amentibus, vel dormientibus, qui non consentiunt baptismo, non dimittitur actuale: & item etiam nec originale. hoc dicit.

Sed [c] adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptismo sicut paruulis dimittatur. Ad hoc taliter est respondendum, quòd Dominus, qui totum hominem saluum fecit in sabbato, opus imperfectionis non nouit, & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati est carẽtia visionis Dei: actualis vero pœna peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus. Vnde si dimitteretur alicui primum altero non dimisso, talis non careret visione Dei propter originale dimissum, & cruciaretur in gehenna perpetuo propter reatum criminis actualis: sed hæc tamquam incompassibilia sese minime patiuntur, immo sibi mutuo aduersantur.

Amentes vel dormientes baptizati, si ante dementiã vel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt, alias secus. Coacti vero causatiue suscipiunt, hoc dicit vsque ad finem.

Item [d] quæritur, vtrum dormientibus, & amentibus sacramenti saltem character in baptismate imprimatur, vt excitati à somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denuo baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt, quòd sacramenta, quæ per se fortiuntur effectum, vt baptismus & ordo, ceteraque similia, non solum dormientibus & amentibus, sed inuitis & contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur: cum non solum paruuli, qui non consentiunt, sed & ficti, qui quamuis non ore, corde tamen dissentiunt, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui fuissent inuiti & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti, ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinerent: vnde ad seruandam regulam fidei christianæ, forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni christianę contrarium, vt semper inuitus & penitus contradicens ad recipiendam & seruãdam christianitatem aliquis compellatur. Propter qđ inter inuitũ & inuitũ, coactum & coactum, alij non absurde distinguunt, quòd is qui terroribus atque supplicijs violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramẽtũ: talis (sicut & his qui ficte ad baptismum accedit) characterem suscipit christianitatis impressum: & ipse tamquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruãtiam fidei christianę: In quo casu debet intelligi decretum concilij Toletani: † vbi dicitur, quòd qui iam pridem ad christianitatem coacti sunt (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisibuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini extitisse participes: oportet etiam vt fidem, quam necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille vero, qui nunquam consentit, sed penitus contradicit: nec rem, nec characterem suscipit sacramenti: quia plus est expresse cõtradicere, quàm minime consentire: sicut nec ille † notam alicuius reatus incurrit, qui contradicens penitus & reclamans thurificare idolis cogitur violenter. Dormientes autem & amentes, si priusquã amentiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione persisterent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare: & si fuerunt sic immersi, characterem non suscipiunt sacramenti. Secus autem, si prius catechumeni extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales in necessitatis articulo consueuit Ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obsistentem.

† Conc. Toletan. 4. c. 56.

† Vide infra in hac parte 1. in cõmentario q. 9.

COMMENT. XI.

[a] MAIORES Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes.] *Ex tota serie huius elegantis decretalis quattuor colliges catholicas veritates.*

Prima est, Pueros, quorum non est animi iudicium omnino esse baptizandos, vt à peccato originali liberentur.

Altera est, peccatum originale, quod sine consensu contrahitur, dimitti etiam in baptismo sine consensu: secus autem dicendum esse in peccato actuali.

Tertia

Tertia est, In adultis, dormientibus & amentibus non dimitti peccatum originale sine actuali, nec vice versa.

Ultima est, Amentes & dormientes baptizatos characterem suscipere, si prius baptizari voluerũt.

Pueros esse baptizandos de fide est.

Singulas more nostro breuiter illustremus. Quantum igitur ad primam attinet, videlicet, pueros absque vsu rationis baptizãdos esse, de fide est, & eius contraria heretica. ac primum quidem paruulos non esse baptizandos Pelagiani nequiter mẽtiebantur, sicuti scribit concilium Carthaginense epistola quadam ad Innocentium Papam primum, quę nunc refertur in primo conciliorum volumine. pag. 541. & sanctus Augustinus in libro de hæresibus ad Quoduultdeum, cap. 88. quorum hæresim nonnulli etiam nostri seculi hæretici velut ab inferis excitarunt. ceterum Ecclesia catholica diuinitus instituta, à Christo edocta, paruulos baptizare recte semper consueuit, & sanctus Clemens Papa, Petri successor, lib. 6. c. 15. constitut. Apostol. paruulos baptizari iubebat, dicens: Baptizate quoque paruulos uestros, & educate eos in disciplina, & præceptis Dei. Sinite enim, *inquit*, paruulos, venire ad me, & nolite eos prohibere, *Et in quodam concilio Africano circa tempora Bonifacij primi celebrato, videlicet ad annos Domini 420. cap. 77. heretici declarantur, qui paruulos negant esse baptizandos, & refertur in c. placuit, de consecra. dist. 4. Idem per omnia statuerat paulo ante concilium Mileuitanum, c. 2. tãdem hoc ipsum roborauit concilium Tridentinum sessio. 5. in decreto de peccato originali, cap. 1. §. siquis paruulos, & sessio. 7. de baptismo, cano. 12. adde sanctum Thomam par. 3. q. 68. art. 9. & Thomam Valdensem tom. 3. de sacramentalibus baptismi, cap. 53. & 54. & Dominicum Sotum in 4. sent. distin. 5. q. vnica. art. 9.*

b ¶ Verum quidam ex hac solutione.] *Hęc est secunda conclusio catholica, Paruulis, qui sine consensu originale peccatum contrahunt, sine proprio etiã consensu deleri in baptismo. hanc docet latissime sanctus Augustinus in libris de baptismo paruulorum: adde c. filius Dei. & c. non ex quo. de consecr. dist. 4. & c. nihil. de pœnit. dist. 3.*

c ¶ Sed adhuc quæritur, quare non saltem originale peccatum amentibus.] *Rationes huius assertionis, quas hic affert Romanus Pontifex, euidẽtes sunt & certissimę: hic tamen illa sunt omnino notanda:* Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei: actualis vero pœna peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus: *quibus dirimi videtur non obscure anceps illa quæstio, & olim valde agitata, an paruuli absque baptismo decedentes pœna ignis cruciarentur: nam hic non cruciari apertissime ostẽditur, licet sanctus Augustinus contrarium sensisse videatur in libro de fide ad Petrum, c. 27. relat. ab Eymerico infra in hac 1. parte, quod est diligentissime animaduertendum, ne quis ex Augustini dicto in hoc loco labatur; et plane Augustinus in ea quæstione varius fuit, vt alibi indicaui.*

Paruuli sine baptismo decedentes qua pœna plectãtur.

d ¶ Item quæritur, utrum dormientibus & amẽtibus.] *Hęc est postrema assertio, cuius materia late patet, nec est huius loci. videndus est sanctus Tho.*

3. par. q. 80. art. 9. & latissime Dominicus Sotus in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 9. adde c. ægrotantes. vbi Doctores, de consecra. dist. 4. & de materia huius decretalis, præter citatos, vide Augustinum in lib. de baptismo paruulorum, c. 13. Et 30. & in Enchiridio, c. 43. c. à paruulo. c. in ecclesia. de consec. dist. 4. Doctores scholasticos in 4. sent. distin. 5. vbi late Sotus quæstione vnica. concilium Lateranense sub Innocẽtio III. c. 1. concilium Carthaginense III. c. 34. & denique Clementem Papam lib. 6. c. 15. constitutionum Apostolicarum.

EX CODICE IVSTINIANI
tit. ne sanctum Baptis. iteretur.

l. 1. Imppp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. Ad Flavianum Vicarium Africæ.

[a] ANTISTITEM, qui sanctitatem baptismatis illicita usurpatione geminauerit, sacerdotio [b] indignum esse censemus. Eorũ enim condemnamus errorem, qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos, alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lauacri nomine polluentes.

Dat. XVI. Kal. Nouemb. Constantinop. Gratiano A. IIII. Merobande Coss.

COMMENTARIVS XII.

[a] ANTISTITEM, qui sanctitatẽ baptismatis illicita vsurpatione geminauerit.] *Licet Eymericus paulo antea ex cap. de quibus. de baptismo & eius effectu, docuerit baptismũ non esse iterandum, quod nos plenius commentario decimo huius partis diximus: nihilominus hic idẽ apertius tradit, addita pœna in errãtes. Decuit aũt de baptismo accurate disserere, & de eo certa dogmata tradere: quoniam baptismus omniũ sacramentorum est ianua: & ideo duas hic de eo leges tractãtes posuit, quarum prima iterari prohibet baptismum, & vtraque iterantibus pœnam irrogat.*

Quo intelligantur leges prohibentes iterari baptismum.

Hęc autem lex, & ceteræ tam ciuiles, q̃ canonicę, quæ iterari prohibent baptismum, intelligendæ sunt, quotiẽs baptismus collatus est in forma Ecclesię: is. n. nullo modo est iterãdus: at quotiens ab hæreticis in alia forma datus est, ille non dicitur iterari, cum numquam fuerit collatus. at que ita sunt intelligendæ auctoritates omnes, quæ solent adduci ad probandum baptizatos ab hæreticis iterum esse baptizandos: nã loquuntur, quotiens hæretici in baptismo cõferendo nõ seruarunt formã Ecclesiæ: secus si seruassent, cum ab hæreticis vera sacramẽta conferantur. Nec desunt rationes huic veritati de non iterando baptismo cõgruentes, de quibus Theologi lib. 4. sent. et Turrecremata in c. ecclesijs. de cõsecr. dist. 1. nã & fides vna est, & propterea baptismus, quod est fidei sacramentum, vnus esse dẽt. Rursus quia baptismus est q̃dã natiuitas et regeneratio, nec

Curbaptismus non iteretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

homo bis nascitur; & quia in baptismo cõmorimur Christo, qui semel mortuus est; & quia baptismus characterem imprimit, hoc est signum quoddam spirituale & indelebile, vt ait Concilium Trident. sess. 7. de sacramentis. cano. 9. & tãdem quoniam precipue in remedium peccati originalis institutus est: peccatum vero originale semel ablatum nunquam reuertitur. Beatus Clemens Papa lib. 6. cap. 15. constitut. Apostolicarum de causa non iterandi baptismi ita ait: Vt enim vnus est Deus, & vnus Christus,& Paraclitus vnus,sic vnus est Baptismus,qui in eius nomine datur.

Pœna iterantium baptismum.

b ¶ Sacerdotio indignum esse censemus.] *Hæc est pœna iterantium baptismum, & concordat ius canonicum in c. fi. de baptis. & eius effectu. vbi addit sacerdotes rebaptizantes excommunicari, & ab officio & beneficio deponi:* Siquis, *inquit Papa,* tale quid præsumpserit,excommunicationis mucrone percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponatur. *Et olim grauissimam etiam pœnam rebaptizantibus imposuerunt decreta in c. eos quos. de consecrat. dist. 4. vbi pœnitentia, quam agere debent, qui hoc scelus committunt, statuitur. Sed qui rebaptizat ob solum factum hac pœna puniendus est; nam si ita faciendum doceret, & in eo errore pertinax & obstinatus existeret, per omnia velut hæreticus impœnitens tractandus esset, & curiæ sæculari relinquendus.*

l. 2. Impp. HONOR. ET THEO. AA. ANTHEMIO P.P.

SI quis a rebaptizare quempiam de ministris catholicæ sectæ fuerit detectus, vnà cum eo, qui piaculare crimen commisit (si tamen b crimi nis per ætatem capax sit & hic, cui persuasum sit) vltimo supplicio percellatur.

Dat XII. Kal. April. C. P. Lucio VC. Cos.

COMMENT. XIII.

Rebaptizantis & rebaptizati pœna.

a SIQVIS rebaptizare.] *Vltimo afficitur supplicio rebaptizãs & rebaptizatus per hãc legẽ. Oportet tamen q; vtriusque malitia & consensus interueniat, vt aperte docet hic textus: quòd si rebaptizatus est aliquis ignoranter, non punitur; tamen ordinari non potest. c. qui bis. de consec. dist. 4.* Qui bis, *inquit,* ignoranter baptizati sunt,non indigent pro eo pœnitere, nisi quòd secundum canones ordinari non possunt, nisi magna aliqua necessitas cogat.

Sed nunquid hodie habebit locum pœna huius legis, cum rebaptizare malitiose sit in fide errare, & per consequens crimen ecclesiasticum. c. vt inquisitionis. § prohibemus. de hæret. lib. 6? & certum est secundum leges ecclesiasticas esse iudicandũ, ob proximam rationem, quia videlicet hoc crimen mere est ecclesiasticum: & rebaptizans & rebaptizatus ad misericordiam, si pœnituerint, recipientur, et perinde cum his ac cum ceteris, qui in fide errant, agendum erit.

An punitus in foro canonico possit puniri in foro ciuili.

Sed poterit ne iudex secularis deinceps per hãc legem imponere pœnam vltimi supplicij? & plane non poterit, cum sit crimen mere ecclesiasticum, de quo non iudicat laicus. d. c. vt inquisitionis. § prohibemus. de hæret. lib. 6. maxime cum pœna imposita à iudice ecclesiastico ẽt tendat ad vindictã. l. prætor edixit. § si dicatur. ff. de iniurijs. vbi Bar. & Doctores: secus autem esset dicendum in delictis mixti fori, vt in blasphemia: nam tunc pœna iudicis ecclesiastici non impediret pœnam iudicis secularis: de quo articulo, qui non spectat ad hunc locum, videto plene Antonium Gomezium lib. 3. varia. resolutio. cap. 1. num. 40.

b ¶ Si tamen criminis capax sit & hic, cui persuasum sit.] *Concordat l. 4. § vlt. cum l. infans. ff. ad l. Cornel. de sicar. & c. eos quos. § pueris aũt. de consec. dist. 4. nã ætati subuenitur & parcitur. nõ ergo aliter iuuenes puniendi sunt, q̃ si criminis, quod commiserunt capaces fuerint: quæ aũt dicatur ætas criminis capax, non satis constat inter Doctores, ut scripsi infra par. 3. super quarto modo processum fiendi terminandi. § His ita positis. neq; plane põt id p legem definiri, cum non oẽs ex æquo eodem tpe sint doli capaces, cũ alij alijs iudicio præstent, & iõ non male dixeris hoc iudicũ arbitrio esse relinquẽdum, vt scripsit Dec. in l. pupillũ. ff. de reg. iu. n. 2. et Io. Anania in c. 1. de delictis puer. Præterea etiãsi pueri doli seu criminis capaces sint, adhuc mitius puniri debent, primum quoniam adolescentia est veluti suapte natura ad vitia labilis & prona: & ideo siquis peccauerit adolescens, magis est adscribẽdum ætatis vitio, q̃ pertinaci malitiæ et improbitati. Rursus quia huic ætati nondũ est plenum rationis iudicium atq; consilium, vt testatur Arist. lib. 1. Poli. c. vlt. & Cic. lib. 1. Offic. et Iurisconsultus in l. 1. ff. de mino. vbi asserit fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium; & propterea minoribus xxv. annis auxilium prætor eo edicto pollicetur. tandem iõ ætati parcitur, quia spes est iuuenes emendatiores futuros, vitiaque vnà cum adolescentia deposituros.*

Doli capax quis dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.

Cur adolescentes mitius puniri debeant.

Tametsi vero ætati parcendum sit, non propterea omnino est impunitum relinquẽdum quod adolescens cõmiserit, quãdo crimen in ea ætate cõmissum est, in qua põt cadere. l. impunitas. C. de pœnis, ca. siquis cuiuslibet. in fine. & ibi glossa 21. q. 5. Qui autem omnino doli capax non est, is nullo modo punitur. l. illud relatum. ff. de iureiur. cap. illud. 15. q. 1. tradit Antoninus in 2. par. 3. par. principalis. tit. 30. c. 1.

Iuuenes in tribunali inquisitionis mitius etiã puniendi.

In hoc vero hæresis crimine hæc etiam locũ habent: primum, quia cum in alijs tribunalibus, vbi nõ est tãta misericordiæ locus ætati parcatur, aut aliquid condonetur, multo magis aut obseruari dẽt in iudicio misericordiæ et benignitatis. Ad hæc quo niam difficilius potest credi iuuenes in hoc crimine hæresis & malitia & animi improbitate peccare, q̃ alijs veluti homicidijs, adulterijs, furtis, rapinis, et similibus: quia crimẽ hæresis cũ sit spirituale, q̃d mente & intellectu cõcipitur et perficitur, nõ ita facile credẽdum est ab adolescẽtibus patrari, qui nõdũ habẽt perfectã intellectus ratiocinationẽ, nec ita cõperta habẽt Christianæ fidei dogmata: q̃d tũc maxime

xime locum sibi vendicaret, cum ab alijs veluti parentibus aut magistris decepti forent, vt dixi infra in hac 1. parte, super quæst. 7. § sit sexta regula.

Illud hic addiderim, quod est valde singulare, quòd si quis delinquens propter ætatem teneram aut mitius, aut nullo modo punitus est, non poterit effectus maior amplius de eodem ipso delicto puniri. ita Hyppolitus Marsilius in l. infans. ff. de sicarijs. & in l. de minore. in prin. vers. & an minor. ff. de quæst. quem sequitur Tiraquellus tract. de pœnis temperandis, aut remitten. causa 7. num. 8. quod & verissimum puto.

DE CELEBRATIONE Missar. de volumine maiori Decretalium.

Si qua verba sunt in canone Missæ, quæ ab Euangelistis dicta non fuerunt, credere debemus, quod à Christo Apostoli, & ab Apostolis eorum successores acceperunt. Et hoc dicit vsque ad §. Quæsiuisti.

† Ex vetustis codicibus restitutus est hic locus, nã in vulgatis corruptissime prius legebatur ita: Quæsiuisti q̃ sit forma verborum, quã ipse Christus, &c. ex quibus nullus poterat sanus sensus colligi.

VM a Marthæ: & infra. Quæsiuisti, quis † formæ verborum, quam ipse Christus expressit, cum in corpus & sanguinem suum, panem transubstantiauit & vinum, illud in canone Missæ, quo Ecclesia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus Euangelistarum legitur expressisse. Cum enim in Euangelio sic legatur: Accipiens calicem gratias agens benedixit, & dedit discipulis suis, dicens: bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum: In canone Missæ sermo iste, videlicet mysterium fidei: verbis ipsis interpositus inuenitur. Vnde cũ non Euangelista Christum hoc dixisse testetur, miraris, quòd aliquis asseuerare tentauerit, eum aliquid plus dixisse, quàm aliquis Euangelistarum asseueret. Verũ si formam ipsius canonis inspicias diligenter, præter hoc, de quo tua fraternitas requisiuit, alia duo, videlicet: Eleuatis oculis in cælum: &, æterni testamenti: poteris in ipso canone reperire, quæ in textu Euangelico non leguntur. Sane b multa tam de verbis, quàm de factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omissa, quæ Apostoli vel suppleuisse verbo, vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apostolorum sic ait: Meminisse vos oportet verbi Domini Iesu, qui dixit: Beatius † est dare quàm accipere. hæc nullus quattuor Euangelistarum descripsit: nullus etiam horum expressit, quod Paulus de Christo ad Corinth. scribens ait: Visus est plus quàm quingentis fratribus simul: deinde visus est Iacobo, nouissime autẽ tamquã abortiuo visus est & mihi. Ipsi etiam Euangelistæ mutuo inter se suppleuisse leguntur, quæ ab eorum aliquo vel aliquibus sunt omissa. Vnde cum tres Euangelistæ posuerint, Hoc est corpus meum: solus Lucas adiecit, quod pro vobis traditur. & cum Matthæus & Marcus dicant, pro multis: Lucas dicit, pro vobis; Matthæus autem in remissionem peccatorum adiunxit. Ceterum ea quæ adduntur in canone Missæ, possunt ex aliis locis Euangelij comprobari. Ioannes enim suscitationem Lazari describens, Iesum sursum oculos leuasse asserit, & dixisse: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me. & infra: Si tunc igitur in cælum oculos leuauit ad Patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit: probabilius esse videtur, quòd tunc oculos leuauerit ad Patrem in cælum, cum panem & vinum in corpus & sanguinem proprium commutauit. Ceterum, sicut superius est expressum, cum in textu Euangelico: noui testamenti: ponatur, hic interponitur; & æterni: nam vetus testamentum, quod hircorum & vitulorum fuit sanguine dedicatũ, temporalia promittebat: nouum autem, quod est Christi sanguine consecratum, promittit æterna: & ideo testamentum illud fuit vetus & transitorium: hoc autem nouum est & æternũ. Vel, vt vtamur alia ratione: vnde nouum, id est vltimum esse describitur, inde æternum, id est perpetuum comprobatur. Nouissimum etenim hominis testamentum † immobile perseuerat: quia testatoris obitu confirmatur: iuxta quod Apostolus testamentum in morte asserit confirmatum: alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur. Præterea non solum scriptura, sed etiam promissio dicitur testamentum: iuxta quod Apostolus ipse scribit: Ideo noui testamenti mediator est, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt hæreditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipso canone reperitur: hic est enim sanguis meus noui & æterni testamenti: ideſt, nouæ ac æternæ promissionis, scilicet confirmator, sicut Dominus repromittit: Qui mãducat (inquiens) carnem meam, & sanguinem meum bibit, habet vitam æternam. Ex eo autem verbo, de quo mouit tua fraternitas quæstionem, videlicet: mysterium fidei: munimentum erroris † quidam trahere putauerunt, dicentes, in sacramento altaris non esse corporis Christi & sanguinis veritatem, sed immaginem tantum & speciem, & figuram: pro eo quod scriptura interdum commemorat id quod in altari suscipitur, esse sacramentũ & mysterium, & exẽplũ. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quòd nec auctoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacramenta Dei suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sacramentum altaris, veritas esse negatur: ergo nec mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) veritas est credenda. Siquidem mortem & resurrectionem Christi, similitudinem & imaginem esse Apostolus manifestat: Christus, inquiens, mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostram. Apostolorum etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Sic ergo tam mors Christi, q̃ eius resurrectio est exemplum, vt & nos peccato mortui, iustitiæ iam viuamus: quare si non fuit veritas, quia fuit exemplum: ergo nec vere mortuus fuit Christus: nec

Marc. 14.

Ioan. 11.

† Hic post dictionem, testamentum, ẽ dictio, morte, in plerisque recentioribus codicibus, quæ tamen deest in omnibus antiquis, nec esse debet vt indicant sequentia.

† Damnatur in concilio Trident. sessio. 13. de sacramẽto Eucharistiæ, c. 1. & cano. 1.

Rom. 6.
1. Cor. 15.
1. Pet. 2.

† In omnibus antiquis ita: beatius ẽ magis dare, quàm accipere.

1. Cor. 15.

Luc. 22.
Matth. 26.

Act. 20.

vere

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isa.33.

vere à mortuis resurrexit. Sed absit à fidelium cordibus error iste, cum Propheta de ipso testetur: quòd vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniá aliud ibi creditur, quàm cernatur: & aliud cernitur, quàm credatur. Cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus vnitatis & charitatis: & infra. Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quæ sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spiritualem. Forma est panis & vini: veritas carnis & sanguinis: virtus vnitatis & charitatis. Primum est sacramentum, & non res: secundum est sacramentum, & res: tertium est res, & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminæ rei. Secundum est sacramentum vnius, & alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur, quòd formam verborum, sicut in canone reperitur, & à Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem: hoc dicit vsque ad §. Tertio loco. Abbas.

Quæsiuisti e etiam, vtrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur? Super hoc autem opiniones apud Scholasticos variantur. Aliquibus enim videtur, quòd cum de latere Christi duo præcipua fluxerint sacramenta, redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua: in illa duo vinum & aqua, quæ commiscentur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc sacramento plena sit veritas & figura. Alii vero tenent, quòd aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino: licet physici contrarium asseuerent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Præterea potest dici, quòd aqua non transit in sanguinem, sed remanet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quòd vini saporem assumit. quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem: illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eis latet, vndique circunfunditur, non madidans circunfusum: ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur, accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare: Cedit quippe natura miraculo: & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur aut absurdum: si aqua in corpore Christi esse credatur, cũ legatur de ipsius latere † processisse: & infra. Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior iudicatur, quę asserit, aquam cum vino in sanguiné transmutari: vt expressius elucceat proprietas sacramenti. Nam cum aquæ multæ sint populi multi, iuxta quod alibi legitur: Beati qui

Ioan.19. † al. corpore.

Isa.37.

A seminatis super omnes aquas: ideo vino aqua vnitur, vt Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, vt qui est vnum cum Patre per ineffabilem vnitatẽ; fiat vnum nobiscum per admirabilem vnionem: ac per hoc ipso communiter mediante cum Patre vnum efficimur: Pater inquit sancte, serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos: non pro his rogo tãtum, sed pro eis qui crediturí sunt per verbum eorum in me, vt & ipsi in nobis vnũ sint, & mundus credat quia tu me misisti. Ioa.17.

B *Oratio quæ dicitur in secreta in festo sancti Leonis immutata est; quia vbi dicebatur: Annue nobis Domine, vt animę famuli tui Leonis, hæc prosit oblatio: hodie dicitur; vt intercessione nobis beati Leonis, hæc nobis prosit oblatio. Et hæc mutatio contingit, quia Sancti nostri orationibus non indigent, sed nos suis, hoc dicit vsque ad finem. Abbas.*

Tertio d loco Fraternitas tua requisiuit, quare fuerit mutatum quod in secreta beati Leonis secundum antiquiores codices continetur, sic videlicet: Annue nobis Domine; vt animæ famuli
C tui Leonis hæc prosit oblatio: cum in modernis sacramentarijs habeatur: Annue nobis quęsumus Domine, vt intercessione beati Leonis hęc nobis prosit oblatio? Super quo respondemus, quòd cũ sacræ scripturæ dicat auctoritas†, quòd iniuriam facit martyri qui orat pro martyre: idem est ratione consimili de alijs sanctis sentiendum: quia orationibus nostris non indigent, pro eo quòd cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt: sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miseri simus) vndique mala nostra perturbant. Vnde quod in plerisque orationibus continetur, prosit vel proficiat huic sancto
D vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, vt ad hoc prosit, quod † magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum, sanctorum gloriam vsque ad iudicium augmentari: & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum vtrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quòd defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: vnde suffragia, quæ fiũt à fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum: pro valde malis, consolationes viuorum; expia-
E tiones vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget.

† Hoc dictũ est sancti Augustini de verbis Apostoli sermone 17. refertur li. 4. sent. dist. 43. cap. 1

† al. quod magis ac melius, &c.

COMMENT. XIIII.

c CVM Marthæ: & infra.] *Optime conuenit hæc decretalis cum instituto auctoris: nam multę in ea definiuntur catholicę veritates, quę ad plantandam & augendã fidem spectant. series eius indicat tria catholica dogmata potissima declarari.*

Primum

Primum est: Si quæ sunt verba in celebratione Missæ cum sacramentum conficitur, quæ nominatim in Euangelio non contineantur, credendum est Apostolos à Christo, & nos ab ipsis per traditionem accepisse.

Alterum est: In sacramento Eucharistiæ aquam illam modicam vino commixtam, simul cum vino in sanguinem conuerti.

Postremum est: Sanctos in cælo cum Deo regnãtes non indigere precibus nostris, sed potius nos illorum intercessionibus.

De auctoritate traditionum ecclesiasticarum.

b ¶ Sane multa tam de verbis quàm de factis Dominicis.] *Hic incipit respondere quæstioni propositæ, docens auctoritatem magnam & inuiolabilem Apostolicarum traditionum. est enim inuiolabilis regula, ritus Ecclesiæ vniuersalis, antiquos & approbatos, quorum memoria non extat, tam circa sacramenta conficienda & ministranda, quàm circa ministros Ecclesiasticos, & Ecclesiastica ministeria, quorum in Euangelio nulla mentio est, Christum aut viuæ vocis oraculo, aut per reuelationem à Spiritu sancto Apostolis tradidisse: Apostolos vero suis successoribus indicasse, & obseruãdos reliquisse: nec Apostolicæ traditiones minorem auctoritatem habent, quàm sacra ipsa scriptura: nã traditiones Ecclesiæ, scriptura sunt antiquiores. Christus enim Dominus librum nullum scripsit, immo, quantum legimus, nec præcepit vt scriberetur,* Euntes, *ait,* prædicate Euangelium omni creaturæ. *non dixit,* scribite, *Marci vltimo, & lex quidem Euangelica, quæ lex Spiritus est, ab initio nullis est litteris exarata, sed credenda fidelibus prædicata. & Apostoli prius Euangelium viua voce docuerunt, deinde mandarunt litteris, vt graues & idonei testes profitentur. Irenæus lib. 3. cap. 1. aduersus hæreses. Eusebius luculenter lib. 3. histo. Eccle. c. 24. Chrysostomus homilia 1. in Matt. Theophilactus initio comment. in Matth. denique vniuersi Ecclesiastici auctores. Quę ergo documenta in scripturam redacta sunt, scripturam vocamus: quę autem non sunt scripta, quia non fuit visum Spiritui sancto necessarium, & Ecclesia retinet ab Apostolis accepta, traditiones dicimus. Perpetuam Marię matris Dei virginitatem, Paruulos esse baptizandos, Sanctorum auxilium esse implorandum, eorum memoriam pie esse colendam, & eorum imagines adorandas, & sexcenta huiusmodi, quę longum esset recensere, nullis sunt sacris litteris prodita, sed quia traditione Apostolica tenet Ecclesia, perinde ea certa sunt ac si in Euangelio scripta essent. & talia sunt hęc, de quibus hic disserit Romanus Pontifex.*

Atque hęc quidem breuiter satis sit attulisse ad hunc locum illustrãdum, qui ab hæreticis nostri seculi valde laceratur: nam cetera persequi, quę ad traditiones spectant, alterius est loci, nec nostrę breuitatis aut instituti ac de vi quidem & auctoritate Apostolicarum traditionum multa Clemens Papa Romanus, qui octo libris vniuersas fere Apostolorum traditiones dicitur esse complexus. multa etiam Carolus Bouius in præfatione ad præfatos libros Clementis; & Martinus Perez ab Ayala Archiepiscopus Valentinus peculiari libro de traditionibus Ecclesiasticis: & eleganter more suo Melchior Canus toto libro: de locis Theologicis, apud quem inuenies ibidem c. 4. (quòd est in hac materia potissimum) quibus modis traditiones Apostolicę inuestigentur & cognoscantur. atque vt breui concludam, traditionum quanta sit auctoritas, docuit concilium Tridentinum sess. 4. in decreto de canonicis scripturis: ubi Ecclesiasticas traditiones, pari pietatis affectu & reuerentia cum sacra ipsa scriptura suscipiendas & venerandas docet.

Aqua vino commixta p consecrationem in sanguinem Domini cõuertitur.

c ¶ Quæsiuisti etiam, vtrum aqua cum vinò in sanguinem conuertatur.] *Hęc est secunda catholica assertio, quòd aqua scilicet cũ vino in Christi sanguinem conuertatur. obiter autem tres commemorat Papa opiniones. Vna est dicentium, aquam vino commixtam peracta consecratione seorsum manere: quæ tamen opinio vera esse nequit, cum per consecrationem nihil aliud sub speciebus sacramentalibus remaneat, quàm corpus & sanguis Christi. Secunda opinio est asserentium, quòd sicut vinum transubstantiatur in sanguinem, ita & aqua in illam, quę de latere Christi effluxit. sed neque hoc est verum: nam si ita esset, deberet vinum per se, & aqua seorsum consecrari. Tertia demum est sententia eademque certissima, quam hoc loco approbat Papa, videlicet aquam prius in vinum conuerti, inde vinum in sanguinem, hoc est Pontificis institutum in hoc §. ad quod intelligendum videto quæ scribunt Theologi lib. 4. sentent. distinct. 9. vbi late Dominicus Sotus q. 1. artic. 6. & sanctus Thomas 3. par. q. 74. art. 6. adde c. 1. & c. cum omne. de consecrat. distin. 2. vbi pulchra sunt de hac re Pontificum decreta.*

Quòd vero aqua vino sit miscenda in hoc ineffabili sacrificio, non fuit Alexandri Pontificis institutum, vt male sensit Armachanus lib 9. cap. 9. sed ita fieri debere Christus docuit Apostolos, & illi nobis obseruandum tradiderunt, vt luculenter probat sanctus Cyprianus lib. 2. epistolarum Epist. 3. ad Cęcilium, & refertur in cap. sic in sanctificando. & in cap. scriptura. de consecra. dist. 2. & docet item concilium Chartaginense 3. cap. 24. relatum in cap. in sacramento. de consecra dist. 2. quod recte etiam prędicato loco Sotus ostendit. cetera huc spectantia Theologis libenter tractanda relinquo; non enim spectant ad Eymerici institutum.

Traditione Apostolica auxiliũ sanctorum imploramus.

d ¶ Tertio loco fraternitas tua requisiuit.] *Hoc est postremum dogma, in quo nulla occurrit difficultas, conuenit cum eo doctrina concilij Tridentini sessio. 25. in principio. de inuocatione Sanctorũ. adde Melchiorem Canum lib. 3. de locis Theologicis, c. 3. vers. multa pertinere. vbi vere docet traditione Apostolica constare, Sanctorum auxilium & preces implorandas. contra senserunt olim Pauperes de Lugduno, vt refert Eymericus p. 2. q. 14. hęres. 15. quem errorem huius seculi hæretici quasi ab inferis excitantes, renouant, quorum deprauatus animus, & mens deperdita eo mihi potissimum spectare videtur, vt in odium Ecclesię catholicę Romanę excitent quidquid impium, & blasphemum vnquam assertum est.*

INHI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

INHIBITIO FACTA DE A mandato Domini Gregorii XI.

Ne tres hic inserti articuli de corpore Christi deinceps prędicentur sub pœna excommunicationis.

Condemnatio quorundam articulorum de sacramento Eucharistiæ Fratris Petri de Bonageta, ordinis Fratrum Minorum, & quorundam aliorum facta per Gregorium XI.

MISERATIONE diuina Petrus sancti Eustachij, & Guillermus, sancti Angeli Diaconi Cardinales, Reuerendis Patribus Tarracon. & Cæsarauguſtan. prouinciarum, Archiepiſcopis, eorumque ſuffraganeis; necnon Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis à ſede Apoſtolica in ipſis prouincijs deputatis, Salutem & ſinceram in Domino charitatem.

Relatione religioſi fratris Nicolai Eymerici magiſtri in Theologia, ac in dictis prouincijs hæreticæ prauitatis Inquiſitoris, ad audientiam Domini noſtri Papæ nuper peruenit, quòd tam in veſtris quàm in ſuffraganeorum veſtrorum Eccleſijs palam & publice per certos religioſos prædicati † fuerunt tres articuli ſubſequentes in effectu.

† De prędicantibus errores, vide quid ſtatuat concilij Tridentinij ſeſſio. 5. de refor. c. 2. §. ſi vero qđ abſit.

Primus, a qđ ſi hoſtia cõſecrata cadat, ſeu proijciatur in cloacã, lutum, ſeu aliquem turpem locum; quòd ſpeciebus remanentibus, ſub eis eſſe deſinit corpus Chriſti, & redit ſubſtantia panis.

Secundus, quòd ſi hoſtia conſecrata à mure corrodatur, ſeu à bruto ſumatur, quòd remanentibus dictis ſpeciebus: ſub eis deſinit eſſe corpus Chriſti, & redit ſubſtantia panis.

Tertius, quòd ſi hoſtia conſecrata à iuſto vel à peccatore ſumatur, quòd dum ſpecies dentibus teritur, Chriſtus ad cælum rapitur, & in ventrem hominis non traijcitur. D

Supplicato igitur per ipſum Inquiſitorem eidem Domino noſtro Papæ ſuper huiuſmodi articulis, ex quorum prędicatione poſſent ſcandala ſuſcitari ſalubriter prouideri: Idem Dominus noſter Papa, nobis ibidem præſentibus, viuæ vocis oraculo expreſſe commiſit, quatenus auctoritate ſua Apoſtolica vobis mãdaremus, vt omnis moræ ſublato diſpendio in dictis veſtris prouincijs ſub pœna excommunicationis inhibeatis; ne quis deinceps dictos articulos publice præſumat prædicare. Nos igitur Petrus & Guillermus Cardinales prędicti, huiuſmodi E mandatum Apoſtolicum cupientes exequi, vt tenemur: vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, Ne ab inde in antea dictos articulos, ſeu eorũ alterum, ſub eiſdem, vel aliis verbis idem ſonantibus in ſubſtantia ſeu in effectu, in veſtris Eccleſijs vel alibi palam ſeu publice prędicari à quoquam permittatis: & hoc ſub pœna excommunicationis: qua contrarium facientes innodetis ipſo facto. Notificantes vobis nihilominus ſimili mandato per ipſum Dominum noſtrum Papam nobis facto, quòd idem Dominus noſter Papa Fratri Ioanni de Latone ordinis fratrum Minorum, qui aliquos de dictis articulis in veſtris Eccleſijs frequenter recitando prædicauerat, inhiberi fecit ſub pœna excommunicationis, ne dictos articulos de cetero publice prædicare præſumat. In quorum omnium teſtimonium, ſigilla noſtra præſentibus duximus imponenda. Datum apud Villam nouam Auinion. dioc. ceſis, die viii. menſis Auguſti Anno Domini, Milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo primo, Indictione Nona. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris Domini Domini noſtri Gregorii diuina prouidentia Papæ XI. Anno primo. B

COMMENTARIVS XV.

a PRIMVS, quòd ſi hoſtia conſecrata cadat, ſeu proiiciatur in cloacam, lutum.] *Hi tres articuli de receſſu corporis Chriſti à ſpeciebus ſacramentalibus, & de reuerſione ſubſtantiæ panis, quotiens Euchariſtia cadit in locum immũdum, aut à bruto animali manducatur, aut à iuſto vel peccatore homine dentibus teritur, valde ſunt impij: & concors Theologorum ſententia contrarium docet lib. 4. ſen. diſt. 9. & diſt. 12. ex quibus colligitur hęc certa & vera concluſio: Tamdiu manet corpus & ſanguis Chriſti in hoc ſacramento, quamdiu manent ſpecies panis & vini; tamdiu vero manent ſpecies, quamdiu ſub illis maneret ſubſtantia panis & vini. Manifeſtum eſt autem, quòd ſi peccator, vel mus, vel aliud animal ſumeret panem & vinum, nonvilico illæ ſubſtantię eſſe deſinerent, aut corrumperentur, ſed durarent quouſque per calorem naturalem eſſent digeſtę & conſumptæ: ſit ergo vt vſque ad illud momẽtum maneat corpus, & ſanguis Chriſti ſub illis. Idem penitus eſt dicendum, ſi in locum immundum ſpecies ſacramentales eciderint. ita S. Thomas 3. par. q. 80. art. 3. Sotus lib. 4. ſent. diſt. 12. q. 1. art. 3. Denique, vt breuiter agam, hanc ſententiam catholicam probare videtur Concilium Tridentinum ſeſſio. 13. cap. 4 hos autem errores tenuit Vuicleffus, contra quem diſſerit Thomas Valdenſis tom. 2. de ſacramentis, c. 60.* C

Manet Chriſtus in ſpecie bus ſacramẽtalibus à quibuſcuque ſumatur.

His erroribus prorſus eſt ſimilis ille, quem tradit Hugo lib. 2. de ſacramentis, par. 8. c. 13. & Innocentius lib. 4. cap. 15. de myſterio Miſſę, & gloſſa in c. tribus in verbo, miſcere. de conſecratio. diſtin. 2. videlicet, ſpecies ſacramentales non deſcendere in ſtomachum: nam re vera deſcendunt, aliter non proijcerentur per vomitum; quod eſt contra textũ in c. ſi quis per ebrietatem. de conſecrat. diſt. 2. & contra communem et catholicã Theologorum ſententiam. Neque hoc vergit in detrimentum, aut dedecus dignitatis corporis Chriſti, cui nihil plane dignitatis detractum fuit ex eo quod à peccatoribus, & conſpurcari ſputis, & cædi alapis, & crucifigi voluit. & quamuis brutum animal hoc venerabile ſacramentum deglutiat, non tamen id ſacramentaliter ſumit, quoniã non poteſt eo vti vt ſacramento, cum ſit rationis expers, ſed ſumit corpus Chriſti per accidens, ſicut ille, qui comederet hoſtiam conſecratam, ignorans conſecratam eſſe. D

SYM-

SYMBOLVM APOSTOLORVM.

CREDO a in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ: Et in Ieſum Chriſtum, Filium eius vnicum, Dominum noſtrum: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus: Deſcendit ad inferos: Tertia die reſurrexit à mortuis: Aſcendit ad cælos: Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus eſt iudicare viuos & mortuos: Credo in Spiritũ ſanctum, ſanctam Eccleſiam catholicã, ſanctorum communionem, remiſsionem peccatorum, carnis reſurrectionem, vitam æternam. Amen. A B

COMMENT. XVI.

a CREDO in Deum.] *Optime ait beatus Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. quem ſequitur S. Antoninus part. 4. tit. 8. cap. 4. §. 3. Symbolum eſſe collectionem ſententiarum fidei, quoniã in eo ſint collectæ illæ ſententiæ ſeu articuli ad fidem ſpectantes, quos neceſſarium eſt explicite credere; qui in ſacra ſcriptura varijs locis diſperſi continentur. Sunt autem eiuſmodi ſymbola multa, vt paulo poſt dicemus: hoc tamen omnium eſt primum, & appoſite valde dicitur, Apoſtolorum Symbolum: quia procul dubio illud Apoſtoli primum condiderunt: cauſam docet ſanctus Clemens Papa in epiſtola ad Iacobum fratrem Domini in hæc verba:* Chriſto itaque reſurgente, & aſcendente in cælum, miſſo ſancto Spiritu, collata Apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in vno poſiti, ſymbolum quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque quod ſenſit dicendo, condiderunt: vt diſcedentes ab inuicem hanc regulam per omnes gentes prędicarent. *& paulo poſt:* Symbolum enim Græce, Latine collatio dicitur. Et hoc prædicti ſancti Apoſtoli inter ſe, per Spiritum ſanctum ſalubriter (vt dictum eſt) condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. *Hactenus ibi.* D

Symbolum Apoſtolorũ cur conditũ.

Et ſanctus Auguſtinus de tempore, ſermone 181. de eodem ita ſcribit: Sancti Apoſtoli certam regulam fidei tradiderunt, quam ſecundum numerum Apoſtolicum, duodecim ſententiis comprehenſum, ſymbolum vocauerunt: per quã credentes Catholicam tenerent veritatẽ, & per quã hæreticam conuincerent prauitatem. Symbolum ergo tali ratione inſtitutum maiores noſtri dixerunt: tradunt enim quòd poſt Aſcenſionem Domini, & Saluatoris noſtri ad Patrem cum per aduẽtum Spiritus ſancti diſcipuli eius inflammati linguis omnium loquerentur ad ſingulas quaſque nationes, vt Dei verbum prædicarent, ituri ac diſceſſuri ab inuicem, normam prius ſibi futuræ prædicationis in commune ſtatuerunt, ne localiter ab inuicem diſcedentes, diuerſum vel diſſonum prædicarent his, qui ad fidem Chriſti inuitabantur. Omnes igitur in vno poſiti, & E Spiritu ſancto repleti, breue ſuæ prædicationis iudicium conferendo in vnum, quod ſentiebat vnuſquiſque computabat, atque hanc ita credentibus dandam eſſe regulam inſtituerunt. *Hactenus Auguſtinus.*

Symbolo vincũtur hęretici.

Hoc ſymbolo Apoſtolorum totidem ſententijs diuinitus conſignato, veluti acutiſsimo quodam gladio omnes hęreticorum errores poſſe detruncari aſſerit Leo Papa eius nominis primus, epiſtola quadam: quæ eſt 13. ad Pulcheriam Auguſtam in hæc verba: Siquidem ipſius Catholici ſymboli breuis & perfecta confeſsio, quæ duodecim Apoſtolorum, totidem eſt ſignata ſententijs, tam inſtructa ſit munitione cæleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius poſsint gladio detruncari. Cuius ſymboli plenitudinem, ſi Eutyches puro & ſimplici voluiſſet corde concipere, in nullo à decretis ſacratiſsimi Nicæni concilij deuiaret, vt contra Apoſtolicam fidem, quæ non niſi vna eſt, nullum ſe ingenium, nullum eleuaret eloquium. *Hactenus ille. Hoc ſymbolum pulchre interpretatur ſanctus Auguſtinus tom. 3. lib. de fide & ſymbolo. item tom. 9. de Symbolo ad catechumenos libris quatuor. & tom. 10. de tempore, ſermone 115. & ſanctus Thomas quodam opuſculo de hac re conſcripto incipiente:* Primum, quod eſt neceſſarium. C

SYMBOLVM SANCTORVM PATRVM.

CREDO a in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium: Et in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, filium Dei vnigenitum: Et ex Patre natum, ante omnia ſæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: Genitum, non factum, conſubſtantialem Patri: per quem omnia facta ſunt: Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis: Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine: Et homo factus eſt: Crucifixus etiam pro nobis: ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt: Et reſurrexit tertia die, ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in cælum, ſedet ad dexteram Patris: & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis; Et in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem: qui ex Patre filioque procedit: Qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas; Et vnam ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam: Confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum: Et expecto reſurrectionem mortuorum: Et vitam venturi ſæculi. Amen. F

COMMENT. XVII.

Symbolum ſanctorũ Patrum quod dicatur, & vbi conditũ.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem.] *Cum præter Symbolum Apoſtolorum, de quo paulo antea dictum eſt, extent duo alia ſymbola Nicænum & Conſtantinopolitanum*

Universidad de Deusto
Biblioteca

num; & vtrumque eadem serie verborum videatur esse ordinatum; dubium videri posset, quod ex illis vocet hic Eymericus symbolum sanctorum patrum sed nos Symbolum Nicæni concilij hic dici sanctorum patrum credimus: & ita etiam S. Anton. sentit, par. 4. tit. 8. c. 4. §. 3. quod fuit conditum contra Arium in synodo Nicæna, & à 318. Episcopis subscriptum & confirmatum, de quo Nicephorus Callistus lib. 8. cap. 17. scribit ita: Productus est in medium Arius, atque de eis, quæ ab ipso in questionem deducta fuerant, diligens & accurata disquisitio facta. In primis vero cauebatur, ne temere atque præcipitanter in alterutram partem sententiæ proferrentur. & paulo infra. Sed enim professio fidei à trecentis & decem & octo episcopis in scriptum relata, atque ab eisdem, & simul à sapientissimo Constantino annotationibus confirmata, quæ etiam nunc Ecclesijs olim tradita obtinet, de verbo ad verbum sic habebat: Credimus in vnũ Deum, &c. Cum itaque absolute & simpliciter dicitur aut nominatur symbolum sanctorum Patrum, per excellentiam symbolum Nicenum intelligẽdum esse crederem: quamquam & symbolum Constantinopolitanum intelligi etiam videri possit propter Decretũ concilij Toletani III. c. 2. vbi id symbolum in Missarum solemnitatibus iubetur recitari.

Hoc ipsum Symbolum eadem fere serie verborum, & sententia penitus eadem seruata, in synodo Constantinopolitana prima, habita à centum quinquaginta Episcopis sub Theodosio maiore era 419. aduersus Macedonium repetitum fuit & ordinatum: idem autem Symbolum, siue Nicænum, siue Constantinopolitanum, (quia vt dixi non differunt) in multis concilijs repetitum est, veluti in sexta synodo Constantinopolitana actio. 17. in concilio Chalcedonensi actio. 2 & alibi sæpe.

In his Symbolis illud est diligenter obseruandum, quod notat sanctus Thomas 1. par. q. 36. art. 2. ad 2. argumẽtum, & sanctus Antoninus 4. par. ti. 8. c. 4. §. 3. videlicet, in vno explicatius & apertius quæpiam tradi, quàm in alio; non tamen condebatur nouum symbolum: ait enim sanctus Thomas in singulis fere concilijs institutum fuisse Symbolum aliquod propter aliquem errorem, qui in eo concilio damnabatur, sequens tamen concilium non faciebat aliud symbolum quàm primũ; sed id quod implicite continebatur in vno symbolo, in alio explanabatur contra hæreses insurgentes, quod sæpe alibi repetit, & præsertim 2. 2. quæ. 1. art. 9. & lib. 3 sent. dist. 25. quæst. 2. art. 2.

Hinc intelliges mentiri Græcos, qui asserunt ea verba, filioque, addita esse perperam à Latinis, cum in antiquis symbolis non reperiantur; quia enim olim is error de processione Spiritus sancti nondum erat exortus, non oportuit in symbolo id ampliare & declarare. Iam quòd ea verba non sint additio, sed expositio eius quod inerat, diuinitus declarat concilium Florentinum sub Eugenio iiij. sessio. 6.

Cur & quando Symbolũ in Ecclesiis cantari cœptum.

De his Symbolis multa fit à sacris Doctoribus & approbatis concilijs passim mentio.

Id vero nullo modo est prætermittendum quod quidam sentiunt, nempe hęc symbola in Ecclesijs orientalibus ad mentes hominum in fide confirmandas inter Missarum solennia iussa esse recitari, quo tempore Arij, Sabellij, & ceterorum hæreses, pacem & fidem orientalium Ecclesiarum perturbabant: inde vero ad Ecclesias occidentales eam consuetudinem peruenisse; & in Hispania in concilio Toletano tertio, sub Pelagio Papa eius nominis secundo, æra 627. celebrato, cautum est, vt Symbolum hoc in Ecclesijs recitaretur ad corroborandas inualidas hominum mentes, vt in decretis eius concilij, c. 2. scriptum est. Ceterum verisimilius alij putant, in quibus est Franciscus Feuardẽtius apud Irenæum lib. 2. cap. 2. Iam Apostolos ipsos Symbolum decantasse dum sacrosancta Eucharistię mysteria celebrarent, vt colligitur ex Dionysio Areopagita cap. 3. ecclesiast. hierarchię. Optimo autem consilio hæc recitauit Eymericus, quia maxime ad institutum suum expectant, cum potissimum his fidei fundetur & fulciatur.

REGVLA, FIDEI BEATI
Athanasij Episcopi ab Ecclesia approbata.

QVICVNQVE vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem: Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit, absque dubio in æternum peribit. Fides autem catholica hæc est: vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. Neque confundentes personas: neque substantiam separantes: Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus. Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus. Et tamen non tres æterni, sed vnus æternus. Sicut non tres increati nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus: similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus. Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus. Quia sicut sigillatim vnamquamque personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: Ita tres Deos aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Vnus ergo Pater, non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti. Et

cti. Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius; nihil maius, aut minus: sed totę tres personæ coęternæ sibi sunt, & coæquales: Ita vt per omnia, sicut iam supra dictũ est, & vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat. Sed necessariũ est ad ęternam salutem, vt incarnationem quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur; quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius: Deus & homo est. Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, & homo est ex substantia Matris, in sęculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali & humana carne subsistens. Æqualis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cælos: sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Hęc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

fidei mysteria breui oratione in ea comprehendantur. Id solum obseruandum hic censeo contra Græcos, qui negant Spiritum sanctum procedere etiam à Filio, hunc Athanasium primarium eorum Doctorem contra asserere, ibi: Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. *id quod alibi etiam monuimus.*

Quę vero de Athanasii regula proxime dicta sunt, eadem accipienda sunt de confessione sancti Hieronymi, & de libro de fide ad Petrum sancti Augustini, quę mox inferuntur ab Eymerico: ex quibus multę catholicę veritates colliguntur, quod multum spectat ad eius institutum in hac parte: in quibus etiam plurima sunt valde obscura, & quasi latentem spiritum continentia, quę à nobis ideo sunt omissa, ne volumen in immensum cresceret, & quia hęc tractatio ad Theologos proprie spectat, nec est presentis speculationis, ac instituti.

COMMENT. XVIII.

Athanasij regula cur dicta, contra quos edita, & quis Athanasius.

a REgula fidei sancti Athanasii.] *In omnibus codicibus legitur, regula, non symbolũ: quod peculiari ratione factum est: symbolum enim proprie dicitur articulorũ & veritatũ collectio, & fidei confessio ab Apostolis, & generalibus concilijs auctoritate Papę munitis, facta. Quę vero à priuatis patribus ordinationes de fide factæ sunt, licet ab Ecclesia fuerint comprobatæ, regulæ dicuntur, siue confessiones, non symbola: quoniam Symbolum fidei edere Pontificis munus est, non priuatorum patrum, vt optime docet sanctus Thomas 2. 2. q. 1. art. 10. & sanctus Antoninus par. 4. tit. 8. c. 4. §. 3. & plane Eugenius iiij. quodam decreto post generalem octauam synodum collocato, hanc Athanasii ordinationem regulam vocat in hęc verba:*

Sexto compendiosam illam fidei regulam, per beatissimum Athanasium editam, ipsis præbemus oratoribus, cuius tenor talis est; Quicunque vult saluus, &c. *Hic est ille Athanasius, vt scribit Nicephorus lib. 8. capitulo 15. histor. Ecclesiast. qui fortiter cum Arianis congressus est in concilio Niceno, aduersus quos hanc etiam regulam siue manifestationem fidei per modum doctrinę edidit, vt præcitato loco ait sanctus Thomas, ad quam explicandam multis vigilijs opus esset, nec locus hic patitur vt singula enarremus, cum omnia*

CONFESSIO † FIDEI BEATI
Hieronymi Presbyteri.

†Habetur in Tomo 9. operũ S. Hier. Romæ impress. epistola. 17. cum hac inscriptione: Symboli explanatio ad Damasum.

CREDIMVS in Deum Patrem omnipotentem; cunctorum visibilium & inuisibilium conditorem. Credimus & in Dominum nostrũ Iesum Christum, per quẽ creata sunt omnia: verum Deum vnigenitum, & verum Dei filium: non factum aut adoptiuum, sed genitum & vnius cum Patre substantię, quod Græci dicunt ὁμοούσιον: atque ita per omnia æqualem Deo Patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate posit esse inferior: tantumque confitemur esse illum, qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum à Patre filium diuina & ineffabili generatione, aliquod ei tempus ascribimus: sed nec Patrem aliquando cœpisse, nec Filium. Nec enim aliter confiteri possumus ęternum Patrem nisi confiteamur etiam coęternum Filium. Ex filio enim Pater dicitur, & qui semper Pater fuit, semper Filium habuit. Credimus & in Spiritum sanctum, verum Deum, ex Patre & Filio procedentem, æqualem per omnia Patri & Filio, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiusue dici possit: sed tota Deitas sui perfectione æqualis est, vt exceptis vocabulis, quæ proprietatem personarum indicant, quicquid de vna persona dicitur: de tribus dignissime possit intelligi. Atque vt confundentes Arium, vnam eandemque dicimus trinitatis esse substantiam, & vnum in tribus personis fatemur Deum: ita impietatem Sabellij declinantes, tres personas expressas sub proprietate distinguimus, non ipsum sibi Patrem, ipsum sibi Filium, ipsum sibi Spiritum sanctum esse dicentes: sed aliam Patris, aliam Filij, aliam Spiritus sancti esse personam. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, idest, personas, velut Græci exprimunt hypostases, hoc est, subsistentias confitemur. Nec Pater Filij, aut Spiritus sancti

personam

Universidad de Deusto
Biblioteca

personam aliquando excludit: nec rursus Filius, aut Spiritus sanctus Patris nomen personamq; recipit: sed Pater semper Pater est, Filius semper Filius est, Spiritus sanctus semper Spiritus sanctus est. Itaq; substantia vnũ sunt, personis ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem Dei Filiũ, qui absq; initio ęternitatem cum Patre & Spiritu sancto posider, dicimus in fine sæculorum perfectum naturæ nostræ hominem susceпisse ex Maria semper virgine, & Verbum carnem esse factum assumendo hominem, non permutando Deitatem: nec, vt quidam sceleratissime opinantur, Spiritum sanctum dicimus fuisse pro semine, sed potentia ac vitute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Christo vnam Filij esse personam, vt dicamus duas esse perfectas atque integras substantias, ideſt, deitatis & humanitatis, quæ ex anima continetur & corpore. Atque vt condemnamus Photinum, qui solum & nudum in Christo hominem confitetur: ita anathematizamus Appollinarem, & eius similes, qui dicunt Dei filium minus aliquid de humana susceпisse natura: & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem, his propter quos assumptus est fuisse dissimilem, quem absque sola peccati macula, quæ naturalis non est, nobis confitemur fuisse conformem. † Illorum quoque similiter execramur blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur, à tempore susceptæ carnis omnia, quæ erant Deitatis, in hominem demigrasse: & rursum quæ erant humanitatis, in Deum esse transfusa, vt quod nulla vnquam hæresis dicere ausa est, videatur hac confusione vtraque exinanita, substantia Deitatis scilicet & humanitatis, & à proprio statu in aliud esse mutata, qui tam Deum imperfectum in Filio, quàm hominem confitentur, vt nec Deum verum, nec hominem tenere credantur. Nos autem dicimus susceptum ita à Dei Filio passibile nostrum corpus, vt Deitas impassibilis permaneret, Passus est enim Dei Filius non putatiue, sed vere omnia, quæ scriptura testatur, ideſt, esuriem, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cetera huiusmodi. Secundum illud passus est, quod pati poterat, ideſt, non secundum illam substantiam, quæ assumpsit; sed secundum illam quæ assumpta est. Ipse enim Dei Filius secundum suam Deitatem impassibilis est vt Pater, incomprehensibilis vt Pater, inuisibilis vt Pater, inconuertibilis † vt Pater: & quamuis propria persona Filij, ideſt, Dei verbum susceпit passibilem hominem; ita tamen eius habitatione secundum suam substantiam Deitas verbi nihil passa est, vt tota Trinitas, quam impassibilem confiteri necesse est. Mortuus est ergo Dei Filius secũdum scripturas, iuxta illud quod mori poterat. Resurrexit tertia die. Ascendit in cælum, sedet ad dexteram Dei Patris manente ea natura carnis, in qua natus & passus est, in qua etiam resurrexit. Non enim exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata, & in æternum cum Deitate mansura. Accepta ergo à Patre omnium potestate, quæ in cælo sunt & in terra, venturus est ad iudicium viuorum & mortuorum, vt & iustos remuneret, & puniat peccatores, Resurrectionem etiam carnis ita † confitemur & credimus, vt dicamus nos in eadem, in qua nunc sumus, veritate membrorum esse reparandos, qualesque semel post resurrectionem fuerimus effecti, in perpetuum permasuros. Vnam esse vitam sanctorum omnium, sed præmia pro labore diuersa. Econtrario pro modo delictorum, peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma vnum tenemus, quod ijsdem sacramenti verbis in infantibus, quibus etiam in maioribus, asserimus esse celebrandum. Hominem, si post baptismum lapsus fuerit, per pœnitentiam credimus posse saluari. Nouum & vetus testamentum recipimus in eo librorum numero, quem sanctæ catholicæ Ecclesiæ tradit auctoritas. Animas à Deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, anathematizantes eos, qui animas quasi partem diuinæ dicunt esse substantiæ. Eorum quoque condemnamus errorem, qui eas vel ante peccasse, vel in cælis conuersatas fuisse dicunt, quàm in corpora mitterentur. Execramur etiam eorum blasphemiam. qui dicunt impossibile aliquid homini à Deo præceptum esse: & mandata Dei, non à singulis, sed ab omnibus in commune posse seruari: vel qui primas nuptias cum Manichæo, aut secundas cum Cataphrigis damnant. Anathematizamus etiam illos, qui Dei Filium necessitate carnis mentitum esse dicunt, & eum propter assumptum hominem, non omnia facere potuisse quæ voluit. Iouiniani quoque damnamus hæresim, qui dicit nullam in futuro meritorum esse distantiam, nosque eas ibi habituros esse virtutes, quas hic habere neglexerimus. Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare, qui cum Manichæo dicunt hominem peccatum vitare non posse, quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare. Vterque enim tollit arbitrij libertatem. Nos vero dicimus, hominem semper & peccare & non peccare posse, vt semper nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc † fides est, Papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus. In qua si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est, emendari cupimus à te, qui Petri & fidem & sedem tenes. Sin autem hæc nostra confessio, Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me maculare voluerit, se imperitum vel maleuolum, vel etiam non catholicum, non me hæreticum comprobabit.

† Hæc fuit hæresis Eutychetis, vt docet Nicephorus li. 18. historiæ Ecclesiasticę, c. 52. Fuit damnata in concilio Calcedonẽsi & alibi, idem Nicephorus li. 15. c. 4.

† al. incommutabilis

† al. deest hęc dictio, i ta.

† refertur in c. Hęc est fides. 24. q. 1.

EX BEATO † AVGVSTINO in libro de fide ad Petrum Diaconum.

Quadraginta capitula ad regulam veræ fidei pertinentia.

† Habetur in tom. 3. operum B. Augustini. ex eo libro Eymericus sublato principio, de sumpsit ea, quæ ad suum institutũ apta erant, orsus à capite 4. eius libri.

EPISTO.

EPISTOLAM, fili Petre, tuæ charitatis accepi, in qua te significasti velle Hierosolymam pergere, & postulasti te litteris nostris instrui, quam debeas in illis partibus verę fidei regulam tenere: vt nullus tibi possit sensus hæreticæ subrepere falsitatis: & infra.

Natura diuina. Cap. IIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, vnum esse naturaliter Deum, in cuius nomine baptizati sumus. Cum enim aliud nomẽ sit Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus, hoc est vtique vnũ naturę nomẽ horum trium, quod dicitur Deus, qui dicit in Deuteronomio: Videte quoniam ego sum Deus, & non est alius prẽter me. & de quo dicit: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est: & Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Deute. 32. Deut. 6. Matth. 4.

Vnus Deus. Cap. V.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, ideſt, sanctam Trinitatem, esse solum naturaliter verum Deum: quia quum tres Deos nobis colere non liceat, nisi vnum solum verum Deum: tamen sicut Pater verus Deus dicitur, testante Apostolo, qui ait: Conuersi estis ad Deum à simulacris, seruire Deo viuo, & vero, & expectare Filium eius de cælis, quem suscitauit à mortuis Iesum: ita quoque filium verum Deũ Ioannes commendat Apostolus, dicens: Scimus, quia filius Dei venit, & dedit nobis intellectum, vt cognoscamus verum Deum: & simus in vero filio eius Iesu Christo: hic est verus Deus, & vita æterna. Qui vtique quoniam verus Deus est, etiam veritas est, sicut ipse nos edocet, dicens: Ego sum via, & veritas, & vita. De Spiritu quoque sancto Ioannes Apostolus ait: Quia Spiritus est veritas. Et vtique non potest naturaliter Deus verus non esse, quia veritas est. Quem etiã Deum Paulus Apostolus confitetur dicens: Mẽbra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri: Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro.

1. Thes. 1. 1. Ioan. 5. Ioan. 14. 1. Cor. 6.

Deus ęternus. Cap. VI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Patrẽ, & Filium, & Spiritum sanctum, ideſt, sanctam Trinitatem vnum verum Deum sine initio sempiternum esse, propter quod scriptũ est: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Hęc denuo sempiternitas intimatur, vbi dicitur in Psalmo: Deus autẽ Rex noster ante sęcula: & alio loco: Sẽpiterna quoque eius virtus & diuinitas.

Ioan. 1. Psal. 73. Rom. 1.

Deus incommutabilis. Cap. VII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, sanctam Trinitatem, solum Verum Deum: sicut æternum: ita solum naturaliter incommutabilem esse: Hoc enim significat, cum dicit seruo suo Moysi: Ego sum qui sum. Hinc & Psalmus dicit: In principio domine tu terrã fundasti, & opera manuum tuarum sunt cęli: Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent: Et sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Exod. 5. Psal. 101.

Deus omnium creator. Cap. VIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, sanctam Trinitatem solum esse verum Deum, rerum omnium visibilium atque inuisibilium, creatorem. De quo in Psalmo dicitur: Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino Deo ipsius, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quę in eis sunt. De quo etiam Apostolus dicit: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula.

Psal. 145. Rom. 11.

Trinitas in Vnitate. Cap. IX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, vnam quidem esse naturam, tres vero esse personas: Patremque solum esse, qui dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et filium solum esse, super quem vox illa solius patris insonuit, quando in Iordane secundum carnem baptizatus est vnigenitus Deus, qui carnem solus accepit, atq; Spiritus sanctũ Patris, & Filij solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatum, & ascendentem ab aqua, descendit: & quinquagesimo die post resurrectionem Christi fideles in vno loco positos, in linguarum ignearum visione aduenies, repleuit. Illam vocem, quam solus locutus est Deus Pater: & illam carnem, qua solus homo factus est vnigenitus Deus: & illam columbam, in cuius specie Spiritus sanctus super Christum descendit: illasque linguas igneas, in quarum visione fideles Apostolos in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctę Trinitatis, id est, vnius Dei, qui fecit omnia in cęlo & in terra, visibilia & inuisibilia.

Matth. 3. Ioan. 3. Matth. 3. Act. 1. Rom. 8.

Distinctio personarum. Cap. X.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, solum Deum filium, id est, vnam ex Trinitate personam, solius Patris esse filium. Spiritum vero sanctum, ipsum quoque vnam ex Trinitate personam, non solius Patris, sed simul Patris & Filij esse Spiritum. Ostendens enim Dei filius se solum esse de Patre genitum, ait: Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: Et paulo post: Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Spiritum autem sanctum & Patris, & Filij esse spiritum, Apostolus docet, qui ait: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Et sequitur: Si quis autem spiri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum Christi non habet, hic non est eius.

Spiritus sanctus. cap. XI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, eundem Spiritum sanctum, qui Patris & Filij vnus est Spiritus, de Patre & Filio procedere. *Ioan. 15.* Dicit enim Filius: Cum venerit Spiritus veritatis, qui à Patre procedit, vbi suum Spiritum esse docuit, quia ipse est veritas. De Filio quoq; procedere Spiritum sanctum, prophetica atque Apostolica doctrina nobis commendat. Esaias enim dicit de Filio: *Esaię 11.* Percutiet terram virga oris sui, & Spiritu labiorum suorum interficiet impium. De quo & Apostolus ait: *2. Thes. 2.* Quem interficiet Dominus Iesus spiritu oris sui. Quem etiã ipse vnicus Dei filius spiritũ oris sui esse significans; post resurrectionem insufflans in discipulos, ait: *Ioan. 20.* Accipite Spiritum sanctum. De ore vero ipsius Domini Iesu ait Ioannes in Apocalypsi: *Apoc. 1.* Quia gladius vtraque parte acutus procedebat. Ipse vero spiritus oris eius, ipse est gladius, qui de ore eius procedit.

Trinitas nullis terminis circumscripta. Cap. XII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum, immensam esse virtutem nõ molem: & omnem creaturam spiritualem atque corporalem virtute eius & præsentia contineri. *Hier. 23.* Dicit enim Deus pater: Cœlum & terram ego impleo. *Sap. 8.* Dicitur etiam de sapientia Dei, quæ Filius est eius: quia attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. De Spiritu quo que sancto legimus: quia Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Et Dauid Propheta dicit: *Sap. 1.* Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? *Psal. 138.* Si ascendero in cælum, tu illic es; si descẽdero ad infernum, ades.

Persona filij. Cap. XIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, vnam ex trinitate personam, id est Dei filium, qui de natura Dei patris solus natus est: & vnius eiusdemque naturæ cum Patre est, ipsum in plenitudine temporis secundum susceptionem formæ seruilis, voluntarie, in Virgine conceptum, & de virgine natum: verbum carnem factum: ipsum quoque esse, qui essentialiter natus est de Patre, & essentialiter conceptus est, natusque de Virgine: *Prou. 8.* Ipsumque vnum esse, & vnius naturæ cum Virgine, qui ait de Deo Patre: Ante sæcula fundauit me, & ante omnes colles generauit me. *Gal. 4.* De quo etiam dixit Apostolus, quia cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.

Humanitas Christi. Cap. XIIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Christum filium Dei, sicut de Deo Patre, plenũ perfectumque Deum, ita de Virgine matre verum perfectumque hominem genitum, id est, Verbum Deum, habentem scilicet sine peccato veram † nostri generis carnem, & animam rationalem. Quod ipse Dei filius euidenter ostẽdit, dicens de carne sua: Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. *al. Virginis* *Lucæ 24.* Animam quoque se habere, his verbis ostendit dicens: Propterea me Pater diligit, quia ego pono animam meam, & iterum sumo eam. *Ioan. 10.* Intellectum quoque animæ se habere ostendit in eo quod ait: Discite à me quia mitis sum & humilis corde. *Matth. 11.* Et de ipso Deus per Prophetam dicit: Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & sublimis erit valde. *Esa. 25.* Nam & beatus Petrus secundum sancti Dauid Prophetiam in Christo carnem & animã confitetur. De ipso enim beato Dauid loquens ait. Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelicta est anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. *Act. 2.* *Psal. 131.* *Psal. 15.*

Diuinitas Christi. Cap. XV.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, vnum Filium atque ipsum esse Deum verum, qui cum patre Deo & Spiritu sancto, Deo fecit omnia tempora, & in Monte Sinai legem Moysi dedit ordinatam per angelos, & ipsum Deum verbum carnem factum, qui veniente plenitudine temporis missus à Patre & Spiritu sancto, factus est ex muliere, quam fecit: solus factus est sub lege, quam dedit. *Exo. 20. & 21.* *Galat. 4.*

De duabus in Christo naturis. Cap. XVI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Dei verbum quod caro factum est, in duas naturas inconfusibiliter permanere: vnam veram diuinam, quam habet cum patre, communem secundum quam dicit, Ego & pater vnũ sumus: Et qui me videt, videt & patrem: & ego in patre, *Ioan. 10.* & pater in me est, secundũ quam eum dicit Apostolus splendorem glorię, & figuram substantiæ *Ioan. 14.* *Ibidem.* Dei: alteram veram humanam, secundum quam *Hebr. 1.* ipse Deus incarnatus dicit, Pater maior me est. *Ioan. 14.*

Vnitas personæ in Christo. Cap. XVII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Deũ verbum carnem factum: vnã habere diuinitatis suæ carnisque personam. Deus enim verbum plenam naturam humanam, ita sibi veraciter vnire dignatus est: & permanente diuinitate sua, ita verbũ caro factum est, vt quamuis naturaliter non hoc sit verbum quod caro, quia duarum naturarum veritas manet in Christo: secundum vnam tamẽ personam idem verbum caro ab ipso fieret maternæ cõceptionis initio. Deus enim verbum, non accepit personam hominis, sed naturam: & in æternam personam diuinitatis, accepit temporalem substantiam carnis. Vnus est ergo Christus verbum caro factum: qui etiam ex patribus secundum carnem & super omnia Deus benedictus in sæcula vnus Iesus. Cui & pater dicit: Ex vtero ante luciferũ genui te. *Psal. 109.*

Vbi significatur ante omne tempus sine initio æterna natiuitas vnus Iesus. De quo & *Lucæ 2.* Euangelista dicit, quia vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.

Verbi & carnis vnio. Cap. XVIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, non carnẽ Christi sine diuinitate conceptam in vtero virginis, priusquam susciperetur à verbo: sed ipsum verbum Deum sue carnis acceptione conceptum, ipsamque carnem verbi incarnatione conceptam.

Sacrificia. Cap. XIX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, ipsum vnigenitum Deum verbum carnem factũ, se pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam Deo in odorem suauitatis: cui cum Patre & Spiritu sancto, à Patriarchis Prophetis, & Sacerdotibus tempore veteris testamenti animalia sacrificabantur: & cui nunc, id est, tempore noui testamenti cum Patre & Spiritu sancto, cum quibus *Sacrificium panis.* illi est vna diuinitas, sacrificium panis & vini in fide & charitate sancta Ecclesia Catholica per vniuersum orbẽ terræ offerre nõ cessat. In illis enim carnalibus victimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus; & sanguinis, quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorũ. In isto autem sacrificio gratiarum actio atque commemoratio est carnis Christi, quam pro nobis obtulit: & sanguinis, quem pro nobis idem *Act. 20.* Deus effudit. De quo beatus Paulus dicit in actibus Apostolorum: Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificiis quid nobis esset donandum, figurate significabatur: in hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit, euidenter ostẽditur. In illis sacrificijs prænuntiabatur Filius Dei, pro impijs occidendus: in hoc autem pro impijs annuntiatur occisus. Te- *Rom. 5.* stante Apostolo, quia Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tempus, pro impijs mortuus est. Et quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius.

Humanitas Christi. Cap. XX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, verbum carnem factum, eandem humanã carnem semper veram habere, qua de Virgine verbum Deus natus est, qua crucifixus & mortuus est, qua resurrexit, & in cælum ascendit, & in dextera Dei sedet, qua etiam venturus est iudicare viuos & mortuos. Propter quod Apostoli *Act. 1.* ab Angelis audierunt: Sic veniet, quemadmodũ vidistis eum euntem in cælum. Et beatus Ioan- *Apoc. 1.* nes ait; Ecce veniet cum nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui eum confixerunt, & videbunt eum omnes tribus terræ talem.

Natura nihil non bonum. Cap. XXI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum, id est, Patrem & Filium & Spiritum sanctum esse naturaliter summum atque incommutabile bonum, & ab ipso creatas esse omnes naturas. Bonas quidem, quia à summo bono factæ sunt: sed mutabiles, quę de nihilo factę sunt. Nullamque esse malam naturam, quia omnis natura, inquantum natura est, bona est. Sed quia in ea bonum & augeri & minui potest: in tantum mala dicitur, in quantum bonum eius minuitur. Malum enim nihil aliud est, nisi boni priuatio. Vnde geminum constat esse creaturę rationalis malum, malum vnum, quo voluntarie ipsa deficit à summo bono creatore suo: alterum quo inuita punietur ignis æterni supplicio. Illud passura iuste, quia hoc admisit iniuste. Et quia ordinem in se non seruauit diuinę institutionis, ordinem diuinæ non effugiet vltionis.

Nulla creatura est eadem cum Deo. Cap. XXII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites neque angelos, neque aliam quamlibet creaturam eiusdem naturæ esse, cuius est secundum naturalem diuinitatem summa Trinitas, quæ est, vnus naturaliter Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Neque enim vnius naturę esse potuerunt, ille qui fecit, & ea quę fecit.

Angeli facti stabiles. Cap. XXIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, omnẽ creaturam naturaliter mutabilem à Deo incommutabili factam: nec tamen posse quemlibet sanctorum angelorum in deterius commutari: quia sic acceperunt ęternam beatitudinem, qua Deo stabiliter perfruuntur, vt ea carere non possint. Sed hoc ipsum, quod ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum: sed postquam creati sunt, gratiæ diuinæ largitate collatum. Si enim Angeli naturaliter incommutabiles fierent: nunquam de eorum consortio diabolus & eius angeli cecidissent.

Creaturæ rationales. Cap. XXIIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritualem atque corpoream summa Trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse. Ceteros vero spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepisse: & † ob hoc omnino habere non pos- † al. & hanc omnino, &c. se. Propter quod dicitur hominibus: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. *Psal. 31.* Et ideo animas hominum, & animas pecorum vnius naturæ non esse; nec animas pecorum in animas hominum, nec animas hominum in animas pecorum posse aliquando transire.

Bibliotheca Facultatis Philosophicae Provinciae Cast. Orientalis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Libera voluntas Adam. Cap. XXV.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, primos homines, id est, Adam & mulierē eius bonos & rectos, & sine peccato creatos esse cū libero arbitrio, quo possent si vellent, humili & bona voluntate seruire, atque obedire: quo arbitrio etiam possent si vellent, propria voluntate peccare: eosq; non necessitate, sed propria voluntate peccasse: illoque peccato sic in deterius mutatam humanam naturam, vt non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, sed etiam in omnes homines trā siret peccati, mortisque dominium.

Rom. 9.

Peccatum originale. Cap. XXVI.

† De consec. distin. 4. cap. firmissime. Concil. Trident. sess. 5. Decre. de pec cato orig.

FIrmissime † tene, & nullatenus dubites, omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris cōcipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura iræ filium nasci, de qua dicit Apostolus: Eramus enim & nos natura filii iræ, sicut & ceteri. A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei & hominū, hominis Iesu Christi, qui sine peccato conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus, peccatum pro nobis factus est, id est, sacrificium factus est pro peccatis nostris. In veteri quippe testamento peccata dicebantur sacrificia, quæ pro peccatis offerebātur. In quibus omnibus fuit significatio Christi, quia ipse est agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Ephe. 2.
1. Tim. 2.
Ioan. 1.

Non baptizati. Cap. XXVII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, non solum homines iam ratione vtentes, verumetiam paruulos †, qui siue in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur: siue cum de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis, quod datur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti de hoc seculo transeunt, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos: quia & si propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione & natiuitate traxerunt.

† Vide omnino cōmentariū in huius primæ partis, super cap. maiores. de bapt. §. sed adhuc quæritur, vnde intelliges quid sit de hoc dogmate sentiendum.

Iudicium. Cap. XXVIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, ideo Christum Filium Dei ad iudicandos viuos & mortuos venturum, vt homines, quos hic dono suæ gratiæ gratis per fidem iustificat, eisdemque iustificatis in fide & charitate sanctæ matris Ecclesiæ vsque in finem perseuerantiam donat, in suo aduentu resuscitet, & glorificet, & secundum promissionē suam æquales sanctis angelis faciat, & ad eum statum perducat, in quo perfecte, quantum vnicuique donat Deus, boni sint: & ab ipsa perfectione deinceps mutari non possint. Vbi diuersa erit sanctorum gloria, sed vna erit omnium vita æterna. Diabolum vero & angelos eius in ignem æternum à Christo esse mittendos: vbi numquam carebunt pœna, quam eis præparauit diuina iustitia. Cum ipso etiam diabolo impios & iniquos homines, de quibus scriptura dicit: Imitantur autem eum, qui sunt ex parte illius, pro eo quia eum in malis operibus imitati sunt: & ante finem præsentis vitæ congruam pœnitentiam non egerunt, resumptis corporibus supplicio æternę combustionis arsuros.

Matth. 22.

Resurrectio. Cap. XXXIX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, omnibus hominibus, & bonis & malis resurrectionem carnis in aduentu Domini futuram esse communem: retributionem vero iustitiæ Dei esse bonis malisque dissimilem: secundum quod Apostolus ait: Quia omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur. Immutabuntur autem iusti, qui ibunt in vitam æternam: Quod Apostolus ostendit dicens: Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et ostendens quæ erit ipsa immutatio, adiecit. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. In iustorum corporibus fiet, quod ipse Apostolus ait: Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Quod propterea spirituale dixit, non quia ipsum corpus spiritus erit, sed quia viuificante spiritu immortale, atque incorruptibile permanebit. Sic autem tunc dicitur spirituale corpus, cū non spiritus sit, sed permaneat corpus; sicut nūc animale dicitur, cum tamen inueniatur non anima esse, sed corpus.

1. Cor. 15.

Ibidem.

Fides & Baptismus. Cap. XXX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum vitam æternam, qui non hic à malis suis fuerit per pœnitentiam fidemque conuersus: & per sacramentum fidei & pœnitentiæ, id est, per baptismum liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse, & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, & sacramentū baptismatis accipere. Paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter, trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis ætas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

15. q. c. 1. firmissime.

Gratia. Cap. XXXI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, nemi nem hic posse hominum pœnitentiam agere, nisi quem Deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione conuerterit. Apostolus enim dicit: Ne forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem: & resipiscant à diaboli laqueis.

Conc. Trid. sess. 6. can. 3.

2. Tim. 2.

Nihil agi sine gratia. Cap. XXXII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, posse quidem hominem, quem nec ignorantia litterarum, nec aliqua prohibet imbecillitas, vel aduersitas, verba sanctæ legis & Euangelij siue legere, siue ex ore cuiusquam prædicatoris audire: sed diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi quem Deus gratia sua præuenerit: vt quod audit corpore, corde etiam percipiat, & accepta diuinitas bona voluntate, atque virtute, mandata Dei facere & velit & possit. Neque enim qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus: qui etiam operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.

1. Cor. 3.
Philip. 2.

Deum nihil latere. Cap. XXXIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Deo incommutabili non solum præterita, & præsentia, sed etiam futura omnia incōmutabiliter esse notissima, cui dicitur: Deus qui occultorū es cognitor, qui scis omnia antequam fiant.

Dan. 13.

Prædestinatio. Cap. XXXIIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, Trinitatem Deum incommutabilem, rerum omnium, atque operum tam suorum quàm humanorum certissimum cognitorem: ante omnia sæcula scire quibus esset per fidem gratiam largiturus: sine qua nemo potest ex initio mundi, vsque in finem à reatu peccati tam originalis, quàm actualis absolui. Quos enim Deus præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filii sui.

Rom. 8.

Beati ex prædestinatione Cap. XXXV.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, omnes, quos vasa misericordiæ gratuita bonitate Deus fecit, ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum Dei prædestinatos à Deo: neque perire posse aliquem eorum, quos Deus prædestinauit ad regnum cælorum: nec quemquam eorum, quos non prędestinauit ad vitam, vlla posse ratione saluari. Prędestinatio enim illa gratuita donationis est præparatio: qua nos Apostolus ait prædestinatos in adoptionem filiorum Dei per Iesum Christum in ipsum.

Ephe. 1.

Baptismus. Cap. XXXVI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, sacramentum baptismatis, non solum intra Ecclesiam catholicam, sed etiam apud hæreticos, qui in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti baptizant, esse posse: sed extra Ecclesiam catholicam prodesse non posse. Immo sicut intra Ecclesiam recte credentibus per sacramentum baptismi conferri salutem: sic extra Ecclesiam baptizatis, si ad Ecclesiam non redierint, eodem baptismo accumulari perniciem. Tantum enim valet ecclesiasticæ societatis vnitas ad salutem, vt baptismo non saluetur, cui non ibi datur vbi oportuit vt detur. Inesse tamen homini baptismum etiam extra Ecclesiā baptizato, sed ad iudicium in esse ab ecclesia separato. Et quia manifestum est vbicunque datum fuerit hoc baptisma, semel esse dandum: Ideo etsi ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti fuerit datum, venerabiliter agnoscēdum, & ob hoc nullatenus iterandum. Saluator enim dicit: Qui semel lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.

Ioan. 13.

Ecclesia. Cap. XXXVII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, omnem extra ecclesiam catholicam baptizatū participem fieri non posse vitæ æternæ, si ante finem vitæ huius catholicæ non fuerit redditus atque incorporatus ecclesiæ. Quia si habeam, inquit Apostolus, omnem fidem, & nouerim omnia sacramenta; charitatem autem non habeā, nihil sum. Nam & in diebus diluuij, neminem legimus extra arcam potuisse saluari.

1. Cor. 13.

Gen. 7.

Damnati. Cap. XXXVIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, non solum omnes paganos, sed etiā omnes Iudæos, hęreticos, atque schismaticos, qui extra ecclesiam catholicam præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

Matth. 25.

Hæretici. Cap. XXXIX.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, quēlibet hęreticum siue schismaticum, in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti baptizatū, si Ecclesiæ catholicæ nō fuerit aggregatus, quantascunque eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit, nullatenus posse saluari. Omni enim homini, qui Ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quamlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi susceptā proficere poterit ad salutem, quamdiu in eo hæretica vel schismatica prauitas perseuerat, quæ ducit ad mortem.

Christiani male viuentes. Cap. XL.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, non omnes, qui intra Ecclesiam catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam: sed eos, qui percepto baptismate recte viuunt, id est qui abstinuerūt se à vitijs & concupiscentijs carnis. Regnum enim cælorum sicut infideles hereticī atque schismatici non habebunt, sic catholici criminosi possidere non poterunt.

Sine peccatis neminem viuere. cap. XLI.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, etiam iustos atque sanctos homines, exceptis his qui baptizati paruuli sunt, sine peccato hic neminem viuere posse: semperque omni homini esse necessarium, & peccata sua vsque in finem vitę præsentis eleemosynis diluere, & remissionē à Deo humiliter ac veraciter postulare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cibus, potus, Matrimonium. Cap. XLII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam Dei bonam esse, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Et Dei seruos, qui à carnibus aut vino abstinent, non tamquam immunda, quæ à Deo facta sunt, respuere; sed à fortiori cibo & potu pro sola castigatione corporis abstinere. Nuptias quoque diuinitus institutas & benedictas. Et melius quidem si quisquam sine coniugio sit, vt liberius atque plenius cogitet, quæ sunt Dei quomodo placeat Deo. Tamen illis, qui continentiam non vouerunt nullum esse peccatum, si vel mulier nubat, vel vir vxorem ducat. Nec solas primas nuptias à Deo institutas, sed etiam secundas & tertias pro eorum, qui se continere non possunt, infirmitate concessas. Eis vero qui siue coniugati; siue à coniugio liberi continentiam Deo vouerunt, admodum esse damnabile, si vel illi coniugale opus voluerint appetere, quò se non accessuros; vel illi repetere, à quo se recessuros: illi libera, illi communi professi sunt voluntate.

1. *Tim.* 4.

1. *Cor.* 7.

Malos misceri bonis. Cap. XLIII.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse Ecclesiam catholicam, & intra eam vsque in fine sæculi frumento mixtas paleas contineri: hoc est: bonis malos sacramentorum communione misceri: & in omni professione siue clericorum, siue monachorum, siue laicorum bonos esse simul & malos. Nec pro malis bonos deserendos, sed pro bonis malos, inquantum exigit fidei & charitatis ratio, tolerandos. Id est, si vel in Ecclesia nullius perfidiæ semina spargunt, vel fratres ad aliquod malum opus mortifera imitatione non ducunt. Nec posse aliquem intra Ecclesiam catholicam recte credentem, beneque viuentem alieno vnquam maculari peccato, si cuiquam peccanti nec consensionem præbeat, nec fauorem. Vtiliterque malos à bonis intra Ecclesiam tolerari, si hoc cum eis bene viuendo, & bene monēdo agatur: Vt & videntes & audientes quæ bona sunt, mala sua respuant, iudicandos se à Deo pro suis malis operibus contremiscant: atque ita præueniente dono gratiæ de suis iniquitatibus confundantur, & ad bonam vitam per Dei misericordiam conuertantur. Bonos vero à malis intra Ecclesiam duntaxat catholicam constitutis, non debere nisi operum dissimilitudine separari: vt cum quibus diuina communicant sacramenta, non habeant mala opera, quibus illi sunt criminosi, communia. In fine vero sæculi bonos à malis etiam corpore separandos, quando veniet Christus habens ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili, quādo per iudiciū iustum segregabit iustos ab iniustis, bonos à malis, rectos à peruersis: bonos constituet à dextris, malos à sinistris: Et ex eius ore iusti æternique iudicii sempiterna atque incommutabili prolata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionem æternam: iusti autem in vitam æternam: iniqui semper arsuri cum diabolo, iusti autem regnaturi cum Christo.

Matth. 3.

Matth. 25.

Persistendum in fide. Cap. XLIIII.

HAec interim xl.† Capitula ad regulam veræ fidei firmissime pertinentia fideliter crede, fortiter tene, veraciter patienterque defende. Et si quem contraria his dogmatizare cognoueris, tamquam pestem fuge, & tamquā hæreticum abiice. Ita enim ista, quę posuimus, fidei catholicę congruunt, vt si quis non solum omnibus, sed etiam singulis voluerit contraire, in eo quod singulis horum contumaciter repugnat, & his contraria docere non dubitat, hæreticus & Christianæ fidei inimicus, atque ex hoc omnibus catholicis anathematizatus appareat.

†Intellige incipiendo à c. iiij. nō computatis tribꝰ primis, quæ prmittit Augustinus initio eius libri: nam reuera quæ hic referuntur, tantū sunt xl.

EX DECRETIS DISTIN. XV.
Beatus Gregorius lib. 1. Regesti, Epistola. 24.

De auctoritate quatuor conciliorum, & eorum approbatione per sanctam Ecclesiam.

SICVT† sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & venerari me fateor: Nicænum scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur: Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonij error conuincitur: Ephesinum etiā primum, in quo Nestorii impietas iudicatur: Chalcedonense vero, in quo Eutychis Dioscoriq; prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet† vitæ atq. actionis norma consistit. Quintum quoq. concilium pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibę dicitur, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur. Et in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit quisquis

† Iuxta emēdationem factam Decreti Romæ editi an. 1582.

præsumit aut soluere,
quos religant
†, aut
ligare† quos soluunt.

† Al. ligant
† Al. religare

EX DE-

EX DECRETIS DISTIN. XV.
Gelasius in concilio habito Romę cum LXX. episcopis.

† Al. Quas scripturas.

Quę† concilia sancta Romana Ecclesia suscipiat.

†Iuxta emendationem factam Decreti Romæ editi anno 1582.

SANCTA[a] Romana† Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipim⁹, etiam has suscipi non prohibet sanctam[b] synodū Nicęnā cccxviii. Patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: sanctam[c] synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hęreticus debitam damnationem excepit: sanctam d synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cęlestini, mediante Cyrillo Alexandrinę sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato: sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt. Sed & si qua sunt concilia, à sanctis Patribus hactenus in

† Al. præter

stituta, post † istorum quatuor auctoritatem, & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus, Iam[e] nunc subijciēdum est de opuscu lis sanctorum Patrum, quæ in Ecclesia Catholica recipiuntur. Opuscula beati Cypriani Martyris, & Chartaginensis Episcopi. Item opuscula B. Athanasii Alexandrini Episcopi. Item opuscula B. Gregorii Nazianzeni Episcopi. Item opuscula B. Basilii Cappadocię Episcopi. Itē opuscula B. Ioannis Cōstantinopolitani Episcopi. Itē opuscula Theophili Alexandrini Episcopi. Itē opuscula B. Cyrilli Alexandrini Episcopi. Itē opuscula B. Hilarii Pictauiensis Episcopi. Itē opuscula. B. Ambrosii Mediolanensis Episcopi. Item opuscula B. Augustini Hipponensis Episcopi. Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. Itē opuscula B. Prosperi viri religiosissimi. Item epistolā B. Leonis Papæ ad Flauianū Constantinopolitanū Episcopū destinatā: cuius textum quispiam si vsque ad vnū iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula, atque tractatus omnium Patrum orthodoxorum, qui in nullo à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli† prædicatione seiuncti sunt: sed communionis ipsius gratia Dei, vsque ad vltimum diem vitę suę participes fuerunt, legenda decernimus. Item[f] Decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab Vrbe Roma pro diuersorū Patrum cōsultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. Item gesta sanctorum Martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, Qui ita† esse Catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo g secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur: quia & eorū, qui cōscripsere, nomina penitus ignorātur, & ab infidelibus aut idiotis † superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdam Quirici, † & Iuliæ, sicut Georgii, aliorumq; huiusmodi passiones, quę ab hęreticis perhibentur conscriptę. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannādi oriretur occasio, in Sancta Romana Ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prędicta Ecclesia omnes Martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis, quàm hominibus noti sunt; omni deuotione veneramur. Item vitas Patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamē vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. Item actus B. Siluestri Apostolicę sedis Prędulis, licet eius qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in Vrbe Roma Catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu, multę hoc imitantur ecclesię. Item scripta de inuentione Sanctæ Crucis Dominica, & alia scripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptistę nouellę quidem † reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hęc ad catholicorum manus peruenerint; Beati Pauli Apostoli sententia prędecat: Omnia probate, quod bonū est, tenete. Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiā scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quę prędictum beatū Hieronymum sentire cognoscimus: & non solū de Rufino, sed etiam de vniuersis, † quos vir sępius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula, quę vir beatissimus Hieronymus nō repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuēda. Item Chronicon † Eusebij Cæsarienſis, atque eiusdē Historię ecclesiasticę libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quę ad institutionē pertinēt vsquequaque non dicimus renuendos. Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraq. breuitate contexuit. Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus†. Item Iuuenci nihilominus laboriosum opus, non spernimus, sed miramur. Ceterum, quę ab hęreticis, siue schismaticis conscripta, vel prędicata sunt, nulla tenus recipit Catholica & Apostolica Ecclesia Romana.

† Fide vel prędicatione] origin. & Burchardus.

† Al. ista.

† Quædā relationes] originale.

1. *Thes.* 5.

† Al. diuersis] orig.

† Al. religiose.

† Al. Chronica] orig.

† Al. præferimus] orig.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMNENTARIVS XIX.

Gelasij Papæ 1. decretũ de librorum delectu.

a ¶ Sancta Romana Ecclesia.] *Gelasius Papa eius nominis primus, qui sedit anno Domini 494. coacto Romę conuętu septuaginta doctissimorũ Episcoporum, insigne decretum edidit, quo cauebatur, qui libri Christianam religionem profitentibus legendi essent ad fidem & mores idonei, qui vero cauendi: quoniam sicut ex bonorum librorum lectione mores componuntur, & fides roboratur: ita è diuerso prauorum lectio fidem aut corrumpit & tollit, aut prauos mores inducit. Legitur id decretum hodie inter decreta Gelasii primi in 2. vol. conciliorũ, quod omnes decretorũ fabricatores in suos centones transtulerunt. Burchardus lib. 3. decretorum, c. 220. & seq. Ivo Carnotensis par. 4. c. 64. et seq. Pannormia lib. 2. c. 91. Polycarpus lib. 3. tit. 20. Gratianus denique in cap. sancta Romana. 15. dist. Eymericus hoc loco eos tantum recensuit ex eo decreto libros, quos Gelasius approbauit: quoniam horum lectio ad fidem stabiliendam spectabat: nam ceteros, quos ille reprobauit, in 2. par. q. 23. refert.*

b ¶ Sanctam synodum Nicænam.] *De Nicęna synodo pauca quędam dixi supra commentario 5. versi. Nicænę fidei. Item de Chalcedonensi, commẽtario 6. versi. qui Chalcedone conuenerunt. nunc de ceteris breuissime etiam dicam, vt horum quatuor conciliorum tam celebratorum notitia aliqua habeatur.*

Synodus Cõstantinopolitana quando habita, & quid in ea gestum.

c ¶ Sanctam synodum Cõstantinopolitanam, &c. in qua Macedonius hæreticus debitã damnationem excepit.] *Fuit Macedonius Episcopus Constantinopolitanus circa tempora Liberij Papæ ad annos Domini 352. Hic nefandam hęresim profitebatur, asserens Spiritum sanctum Patre, et Filio esse minorem, nec eiusdem cum Patre substantiæ, sed puram creaturam. Ab hoc sectatores eius Macedoniani vocati sunt, qui ab Augustino Semiariani dicuntur in libro de hęresibus, cap. 52. & ab Epiphanio hęresi 74. Pneumathomachi, de quibus dixi latius par. 2. super q. 37. Aduersus hunc Macedonium Constantinopolitanum conciliũ primum habitum est à centum quinquaginta Episcopis sub Theodosio maiore Siagrio & Eucherio consulibus, æra 419 & Damaso Papa 1. Subscripserunt autem huic concilio, in quo Macedonius cum suis dogmatibus damnatus est ijdem illi C L. episcopi, & quoniam in Spiritum sanctum inuehebatur Macedonius, ideo in Symbolo, quod in can. 7. dicti concilij recitatur, patentius explicatũ est, quid de eo esset credendum:* Credimus, *inquit,* in Spiritum sanctum Dominum & viuificatorẽ, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum, qui locutus est per Prophetas. *Eodem etiam concilio fuerunt damnati multi alij hæretici Eunomiani, Ariani, Sabelliani, Photiniani, et Apollinaristæ, vt constat ex primo capite eiusdem concilii.*

Synodus Ephesina, & quid in ea factum.

d ¶ Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini.] *Nestorius Episcopus Constantinopolitanus Christum purum hominem ex Maria natũ asseruit, ideoque magnum in vrbe Constantinopolitana tumultum excitauit, ad quem sedandum & componendum, vt scribit Nicephorus lib. 14. historiæ ecclesiast. c. 32. vniuersali synodo opus fuit. congregata est ergo synodus hæc Ephesina apud Ephesum, vnde & nomẽ accepit. Ea fuit ciuitas Ionię longe celeberrima in Asia minori. acta fuit, si Faustino credimus, anno Domini 430. in fine Pontificatus Cęlestini Papę primi: nec curo alios aliter scribere, quoniam certiora sequor: conuenere in hanc synodum ducenti Episcopi: tametsi alii maiorem, alii minorem numerum statuant, vt refert Couarruuias lib. 4. varia. resolut. cap. 15. Hic omnium consensu damnatus est Nestorius, & hæresis Nestoriana profligata.*

e ¶ Iam nunc subijciendum est de opusculis sanctorum Patrum.] *Longum esset hic cuncta persequi, quæ ad cognitionem singulorum auctorũ hic tradũtur, nec nostri est instituti. Ea quæ ad hũc locum spectant, tradit Couarruuias lib. 4. varia. resolut. c. 16. Nos ne actum agere videamur, libenter lectorem ad eum remittimus: licet enim in quibusdam dubia tradat & incerta, in ceteris non pœnitebit collocatæ in eo operę.*

De auctoritate Epistolarum decretalium.

f ¶ Item decretales Epistolæ, quas beatissimi Papæ.] *Hic locus indicat Epistolas Pontificum decretales magnę esse auctoritatis, cum venerabiliter iubeat suscipiendas Gelasius. Ceterum cum de earum auctoritate disseritur, duo extrema fugienda sunt, vnum est Gratiani in c. in canonicis. 19. dist. vbi Epistolas Pontificum decretales inter canonicas scripturas posuit, dum ait in summario eius capitis, decretales Epistolas inter canonicas scripturas connumerari. sed hoc vere refutauit Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 2. aduersus hæreses, & subtiliter Melchior Canus lib. 5. cap. 5. de locis Theologicis, vbi emendandum hunc locũ admonent ex Augustino lib. 2. c. 8. de doctrina Christiana, veram lectionem restituentes, ex quo deceptus fuerat Gratianus. nam Augustini vera lectio ita habet:* In canonicis autem scripturis Ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur: inter quas sane illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quę ab omnibus accipiuntur Ecclesijs, præponat eis, quas quædam non accipiunt. In eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi (quamquam hoc inuenire non possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *hactenus Augustinus. Quæ quidem sententia non ad Decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas & sacras scripturas est referenda. Est autem sensus huiusmodi: In iudicio librorum canonicorum, primum videndum est quid Ecclesiæ Catholicæ sentiant, inter quas Catholicas Ecclesias illarum testimoniũ est præferendum, quæ vel fuere sedes Apostolorũ, vt Hierosolymitana, Antiochena, & similes; vel ab Apostolis aliquam epistolam ecceperunt, vt Corinthia,*

thia, Galatia, & similes. quare Augustinus non loquebatur de epistolis Pontificum decretalibus, vt falso existimauit Gratianus. Sed hunc locum, vt monui, alii ante nos animaduerterunt.

Alterum extremum est Ioannis Vicleff, & Lutheri, quorum ille dixit, decretales epistolas apocryphas esse, & seducere à fide Christi, vt refert Turrecremata in sum. de Eccle. lib. 4. par. 2. c. 38. quem etiam errorem sequebantur Valdenses, vt tradit Eymericus 3. par. tit. de signis, per quę Valdenses hæretici cognoscuntur. et 2. par. q. 14. versi. sextus error. Lutherus autem apud Rossensem art. 30. impias & Christo aduersarias eas appellat. earum tamẽ auctoritatem efficacissime defendit Turrecremata in sum de Eccl. lib. 2. cap. 108.

Denique illud est obseruandum, quod Gratianus admonuit initio 20. distinctionis, videlicet, epistolas Pontificum decretales canonibus conciliorũ pari iure esse exęquãdas, quam sententiã velut manifestum Gratiani errorem acerbe reprehẽdit Alfonsus Castrus lib. 1. aduersus hæreses. c. 2. negat enim (quod et probare conatur) epistolas decretales, tametsi ab omnibus recipi debeant, conciliorum canonibus exæquandas. Sed verior sententia est, quam optime tuetur Couarruuias lib. 4. varia. resolut. c. 16. videlicet, has epistolas summam habere auctoritatem, nam si de litibus et causis dirimendis agatur; tunc certum est non esse minorem Papæ, quàm conciliorum potestatem glossa in c. ad Apostolicæ. de re iud. lib. 6. Innocentius & Imola in c. graue. de prębendis. late Iacobatius tractatu de concilio lib. 5. art. 8. ex quibus colliges in litibus et controuersijs dirimendis concilium non habere aliã potestatem, quàm quæ sibi à summo Pontifice tradita est. Iam in causis fidei epistola Pontificis decretalis maturo edita consilio, & in ea intendens Pontifex determinare de fide, perinde obligat ac cõciliorum generalium canones: Pontificis enim iudicium in causis fidei et morum certissimum esse, exploratissimum est apud Catholicos, cum neq; concilia generalia absq; Pontificis Romani auctoritate quicquam in causis fidei & morum validum & firmũ definire possint, sed omnino egent Papę confirmatione, vt præter ceteros grauiter & vere ostendit Blasius Nauarrus Theologus insignis, quo præceptore gloriamur, lib. 3. c. 19. de auctoritate Romanæ Ecclesiæ, & sacro eius principatu.

Libri sine nomine auctorum non permittuntur.

g ¶ Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum qui scripsere nomina penitus ignorantur.] *Hinc obseruabis eos libros, cuius auctores ignorantur, maxime de rebus ad religionem spectantibus differentes, non facile in Ecclesia Dei legendos: nam & Gelasius hiciam eo tempore tales libros veluti parum auctoritatis habentes legi noluit in Ecclesia: nunc autem maiori prohibitione opus fuit. Cum enim multi nostri seculi hæretici libros ederent falsis dogmatibus respersos, omisso nomine auctoris, ne protinus mali esse deprehenderẽtur, concilium Tridentinũ sessio. 4. in decreto de editione librorum, valde salubriter cauit, ne vllus liber omnino de rebus sacris tractans absq. nomine auctoris deinceps imprimatur. Et quamuis concilium de solis libris sacra tractantibus loquatur, ad ceteros etiam, qui sacra non tractant, optime trahitur: & propterea de illis nominatim egit concilium, quoniam maius ibi erat periculum; nam & in reliquis idem etiam incommodum inueniri potest, & propterea idem statuendũ. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. atq. ita nunc consuetudo Romę obseruat: nam sacri Palatii Magister nullũ librum aut vendi, aut imprimi permittit absque nomine auctoris; cuius morem in hoc ceteræ prouinciæ deberent imitari, vt fideli populo plenius cautũ esset: de qua re plene cauet edictum Inquisitorum generalium reipub. Christianę, quod incipit,* Animaduertẽtes. *impressum in Bullario literarum Apostolicarum pro officio sanctissimæ Inquisitionis.*

Profanorum librorum lectio olim interdicta.

h ¶ Cetera, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prędicata sunt, nullatenus recipit Apostolica Romana Ecclesia.] *Hęc non modo non recipit, verum etiam prohibet, delet, & cõburit, ne falsa horum dogmata (ut scripsit Iustinianus in nouella 42. de depositione Antimi) ad alia perueniãt sęcula. de quo differui latissimè infra par. 2. in principio super cap. Fraternitatis, de hęret. nec modo hęreticorum, sed etiam profanorum librorum lectio ab Apostolis iam initio nascentis Ecclesiæ interdicta uideri potest ex his, quæ scribit beatus Clemẽs Papa lib. 1. c. 7. constitutionũ Apostolicarum: quem locum quia insignis est in hac causa, in lectoris gratiam adscribendum curaui. habet autem ita:* Abstine te ab omnibus Gentilium libris. Quid enim tibi cum externis libris, vel legibus, vel falsis prophetis? quæ quidem leues à fide abducunt. Nam quid tibi deest in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas confugias? nam si historica percurrere cupis, habes Reges: si sophistica & poetica, habes Prophetas & Iob, & Prouerbiorum auctorem, in quibus omnis poeticæ ac sapientię accuratam rationem inuenies: quoniam Domini Dei, qui solus est sapiens, voces sunt. Quòd si cantilenas cupis, habes Psalmos: si rerum origines nosse desideras, habes Genesim: si leges & præcepta, gloriosam Dei legem. Ab omnibus igitur externis & diabolicis libris vehementer te contine. *hactenus ibi. Eodem pertinent c. sacerdotes. & c. legant 37. dist. et plane quot incommoda ex profanorum librorum lectione oriantur in singulis fere disciplinis, latissime differui libro sexto de pœnis hæreticorum tradito, copiose Alfonsus Castrus lib. 3. c. 8. de iusta hæreticorum punitione, & Gabriel Putherbeus Teutonicus in libris de expungendis & tollendis malis libris.*

IN QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN QVAESTIONES DVODECIM DE pertinentibus ad fidem obseruatio.

HACTENVS Eymericus ex variis Conciliorum, summorũ Pontificum Romanorum, & sanctorum Patrum locis multa fidei dogmata collegit, quę ad institutum huius primę partis spectabant, in quibus de suo nihil apponens, sola recitatione contentus fuit. nunc duodecim quęstionibus complectitur multa, quæ ad fidem ipsam, & fidei obligationem pertinent, ex quorum ignoratione fideles in singulares errores facile incidere possint: insinuans etiam multa, quę iam proximius ad negotium Inquisitorum spectant. In his nos omissis multis, quæ Theologorum propria sunt, ea tantum adnotabimus, quæ insigniora sunt, queque magis ad susceptum institutum attinent.

QVESTIONES DVODECIM de pertinentibus ad fidem,

Inquisitionis officio congruentes.

QVAESTIO I.

De Fidei definitione.

SVMMARIVM.

1 *Fides inchoatio est & primum principium.*
2 *Fides habet certam ac firmam adhæsionem.*
3 *Fides est de non apparentibus, & indemonstrabilibus.*
4 *Qua rõne fides ab aliis habitibus distinguatur.* B
5 *Varię fidei explicationes allatæ à Sanctis:*
6 *Clara & absoluta fidei definitio.*

Vide theologos. lib. 3. sẽt. dist. 23. Canonistas c. Firmiter. de sũ. Trinit.

PRIMA quæstio est. Fides quid est?

Ad hanc respondemus iuxta mẽtem S. Thomæ 2.2. quęst. 4. arti. 1. quòd Apostolus ad Hæbręos 11. declarat fides qd est, cũ dicit: Fides est substãtia sperandarum rerum, argumentũ non apparentiũ.

1 Dicitur fides substantia, hoc est, inchoatio prima. Nã substantia solet dici prima inchoatio cuiuslibet rei; & maxime quãdo tota res sequẽs cõtinetur in primo principio in virtute; per quẽ modum prima principia in demonstratione sunt substantia scientiæ. Et sic dicitur fides, substãtia, hoc est inchoatio prima. Dicitur, sperandarum rerum, hoc est, rerum futurarum desideratarũ. Nã prima inchoatio & principium rerũ sperandarũ, in nobis est per fidei assensum, quæ virtute continet omnes res sperandas: in hoc enim speramus beatificari, quòd aperta visione in veritate videbimus ea, quibus per fidem nũc adhęremus. C

2 Dicitur argumentum, hoc est inductiuum ad alicui firmiter adhærendum. Nam per argumentum intellectus inducitur ad alicui vero adhærendum: vnde ipsa firma adhæsio intellectus ad fidei veritatem, hic dicitur argumentũ. D

3 Dicitur autem, non apparentium, hoc est, inuisorum & indemonstrabilium. Nam articuli † fidei sunt inuisi & indemonstrabiles: quia nec videmus ad sensum, nec intelligere, nec inuestigare valemus per demonstrationem cogentem mẽtem, & necessarium argumentum: sed tantum per diuinum dictum mentis oculis intuemur. Ex quibus relinquitur, quòd Apostolus bene dicit cum ait, quòd fides est substantia sperandarũ rerum, argumentum non apparentium.

† B. Tho. 2. 2. q. 1. art. 4. & 5.

4 Et sic bene dixit; quòd per prædicta ab aliis, quæ ad intellectum pertinent, fidem distinguit. Nam per hoc, quòd fides dicitur, substantia, distinguitur à spe & charitate, quarum nulla est inchoatio: quia fides est virtutum fundamentũ primum, & substantia; & non spes, nec virtus alia. Per hoc quod dicitur, sperandarum rerum, distinguitur virtꝰ fidei, à fide cõmuniter sumpta; quæ ad beatitudinem sperandam non ordinatur. Per hoc quod dicitur, argumentum, distinguitur fides ab opinione, suspicione, & dubitatione, per quas nõ est ad aliquid firma adhæsio intellectus. Per hoc quod dicitur, nõ apparentium, distinguitur fides à sciẽtia & intellectu, per quę aliquid fit apparens. Ex quibus omnibus apparet, qꝰ Apostoli prædicta fidei declaratio est proprie definitio.

5 Omnes autem aliæ definitiones à Sanctis datæ, potius sunt prędictæ Apostoli explicationes, quàm definitiones. Quod enim dicit Augustinus: † Fides est virtus, qua creduntur quæ non videntur: & quod dicit Damascenus, † quòd fides est non inquisitus consensus: & quod alij dicunt, quòd est certitudo quędam animi de absentibus supra opinionem & infra scientiam; idẽ est quod dicit Apostolus, argumentum non apparentium. Quod vero Dionysius dicit 7. cap. de diuinis nominibus, quòd fides est manẽs credentium fundamentum, collocans eos in veritate, & in ipsis veritatem ostendens: idem est ei quod dicitur, substantia sperandarum rerum.

† Tract. 40. in Ioã. à medio. & lib. 2 quæst. Euãg. q. 39.
† Lib. 4. c. 12.

6 Ex quibus omnibus potest conflari clare fidei definitio, quæ sit talis, quòd Fides est mentis habitus siue virtus, qua inchoatur vita æterna in nobis, faciens intellectũ nõ apparẽtibus assentire,

EX

QVAESTIO II.

De Articulis fidei, & eorum distinctione.

SVMMARIVM.

1 *Duo speramus in cælo videre, & quæ.*
2 *Credibilium prima distinctio.*
3 *Tria de Deo nobis proponuntur credenda.*
4 *Articuli ad diuinitatem spectantes.*
5 *Septem articuli de Christi humanitate.*
6 *Altera articulorum partitio.*

† De hac materia vide beatum Thomã opusculo 23. super c. Firmiter. quod supra est impressum. ad de Hostiensem in summa tit. de fide catholica §. quot & qui articuli.

SECVNDA† quæstio est. Fides articuli quot sunt, & quomodo, & qualiter distincti sunt? B

Ad hanc respondemus iuxta mẽtem S. Thomæ secũda sec. q. 1. art. 8. quòd quia fides est sperandarum rerum, argumentum nõ apparentium, vt dicit Apostolus ad Heb. 11. illa per se pertinent ad fidem, de quibus speramus habere in vita æterna claram & perfectam visionem.

1 Duo autem speramus in æterna patria reuelata facie videre, scilicet essentiam diuinitatis, cuius visio nos beatos facit: & mysterium humanitatis Christi, per quem etiam ad gloriam filiorum Dei accessum † habemus, vt dicitur ad Roma. 5. Vnde dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.

† Al. ascensum.

2 Et ideo prima distinctio credibilium est, quòd quædam pertinent ad maiestatem deitatis †: quædam vero pertinent ad mysterium humanitatis Christi, quod est pietatis sacramentũ, vt dicitur 1. ad Timoth. 4.

† Al. diuinitatis.

3 Circa maiestatem autẽ diuinitatis, tria nobis credenda proponuntur, Primo quidẽ vnitas diuinitatis: & ad hoc pertinet primus articulus. Et quia nomen diuinitatis importat omnipotentiam, omnem scientiam, ac prouidentiam: ideo credere de Deo ea, quæ pertinent ad eius omnipotentiam, scientiam, & prouidentiam sub primo isto fidei articulo concluditur. D

4 Secundo trinitas personarum: & de hoc sunt tres articuli secundum tres personas. Tertio vero proponuntur nobis opera diuinitatis propria; quorum Primum pertinet ad esse naturæ: & sic proponitur nobis articulus creationis. Secundum vero pertinet ad esse gratiæ: & sic proponuntur nobis sub vno articulo omnia pertinentia ad sanctificationem humanam. Et quia sacramenta præsertim Eucharistiæ, Pœnitentiæ, & Baptismi sunt instituta à Christo ad sanctificandam humanam mentem: ideo credere de Ecclesiæ sacramẽtis prout credit sancta Romana Ecclesia, sub isto fidei articulo continetur. Tertium vero pertinet ad esse gloriæ: & sic ponitur alius articulus de resurrectione carnis, & de vita æterna: & ita sunt septem articuli ad diuinitatem pertinentes.

5 Similiter etiam circa humanitatem Christi, ponuntur septem articuli: quorum Primus est A de incarnatione, siue de conceptione Christi. Secundus de natiuitate eius ex virgine. Tertius de passione eius, & morte, & sepultura. Quartus de descensu ad inferos. Quintus de resurrectione. Sextus de ascensione. Septimus de aduentu ad iudicium: & sic sunt in vniuerso xiiij.

6 Quidam tamen distinguũt duodecim articulos fidei: sex pertinentes ad diuinitatem, & sex ad humanitatem. Tres enim articulos trium personarum comprehendunt sub vno: quia eadem est cognitio omnium personarum. Articulum vero de opere glorificationis distinguunt in duobus, scilicet in resurrectionem carnis, & gloriam animæ. Similiter articulum conceptionis, & natiuitatis coniungunt in vnum.

QVÆSTIO III.

De Fide explicite habenda.

SVMMARIVM.

1 *Obiectum fidei per se quid sit.*
2 *Quæ secundo loco ad fidem pertineant.*
3 *Articuli fidei explicite credendi.*
4 *Credibilia secundi ordinis quando explicite credere oporteat.*

TERTIA quęstio est, Vtrũ ad explicite credendum articulos fidei quilibet teneatur? C

Ad hãc respõdemus iuxta mentem S. Thomæ 2.2.q.2. arti.5.

1 Quòd fidei obiectũ per se est illud, per quod homo beatus efficitur, vt supra dictum est.

2 Per accidens autem, vel secundario se habẽt ad obiectum fidei omnia illa, quæ in scriptura Dei diuinitus tradita continentur: sicut quòd Abraham habuit duos filios, quòd Dauid fuit filius Isai, & alia huiusmodi.

3 Quantum [b] ad prima igitur credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere, sicut & tenetur habere fidem.

4 Quantum autem ad alia credibilia non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite, vel in prẽparatione animi: inquantum paratus est credere quicquid in diuina scriptura continetur. Sed tunc solum huiusmodi tenetur explicite credere, quando hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri.

COMMENT. XX.

Quid sit explicite credere.

E [a] VTrum ad explicite credendum articulos fidei quilibet teneatur.] *Explicite credere hoc loco accipere debemus, id est, aperte, clare, singulariter, et non in confuso credere: siue distincte & specialiter, vt ait Archidiaconus in c. canones. 15. dist. nam, explicare, vnde explicite ductum est, proprie est extendere; & quæ extenduntur, perfectius videntur. Sensus ergo quæstionis hic est: An quilibet fidelis obligetur clare & aperte scire fidei articulos, ita vt sciat hunc esse articulum fidei, quotiens de ea re fuerit interrogatus. & in summa conclu-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

concludit hic Eymericus ex sancto Thoma, quemlibet obligari ad credendum explicite fidei articulos. reliqua vero, quę in sacris litteris continẽtur, explicite credere non est ad salutem necessarium. quę quomodo sint accipienda, in sequentibus declarat manifestius. Iam de materia huius quæstionis copiose disserunt theologi cum Magistro, lib. 3. sen. dist. 25. & iterum Eymericus infra in hac eadem parte, quæst. 12.

b ¶ Quantum ad prima igitur credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere.] *Hæc autem prima credibilia in Symbolo cõtinentur: propterea enim Symbolum diuinitus cõditũ fuit, vt paulo antea dicebamus, vt fideles summa religionis capita, quę necessario credere debent, in promptu haberent breui sermone comprehensa.*

An sit necessarium memoriter tenere fidei articulos.

Occurrit tamen hic pulchra difficultas, quam sæpe vidimus à religiosis Episcopis inquiri: An sit necessarium, quòd memoriter quilibet fidelis postquam ad annos discretionis peruenerit, articulos fidei tenere debeat. Et quamuis multa in hac quæstione dici possint, nos Conciliorum & sanctorum Patrũ doctrinę nitentes, certiora & securiora trademus. Ac primum quidem absque controuersia videtur dicendum, hos memoriter esse retinendos; nã qui legem non recordatur, facile peccat in legem: in his autem peccare, est à recto veritatis tramite deficere: quare vt beatitudinem consequamur, memoria hęc fidei fundamenta retinere debemus. Multæ sunt aliæ rationes, quibus idem persuadeatur efficaciter; sed nos iam probata testimonia proferamus. In concilio Foroiulienſi sub Carolo & Pipino, postquam singuli fidei articuli recitati sunt, ita legitur: Hanc igitur catholicę fidei sinceriſſimã puritatem volumus omnes Dei sacerdotes, omnesque gradus Ecclesiæ summo cum studio, & absque vllo vitio, ita vt ne vnus quidem apex intermittatur, vel augeatur, distincte & sensatim discendo memoria retinere. *& paulo post.* Symbolum vero & orationem Dominicam omnis Christianus memoriter sciat, omnis ętas omnis sexus, omnisque conditio, masculi, feminæ, iuuenes, senes, serui, liberi, pueri, coniugati, innupteque puellæ: quia sine hac benedictione nullus poterit in cęlorum regno percipere portionem. *hactenus ibi. Item in concilio Moguntiaco Caroli Magni tempore celebrato. c. 45. ita scriptũ extat:* Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationẽ Dominicam discere semper admoneãt sacerdotes populum Christianum. Volumusque vt disciplinam condignam habeant qui hæc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendentur, propterea dignum est, vt filios suos donent ad scholam, siue ad monasteria, siue foras presbyteris, vt fidem catholicam recte discant, & orationem Dominicam, vt domi alios edocere valeant. Et qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hęc discat. *hæc ibi, & in synodo Rhemensi sub Carolo Magno anno Domini 813. celebrata. c. 2. ita scriptum legitur:* Vt orationem, quam Dominus noster Iesus Christus discipulos suos orare docuit, verbis discerent, & sensu bene intelligerent: quia il-

A lam ignorare nulli Christiano licet. *Burchardus lib. 2. decret. cap. 62. & 63. duo de re hac refert decreta omnino videnda, quę gratia breuitatis omitto, eadem recenset Iuo par. 6. cap. 158. & 159. & Isidorus lib. 2. de officiis. c. 11. refertque Iuo par. 1. de baptis. c. 88. ait:* Competentibus salutare Symbolum traditur quasi commonitorium fidei, & sanctę confessionis indicium, quo instructi agnoscant, quales iam ad gratiam Christi exhibere se debeant. *et beatus Augustinus lib. 1. de Symbolo ad catechumenos, cap. 1.* Accipite filij regulam fidei, quod Symbolum dicitur, & cum acceperitis, in corde scribite, & quotidie dicite apud vos, antequam dormiatis, antequam
B procedatis, vestro Symbolo vos munite. Symbolum nemo scribit vt legi possit, sed ad recensendũ, ne forte deleat obliuio quod tradidit diligentia, sit vobis codex vestra memoria: qđ audituri estis, hoc crediturí, & quod crediderit is, hoc etiam lingua reddituri. *hæc ille, & refert Iuo par. 1. cap. 89. In eandem sententiam multa eiusmodi adduci potuissent, de quibus latius alii.*

Ex his apparet in quanto periculo versentur, qui articulos fidei memoriter nesciunt: pauca sunt & facilia hæc præcepta, nemo dicat se non præstare memoria. non hæc scribimus, vt cuiquam terrorem incutiamus. sed vt torporem excutiamus ab illis, qui contrarium sentire videntur, cum eos actiua
C *liter non ediscant. Episcopis, hæc cura incumbit, vt singuli fideles hæc noscant, caueãt ne propterea Dominus in illa die animas subditorum de manu illorum requirat, neque hoc dicimus, vt quemquam reprehendamus, quod vitium à nobis procul abest, sed vt Deigloriam quæramus, ad quam omnes viri christiani actiones dirigi debent.*

Atque ex his, quæ hac quæstione tradit Eymericus, fiet manifestum, vere esse errorem quem attulit idem Eymericus parte 2. q. 10. versi. octaua hęresis, cum videto.

QVAESTIO IIII.

De notitia Articulorum fidei fidelibus necessaria cum minoribus, tum maioribus.

SVMMARIVM.

1 *Explicatio credendorum per diuinam fit reuelationem.*
2 *Superiorum est inferiores docere.*
3 *Prælati & maiores plura scire tenentur, quàm alij.*
4 *Laicis & rudioribus quænam scire sufficiat.*
5 *Simpliciores quando de subtilitatibus fidei interrogandi.*
6 *Errantes per simplicitatem quando excusentur.*

QVARTA[a] quæstio est, Vtrum ad habendam fidem explicitam de articulis fidei omnes æqualiter teneantur?

1 Ad hanc autem respondemus iuxta mentem S. Thomæ secunda sec. q. 2 art. 6. quòd explicatio credendorum fit per reuelationem

tionem diuinam: credibilia enim naturalem rationem excedunt. Reuelatio autem diuina ordine quodam ad inferiores peruenit per superiores, sicut ad homines per Angelos, & ad inferiores Angelos per superiores; vt patet per Dio-
†Cap. 4. & 7. nysium in cælesti hierar.† Et ideo pari ratione explicatio fidei oportet, quòd perueniat ad inferiores homines per maiores.

2 Et ideo sicut superiores Angeli, qui inferiores illuminant, habent pleniorem notitiam de rebus diuinis, quàm inferiores, vt dicit Dionysius. 12. cap. cęlest. hierar. ita etiam superiores homines, ad quos pertinet alios erudire, tenentur habere pleniorem notitiam de credendis, & magis ex-
B plicite credere.

3 Vnde[b] Prælati & Curati tenentur habere fidẽ & notitiam explicitam de omnibus articulis fidei. Quare explicatio credendorum non æqualiter, quantum ad omnes, est de necessitate salutis: quia plura tenentur explicite credere maiores, qui habent officiũ alios instruendi, quàm alij.

4 Sufficit enim laicis simplicibus habere notitiam explicitam articulorum, de quibus Ecclesia festiuat.

5 Simplices enim non sunt examinandi de subtilitatibus fidei, nisi quando habetur suspicio, quòd sint ab hæreticis deprauati: quia in his,
C quæ ad subtilitatem fidei pertinent, solent fidem simplicium deprauare. Sed cum inueniuntur non pertinaciter peruersę doctrinæ adhærere, si in[c] talibus ex simplicitate deficiant, non eis imputatur.

6 Si[d] autem aliqui maiorum deficiant, non præiudicat fidei simplicium, qui eos rectam fidem habere credunt, nisi pertinaciter eorum erroribus in particulari adhæreant, contra vniuersalis Ecclesiæ fidem, quæ non potest deficere Domino dicente Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.

COMMENTARIVS XXI.

a DVæ *sunt potissime assertiones.*
Prima est, Prælatos & ceteros, quibus incumbit alios in religione instruere, plura explicite scire oportere, quàm eos, qui hoc munere carent.

Altera est, Simplicibus & popularibus satis esse vt explicite sciant fidei articulos. hęc autem superiori quæstione & commentario est declarata.

b ¶ Vnde Prælati & Curati tenentur habere fidem & notitiam explicitam.] *Hęc est prima conclusio, quam optime probant similitudines ab Eymerico hic allatæ. Quòd vero de prælatis & curatis*
E *dicitur, idẽ locum habet in Inquisitoribus hęreticę prauitatis, qui errores eorum refellere debẽt: ideoque oportet eos in catholicis dogmatibus eruditos esse, cum eis monentibus in hoc tribunali sit obtemperandum, vt dicam super quæst. 12. huius primę partis. quod etiam postulat Inquisitorum qualitas, de qua Eymericus 3. par. q. 1. Quantum vero ad materiam huius quæstionis attinet, eam tractant theologi lib. 3. sent. dist. 25. Innocentius in cap. firmiter. de sum. trinit. & fide catho. Zanchinus tract. de hę-*

Inquisitores explicatam fidei notitiã habere debent,

ret. cap. 2. & ibidem Camillus Campegius. Simancas de catholicis institution. tit. 28. de fide catholica & alij, quos breuitatis causa omitto.

c ¶ Si in talibus ex simplicitate deficiant, non eis imputatur.] *Hic videtur sentire Eymericus, rudes homines in fide errantes ob ignorantiam excusari: vnde inferebat Caietanus apud sanctum Thomam 2. 2. q. 2. art. 6. nec incidere in hęreticorum culpam, aut pœnas: quod est verum illis obseruatis, quæ trado super quæst. 7. huius partis; vbi de hoc ago copiose.*

d ¶ Si autem aliqui maiorum deficiant, non præiudicat fidei simplicium, qui eos rectam fidem habere credunt.] *Verba sunt sancti Thomę*
B *2. 2. q. 2. art. 6. ad tertium argumentum: quorum verborum ea videtur ratio, & quidem notatu dignissima, quam in principio responsionis eiusdem argumenti expresserat idem Thomas his verbis:* quia minores non habẽt fidem implicitã in fide maiorum, nisi quatenus maiores adhęrent doctrinæ diuinę.

An inferiores in fide errantes excusẽtur quia à maioribus sint decepti.

Omissis vero hoc loco multis & pene inextricabilibus difficultatibus, quę horum occasione verborum disceptari potuissent, in præsenti difficultate ita mihi videtur dicendum: tamdiu idiota à viro docto deceptus in fide excusabitur in humano iudicio, quamdiu non fuerit legitime admonitus per Episcopum, vel Inquisitorem, aut alium, cui legitime admonendi ius competit. sed hoc intelligendum videtur, cum deceptus est in his, quę non sunt in Ecclesia ita euulgata, & quę explicite credere nõ tenebatur: nã si in his deuiet à recto veritatis tramite, propter viri docti auctoritatem non omnino excusabitur.

Quid autem sit sentiẽdum de eo, qui credidit alicui viro fingenti se esse aliquem virum catholicum, cum tamen sit hæreticus, vide magistrum lib. 4. senten. distin. 30. c. 1. & ibi S. Bonauenturam in verbo, siquis hæreticus. dubio 2. de quo dicam super quæst. 7. huius partis.

QVÆSTIO V.

De obligatione ad credendum explicite mysteria Christi.

SVMMARIVM.

1 *Via ad beatitudinem est incarnatio & passio Christi.*
2 *Mysterium incarnationis semper oportuit creditum esse.*
3 *Ante peccatum qualis de Christi incarnatione notitia fuerit.*
4 *Post hominis lapsum Christi passio & resurrectio credita est.*
5 *De mysterijs Christi tam minores, quàm maiores nunc explicitam fidem hebere tenentur.*

QVINTA† quæstio est, Vtrum ad credendum explicite Christi mysteria quilibet teneatur?

† Magister & theologi cum eo lib. 3. sent. dist. 25. & beatus Antoninus par. 4. tit. 8. cap. 3. §. 9.

1 Ad hanc respondemus iuxta mẽtem S. Thomæ, 2. 2. q. 2. ar. 7. quòd illud proprie & perse pertinet ad obiectũ fidei, per quod homo beatitudinem consequitur: via

autem

† al. omnib⁹ autem hominibus † veniendi ad beatitudinẽ est mysteriũ incarnationis & passionis Christi. Dicitur enim Act. 4. Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

2 Et ideo mysterium incarnationis Christi aliqualiter oportuit omni tempore esse creditum apud omnes; diuersimode tamen secundum diuersitatem temporum, & personarum.

3 Nam ante statum peccati homo habuit explicitam fidem de Christi incarnatione, secundum quod ordinabatur ad consummationem gloriæ, non autem secundum quod ordinabatur ad liberationem à peccato per passionẽ & resurrectionem: quia homo non fuit præscius peccati futuri. Videtur autem incarnationis Christi præscius fuisse per hoc quod dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, vt habetur Gene. 2. Et Apost. ad Ephes. 5. dicit: Sacramentum magnum esse in Christo & Ecclesia: quod quidem sacramentum non est credibile primum hominem ignorasse.

4 Post peccatum aũt fuit explicite creditũ mysterium incarnationis Christi, non solum quantum ad incarnationem, sed etiam quantũ ad passionem & resurrectionem, quibus humanum genus à peccato & morte liberatur. Aliter enim nõ præfiguassent Christi passionem quibusdam sacrificijs, & antelegem, & sub lege, quorum quidem sacrificiorum significatum † explicite maiores cognoscebant: minores autem sub velamine illorum sacrificiorum, credentes ea diuinitus esse dispositа, de Christo venturo quodammodo habebant velatam fidem †: & ea quæ ad mysteria Christi pertinent tanto † expressius cognouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

† al. significata

† Apud B. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. ita legitur, uelatã cognitionẽ.

5 Post tempus autem gratiæ reuelatæ tam maiores, quàm minores tenentur fidem habere explicitam de mysteriis Christi, præcipue quantũ ad ea, quæ communiter in Ecclesia solennizantur, & publicè proponuntur: sicut sunt articuli incarnationis, de quibus supra dictum est. Alias autẽ subtiles considerationes circa incarnationis articulos tenentur aliqui magis vel minus explicite credere, secundum quòd conuenit statui & officio vniuscuiusque.

† Apud B. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 7. ita, tãto difficilius cognouerũt, quãto à Christo remotiores fuerunt; & tanto facilius cognouerunt, quanto Christo propinquiores fuerunt.

QVAESTIO VI.

De necessitate credendi explicite mysterium Trinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Mysterium incarnationis fidem Trinitatis includit.*
2 *Trinitatis mysterium explicite credendum ab omnibus.*

†De hac quoque materia uide to Theologos lib. 3. sent. dist. 25.

SEXTA † quæstio est, Vtrum ad credendum explicite mysteriũ Trinitatis quilibet teneatur?

1 Ad hanc respõdemus iuxta mẽtem S. Thomæ 2. 2. q. 2. ar. 8. quòd mysterium incarnationis Christi explicite credi nõ potest sine fide trinitatis: quia in mysterio incarnationis Christi hoc continetur, quòd filius Dei carnem assumpserit, q̃ per gratiam Spiritus sancti mundum renouauerit: & iterum quòd de Spiritu sancto conceptus fuerit. Et ideo eo modo quo mysterium incarnationis Christi ante Christum, fuit quodammodo explicite creditũ à maioribus, implicite autem & quasi obumbrate à minoribus, ità etiam & mysterium trinitatis.

2 Et ideo etiam post tempus gratiæ diuulgatæ tenentur omnes ad explicite credendum mysterium trinitatis: & omnes, qui renascũtur in Christo, hæc adipiscuntur per inuocationem trinitatis, secundum illud Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen.

QVAESTIO VII.

An teneatur vnusquisque explicitam fidem habere de contentis in sacra scriptura.

SVMMARIVM.

1 *Ad fidem aliqua directe pertinent, & quæ.*
2 *Falsum opinari cum pertinacia circa spectantia directe ad fidem, hæreticum facit.*
3 *Aliqua vero indirecte ad fidem attinent, et quę.*
4 *Citra hæresis labem errare contingit in spectantibus indirecte ad fidem: & quando.*
5 *Ab hæresis nota multi prius immunes reputati sunt, qui nunc non excusarentur.*
6 *Credibilium duplex est genus.*
7 *Non omnia pari ratione proponuntur credenda.*
8 *Quæ teneatur homo explicite credere, & quę implicite.*

SEPTIMA quęstio est, Vtrum ad credendum per fidem explicite omnia, quę sunt in sacra scriptura quilibet teneatur?

1 Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomę in diuersis eius dictis. primo in prima parte summę q. 32. art. 4. vbi dicit sic: Dicendum ª, q̃ ad fidem pertinet aliquid dupliciter: Vno modo directe, sicut ea quæ nobis sunt principaliter diuinitus tradita, vt Deum esse trinum & vnum, Filium Dei esse incarnatum: & huiusmodi.

2 Et circa hæc falsum opinari hoc ipso inducit hęresim: maxime si pertinacia adiungatur.

3 Indirecte vero ad fidem pertinent ea, ex quibus consequitur aliquid contrarium fidei: sicut si quis diceret, Samuelem non fuisse filium Elchanæ. Ex hoc enim sequitur scripturam diuinam esse falsam.

4 Circa huiusmodi ergo absque periculo hæresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, quòd ex hoc sequitur aliquid contrariũ fidei: & maxime si non pertinaciter adhæreat. Sed postquam manifestũ est, & præcipue si sit per Ecclesiam determinatum, q̃ ex hoc sequitur aliquid cõtrarium fidei, in hoc errare non esset absque hæresi.

† In Directorio B. nonie. ita: propter hoc quod nõ erat manifestum, quid ex eis sequitur.

5 Et propter ᵇ hoc multa nunc reputantur hæretica, quę prius non reputabantur: propter † hoc quòd nunc est magis manifestum, quid ex eis sequitur.

Secundo in 2. 2. quæst. 1. artic. 6. in solutione primi argumenti, dicit sic: Dicendum quòd aliqua sunt credibilia, de quibus est fides secundum se: aliqua vero sunt credibilia, de quibus non est fides secundum se, sed solum in ordine ad alia: sicut etiam in aliis scientiis quædam proponuntur vt per se intenta, & quædam ad manifestationem aliorum. Quia vero fides principaliter est de his, quæ videnda speramus in patria, secundum illud ad Heb. 11. Fides est substantia sperandarum rerum: ideo per se ad fidem pertinent illa, quæ directe nos ordinant ad vitam æternam: sicut † sunt tres personæ omnipotentis Dei, mysterium incarnationis Christi, & alia huiusmodi: & secundum ista distinguuntur articuli fidei. Quædam vero proponuntur in sacra scriptura, vt credenda, non quasi principaliter intenta, sed ad prædictorum manifestationem; sicut quòd Abraham habuit duos filios; quòd ad tactum ossium Elisei suscitatus est mortuus, & alia huiusmodi, quę narrantur in scriptura sacra in ordine ad manifestationem diuinæ maiestatis, vel incarnationis Christi: & secundum talia non oportet articulos distinguere. Tertio in eadem summa, q. 2. art. 5. dicit sic: Dicendum est igitur, quòd fidei obiectum per se est id, per quod homo beatus efficitur, vt supra dictum est: per accidens autem vel secundario se habent ad obiectum virtutis omnia, quæ in sacra scriptura diuinitus tradita continentur: sicut quòd Abraham habuit duos filios: quòd Dauid fuit filius Isai: & alia huiusmodi.

† al. Sicut sunt tres personæ omnipotẽtis Dei, mysteriũ &c.

8 Quantum igitur ad prima credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicite credere: sicut & tenetur habere fidem. Quantum autem ad alia credibilia, non tenetur homo explicite credere, sed solum implicite, vel in præparatione animi: inquantum paratus est credere quic quid † in diuina scriptura continetur: sed tunc solum huiusmodi tenetur explicite credere, quando ei hoc constiterit in doctrina fidei contineri.

† al. quicqd diuina scriptura continet.

Quare explicite est credendum, quòd omnia, quæ sunt in sacra scriptura, hoc est in libris Canonicis, sunt vera, vt pote quia diuinitus reuelata. Vnde Augustinus † in Epistola ad Hieronymum sic ait: Solum eis libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorem eorum scribendo erasse aliquid firmissime credam: alios autẽ ita lego, vt licet sanctitate doctrinarum polleant, non ideo verũ putem, quia ipsi ita senserunt.

† Augustin' ad Hieronymum epistola 19. refertur in cap. Ego solis. dist. 9. inde emendandum est hoc fragmẽtum, quod multis omissis refert hic Eymericus.

COMMENT. XXII.

a DIcendum, quòd ad fidem pertinet aliquid dupliciter] *Sepius in his quæstionibus Eymericus repetit hanc distinctionem, quæ nulla nostra eget declaratione, operæ pretium est tamen illud interpretari cum dicit:* Circa huiusmodi ergo absq; periculo hæresis aliquis falsum potest opinari, antequam consideretur, vel determinatum sit, &c. *Nam his verbis apertissime indicatur ignorantiam ab hæresi excusarẽ, & per consequens à pœnis in hæreticos latis; neq; vero hæc est solius Thomæ aut Eymerici sentẽtia his locis: nam idem prorsus asserit idẽ B. Thomas. 1. Corinth. c. 11. lectione 4. & 2. 2. q. 2. art. 6. ad secundum argumẽtum, & ibi Caietanus, & 3. lib. sentẽt. dist. 25. q. 2. ad primum argumentum, & alibi sępe. & hanc sententiam quòd ignorãtia excusęt ab hæresi, communiter Doctores amplexantur, de quo articulo dubio & perdifficili agit late Alfonsus Castrus lib. 1. c. 9. de iusta hæreti. punitio. Melchior Canus lib. 12. c. 9. de locis theologicis. Simancas de catho. institutio. tit. 26. idem ibidem tit. 28. nu. 12. 13. & 14. idem in Enchyridio violatę religionis, tit. 48. & 49. Ioannes Rojas tractatu de hæret. par. 1. nu. 64. & sequentibus, & parte 2. assertione 26. Martinus Nauarus in Manuali, præludio 1. nu. 15. & 16. & cap. 11 nu. 22. Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 12. nu. 4. & q. 23. nu. 6. Palatius Rubius in allegatione de hæresi. §. 4. Ioannes Imola, Panormitanus & alij in rub. extra de sum. trini. & fide catho. Innocẽtius, Antonius Butrius, & alij in cap. firmiter. de summ. trinit. Ioannes Anania in c. firmissime. nu. 8. extra de hæret. Panormitanus & Felynus in cap. 1. nu. 2. de hæret. Paulus Castrensis, Baldus, & Iason in rub. C. de sum. trinit. Repertorium Inquisitorum verb. ignorãtia. & verbo, excusari. & verbo hæresis. §. ex supradictis. & verbo, hæreticus. § item non est hæreticus, & alij quos prudens omitto. nos partim ex his, partim aliunde sequẽtes regulas ad huius loci illustrationẽ collegimus, quibus in foro exteriori sit locus, quotiẽs is casus occurrat; occurrit aũt sępe.*

Ignorantia eorum quę indirecte spectant ad fidẽ quãdo excusęt in tribunali inquisitionis.

Sit prima regula; Quicunque Christianus errat in his, quæ sunt prima fidei capita, seu articuli in Symbolo comprehensi, & in Ecclesia vulgati ac solemnizati. hæreticus est, si pertinacia adiungatur: nunquam enim est hæresis sine pertinacia. ita docet hic Eymericus nu. 2. & S. Thomas hic ab Eymerico citatus. neq; de hac regula video vllam controuersiam inter Doctores. hęc tamen in sequentibus amplius declarabitur. Si quis ergo in his deficeret, non posset iustam ignorantiæ causam allegare, cum ex instituto & precepto legis christianę hęc scire obligetur, & ea nescire nullatenus præsumatur. 1. Regula

Sit secunda regula: Qui errat in his, quæ sunt fidei ignorantia affectata, & præsertim in his, quæ scire debet aut scire præsumitur, hæreticus est censendus: nam qui ignorantia affectata errat, ex malitia propria & animi iniquitate errare putatur; immo hic grauius errat, & magis peccat. c. excellẽtissimus. 11. q. 3. ibi. Aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod de studio delinquitur: istudque posterius duobus prioribus strictius esse puniendum. *hęc ibi. Si quis ergo vir doctus velut Theologus in his deficeret; quę scire tenetur, aut scire probabiliter præsumitur, hunc non iuuaret ignorantię excusatio: saltem quo ad pœnas pœnitentiales & bonorum confessionẽ fugiendas (vt suo loco dicemus) tametsi paratus corrigi, esset recipiendus.* 2. Regula

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Regula

Sit tertia regula: Qui errat ignorantia crassa & supina in his quæ fidei sunt, ac scire debet, nec probabile est ea à fidelibus vel à suę conditionis hominibus ignorari, hæreticus etiam censendus est. Huius regulæ accommodatissima sunt exempla, quę cõmemorat Melchior Canus lib. 12. de locis Theologicis. cap. 10. vers. alteram diuus Thomas. Si quis enim homo etiam de media plebe neget Christũ crucifixum, aut uere mortuum, aut vere à mortuis resurrexisse: aut dicat, superfluum esse & vanũ orare pro mortuis, nullo præmio iustos à Deo affici, nullo supplicio improbos, & his similia. Item si vir in scholastica Theologia diu versatus, contendat Spiritum sanctum à Filio non procedere, aut Patrem, & Filium eiusdem Spiritus duo esse principia, aut non esse tres pœnitentiæ partes, aut Christianis nullo modo esse licitum cũ hostibus bellum gerere, aut Episcopum non esse maiorem simplici sacerdote, aut aliud simile, quod vix est credibile nescire Theologos ad Ecclesię cõem fidem pertinere: siquis inquã ita per ignorantiam errare se dicat, hæreticus præsumendus est, ac velut talis iudicandus in foro exteriori, nisi forte tã esset stupidus, imperitus, & rusticus, vt iudicibus fidei perspicuum fiat eum omni prorsus malitia caruisse: talis erat ille, qui dicebat Patrẽ, Filium & Spiritum sanctũ simul incarnatos fuisse, quia legerat illud: Qui natus est de virgine, cum Patre, & sancto Spiritu. *Hic. n. in grãmatica potius, quàm in fide deprehensus fuit errare.*

4. Regula

Sit quarta regula: Qui errat in his quæ fidei sunt ignorantia probabili, præsertim in his, quę explicite credere non tenetur, qualia sunt quæ indirectè ad fidem spectant, de quibus Eymericus hac quæstione nu. 3. Item quales sunt multæ fidei subtilitates ab hæresi & hæreticorum pœnis excusatur, donec admonitus sit legitime. Nam si post legitimam admonitionem perseueraret, non excusaretur. Hanc assertionem seu regulam tenent oẽs illi, quos initio huius commentarij citaui. & præterea Zanchinus tract. de hæret. cap. 2. num. 2. & 3. vbi Campegius, & Albertinus tract. de agnosc assertio. q. 36. nu. 6 horum frequens exemplum est illud Innocentij in c. firmiter. de sum. tri. & fide catholica. Vt si quis rusticus motus quadam ratione naturali dixisset, quòd in diuinis Pater est maior Filio, quoniam in humanis maior est, creditq; Ecclesiam ita tenere; reuera hic hæreticus nõ est, nisi admonitus in errore persistat. Idem iudicato de eo, qui asserunt Patrem & Filiũ duos esse Deos, quem ita defendebat Palacius Rubius in allegatione de hæresi. Ratio vero potissima huius regulę est, quoniam rusticus aut idiota, qui ita falsò opinatur, opinionem suam credit esse opinionem, aut verius Ecclesię veritatem: nec ea opinatio est fides sua, cum ipse fidem Ecclesiæ teneat. atq; hoc est diligenter animaduertẽdum in hac causa ad excusandos rusticos & idiotas, qui sæpe in hos errores facile labuntur. Adieci etiam in regula, Fidei subtilitates: *quoniam in his rudes homines & plebei facile labuntur, tamen absque hæresis periculo, in quibus inquit beatus Thomas non esse simplices homines examinandos, nisi cum timetur, ne in eis sint ab hæreticis deprauati. 2. 2. q. 2. art. 6. in respõsione ad 2. argumentum.*

5. Regula

Ignorantia inuincibilis quę dicatur.

Sit quinta regula: Qui errat ignorantia inuincibili, ab hæresi excusatur. Ioãnes Maior lib. 2. sent. dist. 22. q. 2. Simancas de catho. instit. tit. 26. nu. 6. & pauci quidam alij. Voco autem inuincibilem, seu insuperabilem ignorantiam, eam quam homo superare non potuit, postquam diligentem adhibuit solicitudinem in veritate inuestiganda. Sed vt ingenue fatear quod sentio, hodie post tam apertam Christianæ religionis notitiam, & tam late patentem Euangelij promulgationem, & tot Conciliorum, & sacrorum Doctorum lucem, vix in his, quæ fidei sunt, ignorantia inuincibilis, seu insuperabilis esse potest.

6. Regula

Sit sexta regula: Qui errat in his, quę sunt fidei, quæ tamen ipse credere explicite non tenetur, deceptus ab aliquo viro docto, quem pium & catholicũ esse credit, & talis ab alijs communiter habetur, ab hæresi, & hæreticorum pœnis, ac etiam à peccato videtur excusandus: quia putat eam doctrinam sanam esse. ita intelligendum est id, quod dicit Magister sententiarum lib. 4. distin. 30. ca. 1. vers. si quis hæreticus. in hæc verba: Si quis hæreticus nomine Augustini vel Ambrosij alicui Catholico se offerret, eumque ad suę fidei imitationem uocaret: si ille assentiret, in cuius sententiam fidei diceretur consensisse? non in hæreticorum sectã, sed in integritate fidei, quam ille hæreticus se mẽtiebatur habere. *hactenus Magister, quem sequitur ibidem S. Bonauentura, verb. siquis hæreticus. dubio. 2.*

7. Regula

Sit septima regula: Idem prorsus sentiendum est, cum filij errant in fide à parentibus seducti, & in errore nutriti: item discipuli à præceptoribus & magistris: subditi ab Episcopis et parochis, aut alijs similibus, præsertim si nondum iudicij compotes erant; aut si erant, in his tamen decepti errant, quæ explicite scire nõ tenentur: nam & hi etiam ab hæresi & hæreticorum pœnis excusabuntur. Ioannes Lupus Decanus Segouiensis tract. de hæret. quem refert & sequitur Montaluus in l. 1. tit. 26. partita 7. q. 14. & hæc plane regula videtur apertissima in cap. dixit Apostolus. 24. q. 3. in hæc verba: Sed qui sententiam suam quamuis falsam atque peruersam nulla pertinaci animositate defendũt, præsertim quam non audacia suę presumptionis pepererunt, sed à seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. *hactenus ibi. tales ergo mitissime sunt tractandi, & leuissimæ ẽt pœnitentię eis iniungẽdæ.*

Quòd siquis pro hæresi, aut hæresis suspicione in quisitus seu captus, talem excusationem proponat dicens, se ita tenere, quia à magistro, ita didicit, cuius opiniones sequi non erat vetitum: tunc discutiẽda est illa quæstio, An uidelicet sint reputandi hæretici, qui erroneam alicuius magistri doctrinã seu opinionem sequũtur: de qua Beatus Thomas quodlibeto 3. quæs. 4. art. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 28. art. 2. Albertinus tract. de agnoscen. assertionibus quæst. 21. num. 34. 35. & seq. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. Siluester in summa, verbo,

verbo, opinio. quæst. 1. & alij ab his citati. in quo articulo multa sunt capita distinguenda, sicut luculenter & copiose præcitato loco distinguit Turrecremata, quæ quia breuiter referri non possunt, & maiori ex parte in supradictis regulis videntur contineri, consulto omittimus, alibi fortassis opportunis locis commodius relaturi.

Tradidi hactenus generales regulas, quibus intelligatur, quando ignorantia excuset, quando contra non prosit in causis fidei: eas vero singulis casibus applicare prudentis iudicis est: nam singulatim omnia præscribi non possunt. Neque in his locutus sum in foro interiori, an videlicet qui prædictis modis in fide errant, peccẽt mortaliter, vel venialiter, vel aliquas censuras incurrant: isthæc enim contemplatio Theologorum est, & aliorum. nunc cetera persequamur.

Ecclesia non facit propositiones hæreticas aut catholicas, sed solum declarat quales sint.

b ¶ Et propter hoc multa nunc reputantur hæretica, quę prius non reputabantur.] *Nota hic Eymericũ cum beato Thoma non dicere multa sunt nunc hæretica, quæ prius non erant: quod tamen verissime dicere potuisset: nam hę propositiones, Christus non resurrexit, non ascendit in cœlum, non est natus de virgine, & aliæ id genus multę, his temporibus sunt hæreticæ, tamquam è diametro repugnantes ipsis articulis fidei Christianæ, quæ tamen ante incarnationem Filij Dei erant verissimę. Dixit autem beatus Thomas, & Eymericus multa hodie hæretica reputari, quæ prius non reputabantur, non quòd Ecclesia faciat propositionem aliquam de vera falsam, & de catholica hæreticam, et è conuerso: sed quia cum nondum de aliquibus dogmatibus constaret ac definitum esset, quid esset secundum catholicam fidem tenendum, Ecclesia declarat, hæc quidem tamquã catholica dogmata ab omnibus orthodoxis recipienda, illa vero vt hæretica respuẽda. ita erudite docẽt Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. part. 2. cap. 3. ad 6. argumentum, Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 8. aduersus hereses, & Albertinus de agnoscen. assertio. q. 1. nu. 11. & seq.*

An veritas vel falsitas propositionũ pendeat ab assertore.

Controuersiam vero illam: An propositiones hæreticæ à quocumq; prolatę, dicendæ sint hæreticæ, an tunc solum cum à viro Christianam religionem professo proferuntur, vt minus vtilem missam faciamus eam tractant Adrianus 4. sent. q. 1. de confessione, Alfonsus Castrus lib. 1. c. 1. de iusta hæret. punitio. et Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, par. 2. c. 3. vbi non pendere ab assertore autumant. Contra scribit Melchior Canus lib. 12. c. 8. de locis Theolo. Sed horum sententiæ ita nobis videntur conciliandæ: Bifariam enim hoc nomen hæresis accipi potest. Primo simpliciter pro ipsa propositione veritati catholicæ contraria: & hoc modo intelligi potest opinio asserentium, ad constituendam hæresim non esse necessarium assertorem esse Christianum. Altero modo sumi potest nomen hęresis pro impio hæresis crimine, quod perpetrantes & sunt & nominantur hæretici. & hoc modo procedere potest contraria doctorum opinio asserentium, ad constituendam hæresim & hominem hæreticum, necessarium esse assertorem fore Christianũ, de quo late Couarruuias lib. 3. variar. resolut. cap. 1. nu. 2. adde Caietanum 2. 2. q. 11. art. 1.

QVÆSTIO VIII.

Fidei non posse subesse falsum, sit ne omnibus necessario credendum.

SVMMARIVM.

1 *Ratio formalis obiecti fidei est prima veritas.*
2 *Fides nullam continet falsitatem.*
3 *Et hoc omnes explicite credere oportet.*

CTAVA[a] quæstio est, Vtrum credere explicite; quòd fidei non potest falsum subesse, quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem sancti Doctoris Thomæ 2. 2. q. 1. art. 3. quòd nihil subest alicui potentiæ vel habitui, aut etiam actui, nisi mediante ratione formali obiecti: sicut color videri non potest nisi per lumen †, & conclusio sciri non potest nisi per medium demonstrationis. † Al. lucem

1 Dictũ est autem, quòd ratio formalis obiecti fidei est veritas prima: vnde nihil potest cadere sub fide, nisi inquantũ stat sub veritate prima, sub qua nullum falsum stare potest: sicut nec non ens sub ente; nec malum sub bonitate.

2 Vnde relinquitur, quòd fidei non potest sub esse aliquod falsum.

Quòd autem prima veritas non habeat admixtam aliquam falsitatem: hoc explicite est credendum, cum sit pura & summa veritas, quæ est Deus. Nullus † enim intellectus concipit, quòd Deus dicat mendacium, neque falsum: Non † est enim Deus vt homo, ac Filius hominis vt mentiatur. † Numer. ca. 23. ita: Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec vt Filius hominis, vt mutetur.

3 Ergo consequenter credendum est explicite, quòd fidei non potest falsum subesse.

COMMENT. XXIII.

[a] *VNa est assertio, Fidei nullum potest falsum subesse, quoniam veritate prima nititur. Hęc assertio aperte intelligitur ex his, quę scribit Beatus Thomas, & ibi Caietanus 2. 2. q. 1. art. 1. ex quibus hanc colligo explanationem, Fides nostra pro obiecto formali Deum habet, quatenus Deus prima veritas est: per primam autem veritatem cum Dionysio in lib. de diuinis nominibus, c. 7. intelligo simplicem & semper existentem veritatem infallibilem, & nusquam mutabilem, aut vel in minimis incertam. Siquis enim quęrat à nobis, quare credimus Deo; apte respondebimus, quia est ipsa certissima & constãtissima veritas: & articulos fidei, & cetera quę ad Deum spectant, ideo credimus, quia à prima & infallibili veritate, nempe Deo, reuelata sunt: & propterea ipsa prima veritas, hoc est Deus, dicitur fundamentum fidei.* Quid nomine primę veritatis intelligatur.

Hanc tamen Catholicam veritatem nonnulli multis rationibus euertere nituntur, asserentes aliquando Deum, licet non per se, humano tamen Angelicoue ministerio homines fefelliſſe, quas longa serie numerat Melchior Canus lib. 2. cap. 2. de locis theologicis, & in sequentibus eisdem abunde satisfacit: eas nos libenter omittimus, quia non sunt instituti nostri. Hęc summa esto: Deum neque de potentia Deus nec fallit, nec fallitur vnquã.

Universidad de Deusto
Biblioteca

absoluta, neque de potentia ordinaria mentiri posse, aut quemquam fallere nec per se nec per alium; adeoque hoc verum esse, vt contrarium sit hæreticũ iudicandum. De potentia absoluta Dei loqui mihi videtur Augustinus lib. 1. de symbolo, cap. 1. dum ait: Deus omnipotens est, & cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest. *& lib. 22. de Ciuitate Dei. c. 25. dum ait:* Sed de omnipotentia eius, quæ tot & tanta facit mirabilia, iam multa diximus. Si volunt inuenire quòd omnipotens non potest, habẽt, prorsus, ego dicam, mentiri non potest. *hęc ille. Quod manifestius mihi expressisse uidetur ipse Dominus quando Lucę 21. ait:* Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. *quasi diceret: Vel concidat omne cęlum, omnisque natura; diuina tamen veritas consistat necesse est. De potentia vero ordinaria res est apertior. ad Romanos 3. Paulus scribit ita;* Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax. *& Num. c. 23. scriptum est:* Non est Deus quasi homo, vt mentiatur. *Quod autem nec per alium, aut hominem aut Angelum fallere quemquam possit Deus, aperte indicat natura mẽdacij, quod sua natura malum est et peccatũ, Deus autem peccati causa non est. & si per ministros suos Deus vmquam fefellisset, certe sacrarum litterarũ firmitas corrueret, et fidei fundamenta laberentur, dum dubitaretur an in his, vel in illis Deus per administros suos vera esset locutus. ergo vt has impietates et blasphemias fugiamus, asseramus omnino, nulla ratione Deum vmquam fefellisse, aut fallere posse: & inde colligamus vlterius cum Eymerico hac quęstione: Fidei, quæ primam veritatem, hoc est Deum, magistram habet, nullo modo falsum subesse posse.*

Deus nũquã mentitur.

b ¶ Nullus enim intellectus concipit, quòd Deus dicat mendacium neque falsum.] *Atque hoc est certissimum fidei dogma: nam si Deus prima & simplex veritas est, nullum mendacij genus admixtum habere potest: veritas enim & mendaciũ è diametro opponuntur, nec possunt in eodem reperiri subiecto, vt communis habet philosophorum assertio. atque hinc colliges, quàm stulte delirarent Armeni hæretici, qui mendacem Deum faciebant, vt refert Prateolus lib. 1. de sectis hæreticorum. c. 67. Mendacium enim, quod in viro probo admittere indignum est, in Deo summo bono ponere non verebantur. Sed eorum dogmata synodus Chalcedonensis cum Eutyche & Dioscoro, (quos Armeni volut duces sequebantur) damnauit.*

QVAESTIO IX.

De confessione exteriori fidei.

SVMMARIVM.

1 *Præcepta affirmatiua pro loco & tempore obligant.*
2 *Confessio fidei non semper, nec quouis loco est facienda.*
3 *Quibus in casibus necessaria sit fidei confessio.*
4 *Et quando sine vlla culpa omitti possit.*

NONA. a quæstio est, Vtrum fidei confessio sit necessaria ad salutẽ sic, quòd ad fidem profitẽdam quilibet teneatur?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S. Thomæ 2. 2. q. 3. arti. 2. quòd ea, quæ sunt necessaria ad salutem: cadunt sub præceptis diuinæ legis: cõfessio † autem fidei, cum sit quoddam affirmatiuum, non potest cadere nisi sub præcepto affirmatiuo: vnde eodem modo est de necessarijs ad salutem, quo modo potest cadere sub præcepto affirmatiuo diuinę legis.

† al. professio

1 Præcepta autem affirmatiua, vt supra dictum est, non obligant ad semper, & si semper obligẽt: obligant autem pro loco & tempore, secundum alias circumstantias debitas, secundum quas oportet actum humanum limitari ad hoc quod sit actus virtutis.

2 Sic igitur confiteri fidem non semper, neque in quolibet loco est de necessitate salutis, sed in aliquo loco & tempore; quãdo scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas promixis impendenda: puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quòd non haberet fidem, vel quòd fides non esset uera, uel alii per eius taciturnitatem auerterentur à fide: in huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis, iuxta illud Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.

3 In huiusmodi enim casibus necessitatis, vbi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem suam alijs propalare vel ad instructionem aliorum fidelium, siue ad confirmationem, vel ad reprimẽdum infidelium insultationem: sed alijs temporibus instruere homines de fide, non pertinet ad omnes fideles.

4 Si autem b turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta absque aliqua vtilitate fidei, vel fidelium, non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri: vnde Dominus dicit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neque margaritas uestras spargere ante porcos, ne conuersi dirumpant vos. Sed si vtilitas aliqua fidei speretur, aut necesitas adsit, contempta turbatione infidelium, debet homo fidem publice confiteri: vnde Matth. 15. dicitur, quòd cum discipuli dixissent Domino, quòd pharisæi audito eius verbo scandalizati sunt, Dominus respõdit: Sinite illos, scilicet turbari: cæci sunt, & duces cæcorum.

COMMENT. XXIIII.

a *HAEC quæstio elegantem, utilem, & cognitu necessariam habet materiam, & in primis ad officium sãctę Inquisitionis pertinẽtẽ. Nos vero quia forte à paucis è nostris est disputata in tractatibus, quos de pœnis hæreticorum conscripserunt; ideo summa rerum capita ad rem nostram spectantia aperte & dilucide attingemus. Tota autem tractatio duabus potissimum partibus absoluetur:*

Prima

Prima erit, An & quando obligemur ad confessionem fidei exteriorem, & quando liceat fidem occultare.

Altera vero, Nunquid, cum quis quo tẽpore obligatur fidem profiteri, eam negat, sit hæreticus, vel de hęresi suspectus, ita vt in hæreticorum pœnas incidat, aut contra nullam penitus contrahat hæresis suspicionem.

Confessio fidei exterior necessaria est ad salutẽ.

Ex hac quæstione vna potissimum colligitur catholica conclusio, qua dirimitur prima pars disputationis: ea vero huiusmodi est; Confessio fidei est necessaria ad salutem ex vi præcepti affirmatiui obligantis pro loco & tempore. Hæc autem conclusio de fide est, adeo vt contraria hęretica sit, quam probat illud ad Romanos, c. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Et illud Matth. 10.* Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cęlis est: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum corã Patre meo, qui in cęlis est. *& Lucæ. 9.* Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua. *Idem tradit Beatus Augustinus super Ioan. c. 18. tract. 113. & alij, quos paulo post citabimus.*

Hinc colligitur vel ex hoc solo capite, hæreticos iudicari potuisse Helcesaitas, siue Helchesaitas, qui affirmabant Christum in tormentis seu in necessitate, ore negari posse sine peccato, dummodo corde crederetur. vt referunt Eusebius lib. 6. Historiæ ecclesiasti. cap. 31. & Nicephorus lib. 5. cap. 24. & Breuiarium Romanum in vita Fabiani Papę: quam hæresim refert etiam Eymericus infra p. 2. q. 10. vers. septima hæresis est.

His ita positis, obseruandum est vlterius discrimen inter præcepta negatiua & affirmatiua: nam illa semper & vbique obligant, & ad semper, vt non esse occidendum, non esse Deum negandum, & similia: hæc vero, nempe affirmatiua, semper, quidem obligant, sed non ad semper, sed pro certis locis atque temporibus. Præceptum igitur confitendi fidẽ per actum exteriorem, cum sit affirmatiuũ, nõ obligat pro quauis temporis differentia, sed vt hoc loco scribit Eymericus ex Beato Thoma pro loco & tẽpore, quando scilicet per omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, vel etiã vtilitas proximis impendenda. ergo his cessantibus non erit necessarium confiteri, sed & uerbis et factis poterit omitti fidei confessio exterior.

Fidem occultare quandoque licet: sed alienam, profiteri nũquam licet.

Ceterum vt hæc intelligantur apertius, notanda est doctrina Caietani 2. 2. q. 3. artic. 2. quę & vera est, & communiter recepta, videlicet, aliud esse fidem propriam occultare, aliud vero alienam profiteri: nam fidem propriam occultare, cum nec honor Dei, nec vtilitas proximi contrarium postulat, multis modis licet. c. clerici. de vita & honst. cleri. profiteri: autem alienam fidem, vel negare propriam dicendo serio, se non esse Christianum, vel vtẽdo habitu proprio infidelium præsertim eo, qui in honorẽ idolorum & sectę suę institutus est, nullo pacto licet: quoniam hoc suapte natura malũ est, quod nusquam licet admittere, cum hęc fieri non possint sine professione cultus illius, quem infideles retinent, ita scribit et vere Caietanus apud S. Thomam 2. 2. q. 3. ar. 2. et Siluester in sum. verbo. fides. q. 5. nu. 8.

Ex his refellitur opinio Hugutij Archidiaconi, Ioannis Fantuzzi, & aliorum in c. vt ilem. 22. q. 2. quos sequitur Geminianus in c. nos in quemquam. 2. q. 1. & Iason in l. si mora. nu. 4. ff. sol matr. vbi asserunt excusari forte catholicum si promitteret hæreticis, verbi gratia Patarenis, se eorum sectam secuturum, vt ea cognita, eandem posset confutare; quoniam hoc sua natura malum est neque exempla quibus vtuntur, eis vllo pacto suffragantur: cum neque Iehu 4. Reg. c. 10. idolis Baal sacrificarit, licet velle sacrificare finxerit, vt perfidos sacerdotes interficeret: neque Dauid errorem aliquem alienę sectæ fuerit professus, lib. 1. Reg c. 21. sed solam stultitiam simulauerit coram Rege Achis. Atque hęc breuiter dixisse sit satis quantum ad primam disputationis partem attinet.

An sit hæreticus qui metu compulsus aliquid hęreticale cõmittit.

Sed iam alterũ suscepte tractationis caput absoluamus, Nunquid scilicet is sit putandus hæreticus aut de hęresi suspectus, vel nullo modo suspectus, qui quo tempore fidem fateri obligatur, eam abnegat, & verbis seu factis aliquid hęreticale cõmittit, vt si verbi gratia à Turcis quis captus metu mortis abneget Christum, & Mahometem verum esse prophetam confiteatur: aut ad illius Meschitã thus offerat: aut à Lutheranis interceptus compellatur Papę potestatem dissiteri, nullumve imaginibus honorem exhibere, immo eas conculcare, aut delere cogatur.

Ac primum quidem obseruandum est duplicem esse coactionem, vnam absolutam, quam rectè insuperabilem vocare possumus: alteram vero conditionalem, vt docet glos. communiter recepta in cap. ad eius. in verbo, inuita. dist. 5. & in cap. si quandoque. in verbo, erroris. 15. q. 6. & Albertinus tract de agnos. assertionibus, quæst. 30. num. 7. quibus positis, dico plurimum referre, an facta hæreticalia committantur coactione absoluta & insuperabili, vt siquis ligatus & penitus renitens cogatur non per se, sed per alios genua Mahometo flectere, aut circumcidi, aut aliquid huiusmodi horrendum patrare: quoniam hic nullum adesset peccatum, cũ nulla eius interueniat voluntas: eatenus enim actus malus peccatum est, quatenus voluntarius est, vnde in cap. maiores. extra de baptis. & eius effectu. §. vlt. circa finem scribitur ita: Sicut nec ille notã alicuius reatus incurrit, qui cõtradicens penitus & reclamans, thurificare idolis cogitur violẽter. *hęc ibi. Atque de hoc genere coactionis videtur accipiendum illud lib. 2. Machab. cap. 6. vbi cum esset sermo de vi, quę Iudæis inferebat iussu Antiochi, dicitur ita:* Ducebãtur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cũ Liberi sacra celebrabantur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. *hæc ibi. De eodẽ quoq; coactionis modo loqui videtur concilium Ancyranum, c. 3. quod paulo post referam: An vero committantur coactione mixta seu conditionali, vt siquis pro cuitanda morte aliquod factum hęreticale commiserit, vt in prędictis exemplis constat: nam hic proculdubio mortale peccatum committitur, et potius moriendum est, quàm id perpetrandum, vt in superioribus*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rioribus ostendimus, & tradunt glossa & doctores precitatis locis.

Rursus animaduertendum est huius quæstionis difficultatem totam in hoc consistere, an is metus, quo quis compellitur ad facta vel dicta hæreticalia (quo absente talia committens esset hæreticus vel saltem de hæresi suspectus) excusetur hominem & ab hæresi & ab omni hæresis suspicione. & Albertinus tract. de agnos. assertio q. 30. num. 6. ab hæresi excusandum dicit. eum sequitur Simancas de cath. institut. tit. 17. nu. 29. & seq. quoniam satis est manifestum, hos inuoluntarios hæc mala patrare; licet moriendo possent euitare: sed quoniam mori magnum est virtutis opus, & valde difficile, ideo elegerunt B *potius vitam cum peccato, quàm mortem cum gloria. At quia non videtur aperte eorum voluntas in hæc consentire, cum inuiti quodammodo metu suppliciorum aut mortis trahantur; ideo ab hæresi excusantur. hæresis enim nunquam perficitur, nisi per tinax consensus accedat: nec hæresis consistit in dictis aut factis, sed in intellectu & voluntate: vnde amplius consequitur, vt nec pœnis hæreticorum affici debeat, qui metu lapsus est. Simancas de catho. instit. tit. 17. nu. 36. Albertinus in repet. rub. de hæret. lib. 6. q. 13. num. 67 & seq. Conradus Brunus lib. 1. c. 4. de hæreticis, qui licet nominatim non dicant tales coactos pœnas hæreticorum effugere, id tamen apertissime sentiunt, dum non esse hæreticos audacter asserunt atque huic sententiæ eò libentius subscribo, quò apertius video humanæ nostræ naturæ fragilitatem, quæ facile incommoda quæq; timès, mala quæque grauissima committit.*

Monet tamen Simancas prefato loco nu. 37. ad hoc vt verisimile sit, eum qui facta vel dicta hæreticalia admisit, non consensisse, nec hæreticũ, vel apostatam fuisse, oportere vt doleat, & metu cessante statim conuertatur. & pœniteat: alioquin si diu tacuit, nec reclamauit, ratum habuisse videtur turpẽ & hæreticalem actum.

De coactis, eorumque immunitate, & receptione ad sacram Ecclesiæ communionem, elegans extat decretum in uetustissimo concilio Ancyrano c. 3. cuius fructu nolui lectorem carere, ita autem habet: Qui fugientes timore persecutionis, comprehensi sunt, vel à familiaribus, seu à domesticis traditi, vel bona propria amiserunt, vel sustinuerunt tormenta, vel etiam carceribus inclusi sunt, & tamen proclamauerunt se esse Christianos: quin etiam perseuerante violentia, ad id vsque perducti sunt, vt manus eorum apprehensas & violenter attractas, super sacrificia imponerent, illis scilicet perseuerantibus in fide, & Christianos se esse vociferantibus: hoc ergo quod eis inuitis, alijs E cogentibus contigit, si luctu & mœrore animi acerbe se ferre demonstrent, ipsique humili per bonam conuersationẽ habitu incedentes, dolere se id quod inuiti coacti sunt, doceant, hos tamquam inculpatos à communione non vetari. Si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus à communione, maioris diligentiæ & inquisitionis causa, aut per aliquorum ignorantiam, statim recipi oportet. *hactenus ibi. Videtur autem vt predixi hic locus accipiẽdus de primo genere coactionis, quam* A *paulo antea absolutam siue insuperabilem vocabamus, in quibus propterea concilium post factum cõmissum etiam absoluta coactione humilem pœnitentiam postulat, quia initio metu persecutionis fugientes deliquisse videbantur, vt agnoscas antiquam et seueram Patrum disciplinam in his, quæ circa fidẽ committebantur.*

Illis autem, qui non penitus coacti recesserunt, grauiorem pœnam imponit idem concilium Ancyranum c. 4. in hæc verba: De his qui sacrificare coacti sunt, insuper in templis idolorum cœnauerunt, siqui eorum cum habitu cultiori ad templa perducti sunt, atque ibi pretiosiori veste adhuc mutata, cœnæ participes facti sunt idolorũ, B indifferenter sumentes omnia, quæ fuerunt apposita: placuit eos inter audientes vno anno constitui, tribus autem alijs annis agere pœnitentiam: sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare, tertio autem anno reconciliari sacramentis. *hactenus ibi. & concordat concilium Arelatense 11. c. 11. verba autem illa:* Placuit eos inter audientes constitui, *hoc significant, vt velut catechumeni tractentur, ac in rebus fidei per sacerdotes instruantur.*

Sed hæc quidem omnia, hos ita coactos non fuisse hæreticos demonstrant: num autem hæresis suspi- An sint de hæresi suspecti qui metu aliquid hæreticale committunt.
C *cio aliqua contrahatur, & qualis ea sit, à nostris nõ est perfecte indicatum, nec potest certa regula definiri. recte tamen admonet Gerson tract. de protest. considerat. 12. tales habendos esse suspectos de hæresi vel idololatria, vehementer vel leuiter secundum quod plures causæ suspicionem aggrauãtes aut minuentes concurrunt. itaque personarum & metus rationem esse habendam puto: nã si metus grauis est, & qui virum constantem commouere possit, plane hæresis suspicionem vel excludet, vel minuet, dummodo cessante metu conuertatur et ingemiscat qui deliquit: sin autem metus leuis erat, aut non metus mortis, sed leuis fustigationis, carceris, famis,* D *& similium, quæ nec vitam adimere, nec membrorum mutilationem afferre suo genere poterant, & persona grauis erat, & causam fidei probe intelligens, quales sunt Episcopi, Clerici, Monachi, Theologi, Nobiles, & similes, si succumbant non effugient saltem vehementem hæresis suspicionem: nam indicare videntur se in fide languere, & parum ei tribuere, dum ob leuem causam ei renuntiant, & interius in corde non obscure præsumuntur fidem deseruisse, & contrarium errorem approbasse, postquam leui periculo victi succubuerunt. non ita de feminis, puellis, pueris, aut similibus sentiendũ, quos minor metus facilius auertit.*

Ergo qui post lapsum statim reuertuntur, reci- Quid agẽdũ cum his, qui metu negauerunt fidẽ, si conuertantur.
piendi sunt benigne, & mitissime tractandi, & si in eis nulla hæresis, aut hæresis suspicio orta fuerit, nulla pœnitentia hæreticis aut suspectis conuersis imponi consueta, qualis est abiuratio, aut canonica purgatio, iniungenda erit: sed aliæ pro modo culpæ & qualitate personæ, admonebũturque suæ ignauiæ & turpitudinis, cum elegerint peccare potius quàm Deo obedire. his quales pœnitentiæ olim iniungerentur, decreta concilij Ancyrani & Arelatensis paulo ante relata demonstrant.

Qui

Qui autem aut tarde reuertuntur, aut leui timore victi succubuerunt, præsertim si Prælati sint, Clerici, Monachi, vel Theologi grauius puniendi sunt, & ad abiurationem compellendi propter hæresis suspicionem, quam merito contraxerunt. A

Neque his aduersatur Eymerici doctrina par. 2. q. 41. num. 7. & q. 49. num. 5. qui videtur indistincte velle eos, qui metu mortis fidem abnegant inter hæreticos esse computandos: quoniam vt in illis locis diximus, illa intelligenda sunt concurrere, quæ paulò antea memorauimus.

b ¶ Quando scilicet per omissionem huius cõfessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impendenda, &c.] *Ad* B *hunc locum comprobandum omnino reuocandum est ad memoriam, singulare illud & omni imitatione & recordatione dignissimum Eleazari exemplum, lib. 2. Machab. cap. 6. qui cum duceretur ad supplicium propterea quod nollet contra legis preceptum carnem porcinam manducare, & illi qui astabant iniqua commiseratione commoti, tollentes eum secreto rogarent afferri carnes, quibus vesci ei liceret, vt simularetur manducasse, sicut tyrannus imperauerat de sacrificij carnibus, vt hoc facto à morte liberaretur: at ille sanctus & grauis senex constanter respondit in hæc verba:* Non enim ætati nostræ dignum est fingere: vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum trãsisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis uitæ tẽpus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti cõ C quiram: nam & si in præsenti tempore supplicijs hominum eripiar, sed manum omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo: adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauissimis, ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. *hactenus ibi. itaque ad* D *supplicium ductus gloriosa morte occubuit. Ex quibus fit consequens, quòd cum honor Deo debitus, aut vtilitas proximorum id postulat, de necessitate salutis est fidem profiteri, Eleazari & multorum aliorum sanctorum exemplo, quos breuitatis gratia consulto omittimus.*

c ¶ Si autem turbatio infidelium oriatur de cõfessione fidei manifesta, &c. non est laudabile in tali casu fidem publice confiteri.] *Sed hoc vi-*
Verbum Dei quando prædicandum.
detur refragari præceptoris nostri legi iubenti, vt doceamus omnes gentes & prædicemus Euangeliũ omni creaturæ. Sed non est ita; tametsi enim omnibus sit prædicandum, non tamen temere id est fa- E *ciendum, quotiens fides nostra deluderetur, & nulla vtilitas inde speraretur, vt optime hoc loco docet auctor ex Beato Thoma; præsertim cum de hac re differens Dominus noster præcipiat ne margaritas proijciamus ante porcos: hoc est, ne Euangelicæ veritatis thesauros proponamus illis temere, qui aspernaturi sunt eorum valorem.*

QVAESTIO X.

Disputandum ne sit publice de fide.

SVMMARIVM.

1 *In disputatione de fide duo consideranda.*
2 *Disputatio de fide quando cũ vitio fiat; & quando cum laude.*
3 *Coram sapientibus & firmis in fide tutum est disputare.*
4 *Quo casu coram simplicibus disputandum de fide sit.*
5 *Et quando ab huiusmodi disputatione abstinendum.*
6 *Clericis concessa est, & vetita laicis disputatio de fide.*

DECIMA a quæstio est. Vtrum b de fide liceat publice disputare?

1 Ad hanc respondemus iuxta mẽtem S. Thomę 2. 2. q. 10. ar. 7. quòd in disputatione fidei duo sunt consideranda. Vnum quidem ex parte disputantis: aliud autẽ ex parte audientium.

2 Ex parte quidem disputantis est considerandа intentio. Si enim c disputet tamquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens, proculdubio peccat tanquam dubius in fide, & in fidelis. Si autem d disputet aliquis de fide ad confutandum errores: vel e etiam ad exercitium, laudabile est.

3 Ex parte vero audientium considerandũ est, vtrum illi, qui disputationem audiunt, sint instructi & firmi in fide, an simplices, & in fide titubantes: & quidem f coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide: Si † coram simplicibus, est distinguendum; quia aut sunt sollicitati siue pulsati ab infidelibus, puta Iudæis, vel hæreticis, aut paganis nitentibus † in eis corrumpere fidem: aut omnino nõ sunt sollicitati super hoc, sicut in terris, in quibus non sunt aliqui infideles.

† apud Thomã ita: Sed circa simplices, &c, † al. intendẽtibus.

4 In primo g casu necessarium est publice disputare de fide, dummodo inueniãtur aliqui ad hoc sufficientes & idonei, qui errores confutare possint. Per hoc enim simplices in fide confirmabũtur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas: & ipsa taciturnitas eorum, qui resistere deberent peruertentibus fidei veritatem, esset erroris confirmatio. Vnde Gregorius in † 2. pastoralis. Sicut incauta locutio i errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in error derelinquit. † Secundæ partis cap. 4.

5 In secundo h vero casu periculosum est, publice disputare de fide coram simplicibus, quorum fides ex hoc est firmior, quia nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt. Et ideo non expedit eis, vt verba infidelium audiant disputantium contra fidem. Non enim debemus disputare de his, quę sunt fidei, quasi de eis dubitemus: sed propter veritatem manifestandam, & errores confutandos. Oportet enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sputare: quãdoque quidem defendendo fidem, secundum illud 1. Petri 3. Parati semper ad satisfactionẽ omni poscenti vos rationem de ea, quę in vobis est spe & fide: Quandoque autem etiam ad conuincendos errantes: secundum illud ad Titum 1. Vt sit potens exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Et act. 9. dicitur, quòd Saulus inualescebat & confundebat Iudæos, & quòd loquebatur Gẽtibus, & disputabat cum Græcis.

6 Vnde talibus de causis disputare de fide clericis litteratis licet: laicis [i] autem, & præsertim illitteratis, non licet. Et ideo Alexander quartus imposuit pœnam laicis de fide catholica disputanti bus publice vel priuatim. Vnde lib. 6. extra de hæret. c. quicumque. §. inhibemus, dicit sic: Inhibemus quoque ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

COMMENTARIVS XXV.

a TOta hæc quæstio continetur his septem axiomatis.

Primum est: Disputare de fide de ea dubitando, peccatum est infidelitatis.

Alterum est: Disputare de fide ad eam confirmandam, & ad hæreses ei oppositas refutandas, laudabile est.

Tertium est: Disputare de fide ad exercitationem, vt videlicet disputando veritas intelligatur, laudabile quoque est.

Quartum est: Nullum est periculum disputare de fide coram sapientibus in fide firmis.

Quintum est; Necessarium est disputare de fide coram simplicibus & idiotis, quotiens corrupti sũt in fide, aut deprauati ab hæreticis.

Sextum est: Non est disputandum coram simplicibus, de rebus fidei, quotiens illi non sunt in fide infirmi aut titubantes.

Vltimum est: Clericis licet de fide disputare, laicis vero non licet.

b ¶ Vtrum de fide liceat publice disputare.] Hæc quæstio materiam continet valde vtilem, & nostris etiam temporibus frequentem, & propterea cognitu necessariam. In ea more nostro, omissis ceteris illa tantum commemorabimus, quę instituto auctoris aptantur: cetera, quæ vel inutilia sunt, vel nimis superflua libenter omittemus.

De hac materia plene scribunt Beatus Thomas, & ibidem Caietanus 2.2.q.10.art.7 glossa & Doctores in c. quicunque. §. inhibemus, de hæret. lib. 6. Innocen. in c. damnamus. de sum. trin. & fide catho. glos. & Doctores in cap. nos ad fidem. 96. dist. Alfonsus Castrus lib. 1. c. 19. de iusta hæreticorum punitio. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 13. Repertorium Inquisitorum, verbo, disputare. Simãcas de catho. instit. tit. 20. idem in Enchyridio violatæ religionis, tit. 32. Siluester in sum. verbo, disputatio. §. 1. & 2. eleganter & erudite Conradus Brunus lib. 3. de hæret. c. 12. 13. & 14. & lib. 5. c. 4. & lib. 6. c. 8. & alij alijs locis. & quamquam illi rem *fuse tractent, cuncta mihi videntur ad hæc Eymerici axiomata posse reduci, in quibus docet quid sit ex parte disputantium; item ex parte audientium singulariter considerandum: quæ nos suis locis opportune declarabimus, dummodo hoc præmonuerimus, posse quamlibet fidei disputationem iniri aut cum hæreticis, aut cum catholicis, de quibus singulis differemus.*

c ¶ Si enim disputet tamquam de fide dubitans, &c.] *In hoc primum axioma peccant in primis omnes hæresiarchę, qui non disputant ad tuendam & constituendam fidem, sed quæ certa sunt in dubium reuocantes, compellunt dicere iuxta animi sui desiderium. Habet locum hoc axioma tunc potissimum, cum iam definita per Ecclesiam in dubium reuocantur, de quo loquitur l. nemo. C. de sum. tri. & fide catho. qui uero ita disputant, hæretici iudicandi sunt: quoniam dubius in fide infidelis est. c. dubius. de hæret. & tradit eleganter Beatus Augustinus lib. 2. de baptismo contra Donatistas, cap. 3. & refertur in c. quis nesciat. dist. 9. Hoc enim primum in disputatione de fide cauendum est, ne de his suscipiatur, quę iam definita sunt ab Ecclesia: talis enim disputatio penitus illicita est, sicut licita erat priusquam definirentur. Ita docet & uere Siculus in Clem. 1. de summa trin. Antonius Butrius in c. cũ Christus. de hæret. & Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. num. 16. Si quid tamen obscurum in iam definitis continetur, de eo disputari potest, vt ambiguum tollatur, & veritas clarior appareat. glossa, Archidiaconus, & Dominicus in dicto cap. quis nesciat. dist. 9.*

Non licet disputare de fide dubitando de iam definitis per Ecclesiam.

d ¶ Si autem disputet aliquis de fide ad confutãdum errores.] *Hoc secundum axioma superiori aduersum est: nam quantum scelus est disputando fidem labefactare, tanta laus est disputando eam tueri, errores refutare, hæreticos conuincere, vt uel inuiti & obtorto collo cogantur vi argumentorum victi fateri Euangelicam veritatem. hoc protinus ab initio nascentis Ecclesiæ aduersus hæreticos præstiterunt Apostoli, obseruarunt viri sancti Hieronymus, Augustinus, & ceteri, præstantque quotidie viri py & catholici tum in conciliis generalibus, tum in priuatis ciuitatibus, & verbo & opere, cum editis libris non minus valide, quàm verbis viuis loquendo hæreses refutant. de quo illustre exemplum extat in l. quoniam. C. de episco. & cler. Hoc Paulus diuinus respiciens, ad Titum c. 1. dixit, oportere episcopum doctum esse, & amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sua, & eos qui contradicunt arguere.*

Laudabile ẽ disputare de fide ad confutandos errores.

Sed cũ hæc disputatio publice cũ hæreticis suscipitur, multa concurrere debent, nempe vt à doctis suscipiatur, coram doctis peragatur, & vt necessaria ad eam rem obseruentur causa, locus, tempus, modus, & alię circumstantiæ, de quibus optime Conrradus Brunus lib. 3. de hæret. ca. 12. cum seq. nec enim temere suscipiendæ sunt cum hæreticis contentiones: nam vt optime scripsit Tertullianus in libro de præscriptionibus hæreticorum, ex disputatione cum hæreticis suscepta, raro ipsi conuertuntur, immo audaciores & pertinaciores efficiuntur: firmi in fide fatigantur, infirmi capiuntur, & medij cum scrupulo dimittuntur. & Augustinus contra Faustum Manichęum lib. 13. cap. 12. optime monuit hæreticos non amare disputationem, sed cum ad eam venerint, impudentissima pertinacia quoquomodo superare contendunt. postremo quales sint hæreticorum fraudes, & quomodo subtilibus interdum fallacijs disputando simplices capiant, eleganter docuit idem Augustinus super Ioannem ca. 1. tract. 1. circa finem, vbi scribit, qua fraude Manichęus induxerit quendam fateri argumentando corporalia non à Deo, sed à diabolo fuisse creata.

In disputationibus susceptis à catholicis quid obseruandũ.

e ¶ Vel etiam ad exercitium laudabile est.] *Tertium hoc axioma catholicos solum respicit, qui sępe de rebus fidei secum disputant, vel inter se intra priuatos parietes, vel publice in scholis. ceterũ in hac disputatione, tametsi in bonum finem referatur, ea sunt obseruanda, quę monuit Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 19. de iusta hæretico. punitione, videlicet ne hæreticę, scandalosæ, aut alię eiusmodi propositiones causa excitationis vnquam defendãtur, id quod vetuisse ẽt videtur Leo decimus in Bulla incipiente,* Exurge Domine. *relata in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio inquisitionis, cum sæpe contingat homines rudiores persuadere sibi id posse defendi, quod publice in scholis vident à viris doctis disputari. Ac ne illa quidem disputanda sunt, quæ propter subtilitatem & difficultatem populi audientis vires excedunt, qualia sunt multa de prædestinatione, libero arbitrio, & similibus: in his enim rudes homines sępe difficultatem aduersi argumenti percipiunt, solutionem autem non facile capiunt, vt ait Caietanus secunda 2. quæst. 10. art. 7. inde discedunt dubij, & interdum euadunt hæretici. Sed his incõmodis facile occurrẽt qui disputationibus præsunt, aut publico munere funguntur, ne videlicet talia absque necessitate & incompetenter disputari permittant.*

Illud postremo in his disputationibus catholicorum obseruandum est, ne quid irreligiose dicatur, ne scommata aut dicteria scurriliter proferantur, ne quid superbe ad inanem gloriam asseratur: sed omnia in eum finem dirigantur, vt veritas in obscuris, & Dei gloria potissimum quæratur.

Iam quæ de vanis, incertis, & periculosis propositionibus non disputandis proxime docui, cũ agitur de rebus diuinis & ad fidem spectantibus; eadem intelligenda sunt & obseruanda ab aliis artiũ professoribus, veluti philosophis, medicis, & mathematicis: ab his enim occasione eius auctoris quem profitentur, nullo modo disputanda sunt quæ cum fide pugnant ea vel asserendo, vel in dubium reuocando: sed circa ea obseruandum est id quod cauit Leo decimus Pont. Max. in concilio Lateranensi sessio. 8. rescripto incipiente: Apostolici regiminis, *Quod est in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissimę inquisitionis.*

f ¶ Et quidem coram sapientibus in fide firmis nullum periculum est disputare de fide.] *Hoc quartum axioma illos respicit, quorum gratia suscipitur disputatio, siue coram quibus transigitur; nam si firmi in fide sint, tantum abest, vt vllum sit periculum, immo magis in fide confirmãtur, cum per disputationem veritas magis elucescat, & diuinorum mysteriorum cognitio clarius pateat.*

In disputatione de fide susceptа ad infirmos cõfirmandos, quid obseruandum.

g ¶ In primo casu necessarium est publice disputare de fide.] *Hæc quinta præceptio etiam ad audientes refertur: tunc enim necessarium est coram rudibus disputare, cum illi ab hæreticis male persuasi sunt in his, quę ad fidem spectant; id quod sæpe contingere docet rerum experientia: nam per hanc disputationem simplices in fide confirmabuntur, & hæreticis præcludetur omnis fallendi via. Verum in hac disputatione nonnulla etiam obseruãda sunt. Primum, vt per viros idoneos & litteratos transigatur, qui sint in Philosophia & Theologia probe versati, vt sciant aduersariorum rationes discutere, & refellere, & contrarias veritates optimis argumentis roborare, vt ait Caietanus 2. 2. quæst. 10. art. 7. neque enim ita est agendum vt in dubium reuocentur catholicę veritates, sed vt firmissimè statuantur, & aduersarij conuincantur, iuxta doctrinam traditam per Ioannem Imolensem in cap. damnamus. de summa trinitate & fide catho. quam sequitur Alberti. de agno. assert. q. 13. num. 21.*

Iam præter eruditionem illi etiam deligendi essent ad hoc munus subeundum, qui vita probati, in corruptis moribus, aut sanctitate conspicui essent, quibusque à populo multum tribuatur: nam illorũ sermones efficaciores sunt ad persuadendum, quorum vita, dicta eorum comitatur. Difficulter enim poterit litteratus rudibus labe hæresos infectis persuadere, simplicem fornicationem esse peccatum, si eum noscant meretricio turpem vitam ducere: nam cuius vita despicitur, consequens est, vt eius prædicatio contemnatur, vt dicit Benedictus XI. in extrauagan. inter cunctas. §. Verum quia. tit. de priuileg. inter communes. Denique is etiam esset ad congrediendum eligendus, qui nunquam de fide male sensisset, aut per Inquisitores fuisset vel inquisitus uel punitus: nam horum etiã sermones propter veteris peccati recordationem inualidiores videntur ad persuadendum.

h ¶ In secundo uero casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus]. *Penultima hęc præceptio etiam ad audientes refertur, quibus, si nullas hereses audierunt, nullarum est recordatio proponenda, ne instigante Satana discant dubitare de eo, quod antea firmiter credebant; quoniam vt paulo antea dicebamus, difficultates et obiectiones cõtra fidem melius à rudibus percipiũtur, quàm intelligantur earundem difficultatum solutiones.*

Quõ laicis sit prohibitũ de fide disputare.

i ¶ Laicis autem, & præsertim illiteratis non licet.] *Postremum hoc axioma à quibus sit de fide disputandum docet: nam clericis licet, laicis non licet, quemadmodum & de prædicando verbo Dei infra disponunt. cap. cum ex iniuncto, & cap. sicut in vno. de hæret. & dixi plene infra par. 2. super cap. cum ex iniuncto.*

Sed illud est hic inquirendum, an prohibeatur indistincte omnibus laicis de fide disputare? Ac iura quidem vbique inhibent indistincte laicis personis;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne publice vel priuatim de fide disputare audeant. A *c.2.§.inhibemus.de hæret.lib 6.c cum ex iniuncto. & c.sicut.de hæret.l.nemo.C.de sum.trin.*

Et Caietanus apud Beatum Thomam 2.2.q.10. art.7.occurrebat huic dubitationi dicens, ideo disputare de fide laicis prohiberi, quoniam vt plurimum laici sunt illiterati: leges autem de illis feruntur,quæ communiter contingere solent.l.nam ad ea. ff.de legibus si tamen reperirentur laici litterati, possent de fide disputare, quotiens is casus occurreret,vnde non prohibentur à prælatis quin laici de fide disputent.

Albertinus vero tract.de agnos.assert.q.12.n. 5.& seq.audacter asserit laicis indistincte prohibe B *ri disputare de fide,non quia illitterati sunt,sed quia laici sunt, cũ proprie & vere loquendo laicus is in iure dicatur,qui clericus non est,siue sit litteratus, siue illitteratus: & quemadmadum iura prohibent etiam laicis litteratis prædicare, vt dixi infra par. 2.super dicto cap. cum ex iniuncto, ita etiam prohibent eisdem de fide catholica disputare, atq; hæc quidem sententia de iure verior mihi videtur.*

Quot modis suscipiantur disputationes de fide.

Verum vt hæc apertius intelligantur,sciendum est bifariam suscipi posse disputationem de fide. Primo serio,vel cum hæreticis, vel inter catholicos ad discernendum aliquid,quod ad fidem pertineat; & C *hoc modo omnibus laicis inhibitum est disputare de fide: visum est enim has disputationes de rebus sacris suscipiendas,per ecclesiasticas & sacras quoque personas esse transigendas:hinc videmus in cõciliis, in quibus causæ fidei tractantur, & multa prius disputatione præcedenti examinantur,laicorum partes, aut nullas vnquam, aut raras fuisse. Indignum enim videtur presentibus Dei sacerdotibus, laicos de fide tractare: si tamen alicuius laici insignis esset eruditio(vt plerumque contingit)non esset tunc absurdum eum serio audire de fide disputantem,præsertim casu necessitatis, vt in partibus propinquis hæreticorum terris: tunc enim laicus posset disputare, neque hæc peruerterent communẽ* D *legem inhibentem laicis ne prædicent, cum sint casus singulares,& necessitas legem excludat. Secundo potest suscipi disputatio de fide, non serio,sed ficte, nempe honoris & exercitationis causa,quæ ratione non est prohibitum laicis disputare, vt optime admonet Caietanus apud Thomam 2.2. quæst. 10. art.7.*

Omnis disputatio de fide tribus de causis suscipitur.

Ex omnibus supradictis hæc summa colligitur, Omnem de fide disputationem tribus de causis suscipi posse: aut vt simpliciores in veritate instruantur & confirmentur, impij vero conuicti reducantur, deceptique ab illis, ab erroribus liberentur. Secũdo vt de vero scripturarum sensu disceptetur, non reuocando in dubium iam definita & sancita per Ecclesiam,sed dubia in eis reperta declarando. Tertio vt controuersiæ dogmatum inter catholicos & hæreticos componantur. Ex quibus duo postrema per maiores Ecclesiæ iudices sunt absoluenda: primum vero per inferiores catholicos ecclesiasticos potest transigi,vbi ea sunt obseruãda quę

crudite tradit Conradus Brunus
lib. 3. de hæret.
cap.12.

QVAESTIO XI.

De probatione mysteriorum fidei per rationes.

SVMMARIVM.

1 *Ex creaturis in Dei notitiam natura nos ducit.*
2 *Hæ vero vnitatem essentię, non personarum distinctionem ostendunt.*
3 *Fidei bifariam derogat qui naturali ratione eius mysteria probare conatur.*
4 *Probanda sunt ergo auctoritatibus, &c.*
5 *Nec trinitatis nec Dominicę incarnationis mysteria possunt naturali ratione demonstrari.*
6 *Qua arte & modo sit cum hostibus fidei disputandum.*
7 *Quæ contra fidem opponuntur, vera esse nequeunt.*
8 *Rationes quę à Sanctis afferuntur quales sint.*
9 *Quod ab uno scitur, contingit ab alio credi.supra etiam nu. 7.*
10 *Rationes pro fide quomodo illius meritum non imminuant.*

S.Anto.4.p. tit.8.c.1.§ 1. & 2.

VNDECIMA quęstio est, Vtrum deroget fidei, & consequenter liceat fideli asserere, q ad probandũ mysterium Trinitatis,& cetera quæ sunt fidei,possunt adduci rationes naturales demõstratiuæ ne cessariæ,& cogentes?

Ad hanc respondemus iuxta mentem S.Thomæ in diuersis eius dictis. Primo namque in prima parte summæ,q.32.ar.1.dicit sic:

Alberti de agno.asser.q. 13.n.26.adde citatos in princ.sequẽtis cõmentarii super q. 12.

1 Respondeo,quòd impossibile est per rationẽ naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarũ personarum peruenire. Ostensum est enim supra, quòd homo per rationem naturalem in cognitionẽ Dei peruenire non potest,nisi ex creaturis: creaturæ autem ducunt in cognitionem Dei,sicut effectus in causam. Hoc igitur solum ratione naturali de Deo cognosci potest, quod competere ei necesse est, secundum quòd est omnium entium principium. Et hoc fundamento vsi sumus supra † in consideratione Dei. Virtus autem causatiua † Dei est communis toti Trinitati, vnde pertinet ad vnitatẽ essentiæ, non ad distinctionem personarum.

†q.12.ar.12.
†al.creatiua.

2 Per rationem igitur naturalem cognosci possunt de Deo ea,quæ pertinent ad essentiæ vnitatem:non autem ea, quæ pertinent ad distinctionem personarum.

3 Qui autem nititur probare Trinitatem personarum ratione naturali, fidei dupliciter derogat. Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fidei,quæ est,vt sit de rebus inuisibilibus, quæ rationem humanam excedunt,vnde dicit Apost.ad Heb.11.quòd fides est de non apparentibus. Secundo quantum ad vtilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandum fidem inducit rationes,quę non sunt cogentes, cadit in irrisionem infidelium. Credunt enim quòd huiusmodi

huiusmodi rationibus innitamur,& propter eas credamus quę sunt fidei. A

4 Ea igitur, quę fidei sunt, tentanda non sunt probari, nisi per auctoritates his, qui auctoritates suscipiunt: apud alios vero sufficit defendere non esse impossibile quod prędicat fides. Vnde Dionysius dicit 2.cap.de diui.nomi. Si aliquis est, qui totaliter eloquiis resistit, longe erit à nostra philosophia: sed si ad veritatem eloquiorum, scilicet sacrorum, respicit, hoc etiam nos canone vtimur: vnde dicit Hilarius † de trinit. Non putet homo intelligentia sua generationis sacramentum posse consequi. Ambrosius † etiam dicit, Impossibile est generationis scire secretum:mens deficit,vox silet. B

† lib. 1. non lõge à principio.
† lib.1.de fide,cap.5.

5 Et si non potest probari per rationem naturalem mysterium Trinitatis, cõsequenter nec possunt probari per rationem naturalem mysteria Filij Dei Patris: vtpote, quòd Dei Filius fuerit incarnatus, passus,mortuus, & sepultus: & sic de alijs Christi mysteriis,& Ecclesiæ sacramentis:quæ sacramenta omnia fluxerunt à Dei Filio Domino Iesu Christo.

6 Secundo eadem parte, quæst. 1.artic.8. dicit sic: Sacra doctrina cum non habeat superiorem, disputat contra negantem sua principia, arguendo quidem si aduersarius aliquid C concedit eorum, quæ per diuinam reuelationem habentur; sicut per auctoritates sacrę doctrinæ disputamus contra hæreticos, & per vnum articulum contra negantes alium. Si vero aduersarius nihil concedit eorum, quę diuinitus reuelantur,nõ remanet amplius via ad probandum articulos fidei per rationem: sed ad soluendum rationes, si quas inducit contra fidem.

7 Cum enim fides infallibili veritati innitatur, impossibile autem sit de vero demonstrari contrarium: manifestum est, probationes, quæ contra fidem inducuntur, non esse demonstrationes, sed solubilia † argumenta. Et infra ea- D

† Idem dicit concilium Lateranen. sub Leone X.sessio 8. in Decreto incipien. Apostolici regimi-nis.

dem parte q.2.art. 2. in solutione 1. argumenti dicit sic: Deum esse,& alia huiusmodi, quæ per rationem naturalem nota possunt esse de Deo, vt dicitur Rom. 1. non sunt articuli fidei, sed præambula ad articulos. Sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam, & vt perfectio perfectibile: nihil tamen prohibet illud,quod per se demonstrabile & scibile est,ab aliquo accipi vt credibile,qui demonstrationem non capit.

8 Tertio 2.2.q.1.art.5. in solutione secundi argumenti, dicit sic: Dicendum, quòd rationes, quæ inducuntur à sanctis ad probandum ea,quæ E sunt fidei, non sunt demonstratiuæ, sed persuasiones quædam manifestantes non esse impossibile quod in fide proponitur: vel procedunt ex principiis fidei, scilicet ex auctoritatibus sacræ scripturæ: sicut Dionysius dicit 2.cap. de diui. nomi. Ex his autem principiis ita probatur aliquid apud fideles, sicut etiam ex principiis naturaliter notis probatur aliquid apud omnes. Vnde etiam Theologia scientia est, vt in principio operis dictum est.

9 Et in solutione argũm.3. dicit: Ea quæ demonstratiue probari possunt inter credenda numerantur: non quia de ipsis sit simpliciter fides apud omnes, sed quia præexiguntur ad ea, quæ sunt fidei, & oportet ea saltem per fidem præsupponi ab his, qui eorum demonstrationem non habent. Et infra ead.parte q.2.art.10.in solutione 2.argumenti dicit sic: Dicendum, quòd rationes, quæ inducuntur ad ea, quæ sunt fidei, non sunt demonstrationes, quæ in visionem intelligibilem intellectum humanum reducere possint: Et ideo non desinunt esse non apparentia, sed remouent impedimenta fidei, ostendendo non esse impossibile quod in fide proponitur:

10 Vnde per tales rationes non diminuitur meritum fidei, nec ratio fidei: sed rationes demonstratiuæ inductæ ad ea, quæ sunt fidei præambula, non tamen ad articulos, & si diminuant rationem fidei, quia faciunt esse apparens illud, quod proponitur: non tamen diminuunt rationem charitatis, per quam voluntas est prompta ad illud credendum, etiam si non appareret. Et ideo non diminuitur ratio meriti. Ea † autem quæ repugnant fidei siue in consideratione hominis, siue in exteriori persecutione, in tantum augent meritum fidei, inquantum ostenditur voluntas magis prompta & firma in fide. Et ideo martyres maius meritum fidei habuerunt nõ recedentes à fide propter persecutiones: & etiam sapientes maius meritum fidei habent non recedentes à fide propter rationes philosophorum, vel hæreticorum contra fidem inductas. Sed ea quę conueniunt fidei non semper diminuunt promptitudinem voluntatis, ad credendum: Et ideo non semper diminuunt meritum fidei.

† Hæc quæ nunc sequũtur, habet beatus Thomas 2. 2. q. 2. art. 10. ad 3. argumen.

QVAESTIO XII.

De protestatione facta ab errante circa fidem.

SVMMARIVM.

1 *Credibilia in triplici sunt differentia.*
2 *Primi ordinis credibilia fidelis quisq; nosse dẽt.*
3 *Minoribus quæ notitia de articulis fidei sufficiat.*
4 *Mediocres quænam scire oporteat.*
5 *Maiores plura scire tenentur, quàm alij.*
6 *Quò maiorem gradum quis obtinet, eò plura sciat oportet.*
7 *Credibilia secundi ordinis: & quomodo hæc credere sit necessarium.*
8 *Ab omnibus credendum est vera esse quęcumque in sacris litteris continentur.*
9 *Credibilia tertij ordinis:et de ijs quid oporteat credere Simplices.*
10 *Quid Mediocres, vt Clericos, Curatos, Religiosos.*
11 *Quid Maiores, vt Inquisitores, & Episcopos.*
12 *Protestatio generalis non prodest neganti quę scire tenetur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Prodest autem negantì ea, quę non tenetur explicite credere.*

14 *Qui ab Inquisitore satis instructus renuit veritatem catholicam amplecti, sua protestatione non adiuuatur.*

15 *Cauti sint Inquisitores, et perspicaces in dignoscendis hęreticorum fallacijs.*

DVODECIMA [a] quæstio est, Vtrum asserens & protestans, quòd credit omne illud quod credit & profitetur sancta mater Ecclesia; negat tamen explicite aliquem fidei articulum, seu aliud ad fidem pertinens; an talis B protestatio generalis ei sufficiat ad salutem, & adiuuet protestantem?

1 Ad hanc respõdemus iuxta mentem S. Thomæ in 3. sententiarum dist. 25. & in 2.2. q.1. & 2. in pluribus locis, quòd credibilia sunt in triplici differentia. Primo namque sunt quædam, quæ per se, & directe sunt credibilia: vtpote: quia sunt totius nostræ fidei Christianæ principia prima, & fundamenta: & ista sunt articuli fidei, quæ sunt totius nostræ credentiæ rudimenta.

2 Et hæc tenetur quilibet fidelis credere explicite; in genere tamen, vt scilicet credat quòd C omnes articuli in generali, & quilibet in speciali sint veri, & nullus eorum est falsus. Explicite autem articulum vnum ab alio scire distinguere, & quemlibet singillatim & distincte explicite credere non tenetur omnis: sed quilibet secundum magis & minus, prout congruit eius statui & officio, cui præest, & in quo est.

3 Nam minores inferiores, etiam simplices, vt communes laici tenentur ad credendum explicite Christi humanitatis mysteria: quæ sunt via pertingendi † ad beatitudinem, & salutem: Quia vt dicitur Act. 4. Non est aliud nomen sub cælo, nisi Christi, datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri: propter quod tenentur explicite credere Christi mysteria, præsertim illa de quibus solemnizat Ecclesia: vtpote, quòd Dei Filius fuit conceptus de Spiritu sancto, in Maria semper virgine incarnatus: quòd fuit de virgine natus, quòd fuit passus, mortuus, & sepultus, quòd descendit ad inferos, quòd resurrexit tertia die, quòd ascendit ad cælum, & quòd ad iudicium est venturus. Et cum non possit credi explicite, quòd Dei Patris Filius fuerit de Spiritu sancto incarnatus, absque credentia Dei Patris, Dei Filij, & Dei Spiritus sancti, & per consequens Trinitatis: ideo omnes, etiam simplices, tenentur credere explicite Trinitatis mysterium, hoc est, quòd sunt tres personæ diuinæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Vnde Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Et de huiusmodi explicita credentia Trinitatis examinatur quilibet in baptismo. Inter laicos etiam simplices est gradus assignare: quia ad amplius credendum tenentur laici litterati, quàm illitterati. Et inter illiteratos ad ampliora A credenda tenentur illi, quorum auribus Dei verbum in Ecclesia quotidie prædicatur, quàm rustici, qui rarius audiunt verbum Dei: sed omnes tenentur ad articulos humanitatis, & etiam Trinitatis.

4 Mediocres vero, vt clerici, & curati, ac omnes religiosi, quorum est verbo, vel facto de credendis, & agendis simplices erudire, tenentur ad explicitam credentiam cuiuslibet articuli singillatim, & ad aliqualem articulorum declarationem, & ad credentiam extensiorem: non æqualiter tamen; sed secundum magis & minus, prout congruit eorum officio, cui præsunt. Nam ad plus tenentur clerici curati, quàm non curati: & ad plus religiosi, quibus incumbit ex officio verbum Dei clero & populo prædicare, & confessiones audire, quàm religiosi, quibus hoc non incumbit. Quare subtilitates & considerationes circa mysteria Christi incarnationis, & passionis, & huiusmodi, tenentur mediocres magis & minus explicite credere, secundum quòd conuenit statui vniuscuiusque.

5 Maiores autem, vtpote Prælati Ecclesiæ, & Rectores, Magistri sacræ Theologiæ, & Doctores, quorum est mediocres per se, & eis mediantibus, minores & simplices erudire: Sicut Angeli primæ hierarchiæ, & his mediantibus, illos tertiæ & inferiores illuminare, vt dicit Dionysius 12. de cælesti hierarchia: Isti enim superiores in Ecclesia, & maiores magis expressam fidem & cognitionem tenentur habere de omnibus & singulis fidei articulis, & Ecclesiæ sacramentis, & eorum declarationibus, & expositionibus, ac fidei subtilitatibus. Vnde 1. Petri 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est spe. Non æqualiter tamen:

6 Nam ad plus tenentur Pontifices, quàm Abbates, cum sint superiores; & ad plus prauitatis hæreticę Inquisitores, quàm Magistri & Doctores, cum sint fidei iudices: & plus quàm omnes, summus Pontifex; ad quem pertinet ea quę sunt fidei sententialiter determinare inconcussa fide: & ad quę sunt maiores & difficiliores quęstiones fidei & Ecclesię deducendę, vt habetur in decretis dist. 44. † Vnde Dominus dicit Petro, vt patet Lucę 22. quem summum Põtificem constituit, Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos.

7 Secundo sunt quędam credibilia, quę directe, & per se non sunt credibilia, sed potius indirecte: quia ad eorum negationem & corruptionem sequitur negatio & corruptio fidei articulorum omnium, vt sunt illa alia à fidei articulis, quę in sacra scriptura, hoc est in libris canonicis, seu in Biblia continentur: cum ab Ecclesia approbentur: De quibus dicit Augustinus † ad Hieronymum. Solum, inquit, eis libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorem eorum scribendo erasse aliquid firmissime credam: alios autem ita lego, vt licet sanctitate polleant, non ideo verum

† al. peruenidi

† Non habetur ibi, sed in cap. quoties. 24. q. 1. & in ca. maiores. extra de bapti. & eius effectu.

† Augustin' ad Hieronymum epistola 19. refertur in cap. ego solis. dist. 9. inde emendandum est hoc fragmentum, quod multis omissis refert hic Eymericus.

rum putem, quia ipsi ita scripserunt. Et ista credibilia, quę ita continentur in sacra scriptura, à fidei articulis alia: vt pote, quòd Abraham duos filios habuit: vel, quòd Ioseph sponsus Mariæ fuerit, & similia, non tenetur quilibet explicite credere talia singillatim, sed solùm tenetur credere implicite in præparatione animi, vt sit paratus credere quicquid in diuina scriptura continetur: attamen tunc tenetur quilibet explicite credere, quando ei constiterit, quòd in diuina scriptura talia continentur; & per illum vel illos, ad quem vel quos pertinet, deducB tum fuerit coram eo.

8 Vnde quilibet tenetur explicite credere, quòd omnia quæ sunt in sacra scriptura, sunt vera: quia diuinitus reuelata. An autem ista vel illa in sacra scriptura contineantur (loquendo de alijs à fidei articulis) tenentur isti vel illi, magis vel minus scire; & per consequens illa credere, prout eorum statui & officio congruit, vt de primis credibilibus fuit dictum.

9 Tertio sunt quædam credibilia alia, quæ nec sunt fidei rudimenta, nec clare ponuntur in dicta sacra scriptura: sed sunt per Ecclesiam ex illis, aut istis deducta, vt fidei consona, ac determiC nata, vt de fide credenda, vtpote quòd Spiritus sanctus procedat à Patre & Filio vnica spiratione, & non duabus: & ab eis tanquam ab vno principio, non duobus: vt habetur de sum. trin. & fid. catho. c. fideli. † Et quòd Dominus Iesus habuit aliqua cum Apostolis in communi: vt in extrauaganti, Cum inter nonnullos. † & similia: Et huiusmodi credibilia per sanctam Ecclesiam determinata & approbata, vt fide tenenda, non tenentur minores explicite credere: sed bene implicite, & in animi præparatione, vt credant omne id verum esse & fide tenendum, quod vt fide tenendum est per Dei Ecclesiam approbatum.

10 Mediocres autem, qui, vt prædicitur, habent simplices erudire, tenentur aliqua de huiusmodi credere explicite; non tamen omnia talia credibilia singulariter, nec omnes æqualiter, sed secundum quòd congruit eorum statui, & eruditioni, qua habent simplices informare: Vt omnes tenentur explicite credere, quòd animæ iustorum decedentium, qui non peccauerunt, vt paruulorum: vel si peccauerunt, hic vel in purgatorio plene satisfecerunt, euolauerunt ad cælos, extremo iudicio minime expectato: iuxta Ecclesiæ determinationem, vt de fide factam, vt in extrauaganti Benedicti XI. quæ incipit, Benedictus. † Sed Curati & Religiosi, quibus incumbit ex officio prædicare, & confessiones audire, tenentur explicite credere, quòd vsura est peccatum iuxta determinationem vt de fide factam. extra de vsuris, Ex graui. † & similia.

11 Maiores autem, & præsertim Inquisitores hæreticæ prauitatis Pontifices, † & maxime Pontifex summus, tenentur credere explicite credibilia omnia talia, per Ecclesiam vt fide tenenda determinata, & approbata: cum eis incumbat ex officio, eos, qui huiusmodi de fide factas per Ecclesiam determinationes non admittunt, seu eis non credunt, vel contradicunt, punire & sententialiter iudicare. Patet igitur de tribus credibilibus antedictis, & qui tenentur, vel non ad explicitam credentiam eorundem.

12 Nunc igitur ad quęstionem, de qua quæritur, Respondemus, quòd taliter asserens & protestans in genere, sed negans in specie, vel negat id, quod ipse explicite tenetur credere, vel non. In primo [b] casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem. Vnde si simplex laicus protestetur vt est dictum, negat tamen expresse Dei Filium esse incarnatum, vel passum, cum hoc teneatur explicite credere, talis protestatio non iuuat eum. Eodem [c] modo si Græcus † protestetur, vt prius: negat tamen expresse & deliberate Spiritum sanctum procedere à Patre, & Filio, vt ab vno principio, & vnica spiratione: seu Dominum Iesum Christum habuisse aliqua cum Apostolis in communi; talis protestatio non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem: & præsertim si taliter protestans negat vocatus coram fidei iudice cum † pertinacia: tunc enim negotium quamplurimum aggrauatur.

13 In secundo [d] vero casu, quando scilicet † protestans taliter, vt est dictum, negat illud, quod explicite credere non tenetur: dicimus, quòd si negat, non coram iudice fidei; seu si coram eo, antequam per eundem sit informatus, quòd istud quod negat, sit contra fidem, paratus tamen credere, vt per eundem fidei iudicem fuerit informatus: in quolibet casu talis protestatio ei sufficit ad salutem, & adiuuat protestantem: & causa est, quia ad amplius non tenetur. Vnde Augustinus ad Glorium, & Eleusium, & D habetur transumptiue 24. q. 3. † Qui sententiam suam quamuis falsam, atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt; quærunt autem cauta follicitudine veritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

14 Si autem [e] negat coram iudice fidei, postquam est per eundem iudicialiter informatus, quòd illud, quod negat, est contra fidem, & adhuc in tali negatione pertinaciter, & contumaciter perseuerat; talis protestatio generalis sic E protestanti non sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem: immo reddit eundem hæreticum pertinacem, quamdiu in negatione huiusmodi perseuerat, iuxta c. Ad abolendam. §. præsenti. extra de hæreticis. & iuxta c. Super quibusdam. extra de verbo. sign. Vnde August. contra Manichęos, & recitatur 24. q. 3. † Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid paruumque sapiunt; si correpti, vt sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, hæretici sunt. Tales [f] enim hereticorum

† lib. 6.

† Ioan. xxij. de verb. sig.

† Al. Episcopi.

† Videto notata super hac extrauaganti, quam par. 2. refert Eymericus. † In Clemẽ. §. sane.

† cap. Dixit Apostolus.

† cap Qui in Ecclesia.

† al. Curatus

† al. & pertinacia subsequatur.

† al. similiter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est à fidei iudicibus indagandum: nam vt dicit Hieronymus in epistola ad Pammachium, Frequenter hæretici dum coguntur subscribere; ne de Ecclesia expellantur, suum errorem palliant fictis verbis, & ea temperant, & ordine vertunt, vt catholicam credantur tenere sententiam: & quam se tenere fictis verbis simulant, corde negant: & quod sermone coguntur dicere, mente damnant: etsi quando aperta blasphemia publice auribus fuerit reuelata, & viderint contra se audientium turbam circumfremere, tunc simplicitate simulata dicunt audiuisse se primum, & magistrum dicere nesciunt: cumque eorum scripta tenentur, voce negant, quod litteris profiterentur.

15 Et ideo cum tenentes doctrinam hæreticam protestantur, quòd non intendunt dicere contra fidem, & Ecclesiæ determinationem; non faciliter tali protestationi est standum; sed subtiliter inquirendum, ne hæreticorum decipiat disciplina: quoniam frequenter repertum est, quòd asserunt fidem esse, quod ipsi credunt, & suam sectam dicunt Ecclesiam, vt dicit Augustinus contra Donatum. Vnde cum catholicus audit fidem & Ecclesiam; intelligit fidem catholicam, & Ecclesiam Romanam: hæreticus vero intendit fidem, suam hæresim; & Ecclesiam, suam sectam: contra quam dicere non intendit.

COMMENT. XXVI.

a OMissa quæstione XI. *In qua nulla occurrit difficultas ad institutum nostrum spectans, cum eius materia Theologorum sit propria, quam disputant lib. 1. senten. dist. 3. & Scotus quodlibeto 14. & Beatus Tho. lib. 1. aduersus gentiles c. 14. & seq. ad quæstionem hanc vltimam de protestatione, quæ valde vtilis & frequens est, accedo, in qua Eymericus cleganter docet, quando protestatio præcedentis iuuet protestantem in fide errantem. Is vero more suo priusquam quæstioni respondeat, multa præfatur, inde tribus assertionibus rem absoluit.*

Prima est: Qui protestatur generaliter se credere & tenere quod tenet & credit Ecclesia, si postea negat id quod explicite credere tenetur, non excusatur per talem protestationem.

Secunda est: Protestatio generalis eum tuetur, qui negat id quod explicite credere non tenetur, si tamen sit paratus obedire legitimo monitori, et post monitionem errorem deposuerit.

Tertia est: Si post legitimam monitionem, is qui protestatur in errore perseuerat, tunc eum non defendit præcedens protestatio, immo ipsum reddit hæreticum pertinacem.

De materia protestationis qui scripserint.

De materia protestationis agunt fere omnes recentiores, qui in hæreticos scripserunt. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. & q. 29. num. 13. Simancas de catho. instit. tit. 55. idem in enchyridio violatæ religionis, tit. 50. Ioannes Rojas tract. de hæret. part. 1. num. 62. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 11. de iusta hæret. punitio. Gerson tract. de protestatione, Vmbertus Locatus in opere iudiciali, verbo credibilia. num. 6. vers. si autem. ac vetustiores etiam iuris intepretes nonnulla de protestatione dixerunt, Bartolus in rub. de sum. trinit. et fide catho. Cardinalis in Clement. 1. de hæret. §. porro Bartholomæus Cepolla cautela quadam incipiente, Bonũ & vtile. *Albericus tract. de statutis, par. 4. q. 32. & alij quos prudens omitto.*

Protestatio auctoris catholica.

Et quia pauca quædam de protestatione sum traditurus ad illustrandum hunc auctoris locum, nolo negligere protestationis virtutem, quam viri sancti, vt mox dicam, amplexi sunt. Quoniam ergo in his commentarijs multa & varia scripturi sumus de rebus grauissimis et maximis, in quibus interdum vel ob imperitiam, & iudicij imbecillitatem, vel ob insuperabilem difficultatem, aut alias causas, quas fert humana conditio, labi & allucinari contingit; ingenue fateor atque protestor, me nusquam voluisse discedere à fide catholica, quam Romana & Apostolica profitetur Ecclesia, cui diuinitus nunc constitutus præest Gregorius XIII. Pont. Max. nec aliud quidquam dictum volo, quàm quod doctrinæ conuenit Romanæ Ecclesiæ: quod damnat ipsa, libenter damno; quod approbat, constantissime teneo & sequor: hæreticos omnes abominor, hæreses cunctas detestor, nec quidquam est quod magis perhorrescam quàm hæreses, aut hæreseos suspicionem, quam nusquam existimo patienter ferendam: quoniam, vt ait sapientissime Rufinus, Est quidem gloriosum Christi exemplo iniurias tolerare, vnam tamen notam hæreseos qui ferat vel dissimulet, non esse Christianum. Et beatus Hieronymus ad Pammachium epistola 61. ait: Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem; ne apud eos, qui ignorant innocentiam eius, dissimulatio cõscientia iudicetur, si taceat. *hæc Hieronymus.*

Protestationis vsus antiquus & vsitatus.

Sed in viam reuertor: Protestationis vsus antiquissimus est & vsitatus. c. hæc est fides. 24. quæst. 1. vbi Beatus Hieronymus ait: Hæc est fides, Papa Beatissime, quã in Ecclesia catholica didicimus, quamque semper tenuimus & tenemus; in qua si minus perite, aut parum caute aliquid forte positum est; emendari cupimus à te, qui Petri fidem & sedem tenes, *hactenus Hieronymus.*

Quid sit protestatio.

Protestatio autem, de qua hic differit auctor, quę in rebus fidei fieri consueuit, est professio siue confessio fidei exterius facta, ad ostendendum quid interius de fide sentiat protestans. ita Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 12. nu. 2. & aliorum quidem definitiones, tametsi diuersis verbis sint concepte, re tamen ipsa cum hac consentiunt. Positam finitionẽ confirmare videtur illud Pauli ad Ro. c. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: *quoniam ad fidei veritatem & integritatem non modo est necessarium in corde firmiter credere, sed etiam oportet id exterius ostendere quotiens causa postulat, vt diximus copiose supra commentario 24. huius partis.*

Protestatio generalis nõ excusat errãtem in his quæ scire debet.

b ¶ In primo casu talis protestatio generalis non ei sufficit ad salutem, nec adiuuat protestantem.] *Quoniam qui errat in his quę scire debet explicite, peccat, animi malignitate & iniquitate peccare censetur, ideoque velut consummatus hæreticus habendus est, cum non videatur velle captiuare intellectum in obsequium fidei. ita Gerson tract. de protestatione, considerat. 3. & Alfonsus Castrus lib. 1. de iusta hæret. punitio. c. 11. et optima equidẽ ratione ita sentiunt: nam si huiusmodi protestationes excusarent, liberum esset cuique quas vellet hæreses impune docere: & pauci vnquam fuere hæretici, qui huius protestationis velamine non fuerint conati suas hæreses tegere, & prætextu pietatis ita defendere. Exempla vero quibus hic Eymericus vtitur, apposititia sunt.*

Genetalis protestatio eum tuetur, qui errat in his, quę explicite scire non obligatur.

c ¶ Eodem modo si Græcus protestetur, vt prius.] *Ita Barcinonensis impressus, & Directorium Cardinalis de Gambara, Bononiensis tamen & Sabellanus ita habent,* Si Curatus protestetur. *vtraque lectio seruari potest. nam si Græcus protestetur se credere in genere quidquid S. Romana Ecclesia credit: item si Curatus idẽ protestetur, quoniam curato ratione officij incumbit explicite scire, Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio; & postea negent, non excusabuntur. ceterum propter ea quæ sequuntur,* Græcus, *legendum crederem.*

d ¶ In secundo vero casu, quando scilicet protestans taliter negat illud, quod explicite credere non tenetur, &c.] *Hi excusantur per generalem protestationem. & hęc secunda assertio maxime locum habet in idiotis et rudioribus, quos excusari etiam ratione probabilis ignorantiæ late ostendimus supra commentario 22. q. 7. huius partis regula 4.*

Hic tamen puto obseruandum, quòd cum sæpe dubitetur, an aliquis etiam litteratus scire aliqua teneatur, cum sint quędam ad fidem spectantia adeo difficilia & obscura, vt etiam doctos interdum lateant. plane si in eis labatur vir litteratus multum sibi proderit præcedens protestatio; quia ignorantia potius quàm animi malitia lapsus censeri debet, vt optime scripsit Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 11. de iusta hæret. punitio. quem sequitur Simancas de cathol. instit. tit. 55. num. 9.

Non iuuatur protestatione qui legitime admonitus nõ deponit errorem.

e ¶ Si autem negat coram iudice fidei.] *Hęc est postrema assertio, Eum scilicet non iuuari protestatione, immo reddi hæreticum pertinacem, qui non vult reuocare errorem admonitus ab Episcopo vel Inquisitore. idem docuit Eymericus par. 2. quæst. 32. numero 8.*

Alfonsus tamen Castrus lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 10. vers. ex his omnibus. tenuissimis quibusdam rationibus conatus est ostendere Inquisitoris monitioni non esse necessario semper parendum, neque eum esse hæreticum pertinacem putandum, qui Inquisitori admonenti non obediret.

Inquisitorũ monitionibus parendũ.

Ceterum contraria sententia vera & communis est, quam profitetur Bartolus, (quem Alfonsus immerito reprehendit) in l. tutor quoque. §. tutores. notabili 1. ff. de suspectis tuto. quem sequuntur Ioannes Anania, & Felynus in rub. de hæret. Cardinalis in Clemen. 1. de sum. trinit. Melchior Canus lib. 12. de locis theologicis, c. 10. circa finem. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 3. vers. si ergo Inquisitores. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret.

notabili 19. Simancas de catho. instit. tit. 48. nu. 19. & 20. Tabiensis in sum. verbo, hereticus. §. 25. numero 26. quod ipsum tenuit iterum Eymericus par. 2. q. 33. & dixi copiose in libris de pœnis hereticorum, vbi Bartolum ab impugnatione Alfonsi defendens in hunc modum intelligendum monui: Optime scripsit Bartolus posse tamquam hereticum pertinacem puniri eum, qui admonenti Inquisitori non obtemperat. quod non est perperam aut imprudenter accipiendum: sed tunc locum habet Bartoli sententia cum Inquisitor monet vt iudex, hoc est, re mature considerata, inspecta prius propositionum qualitate, habita cum Iurisperitis exquisita deliberatione: tunc enim ei pertinaciter resistere nemo potest sine manifesta hęresi: quod qua ratione contingat, regulę sequentes facile indicabunt.

Hæreticus pertinax est qui monẽti Inquisitori iudicialiter, non obtemperat.

Sit prima: Quotiens quis incidit in hęresim aperte damnatam (voco autem hęresim aperte damnatam, quę vel per expressam Ecclesię definitionem est damnata, vt, non esse purgatorium: aut cuius contrarium aperte in sacra scriptura continetur, vt, Dauidem non fuisse regem, & similia, aut alijs modis) et admonitus ab Inquisitore vt reuocet errorem, & postquam offensa est ei ab eodem Inquisitore manifesta hęresis suę condemnatio; is tamen non vult Inquisitori parere, profecto tamquam hereticus pertinax potest condemnari: nam hoc casu legitime admonet, vera admonet, & iam definita et declarata admonet; & hoc modo potest videri locutus Bartolus.

Sit secunda regula: Si quis hæresim etiam non aperte damnatam asserat, & Inquisitor ei, habita similiter (quod semper in hac tam graui causa facere debet) matura consultatione cum Iurisperitis, euidenter (quatenus possibile est) ostendat, assertionem eam esse catholicæ fidei aduersam, vel quia communi Theologorum opinioni aduersatur, vel quia cum Ecclesiæ traditionibus pugnat, vel denique quoniam alijs modis in fide peccat, & ad hæresim accedit, quos enumeraui part. 2. super quæst. 2. reus vero non vult ita monẽti Inquisitori obtemperare, neque errorem reuocare; profecto censendus est hereticus pertinax. Ita Melchior Canus, & recte lib. 12. c. 10. de locis theologicis circa finem; & ita etiam accipi potest Bartoli & ceterorum prędicta sententia.

Sit tertia tandem regula: Si quis per imperitiam seu ignorantiam in hæresim labatur, (quod rusticis & idiotis contingere sæpe solet) & is à perito Inquisitore, Episcopo, seu alio, cui legitimæ admonitionis competit officium, admonitus, non vult parere, nisi sit omnino stupidus, & iudicij expers, velut hæreticus pertinax condemnari potest: nam in his quæ ad fidem spectant, imperiti in primis debent prompto animo maioribus iudicibus Ecclesiasticis obtemperare: qua etiam ratione acceptus Bartolus prudenter loquitur, & immerito ab Alfonso reprehenditur, cuius rationes velut lees libenter omitto: atque his quidem modis, quos etiam præcitato loco Alfonsus commemorat, potuisset Bartoli sententiam tueri.

Hactenus explicui tres de protestatione assertiones ab Eymerico allatas, ad quas multæ aliæ fortassis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Protestatio contraria factis nō iuuat protestantē.

tassis non difficulter reduci possent : ceterum ne quid in hac materia possit desiderari, nonnullæ essent adiungendæ, quas etiam perfecte cognoscere oportet, inter quas vna est sequens, videlicet: Protestatio contraria factis non iuuat, nec excusat protestantem, vt si quis verbi gratia protestetur in genere, se credere omnia quę credit Ecclesia, vel in particulari, dicat se credere Messiam iam venisse, aut cetera huiusmodi mysteria, ritu tamen Iudęorum paschalem agnum occidat & manducet, sabbatum colat, vel similia perpetret, non iuuabitur protestatione : quia per contrarium factum recedit protestans à protestatione. glossa singularis in cap. tua nos. verbo, mulierem. de sponsal glos. in cap. cū M. de constit. verbo, sine prędiudicio. glos. in cap. olim causam. de censibus, verbo, protestatus. tradunt communiter interpretes in l. non solum. § morte. ff. de operis no. nuntiat. & in c. cum M. de const. Albertinus tract. de agnos. assertio q. 12. nu. 9. quę sequitur Simancas de catho. instit. tit. 55. num. 7. tenet Gerson tract. de protestatione, considerat. 3. facit textus in c. existimant. 11. q. 3. ibi: Nec arbitrandum est in die iudicij, illos tantum à Dei Filio esse denegandos, qui in martyrio Christum negauerunt, sed & illos omnes, quorum opere vel sermone Christus negatus negat, vel confessus confitetur. *hæc ibi. Plus enim est factis quàm verbis Deum negare; vt docuit eleganter Eymericus par. 2. q. 50. & ea præsumitur quisque sentire quæ facit, cum ex factis colligatur voluntas l. reprehendenda. C. de inst. & substl. de quibus. ff. de legib.*

Rursus hic etiam erat adiungenda & illa, quę continet casum singularem, de quo in decisione Rotę 875. incipiente, Accusatus. *in antiquis, tit. de*

A *hæreticis. cum videlicet, qui conuincitur de hæresi, quam non vult confiteri, etiamsi protestetur se credere, & tenere quod credit & tenet Ecclesia, nihilo minus velut negatiuum & impœnitentem tradendum esse curię seculari: sed quia de hoc Eymericus ex professo videtur tractare par. 3. in duodecimo modo processum fidei terminandi, ideo in eū locum hanc tractationem reijciam.*

Hæreticorū usitata malitia in protestando diligēter cauenda.

f ¶ Tales enim hæreticorum protestationes, quo animo dicantur, prudenter est à fidei iudicibus indagandum.] *Singularis est hęc Eymerici admonitio, quam qui causam fidei tuentur, ne decipiantur, animaduertant oportet: est enim iam nunc vsitatissimum inter hæreticos, vt ad deludendos Inquisitores, & iusta eorum iudicia fugienda, facile protestentur, vt hoc veluti clypeo muniti, pœnas euitent; quod feciſſe Martinum Lutherum in eo opere, quod Leoni decimo Pontifici Maximo nuncupauit, certum est: quo tamen animo fuerit protestatus, paulo post insignis illius perfidia indicauit. quam ob rem huiusmodi protestationes hæreticorum vulgares (cum eorum animi ab erroribus non liberentur) pertinaciam plane non excludent. Hanc vero Eymerici doctrinam hoc loco transcripsit & secutus est Albertinus dicto tract. de agnoscen. assertio. quæst. 29. num. 14.*

B

C

FINIS PRIMAE PARTIS.

In secundam partem Directorij Inquisitorum Nicolai Eymerici Præfatio & Argumentum.

PERITI Nautæ, qui cunctas maris oras, portus, recessus, ingressus, sinus, promontoria & vsu cognita habent, & diligenter in charta depicta secum gerunt, non modo tuta maris receptacula, tranquilloſq. portus norunt, in quos se, cum fluctus tempestate sęuiunt, tuto recipiant: sed singulas præterea exploratas habent syrtes & breuia, singula latentia sub aquis saxa & scopulos: & dum nauigant, classium cursum ita moderantur & regunt, vt paulatim nauium proras temone flectentes securum iter arripiant: ne sine tempestate quandoq. in fido scopulorum arenarum, & latentium saxorū obiectu, conquassatis nauibus misere pereāt. Hoc enim spectat in qualibet arte ad peritū prudentemq. artificem, vt nō modo regulas eius perdiscendæ tradat, verum inepta, inconsequentia, atq. eidem arti aduersa reijciat. Neque medicus solam sanitatem tuetur, & quomodo sit tuenda demonstrat; sed idem morbos generaq. morborum & naturam explicat, vt vitentur & fugiantur. Quę cum nosset fidei defensor accerimus Eymericus in hoc opere, quod aduersus hæreticam prauitatem in fauorem fidei scribendum suscepit; primum securos & rectos fidei tramites ostendit, ea pręcipue colligens, quę ad rectā & sincerā fidem tenendā videbantur necessario pertinere. Ceterum quia plurima nos à recto fidei cursu deijcere possunt, plurima fidem violare, plurima sub specie veritatis quasi latentia tranquillo mari saxa decipere & frangere: ideo peritorum artificum more in hac secunda parte hęreticorum multorum fraudes recenset, plurimorū hæreses, & errores commemorat, vt ab eis velut ab scopulis & morbis (quia directum veræ Religionis iter, & vitæ spiritualis salutem impedire & tollere possent) caueamus. Non tamen vniuersos omnium hęreticorum errores recensuit Eymericus, quoniam id instituti sui ratio non postulabat, sed eos tantum, qui suo sæculo magis Rempub. Christianam perturbabant, quiq. in variis iuris Canonici libris damnati erant: eos enim qui tunc vel ignorabantur, vel minime credebantur, quales erant vetustiores hæreticorum errores, superuacaneum existimauit adducere: quamquam nec hos quidem omisit, dum ea recensuit iuris capita, in quibus illi referebantur. Addidit præterea quicquid ad cognoscendā hæreticam prauitatem conducit; libros multorum, vnde hæreses petantur, indicat, vt eorum lectio fugiatur, & comburantur. Tandem quot & quibus modis, aut vere, aut iuris præsumptione, hæresis vel hęreseos suspicio contrahatur, edocet: vt fidei Iudices, quoscunq. reos & iudicare, & eorum errores seu propositiones, & propositionum qualitatem intelligere valeant; item alia, quæ longum esset recensere: series tamē ipsa docendi qualia sint demonstrat. Orditur autem à legibus Pontificijs aduersus hæreticos editis, veluti à certissimis expugnandorum hęreticorum fundamentis. Sed iam Eymericum loquentem audiamus.

INCI-

INCIPIT SECVNDA PARS DIRECTORII INQVISITORVM

Cum Commentarijs Francisci Pegnæ Sacræ Theologiæ & iuris vtriusque Doctoris.

SECVNDA pars huius Directorii officii Inquisitionis est de hæreticis, & de eorum credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensatoribus; & de fide suspectis, de hæresi diffamatis, de Valdensibus, siue Pauperibus de Lugduno, Pseudoapostolis, Begardis, Fraticellis, ac de tertio ordine Beati Francisci, seu pœnitentia fratribus, de sortilegis † hæreticalibus, de diuinatoribus, de blasphemis hæreticalibus, de excommunicatis per annum & amplius, de apostatis † fidem abnegantibus, de Iudæis & Saracenis, & ceteris infidelibus contra † fidem, & inquisitionis officium delinquentibus.

Verba Eymetici.

† al. sortilegiis hæreticantibus.

† al. apostatãtibus.

† al. in & cõtra.

DECRETALES TITVLI DE HAERETICIS DE VOLVMINE MAIORI.

Stephanus Papa omnibus Episcopis.

Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei: et infideli non est credendum in præiudicium alterius.

CAP. I.

DVBIVS [a] in fide, infidelis est. Nec [b] eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.

COMMENT. I.

cap. Dubius. a vnde sumptum.

Dvbius in fide.] *Desumptum est ex epistola decretali. I. Sixti Papæ I. ad omnes Christi fideles: vel ex epistola Iulij Papæ I. cuius initiũ est:* Decuerat uos. *c. 11. refert Burchardus lib. 1. Decret. c. 144. & Iuo p. 5. c. 257. ita q; titulus huius capitis fortassis non Stephano, sed Iulio vel Sixto conuenit.*

Integra clausula cap. Dubius.

Integra periodus apud Sixtum ita habet: De cetero placuit, propter malorum hominum infestationes, vt in accusatione domini ministrorũ, primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium enucleatim perscrutetur: nã fides oẽs actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectæ cõuersationis vitã ducunt: quoniã tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuentes. Idcirco suspicio eorum discutienda est primum, & corrigenda, neq; accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus est credendũ. *hęc Sixtus. Apud Iulium in dicta epist. c. 11. integra clausula habet ita:* Placuit semper in accusatione clericorum, primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantiũ perscrutetur: nã fides oẽs actus hominis præcedere debet: qa dubius in fide infidelis est, nec eis omnino est credendum, quia veritatis fidem ignorant, nec rectę conuersationis vitam ducunt: quoniam tales & facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viuentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo, & corrigenda, neq; accusatoribus suspectis, & de inimicorum domo prodeuntibus est credẽdum. *hęc Iulius. Raymundus Decretalium Pontificiarum collector, omissis ceteris, hoc solum fragmentum, quod interpretamur, in hũc locum transtulit.*

De intellectu cap. Dubius. qui discrepant.

De intellectu huius capitis præter doctores hic, agit Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, q. 28. art. 1. B. Antoninus 3. p. tit. 22. c. 5. §. 10. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. p. 2. c. 12. Albertinus tract. de agnos. asser. q. 3. n. 6. & idẽ Albertinus copiosius in repetitione rubricę de hæret. lib. 6. q. 13. n. 26. & seq. Palacius Rubius.

bius in allegatione de hæresi. §. 5. Melchior Canus lib. 12. de locis theologicis, c. 9. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 7. de iusta hæreticorum punitione, & alii quos sciens omitto.

Melchior Canus præcitato loco de intellectu huius capitis differens, inter cetera ait, primũ hoc caput non eò forsan spectare vt ex illius sententia homines hæretici iudicentur, sed eò potius, vt fidei iudices intelligant, quosnam sint in causa fidei testes legitimos habituri. Absurdum enim esse, vt infideles de fide aduersus Christianos testificentur, siue infideles veritatis ignoratione aut dubitatione sint, seu multo etiam magis errore contrario. Atque hic etiam intellectus colligi posse videtur non obscure ex integris clausulis, quas paulo antea adduximus: in quibus institutum Pontificum esse videtur agere non de fide aut infidelitate, quę constituit hominem catholicum, aut contra hæreticum, sed de fide testium: quasi vellent dicere eorum testimonium minime esse recipiendũ aduersus domini ministros, quorũ vita, conuersatio, probitas, & fides siue fidelitas, probata non esset. Hos enim Romani Pontifices iure ac merito infideles esse dicunt, id est, indignos vt eorum testimonio fides habeatur: quod ex vita & moribus eorum facile colligitur.

De qua fide accipiendũ sit cap. Dubius.

Ego vero quamquã videam, quòd admisso huiusmodi intellectu, nihil fortassis absurdi inde consequatur: nihilominus tamen verius censeo, hoc fragmentum in hunc locum translatum, et sub titulo de hæreticis collocatum, accipiendum esse de dubitantibus in fide catholica, quæ constituit hominẽ catholicum & Christianum, non de fide humana, prout est virtus moralis, quæ constituit hominem veracẽ & fidelem in testimoniis reddendis.

Atque hoc verum esse existimo, quamuis in propriis fontibus, quos paulo antea indicauimus, de fide testium humana ageretur. cum non sit nouum eadem alicuius verba, in vno loco habere vnum seu sum, inde vero ad alium locũ translata, paucis vel demptis, vel additis, vel mutatis, immo vero interdum integra manentia, alium atque alium sensum gignere, pro diuersitate locorum, aut rerum, aut personarum, quibus inseruntur, vel attribuuntur. argumento l. ius ciuile. ff. de iust. & iure.

Lex vel canõ in dubio intelliguntur iuxta titulũ, sub quo ponuntur.

Quare cum hoc fragmentum ponatur sub titulo de hæreticis, non autem sub titulo de testibus, verius videtur, si dicatur, velle hic Romanũ Pontificem definire, eos qui de fide catholica dubitant, hæreticos esse iudicandos. Lex enim vel canon in dubio intelligi debet, vt conueniat rubricę vel titulo, sub quo ponitur l. Imperator. vbi notat Bartolus ff. de in diem addict. & idem vult Bartolus in l. fin. in principio. ff. de condict. indebiti. & Panormitanus in cap. inter alia. circa finem, extra de immunit. eccles. & Paulus de Castro in l. actione. C. de transact. Hinc dicit Baldus in l. vnica. C. ne liceat tertio prouocare, quòd quando textus est dubius, rubrica sub qua ponitur. probat qualiter sit intelligendus.

Præterea dico non esse à veritate alienum fateri hoc fragmentum in suis fontibus accipi de dubitantibus in fide catholica: nam apud Sixtum post illa verba, quæ paulo antea retulimus continenter, nullis interpositis, subsequitur ita: Erant enim quidam, qui prius videbantur esse ex nobis, sed non erat ex nobis; si vero fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum, & non conturbassent fratres. Exacuerunt enim (ut ait propheta) linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, & vitandi, ne Domino famulantes decipiant. *hęc Sixtus. Quibus verbis illi aperte significantur, qui à susceptæ catholicæ fidei & Christianæ religione recesserant, ergo in proxime præcedentibus, eosdem videtur intellexisse, cũ dixit, dubios in fide esse infideles, cum vna & eadem continua serie verborum vtens, de eisdem loqui proculdubio videatur.*

1. Ioan. 2.

Psal. 138.

Iam regulariter qui fidem catholicam deserunt & hæretici vel apostatę fiunt, ideo deserere eam videntur, quia de bonitate & certitudine eius dubitant, & eam sibi eligunt disciplinam, quam putant esse meliorem. cap. Hæresis. 24. q. 3. quare non est mirum, si dubij in fide, infideles & hæretici esse dicantur, vt paulo post clarius patefiet.

Firmitas, exigitur in credendo, item simplicitas.

His ita constitutis, vt ad rem proximius acceda mus, obseruandum est primo, quòd vbicunque aliquid credendum proponitur, semper firmitas exigitur & simplicitas illa ad excludendam titubationem hęc ad repellendum errorem requiritur; nam titubatio & error in credendis, fidei aduersantur. nec desunt ad hoc probandum testimonia. Athanasius in regula fidei, post enumeratos & explicatos fidei articulos subdit, dicens: Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non potest. *item in cap. 1. de sum. trinit & fide catho. lib. 6. post definitum articulum de processione Spiritus sancti, additur ita:* Hoc professa est hactenus, prædicauit, & docuit, hoc firmiter tenet & prędicat, profitetur & docet sacrosancta Romana Ecclesia. *Itẽ in Clement. 1. de sum. trinit. & fide catho. antequã multę catholicæ veritates definiantur, scribitur in hunc modum:* Fidei catholicæ fundamento firmiter inhærentes. *Et sanctus Bernardus ad hæc respiciens dicebat:* Fides ambiguum non habet; & si habet, fides non est. *Sanctus item Hieronymus scribens in illud Habacuc, cap. 2.* Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semet ipso, *ait ita:* Si autem dubitauerit fides tua, & putaueris non venire quod spondeo, habebis pro grandi pœna, quòd meę animæ displicebis. Iustus autẽ, qui credit verbis meis; & de his nõ ambigit quę polliceor, habebit præmiũ uitam æternã. *hæc Hieronymus. Multa his similia adduci possent in eandem sententiam, quę consulto omitto.*

Dubitatio de credendis cũ fide pugnat.

Hęc vero ideo cõmemorani, vt intelligatur, Dubitationem velut ex diametro pugnare cum fide, & propterea dubitantem de credendis, eo modo, quo explicaturi sumus, non esse fidelem. sed hæreticum.

Ad hæresim constituendã necessaria est scientia contrariæ veritatis.

Præterea illud quoque præmittendum est, sine quo vix hęc tractatio perfecte intelligi potest, videlicet, ad hæresim constituendam, necessariam esse scientiam vel notitiã contrariæ veritatis: non enim sufficit quòd Christianus erret in fide, ad hoc vt sit hæreticus, nisi etiam sciat id quod approbat contrarium esse catholicę veritati. Nam cum hæresis sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

electio eius doctrinæ, quam quis putat meliorem, cap. hæresis. 24. q. 3. & nemo ignoret, quæ eligit, vt lib. 1. Rhetoric. cap. 10. auctor est Aristoteles: (est enim electio operatio voluntatis, quæ ex consilio prouenit.) sit vt ea, quæ eligimus deliberatio antecedat; id quod sine notitia & scientia eius rei, quam eligimus, contingere non potest. Quare vt firmiter aliquid amplecti dicamur, notitia eius prius habere debemus: inde sit vt vere & proprie is hæreticus dici non possit, qui ignorans catholicam veritatem, eius contrarium profitetur. Erit autem tunc hæreticus, cum sciens, vel sufficienter admonitus illud ef se catholicum dogma, deliberate sciens, & volens contrarium amplectitur. Caietanus apud sanctum Thomam 2. 2. quæst. 11. art. 2. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 13. Siluester verbo hæresis, quæst. 2. vers. Quinto, vt quis errorem. Simancas de catho inst. tit. 31. de hæreticis, nu. 10. & alij communiter.

Credibiliū tria esse genera.

Ad hæc prænotandum est etiam id, quod multis locis docet sanctus Thomas 2. 2. quæst. 2. cum de credibilibus agit. quem refert & sequitur Symericus par. 1. quæst. 7. & 12. videlicet, eorum, quæ ad

Directe ad fidem quæ dicantur pertinere.

fidem pertinent, tria esse genera: quædam enim sunt quæ ad fidem pertinent directe, qualia sunt ea quę nobis sunt principaliter diuinitus proposita ad credendum: vt Deum esse trinum & vnum, filium Dei esse incarnatum, & alia quę sunt totius Christianę fidei principia & prima fundamenta, vt sunt articuli fidei, qui à quolibet fideli explicite credi debent, sicut ostensum est supra par. 1. q. 3. de fide explicite habenda.

Indirecte quę spectent ad fidem.

Rursus sunt alia credibilia, quę indirecte ad fidē spectant, quia non proponuntur principaliter ad credendum sicut superiora: ad eorum tamen negationem sequitur negatio, & corruptio fidei omnium articulorum. talia sunt illa alia ab articulis fidei, quæ in sacris litteris continentur: vt quòd Abrahā duos habuerit filios: quòd Dauid fuerit rex: quòd Ioseph fuerit sponsus Marię: quòd Simō Cyrenæus fuerit angariatus ad portandam Crucem Domini, & similia.

Credibilia tertij generis quæ sint.

Sunt postremo alia credibilia, quæ expresse in sacris litteris non ponuntur: sunt tamen ex illis per Ecclesiam deducta & definita, tamquam de fide credenda: vt quòd Spiritus sanctus procedat à patre & filio tamquam ab vno principio & vnica spiratione, cap. fideli. de sum. trinit. & fide catho. lib. 6. Quòd Dominus noster cum Apostolis habuit alia in communi, vt in extrauag cum inter nonnullos. tit. de verb signif. Quòd exercere vsurā sit peccatum. Clement. 1. de vsuris. §. sane si quis. & alia huiusmodi multa, quæ longum esset recensere.

His velut fundamentis futurę doctrinæ præmissis, distinguenda sunt varia dubitationum genera, & secundum vnumquodque respondebitur ad principale dictum huius capitis, quomodo scilicet, dubius in fide sit infidelis & hæreticus.

Subreptitia tētatione dubitans de credibilibus, nō est hæreticus.

Multis ergo modis contingere potest, aliquem dubitare de credibilibus, vt ait Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 28. art. 1. Primo, subreptitia tentatione, cum quasi inopinanter aduenit nobis quædam tentans cogitatio circa credibilia, vt de perpetua sanctę Marię Dei genitricis virginitate, Christi Domini morte, & similibus, qua cogitatione subitanea animus rapitur, & cogitat qualiter illa fieri potuerint, aut his similia.

Prima conclusio.

Et de hoc dubitationis genere sit hæc prima conclusio: Dubitatio circa credibilia, proueniens ex subitanea seu subreptitia tentatione, nec hæreticum facit, nec sapit hæresim: quia frequenter contra voluntatē accidit, immo qui se bene confirmat in fide, & talibus motibus resistit, meretur, sicut ille qui resistit stimulis carnis, aut alijs prauis cogitationibus. Hanc conclusionem tenent hic Ioannes Andr. Ioannes Anania, Felinus, Panormitanus, Socinus, & alij communiter interpretantes hunc textum. Et omnes illi, quos paulo antea nominauimus in §. De intellectu huius capitis. ad quod facit c. sed pēsandum dist. 6. & melius cap. inter hæc sciendum de pœnit. dist. 2. Quare licet plerunque praua cogitatione animus pulsetur, non peccat si renititur: nam immunda & praua cogitatio mentem nequaquam inquinat, cum eam quatit & pulsat, sed tunc cum eam sibi consentientem subiugat. De hoc tentationis genere dicebat sanctus Paulus 1. ad Corinth. cap. 10. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Humana quippe tentatio est, qua plerunque in cogitatione tangitur etiam nolentes: quia, vt nonnunquam & illicita ad animū veniant, hoc vtique in nobis metipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca est, & non humana tentatio, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus astringit. Ac de huiusmodi subitis tētationibus, quæ animū interdum pulsant, vere dicitur illud vulgatum, de quo Doctores hic, videlicet, Primos motus non esse in hominum potestate.

Remediū ad superandas tentationes subrepticias circa credibilia.

Ceterum tametsi in superandis huiusmodi tentationibus interdum meritū acquiratur, non tamen propterea locus dandus est, vt aduenient, et animū quatiant: quoniam securius fugiendo & eitando, quàm resistendo superantur: sicut contingere solet in carnis illecebris, quæ fugiendo potius, quàm resistendo vincuntur, vt vere docet sanctus Thomas 2. 2. q. 35. art. 1. ad 4. argumentum. nam fieri posset quandoque vt mens, humana fragilitate, & Dæmonis suggestione victa succumberet, & promerito culpam & infidelitatem reportaret.

Postremo, qui huiusmodi tētationibus circa credibilia quatiūtur, quamuis rationibus humanis pēsatis & consideratis quædam illis primo obtutu videantur impossibilia per tentationem obiciantur, statim & continenter recurrere debent ad diuinam omnipotentiam, & dicere cum Angelo Lucæ cap. 1. quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Item alia diuinę maiestatis opera considerare, quę sic dubitantes potius in eius amorem & admirationem, quam in desperationem & inerdulitatem rapiant. Item statim captiuabunt intellectum in obsequium fidei, proponentes firmiter credere, quod credit & tenet sancta Romana Ecclesia. atque ita Deo fauente cessabit feliciter tentatio.

Secundo modo contingit dubitare circa credibilia

lia propter veritatis elucidationem, seu declarationem, vt in dicta summa de potestate ecclesiastica, q. 28. art. 1. ait Augustinus de Ancona. Atque hoc modo dubitant catholici doctores, præsertim theologi, de omnibus fere catholicę religionis veritatibus, & fidei articulis, vt rationibus hinc & inde propositis veritas magis elucescat.

Secunda cōclusio de dubitātibus in rebus credendis, vt veritas elucescat

De quo genere dubitationis sit hęc secunda conclusio: Qui per modum dubitationis procedit ad declarādas fidei veritates, supposito et stabilito tamquam certo & indubitato fundamento, quòd veritates illę & fidei dogmata, seu scripturę sacræ verissimę & certissimę sint, non est hęreticus, nec peccat; immo vero meretur, et magna laude dignus est. Hęc conclusio certissima est, & verissima: quia catholici doctores tametsi per modum dubitationis proponant, verbi gratia, An Deus sit vnus, An sit trinus, An filius Dei conuenienter fuerit incarnatus, & alia huiusmodi prope infinita, id non faciūt, propterea quòd de veritatibus illis reuera dubitēt; sed vt veritas earū propositis contrariis & solutis dilucidius appareat, & clarius elucescat. Ita enim fit, vt fideles in fide sępe magis roborētur, & infideles conuertantur, solutis & amotis argumentis & difficultatibus, quę ipsos deceptos contra fidei veritatem, detinebāt; cum inde intelligant argumenta, quæ contra fidem fiunt solubilia esse, vt ait concilium Lateranen. sub Leone X. sessio. 8. decreto quodam incipien. Apostolici regiminis. §. insuper omnibus & sanctus Thomas par. 1. q. 1. art. 8.

Duplex modus dubitandi de rebus fidei.

Dixi autem in conclusione: Suppotito & stabilito tamquam certo & indubitato fundamento, quòd veritates illæ, & fidei dogmata, seu scripturæ sacræ verissimæ & certissimæ sint: *quoniam multum refert intelligere circa hęc, quid, aut quomodo quisque dubitet.* Sunt enim qui de veritatibus, dogmatibus fidei, seu scripturis sacris dubitant, & hoc dubitationis genus prorsus est interdictum; cum de veritate eorum, quæ catholica fides credenda proponit, dubitare non liceat absque nota hęresis, vt clarius ex dicendis adhuc apparebit. Sunt rursus alii, de quibus loquitur hęc conclusio, qui etsi plenam fidem credibilibus adhibeant, credant que vera esse, & omni prorsus falsitate carent; qualiter tamen per scripturę verba significetur, & qualiter dogmata sint intelligenda, dubitant: quod absque hęresis aut cuiuslibet alterius criminis nota fieri potest. Vnde sanctus Ambrosius lib. 4. super Lucam loquens de filio Dei ait ita: Nam etsi nō licet mihi scire quemadmodum natus sit: non licet tamen nescire, quòd natus sit. Seriem generationis ignoro: sed auctoritatem generationis agnosco. hęc Ambrosius. Exemplis res fiet manifesta. Primo dubitationis genere videtur hæsitasse Nicodemus, Ioannis c. 3. de verbis Christi dicentis: Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. quibus prolatis Nicodemus dubitauit, an illa possent fieri vera, vnde dixit: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris suæ iterum introire & renasci? Similiter dubitauerunt discipuli quidam Christi, vt habetur Ioan. cap. 6. nam cum dixisset Dominus Iesus: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. *dicebant:* quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? *dubitabant, quia non credebant verbis Christi, & ita dubii & infideles recesserunt.*

Quid obseruandum in exponendis sacris litteris

Iā secūdo genere dubitādi dubitauit Maria Virgo intacta, quæ cū ab Archangelo audiuisset, Lucę cap. 1. *Filium Dei ab illa in vtero concipiendum, dixit:* Quomodo fiet istud; quoniam virum nō cognosco? nō diffidit verbis diuini nuntii: certa enim erat illa posse Deum, sed verbis firmiter credens, & dogma fidei de incarnatione filii Dei ad redimendum genus humanum, certum & firmū esse supponens; de modo edoceri cupit. itaque non de re ipsa, sed de modo piam proposuit dubitationem. Quare Theophilactus in eum locum ita scribit: Non qua fi discredens Virgo dixit: Quomodo erit mihi istud? Sed vt prudens & intelligens, vt discat, modum inquirit. Non enim prius quiddam tale factum est, neque posthac fiet. Ideo & ignoscit ei angelus, & non condemnat, vt Zachariam, sed magis modum docet. Nam Zacharias merito condemnatur: habuit enim exempla multa; quandoquidem & multę steriles pepererunt: Virgini autem nullum exemplum erat. hęc Theophilactus. Idem prorsus sentit sanctus Bernardus homilia. 4. super Euangelium: Missus est, dicens: Non dubitat de facto, sed modum requirit & ordinem. Nec enim quærit, an fiet istud? sed, quomodo? hęc Bernardus. Hoc itaque modo sancti & catholici doctores sacris litteris plenissimam fidem adhibentes, de earum intelligentia dubitant. eadem ratione theologi scholastici infinitas prope quæstiones proponunt de rebus fere omnibus ad fidem spectantibus, non tamen dubitant de re seu de dogmate catholico. sed de modo et intelligentia, in quo nec hæretici sunt, nec de hæresi suspecti. sed merentur, & egregiam laudem consequuntur.

†forte, explanationem.

Obseruandum tamen est, quòd in interpretandis & declarandis dogmatibus fidei & scripturis diuinis tunc grauissime peccarent, aut etiam hęretici essent iudicandi doctores, aut de hæresi suspecti, cum eas non interpretarentur iuxta mentem sanctorum Patrū, & sensum & vsum sanctę Romanę Ecclesiæ. Quare in concilio Lateranen. sub Leone X. sessio 11. decreto quodam incipien. Supernæ maiestatis præsidio. *qualiter prædicatores & expositores interpretari debeant sacram scripturam cauetur his verbis:* Mandantes omnibus, qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, ut Euangelicam ueritatem & sanctam scripturam, iuxta declarationem, interpretationem, & ampliationem † doctorum, quos Ecclesia uel usus diuturnus approbauit, legendosque hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent, & explanent: nec quicquam eius proprio sensui contrarium aut dissonum adiiciant: sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacrę scripturæ uerbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, rite & sancte intellectis, non discordant. *hactenus ibi.*

Qui ergo in exponendis sacris litteris hæc nō seruat, non interpretatur eas, vt Spiritus sanctus efflagitat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

flagitat, & ob id merito de eo dici potest quod scribit S. Hieronymus super epistola Pauli ad Galatas, cap. 5. in verbo, hæreses. & refertur in c. hæresis. 24. q. 3. in hęc verba: Quicumq; igitur aliter scripturâ intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, quo scripta est: licet de Ecclesia non recesserit: tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quæ peiora sunt. hæc Hieronymus. Sed hunc locum de exponenda scriptura sacra iuxta sanctorum patrum sententiã, & receptum Ecclesiæ Romanę consensum, luculenter tractat Melchior Canus lib. 7. cap. 3. de locis theologicis. Et videto sanctum Thomam par. 1. q. 68. art. 1. & 2. 2. q. 11. art. 2. vbi docet qualiter dicatur exponi scriptura sacra aliter quàm Spiritus sanctus efflagitat.

A

Hæreses ex quibus potissimum peccatis oriantur.

Quamquam autem in genere dixerimus ex peccatis oriri hæreses, quædam tamen sunt peculiaria vitia, à quibus speciali quadam ratione oriri solent. hęc sunt philautia, id est, amor sui: inanis gloria: Auaritia: Concupiscentia carnis: Superbia: Ambitio: & Inuidia, vt copiose prosecuti sumus lib. 1. de causis vnde hæreses oriuntur, et de remediis, quibus vel oriri impediuntur, vel iam ortę extirpantur. Vnde constabit quòd cum quis pro hęresi vel hæresis suspicione, aut captus est, aut in eum inquiritur, indicium est rem ita se posse habere, si innotuerit eum aut his, aut aliquo ex istis peccatis inquinari.

Tertius modus dubitandi per imperfectam adhæsionem non facit hæreticum.

Tertio modo contingit dubitare de credibilibus imperfecta adhæsione, vt ait idem Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 28. art. 1. Et hoc dubitationis genere videntur dubitare peccatores. Omnes enim peccantes imperfecte credunt, eo ipso quòd non viuunt secundum illa, quæ credunt. nam si perfecte adhærerent his, quæ credunt, sic viuerent quasi post modicum transituri de hoc mundo. non quasi in ęternum mansuri.

B

Quartus modus dubitandi circa credibilia.

Quarto modo potest contingere aliquem dubitare circa credibilia, scientem & volentem, nec dubitationi resistentem, & animo deliberato, ita vt non magis applicet mentem ad veritatem catholicam, quàm ad errorem contrarium. sed medius inter vtramque partem nutat, & incertus fertur, nec curat quid potissimum sequatur, paratus nunc hanc, nunc illam sequi aut eligere partem, parum sua interesse dicens aut cogitans, an hoc vel illud teneat, uerumue sit: vt verbi gratia an in venerabili Eucharistiæ sacramento sit vere & realiter corpus et sanguis Domini nostri Iesu Christi necne: vel an Maria mater Dei fuerit perpetuo virgo, an non fuerit: vel an Romanus Pontifex sit verus Christi vicarius & Petri successor, & caput Ecclesiæ militantis, aut non sit, aut his similia.

Tertia conclusio.

C

Quarta conclusio.

De hoc ergo sit tertia conclusio: Hic modus dubitandi non constituit hominem hæreticum, sed potius malum Christianum. Quamobrem optime Zanchinus sentit tract. de hęret. cap. 35. dum ait, Inquisitorem non debere procedere contra aliquem ex eo, quòd publice fœneretur, aut adulteretur, aut alia huiusmodi peccata cõmittat, quę ab hęresi sunt remota, nisi orta esset aliunde suspicio contra eum: cum Inquisitori solum sint ea commissa, quæ tangunt hæresim siue fidem. c. accusatus. de hęret. lib. 6. §. sane. & §. de quæstionibus.

Inquisitor quando possit procedere contra peccatores.

At si peccatores huiusmodi consortiũ fidelium euitarent, numquam assumerent pœnitentiam: numquam audirent diuina officia: numquam ecclesiastica reciperent sacramenta: vel aliqua Ecclesię mandata suo tempore non obseruarent: non ieiunarent debito tempore absque legitimo impedimento: non abstinerent ab esu carnium sicut præcipit Ecclesia, aut alia his similia negligerent, aut facerent cum ex his indicijs suspicio hæresis oriatur maior vel minor pro qualitate peccantis, & aliarum circumstantiarum: tunc Inquisitor posset procedere contra tales. cap. excommunicamus. al. 1. §. adiicimus, de hæret. cap. inter sollicitudines. de purgatione cano. & tradit Zanchinus præcitato loco. & dixi plene par. 3. tit. de signis & indiciis, quibus diuersarum sectarum hæretici cognosci possint.

D

Peccata sunt causa hæresum.

Illud præterea admonebo, diligenter peccata esse præcauenda, cum præter alia mala, quæ inducit, causa etiam sint vnde hæreses oriantur, vt ostendi lib. 1. cap. 2. de causis hæreticę prauitatis; & docet Anselmus explicans illud Pauli ad Ephesios, cap. 5. Vt non circumferamur omni vento doctrinę, in nequitia hominum. vbi ait ita: In nequitia hominum dixit, quia hæresis non est nisi in anima subdita peccatis: quia peccata cõmissa sunt causę, vt Deus permittat eos errare in barathrum hęresis. Hęc Anselmus.

E

Pertinax dicitur.

Pertinax dicitur etiam ille qui de veritate catholica dubitat.

Praeterea qui paratus est inclinare in quamlibet contradictionis partem, & quam voluerit eligere non captiuat intellectum in obsequium fidei Christi, cum tamen necessario & firmiter adhærere catholicę veritati debeamus, vt catholici et fideles simus & dicamur; nec nobis liceat libere eligere doctrinam, quam sequamur in causa fidei, sed traditã diuinitus sequi, & retinere: proinde quisquis aliam fidem, aut aliam doctrinam, aut alia dogmata eligit, aut eligere fluctuans & nutans paratus est; merito hæreticus est, cum sic dubitans non videatur omnino

omnino fidei & doctrinę Ecclesiæ adhærere, & eam supponere tamquam infallibilem & certam. Hinc Tertullianus in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos scribit ita: Hæresum opera sunt adulteræ doctrinæ, hæreses dictæ Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vtitur: ideo Apostolus & sibi damnatum dixit hęreticum, quia & in quo damnatur sibi eligit: nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere qđ aliquis de arbitrio induxerit, Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignauerunt. Itaque etiamsi Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathema diceretur à nobis. hęc Tertullianus.

A

Iam de certitudine fidei, quantũ attinet ad hanc disputationem, luculenter agit sanctus Thomas 2: 2. q. 4. art. 8. & de verit. q. 14. art. 1.

Appositi in conclusione verba illa: Sciens catholicam esse veritatem, & ita Ecclesiam tenere: quoniam vt patet ex supradictis in §. Præterea illud. ad hæresim constituendam necessaria est scientia contrariæ veritatis. Ac de his fortasis dubitan

B

ribus, accipienda est sententia huius capitis, nam et verba consentire videntur, nec discrepant interpretes: & ita tenere auctor Repertorij Inquisitorum verbo, hęreticus. §. item hæreticus est.

C

Dubius in fide qualiter abiurabit.

Cum itaque huiusmodi dubij in fide in sacro Inquisitionis tribunali iudicantur, si postquam intellexerint fidei iudices, tales cum scirent catholicas veritates prędicto modo dubitasse, inde vero omissa dubitatione partem firmiter amplecti catholicam velle, recipiendi sunt ad Ecclesię gremium: abiurare tamen primò debent vt hęretici formales & veri. Si autem tales erant, vt probabiliter præsumantur quòd non vere & perfecte sciebant catholicas veritates, de quibus dubitabant, vt verbi gratia quia simplices erant, quales sunt circa credibilia multi laici & rustici homines, aut quia in terris hęreticorum morati sunt, vbi raro catholica dogmata prædicantur, immo vero potius negantur, aut reuocantur in dubium, aut alijs modis, vt quia dogma de quo dubitarunt, non erat de articulis fidei, qui in Ecclesia Dei solent solennizari: tunc arbitrio iudicantis, vt suspecti de hęresi, non vt formaliter hęretici poterunt abiurare.

D

Pertinax dicatur.

Nec obstat si dicatur, huiusmodi dubitantem nõ debere iudicari hæreticum, ex eo quòd non videtur pertinax, cum tenaciter non adhæreat doctrinę contrarię catholicæ veritati; quoniam respondetur satis eum dici posse pertinacem, quia cum sciat catholicam veritatem, deliberate de ea dubitat, nec doctrinam Ecclesiæ firmiter & affirmate supponit esse infallibilem & certam, nec potest negari illum quo tempore voluntariæ huiusmodi dubitationi hęreticę assistit, pertinacem fore indicandum, cum pertinax is dicatur, qui persistit in errore, quem sub reatu culpę deserere tenetur: cum nec is solum dicatur pertinax, qui falsum asserit, vt ait Alfonsus lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, cap. 9. Sed ille etiam qui de certa veritate dubitat,

E

Ad pertinaciam non requiritur tempus diuturnitas.

tametsi paruo tempore in tali voluntaria dubitatione permanserit, quoniam vt prudenter & docte scribit Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis theologicis, & Bursatus consi. 38. incipiente: Super facto. lib. 1. pertinacia, quę hęresim facit, non est temporis diuturnitate æstimanda. Nam si constaret aliquem vna solum hora, aut minus, tenuisse Deum non esse trinum, is plane hęreticus ab Ecclesia iudicaretur.

Hæreticus est qui scienter in dubiũ vertit catholicas veritates.

Quòd vero is dicatur hęreticus, qui in dubium vertit catholicas veritates, non obscure etiam colligi posse videtur ex concilio Viennensi, quod refertur in Clement. 1. de summa trinit. & fide catho. §. porro. vbi reprobatur, & hæretica iudicatur doctrina omnis, quę asserit aut in dubium vertit, quòd substantia animæ rationalis seu intellectiuę, vere & per se humani corporis non sit forma, in hęc verba: Porro doctrinam omnem seu positionem temere asserentem, aut vertentem in dubium, quòd substantia animæ rationalis, seu intellectiuæ vere ac per se humani corporis non sit forma: velut erroneam, ac veritati catholicæ inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio, reprobamus. hęc ibi. & notat glossa ibidem in verbo, Dubium. vbi citat cap. Dubius. de hæret. quod interpretamur.

Hæreticus est qui dubitando magis inclinat in doctrinam fidei contrariam.

Ille autem non esset iudicandus hęreticus, qui ita dubitaret, vt magis ad veritatem fidei, quàm ad oppositam partem declinaret. si ex infirmitate quadam dubitaret, sicut contingit in primis motibus, et in illis, qui natura hoc habent, vt sint in qualibet re ancipites, & dubij, & assiduis conscientiæ scrupulis vrgentur, vt ait Alfonsus Castrus, lib. 1. cap. 7. de iusta hæreticorum punitione. Sed de hoc plura diximus paulo antea in 1. conclusione.

Quinta conclusio.

Quinto modo potest aliquis dubitare circa credibilia non modo scienter & voluntarie, sed quod etiam grauius est, magis inclinando in dogma & doctrinam catholicę fidei contrariam, & ei tenaciter adhærendo, quàm in catholicam veritatem.

Sexta conclusio. Dubitans de tota Christiana religione hæreticus est.

De quo sit quinta conclusio: Qui prędicto modo dubitat, vere et proprie hęreticus censendus est; nã in hoc nihil deest eorum, quæ ad hęresim, & hominem hęreticum constituendum exiguntur. & hanc conclusionem tenent omnes præcitati supra in §. De intellectu huius capitis. item glossa & communiter doctores hoc loco, & Locatus in opere iudiciali, in verbo, Dubius in fide. & alij, quos omitto consulto.

Sexto modo contingit dubitare de tota fide Christiana; de quo sit sexta conclusio: Qui de tota religione Christiana dubitat, hęreticus est, infidelis pertinax, & incorrigibilis: quia non est paratus corrigi per doctrinam, quam dubitat veram: cum nullus nisi per veritatẽ corrigi velit. ita scribit Palacius Rubius in allegatione de hęresi, §. 5. Sed verius videtur hos non modo hęreticos, sed etiam apostatas, & esse & dici posse, cum per talem dubitationem de veritate totius Christianæ religionis, à tota christiana religione recesserint: quod est apostatarum proprium, vt docet Eymericus infra quæst. 49. & alii quos ibidem citauimus.

Septimo modo potest aliquis dubitare certo &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dubitans de aliquo particulari fidei articulo hæreticus est. Septima cõclusio.

deliberato animo, non de tota Christiana religione, sed de aliquo particulari fidei articulo, veluti de Christi diuinitate, de sacramento Eucharistiæ, aut alio huiusmodi, de quo sit hæc septima conclusio: Is etiam, qui de vno tantum articulo fidei, prædicto modo dubitat, hereticus est censendus, & velut talis puniendus: Et ratio est, quoniam discredens vnũ articulum fidei, non habet fidem formatam nec informem, vt late & singulariter docet sanctus Thomas 2.2.q.3.art.3. & Guido Carmelita in summa de hæresibus in principio, cap.9. Palacius Rubius in allegatione de hæresi, §.5. & alij, quos prudens omitto.

Intellectus l. 2. C. de hæret.

Et hanc sententiam probat textus secundum verum intellectum acceptus in l.2.C. de hæreticis in hæc verba: Hæreticorum autem vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. *hæc ibi. Quoniam hic non agitur de leui probatione, vt quidam putant, sed quasi respondens Imperator tacite obiectioni. qua quis posset inquirere, an qui paululum ab orthodoxa fide declinat, sit censendus hæreticus, ait, eos hæreticorum vocabulo contineri, qui vel leui argumento, idest, vel paululum, vel minimum, vel in vno tantum articulo à fide catholica deuiant. hanc interpretationem colligo ex Photio Patriarcha in Nomocanone, tit. 12. cap. 2. vbi prafata legis verba vertit ita*: Hæreticus est, & legibus, quæ aduersus hæreticos latè sunt, subijcitur, qui ab orthodoxa fide vel minimum declinat. *hæc ibi.*

Hunc vero intellectum ad prædictam l. 2. C. de hæret. non obscure probat lex Federici Imperatoris, cuius initium est, Inconsutilem. §.4. vbi agens de coercendis hæreticis per iudices Ecclesiasticos ait ita: Per quos si inuenti fuerint à fide Catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta constantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocumque nomine censeantur, decernimus, quam affectant. *hæc ibi. Quare is plane hæreticus est censendus, qui in vno solo articulo fidei errat, aut de eo prædicto modo dubius est.*

Dubitantes de credibilibus spectantibus directe ad fidem hæretici sunt. Octaua conclusio.

Potest item octauo aliquis dubitare, eo modo quo dictum est, de illis credibilibus, quæ directe ad fidem spectare diximus paulo antea in §. Ad hæc prænotandum est.

De quo sit octaua conclusio: Si quis rationis capax deliberate & scienter dubitauerit de his, quæ principaliter & directe pertinent ad fidem catholicam, quales sunt fidei articuli, non excusatur ab hæresi, nec ab hæreticorum pœnis. Hæc conclusio videtur esse expressa sententia sancti Thomæ quodlibeto. 3. quæst. 4. art. 10. vbi dicit in hæc verba: In his vero, quæ pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excusatur, si sequatur erroneam opinionem alicuius magistri: in talibus enim ignorantia non excusat; alioquin immunes à peccato fuissent, qui secuti sunt opinionem Arij & Nestorij, & aliorum hæresiarcharum; nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditorum, si in talibus erroneam opinionem sequantur. In rebus enim dubiis non est de facili præstandus assensus, sequinimo vt Augustinus dicit in lib. 3. de doctrina Christiana, consulere debet quis regulam fidei, quam de scripturarum planioribus locis, & Ecclesiæ auctoritate percepit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripturæ testimonium, siue contra id quod publice tenetur secundum Ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari. *hactenus Thomas. Quæ sententia apertius etiam constat vera esse ex illis, quæ diximus supra par.1. super quæst.7. in prima regula.*

Dubitantes de credibilibus indirecte & secundario ad fidem spectantibus an sint hæretici. Nona cõclusio.

Item nono potest aliquis dubitare de credibilibus indirecte & secundario ad fidem pertinentibus quæ explicite credenda omnibus non proponuntur; de quibus diximus supra in §. Rursus sunt alia.

De quo dubitationis genere sit nona conclusio: Absque heresis & peccati periculo potest quis dubitare de huiusmodi credibilibus, & tenere contrarium eius, quod expresse continetur in sacris litteris, donec admonitus sit legitime. Ratio huius conclusionis in promptu est: quia cum huiusmodi credibilia non teneatur quis explicite credere, sed solũ implicite, et in animi præparatione, vt scilicet paratus sit credere quicquid in diuina scriptura continetur; tunc sub peccati & hæresis reatu explicite credere ea tenetur, quando ei constiterit in doctrina fidei illa de quibus dubitat, aut quorum contrarium tenet, contineri. Quandiu vero id sibi non constiterit, cum credere ea explicite non teneatur, potest sine periculo contrariam catholicæ veritati opinionem tenere, & sequi, dummodo pertinacia absit. hæc est sententia eiusdem sancti Thomæ part. 1. quæst. 32. art. 4 & Turrecrematæ in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. & Eymerici supra par. 1. quæst. 7. & 12. & alijs plerisque locis.

Iam ad hæc credibilia secundi generis magis vel minus explicite credenda quis teneatur, ex qualitate personarum & status earum pensandum est: nã qui alios erudire debent & instruere in credendis, ad plura huiusmodi credenda obligantur, & ideo plura etiam explicite credere præsumuntur, sicut ex sententia sancti Thomæ luculenter ostendit Eymericus supra par. 1. q. 12.

Dubitantes de credibilibus per ecclesiam definitis, an & quãdo sint hæretici.

Item decimo contingere potest dubitatio circa credibilia tertij generis, de quibus diximus in §. Sunt postremo alia. *de quibus sit decima conclusio: Si quis de credibilibus tertij generis, illis videlicet, quæ per Ecclesiam sunt definita dubitet, sicut dictum est, non censetur hæreticus, quando ea scire verisimiliter non præsumitur, & antequam legitime sit admonitus: si vero post legitimam admonitionẽ in dubitatione perstitat, hæreticus putandus est; cum nolit stare definitis & determinatis per Ecclesiam. Neque enim in dubium sunt reuocanda, quæ semel pro fide, communione, & veritate catholica atque Apostolica, Ecclesia Romana definiuit, vt ait Gelasius Papa. 1. epistola quadam ad episcopos Dardaniæ, & refertur in cap. Maiores. 24. q. 1. & docet*

Decima conclusio.

docet sanctus Thomas in summa par. 1. quæst. 32. art. 4. de quo diximus plura supra par. 1. in l. nemo clericus. de sum. trinit. & fide catho. Hæc vero credibilia tertij generis non omnes eque explicite scire tenentur, sed gradus & status hominum diuersorum, pro varietate officiorum & munerum sunt considerandi, sicut luculenter docet Eymericus supra par. 1. quæst. 12.

Dubitantes de spectantibus ad fidem nondum definitis p Ecclesiam, non sunt hæretici.

Vndecimo & postremo contingit dubitare de quibusdam ad fidem pertinentibus, quæ nondum sunt per Ecclesiam definita, vt verbi gratia. An statim post mortem Domini nostri Iesu Christi legalia cessauerint, nec ne, de qua difficultate plene sanctus Thomas 1. 2. quæst. 103. et doctores scholastici lib. 4. sent. dist. 3. & Sotus lib. 2. de iustitia & iure q. 5. art. 4. item an Virgo Maria mater Dei fuerit in peccato originali concepta nec ne. item an Papa possit dispensare super matrimonio rato per verba de præsenti, nondum tamen per carnalem copulam consummato. & de multis huiusmodi quæstionibus, quæ frequenter inter doctores catholicos solent disputari, quibusdam vnam contradictionis partem, aliis alteram tuentibus.

Vndecima conclusio.

Et in hoc sit vndecima conclusio: De rebus huiusmodi ad fidem spectantibus absque periculo heresis potest quisque dubitare vtra pars verior sit, & sequi quam voluerit, dumtamen paratus sit tenere quod Ecclesia definierit, si contingat aliquando fieri declarationem. nam si post factam determinationem tali ordinationi quis pertinaciter repugnaret, hereticus censeretur. Hanc conclusionem tenet sanctus Thomas par. 1. q. 32. art. 4. & 2. 2. quæst. 11. art. 2. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 17. Innocentius, & communiter doctores in cap. ne innitaris. extra de constit. Et nominatim Ioa. And. in cap. cum Christus. de hæret. Et ratio potissima huius conclusionis est: quia qui de propositis rebus dubitant, non habent electionẽ contradicentem doctrinæ ipsius Ecclesiæ. ita sanctus Thomas 2. 2. q. 11. art. 2. ad tertium argumentum. Unde optime Caietanus apud eundem Thomã par. 1. q. 32. art. 4. notat, quòd quando deest determinatio Ecclesiæ, non vocatur manifestum consequi aliquid contrarium fidei ex aliqua positione, ex eo quòd multi doctores credunt vno modo, alij vero aliter. Quare dubitantes de his, siue veritati contrarium opinantes, non solum ab hæresi sed etiam à peccato excusantur: nam quisque iuxta gradum suum, veriorem partem sequi se arbitratur. salua semper Ecclesiæ reuerentia.

In eligendis opinionibus dubijs circa res ad fidem pertinentes nondum definitis, quid obseruandũ.

Ceterum circa hanc conclusionem id omnino obseruandum mihi videtur, quod docet Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 17. videlicet, non videri omnino immunes esse à peccato, qui in materiis fidem tangentibus, non sequuntur opinionem doctorum grauiorum magis probatorum & celebrium. Cum ergo de huiusmodi rebus dubitare contingit propter diuersas diuersorum sententias, illorum regulariter amplectanda opinio est, qui sanctorum Patrum doctrinis soliti sunt adhærere. Item multorum potius quàm paucorum, aut vnius est tenenda sententia. Item eorum, qui fortioribus aut validioribus rationibus nituntur. nec facile in his rebus est præstandus assensus alteri cõtradictionis parti, sed re mature considerata procedere oportet.

Quomodo autem excusentur ab hæresi, siue ab hæresis suspicione, qui incertas & dubias opiniones magistrorum sequuntur, in rebus ad fidem pertinentibus explicat sanctus Thomas quodlibeto 3. quæst. 4. art. 10. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 28. art. 2. Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. p. 2. cap. 17. & Albertinus tract. de agnos. assertio. quæst. 21. num. 34. & seq. Hanc tractationem, cum non sit huius loci, libẽter omitto, alibi fortassis copiose explicaturus.

Ignorantia circa articulos fidei non excusat.

Postremo animaduertendum est, multos per ignorantiam errare circa credibilia, & de illis sæpe dubitare, quæ firmiter credere oportet, qui qualiter ab hæresi excusentur explicui plenissime supra par. 1. super quæst. 7.

Atque ex his existimo percipi posse, qualiter sit intelligenda sententia huius capitis de dubitãtibus in fide, quam plenissime declarandam in gratiam eorum qui causas fidei tractant in sacro Inquisitionis tribunali, non inutiliter forsan existimaui.

b ¶ Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant.] *Huius periodi multiplex est intellectus, vt ex Hostiensi, Cardinali Zabarella, Ioanne Anania, Panormitano & aliis colligere licet: ceteris tamen omissis, vt hæc quoque pars, titulo de hæreticis sub quo ponitur, conueniat, mihi id nunc probatur, quod Zabarella hoc ipso loco tenere videtur; nempe, quòd non excusat ignorantia eum, qui dicit se nescire articulos fidei. de quo dicto (ne actum agam) vide quæ plene scripsi supra par. 1. super quæst. 7. regula. 1. & seq.*

Leo Papa.

Errare in fide conuincitur, qui alios errantes cũ potest, ab errore non reuocat. CAP. II.

Qui alios [a], cum potest, ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.

COMMENT. II.

a Qui alios.] *Desumptum est hoc cap. ex epistola 91. capitulo 15. Leonis Papæ. I. ad Turibium Asturiensem episcopum, cuius initium est: Quàm laudabiliter. integra clausula ita habet*: De qua re quintidecimi capituli sermo conqueritur, & præsumptionem diabolicam merito detestatur: quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titularentur, inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne vsquequaque sentirentur insuauia, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime prouidendum, vt falsati codices, & à sincera veritate discordes, in nullo vsu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum, multarum habent seminarium falsitatum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non solum interdicendæ, sed etiam penitus auferendę sunt, atque ignibus concremandę. Quamuis enim sint in illis quædam, quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis: & per fabularũ illecebras hoc latenter operantur, vt mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunque erroris inuoluant. Vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum: quoniam qui alium ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat. *hęc Leo.*

Intellectus c. qui alios.

Ex integra hac clausula constat in quo sensu accipi debeat sententia huius capitis, nam cum dicitur, qui alium ab errore non reuocat: *non agitur generaliter de quolibet errore, sed de errore fidei. quod tametsi iam per coniecturam admouissent hic Panormitanus, Marianus Socinus, & alij dicentes loqui textum de errore fidei, vt faciat ad titulum, cum ponatur sub titulo de hęreticis, iuxta id quod notauimus in commentario præcedentis capitis §. Quãquam autem. vers.* Lex enim vel canon. *tametsi inquam hoc admonuissent hi doctores per cõiecturam, apertius id patefit ex integra periodo, cũ in ea iubeantur aboleri codices, et libri ab impio Priscilliano corrupti & deprauati, ne eorum lectione fideles in errores fidei catholicę contrarios laberentur.*

Priscillianus quisnam fuerit.

Fuit vero Priscillianus (vt obiter hoc dicã) hęreticus Hispanus ex Gallæcia, de quo sic S. Prosper in Chronico: Anno Christi 379. Priscillianus de Gallęcia, ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit. *hęc Prosper. Priscilliani initia, incrementa, interitum, mores & studia, pluribus & certius quàm quisquam alius enarrat Sulpicius Seuerus lib. 2. sacrę historię non procul à fine. Sed ad institutum reuertor.*

Cap. qui alios. de hæret. quid definiat.

Sententia huius capitis hunc habet sensum, sicut Ioanni Ananię, Panormitano, Socino & alijs placet, Errare in fide conuincitur, qui alios errãtes in fide, cum potest, ab errore non reuocat. nam etsi qui hęreticis fauent, & eorum permittunt errores propagari, cũ impedire possint et debeant, reuera id faciant affectu alliciente, non errante intellectu. quãuis vere & proprie hęretici non sint, at iuris fictione hęretici sunt. quoniam vt recte Innocentius ait in cap. error. 83. dist. Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. *hæc Innocentius. Et Gregorius in cap. cõsentire. dist. 83. ait:* Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. *hæc ille. Ad idem, textus in c. præterea. 23. q. 8. & in cap. tam sacerdotes. 24. q. 3. & in cap. quantæ. de sent. excom. & in cap. sicut dignum. §. illi etiam. & ibi glos. de homicid. & in multis alijs locis. facit item textus in l. scientiam. ff. ad legem Aquil. vbi probatur, quòd si seruus vulnerat vel occidit sciente domino, tenetur dominus. & sumitur ibi scientia pro patientia seu tolerantia hoc est, cum potuit non prohibuit.*

Ad rem ergo, de qua institutum est tractare, propius accedendo, dico primum, distinguendas esse personas, quæ errantes in fide non reuocant ab errore, aut non puniunt: quidam enim sunt quibus id competit ex officio, quales sunt ecclesiarum prælati, & Apostolici Inquisitores, quibus extirpandi hęreticos potissimum cura incumbit: alij sunt ad quos id non pertinet ex officio; quales sunt inferiores.

Si de episcopis seu ecclesiarum prælatis sermo sit, sicut in hoc cap. vt constat ex integra clausula, quam adduximus, sit hoc axioma. Episcopus seu alius fidei iudex potens impedire & prohibere lectionem librorum, aut predicationem dogmatum hæreticalium in sua diœcesi, aut negligens punire hęreticos cũ posset eos capere & punire: aut quid simile faciat, aut facere omittat, quod in detrimentum catholicæ fidei conuertatur, hæreticus iudicari potest in foro exteriori, & sicut talis tractari in sacro Inquisitionis tribunali. ita probat textus noster in suo fonte, quem paulo ante adduximus, ibi: Vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorũ nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, q Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum. *hæc ibi. Et ratio potest esse illa, de qua Bartolus in l. quę dotis. ff. soluto matri. circa finem, num. 13. videlicet quia quotiescunque potest aliquis contradicendo actum impedire, si non impediat, sed taceat & dissimulet, præsumitur consentire: quare prælatus qui talia fieri permiserit, nec impedierit aut prohibuerit, cum possit. saltem iuris fictione seu præsumptione, hęreticus censendus est: quamuis reuera in mente talis non sit.*

Hæreticus iudicari potest iudex ecclesiasticus si potens existat hęreticalia, non extirpet.

Neque his obstat dictum Zanchini tract. de hęret. cap. 5. vbi ait, eum, qui habet potestatem puniẽdi hæreticos, si scienter id negligat, incidere in hæresis suspicionem, quasi velit talem non esse censendũ hęreticum, sed solum suspectum: quoniam respondetur Zanchinum perinde esse accipiendum ac si dixisset, eum præsumi incidisse in hæresim, quod satis indicãt iura, quæ adducit, inter quę est c. qui alios. de hęret. quod nunc interpretamur.

Qui hæreticalia permittũt, qualiter puniantur.

Sed qualiter puniri debeant huiusmodi delinquentes, quęri potest. Et quoniam qui taliter delicta fieri permittunt, cum possent prohibere, auctoritate sua, & impunitate delicti, delicto non modo videntur consentire, verum etiam illud fouere atq; defendere: ideo plus puniri debent, quàm ipsi, qui propter maiorum conniuentiam & consensum delinquunt glossa in Clem. 1. verbo, defensauerit. tit. de pœnis. Iulius Clarus in pract. crimin. quæst. 87. vers. Hęc autem omnia. vbi dicit hanc esse communem conclusionem ex sententia Bolenc. in repet. l. capitalium. §. famosos. num. 114. ff. de pœnis. & potest, inquit Clarus, poni exemplum in prælato, qui dissimulet aliquem concionatorem in sua diœcesi falsa dogmata prædicantem. & facit textus & gl. in c. qui aliorum. 24. q. 3.

Episcopi ergo qui negligunt diœcesim ab hæresibus

Episcopus negligens diœcesim hæresibus purgare, deponendus est ab Episcopatu.

bus purgare, non solum seuere puniendi sunt, sed ab episcopali dignitate etiam remouendi, cap. excommunicamus. el 1. §. volumus. de hęreticis: vbi scriptum est ita: Siquis enim Episcopus super expurgando de sua diœcesi hęreticæ prauitatis fermento, negligens fuerit, uel remissus: cum id certis indicijs apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locũ ipsius alter substituatur idoneus, qui uelit & possit hæreticam confundere prauitatem. *hæc ibi.*

Causę diuersæ, cur episcopi quandoq; in hęreticos non animaduertunt.

Atque hæc dicta esse volumus de illis, qui cum possunt prohibere, non prohibent; nã sunt qui quandoque multis ex causis tametsi prohibere desiderant, nihilominus non prohibent: vel quia à tempore dominis libere in hæreticos animaduertere non permittuntur, vel propter potentiam & multitudinem hæreticorum, vel propter auaritiam quia ab hæreticis eorumue fautoribus pecunia corrupti abstinent ab eorum punitione, vel ob alias causas, quibus sæpe succumbit humana fragilitas; quod cũ contigerit, sciendum primo est, eos grauissime peccare, ac contrahere etiam hæresis suspicionem maiorem uel minorem, pro qualitate impedimenti & circunstantię, ob quam desinunt in hęreticos animaduertere.

Diximus breuiter de prelatis ac magistratibus, quibus extirpãdorum hæreticorum cura imminet. de alijs nunc dicamus. quia textus præsens generaliter dicit reuocãdos esse hæreticos ab errore: & quamquam neminem excipiat ab hac obligatione reuocandi errantes in fide, nihilominus non æqualiter ad omnes pertinet talis reuocatio. Omissis ergo prælatis, quibus (vt diximus) ex officio competit hæreticos coercere, de alijs sit hæc certa conclusio; Omnis christianus sub pœna excõmunicationis debet hæreticos denuntiare. Hęc conclusio est sancita per Gregorium Nonum extrauaganti quadam contra Patarenos, cuius initium est: Excommunicamus. *& refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis. in qua ita habetur:* Item siquis hæreticos sciuerit, uel aliquos occulta cõuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, uel alij per quẽ credat ad prælati sui notitiã peruenire: alioquin excommunicationis sententia percellatur. *hæc ibi. Et de hoc vide copiosè per Ioannem Rojam in singularibus fidei sing. 5.*

Omnis Christianus obligatur hęreticos denuntiare.

Hęretici an sint charitatiue admonẽdi priusquã denuntiẽtur.

Quòd si quæratur, an inhęrendo verbis huius textus liceat priusquam denuntientur hæretici, eos fraternę admonere, atque inducere vt ab erroribus desistant & resipiscant? & videtur licere, cum textus id significare videatur ibi: qui alios cum potest, ab errore non reuocat. *Sed per fraternam correctionem & admonitionem, videntur posse reuocari: ea ergo erit præmittenda. Rursus quia in delictis cum proceditur per denuntiationem, Euangelica seu charitatiua monitio præcedere debet, c. qualiter & quando. el 2. de accusatio. & ca. licet Heli. de Sino. Postremo, quia Matth. c. 18. scriptum est:* Si autẽ peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te & ipsum solum.

Ceterum tutius est in crimine hęresis non esse adhibendam correctionem fraternam, antequam denuntientur hæretici: sed ea omissa denuntiari debẽt, de quo articulo dictum est plenius infra in hac 2. p. super c. qualiter & quando.

Ad rationes vero proxime adductas vno verbo potest responderi, eas non habere locum in crimine hæresis, interim tamen video Simancam de catholicis institit. tit. 19. de denuntiatione, & Ioãnem Rojam tract. de hæret. par. 2. assertione 3. & in singularibus fidei, singulari 5. num. 21. vers. Tertio ampliatur.

Qualiter magis vel minus obligentur fideles ad denuntiãdum hęreticos.

Postremo quamquam catholici omnes modo explicato teneantur hęreticos ab erroribus reuocare, prælati coercendo, & fideles reliqui denuntiando: adhuc inter fideles potest considerari maior vel minor obligatio ad id faciendum, sicut ostendit Zanchinus tract. de hæret. cap. 5. nam quidam præter generalem obligationem iuramento etiam promittunt & inquirere & indicare hæreticos iudicibus fidei, cap. excommunicamus. §. Adijcimus. de hęret. Hi vero grauius peccabunt & maiorem contrahent hæresis suspicionem, si negligant, (sicut debent & promiserunt) hæreticos denuntiare. Illi autem qui non præstiterunt tale iuramentum ex defectu eius circunstantiæ non censebuntur rei sicut priores, tametsi non effugiant pœnas latas in eos, qui omiserint denuntiare. de quo scripsimus copiosè in hac 2. parte, super quæst. 53.

Augustinus † de fide catholica.

† Hoc habet sanctus Augustinus in libro de fide ad Petrum Diaconum, cap. 39 refert Iuo in Decreto par. 1. cap. 39.

Hæreticus perseuerans æternaliter damnatur, cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quo ad hoc vt consequatur vitam æternam.

CAP. III.

FIRMISSIME tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum vel schismaticũ, cum diabolo & angelis eius, ęterni ignis incendio partiendum †, nisi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus Ecclesiæ [& post pauca.] Omni homini, qui Ecclesiæ catholicę non tenet vnitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem.

† al. manci-pandum

Gregorius Anastasio Antiocheno.

Damnato auctore, damnãtur eius scripturæ, & libri, & opera. Cap. IIII.

FRATERNITATIS tuæ: & infra. Cum Cælestius atq; Pelagius, in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

COMMENT. III.

FRaternitatis tuæ.] *Desumptus textus ex Beato Gregorio lib. 7. epistola. 47. indictio. 2. regesti. integra clausula apud Gregorium ita habet:* Fraternitatis tuæ scripta suscepi, professionem fidei

Universidad de Deusto
Biblioteca

fidei rectæ seruantia; magnasque omnipotenti Deo gratias retuli. *Et post multa ait*: Præterea dum de sanctorum conciliorum custodia tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesinam synodum primam se custodire professa est, sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex regia vrbe transmissus est, agnoui hoc, quòd quædam capitula catholica cum hæreticis fuerant reprehensa, quia quidam illam Ephesinam primam synodum in eadem vrbe existimant. quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita; omnino necesse est, vt charitas vestra eādem synodum apud sanctam Alexandrinam atque Antiochenam ecclesiam requirat, & qualiter in veritate se habeat, inueniat: Vel si placet, hinc dirigimus, quæ ab antiquitate seruata in scriniis habemus. Illa enim synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cœlestij atque Pelagij prædicamenta. Et cum Cælestius atque Pelagius in ea synodo sint damnati, quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores? *Hactenus Gregorius Papa I. vnde constat primo in multis Decretaliũ exemplaribus perperam tribui hoc cap. Gregorio nono. Rursus illud etiam patefit tam hic, quã apud sanctũ Gregoriũ in plerisque codicibus, præsertim impressis pro Cœlestio, corrupte legi, Cœlestinum; cũ in manuscriptis Vaticanę bibliothecę constanter legatur vbique Cœlestius, non Cœlestinus.*

Fuit Cœlestius Pelagij sectator, de quo sanctus Augustinus in libro de hæresibus, cap. 88. ait ita: Pelagianorum est hæresis hoc tempore omniũ recentissima à Pelagio monacho exorta; quem magistrum Cælestius sic secutus est, vt sectatores eorum Cælestiani etiam nuncupentur. *hęc Augustinus. Idem lib. 2. retractationum, cap. 33. Cœlestium vocat Pelagij discipulum.*

Pelagij & Cœlestij dogmata valide confutauit idem Augustinus libro de gratia Christi, & libro de peccato originali contra Pelagium & Cœlestiũ. & multis alijs locis.

Pelagius & Cœlestius primum in Carthaginensi concilio, deinde in Mileuitano tempore sancti Augustini damnati sunt, quorum acta Innocentius I. Pontifex Romanus comprobauit, sicut cõstat ex epistolis horum conciliorum, & Innocentij Papę super ea re hinc inde transmissis, quæ habentur in 2. tomo operum sancti Augustini, epistola 90. 91. 92. 93. & seq. item ex eiusdem Innocentij Papæ I. epistolis 25. 26. & 27. quibus rescribit episcopis Africani & Mileuitani concilij de hæresi Cœlestij & Pelagij. item in epistola 1. Cœlestini Papæ I. quæ ante acta concilij Ephesini circumfertur in 1. tomo conciliorum Suriane editionis.

Rursus in cõcilio Ephesino Cœlestius damnatus est, dum ibi damnantur qui cum ipso senserint; nam quamuis synodi Ephesinę habendę causa fuerit Nestorius Constantinopolitanus, Pelagianos quoque siue Cœlestianos in ea fuisse damnatos, non est incertum.

Sane tomo 4. actorum concilii Ephesini, cap. 9. canone 1. dum illi damnãtur, qui a concilio defecerunt, Cœlestij plena fit mentio, nam canone 1. ita scriptum est: Quia vero oportebat eos, qui ob aliquod ecclesiasticum, vel corporis impedimentum in regione, vel ciuitate sua detenti, sacræ synodo interesse nequiuerunt, ea non ignorare, quæ de schismaticis sunt definita; notum facimus vestræ sanctitudini: quòd si prouinciæ cuiuspiam Metropolitanus à sacra & Oecumenica synodo decisens, defectionis conciliabulo sese addixerit; vel postea quoque cum Cælestio senserit, vel etiamnum sentit; huiusmodi contra prouinciæ suæ episcopos nihil omnino decernere posse, quòd à sacra synodo ab omni communione ecclesiastica seclusus, nullius deinceps potestatis, aut auctoritatis existat. *hęc ibi. Ex quibus consequitur vere dici in hoc c. quod interpretamur, Cœlestium & Pelagium in Ephesina synodo esse damnatos.*

Item ex prędictis luce clarius constat non damnari hic Cœlestinum & Pelagium Romanos Pontifices, (vt sapienter me etiam admonuit Illustrissimus Iulius Antonius Sanctorius sanctæ Seuerinę Cardinalis, vnus ex generalibus Inquisitoribus pietate insignis & eruditione) sed Cœlestium & Pelagium hæreticos, & propterea non potuisse commode & vere Ioannem Ananiam, Panormitanum Felinum, Socinũ & alios ex hoc textu notare, Papam posse in concilio damnari de hęresi; cum nullo pacto hinc possit id deduci.

Præterea quantum attinet ad intellectum verum huius capitis, obseruandum est ex sancto Gregorio lib. 5. epistolarum, indictione 14. epistola. 14. cap. 114. & lib. 6. indictione. 15. epistola 31. cap. 195. item ex epistola vnde sumptum est hoc cap. in eis agi de quibusdam Pelagianorum dogmatibus falsis & hæreticis, quale est illud de Adami morte, non autem de libris seu capitulis catholicis, improbatis vel damnatis propter odium auctoris: nam per Cœlestij atque Pelagii prędicamenta, ego venenosa illorũ dogmata interpretor. Inde fit vt in specto fonte, vnde sumitur hic textus, non possit ex eo plane deduci, quod obseruant cõiter doctores, videlicet dãnato auctore, scripta eius censeri dãnata.

Ceterum cum hoc fragmentum ponatur sub titulo de hæreticis, non videbitur absurdum si dicamus ex eo non inepte colligi id generale axioma, sicut in simili diximus supra eod. tit. super cap. Dubius.

Quamquam vero hinc non colligeretur aperte: nihilominus tamen in se vera & secura est hæc sententia, quòd damnato auctore velut hæretico, eius quoque opera intelligantur esse damnata, vt latius ex sequentibus apparebit.

Admonet igitur hic locus, vt de libris prohibitis paulo latius differam, cum tempora hęc hanc me rito postulent tractationem: dicam autem summatim certiora, & ea in primis, quę ad Inquisitores spectare iure videntur.

De hac re scribunt fere omnes interpretes vetustiores in hoc cap. fraternitatis. de hæret. & in cap. damnamus. de sum. trinit. & fid. cath. alij vero variis locis. Zanchinus de hæret. c. 7. vbi Campegius, idem Campegius ad Zanchinum. cap. 34. Repertorium & Umbertus Locatus ve. bo, libri. idem Umbertus

Verus intellectus, cap. fraternitatis de hæret.

De libris dãnatis non legendis, qui scripserint.

bertus verbo, absoluere. Alfonsus Castrus lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 15. 16. & 17. Conradus Brunus lib. 6. de hæret. c. 6. & seq. Albertinus de agno. asserto. q. 12. nu. 13. & seq. idem copiosius eodẽ tractatu. q. 28. Simãcas de cath. instit. tit. 38. idem in Enchyridio. tit. 9. Ioannes Rojas singul. 224. Gondissaluus de hæret. q. 13. nu. 19. pulchre Petrus Godofredus in l. damnato. C. de hæret. Carerius tract. de hæret. nu. 125. & alij. quos libens omitto. Disserui copiose integro libro sexto de pœnis hæreticorum, ex quibus omnibus sequentia breuiter colligamus.

Damnato auctore, libri eius damnãtur.

Primum, damnato auctore tamquam hæretico, libri eius damnati censentur. Ita colligunt ex hoc cap. omnes vetustiores interpretes, quibus recẽtiores maiori ex parte adsipulantur: licet Alfonsus lib. 2. c. 17. de iusta hæret. punit. dicat illud. c. non habere hanc sententiam: sed non est nunc audiendus. & ratio huius axiomatis est in promptu; quia plus nocent libri hæreticorum erronei, quàm auctores ipsi, cum ad plures libri perueniãt: multo ergo magis censeri debent cum auctoribus dãnati. Quòd axioma verum est, etiamsi cum damnatur hæreticus, de libris eius nominatim nihil caueatur: cum manifestum sit arbore damnata ob pestilentes fructus, ipsos etiam fructus interdici, ne venenum instillent. fructus vero doctrinarum hæreticarum, in libris eorum in primis cõtineri exploratissimũ est.

Libri hæreticorum, etiã vtilia continentes, inter dicendi.

Rursus idem axioma verissimum est, etiamsi libri hæreticorum multa bona contineant: ita Hostiẽsis in hoc cap. fraternitatis. num. 1. & ratio est, quoniam periculum est non leue, ne inter vtilia hæreses latitent: cum hæreticorum mos sit bona multa docere, vt falsa facilius persuadeant: hinc Beatus Gregorius lib. 5. Moralium c. 10. dicebat his verbis: Habent quippe hoc hæretici proprium, vt malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant: si enim semper praua dicerent, citius in sua prauitate cogniti, quod vellent minime persuaderent: rursum si semper recta sentirent, profecto hæretici non fuissent: sed dũ fallendi arte ad vtraque deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala vt recipiantur, abscondunt. *hæc ille. Idem docuit Leo eius nominis primus, & Vincentius Lyrinensis in libro aduersus profanas hęresum nouationes, & Turrecremata in c. sancta. 15. dist. & Catharinus Politus in speculo hæreticorum consideratione. 10. & Conradus Brunus lib. 6. de hæret. c. 6.*

Libri hæreticorum, neq; velut rationi consentanei recipiendi.

Denique prefatum axioma, vt damnato auctore, opera simul damnata censeantur, ita verum est, vt nullo modo recipi debeant, neque tamquam auctorizabilia, neque tamquam rationabilia: contra quam velint Ioa. And. Imola, Abbas & alii in d. c. dãnamus. de sum. trinit. & Hostiensis in hoc cap. fraternitatis. num. 1. & Albertinus de agnos. assertion. q. 12. nu 13. & quidam alii. & ratio est: quoniam indistincte hæreticorum libri sunt damnati, & prohibiti sub pœna excommunicationis per rescriptum Iulii III. quod incipit, Cum meditatio cordis. *& rescriptum Pii IIII. incipiens*, Domini gregis. *& bullam cœnæ Domini. cap. 1.*

Quæ quamuis ita se habeant, aliquando tamen immutantur: nam quotiens summus Pontifex in specie libros damnati auctoris permitteret, tunc impune legi possent. ita notant & vere Doctores in d. c. damnamus. de sum. trin. & in c. fraternitatis. de hæret. hinc videmus Origenis damnati multa opuscula legi, quoniam ea recepit Gelasius cap. sancta. 15. dist. vers. item Origenis. facit c. sane profertur. 24. quæst. 2.

Libri damnatorum in specie permissi, legi possunt.

Iam hęc prohibitio de legendis hæreticorum libris, non comprehendit Inquisitores hæreticæ prauitatis, nec eorũ substitutos seu Vicarios, vt cauit idem Iulius III. in prefato rescripto: Cum meditatio. in hæc verba: Nos præmissis occurrere, & Christi fidelium animarum saluti consulere cupientes, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostris certa scientia & matura deliberatione, omnes & singulas facultates & licentias legendi & tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, seu de fide suspectos, quibusuis personis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, uel conditionis existentibus, etiã si Episcopali, vel Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate Ecclesiastica, seu seculari præeminentia prefulgeant: Inquisitoribus seu commissariis, super hæretica prauitate, ab Apostolica sede pro tempore deputatis durante ipsa deputatione, dumtaxat exceptis, & c. tenore presentium reuocamus, & c.

Inquisitores libros damnatos legere possunt, non Episcopi.

Falluntur ergo Episcopi, qui existimant, perinde sibi, ac Inquisitoribus damnatorum libros legere licere: non enim possunt nisi à summo Pontifice specialem habeant facultatem. Videntur tamen preciati rescripti verba solum comprehendere Inquisitorum commissarios auctoritate Apostolica creatos, non eos quos sibi Inquisitores substituunt: nam hi non videntur posse vti hoc priuilegio, quod videri posset alicui iuxta doctrinam Bartoli in l. filius. ff. de legationibus.

Qui cõmissarii legere possint damnatos libros.

Nihilominus tamen idem videtur dicendum de commissariis ab Inquisitoribus ipsis constitutis, cũ illi Apostolica auctoritate deputati videantur, eo ipso quod ab Apostolicis Inquisitoribus constituuntur. Ad tollendam tamẽ hanc difficultatem prudẽter mihi agere viderẽtur Inquisitores, si cum creãt sibi commissarios, expresse etiam declararent eis competere hanc facultatem legendi libros prohibitos.

Præterea, quamuis nonnullis videatur posse quemlibet propria auctoritate libros damnatos comburere, vel aliter perdere, vbi ad ipsum quocunque modo peruenerint: tutius tamen videtur Vmberto verbo, libri. vt eos ad fidei iudices deferat, vt etiam asserit Campegius apud Zanchinum, c. 7. Ceterum ego crederem, necessario Inquisitoribus esse deferendos: nam in prefato rescripto Iulii III. ita scriptum extat: Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in ciuitatibus, in quibus libris huiusmodi existunt, consignasse debeant realiter, & cum effectu.

Libri prohibiti Inquisitoribus deferendi, non propria auctoritate comburendi.

Monendi tamen sunt Inquisitores, vt cum liber alicuius hæretici damnati illis defertur, interrogent deferentem vnde illum habuerit, ne forte eo libro fuerit male vsus, aut ab aliquo, qui timet prodimit-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inquisitores non concedunt facultatem legẽdi libros prohibitos.

di, mittatur. Iam illud addiderim semel damnato A
hæretico, non modo intelligi damnatos libros iam
conscriptos, cum ille damnaretur, sed etiam quoslibet alios deinceps compositos & editos, absque noua damnatione. argumento eorum quę diximus supra in 1. par. super l. nemo clericus. de sum. trinit. & fid. catho. §. Nam & iniuriam.

Nunquid autem Inquisitores possint concedere facultatem legẽdi libros semel damnatos, quam ipsi habent, sępe vidimus dubitari: & tametsi magna sit eorum auctoritas, amplaque potestas, verius est hanc facultatẽ eos concedere non posse; quia Romanus Pontifex specialiter videtur sibi hoc reseruasse: & quæ specialiter sibi ipse reseruat, ceteris intelliguntur esse denegata, iuxta doctrinam glossæ communiter receptam in c. ex communicamus. verbo, Apostolicæ. de hæret. Sanciuit autem Papa, vt nemo legat libros damnatos sine facultate sedis Apostolicæ speciali. Iulius III. in præfato rescripto, Cum meditatio. & in Bulla cœnæ Domini. c. 1. B

Quorundam tamen hereticorum libri, qui ex professo de religione non tractant, aut conscripti sunt ab hereticis dum catholici forent, examinati & approbati ab Inquisitoribus permittuntur, iuxta dispositionem regulæ 2. indicis librorum prohibitorum, quæ donec aliud statuatur, tuto obseruare possunt Inquisitores. C

Libri auctoris nondum damnati dogmata continentes à quibus legendi, & purgandi.

Et quæ hactenus diximus vera sunt cum agitur de libris iam damnatis, vel de libris hereticorum nominatim damnatorum. Cum vero liber aliquis praua continens dogmata ab auctore non damnato compositus de nouo prodit, ne inficiat, legẽdus quidem est, vt cognitis erroribus per iudicem legitimũ prohibeatur: legendus autem non per imperitos, aut idiotas, aut medicos, vel philosophos, vel meros iurisconsultos, sed per Theologos graues & probatos, perque viros tales, qui discernere sciant inter lepram & lepram, habeantque prauorum dogmatum, & catholicarum assertionum notitiam, vt eleganter tradit Petrus Godofredus in l. damnato. C. de hæret. & Alfonsus Castr. lib. 2. cap. 17. de iusta hær. punitio.

Confessores non absoluunt retinentes libros dãnatos.

Ad hęc, illud monendi sumus, neminem eorum qui sacras confessiones audiunt, ex ordinaria potestate posse absoluere eũ qui libros prohibitos apud se retinuit: cum enim ex hoc delicto excommunicatio irrogetur, vt diximus per 1. §. Bullæ in Cœna Domini, ab ea ne possint per quoslibet, delinquentes absolui sub grauibus pœnis inhibuit Romanus Pontifex in eadem Bulla prope finem. §. illos autem. in hęc verba: Illos autem, qui contra tenorem præsentium talibus, vel eorum alicui, seu aliquibus absolutionis beneficium impẽdere de facto presumpserint, excommunicationis, & anathematizationis sententia innodamus, eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdicimus; denuntiantes eisdem, & declarãtes aperte, nos grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter (prout expedire cognouerimus) processuros. Et nihilominus, quicquid egerint absoluendo vel aliàs, nullius sit roboris vel momenti. hactenus ibi. E

Postremo, antequam libri vndecunque in ciuitates aduecti à quoquam legantur, ea sunt diligenter obseruanda, quę prescribuntur in indice librorum prohibitorum, regula 10. §. nemo vero, vt videlicet liber ostẽdatur personis ad hoc officium deputatis, & facultas ab eis obtineatur: quod ipsum obseruare item oportet ab illis, qui cum hereditate libros à defunctis relictos acceperunt. quę plenius & valde salubriter cauit synodus Salisburgensis constitutione quinta, cap. 3. & 4. dum iubet vt episcopi coryceos habeant, qui Bibliopolarum aliorumque inferentium libros inspiciant, obseruent, & suspectos tollant.

In libris de nouo aduectis, priusquã vendantur quid agendũ

Ex supradictis pendet quæstio subdifficilis; nam cũ sub anathemate interdicatur, ne quis libros vetitos retineat, merito quæritur, an qui contrafecerit, censeri debeat hereticus, vel de hæresi saltem suspectus, & quibus tandem pœnis afficiendus. quæ etiam de re breuiter differam, veriora & certiora perscribens, vt in hac parte, quę passim hodie contingit, lucem habeant qui hæc nosse cupiunt. B

Retinens libros damnatos, an sit hæreticus, vel de hæresi suspectus.

Ac primum Archidiaconus, Ioannes Fantuzzius, & nonnulli alij in c. sane profertur. 24. q. 2. idem Archidiaco. & Ioannes And. in c. filij. de hæret. lib. 6. asserunt, sufficere ad conuincendum quempiam hæreticum, si libri damnatæ lectionis apud eũ reperiantur. eos sequitur Romanus singulari 326. incipien. eo ipso. Hippolytus Marsilius cons. 52. incipien. Misericordia Domini. nume. 34. Cassaneus ad consuetud. ducatus Burgundiæ, rub. 1. des iuslices, super textu. es droictz d'icelles. num. 53. Carrerius tract. de hære. nu. 125. Repertorium Inquisit. verbo, libri. §. 1. & quidam alij, quorũ plane sententia simpliciter intellecta, vt proposita est, falsa est, et penitus explodenda, cum nullo iure hoc caueatur, neque ratio patiatur, aut ius, vt ex sola presumptione de tanto crimine aliquis condemnetur. c. litteras. de præsumptio. C

Componens libros hęreticos, censetur hæreticus.

Horum tamen sententia tunc vera erit, cũ consliterit eum, apud quem liber reprobatæ lectionis reperitur, eundem librum composuisse, et ita plane locutus videtur auctor Repertorij in d. vers. libri. §. 1. vt colligitur eodem loco ex §. sed pone. & sic etiam tuetur ueteres interpretes Ioan. Rojas singu. 124 & ita locutum quoque crediderim Archidiaconum in d. c. sane profertur. nam hoc casu vere hæreticus putandus esset, cum maiori deliberatione libri scribantur erronei, quàm verba hæretica emittantur. libri enim eiusmodi sine aliquo alio accusatore apertissime auctorem arguunt hæreticum, & conuincunt, vt grauiter docuit Maximus Episcopus Aquileiensis in concilio Lateranensi sub Martino eius nominis primo, circa annos Domini 645. celebrato, postulans Cyrum, Sergium, Pyrrhum, et Paulum hæreticos, qui duas in Christo negabãt voluntates, scriptisque eam hæresim docuerant, condemnari; nam inter cetera ita hęc dicit: Necnon per scripta eorum aduersus fidem exposita, quæ videlicet & sine accusantis persona redarguere eos apertissime demõstrantur. propterea enim accusatio extranea superflua esse dignoscitur, quoniam à suis temerariis conscriptis apertius accusantur, quibus omnem mundum conturbasse D

Luc. 19. Matth. 12. basse noscuntur: ita namque Dominus ait: Ex ore tuo iudicabo te, & ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. & paucis interiectis: contra Theodorum & Origenem in sancta quinta synodo accusator quidem nullus, sed tantummodo eorum conscripta ad accusationem ipsorum & reprehensionem sufficisse noscuntur. hæc ille. A

Hoc tamen dictum non putarem indistincte accipiendum: sed tunc cum auctor ex proposito hæresim ponit, eamque contra Catholicam fidem stabili re contendit: nam si quasi aliud agens proferat hæreticale dictum, quod ex ignorantia potius quàm malitia dixisse videatur, præsertim in rebus obscuris, quas nõ facile quis explicite scire presumitur, qualia sunt multa ad fidem spectantia valde difficilia, re vera non putaretur hereticus, quod tunc maxime verum esset, cum vel generalem præmisisset protestationem, vel aliàs vir catholicus & probus communi hominum existimatione haberetur. B

Retinens libros damnatos, quos nõ composuit, suspectus de hæresi est.

Sed alter casus est nunc diluendus, An videlicet is qui retinet sciens & volens librum vetitæ lectionis, ab alio tamen compositum, sit de hæresi suspectus habendus: et suspectum esse nullus dubitat: nam & iam olim id asseruit Guido Fulcodius, qui postea Clemens IIII. Papa creatus est, in consultationibus ad Inquisitores, q. 9. in fine, quem penitus sequitur Archidiaconus sibi forte cõtrarius in cap. quicumque. verbo, credentes. de hæret. lib. 6. quod Pij IIII. rescripto incipiente, Dominici gregis. apertius continetur his verbis: Is quidem qui hæreticorum libros, vel cuiuslibet auctoris scripta, propter hæresim vel falsi dogmatis suspicionem damnata, legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat; eamque ob causam in eum tanquam de hæresi suspectum inquiri & procedi liceat. hæc ibi. C

Qualis suspicio ex retentione librorum damnatorum contrahatur.

An autem hęc suspicio sit leuis, vehemens, aut violenta, non est à Papa expressum, Zanebinus tamen de hæret. c. 7. num. 7. Repertorium & Vmbertus verbo, libri. vehementem suspicionem ex retentione damnatorũ librorũ oriri asseruerunt. Ceterũ verius est, causa cognita, hoc est, habita ratione peri oportere, an hęc suspicio leuis, grauis, seu vehemens, aut violenta sit: nam quid si retinens tales libros penitus est imperitus, qui eos nec intelligat, nec legere sciat; dices ne eum vehementer suspectũ nõ plane. Quare in hac re vt in ceteris iudicio opus est, & consilio peritorum: nam fieri quandoque potest, vt absque vlla hæresis suspicione libri damnati penes aliquem reperiri possint, vt de imperito proxime dictum est; quod etiam locum habere potest in eo, qui cum hereditate, vel mercibus accepit occlusos, nec adhuc exoluit: vel etiam si tales essent libri, qui licet ab hereticis essent cõscripti, nihil tamen contra fidem continerent: sed tantum quæ ad grammaticam, medicinam, vel similes profanas artes spectaret: aut si is qui retineret, vir esset probatissimus, à quo procul omnis malitia abesse putaretur sicut de re furto sublata scripsit Bald. & Imola in l. fin. ff. de hæred. instit. ea enim reperta apud homines bonæ famæ, qui non sint soliti furari, non facit eos præsumi fures. simile in casu nostro sentiendum non male scribit Albertinus tract. de agn. assertio. q. 28. nu. 25. & seq. D

Vt ergo gradus suspicionum ex lectione librorum prohibitorum notari possint, præter qualitatem personarum legentium, sequentia considerare oportebit: si inconsiderate legerit: si parum, & semel: si vnum tantum librum: si reprehendenti & monenti non difficulter obtemperauit: si præsentauit Inquisitori cum primum intellexit esse prohibitum: si sollicite quęsiuit absolutionem, & similia, quæ obedientis & vere Christiani pectoris sunt indicia: hęc enim nullam quandoque, aut saltem leuem suspicionem præseferent.

At si aduertens & sciens legerit: si totum, aut pluries legerit: si plures legerit: si reprehensus non facile nec statim obediuit admoneti: si non præsentauit, sed sciens retinuit absque facultate: si non quęsiuit absolutionem, aut similia commiserit, aut omiserit facere, quę contumacis signa sunt animi, magnam, & vehementem contrahet suspicionem. E

Quòd si studiose legat: si totum & pluries, aut plures & pluries: si omnes passim legat & sine delectu: si reprehensus tuetur factum: si inquirat, vnde habere possit, aut curat sibi asportari: si non esse presentandos, aut comburendos contendat: si absolutionem contemnat, aut his similia faciat, aut facere omittat, in grauiorem & maiorem incidet suspicionem.

Hęc igitur prudenter & diligenter inuestigabunt Inquisitores, vt iuxta vnumquemque suspicionis gradum, aut abiurare, aut purgare compellant legentes, ceteraque salutares penitentias iniungant, nunc minores, nunc maiores pro varia suspicionis & patrati delicti qualitate.

Qui libros vetitos retinet quando hæretico tum fautor dici potest.

Illud non omittam, eum qui tales libros sciens prudensque retinet, posse aliquando dici hæreticorum fautorem: nam in concilio Constantiensi sessio. 15. tit. de sententia contra Ioannem Husz, ita de libris eius cauetur: Hæc sacrosancta synodus prorsus iubet per locorum ordinarios, tractatus & opuscula huiusmodi per censuram Ecclesiasticam, etiamsi opus fuerit cum adiectione pœnę & fautoriæ hęresis, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. hęc ibi. Idem penitus dicturum de scienter retinente cuiuslibet alterius hęresiarchę damnatos libros.

Tametsi vero multis modis innocentiam suam ostendere possit, qui libros vetitos repertus est habere, eum tamen nullo modo tuebitur, si dicat se eos habere ad confutãdum, contra quã sentiat Gondisaluus de hæret. q. 13. num. 19. & Albertinus de agnos. assertio. q. 28. num. 8. & Pignolatus in additione ad singul. Romani 326. quorum doctrina his locis tuta non est. Vmbertus in opere iudiciali, verbo, absoluere. num. 1. quoniam vt paulo antea monuimus sub anathemate omnibus præcipitur, ne sine speciali Papæ facultate libros vetitę lectionis retineantur, aut legantur.

Qua pœna plectẽdi qui libros damnatos retinent.

Iam qua pœna sint plectendi breuiter est dicendum; & iure quidem ciuili vltimo supplicio affici iubentur, vt late tradit Simancas de catho. instit. tit. 38. num. 26. Sed hæc seueritas à tribunali Inquisitionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionis longe abest, cum pœnam sanguinis non irroget. Guido Fulcodius loco præcitato, & Archidiaco. in d.c. 2. de hæret. purgationem talibus indicendam admonent, quam interdum ex causa imponi, seu indici posse non ambigerem. Hoc sit certum, pœnitentiam, esse imponẽdam nunc acriorem, alias vero leuiorem pro qualitate & modo delicti & delinquentium. Nos aliquando post abiurationem ieiunia, orationes & peregrinationes imponi vidimus. Cetera huc spectantia tradam infra in hac 2. par. super c. nouerit. de sent. excõ. & super q 27.

Iudęis non est permittẽdũ, vt libros damnatos legant.

Postremo in fine huius commentarij admonebo, curandum esse diligenter, ne Iudæi libros illos audeant legere, quos Christiana fides repudiat: nam eorum lectione vel illorum augeretur impietas, vt magis in obstinata infidelitate animus indurescerẽt, aut proculdubio eorum conuersio vel impediretur omnino, vel retardaretur, & difficilior reddere tur: aut operam darent, vt illis lectis Christiani in hæreses & errores inciderent.

Quare prudentissime sanctissimus dominus Gregorius XIII. statuto quodam incipien. Antiqua Iudæorum. *edito anno Domini* 1581. *Calend. Iunij, inter causas & casus ob quos Inquisitores procedere possunt aduersus Iudęos, recensuit quoque hunc de quo agimus, in hęc verba:* Si libros hæreticos vel Talmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut alios prohibitos, tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcumque loca detulerit, aut ad eam rem operam suã accommodauerit: *subiacebit scilicet Inquisitorum iudicio.*

Recte itaque & pie iam olim in Hispania Eruigius rex, (quem alij Eringium appellant) initio regni sui, ideſt anno Domini 681. *vt ex Ioanne Vasęo constat, inter leges Gothicas, quas à sancto Isidoro institutas recognouit, & nomine suo fecit euulgari, hanc quoque posuit de interdicenda Iudęis illorum librorum lectione, quos Christiana fides reiicit. Eius legis verba ex lib.* 12. *legum Vuisigothorũ tit.* 3. *l.* 11. *ita habẽt:* Illis commodare lectionibus sensum, quibus fas nõ est præbere assensum, impietatis est potius quàm pietatis indicium. Et ideo siquis Iudæorum libros illos legerit, vel doctrinas attenderit, siue habitos in domo sua celauerit, in quibus male contra fidem Christi sentitur, & publice decaluabitur, & centenorum flagellorum verberatione plectetur. Qui tamen cautionis vinculo alligabitur, ne vnquam talium librorum, vel doctrinas apud se aut habere præsumat, aut attendere audeat: aut studijs meditandi assumat. Iam vero si post emissum placitum quodcumque tale repetere tentauerit, & decaluatus centenis flagellis subiaceat, & amissis rebus sub perpetui exilii conteretur ærumna: vt quia iam secundo visus est erroris sui iteratę vestigium, perenniter illis res eorum deseruiant, quibus principali fuerint collatione concessa. Hæc & similia illi percipient, qui quemlibet infantium talia præsumpserint docere, id est, ut doctor ipse iniquitatis in prima transgressionis fronte deprehensus, & centenis subiiciatur declauandus verberibus, & placiti sui polliceatur cautione se talia vlterius

Eruigii Regis lex de interdicẽda Iudęis lectione librorum prohibitorum.

A neminem debere docere. Quòd si primæuæ huius sponsionis maculans fidem contingat illi, ea quæ abiecerat, repedare, omni eius facultate in principis potestate redacta ipse decaluatus, centenisque verberibus adiudicatus perpetuo exit exilio relegandus. Infantes tamen ipsi vel pueri tunc erunt à supradictis damnis atque verberibus alieni, si hanc perfidię doctrinam intra 10. annos ætatis suæ positi meditasse fuerint visi. Ceterum si post exemptos decem annos quisquis illorum talia attendere vel meditari præsumpserit, superioris constitutionis damna vel verbera ordine superius adnotato sustineat. *hęc Eruigius.*

B *Quod autem de interdicenda Iudęis lectione librorum prohibitorum dictum est, idem quoque dicendum putamus ob easdem causas de alijs infidelibus, si forte in terris catholicorum morarentur: nam neque istis concedenda esset talium librorum lectio. Quare nec permittendus esset Mahometanus vt suum posset impune legere Alcoranum: aut alios, qui vel de stabilienda secta sua, vel de Christiana confutanda, vel de erroribus in eam inuehendis tractarent, aut alios quomodolibet prohibitos.*

Infidelibus quibuscunq; non est permittenda lectio librorũ prohibitorũ.

C *Idem de Gentilibus seu Paganis sentio, quibus non esset concedendum, vt libros eos legerent, quibus eorum impietas vel foueretur, vel augeretur, vel conuersio retardaretur; ac ne alios quidem quacunque ratione prohibitos.*

Qua vero pœna plecti debeant infideles circa hæc delinquẽtes, cum non sit iure cautum, arbitrio Inquisitorum relictum esse videtur. Qualis pœna statuta esset per legem Eruigij, verba legis indicãt, quæ paulo ante retulimus. Pro qualitate ergo delicti & malitia delinquentis augenda est, vel minuenda pœna arbitrio prudentis iudicis sicut ex suprædictis constat.

Ex concilio Africano.

D *Episcopus hęredem instituens hęreticum, consanguineum, vel extraneum, vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nuntiatur: hoc dicit secundum communem & veriorem intellectum: & vt faciat ad titulum potest intelligi, quòd ex hoc præsumatur hęreticus.*

CAP V.

SI quis[a] episcopus hęredes instituerit extraneos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos aut Paganos pertulerit: saltẽ[b] post mortem ei anathema dicatur: atq; E [c]eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.

COMMENT. IIII.

Episcopus hęreticos instituens hæredes, post mortem anathematizandus.

a SI quis episcopus.] *Desumptum ex concilio Africano, cap.* 48. *vbi verba paulo fusius concipiuntur, vnde facilius colligitur sententia. ea vero ita habent:* Item constitutum est, vt si quis episcopus hæredes extrancos à consanguinitate sua, vel hæreticos etiam consanguineos, aut Paganos, Ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem

tem anathema ei dicatur, atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Neque excusari possit, si intestatus defecerit, qui vtique debuit factus episcopus, rei suæ ordinationem congruam suæ professioni nequaquam differre. *hęc concilium. Est autem sensus talis: Episcopus qui sibi hęredes instituit hęreticos, siue sint consanguinei, siue extranei, post mortem est anathematizandus, atque eius nomen ex memoria sacerdotum amouendum: ita Alanus, Laurentius, & Tancredius: quibus consentiũt Græci Tilius, Zonaras, & recentiores interpretes. Ergo hæretici hoc loco ex testamento capere prohibentur: & testamentum, cum sit contra leges factum, irritum erit: ita Balsamon, quod & verum est. Bona vero episcopi intestati hac de causa morientis culpa sua quia hæreticos instituit, Ecclesia capiet. Totum hoc decretum pulchre declarat Illustr. ille Antonius Augustinus Archiepiscopus Tarraconen. in notis veterum decretalium, collectione* 1. *lib.* 5. *tit.* 6. *c.* 8. *quem videto.*

Hæretici licet post mortem anathematizentur, non tamen excommunicantur.

b ¶ Saltem post mortẽ ei anathema dicatur.] *Hinc colligit glossa hic, & iuris canonici interpretes vno consensu, in detestationem criminis hęresis, posse hęreticum post mortem excommunicari: cui sententię etiam fauere videtur textus in cap. sane proferetur.* 24. *q.* 2. *quod plane ita simpliciter acceptum falsum est, cum hæretici ipso iure cum primum in hęresim incidunt sint excommunicati, talesque etiam decedant, nisi ante mortem Ecclesiæ reconcilientur, ergo amplius excommunicari ob illud crimen non debent: quod oportuit animad uertisse iuris interpretes. Ita præter ceteros Sotus lib.* 4. *sent. dist.* 22. *q.* 2. *art.* 2. *in vltimo dubio.*

Anathema quid significet.

Sed hic lapsus ex ignoratione illius verbi, Anathema, *processit; quod quandoque significat maledictionem & detestationem, vt docet Augustinus quæst. lib. Numerorum, q.* 41. *Indicat quoque textus in cap. ego Berengarius. de consecrat. dist.* 2. *ibi:* Anathematizo omnem hæresim. *Hoc est maledico, imprecor, & detestor. quod alibi etiam sæpe in iure consistit. Ergo hic cum ipso iure & facto iam sit Episcopus hæreticos instituens excommunicatus, non iubetur iterum excommunicari, sed maledici, deuoueri, & execrari more vetusto, vt paulo post subdam. ita Alfonsus Castrus & recte lib.* 2. *c.* 20. *de iusta hæret punit. sed si quis iuris interpretes tueri velit, dicat eos hoc voluisse, post mortem posse hæreticos excommunicari, id est, excommunicatos declarari.*

Quid sit inter Dei sacerdotes nõ numerari, vetus Ecclesię ritus de diptychis.

c ¶ Atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.] *Vetus erat in primitiua Ecclesia consuetudo, vt in sacris diptychis hoc est in catalogo, pię memoriæ transitum ad cęlos habentium episcoporum vocabula eorundem, seu nomina describeretur, & inter Missarum solemnia coram populo recitarentur, vt piæ pro illis ad Deũ funderentur preces: quòd si episcopi turpem egissent vitam, aut hæretici, vel hæreticorum fautores extitissent, idque post mortem eorum constitisset, nomina eorum è sacris diptychis protinus delebantur: hæc colliguntur ex epistola quadam num.* 30. *Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum. c.* 3. *item ex Leone Papa III. in epistola sextæ synodi confirmatoria ad Constantinum Imperatorem. legiturque hodie in vltima eius synodi actione. idem habetur epistola quadam ab Episcopis Aegyptiacis conscripta ad Anatolium Archiepiscopum Constantinopolitanum pro concilio Chalcedonensi. tradit Nicolaus primus epistola quadam ad Michaelem Imperatorem non procul à fine: & Anastasius Papa secundus ad Anastasium Imperatorem de abolendo nomine Acacij epistola quadam. c.* 3. *& alibi sæpe, tradit breuiter Alfonsus Castrus lib.* 2. *c.* 20. *de iusta hæreticorũ puni. & Conradus Brunus. lib.* 5. *de hær. c.* 17.

B *De diptychis vero in Decreto Romæ nuper impresso anno* 1582. *in cap. sane. profertur.* 24. *q.* 2. *ita notatũ est:* Diptycha duæ tabulæ erant: quarum altera viuorum, altera mortuorum ea nomina continebat, quæ in Missa recitabantur: translato vocabulo ab ostreorum diptycho: cuius mẽtionem facit B. Ambrosius Hexeam. lib. 5. cap. 8. De huiusmodi autem ecclesiasticis diptychis partim viuorum, partim mortuorum, partim vtrorumque mentio fit in epistola Innocentij I. ad Decentium, cap. 2. & in epistola B. Augustini 137. clero & plebi ecclesię Hipponẽ sis. 2. q. 1. c. nomen. & 11. q. 3. c. quid obest. & in C epistola Gelasij ad Anastasium Augustum, & in epistola episcoporum Aegyptiacę diœcesis ad Anatolium: quæ habetur post concilium Chalcedonense, & alibi sæpe.

Hæreticorũ nomina delẽda è libris catholicorum.

Iam ex hoc contextu iuxta præfatam interpretationem, quæ vera est, dirimitur illa quæstio: An hereticorum propria nomina expungi debeant, & deleri è libris eorum, qui etiam ex professo de fide non tractant, aut è libris catholicorum: nam procul dubio aboleri debent, quoties non nominantur, vt refutentur, & dãnentur: neque enim iustum est, vt inter Christianos, quos illi oppugnant, ad laudẽ nominentur, aut recitentur. sortes quidem & sortilegos damnari iubet Leo IIII. *c. sortes.* 26. *q.* 5. *ibi:* D Quamobrem volumus illas omnino damnari: & inter Christianos ultra nolumus nominari. *multo ergo magis taceri, & supprimi debent hereticorum nomina, qui sortibus & sortilegis sunt deteriores. Multa in hanc sententiam attuli lib.* 6. *de pœnis hereticorum. c.* 10. *quæ gratia breuitatis omitto dummodo intelligamus nullo fortiori argumento hanc sententiam comprobari, quàm eo, quod ex hoc capite desumitur. interim video Simancam de cath. institut. tit* 38 *num.* 22. *& Ioannem Baptistam Cardonam, qui nuper de hoc articulo disputatiunculam edidit Romæ.*

Hæreticorũ imagines honorifice non pingendæ.

E *Ex his amplius consequitur, nec imagines, vel statuas hereticorum velut Caluini, Lutheri, aut similium esse conficiendas, permittendas, aut pingendas: neque enim careret hereseos suspicione, qui eas, vel in domo sua, vel in cubiculo honorifice collocaret; at cum dedecore & ignominia, seu infamia qua ipsi notantur, pingi possent, quod Longolianum defuncto impio Luthero ingeniose feciſſe ſcimus. is enim vt indicaret Lutherum è monacho nigro in hæreticum pertinacem fuisse conuersum, in tabula lupum nigrum pinxit, cuculla monachali superimposita,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

posita, adiecto hoc eleganti tetrastícho:
Hæresiarcha, reus uoti fideique Lutherus
Pingitur hic atris hęreticisque notis.
E monacho(q̃ est hęc hominũ mutatio?) nigro,
Est niger effectus dęmonis arte, lupus.

Ex[a] eodem.

Loquitur de eadem materia cum præcedenti: & extenditur quod ibi dictum fuit de episcopis, ad presbyteros & alios clericos.

CAP. VI.

NEos[b], qui catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint, episcopi uel presbyteri nihil cõferant. Deinque hoc, quod de episcopis & presbyteris dictum est, debet de reliquis clericis exaudiri.

COMMENT. V.

a *Titulus huic capiti prefixus habet ita:* Ex eodem. *scilicet, cõcilio Africano, vnde præcedens caput desumptum est, sed non est in concilio Africano, sed desumitur ex concilio Carthaginensi III. cap.* 13.

Hæreticis quibuscunq; nihil delinquendum.

b ¶ In eos.] *Verba in prȩcitato cõcilio sunt apertiora, habentq; ita:* Vt episcopi uel clerici, in eos qui catholici Christiani non sunt, etiamsi consanguinei fuerint, nec per donationes, nec per testamentum rerum suarum aliquid conferant. *hæc ibi. Addit Zonaras, idem esse legibus ciuilibus constitutum; quod & verum est, quoniam hæretici nihil omnino capere possunt, ex cuiuslibet testamẽto, aut alia qualibet vltima voluntate, vel contractu. l. Manichæos. l. diuinam. C. de hęret. cum similibus. quod est in odium hæreticorum introductum, vt hac suppliciorum acerbitate resipiscant. Vide Theodorum Balsamonem cano.* 25, *synodi Carthaginensis, vbi plura de interpretatione huius canonis.*

Alexander III. Rhemen. Archiepiscopo.

Christus fuit verus Deus, & verus homo: sentiens oppositum hęreticus est, & excõmunicatus.

CAP. VII.

VM[a] Christus perfectus Deus & perfectus sit homo: mandamus, quatenus sub anathemate interdicas, ne quis de cetero audeat dicere Christum non esse aliquid, secũdum quod homo: quia sicut Christus uerus est Deus, ita uerus est homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.

COMMENT. VI.

Christum se cundũ quod homo nihil esse, hæresis est,

a *Extat hodie hoc c. in 3. volumine conciliorum generalium post concilium Lateranen. sub Alexandro III. par. 49. cap. 20. vbi paulo fusius verba concipiuntur, ex quibus hic locus potest illustrari. Tulit vero Alexander hoc edictum circa annum Domini* 1159. *aduersus quosdam magistros scholę Parisiensis, Rhemensis, & aliarum ciuitatũ, qui temere dicebant, Christum secundum quod homo erat, nihil esse: quam etiam stultitiam multis antea sæculis condemnauit Eutychianus Papa, circa annum Domini* 276. *epistola quadam ad Ioannem, & omnes Episcopos Beticæ prouincię.*

Ex concilio Lateranen.

Hæretici, receptatores, & fautores eorum excommunicati sunt: & decedentes in hoc peccato, in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.

CAP. VIII.

ICVT[a] ait beatus Leo: & infra.] Quia in partibus Tholosanis hereticorum, quos alij Catharos, alij Patarenos, & alij alijs nominibus vocant, inualuit dãnanda peruersitas: eos, & defensores & receptatores eorum, anathemati decernimus subiacere: Et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere præsumat. Si autem in hoc peccato decesserit, neque sub priuilegiorum nostrorum quibuscunque indultorum obtentu, neque sub alia quacunque occasione oblatio[b] pro eo fiat, aut[c] inter Christianos accipiat sepulturam.

COMMENT. VII.

Excommunicantur hæretici cum suis cõplicibus, & puniuntur.

a SIcut ait beatus Leo.] *Desumptum est hoc fragmentum ex concilio Lateranensi sub Alexandro III. habito Romę anno Domini* 1180. *conuocatis* 280. *Episcopis. Legitur hodie in præfato concilio cap.* 27. *hic vero mutilus est textus, & quasi imperfecta sententia, in authographo ita legitur:* Ea propter, quia in Gasconia, Allegesio & partibus Tolosanis, & aliis locis ita hæreticorũ, quos alii Catharos, alii Patrinos, † alii Publicanos, alii aliis nominibus vocant, inualuit damnata peruersitas, vt iam non in occulto, sicut aliqui nequitiam suam exerceant, sed suum errorẽ publice manifestent, & ad suum consensum simplices attrahant & infirmos: eos & defensores eorum & receptatores anathemati decernimus subiacere: & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fouere, vel negotiationem cum eis exercere præsumat: si autem in hoc peccato decesserint, non sub nostrorum priuilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec sub aliacunque occasione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Christianos recipiãt sepulturam *hæc ibi.*

† al. Patarenos

In hos iure etiam ciuili statuta pœna est authen. Gazaros. C. de hęret. eorundem fit mentio in c. excommunicamus. el 2. *de hæret. vbi alia etiam hæreticorum portenta, qui circa mille ducentos annos in Narbonensi prouincia, & partibus Tolosanis pullularunt, numerantur, cum quibus beatus Dominicus frequentes habuit per decennium disputationes, vt alibi diximus.*

Quid nomine oblationis intelligatur.

b ¶ Oblatio pro eo fiat.] *Hoc est, ne sacrificium Missæ pro eo offeratur, quod hic summus Pontifex vocat oblationem, quia Deo offertur pro expiatione peccatorum. idem etiam intellige de aliis Ecclesię*

clesię suffragijs, & pijs precibus, quæ pro illis, qui vel hæretici, vel de hęresi suspecti decesserunt, offerri prohibentur: cum sacrificia offerri non debeãt pro decedentibus in mortali peccato. cap. placuit. 23. *quæst.* 5.

Hæretici sepultura priuantur.

c ¶ Aut inter Christianos recipiant sepulturã.] *quæ est quies corporis: & concordat textus in cap. quicunque. §.* 1. *de hæret. lib.* 6. *priuatio vero sepulturæ inter pœnas hęreticorum numeratur. Alfonsus Castrus. lib.* 2. *c.* 18. *de iusta hæreti. punitio. & dixi plene infra p.* 3. *super q.* 40. *ex quo hic locus est illustrandus.*

Lucius tertius.

Hæreticus male sentiens vel male docens de sacramentis Ecclesiæ, excommunicatus est, & conuictus, nisi se correxerit, & errorem abiurauerit: si clericus est, degradetur, & curiæ sæculari tradatur: per quam ĕt laicus punietur. Eadem ĕt est pœna suspectus de hæresi, si se non correxerit: & relapsis omnino audientia denegatur: sæculares principes, qui iurare nolunt de Ecclesia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, et terræ eorum supponuntur interdicto: ciuitates vero ipsorum resistẽtes, aliarum commercio, et Episcopali dignitate priuantur: exẽpti vero subsunt ordinarijs super his, quę contra hæreticos instituuntur.

CAP. IX.

AD abolendam: & infra. Vniuersos, qui de sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate, seu de peccatorũ confessione, matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire, aut docere non metuunt, quàm sacrosancta Romana Ecclesia prædicat & obseruat: & generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia vel[a] singuli Episcopi per dioceses suas, cum consilio clericorum, uel clerici ipsi sede vacante cum consilio (si oportuerit) vicinorum episcoporum, hæreticos iudicauerint; vinculo perpetui anathematis innodamus: & infra. Presenti † nihilominus ordinatione sancimus, vt quicunque manifeste fuerint † in hęresi deprehensi, si clericus est, uel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius[b] ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur: & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, sæcularis relinquatur arbitrio Potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi[c] continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice consenserit abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abiurata hęresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, secularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus, pro qualitate faciꝺ noris vltionẽ: & infra. Qui vero [d] inuẽti fuerint sola suspicione notabiles: nisi ad arbitrium Episcopi, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebunt. Illos quoque, qui post † a biura-

†Eymericus infra par. 3. quæst. 91.

† In vulgatis ita: fuerit in hęresi deprehensus, &c. sed ĩ antiquis exemplaribus, ut est impressũ.

† In vulgatis libris ita: Post abiurationem præfati erroris, &c. sed dicto, præfati, nusquã est in antiquis codicibus.

tionem erroris: vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari iudicio, sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos: & infra. Statuimus insuper, ut Comites, Barones, Rectores, & Consules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxta commotionem Episcoporum, præstito corporaliter iuramento † promittant, quòd fideliter & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officiũ & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinet, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorũ interdicto Ecclesię supponendis. Ciuitas autem, quæ his institutis duxerit resistendum: vel contra commotionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuandam: & infra. Si qui • vero fuerint, qui à lege dicęcesanę iurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in his, quę sunt contra hæreticos instituta, Episcoporum subeant iudiciũ: & eis in hac parte tanquam à sede Apostolica delegatis (non obstantibus libertatis suę priuilegijs) obsequantur.

† Ad hoc præstandum iuramẽtum cõpelli possunt. c. vt offic. §. statuimus, de hær. lib. 6.

COMMENT. VIII.

Qualiter intelligendum hęreticos esse quos Episcopi hęreticos declarãt:

a VEL singuli episcopi &c. hæreticos iudicauerint.] *Caute hoc est accipiendum: quoniam neque Episcopi vllo tempore, neque clerici ua cante sede, potestatem habent definiendi dubia circa fidem: id enim Romani Pontifici munus est. cap. quotiens.* 24. *q.* 1. *c. maiores. de baptis. & eius effectu. quod vero hic dicitur, tunc locum habere necesse est, cum factum est clarum, id est, cum hæretici errant in his, quę iam declarata sunt & definita p Ecclesiam; nam tunc is censetur hæreticus, qui hæreticus fuerit ab Episcopo, vel Inquisitore declaratus: quod etiam hic obseruat Ioannes Anania nu.* 5. *Albertinus tract. de agnos. assert. q.* 8. *nu.* 5. *& quidam alij. facit textus in c. super quibusdam. §.* 1. *de verb. sign. quem refert Eymericus paulo post in hac* 2. *parte.*

b ¶ Totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nudetur.] *Quomodo hæc fiant, traditur in c. degradatio. de pœnis, lib.* 6. *relat. infra hac par.* 2. *de quo late Eymer.* 3. *par. in nono modo processum fidei terminandi, vbi dixi plene.*

Dictiones confestim, & continuo, qualiter intelligendę.

c ¶ Nisi continuo.] *Duæ hoc loco voces ponuntur, continuo, & confestim, quarum significatio in hac causa quorundam interpretum mentes vexat. putantium accipiendas esse in significatione propria, & ob id cum sua natura indicent temporis celeritatem absque interuallo, quamprimum quis deprehenditur in hęresi, debet redire, aliter Ecclesia misericordiæ viscera debet ei claudere, in qua sententia fuisse videtur Panormitanus in dicto cap. ad abolendam. num.* 6. *licet aliud sentire videatur in c. excommunicamus. li.* 1. *num.* 10. *de hęret.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ceterum his omissis, quorũdam sententia est, Inquisitorum arbitrio relinquendum esse, vt intelligatur quando hæretici continuo et confestim redire ad gremium Ecclesiæ dicantur. Sed hæc opinatio velut periculosa iam explosa est: neque enim eorum vita ex libero iudicum arbitrio pendere debet.

Cæterum inter prætatus eas voces sic videtur, vt illi statim, continuo, seu confestim redire intelligantur, qui quandocunque ante sententiam diffinitiuam conuertuntur. Zanch. de hæret. cap. 16. num. 7. vbi copiose Campegius. Bernardus, in lucerna, verbo redire. §. 6. quibus sanct Eymericus 3. p. in 10. modo finiendi processum fidei, & q. 98. Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 40. & alij, quos libens omitto: & hæc sententia vera est, & amplectenda.

De qua re vide præter ceteros Menochium lib. 2. de arbitrarijs iudicum, centuria 4. casu 372. & 373. Repertorium in verbo, vsura. §. circa istam. in fine, & in verbo, continuo. glossa & Doctores in §. omnis stipulatio. verbo, confestim. Instit. de verbor. oblig. melius glossa in §. vltimo instit. de inutil. stipulat. Boerius decisione 343. & copiosissime Paulus Grillandus tractat. de hæret. q. 5.

Quòd vero Inquisitoris arbitrio relinquatur, vt quidam opinantur diffinire, quando hæretici confestim redire dicantur, potissima ratio est: quoniam statuta in hæreticos lata, si fuerint dubia, ipsi possunt interpretari per rescriptum Innocentij III. Cum negotium. *relat. infra in hac par. 2. tradit Eymer. 3. par. q. 85. et 86. & Vmbertus verbo, incontinenti. sed hæc sententia in hoc articulo tenenda non est, vt optime sensit Simancas præcitato loco, num. 39.*

c ¶ *Qui vero inuenti fuerint.*] *Hic §. vsque ad §. Illos quoque. vt plurimum desideratur in manuscriptis exemplaribus, quod Ioannes And. etiam adnotauit dicens eum hic communiter non haberi, & Hostiensis ait non debuisse remoueri. habetur tamẽ infra in cap. excommunicamus 1. §. qui autem. reperitur vero in recentioribus codicibus, & in antiqua compilatione, et in multis Pontificum extrauagantibus, quas refert Eymericus paulo post in hac 2. p. item in litteris Apostolicis, quæ in fine Directorij sunt impressæ. quare non carent auctoritate & fide, quæ in eo statuuntur.*

Nullum priuilegium eximit à iurisdictione Inquisitorum.

e ¶ *Si qui vero fuerint qui à lege dicœcesanæ iurisdictionis exempti.*] *Nullum priuilegium, nulla personarum dignitas, vel gradus quemquam liberat in causa hæresis à iurisdictione Inquisitorũ: quod multis Pontificum rescriptis cauetur, Alexandri III. diplomate incipiente,* Commissæ. *& alio recẽtiori Pij III. incipiente,* Pastoris æterni. *quod ipsum multis aliis iuris locis indicatur. c. vt commissi. de hæret lib. 6. ibi:* Quoslibet hæreticos. *& hoc iure vtimur. excipiuntur tamen Episcopi ob dignitatis prærogatiuam. c. Inquisitores. de hæret. lib. 6. quos solus Papa iudicat in hac causa & legati, seu officiales sedis Apostolicæ, extraua. cũ Matthæus. de hæret. relat. infra in hac 2. par. de quo videto Eymericum 3. par. quæst. 26. & seq. quibus etiam locis videto, quæ copiose scribimus.*

Innocentius tertius.

Bona hæreticorum confiscantur, & in terris Ecclesiæ applicantur fisco Ecclesiæ: in terris Imperij, iudicis secularis fisco. & procedit etiam si catholicos habent filios. CAP. X.

VERGENTIS[a] in senium sæculi corruptelam: & infra. In terris vero temporali nostræ iurisdictioni subiectis, bona[b] hæreticorum statuimus publicari: & in alijs idem præcipimus fieri, per Potestates & Principes seculares: quos ad id exequendum (si forte negligentes extiterint) per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus & mandamus: Nec[c] ad eos bona eorum vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit: vt temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina. Cum enim secundum legitimas † sanctiones rei læsæ maiestatis punitis capite, bona confiscentur eorum, filiis suis vita solummodo ex misericordia conseruata: quanto † magis qui aberrantes in fide, Domini Dei Filium Iesum Christum offendunt, à capite nostro, quod est Christus, Ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari: cum longe sit grauius æternam, quàm temporalem lædere maiestatem. Nec[d] huiusmodi seueritatis censuram orthodoxorum exhæredatio filiorum, quasi cuiusdam miserationis prætextu debet vllatenus impedire: cum in multis casibus † (etiam secundum diuinum iudicium) Filij pro Patribus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas sanctiones, quandoque feratur vltio non solum in auctores scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

† l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest.

† In Regesto ita: quanto magis q̃ aberrãtes in fide Deum Dei filium Iesum Christum offendunt.

† Alfonsus Castrus lib. 2 cap. 11. de iusta hæret. punit. Ioannes Rojas singul. 26.

COMMENT. IX.

a VErgentis.] *Integra hæc decretalis habetur in Regesto Innocentij III. lib. 2. epistola 1. & in antiqua cõpilatione tertia, tit. de hæret. c. 1. inde capiet lucem declarationis totum hoc cap.*

b ¶ Bona hæreticorum statuimus publicari.] *Concordat textus in capitulo cum secundum leges. de hæret. lib. 6. & in capitulo excommunicamus 1. §. damnati. de hæret. vbi Doctores communiter. quod ipsum etiam est iure ciuili cautum. l. Manichæos. C. de hæreticis. ibi:* Quos bonorum etiam omnium publicatione persequimur. *& in auth. Gazaros. C. eod. tit. Squillacensis de fide catho. cap. 30. Gondissaluus de hæret. q. 15. Simancas de instit. catho. tit. 9. Alfonsus Castrus lib. 2. c. 5. & seq. de iusta hæret. punitio. Zanchinus de hæreticis. c. 25. & sequen. Repertorium verbo, bona: & verbo, confiscario. Felynus in cap. cum nobis. de præscriptio. Bart. in l. si debitor. ff. de his qui in fraud. credito. Bernardus Diaz in practica crimi. cano. c. 106. & alij, quos omitto consulto: nec refert vtrum sint clerici, vel laici, vt præfati declarant. cetera, quæ breuitatis me omittere hic compellit, tradam cum Eymerico 3. par. q. 109. & seq.*

Hæreticorũ bona cõfiscata.

c ¶ Nec

c ¶ Nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentibus misereri aliquis voluerit.] *Hinc colligimus non obscure, verissimã esse Eymerici sententiam 3. par. q. 109. dicentis, posse Inquisitores, hæreticis redeũtibus, non relapsis, in tempore gratiæ, hoc est ante diffinitiuam sententiam, bona, quæ sua fuerant, condonare. quod sequitur Zanchinus de hæret. c. 25. nu. 3. & ibidem Campegius. Repertorium verbo, bona §. sed vtrum Inquisitor. Ioannes Monachus & Archid. c. accusatus. §. porro. de hæret. lib. 6. sanctus Antoninus p. 3. tit. 18. c. 2 §. 7. Tabiensis in sum. verbo, hæreticus. vers. quarto tertia pœna est.*

Inquisitores condonare possunt bona hæreticis redeuntibus:

Atque hæc sententia de iure communi vera est, vt copiose disserui in priuilegio Inquisitorum 196. Reuerendissimus tamen Simancas in adnotationibus ad Zanchinum c. 14. contra sensit, asserens non posse Inquisitorem, aut Episcopum, bona semel ipso iure confiscata hæreticis redeuntibus condonare. Sed eius opinionem & communis sententia, & in primis hic locus, de quo nunc differimus, valide refellit, à qua communi sententia non crederem discedendum: nam hoc inter cetera ad amplam Inquisitorum potestatem de iure communi pertinet, vt bona semel per hæresim confiscata, quę licite ab iniustis possessoribus auferri potuissent, eis condonentur, si ad gremium Ecclesiæ redire voluerint, nec vi deo quem alium sensum habere possint hæc verba: nisi eis ad cor reuertentibus, &c. *& in vniuersa Italia, in qua Inquisitores à iure communi non discedunt, hoc communiter solet obseruari, vt ab inferioribus Inquisitoribus vbique hæreticis redeuntibus bona condonẽtur, seu confiscatio remittatur.*

d ¶ Nec huiusmodi seueritatis censuram orthodoxorum exhæredatio filiorum.] *Olim iure ciuili cautum erat, vt filij catholici parentibus hæreticis succederent. l. Manichæos. C. de hæret. ibi:* sed nec filios hæredes eis existere, aut adire permittimus, nisi à paterna prauitate discesserint. *l. cognouimus. & authen. idem est. C. eod. tit.*

Filiis hæreticorum etiam catholicis nihil reliquẽdum.

Ceterum hodie huius legis pontificiæ decretum sequimur, nam filijs hæreticorum quamuis catholicis, nihil penitus est relinquendum, neque etiam legitima, quę quodammodo iure naturæ debita videtur. Paulus Grillandus de hæret. q. 4. atque hoc iure vbique vtendum est, contra quam senserint illi, quos refert Hostiensis in sum. tit. de hæreticis. §. quapœna. asserentes hanc decretalẽ locum habere tãtum in terris, quę subsunt temporali summi Pontificis iurisdictioni: in alijs autem ciuiles leges esse obseruandas, quę maiori, inquiunt, æquitate nituntur. nam & iura etiam ciuilia huic decretali adstipulantur, in authen. Gazaros. C. de hæret.

Nec vlla est iniquitas hac vti seueritate, vt parentes à tanto crimine committendo facilius auocẽtur. Iulius Clarus li. 5. sent. §. hæresis. vers. et scias. vbi hanc testatur esse communem opinionem.

Quales Inquisitorum partes erga filios damnatorum pauperes relictos.

Inquisitores tamen pueris & puellis hæreticorum damnatorum pauperibus relictis prouidebunt ex misericordia; ita vt rationem habeant sexus & ætatis: nam masculos iam corpore validos alicui arti mechanicæ iubebunt addici: feminas, aliquibus honestis eiusdem ciuitatis matronis assignabunt, vt eis famulentur, & ab eis in fide instruantur: ceteris, quibus per ætatem, aut incommodam valetudinem laborare non licet, tenuia alimenta ex paternis bonis ex sola misericordia subministrabunt, deprecãtes interdum principes, tam ecclesiasticos quàm sæculares, vt in huiusmodi filios damnatorum, aliquam exerceãt liberalitatem: quæ res ad eos in primis spectat, ad quos damnatorum bona ex confiscatione peruenerunt.

De his cap. 22. Hispalensis instructionis anni Domini 1484. pie & prudenter cautum est his verbis à nobis vtcunque latine redditis: Similiter decreuerunt, q̃ si ex personis ob delicta sua relictis curiæ sęculari, vel perpetuo carceri mancipatis, remanserint filij vel filiæ, qui nõ sint matrimonio copulati: Inquisitores prouideant & ordinent, vt prædicti orphani commendentur personis honestis, & Christianis catholicis, vt ab eis nutriantur, cibentur, & in fide catholica instruantur, cõficiantque libellum supplicẽ seu memoriale super prędictis orphanis, & de cuiusque qualitate, q̃ indiguerint, & fuerint boni Christiani, & præsertim pro feminis puellis orphanis, vt possint nubere, vel profiteantur religionem, *hęc ibi. vide Repertorium verbo, filij. §. Filij minores.*

Quòd si magni alicuius Principis ob hoc crimen bona proscripta fuerint, isque filias habuerit, honorifice ab eo cui bona obuenerunt, erunt dotandę exẽplo Ferdinandi regis Neapolitani, qui filias Principis Rosani, qui maiestatis crimen admiserat, et ob id bona amiserat, ex eisdẽ bonis ditissime dotauit, vt memorię prodit Gigas tract. de crim. læs. maiest. lib. 3. tit. de pœnis. quæst. 15. num. 2.

Idem.

Aduocati vel notarij hæreticis vel eorum defensoribus fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinãtes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sũt, & ab illo officio suspensi. CAP. XI.

VIaduersus nos terra consurgeret: & infra. Quia† plus timeri solet quod specialiter iniũgitur, q̃ quod generaliter imperatur: vobis[a] aduocatis & scriniariis firmiter inhibemus, ne hæreticis credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem in aliquo præstetis auxilium, cõsilium vel fauorẽ: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine, vestrum patrocinium præbeatis: & pro ipsis publica instrumenta, vel scripta facere nullatenus attentetis. Quòd si contra præsumpseritis, ab officio vestro suspensos, perpetuę vos decernimus infamię subiacere.

† c. quamquã. 23. dist.

COMMENT. X.

a VObis aduocatis & scriniariis firmiter inhibemus.] *Concordat tex. in c. excõicamus. §. credentes. & in c. sicut, de hæret. & in c. 2. §. 1. de hæret. li. 6. Idẽ sanciuit Nico. Papa quodã rescripto incipiẽte:* Nouerit uniuersitas uestra. *est autẽ difficilis definitio huius textus: neque enim aperte dicitur quo sit prohibitũ pro hæreticis patrocinari. sed præter Hostiensem. Ioan. And. Ioannẽ Ananiã et alios, qui hoc ipso loco hũc cõtextũ variis modis*

Quomodo sit prohibitum pro hæreticis patrocinari.

Universidad de Deusto Biblioteca

interpretantur, videndus est Carrerius tracta. de hæret.num.113.& 114. Matthæus Afflictus in constitutione, inconsutilem. notabili 25. versic. hinc sumpta occasione quæro. Geminianus ĩ c.vlt.§.vlt. de hęret.lib. 6. Petrus Godoffredus in l. curiales. C.de hęr. Franciscus Ponzinibus tract. de lamijs. nu. 78. Repertorium verbo, aduocatus. Eymericus 3.par.q.39.& Albericus de Rosate de statutis. p. 3.quęs.32. Alfonsus Castrus lib.1.cap.17.de iusta hæret.puni. Ioannes Rojas singulari 175.& alij, quos sciens omitto.

In hac difficultate hoc primum sit exploratum; Pro hæreticis, quos hæreticos esse constat, nullo modo patrocinandum, seu aduocandum; secus quoties id est dubium, idest, cum nondum est exploratum, an verba, vel facta alicui obiecta, sint hæretica, manifestamue hæresim sapientia: vel cum nondum testibus, alijsue legitimis probationibus de hæresi constat: tunc.n. aduocare licebit, seu patrocinium reis prestare: Inquisitorum tamen auctoritate, solemni iureiurando præcedente, de iusta defensione præstãda, & de abstinendo ab eadem defensione quamprimum cognitum erit illum, qui defenditur esse hæreticum, iuxta sacri officij receptam & laudabilem consuetudinem, vt prefati tradunt, quibus adde Simancam de catho.instit. tit. 5. de aduocatis.

Idem vniuersis Christi fidelibus, tam in vrbe Meten. quàm in eius diœcesi constitutis.

Laici non prædicent, nec occulta cõuenticula faciant, nec sacerdotes reprehendant.

CAP. XII.

CVM [a] ex iniuncto: & infra. Licet [b] autem desiderium intelligendi diuinas scripturas, & secũdum eas studium adhortandi reprehendẽdum non sit, sed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam laici, merito arguendi, quòd occulta conuenticula celebrant, officium prędicationis Christi † sibi vsurpant, sacerdotum simplicitatem eludunt, & eorum consortiũ aspernantur, qui talibus non inhærent. Deus enim lux vera, quę omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, in tantũ odit opera tenebrarum, vt Apostolos suos in mũdum vniuersum prędicaturos Euangelium omni creaturæ missurus, eis præceperit aperte dicẽs: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prędicate super tecta: & infra. Sicut.n. multa sunt membra corporis, omnia vero non eundẽ actũ habent: ita multi sunt ordines in Ecclesia: sed non oẽs idẽ habent officiũ: quia secũdum Apostolum, alios Dominus dedit Apostolos, alios prophetas, alios autem Doctores, &c. Cum igitur doctorum ordo sit quasi pręcipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum, quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Et veritas ipsa præcepit Apostolis: Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Quòd si forte quis argute respondeat: quia tales inuisibiliter mittuntur à Deo, etsi non visibiliter mittantur ab homine, cũ inuisibilis missio multo sit dignior, quàm visibilis: & diuina longe melior, q̃ humana †: potest rationabiliter responderi, quòd cum interior illa missio sit occulta, nõ sufficit cuiquam nude tãtum asserere, ꝙ ipse sit missus à Deo, cũ hoc quilibet hereticus asseueret: sed oportet, ꝙ astruat illam inuisibilem missionem per operationẽ miraculi, uel scripturæ testimonium speciale. Vnde cum Dominus vellet mittere Moysen in Aegyptum ad filios Israel, vt crederẽt ei, ꝙ mitteretur ab ipso, dedit ei signum, vt conuerteret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioãnes quoq; Baptista, speciale suę missionis testimonium protulit de scriptura dicens: Ego vox clamãtis in deserto: dirigite uiam Domini, sicut ait Esaias propheta: & infra. Licet autem sciẽtia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam: quia iuxta verbum propheticum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore eius: non est tamẽ simplicibus sacerdotibus, etiam à scholasticis detrahendum, cum in eis sacerdotale officium debeat honorari: propter qđ Dominus in lege pręcepit: Dijs non detrahes, sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem Deorum nomine nũcupantur: & infra. Nec quisquam suæ pręsumptionis audaciam illo defendat exemplo, ꝙ asina legitur reprehendisse prophetam: vel ꝙ Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Cũ aliud sit fratrem in se peccantem occulte corripere, (quod quisque † tenetur efficere secundũ regulam Euangelicam, in quo casu sane potest intelligi, ꝙ Balaam fuit correptus ab asina) & aliud est Patrem † suum delinquentem reprehendere manifeste, quod vtiq; nulli licet scđm euangelicam veritatẽ: nã qui ẽt dicit fratri suo, fatue, reus erit gehennę ignis. Rursus aliud est, ꝙ prẹlatus sponte de sua cõfisus innocentia, subditorum se accusationi supponit, (in quo casu, præmissum Domini verbũ debet intelligi) & aliud est, ꝙ subditus, non tã animo reprehendendi, q̃ detrahendi exurgit temerarius in prelatum, cũ ei potius incũbat necessitas obsequendi; ꝙ si forte necessitas postularet, vt sacerdos tãquã inutilis & indignus à cura gregis debeat remoueri, agendũ est ordinate apud episcopũ, ad cuius officiũ tã institutio, q̃ destitutio sacerdotũ noscit̃ ptinere.

† Dictio, Christi, nec in Regesto, nec in antiquis codicibus reperit̃.

Ioan. 1. Mar. vlt. Matth. 10. 1.Cor. 12. Ephes. 4. Rom. 10. Luc. 10. Matth. 9.

† Post hęc verba sequitur in Regesto exemplũ de Ioãne Baptista, quod hic omisit Raymund': affert autem lucem huic loco.

Exod. 7. Ioan. 1. Esa. 40. Matth. 3. Malach. 2. Exod. 22. Ioan. 10. Nu. 22. Ioan. 8. Matth. 5.

† De hac materia vide S. Tho. 2. 2. q. 33. ar. 2. & sequen.

† In aliquot exemplarib' legit̃ fratrẽ, ĩ alijs uero & in Regesto, patrem, habetur.

COMMENT. XI.

a CVm ex iniuncto.] *Habetur hæc decretalis in Regesto Innocentij III. lib.2. Ex integra clausula apertissime colligitur tum argumentum, tum sententia siue intellectus huius capitis. Ea vero ita habet:* Cum ex iniuncto nobis Apostolatus officio facti sumus secundum Apostolum sapientibus & insipientibus debitores, pro vniuersorũ salute nos oportet esse sollicitos, vt & malos retrahamus à vitiis, & bonos in virtutibus foueamus: tunc autem opus est discretione maiori, cum vitia sub specie virtutum occulte

Laici & feminæ nullo mõ prędicent; & quales esse oporteat sacros prædicatores.

te subintrant, & angelus Satanę in angelum lucis simulate transformat. Sane significauit nobis venerabilis frater noster Metensis episcopus per litteras suas, quòd tam in diœcesi, q̃ vrbe Meteñ. laicorum & mulierum multitudo non modica, tracta quodam modo desiderio scripturarum, Euangelia, Epistolas Pauli, Psalterium, moralia Iob, & plures alios libros sibi fecit ĩ Gallico Sermone tranferri. Translationi huiusmodi adeo libenter, vtinam autem & prudenter intendens, vt secretis conuentionibus talia inter se laici & mulieres eructare præsumunt, & sibi inuicem prędicare: qui etiam aspernantur eorum consortium, qui se similibus non immiscent, & à se reputant alienos, qui aures & animos talibus non apponunt. Quos cum aliqui parochialium sacerdotum super his corripere voluissent, ipsi eis in faciem restiterunt: conantes rationes inducere de scripturis, quod ab his non deberẽt aliquatenus prohiberi. Quidam etiam ex eis simplicitatem sacerdotum suorum fastidiunt: & cum ipsis per eos verbum salutis proponitur, se melius habere in libellis suis, & prudẽtius se posse id eloqui sub murmurant in occulto. *hæc ibi. & mox subsequũtur verba huius capitis.*

b ¶ Licet autem, &c.] *Est autem valde elegans et singularis huius rescripti definitio, qua hoc vnum pręcipitur, ne laici officium pręedicationis verbi diuini assumant: id enim doctoribus, hoc est Theologis, quorum est in Ecclesia ordo pręcipuus, omnino relinquendum est. Concordat cap. sicut in vno. eod. tit. de hęre. his similia tradit Eymericus 3. parte. quæst. 38.*

Per laicos vero hoc loco, & vbicunque de hac re agitur, eos accipere debemus, qui non sunt in aliquo sacro ordine constituti, tametsi sint valde eruditi & scientia clari, vt tradit Leo eius nominis primus, epistola quadam 61. ad Theodoretum Episcopum, prope finem ibi: Adijcientes & illud, vt pręter Domini sacerdotes, nullus audeat prędicare, seu monachus, siue ille sit laicus, qui cuiuslibet scientię nomine glorietur. *refert Iuo par. 6. cap. 249. eandem prædicationem laicis prohibuit idem Leo, epistola 60. ad Maximum Episcopum Antiochenum, idem sanciuit Concilium Carthaginense quartum, cui interfuit August. ca. 94. refert Iuo p. 8. cap. 323.*

Nec refert ibi sanciri, ne præsentibus clericis laici prędicent, quasi illis absentibus id laicis liceat: quoniam argumentum à contrario sensu (vt nostri iurisperiti loquuntur) non valet, quotiens absurdum aliquid sequitur, aut alijs legibus repugnat. glo. & Doctores in rub. & l.1. ff. de offi. eius cui mã data est iurisd.

Femina vero, licet doctissima, prædicare non debet, idem concilium Carthaginense 4. cap. 99. refert Iuo par. 8. cap. 324. & Gratianus in cap. mulier. 23. distinct.

Quale autem & quantum sit prædicationis munus, & quales esse debeant prædicatores, quos oportet à profanorum auctorũ & poetarum fabulis & auctoritatibus citandis abstinere, docet concilium Senonense cap. 35. & 36. & concilium Treucrense in c. missi. quæ nunc leguntur in 4. volumine conciliorum Surianę editionis.

Et quòd sine facultate superiorum nullus possit prædicare, iam olim sancitum fuit multis conciliorum decretis, sed expressius renouauit Innoc. III. in concilio Lateran. c.3. §. quia vero nonnulli. & cõcilium Tridentinum sessio. 5. de reforma. cap. 2. §. siqui vero. & sequen. de qua re plura idem conciliũ sessio. 24. in decreto de reformatione. cap. 4. & alibi sæpe: sed & multa etiam concilium Lateranense sub Leone X. sessio. 11. & Burchardus lib. 1. decretorum, cap. 97. 98. & 99. & postremo id cauit diligentissime synodus Salisburgensis constitutione 6. cap. 3. & de materia huius cap. vt breui concludã, vide Alfonsum Castrum lib. 3. de iusta hæret. punitio. c. 2. & 3. Repertorium verbo, prædicare. Simancam de catho. institu. tit. 49. Siluestrum & ceteros summarum collectores in summis, verbo, prędicare. sed eleganter et copiose Conrradus Brunus lib. 6. de hæret. c. 4. de hoc agit & Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, q. 64. vbi per multos articulos tractat materiã huius capitis.

Nemo sine superioris ꝑmissione audeat prædicare.

Idem in concilio generali.

Excommunicati sunt omnes hæretici, quibuscumque nominibus nominentur. hoc dicit vsque ad §. damnati. *Cap. XIII.*

EXCOMMVNICAMVS [a] itaq; & anathematizamus omnẽ hæresim extollentem se aduersus hanc sanctam orthodoxam & catholicam fidem, quam superius exposuimus, condẽnantes hereticos vniuersos quibuscunque nominibus censeantur: facies quidẽ diuersas habentes, sed caudas adinuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum.

Damnati de hæresi, per sæcularem iudicem puniuntur, & bona laicorum hæreticorum confiscantur, & clericorum bona applicãtur ecclesiis, vbi beneficiati erant. hoc dicit vsq; ad §. qui autem. Abb.

Damnati vero præsentibus sęcularibus potestatibus, aut eorum balliuis relinquãtur animaduersione debita puniendi, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita ꝙ bona huiusmodi dãnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, applicentur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt.

Si suspectus de hæresi se nõ purgat ad arbitrium superioris, excommunicatur; & existens per annũ in excommunicatione, vt hæreticus damnatur. hoc dicit vsque ad §. moneantur. Abbas Sic.

Qui aũt [b] inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi iuxta consideratione suspicionis, qualitateq; personæ, propriã innocentiã congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriãtur, & vsq; ad satisfactionẽ condignã, ab omnibus euitẽtur: ita ꝙ si per annum in excõicatione perstiterint, ex tũc velut hæretici condemnẽtur.

Potestates sæculares, perpetui vel temporales iurare tenentur, vniuersos hereticos ab Ecclesia dãnatos pro viribus exterminare, & temporalis do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus non purgans terram suam hereticis, excommunicatur: & si perstiterit in excommunicatione per annum, nuntiatur Papę, qui fideles eius à iuramento absoluet: & eius terram fidelibus exponet: saluo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa. hoc dicit vsque ad §. credentes. Abbas.

† Cõcor. tex. in auth. Statuimus. C. de epi. audien.

Moneantur autem & inducantur: & si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellãtur sæculares potestates, quibuscunque fungantur officijs, vt sicut reputari cupiunt, & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publice iuramentum †, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis, uniuersos hereticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quòd amodo quandocunq; quis fuerit in potestatem siue perpetuam siue temporalẽ assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per metropolitanum & ceteros comprouinciales Episcopos, excommunicationis vinculo innodetur: & si satisfacere contempserit, intra annum significetur hoc summo Pontifici, vt ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denuntiet absolutos, & terram exponat catholicis occupandam, qui eam extermi natis hereticis absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent: saluo iure domini principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui non habent dominos principales.

Domini temporales purgare debent terras suas ab hæretica prauitate.

Cruce signati ad exterminationem hereticorũ, gaudent priuilegio concesso cruce signatis in subsidium terræ sanctæ. hoc dicit vsque ad §. credentes. Abbas.

† Eymericus infra p. 3. q. 129.

Catholici † vero, qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceduntur.

Hic ponitur pœna credentium receptatorum, et defendentium hereticos. primo laicorum, secundo clericorum, vsque ad §. quia. Abbas.

† De his Eymeric. infra hac 2. par. q. 50. 51. 52. & 53.

Credentes † præterea, receptatores, defensores & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere: firmiter statuẽtes, vt post quam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit, intra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos, ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audiẽtiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint; excommunicationis sententia, vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas aut oblationes eorum percipiant; alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis apostolicę speciali. Similiter quilibet regulares quibus etiam hoc iniungatur, vt eorum priuilegia illa in diœcesi non seruentur, in qua tales excessus prę sumpserint perpetrare.

Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi à iure vel à sede Apostolica, vel à diœcesano Episcopo licentia cõcedatur: aliàs excommunicatur: & nisi resipuerit alia pœna imponitur. hoc dicit vsque ad §. adijcimus. Abb.

Quia vero nonnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prędicandi, cũ idem Apostolus dicat: Quomodo prędicabunt nisi mittantur? omnes qui prohibiti †, vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede vel catholico Episcopo loci susceptam, publice vel priuatim prędicationis officium vsurpare præsumpserint, excommunicationis vinculo innodẽtur: & nisi quàm citius resipuerint, alia competenti pœna plectentur.

2. Tim. 3. Rom. 10.

† Cõcor. tex. in c. cum ex iniuncto. & in c. sicut in vno. eo. tit.

Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum prouincias & diœceses suspectas habentes de hęresi, saltem semel in anno per se vel per alios idoneos visitent: qui etiam debent, si hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinia, ad reuelandos hereticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos relapsos canonice puniẽt, & renitentes iurare, vt hæretici condemnentur. hoc dicit vsque ad §. volumus. Abb.

† Vide Cõradum Brunũ de hæret. li. 3. c. 15. Si man. de cha to. instit. tit. 25.

Adijcimus † insuper, vt quilibet Archiepiscopus vel Episcopus, per se aut per Archidiaconũ suum, aut alias honestas idoneasq; personas bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hereticos habitare, circũeat, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel ẽt (si expedire videbitur) totam viciniam iurare cõpellat, q̃ si quos ibidem hereticos sciuerit, uel alios occulta conuenticula celebrãtes, seu à cõi conuersationi fidelium, vita & moribus dissidẽtes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus, ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam hęretici reputentur.

Episcopus negligens in hæresi persequenda, à dignitate episcopali est remouẽdus, & alius idoneus est subrogandus. hoc dicit vsque ad fi. Abb. Sic.

Vo-

Volumus igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequẽda Episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam velint effugere vltionem. Si † quis enim episcopus, super expurgãdo de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit, vel remissus; cum id certis indicijs apparuerit, ab episcopali officio deponatur, & in locũ ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem.

† Idẽ statuit Martinus V. quodam rescripto. Scip. Inter cũctas. & habetur in vlt. sess. conc. Constan.

COMMENT. XII.

Quales pœnę in hæreticos hic latę.

a EXcommunicamus.] *Edidit Innocentius in concilio generali Lateranen. hoc copiosum edictum aduersus hæreticos, eorumque fautores anno Domini M C C X V. in quo potissimum tres pœnas eis irrogat. Vnam spiritualem, videlicet, excommunicationem: alteram corporalem, cum possint nisi resipiscant, tradi curiæ sæculari, vltimo supplicio afficiendi: tertiam item vitæ afflictiuam, nempe bonorum confiscationem.*

Pœna excõicationis in hæreticos antiquissima.

Nec putandum est hic primum pœnam excõmunicationis in hæreticos latam: nam omnium pœnarum, quibus hæretici coercentur, hęc antiquissima est, à Christo iam lata Matth. c. 18. ibi: Si Ecclesiã non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus & publicanus. *& diuinus Paulus ter legitur excommunicasse, primum, Cerinthum fornicarium 1. ad Corinth. ca. 5. rursus Alexandrum & Hymenæum ob blasphemiam. 1. ad Timoth. cap. 1. tandem hac pœna idem Apostolus omnes hereticos docuit coercendos, ad Titum c. 3. item sanctus Ioãnes. 2. epistola canonica. tradit Martinus ab Ayala olim Archiepiscopus Valentinus in lib. de Ecclesiasticis traditio. par. 3. art. 6. Disserui latissime lib. 1. de pœnis hæreticorum.*

Cõtra suspectos procedũt Inquisitores.

b ¶ Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles,] *Ergo contra suspectos de hęresi, tametsi hæretici vere non sint, Inquisitores procedere possunt. Sed an leuis suspicio sufficiat, quæstio est: et Repertorium verbo, suspectus. §. item nota. & Matth. Afflictus in constitutione, inconsutilem, & Carrerius de hæret. nu. 116. leuem suspicionem sufficere voluerunt, non tamen ad condemnationem & punitionem, sed vt ex leui suspicione ad examinationẽ, inquisitionem, & veritatis indagationem perueniatur, & leuiter suspecto ad eluendam huiusmodi suspicionem etiam abiuratio vel purgatio iniungatur, vt docet Eymericus p. 2. q. 55. nu. 9. & seq.*

Ex leuibꝰ suspicionibus non facile procedendum.

Ceterum his leuibus suspicionibus non est vbiq; credendum in tam graui delicto, & prudentia opus est, & iuxta qualitatem personarum erit iudicandum, vt prudenter monuit Simancas in enchyridio violatæ religionis, tit. 41. n. 8. sed de his plura Eymericus hac 2. p. q. 55. & 56. vbi & nos multa tradidimus. Hoc est certũ, ad nullius capturam veniendum esse ex his tantum indicijs aut delictis, quę leuiter solum redderent quempiam suspectum, propter insigne honoris detrimentum, quod in hoc crimine sola captura afferre dignoscitur, vt fusius scripsi infra p. 3. super q. 59.

Gregorius IX Archiepiscopo Mediolanen.

Laici cuiuscunque professionis sint, prædicare non debent.

CAP. XIIII.

Concor. tex. in c. cum ex iniuncto, supra eo tit.

B SICVT in vno corpore: & infra. Cum igitur nonnulli laici prędicare præsumant, & verendum nimis existat, ne vitia sub specie virtutum occulte subintrent. Nos attendentes, quòd doctorũ ordo est in Ecclesia Dei, quasi præcipuus: Mandamus, quatenus cum alios Dominus Apostolos dederit, alios prophetas, alios vero doctores, interdicas laicis vniuersis, cuiuscunque ordinis censeantur, vsurpare officium prædicandi.

1. Cor. 12. Ephes. 4.

Idem.

C *Hoc cap. vsque ad §. si qui aũt habetur in ca. excommunicamus. supra eo. tit. in prin. vnde summa, & declara, prout ibi fuit dictum. Cap. XV.*

EXCOMMVNICAMVS† & anathematizamus vniuersos hereticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Ioseppinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per Ecclesiam sæculari iudicio relinquantur, anima duerſione debita puniendi: clerici prius à suis ordinibus degradatis.

† Cõcor. tex. in auth. Gazaros. C. de hære. ubi Perr. Godofr. hũc locũ illustrat

Si in hęresi deprehensi volunt redire ad fidem, detrudendi sunt in perpetuo carcere ad pœnitentiã peragendam: & credentes erroribus hereticorum, hęretici sunt. hoc dicit.

Si † qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam cõdignam pœnitentiam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus.

† Vide Eym. 3. P. q. 93.

Idem.

Liberantur ab omni obligatione, qui hęreticis tenebantur adstricti. Cap. XVI.

ABSOLVTOS se nouerint à debito fidelitatis domini †, & totius obsequij, quicunque lapsis manifeste in hæresim aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur adstricti.

† In antiquis codicibus cõstanter legitur homini.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DECRETALES TITVLI DE HAERETICIS DE SEXTO LIBRO.

Gregorius nonus Rhemensi Archiepiscopo & suis suffraganeis.

Propter crimen hæresis clericum in quibuscunque sacris ordinibus constitutum, solus eius Episcopus degradare poterit. hoc dicit. Domi. Cap. I.

† Vide ca. de gradatio. de pœn. lib. 6. de quo auctor paulo post. & 3. p. post modum nonum processum fidei terminandi.

QVONIAM † episcoporum numerus ad degradationem clericorum à canonibus constitutus non potest de facili conuenire: Concedimus vt sacerdotem, vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum (cum pro hæresi fuerit fæculari curiæ relinquēdus, aut perpetuo immurandus) conuocatis Abbatibus, aliisque prelatis & religiosis personis, ac litteratis suę diœcesis, de quibus expedire videbitur, suus solus possit Episcopus degradare.

Alexander quartus.

Excommunicationem incurrit sepeliens scienter hæreticos, vel eorum receptatores, defensores, vel fautores: nec absoluitur, nisi exhumet eorū corpora: locus vero priuatur sepultura. hoc dicit vsq; ad §. inhibemus. Domi.

CAP. II.

† Eyme. 3. p. q. 40. vbi dixi.

QVICVNQVE † hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter præsumpserint ecclesiasticę tradere se pulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententię se nouerint subiacere. Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat sepultura.

Excommunicari debent laici publice vel occulte disputantes de fide. hoc dicit. Domi.

† Cōcor. tex. in c. cū ex iuncto, &c. sicut. de hęret.

Inhibemus † quoque, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim, de fide catholica disputare. Qui uero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Non valet promotio hęreticorum, eis credentium, fautorum, receptatorum, et defensorum eorū, nec filiorum suorum, vsque ad secundam generationem, ad beneficia ecclesiastica, vel officia publica. hoc dicit. Domi.

† Hoc declarat tex. in c. statutū el 2. infra hoc tit.

Hæretici † autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quòd si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

Priuati sunt habentes beneficia ecclesiastica, ad preces hæreticorum: & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperunt. hoc dicit. Domi.

Ad hęc †, quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum dignitates, personatus & quæcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti: ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes, quòd tales & habitis careant perpetuo: & si receperūt illa sciēter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

† Silu. 1 sum. uer. hęresis t. q. 8. Rebuf. 1 praxi benef. p. 3. n. 24.

Nulla est emancipatio filiorum, vel subditorum per hæreticos facta: etiam si postea vitium detegatur. hoc dicit. Domi.

Illorum † autem filiorum emancipationem, quorum parentes, post emancipationem etiam huiusmodi apparuerit ante ipsam à via veritatis ad hæreticę superstitionis inuium declinasse, nullius volumus esse momenti, uelut factam de hominibus sui iuris: cum dignum sit, vt propter tanti atrocitatem delicti, filij esse in parentum hęreticorum desierint potestate.

† Eyme. 3. p. q. 116. & ibi dixi plene.

Idem Inquisitoribus hęreticę prauitatis.

Filij vel hæredes petētium in infirmitate sua hęreticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quòd non sana mente vel perdita loquela susceperint, si constat quòd erant sanæ mentis, vel si prius suspecti vel diffamati erant de hęresi: aliàs admittuntur, scilicet per testes fide dignos, non suspectos. hoc dicit. Domi. Cap. III.

FILII † vel hæredes illorum, qui dum in ęgritudinis lecto decumbe rent, petierunt hęreticos consolatu ros, vt ab eis per manus impositionem consolationem reciperent, secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque uiam fuerint vniuersæ carnis ingressi: ad probandum quòd ipsi defuncti consolationem illam, immo verius desolationem non sanę mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cum tamen moris sit) vt dicitur (apud eos, quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum viuebant, diffamati erant de hæresi, vel suspecti: aut legitime constiterit, q̄ sanæ mentis existentes, huiusmodi hæreticos petierunt. Alioqui admitti poterunt prædicti filij vel hęredes ad probandum præmissa. Nō tamen per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

† Pro intellectu huius cap. vide infra rescriptum Vrbani IIII. incip. Olim ex par. & Eyme. 3. P. q. 43. & q. 121. ubi copiose tractaui materiam huius decretalis.

Idem

Idem eisdem.

Relapsi in hæresim sunt tradendi curiæ seculari, licet pœniteat eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ. hoc dicit. Domi. Cap. IIII.

† Eymer. 3. par. q. 100. & ibi dixi.

SVPER eo †, quod scriptum legitur, Ecclesia nulli claudit gremium redeunti: quodque ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij antistitis examinatione pur gauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari decernuntur iudicio, sine vlla pen[illegible] audientia relinquendi: cum scripturæ huiu[illegible] videantur sibi inuicem aduersari, quid [illegible]um sit, per sedem edoceri Apostolicam p[illegible]rtunastis. Nos itaque inquisitioni vestræ de fratrum nostrorum cōsilio respondemus, quòd taliter deprehensis, etiam si (vt dictum est) sine vlla penitus audientia relinquēdi sint iudicio sæculari: si tamen postmodum pœniteant, & pœnitentiæ signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt humiliter petita sacramenta pœnitentiæ ac Eucharistiæ deneganda.

Idem eisdem.

Excommunicati, participes, & socij criminis admittuntur in testes contra hæreticos, si sciunt verisimiliter veritatem deponere, hoc dicit. Domi.

CAP. V.

† Eymer. 3. Patt. q. 64. 68. & 68. vbi dixi copiose.

PRN fidei fauorem, † Concedimus, vt in negotio Inquisitionis hæreticæ prauitatis excommunicati & participes, vel socij criminis, ad testimonium admittātur: Prefertim in probationum aliarum defectum, contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, si ex verisimilibus coniecturis: & ex numero testium, aut personarum (tam deponentium, quàm eorum contra quos deponitur) qualitate, ac aliis circunstantiis, sic testificantes falsa non dicere præsumantur.

Idem eisdem.

Ordinarij, vel eorum delegati, & Inquisitores sine pœna excommunicationis facere habent executionem iustitiæ contra hæreticos per habentes iurisdictionem sæcularem in loco: licet excommunicati sint, vel de facto tantum illam iurisdictionem possideant. hoc dicit. Domi. Cap. VI.

† Eymer. 3. par. q. 122. vbi dixi.

PRAESIDENTES † regimini alicuius regni, prouinciæ, siue loci (licet excommunicati vel de facto tantum, & non de iure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum vel delegatorum ipsorum, aut Inquisitorum hæreticæ prauitatis non valentium sine morę dispendio, vel negotij periculo recursum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi) possunt & debent contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitiam & suum officium exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententiam excommunicationis incurrunt. Non tamen præsidentibus prælibatis vel officialibus eorundem propterea in aliis casibus intelligatur concessum aliquid, vel permissum.

Idem eisdem.

Excommunicatus, propter contumaciam non respondendi super hęresim, de qua erat suspectus, post annum damnatur vt hæreticus. hoc dicit. Dom.

CAP. VII.

† Eymer. hac 2. par. q. 47. & 3. par. q. 124. hunc tex. illustrat.

CVM † contumacia (in causa præsertim fidei) suspicioni præsumptionem adijciat vehementem, si suspectus de hæresi vocatus à vobis, vt de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus: quam si per annum animo sustineat pertinaci, extunc velut hęreticus condemnetur.

Idem eisdem.

Abiurans in iudicio hæresim propter vehementem præsumptionem: si iterato labitur (licet non fuisset probatum plene) relapsus dicitur: secus si leuis erat præsumptio. hoc dicit vsque ad §. Eum vero. Dominicus. Cap. VIII.

† Concordat Vrbani IIII. Rescriptum incip. Consultus, infra positū. & vide Eymericū hac 2 par. q. 40. vbi dixi.

ACCVSATVS † de hæresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si hęresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam, hęresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit (quamquam ex hoc sit grauius puniendus) non tamen debet in hęresim relapsorum pœna puniri.

Culpabilis in vno articulo hæresis, generaliter postea abiurando relapsus dicitur, si committit etiā in alium articulum separatum. hoc dicit. Domi.

Eum vero, qui in vna hæresis specie, vel secta commisit, aut in vno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento errauit, & postmodum hęresim simpliciter, vel generaliter abiurauit: si extunc in aliā etiam hęresis speciem, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat, volumus vt relapsum in hæresim iudicari.

Qui post abiurationem hęresis, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur facto, vel verbo, hæreticis cōmunicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. hoc dicit. Domi.

Ille quoque de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

abiurationem constiterat, vel nunc constat: si A
post illam hæreticos receptet, deducat, visitet, siue associet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, seu fauorem eis impendat, qui excusari non posit, etiam sine adoratione (vt verbis vestris vtamur) merito debet iudicari relapsus, cum illum ex approbati à se prius erroris consequentia, non sit dubium id fecisse.

Testis in causa hæresis, falsum deponens, licet periurus sit, probat dicendo contrarium: dumtamen ex indicijs constet dictum non corruptionem, sed veritatem continere. hoc dicit.

† Eymer. 3. par. q. 65. & sequen. Licet vero periuri † à testimonio, etiam post pœnitentiam repellantur: si tamen ij, qui coram B
Inquisitoribus iurantes, tam de se, quàm de aliis super facto hæresis dicere veritatem, eam celando deierent, & postmodum velint corrigere dictum suum, contra se ac alios suos complices deponendo: cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modo (quæ prius tacuerant) reuelare in fauorem fidei (nisi aliud obsistat) stari debet tam contra se, quàm contra reliquos attestationibus eorundem.

Inquisitores super hæresi deputati, non se intromittant de diuinationibus vel sortilegijs non sapientibus hæresim manifestam. hoc dicit. Domi. C

† De hac materia copiose Eymer. 2. p. q. 42. & 43. Sane cum † negotium fidei (quod summe priuilegiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri: pestis Inquisitores hæreticę à sede Apostolica deputati, de diuinationibus, aut sortilegijs (nisi hæresim saperent manifeste) intromittere se non debent, nec punire talia exercētes, sed eos reliquere suis iudicibus puniendos.

Inquisitores hæresis, de quæstionibus vsurarum se intromittere non possunt. hoc dicit.

† Vide infra rescriptū Vrbani 4. Consultus. ver. in quo quęrit. & reper. ver. vsura. §. circa istam. De quęstionibus † præterea vsurarum motis, etiam contra illos, quibus restitutionem vsurarum in pœnitentia pro hæresis crimine iniunxerunt, ac illi se & sua ad hoc faciendum in iudicio Ecclesiæ obligarunt, intromittere se non possunt: ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur. D

Inquisitores possint compellere hæredes fautorum hæreticorum (qui tamen hæretici non erant) ad implendam pœnitentiam iniunctam, in bonis temporalibus: secus si mortui sint, antequam fuerit pœnitentia iniuncta. hoc dicit. Domi.

† Eymericus 3. par. q. 120. Zanch. de hęret. c. 28. nu. 5. 6. 7. Si vero † pro ijs, quę in hæresi receptando vel defendendo hæreticos seu eis fauendo, non tamē existens hæreticus quis commiserit, sub obligatione bonorum suorū Inquisitoribus se adstrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiā, & complendam: & ea licet iniuncta, non tamē peracta decessit, si per huiusmodi pœnitētiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum: ad complementum ipsius, per Inquisitores cogi debent hęredes vel alij, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerunt. Porro si propter huiusmodi hęreticorum receptationem, defensionem, seu fauorem, quis ad faciendam pœnitentiam; quam Inquisitores ipsi iniungere vellent, bona sua obligauerit eisdem: & antequam ei pœnitentia iniungeretur, decesserit: eius hęredibus non est satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. E

Post mortem hæretici, declarari potest eum hæretica fuisse ad finem confiscandi. Domi.

† c. vlt. de prescript. lib. 6. Squillacen. de fid. catho. c. 54. In eo † vero casu, quo hęredes ad successionē non debent ob hęresim sui auctoris admitti: non obstante, quòd auctore ipso viuente, hoc non fuerit (interueniente ipsius morte) per sententiam declaratum: ad confiscationem bonorū post mortem eiusdem nihilominus procedatur.

Clerici instruentes testes, ne Inquisitores veritatem inuestigent, puniri possunt per eos, et religiosi grauius puniuntur. hoc dicit. Domi.

Sacerdotes insuper & alij clerici, qui negotiū Inquisitionis instruēdo citatos hęreticos, vel eorum credentes, de celanda veritate vel dicenda falsitate, seu eos indebite liberando, inuenti fuerint impedire: (cum non sit dubium, eos ipsa facere in fauorem hęreticę prauitatis) per Inquisitores à talibus compesci possunt, & pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. Religiosi etiam sunt immurationis pœna vel alia grauius puniendi quàm seculares: si inuenti fuerint in hęresi vel consimilibus deliquisse. C

Vrbanus quartus.

Non valent statuta, per quæ Inquisitoris hæresis officium impeditur, vel retardatur.

CAP. IX.

† Eymer. 3. par. q. 34. vbi dixi copiose. STATVTVM † ciuitatis castri, villę, vel alterius loci, per quod negotium Inquisitionis hęreticę prauitatis directe vel indirecte (ne in eo libere procedi valeat) contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius existere firmitatis: Ipsiusque ciuitatis vel loci domini, potestatem, capitaneum, cōsules, vel rectores, per quem, vel quos, eadem ciuitas seu locus regitur, quocunque nomine censeantur, ad statutum huiusmodi loci diœcesano, vel eius vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitoribus labis præfatæ, sine moræ dispendio exhibendum: & si tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quòd per illud Inquisitionis processus non impediantur, uel aliquatenus retardentur, per censuram Ecclesiasticam decernimus compellendos.

Clemens quartus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

Officium Inquisitoris hæresis, morte concedentis non expirat, etiam quò ad negotia prius non cœpta, vel exorta. hoc dicit. Cap. X.

Vide Eymer. 3. par. q. 6. & 8. NE aliqui † dubitationem solicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium Inquisitionis hęreticę prauitatis, solicitudini vestrę intra certos limites

limites ab Apostolica sede commissum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit: Præsenti declaramus edicto ipsum officium non solum quo ad negotia viuente mandatore incœpta, immo etiam, quo ad integra & non cœpta; & quod plus est, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerserāt in fauorem fidei, post committentis obitum perdurare. A

Idem eisdem.

Informat Inquisitores ad Deum, vt eius timorē hominum metui anteponant, in procedēdo simul vel separatim contra hæreticos, & suos fautores: & etiā in eos absoluendo, cum vere redierint. B

CAP. XI.

† Concor. rer. in Cle. 1. §. 1. de hęret. & vide Eymer. 3. p. q. 47. & seq. VT officium † Inquisitionis contra hęreticos in prouincia, in qua vobis idē officium est commissum, auctoritate Apostolica positis efficacius adimplere; discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in prefata prouincia, simul vel separatim, aut singulariter (prout negotij vtilitas suadebit) contra hęreticos, credētes, receptatores, fautores, & defensores eorum, necnon contra infamatos de hęresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæreticalabe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesię vnitatem, ei iuxta formam Ecclesię absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eidē, quod iniungi talibus consueuit, Prouiso † solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vos (immo seipsos) fallentes sub agni specie lupum gerant. C

† Vide reper torium ver. Prouiso solerter.

Instruit Inquisitores in modo examinationis testium, & in personis, quæ testificata scribere debeant. hoc dicit.

In delictis magnis caute procedendum. Verum, quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vllo proferatur errore dure ac digne seueritas vltionis) volumus & mandamus, vt in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum presentia per publicam (si commode potestis habere) personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio ad scriniarij, seu tabellionis officium pertinent, teneri districte præcipimus, cum per vos fuerint requisiti, omnes & singulos vestri ordinis fratres †, qui dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuisse, aut exercuisse noscuntur, & illos etiam quibus idem tabellionatus officium ratione prefati negotij fidei fuit ab Apostolica sede commissum: & in posterum cōmittetur, concedentes huiusmodi fratribus, necnon & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in sæculo, tabellionatus officiū habuerunt, & exercuerunt, D

† Eymer. 3. p. q. 18. & 19. E

quibusuis etiam clericis secularibus officium ipsum habentibus (etiam si ijdem fratres religiosi & clerici sint in sacris ordinibus constituti) exercendi libere officium ipsum, quoad prædicta, non obstante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis, quocunque vallato munimine, potestatem. A

Instruit Inquisitores, circa personas, per quas impediri posset vel differri Inquisitionis negotium, hoc dicit.

Compescendi præterea monitione præmissa per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita prędicatores † questuarios (vbi contigerit pro Inquisitionis seu fidei negotio, congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio, quomodolibet ex hoc impedimentū aliquod afferri) à prędicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet (quorum interest tantum charitatiua subsidia suppliciter petere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrū concedimus auctoritate presentium facultatem. Deniq; vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrum coercionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas; volumus, vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij secularis; contradictores per censuram Ecclesiasticā, appellatione postposita compescendo; Non obstantibus aliquibus priuilegijs vel indulgētijs, quibuscunq; personis cuiusuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum specialiter vel generaliter sub quacunq; verborum expressione vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterum concedendis; cum ex huiusmodi vel alijs priuilegijs vel indulgentiis nullum vobis in tantę pietatis negotio, velimus obstaculū interponi: & constitutione de duabus dietis edita in concilio gnali. Statuimus † insuper, vt potestas, capitaneus, seu rector, vel consules, seu quiuis alij, qui ciuitati præsunt, vel loco alteri ad præsens, aut præerunt in futurum, ad requisitionem diœcesanorum, vel vicariorum suorum, seu Inquisitorum hæreticę prauitatis iurent præcise attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari, toto tempore sui regiminis, in terris suæ iurisdictioni regiminiue subiectis constitutiones contra hæreticos, credētes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes à sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas: quas qui iurare noluerit, & seruare, vt infamis & tanquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur: nec vlterius potestas, capitaneus, cōsul, vel rector habeatur in aliquo, aut de cetero in aliquam dignitatem vel officium publicum vlterius assumatur: & quæ vt potestas, balliuus, consul, vel rector fecerit, nullā obtineant firmitatem. B

† Vide Cōci Triden. sess. 5. de refor. c. 2. in fine.

† Eymer. 3. parte, q. 32. Campeg. ad Zanch. c. 31.

Pœna Magistratuum leges contra hæreticos editas non seruantium.

Bonifacius octauus Inquisitoribus hæreticę prauitatis.

Comprehēdit ista decretalis plura vtilia pro expediendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

pediendo officio Inquisitorum. dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denũtiationes. dat potestatem vocandi peritos, clerum, & populum, vt eis assistant. dat potestatem procedendi contra illos, qui de sua in aliam prouinciam se transtulerunt. dat potestatem repetendi libros et processus, commutandi & mitigandi pœnas, priuãdi, & priuatos nuntiandi officijs & honoribus hæreticos, fautores, & defensores eorum: ita tamen quòd hoc fiat de diœcesanorũ vel in eorum absẽtia vicariorum suorum consilio, nisi ijdem scienter talibus beneficia contulissent. hoc dicit. Ioan. And.

CAP. XII.

Editum circa an. Domini 1296.

MVt commissi vobis officij debitum vtilius & vberius exequamini, sanctæ memoriæ Innoc. Alexan. & Clementis prædecessorũ nostrorum vestigijs inhærentes, vobis & vestrum singulis committendi † citationes & denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum tuleritis, Aduocandi † quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis assistant: & in huiusmodi ferendis sententiis præbeant consilium opportunum, ac eis, quòd super his vobis humiliter pareant in virtute obedientię iniungendi: Conuocandi † etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum (prout dicto negotio fidei uideritis expedire.) Et contra illos †, quos in prouincia, in qua uobis Inquisitionis officium est commissum, hæresis crimen constiterit commisisse (licet ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi, necnõ faciendi à quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta, in quibus Inquisitiones factę ac processus per quoscunque auctoritate sedis Apostolicę vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur: & illorum qui vestris mandatis obedientes, humiliter stant propter hæresim in carcere vel muro recluſi pœnam vnà cum prælatis, quorum iurisdictioni subsunt, mitigandi vel mutandi, cum videritis expedire: Priuandi † præterea vel priuatos nuntiandi dignitatibus ac aliis beneficiis Ecclesiasticis de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, & officiis publicis ac honoribus quibuscunque eosdem hæreticos, credentes, receptatores & defensores ipsorum, eorumque filios & nepotes plenam concedimus facultatem. Sunt autem diœcesani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficijs huiusmodi requirendi: Nisi forte constaret legitime, quòd ijdem scienter huiusmodi personis eadem beneficia contulissent: tũc enim eos in his requirendos non esse censemus, sed potius à suo iudice puniendos.

† Vide Eymer. 3. par. q. 25.

† Eyme. 3. p. q. 77.

† Eymer. 3. par. in forma monendi populum de sermone fidei habẽdo.

† Eymer. 3. par. q. 42.

† Eymer. 3. par. q. 113. & ibi dixi copiose.

Idem.

Christiani ad iudaismum transeuntes & redeuntes hæretici reputantur. hoc dicit, secundum Zenz.

CAP. XIII.

CONTRA [a] Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Iudęorum (etiã si huiusmodi redeũtes dum erant infantes, aut mortis metu, non tamẽ absolute, aut prędcise coacti baptizati fuerunt) erit tamquã contra hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos seu Iudæos conuicti: Et sicut contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum: sic contra fautores, receptatores, & defensores taliũ est procedendum.

COMMENT. XIII.

[a] *DE materia huius cap. præter Ancharanũ, Geminianũ, et alios interpretes hic, videndus est Eymericus par. 2. q. 44. & quos refero super eadem quæstione: Nunc omissis ceteris de quibus suis locis commodius differam, solum hic ostendam occasionem illorum verborum*, seu Iudæos conuicti, *quando Iudei admittantur ad testificandum contra Christianos: nam de alijs infidelibus quid sit sentiendum, agam cum Eymerico 3. par. q. 68. & seq. In primis explorati iuris est, infideles quicunque illi fuerint à testimonio dicendo contra Christianos repelli. authen. credentes. C. de hæret. c. 1. de testib. c. si hæreticus. c. non potest. 2. q. 7. c. ipsa pietas. 23. q. 4. et tradunt communiter Doctores in cap. 1. extra de hæret. quoniam. vt in d. c. non potest. scriptum est:* Non potest erga homines esse fidelis qui Deo extitit infidelis.

Iudei an & quando admittãtur ad testificãdum contra Christianos.

Ceterum in crimine hæresis in vniuersum infideles quicunque, & etiam Iudei aduersus Christianos testimonium dicunt, vt apertissime docet hoc responsum, vbi glos. in verbo, Iudęos. & ibidem Geminianus, Francus & ceteri communiter glos. in c. 1. de testib. verbo. fideles. vbi Doct. communiter Palacius Rubius in allegat. de hæresi. §. vltimo. Gondisalvus de hæret. q. 13. num. 10. Ioannes Rojas singula. 190. & copiose Felynus in c. Iudæi. de testibus. optime Hieronymus Gigas tract. de crim. læsæ maiestatis. lib. 2. tit. quomodo & per quos probetur. quæst. 10. & potissima ratio est, ne ex defectu probationum tam graue scelus impunitum remaneat. l. quoniam. in fine. C. de. hæret. c. dilecto. & c. significauit. de testib.

Neque hoc solum habet locum, quoties ageretur de conuincendo Christiano apostata, qui prius fuit Iudæus, & postea reiudaizauit, ut probat textus in d. c. contra Christianos. sed etiam cum ageretur de conuincendo Christiano non apostatante, seu totam religionem Christianam deserente, sed in vno vel altero tantum articulo delinquente: idque ob eandem rationem, ne videlicet crimen hoc remaneat impunitum: rursus etiam in fidei fauorem. argumento cap. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. quoniam si hæretici aduersus hæreticos admittuntur, vt optime docet Eymericus 3. par. q. 69. iure optimo etiam Iudæi admitti debent, cum commoda ratio diuersitatis assignari non possit, & maior prohibitio in hæretico, quàm in Iudæo esse videatur secundum glos. in c. pagani. 2. q. 7.

Ad hæc,

Ad hæc, Iudæi non modo recipiuntur in testes aduersus Christianos, eo modo quo proxime dictum est, sed etiam multo magis aduersus Iudæos non baptizatos, in omnibus illis casibus, in quibus ad iurisdictionem Inquisitorum pertinere noscuntur: id quod longa probatione non indiget: nam si ob fidei fauorem nõ prosunt sua priuilegia Christianis, quominus testimonio infidelium vrgeantur, nec proderunt infidelibus.

In quibus casibus Iudæi subsint Inquisit orũ potestati.

Qui sint autem casus, in quibus Iudæi nunquam baptizati Inquisitorum potestati supponuntur, tradit Eymericus 2. par. q. 44. 45. et 46. Repertorium Inquisitorum verbo, Iudęus. Campegius ad Zanchinum, cap. 36. vers. delinquunt circa fidem eorum. eleganter beatus Thomas 2. 2. q. 10. art. 8. ibi: Sunt tamen compellendi à fidelibus, si adsit facultas, vt fidem non impediant, vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiam apertis persecutionibus. *hæc ille. Quibus verbis amplissime complexus est in genere vir sanctus omnem causam ob quam possunt Inquisitores in Iudæos animaduertere.*

Veruntamen ne res controuersa amplius in dubium verteretur, sanctissimus Dominus noster Gregorius XIII. statuto quodam incipiente: Antiqua Iudæorum. edito anno Domini 1581. Calend. Iunij, nominatim decreuit blasphemias & flagitia Iudęorum, in quę hæreticæ prauitatis Inquisitores animaduertunt. Id statutum in fine Directorij inter alias litteras Apostolicas curauimus imprimendũ.

An autem cum Iudæi vel alij infideles testificantur aduersus catholicum, perinde sit de illis iudicandum, ac de testibus alijs integris, quorum duo plenam faciunt probationem, grauis est quæstio, quã non patitur huius commentarij breuitas. Reijciam eam in 3. par. quæst. 64. vbi est proprius locus. videto interim Palacium Rubium in allegatione de hæresi. §. 15. Aretinum in c. fin. de testib. Albertinum de agnos. assertio. q. 34. nu. 3. & seq. ceteros præcitato loco apud Eymericum referam.

Forma iuramẽti Iudęorum.

Denique illud monere oportet, ut quando Iudęus admittitur in testem, iuret de dicenda veritate non super Euangelia, quibus non credit, sed super legem suam. ita Ioan. de Imola in Clemen. 1. de testi. & Antonius Butrius in prœmio Decretaliũ. Qualis autem sit eius iuramenti forma, tradit Specul. tit. de iuramen. calum. §. restat. vers. penul. sed melius Repertorium Inquisitorum, verbo, iuramentum. §. sequitur videre. & sequen.

Idem.

Non confiscantur dotes vxorum innocentium, propter hæresim maritorũ. hoc dicit, secundũ Zenze.

CAP. XIIII.

† Eymer. 3. par. q. 111. & dixi ibi plenissime.

DECREVIT † felicis recordationis Innocentius Papa quartus, quòd propter hæresim maritorum, vxorum catholicarum, dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus: nisi forte mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant.

Idem.

Filij hereticorum vsque ad secundam lineam paternam, ad primam vero maternã sunt inhabiles ad beneficium Ecclesiasticum, vel officium seculare, si patres ante mortem Ecclesię reincorporati non fuerint. hoc dicit, secundum Domi.

CAP. XV.

† Eymericus 3. par. q. 114. 115. & dixi ibidem plenissime.

STATVTVM † felicis recordationis Innocentij & Alexandri prędecessorum nostrorum: ne videlicet hæretici, credẽtes, receptatores, defensores & fautores eorum, ipsorumque Filij vsq; ad secundam generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, seu publicũ officium admittantur: quòd si secus actum fuerit, sit irritum & inane: primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam vero ad primum duntaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hæreticorum, credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur: nõ autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesię vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesię pœnitentiam recepisse: quam ipsi vel iam perfecerũt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

Idem.

Inquisitor Papæ super hæresi sine speciali mandato non inquirit contra episcopum: sed si eum culpabilem sciuerit, nuntiabit Papę. hoc dicit. Io. An.

CAP. XVI.

† Vide Eymer. 3. par. q. 26. 27. 30. & dixi ibidẽ copiose.

INQVISITORES † hæreticæ prauitatis, ab Apostolica sede seu alio vel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere cõtra Episcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos: Nisi in litteris commissionis Apostolicę, quòd hoc possint, contineatur expresse. Si tamen Inquisitores ipsi, Episcopos, vel alios superiores prælatos sciuerint, vel inuenerint circa crimẽ hæreseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere vel suspectos; id tenebuntur sedi Apostolicę nuntiare.

Idem.

Non derogatur ordinarijs super processu hereticorũ, licet Papa generaliter alteri deleget. Et super eodem facto episcopus & Inquisitor possunt procedere communiter vel diuisim, vel proferre sententiam, in qua si discordant, debent Papę referre. Et episcopi qualitercunque procedant, debent seruare modum Inquisitoribus impositum. hoc dicit. Domi.

CAP. XVII.

† Hæc decretalis declaratur per extra uag. Ex eo. tit. de hæret. quæ paulo post inseritur.

PER hoc, † quod negotium hæreticæ prauitatis alicui vel aliquibus ab Apostolica sede generaliter in aliqua prouincia, ciuitate vel diœcesi delegatur, diœcesanis episcopis, quin

Universidad de Deusto
Biblioteca

pis, quin & ipsi auctoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodem procedere valeant, nolumus derogari. Verum vt dictum inquisitionis negotium efficacius, melius, vtiliusque procedat: concedimus, quòd per Episcopos ipsos, & per Inquisitores, de facto eodem inquiri valeat communiter vel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus, vt per hoc possit melius veritas inueniri: & nisi hoc casu Inquisitores in sententiæ prolatione diœcesanis vel econtra duxerint deferendum, per vtrosque simul sententia proferatur: in qua ferenda, si non conuenerint, per vtrosque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur. Siue autem ordinaria, siue delegata Episcopi potestate procedant: illum in procedendo modum obseruent, quem Inquisitores possunt & debent per iura communia, vel per speciales concessiones seu ordinationes sedis Apostolicæ obseruare.

Idem.

Episcopis et Inquisitoribus hæresis non resistant, sed omnino pareant Domini temporales: & de eo crimine non cognoscant: aliàs prout dicitur hic, puniuntur. hoc dicit, secundum Zen.

CAP. XVIII.

† Vide Eymer. 3. p. q. 35. & alijs multis:

VT inquisitionis † negotium contra hæreticam prauitatem ad Dei gloriam & augmentum fidei nostris temporibus prosperetur, leges quasdam per Federicũ olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ persistentem Ecclesiæ promulgatas (quatenus Dei & Ecclesiæ sanctæ suę honorem promouent, & hęreticorum exterminium prosequuntur, & statutis canonicis non obsistunt) approbantes, & obseruari volentes: vniuersos seculi potestates & Dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumque locorum rectores, quibuscunque dignitatibus vel officijs aut nominibus censeantur, requirimus & monemus, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei diœcesanis Episcopis & Inquisitoribus hæreticę prauitatis à sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis pareant, & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti: & vt præfatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem Episcoporum, aut Inquisitorum dictorum, vel ad locum, de quo ipsi, vel aliqui ex eis mandauerint, intra eorũdem dominorum potestatem, vel rectorum districtum ducant, vel duci faciant sine mora: vbi per viros catholicos à præfatis Episcopis, seu Inquisitoribus, vel eorum aliquo deputatos sub arcta & diligenti custodia teneantur, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur. Vtque de hæresi à diœcesano Episcopo vel Inquisitore seu Inquisitoribus cõdemnatos præfati potestates, Domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales, seu nuntij sibi relictos statim recipiant indilate animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus †, seu proclamationibus prędictorũ nequitiæ filiorum: cum tam secundum ordinationem prædecessorum nostrorũ, quàm secundũ legem imperialem appellationis, & proclamationis beneficium expresse sit hęrericis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum. Prohibemus † quoque districtius potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus eorundemq; officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticũ) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absq; dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltẽ alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent; aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, prompte (prout ad suum spectat officiũ) facere seu adimplere detrectẽt: vel aliàs diœcesanorum, aut Inquisitorum iudicium, sententiã seu processum directe, vel indirecte impedire præsumãt. Si quis vero de prędictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu balliuis contra prędicta fecerit, aut præfato fidei negotio fœpefatis diœcesano episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumserit, vel ipsum aliquatenus impedire; necnon & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur.

† Eymer. 3. parte, quæst. 117. Cont. Bru. lib. 4. de hæret. c. 16.

† Eymer. 3. par. q. 36. vbi vide quę diximus.

Idem.

Bona hereticorum ipso iure sunt confiscata: quod probatur triplici argumento legali. Sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum sæcularẽ, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine, per iudicem Ecclesiasticum, qui hoc possit. Ioan. And.

CAP. XIX.

† De materia huius copiose egimus cum Eymerico p. 3. q. 109. & seq.

CVM secundum † leges ciuiles nefarias naturæ contrarias incestas nuptias contrahentes, eo ipso suarum dominium rerum perdant: Et mulier humanam legem transgrediens, & (præsertim parentibus suis non consentientibus) raptoris nuptias eligens bona omnia, quæ per legem sibi obuenerant à raptore, ac alijs consortibus raptus, ipso iure amittat: certoq; casu deferantur in fiscum: Ac etiam illicitas species transuehens: Aut rerum victarum professionem omittens, earundem specierum & rerum proprietate hoc ipso priuetur, & fisco rerum & specierũ dictarum proprietas acquiratur: Bona hæreticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quàm prædicti delinquunt) ipso iure de fratrum nostrorum consilio, decernimus confiscata. Cõfiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes,

Principes, aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papę prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci vel aliam personam ecclesiasticam, quę super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.

Idem.

In causa hæresis proceditur simpliciter & de plano: & dicta testiũ & accusatorum non publicãtur, si periculum timeatur. hoc dicit, secundum Zen.

CAP. XX.

STATVTA quædam felicis recordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis prędecessorũ nostrorum quibusdam declaratis & additis recensentes: concedimus, quòd in Inquisitionis hęreticæ prauitatis negotio procedi possit simpliciter † & de plano, & absq; aduocatorũ ac iudiciorum strepitu & figura. Iubemus tamen, q si accusatoribus vel testibus, in causa heresis intenuenientibus, seu deponentibus (propter potentiam personarum contra quas inquiritur) videat Episcopus vel Inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem † nominum eorum: ipsorum nomina nõ publicet, sed secreto coram diœcesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando Inquisitores procedant: quando vero procedit Episcopus, corã Inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem, ac nihilominus siue Episcopus, siue Inquisitores processerint, aliquibus aliis † personis prouidis & honestis, iurisq; peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totũ processum super quo deliberandum est, seriose manifestari, ac integra liter explicari, & de ipsorum consilio, ad sententiam vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: sicque (non obstante, q illis, contra quos huiusmodi deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam, plena fides depositionibus testium eorũdem. Et ut eorundem accusatorum & testium periculis, efficacius occuratur, & cautius in Inquisitionis negotio procedatur, prędictis constitutionis auctoritate permittimus, q Episcopus vel Inquisitores, secretũ †possint indicere illis quibus (vt premissum est) processum huiusmodi explicabunt: & in eos si arcana consilij, seu processus, sibi sub secreto ab eisdem Episcopo vel Inquisitoribus patefacta, præter eorum licentiam alijs patefecerint, excõmunicationis sententiam, quam ex secreti violatione ipso facto incurrant (si eis expedire uidebitur) promulgare: sic tamen, quòd Inquisitores Episcopum, vel Episcopus Inquisitores nõ excommunicent hac de causa, sed ipsi ex iniuncto exnunc à nobis sub virtute sanctæ obedientię districto præcepto ad secretum huiusmodi teneantur. Cessante † vero periculo supradicto, accusatorum & testium nomina (prout in aliis fit iudicijs) publicentur. Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos q Inquisitores puram & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum uel testium nomina supprimenda vbi est securitas, periculum esse dicãt: nec in eorum discrimen securitatem asserant, vbi tale periculum immineret, super hoc corundẽ conscientias onerantes. Constitutiones † vero, ordinationes, & mandata aliaprędecessorum nostrorum, in negotio hæreticę prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus suprascriptis super eadem editis prauitate non obuient, in suo volumus robore permanere.

† Eymer. 3. p. q. 78. 79. 80. cũ seq. & ibi ẽt diximus.

† De hoc pulchre Eymer. 3. p. q. 75. & ibi etiam diximus.

† Eymer. 3. p. q. 34. & ibi dixi.

† Vide Eymeric. 3. p. q. 75. & quæ ibidẽ scripsimus.

† Cõcor. ter. in Cle. 1. §. vltimo de hær.

Quid possit Inquisitor si ne Episcopo, & viceuersa.

DECRETALES TITVLI
DE HAERETICIS
IN CLEMENTINIS.

Clemens V. in concilio Viennen.

Præmittit constitutionis causam. Io. And.

† De materia huius Clem Eymer. 1. p. q. 18. & seq.

CAP. I.

VLTORVM † querela sedis Apostolicę pulsauit auditum, quòd nonnulli Inquisitores per sedem eandẽ contra prauitatem hæreticam deputati, metas sibi traditas excedentes, sic interdum extẽdunt suę potestatis officium, vt quod in augmẽtum fidei, per circumspectam eiusdem sedis vigilantiam, salubriter est prouisum (dum sub pietatis specie grauantur innoxij) cedat in fidelium detrimentum.

Ponit constitutionem, de officio Inquisitionis exercendo, per diœcesanos & Inquisitores, primo ponens quinque, quę potest alter sine altero. Secundo tria, quę non potest, & decretum apponit, submittens quomodo impeditus vel interesse nolens cõmittit alij vel consentit. Ioan. And.

Propter quod ad Dei gloriam & augmẽtum eiusdem fidei, vt negotium Inquisitionis huiusmodi, eo prosperetur felicius, quo deinceps eiusdem labis indago solennius, diligentius, & cautius peragetur: ipsum tam per diœcesanos Episcopos, quàm per Inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore ac cuiuslibet commodi tẽporalis affectione semotis) decernimus exerceri: Sic quòd quilibet de prędictis sine alio citare possit & arrestare siue capere ac tutę custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus vel manicis ferreis, si ei visum

Universidad de Deusto Biblioteca

ſum fuerit faciendum: ſuper quo ipſius conſcientiam oneramus, necnon inquirere contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio ſecũdum Deum & iuſtitiam viderit expedire. Duro tamen tradere carceri ſiue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra † eos Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano, aut eius officiali, vel Epiſcopali ſede vacante capituli ſuper hoc delegato, ſi ſui adinuicem copiam habere valeant intra octo dierum ſpatium, poſtquam ſe inuicem requiſierint, non valebit. Et ſi ſecus præſumptum fuerit, nullum ſit & irritum ipſo iure. Verum ſi Epiſcopus, vel eius capituli (ſede vacante) delegatus cum Inquiſitore, aut Inquiſitor cum altero eorundem, propter pręmiſſa nequeat, aut nolit perſonaliter conuenire: poſsit epiſcopus vel eius, ſeu capituli (ſede vacante) delegatus Inquiſitori, & Inquiſitor Epiſcopo vel eius delegato, ſeu ſede vacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus ſuper illis, cõmittere vices ſuas, vel ſuũ ſignificare per litteras conſilium & conſenſum.

† Sed quid ſi pro eis; vide Eymer. 3. p. q. 84. & ibi dixi copioſe.

Prouidet circa muros, vel carceres hęreticorũ, ipſorum claues, cuſtodes, & cuſtodum miniſtros. Ioan. And.

Sane †, quia circa cuſtodiam carcerum hęreticalium, qui muri in quibuſdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes ſuper hoc prouidere; ſtatuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quem decetero epiſcopo & Inquiſitori prædictis volumus fore communem, duos cuſtodes habeat principales, diſcretos, induſtrios & fideles: vnum quẽ volet Epiſcopus, & prouidebit eidem; alium de quo voluerit Inquiſitor, cui etiam prouidebit: & quilibet prædictorum cuſtodum ſub ſe alium bonum, & fidum poterit habere miniſtrum. In quolibet etiam conclaui eiuſdem carceris ſiue muri, erunt duæ claues diuerſæ: quarũ vnam vnus, aliam alius tenebit prędictorum cuſtodum, & eam cum officio miniſtrandi, quę incarceratis fuerint miniſtranda, ſuo poterit committere vel ſubdelegare miniſtro.

† Copioſe Eymer. 3. p. q. 58. & 59.

Cuſtodes hęreticorũ, qd facere debeant.

Ponit iuramentum cuſtodum, miniſtrorũ ſuorũ, & notariorum, & aliorum officialium. Ioan. And.

Porro coram Epiſcopo vel capitulo ſede vacante & Inquiſitore, prędictis vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti, antequam ſuum officiũ exequantur; iurabunt ad ſancta Dei Euangelia corporaliter à ſe tacta, quòd in cuſtodia immuratorum & aliorum pro crimine ſupradicto, in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum, omnem diligentiam & ſollicitudinem quam poterũt fideliter adhibebunt. Et quòd alicui incarcerato, nihil vnus in ſecreto loquetur, quin hoc audiat alter cuſtos. Et quòd prouiſionem quam incarcerati recipiunt, ex ordinatione communi, & illud quod à parẽtibus, & amicis vel aliis perſonis fidelibus offeretur eiſdem (niſi epiſcopi & Inquiſitoris vel ſuorum commiſſariorum ordinatio refragetur) ipſis fideliter & abſq; diminutione aliqua miniſtrabunt, nec in his fraudem aliquam adhibebunt. Et idem iuramentum & coram eiſdem perſonis miniſtri cuſtodum priuſquam ſuũ exerceant officium, exhibebunt. Et quia ſepe contingit, epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis Inquiſitoribus non communes: volumus, & diſtricte pręcipimus, vt cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine cuſtodiã per Epiſcopos, vel ſede vacante per capitulum deputandi, & eorum miniſtri coram dictis Inquiſitoribus vel ſubſtitutis ab eis præſtent ſimile iuramentum. Notarij † quoque Inquiſitionis coram Epiſcopo & Inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis iurabunt ſuũ officiũ fideliter exercere. Et idẽ fiet de alijs perſonis neceſſariis ad prædictum officium exequẽdũ.

† Eymer. 3. par. q. 60.

Punit Epiſcopos, Inquiſitores, & eorum ſubſtitutos, qui faciendo vel omittendo delinquunt in officio. hoc dicit. Ioan. And.

Verum quia nimis eſt graue, ad exterminationem prauitatis prædictæ non agere quod ipſius contagioſa enormitas agendum requirit: graue eſt quoque & damnatione dignisſimum malitioſe inſontibus eandem imponere prauitatem: Epiſcopo & Inquiſitori prædictis, ac aliis ad dicti executionem officij ſubſtituendis ab eis, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ pręcipimus, vt ſic diſcrete & prompte contra ſuſpectos vel diffamatos de huiuſmodi prauitate procedãt, quòd malitioſe aut fraudulenter tãtam labem, ſeu quòd ipſos in executione officij Inquiſitionis impediat, falſo alicui non imponant. Quòd ſi odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu contra iuſtitiam, & cõſcientiam ſuam omiſerint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum ſuper huiuſmodi prauitate, aut obtentu eodem prauitatem ipſam vel impedimentum officij ſui alicui imponẽdo, eũ ſuper hoc præſumpſerint quoquomodo vexare (præter alias pœnas, pro qualitate culpæ imponendas eiſdem) Epiſcopus aut ſuperior ſuſpẽſionis ab officio per triẽnium, alij vero excommunicationis ſententias eo ipſo incurrant. A qua quidem excommunicationis ſententia, qui eandem incurrerint, niſi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa) abſolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio ſuffragante.

Pœna Inquiſitorum crimẽ hęreſeos alicui imponentium.

Confirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Ioan. And.

Alia ſane †, quæ circa præmiſſum Inquiſitionis officium, à noſtris ſunt prædeceſſoribus inſtituta (quatenus præſenti decreto non obuiant) ſacri approbatione concilij roborata, in ſua volumus firmitate manere.

† Concordat tex. in c. vlt. in fine de hęret. lib. 6.

Idem in eodem.

Primo ponẽs conſtitutionis cauſam, determinat ætatem Inquiſitorum. Secundo punit Inquiſitores, qui prætextu officij pecuniam illicitis modis extorquent, vel ob delictum clericorum eccleſiarum bona confiſcant. Tertio pręcipit notarijs officialibus & focijs, ut hoc facientes; reprehendãt, & ſuperioribus denuntient, ſi probare poſſunt. Quarto prohibet Inquiſitoribus abuſum armorum, et circa quantitatẽ vel qualitatẽ officialium. hoc dicit. Ioan. Andr.

CAP. II.

Nolentes ſplendorem ſolitũ negotij fidei per actus indiſcretos & improbos quorumuis Inquiſitorum hæreticæ prauitatis, quaſi tenebroſi fumi caligine obfuſcari: hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus nullis exnũc, niſi qui quadrageſimum † ætatis annum attigerint, officium inquiſitionis prędictæ cõmitti Inquiſitoribus. Et tam ipſorum, q̃ Epiſcoporum, ſeu capitulorũ ſede vacante ſuper hoc deputatis cõmiſſarijs † quibuſcuuq; diſtrictius iniũgentes, ne pretextu officij inquiſitionis, quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueãt: nec ſcienter attentent eccleſiarum bona ob clericorum delictũ prædicti occaſione officij fiſco ẽt Eccleſiæ applicare. Quòd ſi ſecus in his, vel eorũ altero fecerint, excõmunicationis ſententię eos ſubiacere decernimus ipſo facto: à qua non poſsint abſolui pręterquã in mortis articulo, donec illis à quibus extorſerint, plene ſatisfecerint de pecunia ſic extorta. Nullis priuilegiis, pactis, aut remiſsionibus ſuper hoc valituris. Notarij vero & officiales dicti officij, necnon fratres & ſocij Inquiſitorum & cõmiſſariorũ ipſorum, qui dictos Inquiſitores aut cõmiſſarios ſecrete nouerint talia cõmiſiſſe (ſi indignationem Dei & Apoſtolicæ ſedis vitare voluerint & offenſam) ipſos grauiter arguere & corrigere ſtudeant in ſecreto. Quòd ſi taliter ea ſciuerint, vt ea probare valeant, ſi ſit opus, hęc prælatis Inquiſitorum & cõmiſſariorum eorundem, ad quos id pertinebit, nuntiare ſollicite debeant. Qui equidẽ pręlati, Inquiſitores & cõmiſſarios prædictos reos inde repertos ab officiis amouere, & amotos aliàs punire debite, ſeu corrigere teneantur. Pręlatis aũt Inquiſitorum id negligentibus agere, præmiſſa oĩa nuntiari per prædictos locorum ordinarios volumus, quibus vt ea in Apoſtolicę ſedis notitiam perferant, in virtute ſanctæ obedientię diſtricte præcipimus & mandamus. Porro † Inquiſitoribus ipſis, diſtrictius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſsione portationis armorum, nec officiales niſi ſibi neceſſarios habeãt tales, qui ſe cõferant ad ſua cũ Inquiſitoribus ipſis officia exequenda.

† Inquiſitorum ętas, de qua Eymer. 3. par. q. 2.

† De cõmiſſariis Eyme. 3. par. q. 13. & ſeq.

† Eymer. 3. p. q. 56. Gondiſſaluus de hęret. q. 11. nu. 35. & ſeq.

Idem in eodem.

Damnat ſectam Beguardorum, et Beguinarũ Alemanię, et octo ipſius errores: excitãs diœceſanorũ et Inquiſitorũ officium contra illos. hoc dicit. Io. And.

CAP. III.

Ad noſtrum † (qui deſideranter in votis gerimus, vt fides catholica noſtris proſperetur temporibus, & prauitas hæretica de finibus fideliũ extirpetur) non ſine diſplicentia grãdi peruenit auditum, q͏ ſecta quędam abominabilis quorundam hominum malignorũ, qui Beguardi, & quarundam infidelium mulierum, quæ Beguinæ vulgariter appellantur in Regno Alemaniæ (procurante ſatore malorum operum) damnabiliter inſurrexit: tenens & aſſerens doctrina ſua ſacrilega & peruerſa, inferius deſignatos errores. Primo, uidelicet, q͏ hõ in uita pręſenti tantũ & talem perfectionis gradũ põt acquirere, q͏ reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit: nã (vt dicũt) ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri. Secundo, q͏ ieiunare non oportet hominem, nec orare poſtquam gradum perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ita perfecte ſpiritui & rationi ſubiecta, q͏ hõ põt libere corpori cõcedere quicquid placet. Tertio, q͏ illi, qui ſunt in prædicto gradu perfectionis, & in ſpiritu libertatis, nõ ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta eccleſiæ obligãtur; quia (vt aſſerũt) vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. Quarto, q͏ hõ põt ita finalem beatitudinem, ſecũdũ omnẽ gradũ perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in vita obtinebit beata. Quinto, q͏ quælibet intellectualis natura, in ſeipſa naturaliter eſt beata: quòdq; anima non indiget lumine gloriæ, ipſam eleuante ad Deum videndum, & eo beatę fruendum. Sexto, q͏ ſe in actibus exercere virtutũ eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licẽtiat à ſe virtutes. Septimo, q͏ mulieris oſculum (cũ ad hoc natura non inclinet) eſt mortale peccatum: Actus autẽ carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non eſt, maxime cum tẽtatur exercẽs. Octauo, q͏ in eleuatione corporis Ieſu Chriſti nõ debent aſſurgere nec eidem reuerentiã exhibere: aſſerentes, q͏ eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate, & altitudine ſuæ contemplationis, tantum deſcenderent, q͏ circa myſterium ſeu ſacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſsionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent. Nonnulla etiam alia ſub ſimulata quadam ſanctitatis ſpecie dicunt, faciunt, & cõmittunt, quæ oculos diuinæ maieſtatis offendunt, & graue in ſe continent periculum animarum. Cum autem ex debito cõmiſsi nobis officij, huiuſmodi ſectam deteſtabilẽ, & pręmiſſos ipſius execrandos errores (ne propagentur vlterius, & per eos corda fidelium damnabiliter corrumpantur) extirpare ab Eccleſia catholica neceſſario habeamus: Nos ſacro approbante concilio, ſectam ipſam, cũ præmiſsis erroribus damnamus & reprobamus omnino, inhibentes diſtrictius, ne quis ipſos de cetero teneat, approbet vel defẽdat: Eos autem, qui ſecus egerint, animaduerſione canonica decernimus puniendos. Porro diœceſani & illarum partium Inquiſitores hęreticę prauitatis, in quibus Beguardi & Beguinæ huiuſmodi cõmorantur, ſuum officiũ circa eos diligenter exerceant, inquirentes de vita & conuerſatione ipſorum, qualiterve ſentiant de articulis fidei, & Eccleſiæ ſacramentis. In illos vero, quos culpabiles repererint (niſi abiuratis ſponte prædictis erroribus pęnituerint, & ſatisfactionem exhibuerint competẽtem) debitam exerceant vltionem.

† De ſecta & erroribus Beguardorũ uide Clem. 1. de religioſ. domib. & extrauag. Io. xxii. incip. ſancta Romana tit. de religioſ. domib. & extrauag. Iõan. xxii. incipiẽ. Ratio recta. eod. tit. inter cões. Guidonẽ Carmelitam in sũma de hęreſib. ti. de hæreſibus Beguinorum & Eymericũ infra par. 2. q. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DECRETALES XIIII.
SVMPTAE DE DIVERSIS TITVLIS DECRETALIVM,
SEXTI ET CLEMENTINARVM
Inquisitionis officio congruentes.

Clemens V. in Concilio Viennen.

Et habetur in Clementinis, tit. de vsuris. cap. vnico. §. vltimo.

Pertinaciter asserens, exercere vsuras non esse peccatum, hæreticus est. Ioan. And.

†Vide Squillacen. de fide catho. c. 15. Zanch. de hæret. c. 15. Carer. de hæret. num. 9.

EX graui † ad nos: & infra. Sane, si quis in illum errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras non esse peccatum, Decernimus eum velut hæreticum puniendum: locorum nihilominus ordinarijs & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus districtius iniungentes, vt contra eos, quos de errore huiusmodi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquam cõtra diffamatos vel suspectos de hæresi procedere non omittant.

Ex Decretali b. tit. de purg. cano.

Innocentius iij. Senonen. Archiepiscopo.

Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest ne dum ab officio, sed etiam à beneficio donec se purgauerit. hoc primo. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum. hoc secundo. Ex causa interdum post purgationem præstitam suspenditur quis ad tempus. hoc tertio. Et deficiens in purgatione punitur, vt conuictus. hoc quarto.

CAP. X.

INTER a sollicitudines nostras, illa debet esse præcipua, vt capiamus vulpeculas: & infra. Licet ergo ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vsq; ad purgationem canonicam doceat suspendendos: quia tamen, cũ etiam à beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare. Nec illud etiam improbamus, quòd licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamẽ (fama publica deferente) voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgatam infamiã, graue scandalum, & vehementem suspicionẽ, ex testium dictis obortam, quæ contra decanum facere videbantur, cum b propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda: & seruantes c iustitiã, & molientes rigorem, purgationem ei xiiij. manus, sui ordinis duximus etiam indicendã. Ipsum igitur ad te remittentes, vt ibi purgetur, vbi nosci tur infamatus: Mandamus, quatenus accitis tecũ Niuernen. & Parisien. Episcopis, indictam ei purgationem accipias: ita tamen d vt qui ad eius purgationem processerint comprobandam, sint fide catholici, & vita probati, qui conuersationem & vitam ipsius non tam moderno tẽpore nouerint, quàm transacto: Purgatione vero recepta, beneficium ei restituere non postponas. In pœnam autẽ familiaritatis illius, quam cum hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eũ ab officio volumus manere suspensum: donec scandalum sopiatur, ita tamen e vt publice familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcipias f insuper ei districte, vt in prædicta & aliis villis circumpositis profiteatur & prædicet fidem catholicam, ac confundat & detestetur hæreticam prauitatẽ, sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam, & omne scandalum & suspicio de catholicorum mentibus deleatur. Quòd g si forsan in purgatione defecerit, eum ecclesiasticæ disciplinę mucrone percellas, & ab officio & beneficio depositum ad agendam pœnitentiam in arctum monasterium detrudere non omittas.

¶ Sane h in purgationibus faciendis, cum satis sit illis, qui pro purgando exhibent iuramentum, secundum propriam cõscientiam & opinionem iurare, quòd purgandus sit à crimine immunis, vel quòd bonum exhibuit iuramentum: si purgatores ab Ecclesia tolerentur, & sint bonę famę, in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, proculdubio sunt absque vllius indagine admittendi.

Qualitas cõ purgatorum

COMMENT. XIIII.

a INter sollicitudines.] *Dubitari potest, quo consilio Eymericus hanc decretalem & sequentes, hinc inde promptas, hic collocarit: sed causa in promptu est: nam quædam ex eis de pœnis hæreticorum agunt, quædam de pœnitentijs redeuntium, aliæ denique multas & varias difficultates, circa hæreticos, & eorum pœnas, & ordinem iudiciarium in hoc tribunali obseruandum declarant: vnde non sunt ab instituto suo alienæ, contra quam imperiti quidam sentiant, dicentes absurdum videri eisdem penitus verbis transcribere, quæ alibi passim reperiri possunt, quorum iniustis vocibus alibi plenius satisfecimus. In hac vero præcipue de purgatione canonica imponenda infamato de hæresi disseritur: item & de aliis quibusdam ad negotium de pœnis hæreticorum spectantibus, quorum cognitio valde est fidei iudicibus necessaria. nos omissis minus necessarijs, summatim more nostro vtiliora, frequentiora, & veriora trademus.*

Quo cõsilio Eyme. varias decretales nullo fere ordine seruato in 2. p Directorii posuerit.

Hoc tamen admonebo, vix commode hoc capit. intelligi posse, nisi videatur integra Decretalis libro 2. Regesti Innocentij III. cuius argumentum est: vt Decanus Niuernensis de hæresi suspectus & diffamatus, cogatur se purgare, atque abiurare: super quo Dominus Papa scribit Archiepiscopo Senonen.

b ¶ Cum

De purgatione canonica qui differentiæ.

b ¶ Cum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda.] *De purgatione canonica, quę ad præsens institutum attinet, disserunt communiter iuris interpretes in d. c. inter sollicitudines. & alibi sæpe, Repertorium Inquisitorum, Vmbertus Locatus, Bernardus Comensis in lucerna, Syluester, Angelus et ceteri in summis, verbo: purgatio. Campegius ad Zanchinum c. 11. Simancas de cath. instit. tit. 56. idem in enchyridio violatæ religionis, tit. 54. Gòdisalvus de hæret. q. 15. num. 11. copiose Eymericus 3. par. in 2. modo processum fidei terminandi. idem infra in hac 2. par. in concilio Tarraconensi, & q. 57. nonnulla ẽt Antonius Blancus tractatu de indicijs, nu. 283. & 284. vbi declarat quid dicatur purgationis iuramentum. Tabiensis in summa verbo, Inquisitor. §. 18. & alij multis locis.*

Purgatio canonica quid sit, & quãdo indicatur.

Est autem purgatio canonica ostensio innocentiæ de crimine obiecto, hęc indici potest, quoties aliquis graui hæreseos infamia laborat: aut vehementer est de hæresi suspectus: aut graue scandalum in causa fidei populo dedit, vt apertissime probant illa rescripti verba: Attendentes autem vulgatam infamiã, &c. *tametsi passim dicatur purgationem canonicam solum indicendam, cum reus publica laborat infamia: quod tamen non improbarim, cum vix reperiri possit aliquis esse vehementer suspectus, et graue scãdalum parturiens, qui publica non laboret infamia. denique nec ob has causas solum indicetur purgatio, cum arbitrio indicantis relinquatur, quando veis canonica purgatio indici debeat, ut rectè scripsit Dec. in c. at si clerici. de indic. n. 75.*

Purgatores & eorũ munus & numerus.

c ¶ Et seruantes iustitiam, & mollientes rigorem, purgationem ei xiiii. manus sui ordinis duximus etiam indicendam.] *Hi dicuntur compurgatores, quos forte Marcus Cicero actione ultima in Verrem laudatores appellat: tametsi per laudatores, testes probationis de uita & moribus intelligi potius crederem. Et purgatorum munus est iurare se credere, verum iurasse reum, cum dixit se nunquam aut commisisse, aut dixisse ea, ob quæ infamia laborat, quamquam autem XIIII. purgatores hic statuãtur, non tamen putandum est id perpetuum esse, hoc est, quemlibet purgãdum, tot purgatores habere oportere: quoniam taxare hunc numerum arbitrio iudicis relinquitur, iuxta qualitatem criminis, infamię, & personę, qua in re prudentissimum esse oportet, ne tot requirat, qui vel inueniri non possint, vel purgare nolint, quod in manifestum vergeret purgandi detrimentum. Panorm. in c. cũ in iuuentute de purg. cano. Bernardus in lucerna, verbo, purgatio. §. 3.*

Purgatores quales eẽ debeãt, & quot in eis requirantur.

d ¶ Ita tamen vt qui ad eius purgationem processerint comprobãdam, sint fide catholici.] *Hęc est purgatorum qualitas, & concordat textus in c. si legitimi. 2. q. 4. c. cum P. Manconella. c. constitutus. c. dilectus. de purg. cano. tradit Simancas de catho. instit. tit. 56. nu. 11. Umbertus verbo, purgatio. n. 9. & alij præcitatis locis.*

Obseruandum hic est, in compurgatoribus plura requiri, vt huic muneri satisfaciant. Primum, vt ab Ecclesia tolerentur: secundo quòd sint bonæ famę: tertio, quòd non fuerint de criminibus condemnati: quarto, vt habeant notam uitam illius, quem purgãt: quinto, quòd iurent secundum suam conscientiam se

A *credere, verum iurasse reum. Panormitanus in d. cap. constitutus. de purgat. cano. Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. § nota quòd in compurgatoribus. Postremo (vt vno verbo dicam) tales personæ recipiendę sunt, seu admittendę ad aliquem compurgandum, de quibus verisimile sit, quòd non debeant alicuius obtentu deierare, sicut ait Alexander III. scribens Episcopo Cestrensi, vt habetur in cap. insinuatum. 15. titulo de simon. quod refertur post Concilium Lateranen. sub Alexan. III. par. 2. adde Bernardinum Diaz in practica crim. cano. cap. 140.*

e ¶ Ita tamen vt familiaritatem hęreticorum abiuret.] *Sed nonne valde iniquum est pro eodem crimine debere quemquam pluribus teneri legibus, aut pœnis coerceri? cum diuinitus Naum Propheta dixerit capitulo 1.* Non consurget duplex tribulatio: neque vindicabit Dominus bis in idipsum. *capit. sceleratior. capit. sunt plures. de pœn. distin. 3. cap. presbyter. 81. distinct. Cum ergo iam fuerit canonica purgatio indicta, iniquum est nunc ad abiurationem eundem reum compellere. Campegius ad Zanchinum capit. 11. versic. doctrinam hanc. dicebat ratione infamiæ purgationem indici; ratione vero suspicionis abiurationem: quæ sententia diligentius inspecta forte vera non est: quoniam per purgationem ablata est etiam suspicio, vnde non est amplius abiuratio imponenda. ergo verior est Panormitani expositio in dicto capitu. inter sollicitudines. num. 3. dicentis, propter infamiam, graue scandalum, & vehementem suspicionem ex dictis testium obortam, purgationem fuisse indictam: rursus quia reus ille scienter cum hæreticis familiaritatem inierat, quę legitime probata erat, coactus est abiurare, non quidem illas hæreses, de quarum suspicione iam purgatus erat, sed solam familiaritatem cũ hæreticis initam.*

An purgatio & abiuratio simul sit alicui iniungẽda.

Atque ex hac interpretatione, quæ semper mihi verior visa est, refellitur sentẽtia Cardinalis in Clẽ. 1. de vsuris. §. fane. q. 22. n. 12. & Francisci Squillacensis tract. de fide catho. c. 31. nu. 1. & quorundam aliorum asserentium, reum vehementer suspectum prius torquendum: quòd si nihil confiteatur, purgationem ei esse indicendam, & si fuerit expurgatus tãdem vt abiurare quoque compellatur: nam hęc sententia nimis est sæua, & cum vnaquæque harum pœnarum sit efficax ad tollẽdam suspicionem, plane iniquum est reum tot pœnis subijcere. ita Simancas de catho. instit. tit. 56. nu. 18. & seq.

Circa reũ uehementer suspectũ quid obseruandũ.

Ceterum in hac causa obseruanda mihi videtur doctrina Madrilianæ instructionis Hispaniæ anni Domini 1561. cap. 34. quę ita ferme habet: Si reus suspectus perseuerit tormentum, debent tunc Inquisitores arbitrari & considerare qualitatem indiciorum, & quantitatem & formam seu modum tormenti, & dispositionem seu naturam & ętatem ipsius rei torti; quibus omnibus consideratis si uisum fuerit quòd reus sufficienter purgauerit omnia indicia, absoluent eum ab ea iudicij instantia. quòd si ob aliquam rationem & causam visum fuerit, (consideratis prædictis qualitatibus) tormentum non fuisse inflictum cum debito rigore; tunc imponere ei poterunt abiurationẽ de leui;

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel uehemẽti, aut aliquam pœnam pecuniariam: quamquam hęc fieri non debeant nisi cum magna consideratione, & quando indicia non credũtur sufficienter purgata. *hæc ibi. Quod mihi iustissimum videtur, et obseruandum penitus in praxi, quotiens is casus occurreret, qui sæpissime occurrere solet. atque hoc etiam sensisse videtur Eymericus, si diligenter inspiciatur, .par. in 3. modo processum fidei terminandi, num.* 157.

Quando iniungendum reo. ut publice si iem laudet, & errores detestetur.

f ¶ Præcipias insuper ei districte, ut in prędicta, & alijs villis.] *Hunc locum pulchre interpretatur Zanchinus de hæreticis c. 20. nu. 2. versi. item si talis. Repertorium verbo, pœnitentia. versi. item si male. & similis omnino pœnitentia iniungitur per Ioannem XXII. in extrauag.* Vas electionis. *de hæret. in fine, relata in hac 2. parte.*

Est autem hæc pœnitentia ualde conueniens: nam medicina debet esse morbo contraria. itaque si de fide verbis aut factis male senserat, iubendus est eam publice laudare & prędicare, & contrarios errores diffiteri: sed hæc pœnitentia doctis, non imperitis imponenda est.

Qualis sit pœna deficiẽtis in purgatiõe.

g ¶ Quòd si forsan in purgatione defecerit.] *Sed quę est pœna deficientis in purgatione? vide Hostiensem in sum. tit. de purg. cano. §. quæ sit pœna. num. 7. Vmbertum verbo, purgatio. num. 9. 10. & 11. Repertorium verbo, deficiens. Simancam de catho. instit. tit. 56. num. 13. & seq. & Archidiaconum in c. accusatus. §. 1. de hæret lib. 6. quorum communis regula est, quòd sicut puniretur reus de crimine, de quo impetebatur, si conuinceretur, considerato modo agendi, sic punietur si in purgatione deficiat. causam tradit elegãter Archid. prędicto loco: dummodo intelligamus mitius agendum esse, si agatur per uiam inquisitionis, quàm si ageretur per modum accusationis, vt tradit And. Tiraq. tract. de pœn. temper aut remittendis, causa* 53.

Deficiens in purgatione habetur pro conuicto.

Receptum tamen est, deficientem in purgatione pro conuicto, & in causa nostra pro consummato hęretico habendum esse. c. de hoc. & c. insinuatum. de simonia. vbi communiter Doctor. Panormitanus & alij cõmuniter hic. Bernardus in lucerna verbo purgatio. nu. 7. & cum in tribunali inquisitionis receptum nunc sit, vt fiscalis semper accuset, cõsequitur plane, vt pœna ordinaria reus in purgatione deficiẽs puniri debeat. itaque & curiæ sæculari relinqui potest ultimo plectendus supplicio.

Deficiens in purgatione si pœnitear, an recipiendus.

Sed quid si pœniteat, & misericordiam imploret, erit ne audiendus? & verius & receptius est, vt audiatur & admittatur ad Ecclesiæ gremium: nam si is, qui vere conuictus vel confessus est, si admitti humiliter postulet, non traditur curiæ sæculari, multo minus is tradi debet, qui per probationem solũ præsumptiuam, qualis est purgatio, conuictus est. et hãc sententiam sequitur hic Panormitanus & Hostiensis, et ceteri communiter. Vmbertus in opere iudicali verbo purgatio. nu. 12. versi. nota etiam. Simancas de catho. instit. tit. 56 nu. 16. idem in enchyridio, tit. 54. num. 14. eleganter & copiose Bernardus in lucerna verbo purgatio. § 9.

Deficiens in purgatione. qui aliàs incidit in hæresim, curiæ sæculari tradendus.

Ceterum animaduertendum est, quòd si deficiens in purgatione aliàs incidisset in hæresim, nunc ex deficientia in purgatione tamquam conuictus & relapsus curiæ sæculari penitus tradendus esset: ita prædicti: vnde amplius consequitur, vt periculum proxime relatum euitetur, non esse facile purgationem canonicam per Inquisitores reis indicendam: est enim fragilis, fallax et incerta, cum ab aliorum opinione & voluntate pendeat. Itaque in Hispanijs quadam institutione Madriliana anni Domini 1561. c. 47. his ferme verbis salubriter cautum est: Ob malitiam humanam purgatio canonica periculosissimum est remedium, his præsertim temporibus: ideoque non multum est in vsu, quare illo vtendum raro, & cum magna cautela. *Mea hęc est sententia, tutius & salubrius esse ad alias pœnas arbitrarias, aliaque remedia confugere. Cetera huc spectantia, & in primis quę pertinent ad ritum purgationis, dicam cum Eymeri. 3. par. in 2. modo processum fidei terminandi.*

h ¶ Sane in purgationibus faciendis.] *Hæc verba, quæ sequuntur vsque in finem huius capitis, desumpta sunt ex c. constitutus. § sane. de purgat. cano. habentur in tribus Codicibus Barcinonen. impresso, Eonien. & Codice Cardinalis de Gambara: absunt tamen à Sabellano. Restituta sunt autem suæ integritati ex dicto c. constitutus. § sane. Eymericus uero ideo retulit, ut hinc colligeremus, quales esse debeant cõpurgatores: de quo diximus paulo antea, versi.* Obseruandum hic est.

Ex Decretalib. tit. de præsump.

Innocentius iij. Niuernen. Episcopo, & Archidiacono Bituricen.

Propter præsumptionem etiam vehementem, nõ debet quis de graui crimine condemnari.

CAP. XIIII.

LITTERAS[a] vestras accepimus continentes, q cum causa, quæ vertitur inter Altissiodorensem Episcopum, & quosdam Burgẽses de Charitate, quos idem Episcopus de hæresi impetebat, vobis & abbati Collon. à sede Apostolica delegata fuisset, vtraque pars vos duos sub certa persona sibi arbitros statuerunt, delegata vobis potestate nihilominus reseruata. G. autẽ lator præsentium vnus ex illis, hæresim suam fuerat publica voce confessus, & de [b] fratre suo similiter recognouerat, quòd eodem secum laborabat errore: & infra. Nos vero prædictum G. suspectum de hæresi vehementer habuimus: tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negauit: tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illum hęreticum, vel periurium postea commisit in Deum, purgando illum de hæresi: quorũ vtrũque reddit illum valde suspectum: quamquam [c] verisimilius videatur, quòd eo tempore, quo tanquam vere pœnitens ab hæresi reuertebatur ad fidem, tam graue mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quẽ tanquã charissimũ nõ asseruisset hęreticũ, nisi fuisset accẽsus zelo fidei orthodoxæ. vnde præsumitur, q cũ postea purgauit illum de

hæresi, turpiter deierauit. Quocirca mãdamus, quatenus cum propter solam suspicionem (quãuis vehementem) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem & tantã securitatem recipiatis ab ipso, præter iuratoriam cautionem, q timore pœnæ corporalis debeat coerceri, discretam ei pœnitentiam iniungentes, ex qua [d] valeat apparere, vtrũ in tenebris ambulet, an in luce: vtrũue sit vere pœnitens, an ficte conuersus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoueritis, non sinatis ipsum indebite molestari: alioquin eum tãquã hæreticum condemnetis.

COMMENT. XV.

Ex Ieuibus præsumptionibus nemo damnandus.

a LItteras vestras.] *Hoc rescripto aperte refellitur eorum opinatio, qui dicunt in crimine hęresis sufficere ad condemnandum leuiores probationes. quoniam ob grane delictum non debet quisquam puniri pœna ordinaria, etiam ob vehemẽtes præsumptiones, vt hic. Tradunt Innocentius in cap. quia verisimile. de præsumpt. Butrius, Cardinalis, & alij in c. asserte eod. tit. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 11. Ioannes Imola in Clemen. 1. de hæret. Perusinus in c. accusatus. de hæret. lib. 6. Oldradus consilio 210. incipien. Regularis habet traditio. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 31. num. 3. copiose Ioannes Rojas singula. 165. Simancas de catho. instit. tit. 51. nu. 11. & alij, quos omitto consulto: quam sententiam probat apertissime hoc referiptum ibi:* Quo circa mandamus.

In crimine hęresis cõiũcti cõtra cõiũctos testificantur.

b ¶ Et de fratre suo similiter recognouerat.] *Dubitat Panormitanus hoc loco num. 1. an hinc colligatur fratrem posse pro fratre, & contra fratrem dicere testimonium. quę difficultas tametsi in alijs delictis locum habere possit, in hæresis crimine dubium non est, fratrem posse testificari contra fratrem, in defectum tamen aliarum probationum. Specul. tit. de test. §. de testium compulsione. versi. sed nunquid frater. tradit pulchre Hieronymus Gigas trac. de crim. lęs. maiesta. lib. 2. in par. quomodo & per quos. q. 9. immo & contra patrem, quem si esse hęreticum nouerit, denuntiare, immo & accusare Inquisitoribus debet. Alexander Alensis par. 3. præcepto 4. q. 33. Caietanus in Deutero. cap. 13. Palacius Rubius in repetitione cap. per vestras. de donatio. inter virum et vxor. §. 17. nu. 6. & §. 26. notabili 3. post principiũ, versi. plus est. Alfonsus Castrus lib. 2. cap. vltimo de iusta hæreticorum punitio. Nauarrus in c. inter uerba laudantium. 11. q. 3. Ioannes Rojas singulari 5. ampliatione 6. n. 29. & 30. & hęc sententia verior & tutior est: quia potius Deo quàm parentibus obediendum est. c. relatum. de senten. excom. & c. quisquis metu. 11. q. 3. nam si licet patrem oppugnantẽ patriam impune interficere. l. minime. ff. de religios. & sumpt. fune. multo magis eundem fidei catholicæ reum licebit denuntiare. Reuerendiss. Simancas in libello de patre hæretico contrarium asseruit, cuius sententiæ nullo modo putarem in tam graui crimine fidendum.*

Filius denũtians patrẽ hęreticũ, nullas pœnas in hęreticorũ filios iure latas sentit.

Hoc addiderim, quòd & precitati admittunt, filium deferentem patrem hæreticum, à pœnis in hęreticorum filios iure statutis ob præmium delationis liberari. argumento. l. quisquis. §. vltimo. C. ad le-

A *gem Iuliam maiest. quod & verum est, & in praxi seruãdum, quoties is casus occurreret, ne vllo modo tantum scelus ex defectu denuntiationis remaneat impunitũ. tradit ceteris copiosius Alfonsus Castrus lib. 2. c. 26. de iusta hær. punit. & nominatim definiuit Federicus Romanorum Imperator in l. commissi nobis cælitus. vbi post latas pœnas in hæreticos, eorumque complices, & filios, subdit:* Nec quidem à misericordię finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacumq; reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceat innocentia filiorum. *hæc ibi. Has autem Federici leges multi Pontifices comprobarunt, vt suo loco diximus.*

B

Speciale est in crimine hæresis, ut posteriori dicto credatur.

c ¶ Quamquam uerisimilius uideatur.] *Sed cui dicto stabitur primo, vel secũdo? et breuiter respõdeo speciale esse in crimine hæresis, vt posteriori, nõ priori dicto fides adhibeatur, c. accusatus. § licet. de hær. lib. 6. tradit Eymer. 3. p. q. 65. vbi dixi. Couarr. lib. 2. c. 13. n. 9. var. resol. Ioã. Rojas sing. 194. & 206. et alij, quos citaui apud Eymericum præfato loco, ibi videas.*

Quib' signis cognoscatur an quis sit uere uel ficte conuersus.

d ¶ Ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce.] *Id est, vt cognoscatur an sit vere vel ficte conuersus: quod ex sequentibus signis apparebit. si paratus est securitatem & cautionem dignã præstare: si iniunctam pœnitentiã humiliter recipiat, receptamque patienter & vere adimpleat; q si hęc desint, aut ex his alterum, non censetur vere pœnitẽs & conuersus. ita Ioan. And. Hostien. & Panormitanus hic, quos ceteri sequuntur.*

C

Ex Decretalibus tit. de pœnis.

Honorius iij. Præposito, Archidiacono & H. Canonico Suession.

Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea perstiterit, & monitus non paruerit Ecclesiæ, ab eius debito absoluuntur.

CAP. XIII.

D

E

GRAVEM capituli Laudu. recepimus quæstionem, quòd cum comes Registren. pro multis iniuriis, quas irrogarat eisdem per iudices à sede Apostolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus; idem [a] per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claues ecclesiæ contemnẽdo. Licet igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes [b] tamen nobilitati parcere comitis supradicti: Discretioni vestræ mandamus, quatenus si comes prædictus post commonitionẽ vestrã non paruerit plene iuri, vos Ecclesias in quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quamdiu in excommunicatione perstiterit) ab eius fidelitatis iuramento denuntietis penitus absolutos.

Universidad de Deusto Biblioteca

COMMENT. XVI.

Persistens in excõicatione per annũ cur fiat de hęresi suspect'.

a IDem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens.] *Qui per biennium persistit in excommunicatione, ideo suspicionem hęresis contrahit, quoniam male sentire videtur de sacramentis Ecclesię postquam ea non recipit vt ceteri fideles, iuxta pręceptum Ecclesiæ in c. omnis. de pœniten. & remissio. Rursus etiam, quia male sentire putatur de Ecclesiæ potestate, cum claues eius et pœnas animo indurato contemnat. Tametsi vero hic biennium exprimatur, idem sentiendum est, licet per annum tantum in excommunicatione permansisset. arg. c. rursus. & cap. quicunque, 11. q. 3. ita Hostien. & Panor. hic, num. 7. confirmat concil. Triden. sess. 25. de reformatione, cap. 3. §. in causis quoque. vbi quicunque excommunicatus si per annum in ea censura perseueret, sit suspectus de hęresi. verba ita habent:* Excommunicatus vero quicunque, si post legitimas monitiones non resipuerit, nõ solum ad sacramenta & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo censuris annexus, in illis per annum insorduerit, et contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit. *hactenus ibi. Concordat concil. Tributien. cap. 2. & 3. & de intellectu huius capitis vide to Eymericum 2. p. q. 47. § quidã vero sunt. & quæ super eo loco scripsi.*

Nobiles in fide errantes plus puniẽdi quàm ignobiles.

b ¶ Volentes tamen nobilitati parcere comitis supradicti.] *Concordat tex. in l. nemo. C. de sum. trin. & fide cathol. vbi plus in causis fidei serui quàm liberi, & ignobiles quàm nobiles puniuntur. Sed hoc in pœnis corporalibus, aut omnino arbitrarijs locum habere existimarem. gloss. in cap. non cogantur. 41. distinct. Bartolus in l. pædius. §. diuus. ff. de incend. ruina & naufrag. Cynus & Baldus copiose in l. vlt. C. de summa trinit. & fide catho. quoniam aliàs nobiles in fide errantes plus puniendi sunt quàm ignobiles, aut certe ęque. Archidiac. in cap. qui contra: 24. quæst. 1. Fely. in cap pastoralis. versic. sexto fallit. & in c. cum quidam versic. quinto est. de iureiur. quos sequitur Tiraquellus tract. de pœnis temperan. aut remittendis, causa 31. num. 25. Siman. de catho. instit tit. 46. num. 68. Quis enim nesciat nobiles, quorum exemplo maxime inferiores & ad bonum & malum commouentur, positos esse in populo quasi scopum, quorum actiones intueantur ciues facile & sequantur, & grauius ob id delinquere, quàm obscuros & sordidos? Hinc illud, vt eleganter ita et vere dictum.*

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior qui peccat, habetur.

Atque ex his intelligetur quàm cauta, prudens, salubris, vtilis, iusta ac necessaria fuerit constitutio sanctissimi Domini Pauli Papę IIII. cuius initium est; Cum ex Apostolatus officia quam edidit Romę anno Domini 1558. xv. Calend. Martij, Pontificatus sui anno quarto, per quam vel ex hoc solo capite, quod nobiles pręsertim qui alijs præsunt, grauissime suo exemplo illis nocent, grauissimas & meritas pœnas in eos statuit. de qua re copiosius agemus cum Eymerico infra in hac 2. p. q. 48. & 53.

A

Ex Decretalib. tit. de verb. signif.

Innocentius iij. Comiti Tolosan.

Dicit qui dicuntur hæretici manifesti, quorum bona confiscantur.

CAP. XXVI.

SVPER † quibusdam mandatorũ articulis: & infra. Tua deuotio postulauit à nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti. Super quo tibi duximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum errorem: vel qui coram prelatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter cõdemnati super heretica prauitate: quorum bona † propria confiscantur, & ipsi iuxta sanctiones legitimas puniuntur.

† De intellectu huius c. plene Albertinus trac. de agnosc. assert. q. 29.

† De confiscatione huiusmodi late tractatur infra p. 3. q 109 & aliquot seq.

Ex Decretal. tit. de off. & pot. iud. delegati.

Alexander iij. Carnoten. Episcopo.

C *Delegatus Papæ in causa sibi commissa, iurisdictionem habet super ordinarium, & quemcunque maiorem.*

CAP. XI.

SANE † quia nos: & infra. Tuæ quęstioni duximus respondendum, quòd iudex à nobis delegatus, vices nostras gerit: vnde in causa illa superior est & maior illis, quorũ causam suscepit terminandam. Ideoque si episcopus, vel alia persona, quæ nõ sit de iurisdictione illius, in causa quam ei delegamus, rebellis aut contumax fuerit, secũdum qualitatem facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia, à iudice delegato compelli: Ita quòd iudex secundum negotij qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiæ, vel sacerdotale officium interdicat: aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suã pertinet specialiter, interdicto supponat.

† Cõco. tex. ĩ c. stu iusti. de off. de leg. Late Campegius ad Zãc. c. 8.

Ex Decretalibus titu. de sent. excommun.

Honorius iij. Episcopo Bonon.

Excommunicat hæreticos & quoscunque violatores ecclesiasticæ libertatis.

CAP. XLIX.

E NOVERIT fraternitas tua: & infra. Excommunicamus omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunq; nomine censeantur: & fautores & receptatores, & defensores eorum: Necnon & qui de cetero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas cõtra Ecclesiæ libertatem: nisi ea de Capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sentẽtiæ fecerint amoueri. Itẽ excõicamus b Statutarios & Scriptores statutorum

ipsorum: necnon Potestates, Consules, Rectores & Consiliarios locorum, vbi de cetero huiusmodi statuta & cõsuetudines editæ fuerint vel seruatæ: necnon & illos qui secundum ea præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere iudicata.

COMMENT. XVII.

a EXcommunicamus omnes hæreticos vtriusque sexus.] *Concordat textus in c. excommunicamus 1. & 2. de hæreticis, in quam etiam sententiam sunt multa Pontificum rescripta Innoc. IIII. Vrbani IIII. Alexan. IIII. & aliorum, quę vt nota omnibus consulto omitto.*

Impressores librorum hęreticorũ qualiter puniendi.

b ¶ Item excommunicamus Statutarios, & Scriptores statutorum ipsorum.] *Idem prorsus sentiẽdum est hodie de impressoribus librorum, qui tempore Honorij III. cuius est hoc rescriptum, qui floruit anno Domini 1216. nondum prodierant, quia reuera hac lege comprehenduntur: nam impressores in locum scriptorum antiquorum seu librariorum substituti sunt: itaq; dispositum in illis, in his etiam habebit locum. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. liber esse ius fuerit. Rursus, quoniam vtrorumque ars in eũdem finem refertur, & parem effectum habet, censebuntur itaque eodem iure, l. illud. ff. ad legem Aquiliam. immo impressoria aptior est ad libros euulgandos, & reddendos propemodum immortales. ita sentit & vere Petrus Godoff. in l. damnato. C. de hęret. & hodie saluberrima lege in concilio Tridentino, sessio. 4. in decreto de editione & vsu sacrorum librorũ, §. Sed & impressoribus. cautum est, ne sine Superiorum ecclesiasticorum licentia seu facultate libri imprimantur, aut vendantur.*

Artis impressoriæ incõmodum.

Synodi Salisburgen. decretum.

Immo amplius synodus prouincialis Salisburgẽsis edita anno Domini 1569. constitutione quinta, c. 5. saluberrime cauit, vt quotannis Typographi & Bibliopolæ coram ab ordinarijs locorum deputatis. fidei catholicæ professionem facere teneantur, simulque obedientiam sanctæ sedi Apostolicę cum renuntiatione & abnegatione omnium hæresum polliceri. quod decretum his calamitosis temporibus ubiq; plane esset obseruandum.

Pœna transcribentium liberos hæreticorum.

Sed quæ erit pœna trascribentium libros hęreticorum, aut damnatos errores continentes? olim Iustinianus nouella quadam, constitutione 42. de depositione Anthimi, pœnam amputationis vnius manus statuit in eos, qui eius hæretici libros scriberent in hæc verba: Sciendo quia amputatio manus, his qui scripta eius scripserint, pœna erit, *Idem proculdubio dicturus de impressoribus si tũc extitissẽt.*

Sed hęc seueritas ab Ecclesię tribunali, quę sanguinem non fundit, longe abest: at in concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. impressoribus librorum præter excommunicationem, aliæ pœnæ imponuntur. Sane in hac causa ita sentirẽ: qui libros vetitos sciẽs transcriberet, aut occulte contra legum iussionem imprimeret, velut hęreticorum fautor posset per Inquisitores pœnis arbitrarijs coerceri.

Veredarii deferentes libros prohibitos qua pęna plectẽdi.

Idem iudico de veredarijs nostri sęculi, seu de librorum latoribus, quos sæpe contingit ex Germania, Gallia, vel alijs hæreticorum prouincijs, libros vetitos clam deferre in terras fidelium: nam hi fautores

A *hæreticorum proculdubio censeri debent; & acriter sunt puniendi. & Petrus Godofredus in l. 4. C. de hęret. capitali pœnæ hos subijciendos profitetur per l. 2. C. quæ res exportari non debeant. cui addo l. cotem. ff. de publ. & vectigal. sed cum sæpe monuerim hęc crimina ob hæresis suspicionem. quã habent annexam, ab Inquisitoribus coercenda esse, debuit omnino per leges canonicas iudicari: itaque pręter excõmunicationem, bonorum etiam confiscationem patiẽtur. argumento c. ita quorundam. extra de Iudæis et Sarra. Ad hæc etiam, si viles fuerint, verberibus cędi poterunt; si honestiores, exilio mulctari, iuxta qualitatem personarum: quæ omnia Inquisitorum arbitrio relinquuntur.*

B *Ceterum, in scriptore & latore vetitorum librorum scientiam eorũ oportet interuenire, vt tales pœnas sustineant: nam si scriptor sit ignarus, qui penitus ignoret quod scribit, quod sępe contingit: item si lator seu veredarius, quem vulgo Coreum vocamus, quid deferat, nesciat, cum clausos litterarũ fasciculos, & cetera quę asportant, huiusmodi homines recipere soleant, immunes esse crederem; quoniam ignoranti nihil imputatur. l. fideiussor. ff. mandati et ignorantia à pœna excusat. l. 2. ff. in ius vocati vt eant. l. fin. ff. de decret. ab ord. facien. tradit Aymon Craueta consi. 6. num. 72. Hæc autem ignorantia semper pręsumitur nisi scientia probetur. l. verius. ff. de probatio. tradit Maranta in l. is potest. ff. de acq. poss. nu. 283.*

Verumtamen (vt plenius adhuc & copiosius dicam) de Scriptore librorum prohibitorum multum referre arbitror considerare, qualiter transcribat: An sit discipulus, qui magistro dictãte, aut alio quouis modo iubente seu notante scribat, quæ bona & sana esse crederet: Item an sit famulus, qui iubente domino libros vel librum seu quamlibet damnatã scripturam aut impia dogmata scriberet, ignorãs qualia ea sint, aut contra sciens, sed metu non audet denuntiare: Item an pretio conductus scribat, nesciens se venenosa dogmata scribere, aut contra sciens: Item an aliquis sibi ipsi scienter scribat, quæ damnata esse intelligit: nam his considerationibus habitis prudẽs Inquisitor iudicabit an Scriptor de hæresi sit suspectus, & quo suspicionis genere laboret: vt pro modo culpę ad abiurationem, uel purgationem canonicam indicendam, aut ad alias pœnas seu pœnitentias, aut corporales aut pecuniarias imponẽdas procedere possit.

Qualis pœna eorũ, qui libros catholicorum falsant, aut corrumpunt.

Denique qualis sit pœna eorum, qui libros catholicos falsauerunt, corrumpentes eos, aut sanę doctrinę hæretica dogmata immiscentes, docetur in sexta synodo Constantinopolitana, actio. 13. refertque Iuo par. 4. cap. 158. in hæc verba: Pręcipimus illos, qui falsauerunt libros Catholicos, anathemati subijci, & cum hęreticis anathematizari. *hęc ibi. Monebo interim in huiusmodi sceleris patratores acerrime esse animaduertendum, cum vno actu plura delicta committant, Illa autem verba,* & cum hæreticis anathematizari, *indicãt eos, qui talia faciunt, hęreticos esse putandos, quod & uerum est, iuxta id quod diximus supra cap. fraternitatis. de hęret. vers. Ex supradictis pendet.*

Multis autem modis contingere potest hæc fal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fatio seu deprauatio librorum Catholicorum, videlicet, additione, diminutione, mutatione, falsa compositione, interpretatione, & male detorta allegatione; quę nos copiosę docuimus lib. 2. de causis vnde hęreses oriuntur, quæ non sunt præsentis breuitatis.

Iam in Catholicis libris falsandis gradus quidã obseruandi sunt: nam grauissime peccant qui canonicas scripturas veteris aut noui Testamenti falsant: non æque peccant qui Catholicorum Scriptorum, id est, sanctorum Patrum libros & tractatus deprauant, tametsi & hi etiam ingens scelus committãt: minus vero illi delinquunt, qui non deprauant libros ad religionem spectantes, sed alios. Illorum certe seuera animaduersione digna est audacia & perniciosa malitia, qui libris hæreticorum, nomina & titulos catholicorum aut virorum sanctorum imponunt, vt sanam & catholicam credantur habere doctrinam: quod mendacium aptissimum est ad decipiendum incautos, & ad hæreses introducendas. Hæc omnia diligenter sunt consideranda, vt pro modo culpæ condigna pœna delinquentibus infligatur.

Ex Decret. tit. de testib. & attest.

Gregorius nonus.

Iterum examinandus est testis, qui obscure deposuit, supple tu, ex iudicis officio.

CAP. LIII.

†De hac materia Eymer. 3.p.q. 62. & ibi dixi.

QVM † clamor validus contra Acherontin. Archiepiscopum super simonia, & aliis criminibus ascendisset, Mel fiten. & Rubẽn. Episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infra. Verum quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuere confuse, quòd ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus, quatenus examinetis eos iterum diligenter: & tam eorum, quàm aliorum quos reperitis, testificata, sub sigillis vestris, nobis fideliter referatis.

Ex Decretalibus titu. de verb. significatio.

Innocentius iij. Priori sancti Fridiani Lucan.

Appellatione Ecclesiasticę censuræ comprehenditur excommunicatio, suspensio, & interdictum.

CAP. XX.

QVÆRENTI quid per censuram ecclesiasticam debeat intelligi, cum huiusmodi clausulam in nostris literis apponimus: Respondemus, q̃ per eam non solum interdicti, sed suspensionis & excommunicationis sententia valet intelligi: nisi iudex discretus (rerum & personarũ circumstantijs indagatis) ferat quam magis viderit expedire.

Ex Clementinis tit. de verb. signif.

Clemens V. in Concilio vienn.

Determinat & declarat quid significent hæc verba inserta in iudicialibus commissionibus, quæ fiunt à Principe vel à iure: scilicet quòd procedatur simpliciter & de plano, & sine strepitu & figura iudicij. Ioan. And.

CAP. II.

Edita anno Domi. 1307.

SÆPE contingit, q̃ causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij procedi mandamus: de quorum significatione verborum, à multis contẽditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur. Nos autem dubitationem huiusmodi (quantùm nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuũ valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellũ non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure, procedere ualeat, amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorem, exceptiones, appellationes dilatorias & frustratorias repellẽdo, partium aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, testiũq; superfluam multitudinem refrænando. Non sic tamen iudex litẽ abbreuiet, quin probationes necessariæ & defensiones legitimæ admittantur. Citationem vero ac præstationem iuramenti de calumnia vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionẽ huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formã pronuntiatio sequi debet pro parte agẽtis, & ẽt rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio petitio facienda, siue in scriptis, siue verbo: actis tamen continuo (vt super quibus positiones & articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & vt fiat diffinitio clarior) inferenda. Et quia positiones ad faciliorem expeditionẽ litium propter partium confessiones & articulos ad clariorem probationem vsus longæuus in causis admisit: Nos vsum huiusmodi obseruari volẽtes statuimus, vt iudex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum simul vrrosque terminum dare possit, & ad exhibendum omnia acta & munimenta, quibus partes vti volunt in causa, post dationem articulorum, diem certam quandocunque sibi uidebitur, valeat assignare: eo saluo, quòd vbi remissionem fieri contingeret pro testibus producendis, possint etiam instrumẽta produci, assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes siue ad earum instantiam, siue ex officio, vbicunque hoc æquitas suadebit. Sententiam vero diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptorie, partibus) in scriptis, & (prout magis sibi placuerit) stãs uel sedens proferat: etiam (si ei videbitur) conclusione non facta, prout ex petitione & probatione, & alijs actitatis in causa fuerit faciẽdum. Quæ omnia

Sententia diffinitiua cum agitur de plãno, quomodo proferri possit.

omnia etiam in illis casibus, in quibus per aliam constitutionem nostram, vel aliàs procedi potest simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij volumus obseruari. Si tamen in præmissis casibus solemnis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obseruetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.

Data Auinione 13. Kal. Decemb. Pont. Nostri Anno Secundo.

Ex Decretalib. tit. de accusat. inquis. & denunt.

Innocentius Tertius in concilio generali. †

†In concilio generali Lateranen. c. 8.

Superior contra subditum maxime prælatum, de his tantum inquiret, super quibus præcessit infamia: & tunc vocabit eum, et tradet sibi capitula, et nomina, & testiũ dicta publicabit, et ipsius legitimas exceptiones admittet: et probato graui crimine, eum ab administratione remouebit. In regularibus vero prælatis ad vnguem seruandus non est hic ordo. Et quãquam in hac summatione, modica videatur agi differentia inter prælatos & subditos, contra quos inquiritur: tamen facienda est, vt patet in littera.

CAP. XXIIII.

VALITER [a] & quando debeat prelatus procedere ad inquirendum & puniẽdum subditorum excessus, ex auctoritatibus noui & veteris testamenti colligitur euidẽter, ex quibus postea processerũt canonicę sanctiones, sicut olim aperte distinximus, & nunc sacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euã gelio, quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud Dominum suum quasi dissipasset bona ipsius, audiuit ab illo; quid hoc audio de te? redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim nõ poteris amplius villicare. Et ita in Genesi Dominus ait: Descendã, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeste probatur, quòd non solum cum subditus, verum etiã cum prelatus excedit, si per clamorem et famam ad aures superioris peruenerit: non quidẽ à maleuolis & maledicis, sed à prouidis & honestis: nec semel tantũ, sed sæpe quod clamor innuit & diffamatio manifestat, debet coram ecclesię senioribus veritatem diligẽtius perscrutari: vt (si rei popoſcerit qualitas) canonica districtio culpam feriat delinquentis: non tamquam idem sit accusator & iudex, sed quasi denuntiante fama, vel deferente clamore officij sui debitum exequatur. Licet autem hoc sit obseruandum in subditis, diligentius tamen est obseruandum in prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere: cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare: quin etiam interdum suspendere, nonnunquam vero ligare: frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Et ideo sancti Patres prouide statuerũt, vt accusatio prelatorum non facile admittatur: ne concussis columnis corruat ędificium, nisi diligens adhibeatur cautela: per quam non solum falsæ, sed etiam malignæ criminationi ianua precludatur: Verum ita voluerunt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuste, vt tamen cauerent ne delinquerent insolenter: cõtra morbum vtrumque inuenientes congruam medicinam, videlicet, vt criminalis accusatio, quę ad diminutionem capitis, ideſt degradationem intenditur, nisi legitima præcedat inscriptio, nullatenus admittatur. Sed cum super excessibus suis quisquam fuerit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari, absque dubitationis scrupulo, ad inquirendum & puniendum eius excessus, non ex odij fomite, sed charitatis procedatur affectu: quatenus si fuerit grauis excessus; etsi non degradetur ab ordine, ab administratione tamen admoueatur omnino: quod est secundum sententiam Euangelicam à villicatione villicum amoueri, qui non potest villicationis sue dignam reddere rationem: Debet igitur esse presens is contra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentauerit: & exponenda sunt ei illa capitula de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendendi seipsum: & non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (vt quid, & à quo sit dictum appareat) publicanda: Necnon exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: ne per suppressionem nominum, infamandi; per exceptionum vero exclusionem, deponendi falsum, audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque subditorum excessus, tanto diligentius debet prælatus assurgere, quanto damnabilius eorum offensas defereret incorrectas. Contra quos, vt de notoriis excessibus taceatur: etsi tribus modis possit procedi: per accusationem videlicet, denuntiationem, & inquisitionem ipsorum: vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leue compendium ad graue dispendium veniatur: sicut accusationẽ legitima debet præcedere inscriptio, sic [b] & denũtiationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio preuenire: illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam iudicij, sententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem, circa regulares personas non credimus vsquequaque seruandũ: quæ (cùm causa requirit) facilius & liberius à suis possunt administrationibus amoueri.

Luc. 16.

Gen. 18.

Accusationes contra prælatos nõ facile admittendæ. Concor. c. accusatio. 2. q. 7.

Subditorum excessus diligenter corrigendi.

COMMENT. XVIII.

[a] QValiter & quando.] *Hæc decretalis optimo consilio inserta est ab Eymerico operi huic, cum in ea modi procedendi in delictis prescribantur, quorum magnus est vsus in sacro Inquisitionis tribunali, vt 3. par. copiose auctor demonstrauit. desumpta est ex concilio Lateranen. sub Innocentio III. cap. 8.*

An in crimine hæresis locum habeat charitatiua monitio, seu fraterna correctio.

[b] ¶ Sic & denuntiationem charitatiua monitio.] *Sed an in crimine hæresis locum habeat charitatiua monitio, seu fraterna correctio, grauis est controuer-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

controuersia, quam præ ceteris tractant abunde Alfonsus Castrus lib.2.cap.25.de iusta hær.punit. Simancas de catho.instit.tit.19.num.10. & sequen. Melchior Canus lib.12.de locis,theologicis, cap.9. vers.at Chrysostomus à nobis.& nouissime Ioannes Rojas tract.de hær.par.2.asser.3.& alij.

In hac litene vel nimis seuere: aut contra, nimis leniter quidquam statuamus,primum obseruandum est,hæc duo longe differre, videlicet,labi in hæresim, seu proferre hæreticas propositiones, & hæreticum esse:non enim omnis, qui hæreticas profert propositiones,protinus est hæreticus.nisi adiunctam habeat pertinaciam,vt alibi copiose disserui.

Qui hæreticas propositiones fortasis per ignorantiã ,pfert secreto corrigendus.

His positis, sit hoc primum axioma: Qui secreto nouit aliquem in hæresim cecidisse, quoniam eum audiuit,aut aliàs intellexit proferentem hæreticam aliquam propositionem; nec sibi constat eum hæreticum esse, cum nesciat, an ex ignorantia illam protulerit, tenetur saltem semel illum secreto corripere antequã fidei iudicibus denuntiet.ita noster Alfonsus lib.2.c.25.de iusta hær.punitio.Cuius sententię,hac limitatione addita,libenter accedo,si talis aliàs sit vir simplex & pius,qui ex mera ignorantia errare probabiliter præsumatur, & nostra admonitione corrigendus merito censeatur.

Verum in secunda parte tota difficultas consistit, An scilicet lex fraternæ admonitionis obseruari debeat cũ eo, quem secreto constat alicui hæreticũ esse. in qua (secludo nunc priuata inquisitionum edicta, quibus omnino denuntiari iubentur) sit secundum axioma: Denuntiandus est occultus hæreticus absq; fraterna correctione præcedenti, nisi forte aliquis firmiter existimaret, quòd statim per secretam admonitionem posset eum à tanto malo reuocare.ita sanctus Thomas 2.2.q.33.art.7.atque in his locum etiã habere fraternam correctionẽ,vnam tamen tantum, videtur velle Tertullianus in lib.de præscription.hæreticorũ,c.16. sed apertius Beatus Ambrosius apud Paulum ad Titum cap.3.& alij.

Sępissime omittere fraternã correctionẽ erga hæreticos tutissimũ est.

Ceterum, recte admonent Alfonsus et Canus præcitatis locis,non nisi cum exquisitissimis cõsiderationibus,nostris temporibus esse vsurpandam.vt plurimum ergo eam omittere tutius & securius est. Tum autem penitus fieri debet hæreticorũ occultorũ denũtiatio,cum simplices & rudiores clã subuertere nosc untur. Item tunc denuntiari omnino debẽt, cum non est probabilis spes quòd resipiscere debeant. Item eos tunc penitus denuntiare oportet,cũ legitime interrogati in iudicio,eos,quos scimus hæreticos,iurisiurandi religione manifestare cogimur: ac multis quidem alijs modis denuntiandi sunt necessariò: & iudicio meo paucissimi sunt casus, in quibus cum huiusmodi hæreticis fraterna correctio locum habere possit.

Non obstante iuramẽto hęretici sunt denuntiãdi.

Et obligatio denunciandi hæreticos tanta est, vt etiam locum habeat non obstante quouis iuramẽto in contrariũ emisso,pacto,aut promissione.sanctus Thomas 2.2.q.70.art.1.ad secũdum argumentum cuius verba sũt: Circa ea vero,quę aliter homini sub secreto committuntur,distinguendũ est:Quandoq; enim sunt talia, quę statim cum ad notitiam hominis venerint homo ea manifestare tenetur,puta si pertinent ad corruptionem multitudinis spiritualem vel corporalẽ, vel in graue damnũ alicuius persone,vel siquid aliud est huiusmodi,quod quis propalare tenetur vel testificando,vel denuntiando. Et contra hoc debitum obligari non potest per secreti commissum: quia in hoc frangeret fidem, quam alteri debet. *hactenus Thomas. Alteri quidem,ideſt,bono publico vel Deo, in casu de quo agitur,fides frangeretur: nam hæresis bonum publicum perturbat & lædit, & Deum ipsum oppugnat. Et pro hac sententia facit textus in c.quemadmodũ. §. ultimo.de iureiu.et tex.in c.intimauit.de testib.c.nõ est obligatorium.de regu.iur.lib.6.tradiditq; iã olim Guido Fulcodius,qui Clemens IIII. inde creatus est, in consultationibus ad Inquisitores. q.8. in hac verba:* Sed nec iuramento vel voto in contrarium emisso: nam licet veritatem celare posimus hosti vel persecutori, vt 22.q.2.ne quis.iudici tamen veritatem inuestiganti eam occultare mortale peccatum est, vt 11.q.3.quisquis. ergo iuramentum vel votum in contrarium emissum non est seruandum. 22.q.4. in malis. *hactenus ille. Loquebatur autẽ in specie de causa proposita, vt initium quæstionis indicat.*

Postremo adeo verum est,hæreticos esse denuntiandos non obstantibus supradictis,vt is qui absque legitima causa eos omittit denuntiare, excommunicationis sententia percellatur, sicut diximus supra commentario 2.super.cap.Qui alios. de hæret.

Ex lib. Sexto tit. de pœnis.

Bonifacius octauus Bitteren. Episcopo.

Docet hęc Decretalis quibus assistentibus fieri debeat degradatio, de quibus vestibus, ornamentis, libris,et instrumẽtis in degradatione fiat expoliatio,et quibus verbis vtatur ipse degradans.Io. And.

CAP. II.

† Vide Eymer. 3. par.i nono modo proceſſum ſi niẽdi, vbi di zi copioſe.

DEGRADATIO† qualiter fieri debeat à nobis tua fraternitas requisiuit. Super quo tibi taliter respondemus,quòd verbalis degradatio seu depositio ab ordinibus vel gradibus ecclesiasticis, est à proprio episcopo sibi assistente in degradatione clericorum, in sacris constitutorum ordinibus, certo episcoporum numero diffinito à canonibus facienda; quamquam proprij episcopi sententia sine aliorum episcoporum presentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores dũtaxat ordines receperũt. Actualis vero siue solemnis, cælestis militiæ militis, id est, clerici degradatio (cum ad eam fuerit procedendum) fiet vt exauctorizatio eius, qui militiæ deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, sicque à militia remotus castris reiicitur, priuatus consortio, & priuilegio militari. Clericus igitur degradandus vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum, seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solenniter ministrare,ad episcopi præsentiam adducatur: cui episcopus publice singula, siue sint vestes, calix, liber, seu quæuis alia

Degradatio actualis.

alia(quę illi iuxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita,seu collata) singulariter auferat ab illo vestimento seu ornamento, quod datum vel traditum fuerat vltimo inchoando, & descendendo gradatim, degradationem continuet vsque ad primam vestem,quę datur in collatione tonsurę: tuncque radatur caput illius seu tondeatur, ne tonsurę seu clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit aũt episcopus i degradatione hmõdi vti verbis aliquibus ad terrorem illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata:dicendo presbytero hæc vel similia verba in remotione planetæ: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus:sicque in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens,in oblatione vltimi, quod in collatione ordinum primum fuit infrascripto vel alio simili modo pronunciet, siue dicat: Auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti, ac nostra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio & priuilegio clericali.

† Hęc verba vsque infinẽ habentur in Bononien. & Barcinonen. impresso,modusan notatus ab Innocentio Papa traden di curiæ seculari, conti netur, in c. nouimus. de verbo.signif. quod mox apponit hic Eymericus.

Ac deinde † si fuerit casus talis, quòd illud fieri debeat iuxta modum à felicis recordationis Innocentio Papa prædecessore nostro super hoc annotatum, tradatur curię sæculari.

Ex Decretalib. titul. de dolo & contum.

Innocentius III.

Si pròceditur per viam inquisitionis contra absentem contumaciter,etiam lite non contestata,testes recipi possunt, & sententia diffinitiua ferri, etiam per viam depositionis,si hoc meretur delictum.

CAP. VIII.

VERITATIS[a] est verbum organo dominicę vocis emissum: & infra.Sicut canonici Curien.in nostro auditorio retulerunt. H. Curien. Episcopus ecclesiam suam, non solum dilapidando depresit, sicut publica prædicabat infamia,sed etiam homicidio,incestu, aliisque criminibus polluit: & infra. Super his commisimus, primo causam Tridon. Episcopo, & Abbati montis sanctę Mariæ, & præposito de insula: Secundo quoque Brixiensi episcopo,& ipsis Abbati & præposito: & infra. Verum cum episcopus ipse priorum iudicum presentiam adire per contumaciam contempsisset, auctoritate nostra fuit per ipsos iudices ab officio beneficioque suspensus:& infra. Tandem vero coram iudicibus canonica citatione vocatus, præsentiam suam difficulter exhibuit: sed friuolam tunc excusationem,malitia concepta prætendens,experiri cũ canonicis in iure neglexit.Qua de causa,nos de consilio fratrum nostrorum suspendentes episcopum ipsum, vel potius suspensionem à iudicibus factam auctoritate Apostolica confirmantes.Tertio super his Cumano episcopo & Abbati sancti A. causam ad superandam malitiam ipsius episcopi commisimus audiendam:qui partibus citatis cum nec per se, nec per respõsalem idoneum comparuerit, in eundem propter inobedientiam excõicationis sententiam protulerunt: Testes ex parte vestra(quemadmodum in mandatis à nobis acceperant) admittentes,scilicet Abbates, priores, præpositos,& alios religiosos viros:per quos quẽlibet articulum criminum prædictorum constat fuisse probatum:& infra. Nos igitur videntes ordinem iudiciarium, in hoc facto fuisse seruatum; considerato præterea, quòd post sententias in se datas celebrare præsumpserit: cum multi prælati ecclesiarum, contra eundem Episcopum scripserint,nec vnus pro eo defendendo vel aliquatenus excusando:in nomine Domini cum Apostolo omnem inobedientiam vlcisci volentes, licet absentes corpore, præsentes tamen spiritu, iuxta verbum eiusdem Apostoli tulimus sententiam perpetuæ depositionis in ipsum: & eum tam à Põtificali, quàm ab omni officio sacerdotali priuantes sine spe restitutionis aliqua duximus condemnandum.Ea nihilominus in irritum reuocantes, quæcumque post inhibitionem sedis Apostolicæ, seu factam suspensionem, & excommunicationẽ, de rebus Ecclesiæ alienare præsumpsit.

COMMENT. XIX.

a VEritatis est verbum.] *Hoc rescriptum primo obtutu non videtur accommodari instituto Eymerici,cum nihil de hæresis materia in eo tractetur. Ceterum proculdubio ei seruit:eo enim cõsilio illud operi suo inseruit,vt doceat in causa hæresis,sicuti & in his delictis grauibus, de quibus in eo agitur,per modum inquisitionis contra reum contumacem, etiam lite non contestata testes recipi posse, & sententiam diffinitiuam ferri,cum aliàs id iure sit prohibitum.cap. vnico. de litis contestat. cap.super quæstionum. §.1. de offic. deleg. cap.ex parte. el 2. de verbo significa.est enim litis contestatio totius iudicij basis & fundamentum. l. vnica. C.de litis contestat. quod tamen in crimine hæresis seruare non oportet,cum in eo procedi possit simpliciter & de plano c.fi.de hæret.lib.6. tradit Carrerius tract. de hæret. §. versa autem vice. Simancas de catho. instit.tit.64. num.23. Ioannes Rojas singu. 125.quoniam in delictis grauibus procedi potest, & lite non contestata, & etiam parte non citata. Archidia. in c.1.de homi. lib.6. quem sequitur Marsilius in practica crimi.§.diligenter.nu.158.quod qua ratione sit intelligendum, alibi explicui. potest etiam & alijs modis hoc rescriptum instituto auctoris conuenire: sed hic videtur verior.*

In causa hæresis etiam lite non contestata testes possunt recipi.

Quòd siquis quęrat, quid operentur testes ita recepti;respondebo multos effectus posse producere:primum enim ad inquirendum iuuabunt, deinde repetiti indicium facient, tandem si fuerint integri, hoc est,omni exceptione maiores, pro qualitate delicti, ad probãdũ & conuincendum erunt idonei, dummodo cetera deinde iuxta ordinem iudiciarium obseruentur, ideſt, vt testes repetantur, & reis legitimæ defensiones, & debitæ defensionum inductiæ concedantur. Testes enim, qui in alijs causis lite non contestata recepti, nihil faccrent, fauore fidei in causis

Qui i operẽtur testes recepti lite nõ contestata.

hæresis

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæresis supradicta valide præstant, cum in hoc crimine de plano procedi possit.

Ex Decretalib. tit. de verb. signif.

Innocentius iij. Episcopo Parisien.

Clericus traditur curiæ sæculari; quia degradatur sæculari potestate presente, cui denuntiatur, vt in suũ forum illum recipiat. hoc dicit vsque ad §. Pro illo.

CAP. XXVII.

NOVIMVS[a] expedire, vt verbum illud, quod in antiquis canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito continetur, videlicet, vt clericus per Ecclesiasticum iudicem degradatus, sęculari tradatur curię puniendus: apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum, super hoc consulti diuersa responderint, & quorundam sit opinio à pluribus approbata, vt clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitiũ graue, non solum damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tamquam exutus priuilegio clericali, sęculari foro per consequentiam applicetur: cum ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, eius est degradatio celebrãda sęculari potestate presente, ac pro nuntiandum eidem cum fuerit celebrata, vt in suũ forum recipiat degradatum: Et sic intelligitur tradi curiæ sęculari: pro [b] quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.

Falsarius perpetuo carceri mancipatur, vt in dolore pœnitentiam agat.

Pro illo vero falsario scelerato, quem ad mandatum nostrum capi fecisti, hoc tibi duximus cõsulendum, vt in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam ipsum includas, pane doloris, & aqua angustię sustentandum, vt commissa † defleat, & flenda vlterius non committat.

† c. pœnitentia de pœnit. dist. 3.

COMMENT. XX.

a NOuimus expedire.] *Dictum erat ab Eymerico in præcedentibus, à quibus & quomodo celebranda esset degradatio ex c. 1. de hær. lib. 6. & ex c. degradatio. de pœnis. lib. 6. Sed quoniam dubitari poterat qua ratione intelligeretur tradi quẽpiam curiæ seculari, id demonstratur hoc rescripto, & in summa hoc dicitur: Exuitur priuilegio clericali qui tradendus est potestati sæculari, à foro Ecclesiæ proijcitur, & presenti iudici sæculari dicitur; vt eum hominem in suum forum recipiat: quæ qua ratione ad praxim reuocentur, docet Eymer. 3. par. in modo nono processum fidei terminandi.*

Quid seruãdũ circa tradendum curiæ sęculari.

b ¶ Pro quo tamen debet ecclesia efficaciter intercedere.] *Et ita seruant Inquisitores, quando reos iudicibus sæcularibus tradunt, aut relinquunt, ne sanguinis effusioni consentire videantur, & irregulares efficiantur: idem disponit lex septiparita par. 1. tit. 6. l. 6 o. ibi:* Pero su Perlado deue rogar por el, que le aya alguna merced si quisiere. *Quibus verbis alius ritus paulo differens ab eo qui præscribitur in hoc c. continetur, videlicet, quòd Inquisitores rogent iudicem, vt cum sibi traditis misericordia, si velit, vtatur, quod est diligenter obseruandum: nam per dispositionem d. legis 60. hoc sufficit ad euitandam irregularitatem. Couarruuias tamen in relectio. Clement. si furiosus. 2. p. §. 5. num. 6. tutius esse putat, vt Inquisitores non tradant sic damnatos curię seculari, sed consulit, vt eos condemnent coram indice laico, atque ita damnatos à propria iurisdictione dimittant, vt denique statim iudex sæcularis eos recipiat, & vltimo supplicio afficiat, vt notauit Henricus Boich in c. ad abolendam. §. super eo. de hæret. nu. 7. quem sequitur Ioannes Igneus in l. 1. §. cum domus. ff. ad Senatusc. Syllania. nu. 37. sed in praxi id seruatur, quod traditur in hoc c. nouimus. vt docet Ioãnes Rojas in sing. 175. quod satis est ad liberandos Inquisitores ab irregularitate.*

Quamquam autem hæc recte se habeant, at nullo pacto reticendum puto, quod in hac causa amplius solerti Romanorum Pontificum prouidentia cautum est non modo circa Inquisitores, sed etiam circa consultores, vt irregularitatem securius euitarent. Nam Dominus Papa Paulus IIII. Romæ die 29. Aprilis, anno 1557. considerans in congregationibus, quę in causa hæresis coram ipso fiebant, interuenire solere pro maiori parte clericos sæculares & regulares in sacris & sacerdotio, ac in Episcopali, Archiepiscopali, vel alia maiori dignitate forsan constitutos, ac nonnullos etiam sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinales, & sæpe contingere iuxta qualitatem casuum & delictorum, de quibus agebatur, eos contra reos sententiam dicere, ex qua membri mutilatio, seu sanguinis effusio, etiam vsque ad mortem naturalem fuerit subsecuta; proinde eorũdem securitati, et trãquillitati mentis & conscientię consulere volens, statuit ac decreuit, vt prędicti omnes, qui in iudicando sibi assisterent, non solum in causis hæresis, sed etiã in quacumque causa criminali, quę coram ipso tractata fuerit, vel tractaretur, sententiam possent dicere contra reos, qua damnarentur ad quæstiones, seu torturam, aut alias pœnas condignas, etiam vsque ad mutilationem membri, & ad mortem naturalem inclusiue, absque alicuius censurę vel irregularitatis incursu.

Consultores sancti officii nõ incurrũt in irregularitatem.

Idem ipsum decretum Pauli IIII. confirmauit postea Pius Papa V. extendique voluit ad omnes Inquisitores, eorumque vicarios, commissarios, et consultores, vt testatur Vmbertus Locatus in opere iudiciali Inquisitorum circa finem, titulo de Decretis, quod & verum est.

Itaq; hodie stantibus his decretis, non videtur necessaria protestatio de qua hic, cum rei hæreseos actualiter traduntur seu relinquuntur curię sæculari, ad hoc vt Inquisitores euitent irregularitatem. Cetera omittenda non est, quoniam & communi iure, & generali fori Ecclesiastici consuetudine nititur: & quamquam vera, et certa sint quę hactenus diximus, non tamen est omittenda, nec reijcienda sunt plura remedia, quę ad eundem finem securius consequendum parari possunt.

Sed nonne prohibitum est pro hæreticis intercedere, non modo quando sunt hæretici declarati, sed etiam quando pendet inquisitio contra eos, etiamsi de eorum correctione spes habeatur, ut docet Matthęus de Afflictis super constit. inconsutilem. notab. 25. Alfonsus Castrus lib. 2. c. 17. de iusta hær. punit. l. quisquis §. denique. C. ad leg. Iul. maiest. facit tex. in c. siquis. 6. q. 1. & in c. miror. 50. dist. cum similibus. id quod sanciuit nominatim Federicus Romanorum Imperator in d. l. inconsutilem. in fine his verbis: Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat; quod qui fecerit, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus.

Et plane verum est, interdictum esse pro hæreticis intercedere: sed cum hoc crimen sit grauissimum, pro quo imponitur pœna traditionis brachio sæculari, & expulsionis ab Ecclesię foro, nec amplius pertineat ad Ecclesiam de tali delinquente iudicare: ideo apud alienum forum pro eo intercedunt iudices Ecclesiastici: ita Panormitanus in hoc cap. nouimus. num. 8.

Sed melius forte dici posset, vetari quidem intercessionem, quæ tendat ad fauorem hæretici, vel ad impedimentum iustitiæ, non autem eam, quę conducit ad vitandam irregularitatem, & ab ipso iure nominatim prescriptam: nemo enim dubitat multis modis intercedi posse. Alię possunt solutiones afferri, quę ad nostram breuitatem non pertinent.

Ioannes Roffensis articulo 21. aduersus Lutherũ nõ procul à fine vers. Haud recte vocas. aliter quàm Doctores hic videtur interpretari hoc cap. nouimus. quę nos libenter hic missa facimus.

EXTRAVAGANTES
ALIQVOT DIVERSORVM ROMANORVM PONTIFICVM
INQVISITIONIS OFFICIO CONGRVENTES.

De Hæreticis.

Benedictus XI. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis.

Declarat decretalem, Per hoc. eod. tit. lib. 6. bona hæreticorum per diœcesanos vsurpari vetans.

CAP. I.

† Hæc extrauagãs & duæ sequẽtes habentur inter extrauagantes cõmunes tit. de hæret. Et de huius materia prætter notata in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. vide Eymericum par. 3. q. 50. 51. & 52. vbi dixi copiosè.

EX eo †, quòd quædam nouella constitutio super negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa VIII. prędecessore nostro edita continet: quòd in ipso negotio, per diœcesanos episcopos, & Inquisitores super eodẽ facto inquiri valeat communiter vel diuisim: & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem cõmunicare processus: Nos consulere voluistis, quando & quotiens sit ista processuum communicatio facienda. Nos autem de fratrum nostrorum consilio, intelligendo diœcesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere: cum ij & illi seperatim, non quando Episcopi tantum, vel Inquisitores tantum procedunt: Consultationi vestræ breuiter respondemus, quòd quando vtrique procedunt seiunctim, sibi debent in fine tantum, dum nil restat agendum, nisi quòd solum sententia promulgetur, communicare processus. Licet enim quibusdam potuisset videri per legem ciuilem †, quòd sicut quando aliquis ex actitatis coram alio, debet ferre sententiam, vtputa, quãdo administrator delegat causam sibi sententia reseruata: saltem in principio, id est contestatione, rursus in medio, & semel in fine, quæ sunt examinata audire debet: ita & in casu præsenti vbi ex actis coram alio habitis, alter profert sententiam, sic ter huiusmodi acta recẽseat: quod fieri non potest, si eorum denegetur editio: tamen id æquitas canonum non admisit. Vnum sane casum excipimus, si alter commode nõ possit procedere, nisi alterius actis visis. Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur. Verum †, quia nonnulli diœcesani partem partis quentuũ de hæreticorũ bonis Inquisitionis officio deputatæ propter expensas: quas dum inquirunt in fæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoque officium tale, quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere stipendiis) fieri penitus prohibemus. Rationem autem ijdem diœcesani prouentuũ obuenientium † ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua constitutione, cõsuetudine vel mandato contrarijs non exposcant: sed eam cameræ nostrę vel alij, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis, quę generaliter obseruari iubemus. Dat. Lateranen. vj. nonas Mart. Pontificatus nostri anno Primo.

† Eymericus par 3. q. 104. 105. & seq. vbi dixi.

Episcopi propriis sumptibus in hæreticos debẽt animaduertere.

† Al. obuentionum

Extrauagans Domini Ioannis XXII.

Inquisitores hæreticæ prauitatis censuras Ecclesiasticas fulminare non possunt in officiales & nuntios sedis Apostolicæ sine ipsius licentia speciali: sed de eorum excessibus, informationem facere possunt, & deinde Romano Pontifici significare.

CAP. III.

† Authen. ad hæc. C. de iudic. vbi hæc seruari iubẽtur.

CVM † Matthęus de Pontinian. ordinis Prædicatorum, Inquisitor hæreticę prauitatis in Regno Scicilię auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione quęsita, ac nostra & Apostolicę sedis reuerẽtia & honore postpositis in dilectum filium magistrũ Guillermum de Baleto Archidiaconum Foroliuien. capellanum nostrum, campanię marittimę; rectorem, excommunicationis sententiam, inconsultis motibus non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cetero talium præsumptoribus † obuiare; vniuersis & singulis tam ordinariis,

† Eymericus 3. p. q. 26. vbi dixi & de intellectu Lapus responso quodam incipien. Factum super quo . . quod habetur post consilia Oldiadi.

† al. præsumptionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordinarijs,quàm delegatis iudicibus ac Inquisitoribus prauitatis eisdem,& aliis vniuersis & singulis,quacumque auctoritate fungantur,auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus, expresse, ne contra nostros & Apostolicæ Sedis officiales vel nũtios,aut ipsorum aliquem, quauis occasione vel causa, absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius litteras concedenda,plenam faciente de tenore præsentiũ mentionem,procedere quoquomodo præsumant, aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspẽsionis,seu quasuis alias sententias promulgare. Nos enim,exnũc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mãdatum huiusmodi contingerit attentari. Volumus tamen quòd diœcesani & Inquisitores prædicti super ijs, quę negotium tangunt fidei,alij vero super iis,quę rem tangunt vel publicam vel priuatam,siue ordinarij siue delegati, quacumq; auctoritate fuerint, prout posset ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebite forsan attentatum extiterit,se plenius informare:idque nobis significare studeant,vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auinione xij. Calend. Ianuarij,Pontificatus nostri anno Vndecimo.

Officialium sedis Apostolicæ delicta, Papæ sunt nuntianda, nõ per alios iudices coercenda.

Protestatio catholica & consueta.

Idem.

Tres errores magistri Ioannis de Poliaco doctoris Parisiensis circa materiam confessionis sacramentalis,& potestatem absoluendi hic damnantur.

Eosdem etiam errores damnauit Calistus III. Rom æper extrauagan. incipiẽ. Inter cetera quę habetur inter priuilegia Fratrum ord. Prędi. fol. 122.

CAP. II.

VAS electionis doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mundum docuit vniuersum,præsumptuosam illorum audaciam refrænare sollicitus,qui prudentię propriæ innitentes in errores proprios prolabuntur, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed ad sobrietatem sapere, salubri doctrina suggessit: & iuxta Sapientis eloquium: Quisque suæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum,cum dilectum Filium magistrum Ioannem de Poliaco † sacræ Theologię doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram præsentiam vocauissemus: fide digna relatio ad nostrum perduxit auditum, quòd ipse in quibusdam articulis tangentibus pœnitentiæ sacramentum non sobrie, sed perperam sapiebat infrascriptos articulos periculosos continentes errores docens publice in suis prædicationibus,& in scholis. Primo siquidem astruens,quòd confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones,tenentur eadem peccata quæ confessi fuerant,iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quòd stante, omnis vtriusque sexus. edicto † in concilio generali, Romanus Pontifex nõ potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri, quem dicit esse parochialem curatum. Immo nec Deus posset hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio,quòd Papa non potest dare potestatem generalem audiendi confessionem: immo nec Deus, quin confessus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio sacerdoti,quem dicit esse(vt præmittitur)proprium curatum. Nos igitur scire volentes,si suggesta nobis veritatem haberent,articulorum præmissorum copiam eidem magistro Ioanni fecimus assignari,& ad sui defensionem plenam audientiam sibi præbuimus tam in nostra & fratrum nostrorum præsentia in consistorio, quàm aliàs coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi officium deputatis. Verũ licet præfatus magister dictos articulos & contenta in ipsis defendere niteretur: asserebat tamen se paratum credere & tenere in præmissis & aliis, quæ tenenda & credẽda esse sedes Apostolica diffiniret. Nos igitur attendentes, quòd prædictorum articulorum assertio,prædicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum: ipsos per prælatos magistros in Theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collationem solertem & examinationem habuimus super his. Per quas quidem collationem & examinationem super his habitas,comperimus præmissos articulos doctrinam non sanam, sed periculosam multum,& veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & singulos, idem magister Ioannes, veris sibi rationibus opinioni dudum suę habitæ contrariis demonstratis, in cõsistorio reuocauit: asserens se credere eos non veros,sed ipsorum contrarium verum esse,& dicens se nescire rationibus sibi factis, in contrarium respondere. Ideoq; ne per assertionem, prædicationem, & doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit)animę simpliciũ prolabantur,omnes articulos,& quemlibet eorum,tamquam falsos & erroneos,& à doctrina sacra deuios, auctoritate Apostolica condemnamus,& reprobamus,de fratrum nostrorum consilio prædictorum,doctrinam contrariam veram,& contrarium esse catholicum asserentes: scilicet, quòd illi, qui prędictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quàm si ea aliàs confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale. Optantesque veritatis vias notas esse fidelibus cũctis,& prædictis erroribus præcludere aditum, ne subintrent errores, se. re. Alexand. IIII. & Clemen. IIII. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis innitendo, vniuersis & singulis districtius inhibemus,ne quisquam præmissos articulos per eos (vt præmittitur) damnãtos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipsorum,vtpote à catholicis mentibus respuẽda,tenere audeat seu defensare,quomodolibet vel docere. Quo circa vniuersitati vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuersis & singulis vestrum, in ciuitatibus & diœcesibus vestris conuocato clero & populo cõmuniter omnia præmissa & singula per vos seu per alios solenniter publicetis: nos etiam eidem magistro Ioanni mandamus, quòd in scholis, & & sermone Parisius, prędictos articulos & contenta

Rom. 12.

Prou. 23.

† De hoc late Eymer. hac 2. par. q. 8.

† Habetur 1. c. omnis. de pœnit. & remissio.

tẽta in eis tamquã veritati contraria propriæ vocis oraculo,asseueratione constanti publice debeat reuocare: quod se facturum dictus magister Ioãnes efficaciter repromisit. Dat. Auinione viij. Calen. Augusti. Pontificatus nostri anno Quinto.

Extrauagans Domini Benedicti, de visione beatorum.

Damnat multos errores de visione beatorum.

BENEDICTVS, Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

BENEDICTVS Deus in donis suis, & sanctus in omnibus operibus suis,qui sacrosanctam Romanam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam, quam vt vineã plantauit dextera sua, quamque vt præcipuam in Ecclesiarum omnium caput erexit vt victricem †, dicente Domino ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: sua miseratione non deserit,sed per beatos Apostolos suos,præcipue Petrum & Paulum singulares eiusdem Ecclesiæ defensores,pia benignitate & continua pietate custodit: quatenus eisdem rectoribus gubernata,in se stabilis maneat, fundata supra firmam petram, omnesque Christianę fidei cultores illi obediant,illi pareant,illi intendãt,sub illius magisterio degant, sub eius disciplina & correctione cõsistant: Non in illa dogmatizetur improuidum, inferatur incautum,in fide temerarium ingeratur: Sicque declinent homines à malo, & faciant bonum, ambulent per vias rectas, & ad meliora per sancta desideria proficiscantur: sperent iustorum propinquas æternæ vitę retributiones: timeãt malorum inferni calamitates non remotas: Nam scriptum est: Ecce venio cito,& merces mea mecum est,reddere vnicuiq; iuxta opera sua. Quod si secus à quoquam fuerit attentatum, id protinus sua auctoritate, pœnis etiam adiectis, prout expedire viderit,prorsus euellat. Pro qua,vt in seipsa subsistens alios informaret, passionis suę tempore Saluator noster Iesus Christus patrem exorasse perhibetur dicens: Simon,ecce Satanas expetiuit vos, vt cibraret sicut triticum: Ego autem pro te rogaui,vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Sane dudum tempore felicis recordationis Ioannis XXII. prædecessoris nostri,inter nonnullos etiam Theologicę facultatis magistros, super visione animarum iustorum hominum post mortem suam, in quibus nihil erat purgabile,cũ de hoc sæculo decesserunt: vel si fuerat,iam purgatum fuerat ex toto:an diuinam essentiam videant ante corporum suorum resumptionem,& iudiciũ generale: Et super nonnullis aliis orta materia quæstionis, ipsorum aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuam, alij vero secundum suas imaginationes,de visione diuinę essentiæ ab animabus huiusmodi, diuersa & diuersimode ostendere nitebantur: prout ex dictis & scriptis ipsorum noscitur apparere: super reiectis vero suis concertationibus, quas hic causa breuitatis omittimus: quia ita ex nostris determinationibus inter se etiam decidebant †. Cumque idem prędecessor noster, ad quem prędictorum determinatio pertinebat,ad decisionem concertationũ huiusmodi se pararet, in suo consistorio publico, tam fratribus suis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,de quorum numero tunc eramus,quàm prælatis & magistris in Theologia,qui multi aderant presentes,iniungendo districtius,& mandando, vt super materia de visione prędicta, quando requirerentur ab eo,deliberate vnusquisq; diceret quod sentiret. Tamen morte prœuentus,sicut Domino placuit,perficere illud nequiuit. Defuncto itaque prædecessore præfato, nos diuina dignatione ad apicem summi Apostolatus assumpti, diligentius attendentes, quanta ex præmissis eorum concertationibus non solutis, animarũ imminerẽt † pericula, quanta exinde possent † scandala suboriri;vt ipsorum varietas † pereat, & veritatis soliditas innotescat:habita prius super prædictis sollicita examinatione, & diligenti deliberatione cũ fratribus nostris dictę Romanæ Ecclesię Cardinalibus,de ipsorum fratrum consilio, hac in perpetuũ valitura constitutione,auctoritate Apostolica diffinimus:quòd secundum communem Dei ordinationem,animę sanctorũ omnium, qui de hoc mundo ante Domini nostri Iesu Christi passionem decesserunt:necnon sanctorum Apostolorũ, martyrum,confessorum,virginum, & aliorum fidelium defunctorum post sacramentum baptismi ab eis susceptũ,in quibus nihil purgabile fuit,quãdo decesserunt,nec erit quando decedent etiam in futurum : vel si tunc erit aliquid purgabile in eisdem,tamen post mortem suam purgauerint †:atq; animæ puerorum eodem Christi baptismate renatorum,& baptizandorum,cum fuerint baptizati, ante vsum liberi arbitrii decedentium, mox post mortem suam,& purgationẽ prefatam in illis, qui purgatione huiusmodi indigebant: etiam ante resumptionem suorum corporum, & iudicium generale, post ascensionem Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in cælum,fuerunt, sunt, & erũt in cælo cælorum regno & paradiso cęlesti cum Christo sanctorum angelorum consortio aggregatę:ac post Domini † Iesu passionem & mortem viderunt,& vident, & videbunt diuinam essentiam immediate,se bene,clare & aperte eis † ostẽdentem: quòdque sic videntes eadem diuina essentia perfruuntur: Necnon quòd tali visione & fruitione eorum animæ,qui iam decesserunt,sunt vere beatæ,& habent vitam & requiem æternam,& † etiã illorum,qui postea decedent,eandem diuinam videbunt essentiam, ipsaq; perfruentur ante iudiciũ generale:ac quòd visio huiusmodi eiusq; fructus, actum † fidei & spei in eis euacuant,prout fides & spes proprie Theologicę sunt virtutes:Quòdque postquam inchoata fuerit vel erit talis intuitiua & facialis visio & fruitio in eisdem,eiusdem visio & fruitio sine aliqua intermissione †, seu euacuatione prędictæ visionis & fruitionis continuata existet †,& continuabitur usq; ad finale iudicium, & extunc vsque in sempiternum.

† al. & veritatem Matth. 16.

Apoc. 22.

† al. diffidebant.

† al. imminent

† al. possunt

† al. vt ipsorum veritas pareat.

† al. purgabunt.

† al. Christi

† al. illis

† al. & omniũ illorũ

† al virtutẽ

† al. intercisione

† al exiſtit

Diffinimus insuper, quòd secundum Dei ordinationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dinationem communem, animæ decedentium in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur: & quòd nihilominus in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cũ suis corporibus comparebunt: reddituri de factis propriis rationẽ, vt recipiat vnusquisq; propria corporis, prout gesit, siue bonum, siue malum.

Decerẽtes prædictas nostras diffinitiones seu determinationes, & ipsarum singulas ab omnibus fidelibus esse tenendas. Quicumque autem deinceps prædictarum nostrarum diffinitionũ seu determinationum, ac singularum ipsarum cõtrarium scienter & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, aut defendere, verbo vel scripto præsumpserit, contra eum sicut contra hæreticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, &c. Datum Auinione iiii. Calen. Februarii, Pontificatus nostri anno Secundo.

COMMENT. XXI.

a BEnedictus Episcopus.] *Alfonsus Castrus lib. 3. aduersus hæreses, verbo, Beatitudo, hæresi 6. & Bartholomæus Medina apud Sãctũ Thomam 1.2. quæst. 4. art. 5. & alij plerique hãc extrauagantem tribuunt Benedicto Papæ eius nominis vndecimo. item in Directorio Barcinonen. impresso, cuius lectionem in priori editione sumus sequuti, Benedicto vndecimo tribuebatur, id tamẽ ita esse non potest: nam cum in hac extrauaganti fiat mentio Ioannis xxij. qui post Benedictum vndecimum pontificatum gessit, nullo modo potuit Benedictus vndecimus eius meminisse pontifex, qui nondum pontifex factus fuerat. Quod autem Benedictus vndecimus antecesserit Ioannem xxij. manifestum est ex catalogo, serie, seu Romanorum Pontificum chronologia, vnde apparet Benedicto vndecimo successisse Clementẽ V. Clementi Ioannem XXII. huic vero Benedictum duodecimum anno Domini 1334. Quare omnino dicendum videtur, hoc scriptum Benedicti duodecimi esse: quòd etiam ex verbis rescripti constare potest, vbi post longam mentionem factam à Benedicto de Ioanne XXII. subditur ita:* Defuncto itaque prædecessore præfato, nos diuina dignatione ad apicẽ summi Apostolatus assumpti, &c. *Manifestum est autem Ioanni XXII. immediate in pontificatu successisse Benedictum duodecimũ. Dominicus etiã Sotus lib. 4. senten. dist. 45. quæst. 1. art. 3. cõclus. 3. Benedicto duodecimo tribuit, quamuis perperã ibi dicatur, hãc extrauagantem incipere,* Animas purgatas. *cum incipiat,* Benedictus Deus.

Referunt eam præter Eymericum hic, Alfonsus Castrus præcitato loco, & Marsilius lib. 4. sentent. quæst. 13. art. 3. & alij.

Iam Eymericus ideo retulit, quia hæreticus in ea declaratur, qui auderet asserere scienter aliquid cõtra quàm hic statuatur, ac definiatur de visione beatorum & punitione damnatorum.

Edita verò fuit anno secundo pontificatus sanctissimi Domini Benedicti duodecimi, qui incidit in annũ 1335. vt ex serie & chronologia annorum pontificiorum colligi non obscure potest, ad componendas & sedãdas quæstiones controuersas de visione beatifica animarum beatarum, & nonnullis alijs, quę multo et frequenti litteratorum conflictu agitabantur.

Primum itaque catholicum dogma, quod hic definitur, tale est: Post ascensionem Saluatoris Domini nostri Iesu Christi in cælum, Animæ sanctorum, in quibus vel nihil erat purgandum cum decesserũt, nec erit quando decedent in futurum; vel si tunc erit aliquid purgandum, post mortem tamen purgabuntur: item animæ puerorum baptizatorum, qui iam decesserunt, aut baptizandorum in posterum & decedentium antè vsum liberi arbitrij, mox vt decesserint ante resumptionem corporum & iudicium generale, recipiuntur in cælum, & diuinam essentiam clara visione intuentur.

Alterum dogma est: Animę decedẽtium in actuali peccato mortali, mox post mortem suam ad inferna descendunt, vbi pœnis infernalibus cruciantur.

Olim controuersum fuit, num animę Sanctorum vsque ad diem iudicij Deum viderent, & diuina visione fruerẽtur: cũ multi insignes viri & doctrina & sanctitate clari tenere viderentur. eas nec videre nec frui vsque ad diem iudicij, donec receptis corporibus vnà cum illis diuina beatitudine perfruantur: nam Irenæus, Iustinus martyr, Tertullianus, Clemens Romanus, Origenes, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus, Lactantius, Victorinus, Prudentius, Theodoretus, Aretas, Oecumenius, Theophilactus, & Euthymius huius referuntur fuisse sentẽtiæ, vt commemorant, Castrus, & Medina præcitatis locis, & Sotus lib. 4 sent. dist. 45. quæst. 1. art. 3.

Ceterum neque hi, neq; alij eiusdem opinionis sectatores, in ea re heretici, aut de hæresi suspecti dici possunt, etiam si contra veram sententiam senserint antequam per Ecclesiam esset definitum, quid in tanta controuersia tenendum ac credendum foret, iuxta veram & communem sententiam Sancti Thomæ, & Caietani par. 1. quæst. 32. art. 4. de qua diximus copiosè supra commentario 1. huius. 2. partis, super cap. Dubius. de hæret. quare impune & citra hæresis notam potuerunt eo tempore quamlibet partem sequi. At post Ecclesię declarationem non licet absque crimine hæresis (vt hic dicitur) contrarium scienter & pertinaciter tenere, conferre, prædicare, docere, aut defendere.

Nec defuerunt etiam viri graues & sanctitate & eruditione insignes, qui iam olim hoc ipsum non obscure professi sunt, quod Dominus Benedictus duodecimus hic declarauit; nam & ijdẽ Augustinus, Ambrosius & Chrysostomus alijs in locis, & Hieronymus, Gregorius & alij, vt prædicti referunt, apertissime hanc catholicam sententiam sunt amplexi. Et Innocentius Papa III. in cap. Maiores. §. caute tamen. extra de baptis. & eius effect. idem statuere videtur, dicens: Quoniam etsi originalis culpa remittẽbatur per circuncisionis mysteriũ, & damnationis periculum vitabatur, non tamen peruẽiebatur ad regnũ cælorum, quod vsq; ad mortem Christi fuit omnibus obseratũ: Sed per sacramentum baptismi Christi sanguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculũ, & ad regnũ cælorũ etiã peruenitur, cuius ianuã Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. *hęc Innocẽtius.*

Idem

Idem Innocentius tertius (vt mihi videtur) in c. Apostolicam. extra de presbytero non baptizato, eãdem non obscure definire ac stabilire videtur sententiam in hæc verba: Inquisitioni tuæ taliter respondemus, presbyterum, quem sine vnda baptismatis extremum diem clausisse significasti: quia in sanctæ matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauit, ab originali peccato solutum, & cælestis patriæ gaudium esse adeptum asserimus incunctanter.

Post hæc Benedictus in hac extrauaganti longe vberiorem & expressiorem definitionem edidit: quã etiam concilium generale octauum seu Florentinum sub Eugenio IIII. celebratum sessio. vlt. circa finem, anno Domini 1439. clare & aperte tradidit his verbis: Definimus illorum animas, qui post baptisma susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quę post contractam peccati maculam, vel in suis corporibus, vel eisdem exutæ corporibus, (prout superius dictum est) sunt purgatæ, in cælum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & vnum, sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius: illorum autem animas, qui in actuali mortali peccato, vel solo originali decedunt, mox infernum descendere, pœnis tamen disparibus puniendas. *hactenus concilium.*

Atque ex his consequitur, Græcos & Armenos nunc potissimum post has Ecclesiæ definitiones vel ex hoc solo hæreticos esse, qui asserunt, animas defunctorum suis corporibus exutas, non habere pœnã vel gloriam vsq; ad diem iudicij, quos refert & confutat egregie Guido Carmelita in summa de hæresibus tit. de hæresibus Græcorum, cap. 7. & tit. de hæresibus Armenorum, cap. 5.

Ex hac extrauaganti Nicolaus Eymericus infra in hac 2. par. quæst. 8. ver. In extrauaganti autẽ. duo decim hæreses damnatas subtiliter colligit, & totidem inde catholicas veritates illis hæresibus contrarias comprobari verissime admonet.

LITTERAE DECEM APOSTOLICAE
DIVERSORVM PONTIFICVM SVMMORVM

In quibus magna & multa priuilegia Inquisitoribus conceduntur, & quamplura dubia ad Inquisitionis officium pertinentia dissoluuntur.

Vrbanus IIII. ad Inquisitores.

Multa Inquisitoribus priuilegia conceduntur, & pleraque alia declarantur, quę ad eorum officium spectant.

Edita anno Domi. 1261.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Regno & dominio charissimi in Christo filii nostri Regis Aragonum deputatis auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis, Salutẽ & Apostolicam benedictionem.

PRAE CVNCTIS nostrę mentis desiderabilibus † catholicæ incrementum fidei affectantes, nimio vtique dolore replemur, cum audimus aliquos, vel sentimus ad illius depressionem quacunque † malignitate satagere, vel damnabilibus ipsam deprauando reprehensionibus, aut detractionibus ei abrogabilibus derogando, seu commentis eandẽ mendacibus peruertendo: ad quorum iniqua conterenda molimina eò animosius aspiramus, quò in animarum stragẽ perniciosius eos agnoscimus conspirare. Sane, vt accepimus, in aliquibus partibus regni & dominii charissimi in Christo filii nostri illustris regis Aragonũ, adeo infidelitatis error inualuit, quòd ibi quamplurimi à via veritatis prorsus auersi, euntes per deuium falsitatis, pestiferas ad concutiendum orthodoxę murum fidei machinas construxerunt, molientes ipsum fallacium argumentationum impulsibus demoliri. Verum licet vbilibet sedis Apostolicæ diligentia contra talium dolosam astutiam, ne diffusius huiusmodi serpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum: in prædictis tamen partibus cupientes anxie, vt negotium fidei iugi profectu, elisis omnino † erroribus conualescat, vigilare ad hæc per nos & alios eò studemus attẽtius, quò prædictum Regem feruentiorem sentimus ad idem negotium efficaciter promouendũ. Prouidimus igitur ibidem ad præsens personas aliquas circunspectas, pro tanto negotio deputari quarum honesta conuersatio exemplum tribuat puritatis †, & doctrinã fundant erudita labia salutarẽ vt sacro ipsarum ministerio præfatę partes ab huiusmodi contagiis expurgentur. Vt autẽ inquisitionis officium † contra hæreticos in præfatis partibus posit efficacius adimpleri: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, prædictum officium in dictis partibus simul † vel separatim aut singulariter, prout negotii vtilitas suadebit, ad extirpandam de ipsis partibus hæreticam prauitatem, sub spe mercedis eternæ sic efficaciter prosequi & exequi studeatis, vt per sollicitudinis vestræ prudentiam, de partibus ipsis radix iniquitatis hæreticæ succidatur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quę peruersis morsibus demoliuntur eandem, fructus afferat catholicę puritatis.

† omnibus

† al. pietatis

† al. negotiũ

† Concordat textus in c. Vt officium de hæret. li. 6.

† al. desideriis

† al. qualicunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

†cap. ad abolendã. §. qui vero & cap. Excõmunicamus. 1. §. qui autem. de hæret.

Si quos autẽ † de prauitate prędicta culpabiles inueneritis vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos (nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesię obedire) necnõ contra receptatores, defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones canonicas, auctoritate Apostolica, huiusmodi metu diuino timori postposito, procedatis:

Non obstantibus aliquibus litteris, ad quoscunque alios de partibus ipsis (exceptis locorũ dicę cesanis) super huiusmodi negotio, ab ipsa sede directis; quarum deinceps ad huiusmodi inquisitiones faciendas nolumus auctoritate procedi. Quinimmo ne procedatur per illas districtius inhibemus; nec prętextu commissionis specialiter eisdem dicœcesanis super hoc factæ, processus vestros in eorundem dicœcesanorum ciuitatibus & dicœcesibus volumus impediri.

† Concordat ter. in c. per hoc de hær. lib. 6.

Nec per hoc †, quòd fidei negotium generaliter in ipsis partibus vobis committimus, commissiones à præfata sede dicœcesanis eisdem factas, si forsan illarum, seu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus reuocare. Veruntamẽ siue auctoritate ordinaria, siue ex delegatione sedis prædictæ, iidem dicœcesani in huiusmodi negotio processerint, nequaquã volumus, vel per cõcursum processuum, vel aliàs quomodolibet processus vestros impediri, quin dicœcesanorum ipsorum processibus non obstantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis.

† Concordat text. in c. Vt officium. §. si vero. de hær. lib. 6.

Si vero† aliqui ex prędictis: hęretica labe penitus abiurata redire voluerint ad ecclesiasticã vnitatem, eis iuxta formam Ecclesię, absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem quod iniungi talibus consueuit: Prouiso solerter ne simulata cõuersione redeant fraudulenter, & vos, immo potius seipsos fallentes sub agni specie gerant lupum.

† Vide Clemen. 1. §. propter quod. de hæret.

Quòd si † aliqui fuerint iudicandi hæretici, vel incarcerationis pœna perpetuę alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, per vos ad illud de dicœcesanorum vel vicariorum suorum, si dicœcesanis ipsis absentibus præsentes fuerint, cõsilio procedatur: vt in tantę animaduersionis iudicio, non postponenda Pontificum auctoritas intercedat.

†Concordat text. in c. Vt officium. §. verum. de hęret. lib. 6.

Verum † quia in tam graui crimine cum multa oportet procedi cautela, vt in reos sine vllo profecatur errore duræ ac dignæ seueritas vltionis; volumus & mandamus, vt vos, vel illi quos ad hoc duxeritis deputandos, in examinatione testiũ, quos recipi super hoc crimine prędicto, ipsumq; contingentibus oportuerit, adhibeatis duas † religiosas personas & discretas, in quarum presentia per publicã, si commode potestis habere personam, aut per duos viros idoneos fideliter eorundẽ depositiones testium conscribantur.

† Eymericus 3. par. q. 63.

† Eymericus 3. par. quæst. 75. & ibi dixi

Quòd si testibus †, quos à vobis recipi, vel ab alio vice vestra super eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorundem videritis periculum imminere, ipsorum nomina non publice, sed secrete coram aliquibus personis prouidis & honestis, religiosis, & aliis ad hoc vocatis, de quorum consilio ad sententiam vel cõdemnationem procedi volumus, exprimãtur: Et sic non obstante, quòd illis, contra quos huiusmodi testes deposuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis instruendam, adhibeatur plena fides testium depositionibus eorundem.

†Concordat cap. Vt commissi. de hęret. lib. 6.

Vt ergo † commissi vobis officii debitum vtilius & liberius exequamini, committendi citationes, & testium examinationes, cum de huiusmodi crimine, ac ipsius circunstantiis duxeritis inquirẽdum: & denunciationes sententiarum, quas in quoslibet hac de causa tuleritis: Accersendi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis in ferendis huiusmodi sententiis præbeant consilium opportunum, ac vobis assistant: Conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorũ, aliorumq; locorum, prout dicto negotio fidei videritis expedire: Insuper in dicto negotio, de plano & absq; iudiciorũ & aduocatorũ strepitu: Ac contra illos, quos in prędictis partibus in hęreseos † crimine commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi: Necnon faciendi vobis libros, seu quaternos, & alia scripta, in quibus iquisitiones factæ, & processus per quoscunq; auctoritate sedis Apostolicæ, vel legatorum eius habiti, contra hæreticos continentur, a quibuslibet assignari & obseruari omnia statuta tam per sedem Apostolicam, quàm in conciliis † eiusdem sedis prouide edita, quæ negotium catholicę fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotii & augmentationi fidei fuerit opportunum: Priuandi præterea † de dicœcesanorũ, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio hęreticos, eorundem credentes, receptatores, fautores, & defensores, eorumque filios, & nepotes, personatibus, dignitatibus, & beneficiis ecclesiasticis, & officiis publicis, & honoribus quibuscũque: Necnon & largiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus, & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint: Plena sit vobis, & singulis vestrum presentium tenore facultas.

† al. hęresis crimen commisisse

† Eymericus 3. par. q. vlt.

Vobis † autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorũ veniam indulgemus, quę succurentibus terræ in generali concilio est concessa.

† Eymericus 3. par. q. 128. & sequen.

Sociis vero † Fratribus vestri ordinis, & Notariis vestris, qui vnà vobiscũ in prosecutione huiusmodi negotii laborauerint, & omnibus qui vobis personaliter astiterint in eodẽ negotio: & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores & defensores eorum, ex animo vobis præstiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia, & beatorũ Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentiis relaxamus. Et si qui ex iis in prosecutione huiusmodi negotii forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenã veniam indulgemus.

†Concordat cap. Vt officium. §. compescendi. de hæ. et. lib. 6.

Compescendi † prętera monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postpo-

posita, prædicatores quęstuarios à prædicationis officio (qđ ad ipsos nullatenus pertinet, quorum interest tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam, siquam forte habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus, auctoritate præsentium, facultatem.

Et quæstuarios prædicatores sustulit conc. Tridẽ. sess. 5. de ref. 2. & sess. 21 de refor. c. 9.

Ceterum, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio vobis cõmisso, se opponere, seu illud pręsumpserint aliquatenus impedire, ut non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiose: contra eos tanquam hæreticorum fautores, & defensores, secundum sanctiones canonicas, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis.

Denique ut circa premissa plene vobis & singulis vestrum coertionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas; volumus vt ea omnia vtiliter exequamini, inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis; Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nõ obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis, cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis uel ordinis. & præsertim Cistercien. Prædicatorum, & Minorũ, seu Eremitarum, siue communitatibus vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum, specialiter vel generaliter, sub quacunque verborum expresione vel forma, à memorata sede cõcessis, vel in posterum concedendis: Etiam si dicatur in illis, quòd eis per aliquas litteras totum de verbo ad verbum tenorem non continentes priuilegiorum vel indulgẽtiarum ipsarum, nequeat derogari: Et illis maxime priuilegiis & indulgentijs, quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus, seu cõcedetur deinceps, qꝑ excommunicari, vel ipsorum terræ supponi nõ possint ecclesiastico interdicto: aul quòd prædictorum, vel aliorum quorumlibet ordinũ fratres, ad executiones negotiorũ, aut ad citationes quorumlibet, siue denunciationes sententiarum excõmunicationis, suspensionis, vel interdicti, auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus, priuilegiis, vel indulgentiis, eis super hoc à sede concessis eadem, habeatur in eisdem litteris mentio specialis: cum ex huiusmodi vel aliis priuilegiis, vel indulgentiis nullum vobis in tanto pietatis negotio, velimus obstaculum interponi: Et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. † Datum apud Montem Flascon. v. Calen. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

† Lateranen. sub Innocẽ. III. c. 37. refertur in canonnulli. de referip.

Clemens IIII.

Edita anno Domini 1265.

CLEMENS Episcopus seruus seruorũ Dei, Dilectis filijs Fratribus ordinis Prędicatorum Inquisitoribus hæreticę prauitatis in regno & dominio charisimi in Christo filij nostri illustris Regis Aragonum deputatis auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

† al. desideratis.

PRAECVNCTIS nostrę mentis † desiderabilibus: &c. sicut in præcedenti immediate. Datum Perusij sexto nonas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

Quia vero in prædictis duobus priuilegiis Vrbani & Clementis, sequens clausula, quę dirigitur Inquisitoribus, continetur: *Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus. illam peccatorum ueniam indulgemus, quæ succurrẽtibus terræ sanctę in generali concilio † est concessa:* Idcirco, [b] vt videatur quæ est illa indulgentia, quę conceditur † terræ sanctæ succurrentibus, & consequenter Inquisitoribus in negotio fidei laborantibus: sciẽdum est, qꝑ in capitulo, Ad liberandam terram sanctam. extra de Iudeis & Sarracenis, in parte decisa, vt notat Hostien. in lectura habetur sic:

† Concesit Inno. III. in concilio generali Lateran. Romæ habito anno Domi. 1215.

Ad liberandam terram sanctam: & infra. Nos ergo de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, & ex illa quam nobis, licet indignis, contulit Deus ligandi atque soluendi potestate: omnibus qui laborem istum in propriis personis subierint & expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, & in retributionem iustorum, salutis æternę pollicemur augmentum: Eis autem qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis duntaxat expensis, iuxta facultatẽ & qualitatem suam viros idoneos destinauerint. Et illis similiter, qui licet in alienis expẽsis, in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis volumus & concedimus esse participes, iuxta qualitatem † subsidii & deuotionis affectum, omnes, qui ad subuentionem ipsius terrę de bonis suis congrue ministrabunt, aut circa prædicta consilium, & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam pie proficiscentibus † in hoc opere in communi sancta & vniuersalis synodus orationum & beneficiorum suorũ suffragium impartiẽtur, vt eis digne proficiat ad salutem.

† al. quamritatem

† al. proficiẽtibus

Ex prædictis omnibus clare patet, quòd Inquisitores dum laborant in eorum officio sancto, suorum plenam peccatorum ueniam consequuntur.

COMMENT. XXII.

Ritus vetustus promulgandi leges contra hęreticos initio Pontificatus

a PRæcunctis.] *Edidit Clemens IIII. anno Domini 1265. eisdem penitus verbis, quibus Vrbanus IIII. prędecessor paulo ante ediderat; videtur enim fuisse mos vetustis temporibus cum ita res postulabat, vt in principio Pontificatus quilibet Romanus Pontifex contra hæreticos: & Ecclesiæ rebelles leges promulgaret, vt eos suppliciorum & pœnarum acerbitate à tanto crimine amoueret, & ad Ecclesię gremium reduceret. Has autem leges interdũ à prædecessoribus acceptas nullis mutatis uerbis (nisi occasio suaderet) edebãt, vt me etiam vere docuit Illustrissimus Iulius Antonius Sanctorius sanctæ Seuerinæ Cardinalis, generalis Inquisitor, vir singulari pietate & eruditione: quę consuetudo, vt exantiquis Pontificum rescriptis colligo, tunc maxime uiguit, cum Albigenses, Pauperes de Lugduno, & ceteri eius sectę hæretici ab hinc fere trecentis annis*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Olim ter in anno hæreti ci anathema tizabantur.

pacem Ecclesiæ perturbabant.

Illud etiam olim fuit in vsu, vt ter in anno soleni ritu hæretici cuiuscunq; sectæ anathematizarentur, videlicet in die cœnæ Domini, Ascensionis, & in festo Dedicationis basilicarum Petri & Pauli, vt notat glos. Ioan. And. in Clem. dudum. verbo, solennes. de iudicijs. et idē Ioan. And. in c. vt officium. in prin. de hæret. lib. 6. & Ioan. Monachus in glos. supra extrauag. Bonifacij octauj incip. Rem non nouam. ituri. de dolo & contu. inter cōes, in verbo, Solemnes dies. quibus tandem ritibus (vt arbitror) successit processus Bullæ, quæ dicitur in cœna Domini, quæ annis singulis in die Iouis sancta coram summo Romano Pōtifice legitur. qua in primis hæretici vniuersi anathematizantur: nam vsus huius Bullę (vt breuiter id moneam) tametsi non videatur multum antiquus, vt putat Domin. Sotus lib. 4. Sent. dist. 22. quæst. 2. ar. 3. vers. Hęc autem Bulla. cum nec S. Thomas, nec Eymericus, nec alij vetustiores auctores eius meminerint, sed à tempore Martini quinti, circa annum Domini 1420. quo tempore Bohemorum hæreses in concilio Constantiensi fuerunt damnatę, cępisse videatur, ac de ea mentionem ia faciant Paulus secundus, & Sixtus quartus quibusdam rescriptis incipientibus, Et si dominici gregis. *Post Leo decimus aduersus Lutherum eam auxit, ac deinde Paulus tertius, & ceteri Romani Pontifices donec ad Gregorium XIII. qui nunc feliciter regnat, continua serie peruenias: tametsi inquam vsus huius Bullæ, non videatur Soto multum antiquus. considerata tamen antiqua anathematizandi hæreticos consuetudine vetustior videri poterit, quàm Sotus forte minus vere putauerit; quod efficaciter probari potest ex textu in dicta clem. Dudum. de iudicijs, ubi scriptum est ita:* Etiam extra dies solemnes, in quibus Romani Pontifices processus consueuerunt facere generales. *Quæ verba etiam ponuntur in dicta extrauagan. Rem non nouam. de dolo & contu. & glos. in dicta clemen. Dudum. verbo: Generales. recte adnotat hos generales processus fieri cōtra hæreticos, credentes, & ceteros huiusmodi.*

Origo bullæ quæ dicitur in cœna Domini vetustior est quā putauerit Sotus.

Atq; ex dictis desines mirari, si quandoque inuenias multa Pontificum rescripta de pœnis hæreticorum aduersus hæreticos edita eisdem sępe verbis cōcepta. nam circa eandem rem idem modus solitus erat seruari à diuersis Romanis Pontificibus.

b ¶ Idcirco ut uideatur quæ est illa indulgētia, quę conceditur terræ Sanctę succurrentibus,] *Vt hęc intelligantur obseruandum est Innocentium tertium in concilio generali Lateranen. Romę apud Lateranum habito, anno Domini 1215. pro recuperāda terra Sancta multum laborasse, magnaque priuilegia, & ingentes indulgentias concessisse Crucesignatis, id est illis, qui vel in proprijs personis, vel aliter id negotium iuuissent. Quæ res multis verbis narratur in fine concilij Lateranen. vbi ponitur expeditio pro recuperanda terra Sancta, quam refert Hostiensis in cap. Ad liberandam. extra de Iudæis & Sarracē. Eymericus hic ex Hostiensi eam solum partem retulit (vt apparet) quę suo instituto conueniebat.*

Atq; hoc est quod dicitur esse in parte decisa; id est, in ea parte, quam abstulit Decretalium compilator à dicto c. Ad liberandam. extra de Iudęis.

Vrbanus IIII.

Inquisitores hæreticæ prauitatis, & eorum notarij, durante officio, non possunt excommunicari, suspendi, aut interdici sine speciali mandato sedis Apostolicæ faciente de hoc priuilegio mentionem.

Edita anno Domi. 1261. Altera huic similis Alex. iiii. habetur in lib. priuil. ord. Præ. fol. 49. & vide Eymc. 3. p. q. 21 vbi dixi.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hęreticæ prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum deputatis à sede Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NE INQVISITIONIS negotiū contra damnatam hęresim prudētiæ vestrę commissum impediri (quod absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat; vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt nullus sedis Apostolicę delegatus, vel subdelegatus ab eo consecutus, aut etiam executor à sede Apostolica deputatus eadem, seu etiam deputandus, in vos, vel quattuor notarios siue scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequentes, quamdiu in prosecutione huiusmodi negotij vos & ipsi fueritis: possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare, absque speciali mandato prædictę sedis, faciente plenam & expressam de hac indulgentia mentionem: decernentes irritum & inane, si secus fuerit attentatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei, & beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. apud Montem Flasconem ii. nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Inquisitores eius notarii excommunicati nequeūt à deleg. sedis Apostolicę.

Vrbanus IIII.

Inquisitores & eorum socij mutuo se possunt absoluere ab excommunicatione, & irregularitate, in casibus de quibus hic.

Edita anno Domi. 1261. Et vide Eymeric. 3. par. quæst. 23. & quæ ibi dixi

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticę prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum deputatis, à sancta sede Apostolica & in posterū deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

VT NEGOTIVM fidei valeatis liberius promouere, vobis auctoritate præsentiū indulgem⁹: vt si vos, & fratres vestri ordinis socios vestros, excōmunicationis sententiā, & irregularitatē incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel recolatis etiam incurrisse: quia propter iniunctū vobis officiū ad Priores vestros de leui super hoc recurrere nō potestis, mutuo vos super his absoluere, iuxta formā Ecclesiæ, & vobiscū auctoritate nra dispēsare possitis in casibus, in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, est ab Apostolica sede concessum. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contrarire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum, Datum apud Montem Flasconem ii. nonas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

Vrbanus IIII.

Filij vel hęredes petentium in infirmitate sua hęreticorum consolationem, non admittuntur ad probandum quòd non sanamento, vel perdita loquela susceperint, si constat quòd erant sanamentis quando consolationem petierunt: aliàs admittuntur per testes idoneos. Et concordat. textus in cap. Filij. de hæret. lib. 6.

Edita anno Dom. 1261. Eymericus 3. par. quæst. 43. & quæst. 121. vbi dixi copiose.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticę prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum, auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutē & Apostolicam benedictionem.

†al. Tholosa

OLIM ex parte dilectorum filiorum Fratrum ordinis Prędicatorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis in Cathalonia †, & aliis terris, nobilis viri A. comitis Pictanen. felicis recordationis Alexandro Papæ prædecessori nostro expositum † fuit quòd nonnulli de partibus, vbi eis contra hæreticos inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo cōstituti, salutis medicū † abhorrentes, consolatores hæreticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus desolationis suę consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem: Sed filij & hæredes sic decedentium propter hoc exhęredari timentes, & volentes ob id eorum malitiam excusare, proponunt se velle probare per testes, q̄p iidem quando recipiebant consolationem huiusmodi, loquelam amiserant, & erant alienati à mente: cum moris sit apud eos (vt dicitur) q̄p nullum taliter consolentur, qui non sit sanę mentis, & memoriam habeat ordinatā: Ac super hoc, eodē prædecessore consulto ab eisdem inquisitoribus, vtrum tales debeant probationes admitti: idem prædecessor eis duxit per suas litteras taliter respondendum: vt si legitime constiterit, q̄p prædicti, dum sanæ mentis essent, petierint hæreticos consolatores, sicq; viam fuerint vniuersæ carnis ingressi: licet consolationē huiusmodi, immo verius desolationem, non sanę mentis effecti, vel post iam perditam loquelam susceperint dicantur: nulla super hoc probatio admittatur: cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari: In dubio vero admitti poterit. Non tamen vxores, vel filii, seu familiares, aut de suis aliqui ad hoc probandum recipiantur in testimonium: sed alii testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum præsumendum: sit que in talibus propter fidei priuilegium †, cum multa cautela summaque diligentia, præ ceteris negotiis, procedendum. Vos igitur in hac parte iuxta ipsius prædecessoris nostri responsionem, commissum vobis negotium fidei, sic prudenter & fideliter exequi procuretis, q̄p labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad salutem (quę solum in talibus quæritur) proficiat animarum. Datum apud Montem Flasconem xii. Calend. Septēbris, Pontificatus nostri anno primo.

†al. expositō & abest verbum fuit.

†al. remediū

†al. præiudicium

Vrbanus IIII.

Declarantur hic multa dubia ad inquisitionis negotium spectantia, ex illis in primis, quę continentur in cap. Accusatus. de hæret. lib. 6.

Edita anno Dom. 1261.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hęreticæ prauitatis in regno & dominio charissimi in Christo filii nostri illustris Regis Aragonum auctoritate Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CONSVLTVS[a] felicis recordationis Alexander prædecessor noster, super articulis in fra scriptis, fidei causam contingentibus, ab Inquisitoribus prauitatis hæreticæ in partibus Tholosanis à sede Apostolica deputatis, per suas litteras respondit eisdem: cuius vtique responsionem præsentibus de verbo ad verbum duximus anno tandam, quæ talis est.

Quod super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

Primus igitur vestrę consultationis articulus continebat: vtrum † dici debeat relapsus in hæresim, qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commisisse: cum secundum proprietatem verborum non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respondemus, quòd talis, si tanquam accusatus, vel suspectus de hęresi eam in iudicio abiurauit, & postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio violenta fuerit, & certis ac veris indiciis comprobata: Si vero leuis & modica, quanquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hęresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam.

† cap. Accusatus. §. 1. & 2. de hæret. lib. 6.

Quæsiuistis † etiam circa idē: si is qui hæresim abiurauit, & per solam inexcusabilem receptionē vel receptationē, aut deductionē, seu associationem, vel visitationem hęreticorum, siue dationē, vel missionem munerum: aut etiam aliàs in fauorem eorū, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodū, propter hoc debeat iudicari relapsus.

† cap. Accusatus. §. Ille quoque. de hæret. lib. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quidem si legitime constitit, vel etiam nũc cõ- A
staret, quòd tales ante huiusmodi abiurationem
in hæreli cõmisissent, non est dubiũ, eos per hoc
fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos
ex approbati à se prius erroris consequentia, id
feciſſe.

† cap. Accusatus. §. Licet vero. de hær. lib. 6.

Præterea nonnulli † talium, vt proponitis, iurãt
coram Inquisitoribus tam de se, quàm de alijs su
per facto hæresis veritatem dicere: sed periurant,
non odio tamen, vel pretio, sed timore sui potius,
& suorum, corrigũt autem se postmodum super
his contra se, ac alios suos complices deponendo:

†cap. quicunque. 6. q. 1. c. Testimoniũ de testibus.

Cum itaque periurus secũdum iura † etiam post
pœnitentiam in criminalibus à testimonio repella B
tur, hinc quæritur, vtrum contra illos suos com-
plices sit per testimonia talium procedendum.
Super quo taliter respondemus: Quòd cum cri-
men huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis in
dicijs apparuerit, tales non animi leuitate, aut odij
fomite doctos, seu corruptos pecunia; sed zelo fi
dei, tanquam pœnitentes proprię culpę asserere, q̃
talia prius tacuerant, & velint in hoc errorem suũ
corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorẽ
fidei (nisi aliud obsisteret) attestationibus eo-
rundem.

† cap. Accusatus. §. sane. de hæret. li. 6.

Ad illud autem † quod quæritur: vtrum ad In- C
quisitores hæresis pertineat de diuinationibus &
sortilegijs, quę contra aliquos sibi denuntiantur,
cognoscere, ac punire talia exercentes: Breuibus
respondetur, quòd cum negotiũ fidei, quod sum-
me priuilegiatum existit, per occupationes alias
non debeat impediri, Inquisitores ipsi de his, nisi
manifeste saperent hęresim, ratione huiusmodi
officij sibi commissi, se nullatenus intromittant:
sed eos relinquant suis iudicibus pœna debita ca-
stigandos.

† cap. Accusatus. §. Si vero. de hæret. lib. 6.

Quidam insuper †, vt adijcitis, pro his quæ cõ
miserunt in hęresi, astringunt se Inquisitoribus
sub obligatione bonorum suorum ad recipiendã
ab eis pœnitentiam, & complendam; sed ea licet D
iuncta, non tamen peracta, quin potius in toto,
vel in parte neglecta, decedunt: Quęritur ergo
vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum
succedunt, possint ad satisfactionem pro ipsis de
functis hæredes vel detentores bonorum sic de-
cedentium coarctare. Ad quod dicimus, quòd si
per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salu
tem proficiens impositum fuerit in bonis tempo
ralibus exequendum, ad complementum ipsius,
per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij, ad
quos bona talia cum suo onere deuenerunt.

Eymericus iii. par. quæs. 220. vbi dixi

† cap. Accusatus. §. de quæstionib⁹. de hæret. li. 6.

Iniungitur † etiam aliquibus ad pœnam in pę-
nitentia pro hæresi ab ipsius pestis Inquisitoribus
vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iu-
dicio Ecclesię se & sua. In quo quæritur, vtrum
Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eo-
rum, ad respondendum coram se conquerenti-
bus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem ea-
rum, si de ipsis constiterit, possint compellere ta-
liter pœnitentes, prout ab eis in aliis iniunctis si-
bi pœnitentijs fieri consueuit: Ad quod respon-
demus: quæstionẽ super vsuris motã contra tales
iudicialiter nõ debere audiri ab Inquisitoribus hę-
resis, nec decidi: Nolentes quòd per causas huius
modi offendiculum negotio fidei præparetur: eos
tamen, ad restitutionem vsurarum, de quibus con
stiterit, compellere poterũt: quibus in satisfactio-
nem pro prędicto crimine, huiusmodi restitutio-
nem in pœnitentiam iniunxerunt.

† cap. Accusatus. §. Si vero. vers. porro. de hæret. lib. 6.

Sunt & alij †, qui confessi sunt in iudicio de
hęresi corã Inquisitoribus huiusmodi prauitatis:
sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesse
runt. Super quo quęritur: si hæredes talium cõ-
pelli possint ab Inquisitoribus, vt ad ipsorum ar-
bitrium satisfaciant pro defunctis: præcipue cum
iidem dum viuerent, ad faciendam pœnitentiam,
quam Inquisitores eis vellent iniungere, bona sua
Inquisitoribus obligarint. Cui quæstioni sic du-
ximus respondendum, quòd postquam tales non
decesserunt hæretici, sed reincorporati potius
Ecclesiæ vnitati, non videmus, quòd eis post mor
tem, vel eorum hęredibus, qui ad successionem
talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto
iam crimine iniungenda. In eo vero casu, in quo
hæredes huiusmodi ad successionem non debe-
rent ob culpam sui actoris admitti: non obstante,
q̃ actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit (in-
tercedente ipsorum morte) per sententiam decla
ratum, ad confiscationem bonorum post mortẽ
nihilominus procedatur.

Adiecistis præterea negotium seu officium in
quisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori
Fratrum Prædicatorum Parisien. à sede Apostoli
ca fuisse sub ea forma commissum, vt idem super
hoc posset inquirere tam per se, quàm per alios,
quos ad hoc idoneos reputaret. In quo quæritur,
vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, &
quid possint etiam sic electi. Super quo taliter
duximus ordinandum, quòd idem Prior posit
tres vel quattuor idoneos ad hoc opus assumere,
qui parem cum ipso habeant potestatem, & amo-
uere illos, ac ipsorum loco alios substituere quo
tienscunque viderit expedire. Ipsi tamen Priori
& aliis sic assumptis committendi dumtaxat cita
tiones & examinationes testium cum de huius-
modi crimine ac circunstantijs eius inquiritur,
ac denuntiationes sententiarũ, quas super his con
tra quoslibet contigerit ferri, & his similia facien
di, conceditur ab eadem sede facultas.

† cap. Quoniam. de hæret. lib. 6. Eymer. 3. par. in 10 modo processum fidei terminandi, vbi dixi copiosè.

Quæstioni † vero, qua quæritur vtrum constitu-
tus in sacris deprehensus in hęresi, & propter
hoc immurãdus perpetuo, prius sit ab ordinibus
à suo episcopo degradãdus, antequam tradatur
huiusmodi pœnitentiæ: Respondemus, quòd ta-
lis, qui est perpetuo immurandus, prius debet à E
suis ordinibus degradari.

†cap. Accusatus. §. Sacerdotes. de hæret. lib. 6.

Nonnulli † quoq; clerici, & qđ est deterius, sa-
cerdotes, prętextu pecunię vel alicuius seruitij
temporalis, inueniuntur aliquando inquisitionis
impedire negotium, instruendo citatos, hęretico-
rum credentes, de celanda veritate falsitate di-
cenda vel eos indebite liberando: de quibus quę-
ritur, vtrum Inquisitores possint tales capere, ac
etiam retinere, aut quòd sic accepta restituãt coar
ctare. Dubium itaque non videtur, q̃ hi quos con
stat exercere præmissa, ea faciunt in fauorẽ hęre-

ticæ

ticę prauitatis: quare possunt à talibus per Inquisi- A
tores cõpesci, & pœna debita castigari, tam per ca
ptionẽ personarũ, quàm etiam aliàs, prout culpa
exegerit delinquentis.

Quòd autem postmodum quęrebatur, quo-
modo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur
in hæresim deliquisse, cum sæculares peccãtes in
simili casu immutationis, vel alia pœna plectan-
tur? Eius solutio satis patet: cum certum sit tales

† Vide comment. xvi. sup. cap. Grauem. de pœnis. supra in hac 2. parte.

in hoc & in consimilibus delinquentes grauius †
etiam sęcularibus puniendos.

Frequenter etiam vobis ab Apostolica sede cõ
mittitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores
fautores, & defensores eorũ, quàm ipsorũ filios, & B
nepotes, ac illos etiam, qui prædictorũ interuentu
vel gratia talia essent adepti, vel assequerentur in
posterum, priuandi personatibus, dignitatibus,
& honoribus quibuscunque; & beneficijs ec-
clesiasticis, & officijs publicis de diœcesanorum,
vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio,
habeatis liberam facultatem: quod qualiter intel-
ligi debeat, petiuistis eiusdem sedis oraculo decla

† Concordat text. in cap. Statutum. 2. de hæret. li. 6.

rari. Hoc sane † de filijs & nepotibus illorũ hæreti
corum, credentium, & aliorum huiusmodi, qui
modo tales esse probantur, intelligendum esse vi-
detur: non autem illorũ, quos emendatos constite
rit, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Eccle- C
siæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam per-
fecerũt, vel humiliter prosecutioni eius insistũt,

† Concordat text. in cap. Vt commissi. §. sunt autem. de hæret. lib. 6.

vel parati fuerunt, dũ viuerẽt, ad recipiendam eã-
dem. Diœcesani † quoq; in priuãdis talibus sunt
generaliter requirendi, nisi forsan constaret legi-
time, quòd iidem scienter eis beneficia contulis-
sent: tunc enim eos in his requirendos esse non
credimus, sed potius à suo iudice puniendos. Vos
igitur in præmissis commissum vobis negotium,
in Regno & dominio charissimi filii nostri in
Christo illustris Regis Aragonũ, iuxta dicti prę-
decessoris responsionem sic prudenter & fideli-
ter exequi procuretis: sic ad ea pure propter Deũ D
(cuius causam geritis) vestra feratur intentio, q̃
labor vester vobis ad vitæ præmium, & aliis ad sa
lutem (quæ solum in talibus quæritur) proficiat
animarum. Datũ apud Montem Flasconem, xii.
Calend. Septembris, Pontificatus nostri anno
primo.

COMMENT. XXIII.

a COnsultus.] *Hoc rescripto declarantur mul
tę difficultates in materia hęresis frequen-
ter contingentes, quæ etiam diluuntur in c. Accusa-
tus. de hæret. lib. 6. breuius tamẽ et concisius, hic fu- E
sius & clarius: itaque hoc rescriptum loco interpre
tationis deseruire potest ad intelligendum dictum c.
Accusatus.*

*Quo tempore priorem editionẽ fecimus, & hæc
pars Directorij imprimeretur, nondum peruenerat
ad manus nostras extrauagans Domini Alexandri
Papę IIII. incipiens,* Quod super nonnullis. *cuius
in hoc rescripto meminit Dominus Vrbanus IIII.
qui proxime Alexandro in Pontificatu successit, &
propterea non potuimus quàm emendatissimum da-
re. Ceterum non multo post eam, ipsam authenticam
extrauagantem Alexandri vidimus, Assisio ex con
uentu Fratrum ordinis Minorum sancti Francisci
Illustrissimo Cardinali Felici Peretto de Mõtealto,
qui modo summus est Pontifex, transmissam, cuius
ille nobis copiam fecit: & nunc ad illius exemplar,
hoc ipsum rescriptũ damus emendatissimum. Ean-
dem quoque Alexandri IIII. extrauagantem inter
litteras Apostolicas pro officio sanctissimę inquisi-
tionis curauimus imprimendam.*

Alexander IIII.

*Damnantur omnes hęreticorum sectæ, & in eos
eorumque complices varię pœnę feruntur.*

ALEXANDER Episcopus ser-
uus seruorum Dei, vniuersis christi
fidelibus, Salutẽ & Apostolicam be
nedictionem.

Edita anno Dom. 1260.

NOVERIT vniuersitas ve-
stra, q̃ nos ad instar felicis recordationis Grego
rii Papæ prædecessoris nostri, excommunicamus
† & anathematizamus vniuersos hæreticos, Ca-

† Concordat cap. Excommunicamus. 1. & 2. extra de hæret.

tharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, Passa
ginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & C
alios, quibuscunque nominibus cẽseantur: facies
quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicẽ
colligatas, quia de vanitate cõueniũt in idipsum.
Damnati vero per Ecclesiam sæculari iudicio re
linquantur animaduersione debita puniendi: Cle
ricis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autẽ
de prędictis, postquam fuerint deprehensi, redire
voluerint, ad agendam condignã pœnitentiam in
perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem
eorum erroribus similiter hæreticos iudicamus.
Item receptatores, defensores, & fautores hęreti
corum excommunicationis sententiæ decerni-
mus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquã
quilibet talium fuerit excõmunicatione notatus, D
si satisfacere contempserit infra annum extunc,
ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia
seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huius-
modi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiã in
testabilis, nec testamenti habeat factionem, nec
ad hæreditatis successionem accedat. Nullus prę-
terea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis
respondere cogatur. Quòd si forte iudex extite-
rit, eius sententia nullam obtineat firmitatẽ; nec
causę aliquę ad eius audientiam perferantur. Si
fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus ad
mittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ip-
sum nullius penitus sint momenti, sed cum aucto E
re damnato damnentur: & in similibus † idem
præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab-
omni officio & beneficio deponantur.

Receptatores, defensores & fautores hæretico rum quibus pœnis puniãtur.

†Qualiter intelligantur hęc verba tradit Hostien. & Ioã. Andr. in cap. Excõmunicamus. 1. §. credẽtes. de hæret.

Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fue
rint denotati, euitare contempserint, excommuni
cationis sententia percellantur, aliàs animaduer-
sione debita puniendi.

Qui autem inuenti fuerint sola suspicione no
tabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis,
qualitatęque personę propriã innocentiam con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

grua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriãtur, & vſque ad ſatisfactionem condignã ab omnibus euitẽtur: ita quòd ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiuſmodi perſonarũ minime audiantur. Item iudices, aduocati, & notarii, nulli eorum officium ſuũ impendant: alioquin eodẽ officio perpetuo ſint priuati. Item clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eleemoſynas aut oblationes eorũ recipiant: Similiter Hoſpitalarii, & Templarii, ac quilibet regulares, alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Item quicumq; † tales præſumpſerint eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, vſque ad ſatisfactionem idoneam excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere: nec abſolutionis beneficium mereantur, niſi propriis manibus publice extumulent & proiiciant huiuſmodi corpora damnatorũ, & locus ille perpetua careat ſepultura. Itẽ firmiter inhibemus, ne cuiquam laicę perſonæ liceat publice vel priuatim de fide catholica diſputare: qui vero contrafecerit, excommunicationis laqueo innodetur: Itẽ ſi quis hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi cõuerſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alii, per quem credat ad prælati ſui, & Inquiſitorum hæreticæ prauitatis notitiam perue nire: alioquin excommunicationis ſententia percellatur. Hęretici † autem, & receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filii vſq; ad ſecũdã generationẽ, ad nullũ eccleſiaſticũ beneficiũ ſeu officiũ admittantur: quòd ſi ſecus actũ fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos, & quoſcunque viros eccleſiaſticos, qui ad preces huiuſmodi peſtilentium perſonarum, dignitates, perſonatus, & quæcunque alia eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquiſitis: volentes vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia vel ſimilia nequaquã in poſterum admittantur. Illorum autem filiorũ emancipationẽ nullius eſſe momenti volumus, quorũ parentes poſt emancipationem huiuſmodi, ad inuium ſuperſtitionis hæreticæ, à via declinaſſe conſtiterit veritatis. Dat. Anagniæ vii. Calend. Maii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

† Concordat text. in cap. Quicunque. §. 1. de hæret. lib. 6.

Hętetici ſub pœna excõmunicationis manifeſtandi.

† Concordat text. in cap. Statutum. 2. de hær. lib. 6.

Clemens. IIII.

Inquiſitores omni humano timore depoſito intrepide procedãt cõtra hæreticã prauitatẽ. Iidẽ nõ teneãtur obedire prælatis ſuorũ ordinũ præcipientibus, vt ad tẽpus, vel quoad certos articulos, aut quoad certas perſonas eidem negotio ſuperſedeant, non obſtãtibus quibuſcunque priuilegijs, aut cenſuris.

CLEMENS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Fratribus tam Prędicatorũ, quàm Minorum ordinum Inquiſitoribus hæreticę prauitatis, &c.

† Eymericus 3. par. q. 11.

CATHOLICAE † fidei negotiũ, quod plurimum inſidet cordi noſtro, in veſtris proſperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes: ac volentes omne ab eo impedimentũ, omneque obſtaculũ remoueri, præſentiũ vobis auctoritate mandamus: quatenus in eodẽ negotio de diuino & Apoſtolico fauore cõfiſi, omni humano timore depoſito, conſtanter ac intrepide procedentes, circa extirpandã hæreticã prauitatem cũ omni vigilantia, omnique ſtudio laboretis. Et ſi forſan Magiſter, & Miniſter generales, aliiq; Priores, & Prouinciales, ac Cuſtodes ſeu Guardiani aliquorum locorũ veſtrorum ordinum, prætextu quorumq; priuilegiorum, ſeu indulgentiarũ eiuſdem ſedis, dictis ordinibus conceſſorũ, aut concedendorũ in poſterum: vobis vel veſtrum alicui, ſeu aliquibus iniunxerint, ſeu quoquomodo præceperint, vt ad tẽpus, vel quo ad certos articulos certaſue perſonas in negotio ſuperſedeatis eodẽ: Nos vobis vniuerſis, & ſingulis auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne ipſis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præſumatis. Nos enim priuilegia, ſeu indulgentias huiuſmodi, quantum ad hunc articulum, tenore præſentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & ſuſpenſionis ſententias, ſi quas in vos, vel veſtrũ aliquos hac occaſione ferri cõtigerit, irritas prorſus decernimus & inanes. Nam ſi prędicta † ſedes interdum prælatis aliquibus veſtrorũ ordinum, per ſuas ſub certa forma committat litteras, vt ad exercendum inquiſitionis officium contra hæreticam prauitatem, aliquos ſuorum ordinum Fratres aſſumere valeant, ipſoſq; cum expedire viderint amouere, ac alios ſubrogare: non tamen per hoc quòd ipſis, ea dumtaxat de cauſa in hac parte committitur: quia de Fratrum ſuorũ ordinũ idoneitate pleniorem habere notitiã præſumantur, aliqua eis ſuper huiuſmodi inquiſitionis negotio vobis immediate à prędicta ſede commiſſo, & committendo, facultas vel iuriſdictio attribuitur ſeu poteſtas. Nulli ergo omnino hominum, & cetera.

† Eymericus 3. par. quæſt. 6. Lucerna Inquiſitorũ verbo, Inquiſitor. §. 1.

Innocentius. IIII.

Inquiſitores ſtatuta dubia contra hæreticos edita interpretantur: Et filios & nepotes hæreticorũ, & ſimilium priuant beneficiis & officijs, dignitatibus & honoribus. Item nomina accuſatorum et teſtium in cauſa hæreſis non publicantur.

INNOCENTIVS[a] Epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei, Dilectis filiis Fratribus ordinis Prædicatorum Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis, Salutem & Apoſtolicã benedictionẽ.

Edita anno Dom. 1253.

CVM NEGOTIVM fidei catholicæ aduerſus hæreticę prauitatis errores vobis, vt veſtra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, ſub certa forma per alias litteras duxerimus committendum, vt commiſſum vobis ab Apoſtolica ſede tam ſalubre ac vtile miniſterium exequi liberius, ac exercere poſſitis efficacius, in hac parte interpretãdi † ſtatuta eccleſiaſtica & ſęcularia contra hæreticos edita: Et hæreticorum filios, & nepotes, credentiũ quoque, fautorum, defenſorum, & receptatorũ ipſorũ dignitatibus, perſonatibus, & honoribus quibuſcunque, ac beneficiis eccleſiaſticis, & publicis officiis; illos etiam, qui hæreticorum, vel aliorum prędictorum interuentu †, intuitu, vel gratia talia ſunt adepti, vel in poſterũ aſſequentur, priuandi huiuſmodi dignitatibus, perſonatibus, honoribus, beneficiis, & officiis, liberã vobis auctoritate præſentiũ concedimus poteſtatem. Sane [d] volumus †, vt nomina tam accuſantium prauitatem hæreticam, quàm teſtificantiũ ſuper ea, nullatenus publicẽtur propter ſcandalum vel periculum, quod ex publicatione huiuſmodi ſequi poſſet, & adhibeatur dictis huiuſmodi teſtium nihilominus plena fides. Quòd ſi ſimul his non interfueritis exequẽdis, vnus veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Laterañ. vii. Idus Martij, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

† Eymericus 3. par. quæſt. 85. & 86. vbi dixi copioſe.

† al. interuentium

† Eymericus 3. par. quæſt. 75. vbi dixi.

COMMENT. XXIIII.

INnocentius IIII.] *In codice Barcinon. impreſſo tribuitur hęc extrauagans Innocentio ſexto, quem ſecutus Iacobus Simancas de inſtit. catho. tit. 64. de teſtibus, nu. 27. eidem Innocentio ſexto attribuit. Ceterum Frater Paulus Conſtabilis Sacri Palatij Magiſter, qui poſtea fuit ordinis Fratrum Prædicatorum Magiſter Generalis, tum ex anno, quo datum id reſcriptum hic dicitur, tum ex eo quod in 3. parte huius Directorij, quæſt. 85. vbi eiuſdẽ extrauagantis meminit Eymericus, in omnibus exemplaribus Innocentio IIII. tribuitur, demonſtrauit mihi, hoc priuilegium ſeu reſcriptum non eſſe Innocentij VI. ex anno quidem quo edita eſſe dicitur, extrauagans, non obſcure colligitur Innocentio IIII. non autem ſexto eſſe tribuendam: quoniam Innocentius VI. decem tantummodo annos vixit: in hoc vero reſcripto annus vndecimus ſui Pontificatus inſeritur. Iam multo minus competit Innocentio V. qui annum vnum in pontificatu nõ compleuit: relinquitur ergo Innocentio IIII. eſſe aſcribendum, qui annos vndecim vniuerſali Eccleſię Romanus Pontifex præfuit. Hanc autem coniecturam non obſcure probare etiam videntur Eymerici verba infra parte 3. quæſt. 75. qui cũ dixiſſet, diuerſos ſummos Pontifices diuerſa reſpondiſſe ſuper ea quæſtione: An teſtium, denuntiatorum, ſeu accuſatorum nomina debeant reis publicari, ſubdit ita:* Ideo tandem Bonifacius octauus ſtatuit quid agendũ, ut patet in capitulo ſtatura. §. iubemus. de hæret. lib. 6. *hæc Eymericus. Nam ſi Innocentij ſexti fuiſſet, cũ is poſt Bonifacium octauum ſexaginta fere annis vixerit, dixiſſet potius Eymericus,* tandem Innocentius ſextus. *Tria vero ſtatuuntur in hac extrauaganti, ſicut patet ex eius ſerie, & ex ſummario.*

b ¶ Interpretandi ſtatuta eccleſiaſtica & ſæcularia contra hęreticos edita.] *In aliquibus codicibus poſt hæc verba continenter ſubſequuntur hęc:* cum dicœceſanorum Epiſcoporũ conſilio. *de quo quid ſentiam, vide infra parte 3. quæſt. 86.*

c ¶ Et hęreticorum filios & nepotes.] *Concordat textus in c. vt cõmiſſi. §. priuandi. de hæret. lib. 6. de quo dixi pleniſſime infra parte 3. ſuper q. 113.*

d ¶ Sane uolumus, ut nomina.] *Idem hoc reſcriptum refert Repertorium Inquiſitorum verbo, nomina. §. nunc videndum. hoc autem ſingulare de non publicandis teſtium, denuntiatorum, ſeu accuſatorum nominibus, ipſis reis inquiſitis in ſacro inquiſitionis tribunali, obſeruant præter Repertorium Inquiſitorum loco præcitato, Gonſaluus de Villadiego tract. de hæret. quæſt. 10. nu. 4. Ioannes Rojas ſingu. 208. Simancas de cath inſtit. tit. 64. de teſtibus, nu. 19. & ſeq. Campegius apud Zanchinum. cap. 9. & plerique alij. idem etiam cauit inſtructio Hiſpalen. anno Domini 1484. c. 16. Cetera ad hunc articulũ ſpectantia copioſe dicam infra par. 3. ſuper q. 75.*

Gregorius Vndecimus.

Inquiſitores ad Romanam curiam venire poſſunt cum ſocio, quem ipſi elegerint, non obſtante quòd prælati petitam licentiam non conceſſerint. Et diligenter curabunt, vt cito ſe expedientes ad partes ipſis commiſſas reuertantur.

Edita anno Dom. 1373. Vide Eymericum par. 3. quæſt. 20.

GREGORIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

NEGOTIA Catholicæ fidei per noſipſos promouere & per alios promoueri facere, prout ad id tenemur, plenis deſideriis aſſectantes: Vniuerſis & ſingulis Prædicatorum & Minorum ordinum Fratribus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet conſtitutis, præſentibus & futuris veniendi libere ad Romanam Curiam, in eaque morandi cum vno ſocio ſui ordinis, non obtenta, vel petita licentia quorumcunque ſuorum ſuperiorum, ſeu prælatorum: Et huiuſmodi ſocium mutandi, & alium de ſua prouincia aſſumendi, & ſecum tenendi, quotiens fuerit opportunum, non obſtantibus quibuſcunque prohibitionibus, ſeu conſtitutionibus eorundem Prælatorum, ſeu Capitulorum generalium, vel prouincialium, ordinum prædictorum, quorumcunque tenorum exiſtant cõtrariis, plenam licẽtiam tenore preſentium impartimur.

† Eymer. 3. par. poſt formam concedendi appellanti apoſtolos affirmatiuos nu. 128.

Ipſos autem † Inquiſitores hortamur, vt ſe facere expediri de dicta curia, quam cito poterunt, bona fide procurent, & ad partes, in quibus eis cõmiſſum eſt inquiſitionis officium, ad illud exequendum ſollicite non differant remeare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, & hortationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione, viij. Idus Februarij, Pontificatus noſtri anno tertio.

Conſiderandum † vero eſt, quòd omnia & ſingula Apoſtolica priuilegia antedicta, quę in prędictis litteris Apoſtolicis Inquiſitoribus Aragonen. conceduntur, habentur etiam, & conceduntur per alias litteras omnibus & ſingulis Inquiſitoribus generaliter quibuſcunq;

† Hęc ſunt verba Eymerici.

Universidad de Deusto
Biblioteca

GLOSSA BERNARDI ORDINARIA
SVPER DECRETALIBVS
TITVLO DE HÆRETICIS
DE VOLVMINE MAIORI.

Cap. I. Dubius.sup.fol.80.

† Videatur commentarius super c. Dubius.

DVBIVS.] *De fide enim † nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulos fidei. supra de sum.tri. cap. 1. in prin. aliter saluus esse non poterit, vt in Symb. Quicunque vult. & 24.dist. quando Episcopus. & 23.q.1. aperte. nullus enim titubare debet in fide, vt ibi dicitur.*

† Hoc declarat Petrus Godofredus in lib. 2. C. de hæret.

In fide.] *etiam in tenui † art. C. de hæret. l. 2. in fi. sic ex leui offensa reuocatur libertus in seruitutē. C. de lib. & eorum lib. si manumissus. & hoc quo ad articulos fidei, qui continentur in symbolo, Credo in Deum: quibus per fidem sola adhibenda est credulitas: quia fides est de re non visa. de pœnit. distin. 4. in domo. C. de sum.tri. l. vlt. non per signa, sed per fidem veritas est colenda. de consec. dist. 4. venit sacerdos. Lauren.*

Credendum est.] *Ergo dubius in fide, testis esse non potest. 23.q.4. ipsa pietas.*

Cap. II. Qui alios.sup.fol.87.

QVi alios.]

Non reuocat.] *cum potest. ff. ad leg. Aquil. scientiam. 83. distinct. error. & arg. supra tit. proxi. & si Iudæos. & 2.q.7. negligere. Sed nunquid istud pertinet ad omnes? Respondeo de crimine iam commisso soli prælati tenentur corripere †. 23.q.4. duo*

† Sanct. Thomas 2. 2. q. 33. art. 3. & sequen.

ista. & c. ita plane. à peccato autem cōmittendo quilibet tenetur alium corripere occulte. infra eod. cum ex iniuncto. vbi de hoc. & argum. 23.q.4. ipsa pietas. 22.q.5. hoc videtur. & 93. distinct. diaconi. & supra de coq. spiritua. tua. & 2.q.7. qua propter. sed istæ duæ vltimæ concordantię intelliguntur in denuntiatione. Tanc.

Cap. III. Firmissime. sup.fol.89.

FIrmissime.] *Duę sunt partes. Secunda ibi, omni homini. Abb. Siculus.*

† Eymericus sfra hac par. quæst. 31. & Turrecremata in summa de Eccle. lib. 4. par. 2. c. 12.

Hæreticum.] *Hæreticus multis † modis dicitur. Ille dicitur hæreticus, qui peruertit sacramenta Ecclesię, vt simoniacus. 1.q.1. cos qui per pecuniam. et 6.q.1. c. nos sequentes. §. sed licet. Item ille qui scindit se ab vnitate Ecclesiæ. 7.q.1. denique. Item omnis excommunicatus. 4.q.1. quod autem hi. Item qui errat in expositione sacræ scripturæ. 24.q.3. hæresis. Item qui confingit nouam sectam, vel confictam sequitur. 24.q.3. hæreticus. Item qui aliter sentit de articulis fidei, quam Romana Ecclesia. 24. quæst. 1. hæc est fides. & c. quoniam. Vel qui male sentiunt de sacramentis Ecclesiæ. infra eod. ad abolendam. in princ. Tanc.*

Mors.] *Vnde Apostolus: Et si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. de pœni. dist. 3. circa fin. c. si quis. & de cons. dist. 4. solet. & 1.q.1. vide quantum bonum. Bernardus.*

Ad salutem.] *Æternā scilicet, valent † tamen ad bona temporalia promerenda. arg. 22.q.2. si quæ libet. in fi. & ad mitius supplicium subeundū. de pœnit. dist. 4. ad finem. §. post etiam. Bernardus.*

† Vide omnino beatum Thomam 3. par. q. 89 art. 6. ad 3. argumentum.

Cap. IIII. Fraternitatis. sup.fol. 89.

FRaternitatis.] *Scripta per hæreticos non habēt fidem authenticam. Communis diuisio. Secunda ibi, cum Cælestius. Abbas.*

Cælestius atque Pelagius.] *Isti duo damnati erant in synodo Ephesina de hæresi: dubitabat Patriarcha Antiochenus, an scripta eorum essent recipienda †: Et dicitur quòd non: quia ex quo condemnatus est auctor, et scripta illius admitti non debent, vt 3.q.4. nullus. et 16. dist. canones. quāuis aliqua vtilia sint ibi. arg. supra de test. licet. arg tamen quòd ratione etiā bonæ sententiæ recipi possent. 1.q.1. Dominus declarauit. 7 dist. si quid veri sicut & notitia legis abrogatæ necessaria est dist. 7. Moyses. et Papa etiā argumēt atur ex lege Theodosiana abrogata. supra de iud. nouit. Sed verum est, quòd scripta istorum non valent, etiam si aliàs bona sint, nec sunt recipienda. infra eo. excōmunicamus. §. credentes. arg. ad hoc 96. dist. bene quidē. tamen ratione bonæ sententiæ scripta Origenis approbata fuerunt. 16.q.7. & hoc diximus qui damnatus fuit post mortem. 24.q.2. sane profertur. et si approbarentur, valerent: aliàs non. arg. supra de sum. trinit. c. 2. in fi. Item arg quòd destructo principali, destruitur accessorium. sicut in cap. prædicto, & hoc diximus.*

† Videatur de hac materia cōmentarius super ca. Fraternitatis.

Cap. V. Si quis episcopus, sup. fol. 94.

SI quis episcopus.] *Sic ordina istam litteram: Si quis episcopus instituerit hæreticos hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel etiā si instituerit consanguineos hæreticos hęredes, aut Paganos pertulerit † saltē post mortem, &c. & sic repete illā dictionē, hęreticos. Et ita nullus debet instituere hæreticū, siue sit consanguineus, siue non: vt hic patet, & infra c. proxi. Episcopus ergo instituat Ecclesiā, ex quo non habet consanguineos catholicos. 12.q.2. episcopus qui filios. & c. cognouimus. & in authent. vt cū. de appe. coq. §. dicimus. et §. si quis. colla. viij. quia isti hęretici. iam non dicūtur filij vel cōsanguinei. vnde dicitur in lege: Si frater tuus, & amicus et vxor tua deprauare voluerint veritatē. sit manus tua super illos. 23.q.8. legi. & vxor est expellenda. 28.q.1. vxor. in fi. Hoc intellige, nisi pœnituerint isti consanguinei: delicti enim veniam pœnitentibus non negamus. C. co. Manichęos.* Ber.

† al. prætulerit.

Deut. 13.

Paganos.] *Et ita idem iuris est in paganis, quod de hæreticis. & idem est de omnibus qui catholici non*

non sunt. infra. cap. proxi. Ber.

Post mortem.] *Sic 24.q.2. sane profertur. & arg. C. eo. l. Manichęos. arg. contra quia crimina mortę extinguuntur † 23. dist. quorundam. 24.q.2. c. 1. & crimen cum pœna sit extinctum. C. si reus vel accu. mor. fue. l. 2. hoc tamen speciale est in crimine hæresis, in criminis detestationem, vt post mortem possit accusari & excommunicari, & ne Ecclesia oret pro eo, quia non fuit accusatus in vita. Ber.*

† Ioannes Rojas singu. 114. & plenius Ant. Gomez. tom. 3. var. resol. c. 1. nu. 79. & seq.

Cap. VI. In eos. sup. fol. 96.

IN eos.]

Etiam consanguinei.] *Dic vt supra. c. proxi.*

Nihil conferant.] *Non distinguitur in morte vel in vita, ergo nec nos distinguamus: quia nihil capere possunt ex testamento. infra eo. excommunicamus. §. credentes. causa pietatis forte posset eis dari †, ne perirent fame. 86. dist. pasce fame, quia adhuc possunt conuerti ad fidem, quia de nemine desperandum est. de pœ. dist. 7. nemo. & 32.q.2. ancillam. & arg. etiam ad hoc. 42. dist. quiescamus. & 11.q.3. quoniam multos. Ber.*

† De hoc dubio glo. Archidiaconus & Turrecremata & alii in cap. 1. dist. 30. & in legibus septipartitis Hispaniæ par. 1. tit. 24. leg. 8.

De reliquis.] *In hoc omnes pares sunt. argum. 16.q.1. prædicator. in prin. & 24 quæst. 2. sane profertur. Ber.*

Cap. VII. Cum Christus. sup. fol. 96.

CVm Christus.]

Sub anathemate.] *Quicunque ergo contrariū dixerit, est ex cōmunicatus, quia hoc dicere hęreticū est: & hęretici omnes sunt excommunicati. infra eod. ad abolendam. & cap. excommunicamus. & quòd Christus verus sit homo ex anima rationali & humana carne subsistens, habes supra de sum. trini. c. 1. & est articulus fidei nostræ: de quo habetur in prædicta constitutione: & de alijs quos scire quilibet † Christianus tenetur per fidem. & arg. ad hoc de consec. dist. 4. ante xx. & c. baptizandos. & cap. prima. Ad illos articulos, de quibus tractatur in illa constitutione, firmiter credimus. omnes indistincte tenentur tam clerici, quàm laici, sed clerici magis, qui legem perscrutabiliter scire tenentur. 38. dist. omnes psallentes. 24. dist. quando episcopus. Quilibet ergo tenetur credere, secundum quod catholica tenet ecclesia, & hoc sufficit in talibus articulis, dummodo nil in contrarium sentiat. infra eod. ad abolendam. Ber.*

† Sanct. Thomas 1. 2. q. 2. art. 5. & 6. & Eymeric. supra par. 1. q. 7. & 12.

Cap. VIII. Sicut sup. fol. 96.

SIcut.]

Leo.] *23.q.5. res omnes.*

Defensores.] *Simile infra eod. excommunicamus. §. credentes. & 79. dist. si quis Papa.*

Per delictū Priuilegium amittitur.

Obtentu.] *Sic ergo ratione delicti perditur priuilegium. infra. c. proxi. in fin. quia priuilegium non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo. infra de sent. excom. nulli. & omni priuilegio cessante, mali puniendi sunt. C. vbi de crim. agi opor. Authen. qua in prouincia. Ber.*

Oblatio.] *Quia constat eum decessisse in mortali peccato. 23.q.5. placuit. et est simile infra de vsur. quia in omnibus.*

Cap. IX. Ad abolendam. sup. fol. 97.

AD abolendam.]

Obseruat.] *Simile 24.q.3. hæresis. hoc ergo, quod Romana Ecclesia seruat, & mandat ab alijs obseruari, generaliter est obseruandum. 11. dist. quis nesciat. quicunque ergo male sentit de sacramentis Ecclesię, hæreticus est habendus: vt hic patet.*

Obseruandū est quod Romana præcipit Ecclesia.

Sede vacante.] *Habes hic arg. quòd vacante Ecclesia, iurisdictio remanet penes capitulum. arg. 65. dist. c. vlt. 23. dist. in nomine Domini. 7.q.1. Pontifices. De hac materia plene dictum est supra de ma. & ob. c. his quæ. & c. cum olim.*

Deprehensus.] *Facti euidentia †: puta quia publice prædicat hæresim. argu. ff. de rit. nup. palam. §. vlt. vel legitima probatione, puta per testes: vel ex sua confessione.*

† Eymericus 3. par. q. 89.

Prærogatiua.] *Arg. quòd clericus depositus non habet priuilegium clericale: & hoc concedit Ala. arg. 54. di. ex antiquis. in fi. quod nō est verum, quia tenetur viuere clericaliter, quamuis sit depositus, vnde si hoc faciat, adhuc gaudet priuilegio clericali. 81. dist. dictum. Et hoc dixit Hug. Si vero incorrigibilis esset, tunc non solum perderet priuilegiū clericale: verum etiam seculari curiæ traderetur, supra de iudic. cum non ab homine. sed in casu isto, perdit omne priuilegiū, nisi reuertatur, vt sequitur.*

Relinquatur.] *Tribus † enim casibus relinquitur aliquis curiæ sæculari statim post depositionem: In crimine hæresis, vt hic. & infra eod. excommunicamus. Item in crimine falsi. infra. de cri. fal. ad falsariorum. Et in alio, cum propter calumniam vel contumeliam, quam contulit episcopo suo, aliquis depositus est. 11.q.1. si quis sacerdotum, aliàs autē licet clericus sit depositus, non traditur statim curię sęculari: imo adhuc tenetur viuere clericaliter; & Ecclesia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali, vt dictum est in proxima notula. Si vero sit incorrigibilis, postea traditur, secundum quod dicitur supra de iudic. cum non ab homine. Qualiter debeat tradi †, dicitur infra de verbor. signific. nouimus. Qualiter puniri debeant hæretici, dicitur infra eod. excommunicamus.*

† Bernardin' Diaz in pra. crimi. can c. 106. & 130. & seq.

† Vide Eym. 3. p. post modum processum terminādi ver. Considerandū. vbi dixi.

Sponte recurrere.] *Sed videtur, quòd etiam compelli debeat seruare fidem. 45. dist. de Iudæis. postquam condemnatus est hęreticus non compellitur, sed si vult sponte redire, debet recipi abiurato errore. 24.q.3. dixit Apostolus. & in perpetuū carcerem ad agendam pœnitentiam intrudi. infra eod. cap. pen. Ber.*

Arbitrium episcopi.] *Arg. contra. 1.q.7. si quis episcopus. illud olim obtinuit, vt in concilio tantum reciperetur, sed hodie sufficit quod hic dicit. Tan.*

Laicus.] *Laici enim per Ecclesiam condemnandi sunt de hęresi: sed iudex secularis illos punire debet, nec traditur laicus curię sęculari, sed clericus solummodo. infra de verb signi. nouimus. quia laicus semper est de foro seculari: sed in casu isto sententia debet ferri per Ecclesiam: executio sit solummodo per iudicem secularē. Qualiter tales puniri debeant, dicetur infra eod. excommunicamus. Ber.*

† Eymericus 3. par. quæst. 98. 99. & seq.

Audientia.] *Simile 23. dist. in nomine domini. Sed si volunt redire †, nonne debent audiri & recipi, quia*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pi, quia Ecclesia non claudit gremium volentibus redire ad ipsam. C. de summa tri. Inter claras, circa fi. & delicti veniam petentibus non negamus dicit Imperator. C. eod. tit. Manichæos. de pœnit. dist. 3. adhuc instant. Videtur, quòd debeant recipi: quia Dominus non vult mortem peccatoris, & cæt. 26. quæst. 6. agnouimus. cum quattuor c. præced. sed vt conuertatur: & in carcerem perpetuum detrudatur, infra eod. c. pen. sed audientia denegatur quo ad bona, etiá si aliàs vellet se defendere. tamen littera ista contradicit Tan. Hodie seruandum est prout traditur infra eod. c. penul. §. si qui. Bernardus.

A

Iuramento.] *Hoc idem dicitur infra eod. excommunicamus. §. moneantur. Ber.*

B

Honore.] *Quia hoc ipso contra Ecclesiam esse videntur: vnde dignitate debent priuari. 24. q. 1. qui contra Ecclesiæ pacem. & simile 22. quæst. 5. præceptum. Bernardus.*

Ligandis.] *Simile infra eodem. excommunicamus. §. moneantur.*

Episcopali.] *Propter delictum suum. simile. 25. q. 2. ita nos.*

Delegatis.] *Auctoritate generali huius decr. Simile supra de offi. ordi. irrefragabili. §. cæterum. &*

† Concordat glos. in c. Sicut. supra eo. tit.

sic ratione delicti, perdunt priuilegium †: quia priuilegium non dat causam delinquendi. C. de priuileg. scho. l. 2. lib. 12. nec permittas nocentes aliquibus

C

priuilegijs vti: vt in authen. de man. prin. §. quod si delinquentes. coll. 3. & supra c. prox. sic & remissio peccati non dat licentiam delinquendi. 1. q. 7. exigit.

An per delictum amittatur priuilegium.

Consueuit hic allegari q ratione delicti perditur priuilegium, quod non est verum: quia si aliqui exempti sunt & delinquant, non perdit priuilegium propter hoc, sed puniri debent. Nec dicuntur proprie recidere in iurisdictionem episcoporum: quia non cognoscunt episcopi iure ordinario, sed auctoritate sibi delegata, vt hic patet, & supra de offi. or. irrefragabili. & perinde est, ac si ipse Papa cognosceret, vel specialiter alijs delegaret, per abusum enim vel per negligentiam perditur priuilegium, infra de priuileg. accedentibus. & c. si de terra. & 11. q. 3. priuilegiũ. De hoc dicitur infra de priui. ex tuarum. Ber.

D

Cap. X. Vergentis. supra fol. 98.

VErgentis.] *Diuiditur, Nam primo præmittit decisum exordium. Secundo ponit statutum de publicatione, quod probat per argumentum à maiori. Tertio soluit obstaculum. Secũda ibi: in terris. Tertia ibi: nec. Abbas*

Papa ratione delicti potest delinquẽtes dignitate priuare.

Præcipimus.] *Quod facere potest Papa ratione peccati supra de iudic. nouit. & potest eos dignitate priuare. vt supra c. proxi. §. statuimus. & propter alias iniquitates potest etiam Papa remouere eos à dignitate. 15. q. 6. alius. & imperium ipse transtulit de loco ad locum: propterea, quia non defendebant Ecclesiam. supra, de electione. c. venerabilem. vt ibi notatur. & iudex secularis potest excommunicari, si negligat facere iustitiam. 23. q. 5. administratores. & hic expresse dicitur. & supra c. proxi. §. pen. &*

† Vide supra in commentario super c. Vergentis.

infra de maled. cap. 2.

Misereri.] *De sola enim misericordia, restituuntur bona †. vt hic dicitur; & etiam episcopatus: vt 23. q. 4. ipsa pietas. ver. item si inquiunt. in fin. & q. 7. quod autem. & 1. q. 7. conuenientibus. Ber.*

Disciplina.] *supra de elect. cum in cunctis. 82. dist. plurimos. in fi. & C. de emen. propin. l. vna. & arg. 50. dist. vt constituere tur. Ber.*

Confiscentur.] *Quod dicit hic, habes 6. q. 1. c. quæro. §. verum. & c. si quis cum militibus. & C. ad leg. Iu. maiesta. quisquis.*

Grauius.] *17. q. 4. sicut qui Ecclesiam. & 23. q. 5. si apud. et q̃ in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam: & publicum crimen cõmittitur. C. eod. tit. Manichæos. vnde grauius est.*

Exhæredatio.] *Hic expresse habes, q̃ bona hæreticorum confiscantur: siue habeant filios, siue nõ; nec catholicis filijs hæreticorum aliquid relinquendum est †, vt hic dicitur. Sed contra dicit. l. C. eod. tit. Manichæos. & l. cognouimus. & authen. idem est de Nestorianis. vbi dicitur, q̃ filij catholici propter hoc hæreditate paterna non priuantur: statur enim hodie huic decre. in odium criminis: sicut in crimine læsæ maiestatis: vbi filij puniuntur quo ad bona, vt hic dicit, & 6. q. 1. c. quæro. §. verum. & c. si quis cum militibus. multo fortius in isto crimine, vt hic dicitur. & hoc est expressum in constitutione Friderici, hac edictali, quæ olim erat in quinta compilatione. eod. tit. & in alio casu, etiam filij delicto parentum puniuntur tẽporaliter, vsque ad quartam generationem, secundum quod habes infra de pœnis. in quibusdam. & in hac opinione fuerunt Ioan. & Lauren.*

† Vide commentarius super cap. Vergẽtis, vbi habetur plenè de hac re.

Canonicas.] *15. q. 8. cum multę. & 1. q. 4. cum Ecclesia. §. item peccato Israelitarum. & supra de fil. presbyte. per totum.*

Cap. XI. Si aduersus supra fol. 99.

SI aduersus.] *Primo ponit decisum exordium. Secundo prohibitionem. Tertio pœnam. Secunda ibi, quia. Tertia ibi, quòd si. Abbas Siculus.*

Quod specialiter.] *Hoc sumptum est ex illo canone 23. dist. quanquam. ea enim, quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta. ff. de iniurijs. item apud Labeonem. §. ait prætor. arg. supra de confir. vti. bone. & supra de don. cap. 2.*

Scriniarijs.] *ideſt tabellionibus. sic 25. q. 2. c. dicenti. §. vniuersa.*

Auxilium.] *Cum sint excommunicati, infra eod. excommunicamus 1. §. credentes. et supra. eod. sicut. Sed videtur saltem si conueniantur, quòd non sit auxilium denegandũ †: aut etiam iusta sententia. supra de excep. cum inter. & in pluribus cap. ibidem. Hoc potest habere locum infra annum: postquam vero cõstiterit eos esse tales, anno elapso inter hæreticos computantur, nisi infra annum se correxerint.*

† De materia glossæ Simãcas de catho. instit. tit. 5. de aduocatis.

infra eodem, excommunicamus 1. §. credentes. & sicut hæretici puniuntur, infra eod. cap. penult. vnde non admittuntur ad aliquam defensionem, cum ipsorum bona debeant confiscari, sicut aliorum hæreticorum: immo licite eis auferuntur sua, vt 8. dist. quo iure. 23. q. 5. non vos. & q. 7. c. 1. 2. & 3. sed melius est, si auctoritate iudicis † hoc fiat. 23. q. 3. sex differentiæ sunt. & C. de pign. l. 3.

† Idem Archid. in cap. Si vos. 25. q. 5.

Infamię,] *Et ita Papa potest infamiam irrogare quo ad forum ciuile, quia & tollere eam potest. arg. supra qui filij sint legitimi. per venerabilem.*

Argu.

Argu. contra. 2. quæst. 3. cap. Euphemium. §. hinc colligitur. Bernardus.

Cap. XII. Cum ex iniuncto, supra fol. 100.

CVm ex.] *Primo ponit triplicem reprehensionem laicorum, quam secundo prosequitur. Primo primam: ibi, Deus. Secundo secundam: ibi, sicut enim. Tertio tertiam: ibi, licet. Abbas.*

Occulta conuenticula.] *Sicut conspiratores. 11. q. 1. conspirationum. 79. dist. si quis Papa. Isti enim conspirant contra Deum: vnde fortius sunt puniendi, quàm si conspirarent contra hominem. supra eod. vergentis. ad finem.*

Simplicitatem.] *& male. 38. dist. sedulo. Ber.*

Deus enim.] *Hic incipit improbare factum istorum.*

In lumine.] *Hęc est improbatio contra occulta conuenticula.*

Sicut enim.] *Hic improbat, quòd assumebant officium prędicandi.*

Non omnes.] *Immo singula officia, singulis debent esse commissa. 89. dist. singula.*

† Leo primꝰ epist. 63. refert Iuo par. 6. cap. 249.

Alios.] *Sic infra cap. prox. sicut. & 16. q. 1. adiũcimus. quia nullus audet prędicare, nisi sacerdos †, vt ibi dicitur: & infra eodem. excommunicamus. §. quia vero. vel nisi esset missus, vt ibi. & 23. q. 3. dilucet. arg. ibi. missus est, vt qualia, & c.*

Præcipuus.] *Et priuilegiatus, supra de statu reg. quod Dei timorem.*

Rogate.] *21. dist. in nouo. Ergo quia isti non erãt missi, nec sacerdotes, prædicare non debebant.*

Quòd si forte.] *Hic opponit, q̃ possit ei opponi ab alio: & ita statim respondet.*

Non sufficit.] *Bene dicit: quia & si martyres etiam aliqua mandant fieri, statim non sunt facienda; sed ante est, vt sciamus illos impetrare a Deo, quę postulant. 50. dist. si quis prępostera. & 42. dist. quiescamus. Ber.*

† Hæc non sunt proprie miracula. Tho. 2. 2. q. 178. art. 2.

Miraculi.] *Nec istud statim credendum est: quia quandoque miracula † fiunt per malos. 1. q. 1. teneamus.*

Virgam.] *De consec. dist. 2. re vera.*

Licet autem.] *Hic improbat, quod deludebant simplicitatem sacerdotum. Ber.*

Labia sacerdotis.] *43. dist. sit rector. & 11. q. 1. sacerdotibus.*

Custodiunt.] *Id est, custodire debent.*

Exquirunt.] *Scilicet subditi a scholasticis. 38. dist. sedulo. Bernardus.*

Lege.] *Mosaica.*

Nec quisquam.] *respondet ad obiectionem, quam possent facere isti hæretici.*

Asina.] *Vt 2. q. 7 secuti sunt. & c. nos si. §. Item cum Balaam.*

† De materia huius glossæ præter doctores hic, vide 2. Thomam 2. 2. q. 33. art. 2. & seq.

Quodquisque tenetur.] *Ad hanc correctionem † quilibet tenetur, sicut hic dicit. & hoc intellige de occulta correctione, siue reprehensione. arg. 23. q. 5. non putes. vt hic dicit: Sed manifeste corripere pertinet ad prælatos, vel ad alios, qui habent aliquã potestatem in aliquos. 23. q. 4. duo ista. & c. forte. pater enim filium potest corripere, & prælatus subditum & occulte & manifeste. vnde Apostolus: Argue, obsecra, increpa, vt 45. dist. c. 1. & 8. q. 1. quod autem.*

sed filius non potest publice reprehendere. siue corripere patrem, nec subditus prælatum, vt hic sequitur in littera. & 21. dist. nolite. erubescit enim lex filios castigaturos parentes. in authen. de nup. §. sed quod sancitum est, coll. 4. versus finem per vnam col. hęc est canonica correctio, secundum Euangelicam veritatem, vt occulta ad omnes, manifesta ad prælatos vel alios aliquam potestatem habentes pertineant. vt hic distinguit. & sic potest intelligi. 2. q. 1. si peccauerit. & est ad hoc. 22. q. 5. hoc videtur. Ad denuntiationem uero Euangelicam, quæ exigit admonitionem & probationem, vt 45. dist. sed illud. ver. neque illud. & supra de testi. in omni negotio. & 2. q. 1 si peccauerit. quæ fit ad pœnitentiam, videtur quòd quilibet teneatur. arg. 2. quæst. 7. qua propter. supra de cogna. spi. tua. dummodo persona sit honesta, & bonæ famę: quia viles personæ non admittuntur ad denuntiationem, supra de sponsa. cum in tua. vbi de hoc.

Fatue.] *55. dist. si Euangelica.*

Supponit.] *Vt 2. q. 7 nos si incompetenter.*

Præmissum Domini verbum.] *scilicet, quis ex vobis arguet me de peccato?*

Inutilis.] *Si enim prælatus inutilis, aut negligens fuerit, remouendus est. supra de offi. custo. c. 1. 81. dist. dictum. & infra c. proxi. in fin. & 18. q. 2. si quis abbas. & C. de offi. præfec. præto. ori. si quos.*

Ordinate.] *Denuntiando vel accusando, secundum quod traditur supra de accus. qualiter. & supra de simo. licet. & est ar. iuris ordinem esse seruandum.*

Tam institutio, quàm destitutio.] *Ad quem pertinet institutio, & destitutio. supra, de capel. mona. ca. 1. & c. 2. & infra. de priuileg. cũ & plantare. §. in ecclesiis. & examinatio pertinet ad eum, ad quẽ manus impositio spectat. supra de elect. venerabilem & c. nihil. & c. cum nobis olim. institutio autem ad episcopum pertinet. 16. q. 7. c. nullus. Ber.*

Cap. XIII. Excommunicamus. supra fol. 101.

EXcommunicamus.] *Habet multa dicta. & potest summari secundum varietatem dictorũ per partes, quæ patent per §§. Abbas Siculus.*

Superius.] *Supra de summa tri. c. 1. & 2.*

Damnati.] *scilicet de hæresi.*

Potestatibus.] *Sic infra de verb. signi. nouimus. tamen si voluerint redire, in perpetuum carcerem detrudantur. infra eodem, excommunicamus.*

Relinquantur.] *Qualiter hoc intelligitur, dicitur supra eod. ad abolendam. Bernardus.*

Degradatis.] *Infra cap. proxi. & c. penult.*

Confiscentur.] *De hoc dictũ est sup. eo. vergentis*

Stipendia.] *Si plura stipendia habuerint, inter ecclesias dividantur pro rata. supra de test. relatum.*

Suspicione.] *ideſt, præsumptione. Et nota quòd sola suspicio siue præsumptio purgationem inducit. quod si non fiat †, punitur, vt hic patet. arg. supra de cohabi. cleri. & mulie. tua nos. & intellige, quòd sit probabilis præsumptio siue suspicio: aliàs non indiceretur purgatio. & sic non obst. 2. q. 1. primo. & ita hic respicitur infamia.*

† al. quam si non faciat

Suspicionis.] *Hoc semper est attendendum, vt*

secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Eymericus in 3. modo processum si dei terminādi. Simancas de cathol. in stir. tit. 56. de purgatione canonica.

secundum qualitatem infamiæ & personę, indicatur purgatio †. 2. q. 5. *omnibus. et infra de pur. can. inter.*

Condemnentur.] *Videtur hic, quòd aliquis sit condemnandus de hæresi, licet non videatur violenta præsumptio contra ipsum. Argu. contra supra de præsumpt. litteras. vbi dicit, quòd licet sit vehemēs præsumptio, non vult Papa illum condemnare de tā graui crimine. Hæc violentissima est præsumptio, cū primo probabilis fuerit propter infamiā: & quia noluit se purgare, fuit excōmunicatus: & quia per annū stetit in excommunicatione, pro confesso habetur. 11. q. 3. rursus. & c. quicūque. secus in alijs criminibus: quia si bona alicuius contumacis propter crimē annotata sunt, si ipse intra annū non venit, bona deuoluūtur ad fiscū, sed quò ad crimen non obest, quin post annū possit probare innocentiā suā. ff. de requir. reis. l. annus. Sed quid est quod dicit hic, quòd statim est cōdemnandus, cū sæpius sit admonendus vt redeat. 1. q. 7. conuenientibus? Respondeo non contradicit: quia licet sit condemnandus, monendus est, vt redeat, vt 24. q. 1. quæ dignior. in fin. vbi dicitur, quòd post admonitionem est vitandus. hoc est verum in hoc quòd nō sunt ei secreta nostræ fidei exponenda. 43. dist. cap. in mādatis. vt impugnet nos, vt ibi, nec intellig. us, quòd si pro alio crimine seu contumacia steterit per annum in excōmunicatione, quòd habendus sit hæreticus, sed tantum cum excommunicatur pro suspicione hæresis, infra de pœn. grauem.*

Iuramento firmare.] *Sic supra eod. ad abolendam. §. statuimus. & nō solum hoc iurare tenetur, sed hoc iurare debet, quòd ipse idem catholicus sit. in authen. insiurand. quod præst. ab his qui admini. accip. circa princip. colla. 2.*

Neglexerit.] *Iudex, qui negligit facere iustitiam, excommunicatur. 23. q. 5. administratores. & facit litem suam. ea. causa. 23. q. 2. dominus. & 3. q. 7. qui sine. argu. & in authent. vt differ. iud. §. penult. & vlti. coll. 9. & 2. quæst. 7. sicut.*

Absolutos.] *infra eod. c. vlt. & ita Papa potest propter hæresim deponere omnes tā laicos, quàm clericos à dignitatibus suis, vt supra eod. ad abolendam. §. statuimus. & supra eo. vergentis. vbi de hoc.*

Saluo iure domini.] *Arg. quòd propter delictum vnius alius puniri non debet* †: *quoniam pœna debet tenere suos auctores. supra de his, quę fiunt à maio. parte. c. quęsiuit. & C. de pœnis. l. sancimus. & iniquum est, aliquem alterius odio prægrauari. C. de inoffic. test. l. si quis in suo. Argu. contra supra eod. vergentis.*

†Fallit in hęresi, Alfōsus Castrus de iusta hęret. punitione. lib. 2. cap. 10. & seq. & Ioannes Rojas singulari 66. incipiē. filii hęreticorum.

Accinxerint.] *Arg. q. auctoritate Ecclesię belli fieri potest. 23. q. 8. igitur. & c. hortatu. 15. q. 6. auctoritatem. 63 dist. Adrianus. quod verum est, cōtra inimicos fidei, & cōtra illos, qui Ecclesiam impugnāt.*

Receptatores & defensores.] *sine quibus* †*hæretici manere diu non possunt. arg. ff. de offi. præsi. cōgruit. ff. de recepta. l. 1. vnde merito isti sunt puniendi: imo grauius delinquunt, qui aliorum errores defendunt, & acrius puniri debent. 24. q. 3. qui aliorum. & ideo simili pœna cum hæreticis puniūtur. 11. q. 3. qui consentit. & infra eod. c. penult. in fi. & C. de his qui latro. occul. l. 1. etiam si essent cōsanguinei. argu. 27. q. 1. de filia. & supra eod. si quis episcopus. vbi de hoc. Ber.*

†De his late Eymerie' infra par. 2. q. 50. 51. & seq. & Archidiaconus in ca. 2. de hęret. lib. 6.

Sit etiam intestabilis.] *Isti enim (vt hic patet) à quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere possunt: prout hæc omnia traduntur. C. eod. Manicheos.*

Damnentur.] *Sic supra eod. fraternitatis. vbi de hoc. simile supra de test. licet. sic etiam scriptura vel sententia publice excommunicati non valet. supra de re iudic. ad probandum. & supra de except. exceptionem. nec rescriptum. supra de rescr. dilectus. 1. & hoc est quod sequitur: idem in similibus præcipimus obseruari: Tamen de rescripto impetrato ab excommunicato secus est: quia rescriptum, non sumit auctoritatem ab impetrante, sed à concedēte. De quo* †*dic vt supra de except. c. pia. in notula, sed mirum. libro 6. B.*

†Hodie rescriptum ab excommunicato impetratum suppressa excommunicatione est ipso iure nullum, nisi in certis casibus. cap. 1. de rescript. lib. 6.

Grauior exerceatur.] *Vt 50. dist. quia tua. hic habes argu. quòd qui in maiori dignitate est, plus punitur. & ita circunstantiæ aggrauant vindictam. arg. 32. q. 5. qui viderit. & 25. q. 1. nulli fas. & 40. dist. homo Christianus. Crimen enim augetur per dignitatem. ff. de re mil. omne delictum. §. 1. 19. dist. nulli. Et qui magnus sine comparatione creatus fuit, sine venia damnatus est, de pœnit. dist. 2. c. principiū enim. & supra de iureiuran. cum quidam. Ibi hoc soluitur. Ber.*

Percellantur.] *Quia qui participiat excommunicato scienter, & non se corrigit, excommunicandus est. infra de senten. excommunicat. quod in dubijs. 11. q. 3. qui communicauerit.*

Apostolicæ speciali.] *Hic reseruat sibi Papa absolutionem siue restitutionē talium: ergo per hoc alijs prohibuisse videtur. simile supra de prœben. de multa. in fi. & cap. graue. in fi. & sic econuerso, ex quo sibi nō reseruat, alijs indulgere videtur. infra de sent. excō. nuper. & est ad hoc argument. quòd episcopi dispensare possunt vbi Papa non reseruat sibi dispensationē. Quare ergo Papa sibi specialiter reseruauit talem restitutionē, nisi vt alijs prohiberet? Et licet episcopus ipsum restituere ad officium suum non possit, tamen recōciliare potest ipsum Ecclesię. supra eo. ad abolendam. §. 1. vbi de hoc.*

Papa cum sibi aliquid reseruat, alijs prohibere cōsetur, contra cum non reseruat.

Quilibet regulares.] *Repete, non exhibeant eccle siastica sacramenta: alioquin, & cetera.*

Priuilegia.] *Prętextu priuilegiorum participare excommunicatis non possunt. infra de sentent. excom. c. nulli. & in hoc casu possunt ab episcopo loci, tanquam à delegato à Papa puniri. supra eod. ad abolendam. in fi. vbi de hoc.*

Nisi mittantur.] *sup. eo. c. prox. vbi de hoc. Ala.*

Alia competenti.] *Prout visum fuerit superiori. supra de offic. delegati. de causis.*

Totam vicinitatem.] *Arg. quòd vniuersitas potest præstare iuramētū calumnię. simile 35. q. 6. episcopus in synodo. sic supra de accu. sicut olim.*

Moribus.] *Hęc omnia suspicionē inducūt. 41. dist. quisquis. 86. di. inferiorū. 23. q. 8. præterea. ff. ad leg. Aquil. scientiā. ff. de his qui not. infa. quid ergo. §. 1.*

Indicare.] *2. q. 7. quapropter. & arg. 22. q. 1. si quis per capillum.*

†Eymericus infra par. 2. quæst. 58. & Zanchinus tract. de hæret. cap. 16.

Purgauerint.] *Nota deficiētem in purgatione puniendum. supra de simo. de hoc. & c. insinuatum.*

Relapsi.] *Isti magis puniendi* †*sunt. deteriorque dolus eius cognoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quàm qui semel cœptam dereliquit. in authen. de litig. §. edita. in fi. coll. 8. Ber.*

†De hoc copiosè dictū est supra in commentario cap. Dubius.

Iurare.] *Per iuramentum debet quis purgare cōscientiam suam de hæresi. de consecr. dist. 2. ego Berēgarius. & 1. q. 7. quotiens. vnde si iurare non vult, pro condemnato debet haberi, sicut qui de calumnia iurare non vult, actor cadit à causa, & reus pro condemnato habetur. supra de iura. cal. c. vlt. & C. eod. tit. cum & iudices. §. quod si actor. Et est similis illi, qui neque defendit, neque exhibet, & condemnatur vt contumax. ff. de noxa. quoties. §. in potestate. Tenui enim religione iuramenta etiam necessaria contemnunt. supra de simo. & si quæstiones. & C. de fide instru. l. vlt. Ber.*

Indiciis.] *Not. q. per indicia probatur crimen. supra eod. c. prox. ibi, quod si quis, & c. & 2. q. 8. sciāt. & 32. q. 1. dixit dominus. & infra de priuile. cum olim. 1. & C. de rei vend. indicia. Item habes hic, q. propter negligentiā remouetur prælatus. arg. supra cap. prox. in fine. & 1. q. 1. c. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. Ber.*

Cap. XIIII. Sicut. sup. fol. 103.

SIcut.]

Sub specie virtutum.] *supra eod. c. prox. §. quia vero. 41. dist. sæpe vitia. quia prætextu pietatis, non est impietas committenda. 30. q. 1. nosse. & ita nullus potest prædicare, nisi mittatur. vnde Dominus ait discipulis suis: Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ. & iubente Domino in toto orbe dispersi sunt. 21. dist. in nouo. vnde Esaias: Ecce ego, mitte me. 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 1. §. hoc idem. arg. ff. de tuto. & cura. vbi & l. prætor.*

Alios Dominus Apostolos.] *Sic supra eod. cū ex iniuncto. Nec vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. 89. dist. ad hoc. laici* †*ergo cuiuscunq; ordinis sint vel meriti, prædicandi officium non debent assumere. Ber.*

†Vide supra in commentario c. Cum ex iniuncto. vbi de hoc.

Cap. XV. Excommunicamus. sup. fol. 103.

EXcommunicamus.] *Istud cap. habet quatuor dicta. Secundum ibi, damnati. Tertium ibi, si qui. Quartum ibi, credentes, Abbas Siculus.*

Conueniunt.] *Supra eod. excommunicamus, quia ad eundē finē tendūt, scilicet, deceptionis. Ber.*

Puniendi.] *Et hoc totum habes supra eod. excommunicamus. Sed qualiter isti hęretici puniri debēt secundum leges, postquam per Ecclesiam sunt condemnati, vt hic dicit? Vltimo supplicio puniuntur per iudices sæculares, cum distinctione vt videtur, vt docentes vltimo supplicio, addiscentes vero decem libris auri, vt C. eod. tit. quicunque. ad fi. Sed cōtra. C. de male. & mathe. l. culpa. vbi dicitur, quòd culpa similis est tā prohibita discere, quàm docere; non est contra: quia l. illa quicunque. intelligitur de illis, qui nondum didicerunt, sed causa addiscendi ad hæreticos accesserunt* †*si autem ad actum peruenissent, simili pœna punirentur, vt docentes, secundum legem illam, culpa. Bernar.*

†Zanchinus tract. de hęret. cap. 3.

Si qui autem.] *Ab hoc loco vsque ad finē additum est. aliud totum habes supra. eod. excommunicamus. & c. ad abolendam. §. 1. & 2. Ber.*

Deprehensi.] *Publice, ita quòd notorium vel etiam condemnati. Si vero postea redire voluerint, recipiendi sunt: quia Ecclesia non claudit gremiū redeūtib⁹ ad ipsam. C. de sum. tri. inter claras. circa fi. & delicti veniā pœnitentibus damus. C. eod. tit. Manichæos. ita tamen, vt in perpetuum carcerem permaneant* †: *vt hic patet. Sic & simoniaci in monasterio sub perēni pœna detrudātur. 1. q. 1. reperiūtur. et supra de simo. quoniam. quia et ipsi hæretici censentur. 1. q. 1. eos qui. & 6. q. 1. c. nos sequen. §. sed licet. B.*

† Et idem iudiciū est de credentibus eorum erroribus habendum, sicut de ipsis, vt hic in fine.

Cap. XVI. Absolutos. sup. fol. 103.

ABsolutos.] *Ipso iure, ex quo manifeste lapsi sūt simile 15. q. 6. iuratos. & c. nos sanctorū. et est arg. quòd Papa potest absoluere laicū à iuramento fidelitatis. arg. prædictorū c. quia ad ipsum spectat interpretatio iuramenti. sup. de elect. venerabilem.*

Aliquo pacto.] *Ergo* †*si sub pœna aliquis tenetur eis aliquid soluere certa die, licet non soluat, nō incidit in pœnā: & eodē modo si per iuramētū: quod est verū: quia in illa obligatione & iuramento tacite subintelligitur, si talis permanserit, cui communicare liceat. 22. q. 2. ne quis arbitretur. ff. de solut. cum quis. 1. respon. supra. de iure iuran. quemadmodum. & supra eod. excommunicamus. §. credentes. Ber.*

†De materia huius glossę prętер doctores hic, vide Alfonsū Castrum lib. 2. de iusta hę ret. puni. c. 7. & doctores in cap. 2. de hęret. lib. 6.

GLOSSA HOSTIENSIS SVPER DECRETALIBVS TIT. DE HAERETICIS DE VOLVMINE MAIORI.

c. Dubius.

SVMMARIVM.

1 Qui firmiter non crediderit, saluus esse non poterit.
2 Hæreticus est, qui à quolibet fidei articulo deuiat.
3 Infideles testes esse non possunt.

DVBIVS.]

In fide.] 1 *In qua nemo debet dubitare* †, *sed firmiter credere, & simpliciter confiteri, vt supra de summa tri. c. 1. respon. 1. Alioquin saluus esse non potest, ut in symbolo Athanasii. Quicunq; vult. & 23. dist. quando episcopus. quia nec in fide titubā dum est. 24. q. 1. aperte.*

2 Infidelis est,'] *etiam si tenui argumento reperiatur à fide catholica deuiare, idest articulo quocūque volueris, de his qui continentur in symbolo Apostolorum, Credo in Deum. & de quibus not. supra de summa tri. firmiter. §. hæc sancta Trinitas. super verbo.* impassibilis. *& super verbo,* incarnatus, *quibus per fidem solam est firma credentia adhibenda: quia fides est de re non visa. de pœnit. distin. 4. in domo. C. de sum. tri. l. fi. Non tamen per signa, sed per fidē veritas est colenda. de consec. dist. 4. venit sacerdos.*

Universidad de Deusto Biblioteca

dos. vel dic tenui argumēto. vt not. supra de presũp. litteras. §. fi. in principio. A

3 Nec eis.] versi. quibuscunque non baptizatis, uel baptizatis & hæreticis †. Omnino.] idest aliquo modo. Hoc est nullo modo credendũ est. simile omnino supra de iura. calu. in pertractandis. ergo nec testes esse possunt. 23. q. 4. ipsa pietas. quod dic vt legitur, & not. supra de testi. Iudęi. & cap. licet 1. Fidem ueritatis. Negotij, de quo quæritur supra qui ma. accusa. poss. videtur. & de iuramen. calum. in pertractandis. vel dic, fidem veritatis, idest veritatem fidei catholicæ. vel quia talis baptizari renuit. vel quia in articulis fidei errauit: & sic est hęreticus, vt supra not. & infra eodem firmissime. B

† Eymericus 3. par. quæst. 68. & seque. vbi dixi.

c. Qui alios.

SVMMARIVM.

1 Qui errantem, cum potest, non corripit, errare censetur.
2 An omnes ad correctionem fraternam teneantur?
3 Corrigere iudicialiter soli prælati tenentur, fraterne autem omnes.
4 Delictum committendum omnes tenētur impedire. C

QVI alios &c.

1 Non reuocat.] *Simile. ar. ff. ad l. Aquil. scientiam. 2. q. 7. negligere. 83. distin. error. supra tit. 1. & si Iudęos. §. 1. in fi. & c. ad liberandam. in gloss. & in decisione. §. ceterum.*

2 *Sed nunquid istud ad omnes pertinet? Dicunt quidam, quòd de crimine iam commisso soli pręlati tenentur corripere †: 23. q. 4. duo ista. & cap. ita plane. A committendo autem quilibet tenetur aliũ auertere, & ipsum impedire, & occulte corripere. infra eod. cum ex iniuncto. §. licet autem. versic. cum aliud sit. & arg. 23. q. 4. ipsa pietas. 22. q. 5. hoc videtur 93. dist. diaconi.* D

† S. Tho. 2. 2 q. 33. art. 3. & Tabiensis in sum. verbo: correctio. §. 8 num. 9.

3 *Tu dicas, quòd correctio iudiciaria ad solum prælatum pertinet, vt in primis concor. Euangelica vero ad omnes, vt in secundis concor. & 2. q. 7. quapropter. quod dic vt not. supra de cogna. spir. tua. & supra de testib. in omni negotio.*

4 *Sed & omnes tenentur impedire peccatum cōmittendum, vt hic cũ suis similib. & arg. ff. de pact. si vnus. §. pacta.*

c. Firmissime.

SVMMARIVM.

1 Hæreticus multis modis quis dicitur.
2 Infans sine baptismo decedens, diuina visione priuatur.
3 Qui extra ecclesiam est, saluari non potest, nisi reconcilietur.
4 Bona opera extra ecclesiam facta, non ducunt ad vitam, licet prosint ad bona temporalia. E

FIRMISSIME, &c.] *Verba sunt Augustini de fide catholica.*

1 Omnem hæreticum.] *Hęreticus dicitur multis modis †: Primo ille, qui peruertit sacramenta Ecclesię, vt simoniacus. 1. q. 1. eos qui per pecuniam. 6. q. 1. §. sed licet. Secundo, schismaticus. 7. q. 1. denique. Tertio, excommunicatus. 4. q. 1. ꝙ autem hi. Quarto, errans in expositione sacrę scripturę. 24. q. 3. hæresis. 37. dist. relatum. Quinto, qui nouam sectam fingit, vel confictam sequitur. 24. q. 3. hęreticus. Sexto, qui priuilegio Romanæ Ecclesiæ, quę præest omnibus, detrahit. 22. dist. omnes. Septimo qui communionē catholicę Ecclesiæ non recipit, in authen. de priui. dot. hæreti. mulieri non pręstan. post prin. ver. igitur sacram communionem, & c. coll. 8. Octauo, qui præcepta sedis Apostolicæ pertinaciter transgreditur. 19. dist. nulli. Nono, qui Decretalibus epistolis Apostolicis contradicit: vel eas non recipit. 20. dist. de libellis. ad fi. Eiusdem enim auctoritatis sunt decreta & epistolæ decretales. 19. dist. si Romanorum. ad fi. Nam & peccatum paganitatis est præceptis Apostolicis contraire. 81. dist. si qui presbyteri. Decimo, stricto modo, & proprie dicitur hæreticus qui aliter sentit de articulis fidei, vel sacramentis Ecclesię, quàm Romana Ecclesia. 24. q. 1. hæc est fides. & c. quoniam. infra eod. ad abolendam. & qui quo ad hoc non recipit quattuor concilia. Sic intellige C. eod. quicunque. C. de summa tri. l. fi. in authen. de eccl. tit. §. 1. coll. 9.*

† Eymeri. 2. par. q. 31. & 32. vbi dixi.

2 Incendio.] *Idem videtur Augustinus dicere de puero, siue infante non baptizato †. de cons. dist. 4. firmissime. Sed ibi exponitur, igne, idest pœna carentiæ visionis Dei: quia sēper erit in tenebris. vt ead. dist. cap. nulli.*

† Vide supra par. 1. in cōmentario xi. super ca. Maiores. de baptis. §. sed ad huc quæritur. & Theologos lib. 4. sent. dist. 45. & Sotũ lib. 1. de natura & gratia, c. 14.

3 Nisi ante finem. *vers.* Incorporatus.] *quàmdiu enim sic stat, resecatum est membrum à corpore Ecclesiæ. Separatur etiam ouis morbida ab ouili, ne inficiat sanas oues, supra de sta. mo. ea quæ. §. 1.*

Reintegratus.] *idest reconciliatus per manus impositionem: ante quam, ex quo semel excommunicatus est, non est communicandum eidem. 24. q. 3. notandum, supra de vita & honest. cler. quoniam. in fi.*

Et post pauca.] Secunda pars, *idest vt breuiter me expediam: vel* Et post, *idest. & cetera sequuntur.* Pauca, *quæ omitto. Et post illa, scilicet pauca quæ omitto, sequitur,* Omni homini, &c. *Et sic tantum ualet ac si diceret, & cetera & infra.*

4 Neque mors. *Unde Apost. 1. Cor. 13. Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatē aūt non habeam, nihil mihi prodest. de pæni. dist. 3. cap. si quis. circa fi. dist. de cons. dist. 3. solet. 1. q. 1. vide quā tū bonū.* Ad salutem. *ęternam. Valent † tamen ad bona tēporalia acquirēda. arg. 22. q. 2. si quęlibet. in fi. Et ad minus supplicium subeundum. de pænit. dist. 3. §. pōt ēt. ad fi. dist. & ad alia, de quibus no. in sum. de pęnit. §. & an ficte pęnitenti. responso 1.*

† Vide omnino beatum Thomam 3. par. q. 89. art. 6. ad 3. arg.

c. Fraternitatis.

SVMMARRIVM.

1 Damnato auctore, libri damnantur.

2 Scripta non habentia auctoritatē, allegari possunt vt rationabilia. A
3 Qui publicum officium gerunt, ut notarij, licet vnam scripturam falsarint, aliæ non infirmantur.
4 Instrumentum in vno falsum, in omnibus reprobatur.
5 Error in substantialibus, & præcipuis, instrumentum vitiat.
6 Error in accessorijs & accidentarijs non vitiat instrumentum.
7 Publica persona de falso damnata, quomodo scripta eius damnata censeantur.
8 Sacramenta ab hæreticis collata valent. B
9 Scienter ab hæreticis & aliis ab Ecclesia præcisis, sacramenta recipiens, peccat.
10 Ignorantes & coacti virtute sacramentorum, quando recipiant gratiam.

FRATERNITATIS tuę.] & infra. Cælestius atque Pelagius.] *scilicet hæretici, vt sequitur. fuerunt enim damnati † in synodo Ephesina de hæresi. Vnde dubitauit Patriarcha Antiochenus, an scripta ipsorum essent recipienda.*

† Videatur omnino commentarius super cap. Dubius.

1 *Et respondetur quòd non: quia ex quo auctor damnatus est, & scripta illius damnata sunt, nec admitti debent, vt hic sequitur: & probatur infra eod. excommunicamus 1. §. credentes. & arg. 96. dist. n. bene quidem. supra de consti. ecclesia Sanctæ Mariæ. Et est expressum. 9. dist. si ad scripturas. & 16. dist. canones. quãuis aliqua sint ibi vtilia, vt ibi dicitur. & arg. ad idem supra de testi. licet ex quadam. §. 1. vers. cum satis. Et quia destructo principali, accessorium est destructum, vt supra de fide instru. inter dilectos. §. ceterum. Et hoc est verum, quòd talia scripta non sunt auctorizabilia, nisi forsan essent per Romanam Ecclesiam approbata. arg. supra de sum. tri. c. 2. §. fin. Sicut patet in scriptis Origenis, qui licet post mortem damnatus fuerit. 24. q. 2. sane profertur. tamen propter multa bona quæ dixit, fuerunt scripta sua quantum ad illa bona per Ecclesiam approbata. 16. q. 7. & hoc diximus. aliqui tamen dicunt Origenem † non esse damnatum, vt not. infra de sen. excom. à nobis 2. §. 1. vers. & in certis casibus.* C

† Vide beatũ Hieronymũ epis. 65. incip. Schedulæ. Et Nicephorum li. 17. c. 27. historiæ ecclesiasticæ.

2 *Quamuis autem aliàs talia scripta auctorizabilia non sint: si quid tamen ibi boni reperiatur, potest induci & allegari non tanquam auctoritas, sed tanquam rō naturalis. Et sic soluitur, nec cōtradicit 1. q. 1. dominus declarauit. 37. distin. si quid veri. Et ideo dicitur, ꝙ necessaria est legis notitia abrogatę. dist. 7. Moyses. insti. de testa. responso 1. Unde & Innocentius III. argumentatur ex lege Theodosiana abrogata supra de iudi. nouit. § nos igitur. ver. vt illud dimittamus. vbi de hoc.* Illa capitula. *quæ scripserunt.* Auctores. *quasi dicat non video.*

3 *Et hoc est verum secundum d. n. in expositionibus scripturarum, & in omnibus alijs confectis ab his, qui publica non gerunt officia. 9. di. si ad scripturas. 16. dist. c. 1. 37. dist. si quid. In scripturis autem tabellionũ, & aliorum publicum gerentium officium secus est: quia licet vnā chartā falsā fecerint, nihilo minus valēt alię, q̄diu in officio tolerantur. arg. 8. q. fi. nōne et melius supra de coha. cle. & mu. vestra. Et hoc ꝑꝑ publicā vtilitatē, et ne venientes ad eum decipiātur. arg. ff. de off. prętor. l. 3. responso 1. ff. de off. præsi. si forte. C. de lati li. tol. l. vnica. §. sed & qui domini. & §. sed et si quis homini libero. C. de testa. l. 1.* †

4 *Dicimus tamen, ꝙ si instrumentum aliquod in vno probetur falsum, non solum in illo, sed in totum ēt reprobandum est. arg. 3. q. 9. pura. ff. de edil. edic. cum eiusdem. de conse. dist. 4. cum non liceat. & expressius 9. dist. si ad scripturas sacras.*

5 *Quod verum est, quando mentitur circa substātialia vel circunstantias negotij de quo agitur principales: puta, cum ageretur inter contrahentes de boue, tabellio scripsit de asino: uel de pecunia argentea, & ipse posuit de aurea: vel agebatur inter Petrum & Martinum: & ipse scripsit inter Robertum & Guillermum. arg. in eo quod legitur & not. supra de rescri. significante. Et est rō: quia nunquam debet ponere in instrumento vel testimonio, nisi quod in veritate nouit & vidit: nec potest in hoc ignorantiam allegare. 3. q. 9. testes. & c. hortamur. & c. pura.*

6 *Sin autem errauit, vel etiam scienter mētitus sit circa accessoria, vel circunstantias negotij de quo agitur non substantiales: nihilominus valet instrumentum quo ad substantialia: ut si dicat contrahentes esse de alia terra, quàm sint: vel consanguineos: vel affines aliorum, q̄ sint, & similia. Et est ratio: quia non consistit in his officium tabellionis vel testis: nihil enim facit ad contractum vel testimonium vndecunque sint contrahentes. arg. supra de iudi. cū deputati.*

7 *Est tamen euidens contra arg. in eo quod legitur & not. supra de rescrip. significante. Licet autem dicta alicuius ratione personæ (nisi aliàs falsa probētur) redargui non possint de falso: si tamen publica persona de falso accusata & condemnata fuerit, extunc instrumenta & dicta eius carebunt robore, ratione personę, vt hic, & supra de testi. testimonium. Alij dicunt, ꝙ si in vno instrumento plura capitula sint cōnexa sibi, & unum sit accessorium alteri: vno cassato, cetera connexa & accessoria cassata intelliguntur. Secus si sint diuersa & separata. arg. ff. de mino. etiam. ff. de nego. gest. cum actum. & l. atqui. Vel distingue vt supta de fide instru. ex litteris. Primum tamen dictum magis placet d. n.*

8 *In sacramentis vero secus est: quia illa etiam ab hæreticis recepta valent † quo ad essentiam. 32. distin. §. verum. & etiam gratiam conferunt si qui illa ignoranter sumunt. De Iuda. n. constat ꝙ fuit hæreticus, arg. 1. q. 1. eos qui. & tamen baptizati ab eo gratiam receperunt: aliàs peccasset qui eum cũ alijs misit ad baptizandum: quia sic baptizati ab eo deciperentur. 1. q. 1. Christus. & c. dedit. Ad idem est quod dicitur de infantibus. 1. q. 4. c. 2. & 3. Idem ēt dicendum est si coacte recipiat. 1. q. 1. dominus declarauit. cira fi. Coactione tamen absoluta interueniente: nam si conditionalis esset, peccaret, nec gratiam reciperet. 50. dist. presbyteros. Sed & necesse est quòd voluntatem habeat illud sacramentum recipiendi: quod dic vt legitur & not. supra de bapt. maiores. §. penul. & fin.*

† Vide cōci. Trid. sess. 7. de sacr. in genere can. 12. & eàdem sess. 7. de baptis. can. 4.

9 *Si ergo aliter accedat quis scienter ad sacramēta hæreticorum, peccat: nec recipit gratiam. 1. q. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Expendantur hęc iuxta approbata dogmata theologorum.

etiam.& c.sequentibus. Et hoc ex sola constitutione A
† *Ecclesię hoc prohibente: quod & ex eo apparet, q̃ ipsa constitutio excipit baptismum in casu necessitatis. 32.dist.§.verum. Et quia solus Deus dat gratiã, non minister: nec attenditur qualis sit minister, nisi in eo, qui scienter contra constitutionẽ Ecclesiæ recipit. Et hoc nõ solum de hæreticis prohibitum est, sed & de excommunicatis, depositis, & suspensis: quod dic ut legitur & not. supra de ordi. ab episcopo. c. 1. & 2. Excepto notorio fornicatore, & simoniaco: qui licet suspensi sint à communione sacramentorum: tamen in articulo necessitatis corpus Christi & baptisma conferunt. 32.dist.§.verum. Vnde & in tali articulo, ex quo licet ab eis sacramenta recipere, licitũ* B
erit eis tangere, non tamen conficere. Nec est istud ad sacramenta alia extendendũ: quia cum de his hoc specialiter concedatur, consequens intellectus patet, quòd de ceteris hoc negatur. 25.dist. qualis. supra de præsumpt. nonne. cum suis concor. Licet plus placet. d.n. quod not infra de schisma. c. 1.

10 *Verum contra id quod dictum est, ignorantes & coactos recipere gratiam, est aperte quod legitur 1.q.1.ẽt.& tribus c.sequentibus. vbi dicitur, q̃ ibi gratia non confertur. Sed illud intelligas postquam hoc sciunt, & facultatem habent per manus impositionem reconciliare Ecclesiæ, quam petere tenentur. 1.q.4.c.2.& 3.24.q.3. notandum. Et hoc nisi fecerint, peccãt. & sic gratia carebunt. Vel aliter, si sacerdos bonus est, per eius meritum gratia confertur: si autem fictus est, licet fides Ecclesię et uirtus sacramenti prosit, tamen meritum eius quo caret, non prodest. 1.q.1. per Esaiam. secundum d.n. cuius est gloss. hæc quasi tota.*

c. Si quis Episcopus.

SVMMARIVM.

1 Episcopus quos prohibeatur hæredes instituere.
2 Hęretici & ceteri ab Ecclesia præcisi, velut extranei habendi sunt, nisi conuertantur.
3 Episcopi & ceteri ecclesiastici prohibentur in fideles instituere hæredes.
4 Hęreticus post mortem accusari & damnari potest, & nu. 5.
5 Casus in quibus crimina morte non extinguãtur.
6 Post quinquennium apostasię crimẽ aboletur.
7 De canonica æquitate etiam post mortem agi potest de notoriis criminibus, & quare.
8 Casus in quibus denegatur ecclesiastica sepultura.

† Videatur cõmentarius super hoc c.

SI quis † Episcopus, &c.] *Sic ordina litteram: Si quis Episcopus instituerit hęreticos hæredes extraneos à consanguinitate sua: vel etiam hæreticos consanguineos:* Repete, instituerit: *Aut paganos pertulerit:* Repete etiam, consanguineos.

1 Saltem post mortem, &c.] *Alij etiam intelligunt, quòd nec etiam catholicos extraneos hæredes debet instituere omissa ecclesia, cui præerat: Nã ex hoc præsumitur quòd ecclesiam non diligat. argu. 12.* E
q.2. episcopus qui filios. C. eod. tit. cognouimus. & arg. infra de pœnis, c. 2. in fi. Sed primus intellectus magis placet nobis: si hoc ita telligatur de rebus de quibus testari potest, vt patet in eo quod legitur et not. supra de testa. cap. 1. & cap. cum in officijs. & cap. tua nos.

2 Hęreticos.] *Tales. n. non dicuntur filij, nec cõsanguinei, vnde si frater tuus & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatẽ. sit manus tua super illos: & si infidelis discedit, discedat. 23. q. 8. legi. 28.q.1. si infidelis, & c. vxor. in fi. Quod verum est, nisi pœniteant. pœnitentibus. n. veniam non negamus, vt C. eod. Manichæos. & arg. supra eod. firmissime. §. vnico. Et idem dicitur de schismaticis, & excõmunicatis, vt ibidem respõso. 1. & in Authen. ut cũ. de appel. cog. §. generalem. & seq. & §. si quis de prædictis parentibus. & de priuil. dotis hæret. mulier. non prętlan. respõso. 1. & §. 1. & 2. coll. 8.*

3 Paganos.] *Et ita idem iuris est de Paganis, q̃ de hęreticis, & omnibus his, qui catholici non sunt. Sed & hoc prohibetur non solũ episcopo, sed & presbytero, et cuilibet clerico, ut patet infra eo. c. 1. et in præced. gl.* Pertulerit. *Dimissa scilicet ecclesia sua. aliàs prętulerit, s. ecclesiæ suæ. immo & talibus nihil conferre debent, vt infra cap. 1.*

4 Saltem.] *quasi dicat, nedum in uita, immo &* C
post mortem, &c.

5 *Regulare est, quòd crimina morte, et pœne infligendæ cum mortuis extinguuntur. 23.dist. quorũdã. 24.q.2.c.1.& 2. supra qui filij sint leg. causam 2. §. fi. vbi de hoc. C. si reus vel accusator mor. fu. l. 2. Fallit hoc in casibus, in quibus ẽt post mortem quæritur de crimine. & punitur. Primus est in crimine læsæ maiestatis: in quo ẽt post mortem inchoari põt accusatio, siue inquisitio: vt conuicto mortuo memoria eius damnetur. & bona successori eius eripiantur, vita misera tantummodo reseruata, C. ad l. Iul. maiel. pen. & fi. quod tamen restringitur ad crimen perduellionis, idest, illius, qui fuit hostili animo aduersus rempublicam uel principẽ animatus. ff. ad l. Iul. maiest. l. fi. Quidam tamen idẽ volunt dicere de illo, qui ecclesiam violauit. C. de his, qui ad eccl. confu. l.* D
2. & in lege Iul. repe. & quibusdam alijs, quę adequantur legi Iul. maiest. ff. de accu. l. antepen.

6 *Et idem dicunt in apostata. C. de apostа. l. 4. ante finẽ. Sed expressum est, q̃ quinquẽnio post mortem lapso clauditur crimẽ istud. C. de apostа. l. 2. Secundus casus est & in crimine hæresis* † *24.q.2. sane profertur. infra de sen. excom. à nobis 2. §. 1. vers. fin. Nã si in præcedenti primo casu hoc obseruatur, multo fortius & in hoc secundo erit hoc obseruandum. arg. in eo quod dicitur, & not. infra eo. vergentis. §. 1. Sic enim expressè argumentatur lex in hoc ẽt casu. C. eod. tit. Manichæos. & ita seruatur de consuetudine in partibus Tholosanis aliquo fluxu temporis non obstante, nisi forsan insontibus vel pœnitẽtibus bona reddantur de gratia. infra eod. vergentis. respõso. 1. & sic intellige. C. eod. Manichæos, ante finem, & alia iura consimilia, vt & not. infra eo. vergentis. Tertius est casus in episcopo, qui hæreticos hæredes instituit, vt hic. Et idẽ videtur dicendum in quocunq; clerico, ut infra c. 1. quinimo & de quocũq; catholico: quia sic indistinctè loquitur 24. q. 2. sane* E
profer-

† Antonius Gomezius to. 3. variar. resolut. c. 14. nu. 5. Ioãnes Rojas singu. 134. Conradus Brunus lib. 5. de hæret cap. 17. & Zanchinus tract. de hæret. cap. 24.

profe rtur. circa medium, ibi: Item multi Epicopi cõ A
gregati, & c. secundum litteram de ipsis statuerunt, sed alia littera dicit: de Episcopis statuerunt: & illa omnino concordat cum isto cap. Quartus est generalis in quolibet notorio peccatore. 23.q.5. placuit. 88. dist. c. fi. In his autem duobus casibus vltimis nõ cõfiscantur bona. sed & ad hoc quęritur tantum de crimine, ne pro talifiat oratio: & ne ecclesiasticam recipiat sepulturam; quod & in quibusdam alijs casibus accidit: de quibus dic vt not. supra de sepul. ex parte. versi. fi.

7 *Et secundũ canonicam æquitatem etiam post mortem agi potest de criminibus, saltem notorijs per cõfessionem pœnitentis, uel alio modo: & coguntur hæredes satisfacere pro defuncto, vt patet in eo quod leg. & not. supra de sepul. parochiano. in fin. & infra de rap. c. 2. & c. in litteris. & de vsuris cum tu. §. fi. & c. tua nos. §. vnico. & de hoc notaui in summa de accu. sub eadem rubrica. §. quis accusari. & 24.q.2. in summa.*

8 Anathema.] *Ergo non sepeliatur: & si sepultus est, exhumetur secundum quod legitur & not. supra de sepul. sacris.*

Nomen.] *tamquam infamis, ut & fructu participationis Ecclesiæ careat, arg. C. de ferijs, à nullo. in fine. nec memoria eius fiat. arg. C. ad leg. Iul. maiest. l. fi. §. post diui Marci. vnde & sequitur.*

Inter Dei sacerdotes.] *id est, in libro, in quo consueuerunt poni nomina episcoporum defunctorum. et pronuntiari obitus annuatim. simile 21.q.3. Cyprianus. ad finem. 88.dist. c. fin.*

c. In eos.

SVMMARIVM.

1 Hæreticis nihil in uita seu in morte est conferendum.
2 Hæretico fame pereunti cibus dari an possit.
3 Appellatione presbyterorum clerici continentur, & vice versa.

IN eos. &c.] Consanguinei.] *Dic vt not. supra cap. proxi.*

1 Nihil conferant.] *nec distinguitur in morte, vel in vita: ergo nec nos distinguamus, arg. ff. de offi. præsi. l. 3. quia tales nec ex testamento capere possunt. infra eod. excommunicamus 1. §. credentes. Et hoc verum est de quocunque relicto in morte.*

† Gl. & doct. in c. 1. dist. 30. Alfonsus Castrus lib. 2. c. 7. de iusta hęret. puni. & Alb. tract. de hæretis. p. 4. q. 7.

2 *In vita vero posset ei forte causa pietatis dari* †, *ne fame pereat. arg 86. dist. pasce. & c. non satis. Nã adhuc potest conuerti: quia de nemine dum viuit desperandum est. de pœnit. dist. 7. nemo. 32. q. 2. ancillã. & argum. etiam ad hoc 42. dist. quiescamus. 11. q. 3. quoniam multos.*

Denique.] 2. *pars.*

3 De reliquis clericis.] *In hoc ergo pares sunt. ar. 16. q. 1. prædicator. in prin. 24. q. 2. sane profertur. Et sic appellatione presbyterorũ continentur & clerici: sicut & econuerso, appellatione clericorum continẽtur presbyteri. 11. q. 1. de persona. sicut et de hoc legitur. & not. supra de coha. cle. et mu. c. 2. in prin.*

c. Cum Christus.

SVMMARIVM.

1 Christum esse hominem, articulus est necessario credendus.
2 Clerici plura, & apertius quàm laici scire tenentur.
3 Laicis quid credere sufficiat.

VM Christus, &c.] Sub anathemate.] *quę verba habẽt hic sententiam iam lati canonis: sicut & infra eo. c. 1. §. 1. quia hoc dicere hæreticũ* B
est: & omnes hęretici excõmunicati sunt, vt infra eod. ad abolendam. respõso 1. in fi. & c. excommunicamus 1. & 2.

1 Quia sicut. vers. Verus est homo,] *quod probatur per hoc quod sequitur. Et iste est vnus de articulis, quos quilibet Christianus tenetur scire per fidem. argum. de cons. dis. 4. ante viginti. & c. baptizandos.*

2 *Clerici* † *tamen magis astringuntur q̃ laici: quia tenentur ipsos scire explicite, vt patet 38. dist. in. oẽs psallentes. 24. dist. quando episcopus.* † De hac materia late Innocentius in cap. firmiter. de sum. trin. & Eymericus supra par. 1. q. 4. & 11.

3 *Laicis autẽ sufficit credere implicite, idest secundum quod tenet catholica Ecclesia: & quod nihil sẽtiant contra fidem. infra eod. ad abolendam. respõso* C
1. De his articulis tetigi supra eod. c. 1. quod dic vt not. plene supra de sum. tri. in ipsa rubrica.

Rationabili.] *aliàs rationali. & est melior littera.*

Et humana.] *Ergo est verus homo, vt supra de cele. miss. in quadam. vbi de hoc.*

c. Sicut ait.

SVMMARIVM.

1 Leges in hęreticos latę, licet de quibusdam loquantur, in omnibus locum habent.
2 Assassini sicut hæretici excommunicati sunt.
3 Cum excommunicato non participandum.
4 Propter delictum amittitur priuilegium.
5 Pro nullo, quem constat in peccato mortali decessisse, orandum est.

SIcut ait beatus Leo: & infra.] *23. q. 5. res autem omnes.*

1 In partibus.] *Ideo canon iste videtur fuisse localis. argu. in eo quod legitur & not. supra de locato, c. 1. Sed hodie vbique est generalis, ut patet infra eod. c. 1. respõso 1. & cap. excommunicamus 1. & 2.* E

Eos.] *scilicet hęreticos.* Et defensores, &c. *in fra eod. excommunicamus 1. §. credentes. 79. dist. si quis Papa.*

2 *Et idem est hodie de assassinis. et de receptoribus, & defensoribus, & occultatoribus eorundem, qui non solum sunt excommunicati sed & pluribus alijs pœnis plectuntur: sicut legitur & not. extra d. n. de homici. pro humani. §. sacri.*

§. Sub anathemate.] 2. *pars. canon est latæ sententiæ. sic supra eod. c. proxi.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Aut negotiationem.] *simile infra eod.c.1.§. ciuitas. Et licet hoc specificetur in heretico, tamen & idem est in excommunicato, cum ei in nullo participari debeat, sed in omnibus sit vitandus. 11.q. 3. sicut Apostoli. & c. sequentibus. quod dic vt not. supra tit. 1. ad liberandam. in decisione. §. ceterũ. vers. sub interminatione : quamuis aliud sit de Paganis, vt patet. 11.q.3. ad mensam. & in eo quod legitur et not. supra tit. 1. significauit. §. pen. & fi. & cap. quod olim. responso 1.*

§. Si autem.] *3. pars.* Decesserit. *scilicet hæreticus, vel fautor ipsius.*

4 Priuilegiorum.] *mortuo concessorum. & secundum hoc ratione delicti hic perditur priuilegium. infra c. 1. in fi. Vel aliquibus personis vel locis concessorum: sicut patet in Hospitalarijs, et quibusdã aliis, quibus conceditur, quòd salua canonica ecclesiarum à quibus corpora assumuntur, possint indistincte recipere illos, qui apud eos elegerint sepeliri, vt supra de sepultu. in nostra. & c. certificari. Sed licet ita generaliter concedatur: est tamen quantum ad hoc priuilegium restringendum: quia non extenditur ad illicita, nec tuetur aliquem in delicto, vt patet in eo quod legitur, & not. infra de senten. excom. nulli. infra de priuil. tuarum. Et est hic argum. quòd per generalem mentionem tolluntur generaliter omnia priuilegia quibuscunque cõcessa, & cuiuscunque tenoris existant. ad idem infra cap. 1. in fi. arg. contra in eo quod leg. & not. supra de offi. lega. quod translationem. de hoc not. supra de iudi. causam, quę. in fi. supra de dolo & contu. c. 2. §. verum. in prin. dic vt ibi not.*

5 Oblatio, &c.] *simile infra de vsuris, quia in omnibus. Et hoc quidem obtinet in omnibus, quos constat decessisse in peccato mortali. 23.q.5. placuit. & not. supra de sepultu. ex parte. in fine.*

c. Ad abolendam.

SVMMARIVM.

1 Ecclesia indirecte coercet Iudæos.
2 Hæreticus est qui nõ tenet quod Ecclesia Romana credendum esse definit.
3 Episcopi vbi de fide agitur, ordinarij sunt Iudices, sed dubia circa fidem diffinire non possunt.
4 Episcopus an consilium clericorum sequi teneatur.
5 Mortui iurisdictio post eius obitum ad quem transferatur.
6 Deprehensus in hæresi quis dicatur.
7 Clericus depositus, quando retineat priuilegiũ clericale. & nu. 8.
8 Quibus casibus clericus tradatur curiæ sæculari.
9 Sponte reuersus ad fidem recipiendus, errore abiurato.
10 Olim abiuratio solum in concilio fiebat, hodie coram fidei Iudicibus.
11 Hæreticorum pœna ignis. & nu. 13.
12 Appellatione vltimi supplicij mors intelligitur.
13 Lege Euangelica, canonica, ciuili, & consuetudinaria hæretici comburendi.
14 In crimine hæresis condemnatio ad Ecclesiã spectat, sed punitio corporalis ad Iudices sęculares.
15 Peius est recidere, quàm incidere.
16 Relapsus si statim redire uoluerit, an sit recipiendus.
17 Pœna in principes non adiuuantes Inquisitores.
18 Qui non adiuuat Ecclesiam cum potest, honore priuandus est.
19 Ciuitas resistens legibus in hęreticos latis, aliarũ commercio priuatur, & Episcopo.
20 Allegans priuilegium, ostendere illud debet.
21 Priuilegium exemptionis nemini dat licentiã delinquendi.
22 Delinquentibus aliquibus de collegio, an ceteri amittant exemptionis priuilegium.

D Abolendam, & infra.] Vniuersos.] *qui in potestate christianorum consistunt, & eorum fidẽ seruant: quid enim ad nos de his qui extra Ecclesiam sunt. 2.q.1. multi. Excepti his, qui inter Christianos morantur, quos & leges imperiales astringunt. C. de Iudæis. Iudæi.*

1 *Et licet istos non possit directe coercere Ecclesia,*
C † *quia non potest ipsos excommunicare : indirecte tamen eos coercet, & distringi facit per dominos tẽporales, vt patet in eo quod legitur & not. supra de Iudæis, Iudæi 2. §. fi.* Sacramentis. *quæ septẽ sunt. quod dic vt legitur & not. supra de sacra. non iterã. cap. 1. §. fi.*

† Et quibus pœnis puniat, uide Syluest. in sum. uerbo Iudæus. q. 5. Eyme. 3. p. q. 44. ubi dixi.

2 Prędicat & obseruat.] *Quicunque. n. hoc facit, hæreticus est. 24.q.3. hæresis. 17. dist. multis. Quod enim in talibus Romana Ecclesia obseruat & mandat, tenendum est. 11. dist. quis nesciat. alioquin hæreticus iudicatur, vt patet in eo quod not. supra eod. firmissime. responso 1.*

3 Et generaliter. vers. Singuli Episcopi.] *qui super hoc tenentur inquirere ex officio: & si quis inueniatur negligens, uel remissus, ab officio deponatur. infra eod. excommunicamus 1. §. fin. Sunt ergo Episcopi, etiam vbi de fide agitur ordinarij: tamen si aliquod dubium incidat, etsi illud possint examinare, nõ tamen sine Ecclesię Romanę licentia diffinire, cuius est diffinitio in tali dubio. 24. q. 1. quotiens. 12. dist. præceptis. Etiam quandoque si indubitatum vertatur in dubium. C. de sum. trin. l. fi. & de hac materia nota supra de accu. cum dilectus. §. vnico* Diœceses. *vel ciuitates. simile supra de off. ord. c. 1.*

4 Cum concilio.] *quia hoc de maioribus est. sic supra de his quę fi. à præla. nouit. & cap. quanto. Sed nunquid tenetur sequi consilium? Dic vt not. supra de arbi. cum olim. Vel forsan hic ponitur consilium pro consensu. arg. infra de excess. præla. c. 1. responso 1. versi.* aut sine iudicio. *Dicas quòd si in hoc casu maior & sanior pars capituli consentit cum ipso, illud exequatur. arg. supra de his quæ fin. à ma. par. cap. c. 1. Alioquin ad metropolitanum, seu concilium referat quæstionem. 18. distinct. propter ecclesiasticas 1. & 2. & quasi per totum. & supra de præben. graue. 11.q.3. si Episcopus forte. & sequentibus. Et si omnes, uel maior pars concordes fuerint cum metro-*

metropolitano, ei stetur, vt patet in eo quod legitur & not. supra de tempo. ordi. nec episcopi. §. fi. Alioquin ad Romanam Ecclesiam recursus habeatur, vt patet in eo quod not. supra eod. super verbo, prædicat & obseruat.

5 Vel clerici. *vers.* Sede vacante.] *Mortuo aliquo si vis scire ad quem transfertur potestas faciendi ea quę faciebat, antequam constituatur successor, notabis secundum d. n. q. si ea per se solum faciebat, sicut est iurisdictionis exercitum, & consimilia: hoc faciet ille à quo ea habebat. Mortuo igitur archidiacono qui uicem gerit episcopi, supra de offi. arch. cap. 1. Episcopus eo mortuo iurisdictionẽ archidiaconi exercebit. arg. supra de maio. & obe. his quæ. §. fi. supra de institu. cum venissent. responso 1. Et sunt hæc vera etiam in alijs si necesse vel vtile sit hoc de quo agitur expediri. arg. 12.q.2. hæc huius placiti. & ca. si qua de rebus. Alioquin reseruabitur successori. ff. de iudi. mortuo. C. de iudi. properandum. §. fin autẽ. Maxime si in proximo successor sit futurus. argu. ff. de vaca. mu. l. pen. §. fi. secundum d. n. In iudicio autem non proceditur vacante sede. supra ne sede vacan. c. fi. nisi necessitate instante deputetur actor auctoritate superioris ad reposcenda alienata. 12.q.2. nobis. c. Vulteranæ. & arg. insti. de auct. tu. §. fi. & ff. de cura. bonis dan. l. si plures. & l. 1. & 2. Si tamẽ ad capitulũ spectat electio archidiaconi secundum d. n. vel canonicorũ vnà cũ archidiacono: eo mortuo deuolvetur ad capitulum prędicta potestas. arg. supra de cõcess. præben. postulasti. Sed si archidiaconus aliqua fecit ẽt suo iure, quæ non ab alio sunt collata, vt si fundauit ecclesiam de bonis archidiaconatus, non capitulũ: tunc non deuoluitur potestas ad capitulum, sed ad successorem tantum. supra ne sede vacan. illa. supra de testamentis relatum 2. §. nomine. vbi de hoc. Et ad de quod leg. & not. infra de offi. deleg. quoniã abbas. de excess. præla. c. 2. Quid si aliqua habeat ab episcopo, & aliqua à capitulo? & ille & hi in eo quod ab eis tenebant succedunt. arg. supra de testa. relatum 2. §. fi. 12.q.3. & 4. per totum. Cum aũt episcopus et capitulum sint vnum corpus, cuius caput est episcopus. argu. infra de verb. sig. cum clerici. & expressũ supra de præscrip. cum non liceat. supra de his quæ fi. à præla. c. fi. Et inter eas sit spirituale coniugiũ, supra de testa. requisisti. § . fecus, & melius supra de transla. epi. licet. Dicendum est, q ea quæ spectãt ad episcopum suo iure, sicut est iurisdictio & confirmatio prælatorum: deuoluuntur vacante sede ad capitulum ipso iure. supra de maio. & obe. cum olim. Sed si cum alijs aliquid exercebat, nõ ad inferiores, nec ad superiores: sed ad collegas eiusdem officij deuoluitur hæc potestas. 65. dist. c. fi. Idem forte dicendum est in absente; siue ex iusta causa absit, siue ex iniusta. In negligente autem dic vt not supra de cõcess. præb. nulla. & de supplen. neg. prę. per totum, secundum d. n. cuius est hæc tota glos. paucis exceptis. Iura tamen per ipsum inducta minus plene probãt intentionem suam. Tu dic de hac materia vt not. supra de maio. & obed. his quę. & c. cum olim. & ne sede vacante, illa. & c. fin. per totum. & de elect. cum in cũctis, in fine* Vicinorum. *simile 7. q. 1. Pontifices. §.* præsenti. *2. pars.*

† Deprehensus in hæresi quot modis quis dicatur et vide Eymericum 3. par. quæst. 89.

6 Deprehensi.] *Facti euidentia* †: *puta quia publice hæresim prędicauit. arg. supra de ritu nup. palam. §. fin. & expressum infra de pur. can. inter sollicitudines. Vel ad rationem positus confitetur errorẽ suũ, & pertinax est, supra de accusa. si constiterit. Vel alias in iudicio confitetur, siue conuincitur, vt supra de cohabi. cler. & mulie. c. fin.* Obumbratione fuscatus. *Potest enim talis habere vmbram religionis, sed non veritatem. simile supra de consue. quanto. ad finem.*

7 Prærogatiua nudetur.] *Arg. quòd clericus depositus non retinet priuilegium clericale* †. *ad idem 54. dist. ex antiquis. in fi. quod cõcedit Alanus. Sed non est verum cum teneatur viuere regulariter. 81. dist. dictum. 50. dist. 1 ducat. secundum Hug. Solutio. Regulariter verum est, q. clericus quamuis depositus, dũmodo corrigibilis sit, priuilegium retinet clericale: & sic intellige opinionem Hug.*

† Syluester in summa verbo, degradatio. quæst. 6.

8 *Ab hac regula excipiuntur casus, in quibus statim traditur curiæ sæculari, puta in hæresi, nisi incontinenti pœniteat, vt hic. in quo casu satisfacere dẽt vt & hic sequitur. Subaudi tu per pœnitentiam perpetuam in carcere peragendã. infra eod. excõicamus 2. §. damnati. Secundo in falsario domini Papę. infra de crimine fal. ad falsariorum. Tertio cum quis pp calumniam, quã intulit proprio episcopo, deponitur. 11.q.1. si quis sacerdotum. Si vero depositus sit incorrigibilis: tunc nullo modo priuilegium retinet. Et sic intellige opinionem Alani: immo finaliter potestati traditur sęculari: quod dic vt legitur & not. supra de iudi. cum non ab homine. Qualiter autem tradi deheat, exponitur hic vbi sequitur:* Secularis relinquatur, &c. *infra de verb. sig. nouimus. qualiter autem puniantur hæretici, legitur & not. infra eod. excommunicamus 1. & 2.*

9 Sponte recurrere,] *postquã est de hæresi condẽnatus. Et si spõte redeat, dẽt recipi abiurato errore. 24.q.3. dixit Apost. & detrudi in carcerẽ ad perpetuã pœnitentiã peragendam. infra eod. c. pen. §. damnati. Alias aũt si non esset dãnatus de hæresi, nõ solũ sponte rediens admitteretur. sed ẽt ad fidem semel susceptam seruandam inuitus cogeretur. Et sic soluitur et not. contra 45. dist. de Iudæis. 23.q.5. ad fidem.*

10 Ad arbitrium episcopi.] *Olim tamen non recipiebatur nisi in concilio* † *1.q.7. si quis episcopus. Sed propter periculum multitudinis, quę inualuit, istud hodie ad arbitriũ episcopi est redactũ, ut hic dicitur. ad idẽ infra de pur. can. inter sollicitudines.* Abiurare. *Vel se purgare. infra eod. §. illos.* §. laicus autem. *3. pars.* Arbitrio. *Et idẽ est de clerico impœnitente, prius tamen à suis ordinibus degradato, vt supra. §. proxi. & infra c. pen. §. damnati.*

† Simancas de cathol. instit. tit. 1. de abiuratione. num. 23.

11 Debitam.] *Vltio debita est ignis* † *crematio: sicut probatur ex verbis Domini dicẽtis. Io. 15. b.* Si quis in me non manserit, *per fidẽ firmã & simplicẽ, supra de sum. trin. c. 1. in prin. sed ab ea exorbitauerit,* mittetur foras, *ideſt, extra cõionem Ecclesiæ, siue clericus, siue laicus sit per sententiã excõicationis; qui tamen hodie oẽs sunt excõicati. supra eod. c. responso 1. & infra eod. excommunicamus 1. & 2.* Sicut palmes, *ideſt, homo infidelis & inutilis ac mortuus, cum in eo omnino Dei gratia sit extincta, supra de rebus eccle. non alie. si quis presbyterorum. Et nisi pœnituerit,* arescet, *si laicus sit, per iudi-*

† Vide Petrũ Godofredũ in l. 4. C. de hæret. & Couarruuiã lib. 2. variar. resolut. c. 10. nu. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis ecclesiasticis condemnationem, & curiæ secularis damnationem, & pœnę corporalis executionem. Si vero clericus sit, per præmissam consimilem condemnationem. & secutam degradationem, & curiæ seculari traditionem: & colligēt potestates seculares Eum, *scilicet laicum per damnationem corporalis pœnæ & executionem: Clericum vero in foro suo recipient, vt & datā per eos pœnalem contra eum sententiam exequantur.* Et in igne mittent. *ministri sæcularium potestatum de mādato eorum.* Et ardet, *idest, ad litteram, tradetur igni & conburetur. Et ex hac auctoritate sic expositā, satis potest colligi id qđ legitur & not. infra de verb. sig. nouimus. Lex etiam humana in hac pœna concordat: dicit. n. tales vltimo supplicio puniendos. C. eod. tit. Ariani.*

12 *Quod vltimum supplicium alia lex mortem interpretatur. ff. de pœnis, vltimum supplicium. Et tertia lex expresse dicit, q̄ viui crematio † vltimū supplicium est. ff. de pœnis, capitalium.*

† Hæc disputatio hodie cessat per legem Federici imp. Inci pien. Incōsutilem. vbi statuitur cōburendos eē hęreticos. hæc lex habetur inter litteras Apostolicas ꝑ officio inquisitionis īfine Directorii.

13 *Hanc etiam pœnam sic interpretata est generalis consuetudo, secundum quam igni traduntur hæretici vniuersi. Ergo non solum secundum legem Euangelicam, sed & secundum humanam, necnon & generalem consuetudinem omnibus hæreticis debita est hęc pœna. Sed & ad hoc prestat. argu. lex canonica, supra eod. firmissime. responso 1. vbi probatur, q̄ diabolo & angelis eius participant æterni ignis incendio puniendi.*

14 *Ideo autem dixi condemnationem in personam Ecclesię: & damnationem in personam Potestatis sæcularis, quia ad Ecclesiam pertinet cōdemnatio de crimine: & non damnatio corporis. Ad secularē vero spectat condemnatio corporis, & nō cōdēnatio de crimine, quæ pœnam corporalem & eius sententiam præcedere debet. secundum hoc intellige quod not. in summa. eod. tit. §. qualiter deuitetur. vers. ergo cognitis.* Et infra. *Continebatur hic:* Qui uero inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, simili sententiæ subiacebunt. *Quod non debuit remoueri, vt patet in eo quod legitur & not. infra eod. §. 1. Sed & hoc hodie temperatur infra eo. excommunicamus 1. §. 1. quod dic vt ibi not.*

§. Illos quoque] 4. *pars.*

Vt diximus.] *Verum est de abiuratione: de purgatione autem nihil dixit in superioribus, sed dictū fuit hoc in proxima præcedenti decisione, quæ nō debuit remoueri, vt ibi not. aut hæc littera non debuit apponi. Frequenter igitur dum breuis esse laboro, obscurus fio, vt hic patet. & supra eo. ad liberādā. in prima decisione, vt & ibi not. & supra de voto. quod super his. §. rursus. in fi. in ipsa decisione. & c. ex multa. responso 1. versi.* si ergo. *vt & ibi not.*

15 Recidisse.] *Nam secundum B. recidere peius siue periculosius est q̄ incidere: sic & deterior dolus est illius, qui interruptā iterum litem deserit, q̄ qui semel cœptam derelinquit. in Authen. de liti. §. si uero intra p rædictum. in fi. colla. 8.*

16 Sine vlla audientia.] *quo ad bona: vel quo ad hoc, vt nulla ipsius excusatio super hæresi audiatur; quia sufficit q̄ semel fuerit conuictus & condemnatus: necesse est tamē q̄ condemnetur de recidiua. Sin autē statim ſponte redire voluerit, admittendus † est secundum quosdam: ita tamen q̄ in perpetuum careerem retrudatur, vt legitur & not. supra eod. §. præsenti. Et facit pro his: quia Deus non vult mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. 26. q. 6. cognouimus. & in Authen. vt non luxuri. contra naturā. responso 1. colla. 6. Vnde & Ecclesia nemini volenti redire, gremium suum claudit. 1. q. 7. si quis oēm. C. de sum. tri. fi. ante si. & arg. C. eo. tit. l. Manicheos. & de pœn. dist. 3. adhuc. Alij tamē dicunt, q̄ iste est casus specialis in fauorem fidei: & quia omnino reddidit se indignū audientia, ex quo abusus est prima gratia sibi facta. Et hoc credo verius de rigore, & ex mente. arg. supra de postu. prela. c. 2. cum suis cōcor. 11. q. 3. priuilegiū. 25. q. 2. ita nos. ff. de ser. cor. inde Neratius. C. de epis. audi. l. 3. ad fin. Vbi hoc videtur expressum: vnde & talem interli. fecit hic d. n.* Audientia. *quasi dicat non proderit eis si dicant se velle hæresim abiurare: ac si diceret, nullo mō amplius reconciliabuntur: audientur tamen defendendo se super alijs criminibus accusati. vt not. infra eod. si aduersus. responso 1. Prima tamen opinio de exuberanti æquitate & benignitate tolerari potest: quod totū finaliter dicimus ad arbitrium boni iudicis redigendum. arg. in eo quod legitur & not. supra de transac. c. fi. ad fi.*

§. Statuimus. 5. *pars.*

17 Vt comites.] *Non potuisset hoc Papa statuere de laicis, nisi ratione immanitatis † criminis. sic infra. eod. c. 1. supra de iudi. nouit. §. 1. in fi. simile supra tit. 1. ita quorundam. Alij dicunt, q̄ ideo valuit: quia Imperator præsens fuit, siue consensit secundū d. n. Tu dicas vt not. extra eiusdem. d. n. de homi. pro humani. §. sacri. vers. sitque.* lib. 6. *cum suis concor.* Iuramento. *simile infra eod. excommunicamus. 1. §. moneantur.* Si uero vers. Noluerint. *scilicet Potestates sæculares.*

† al. iniquitatis

18 Honore.] *quia hoc ipso contra Ecclesiam esse videntur: quare dignitate priuari debent. 32. q. 5. præceptum. 24. q. 1. qui cōtra Ecclesiæ pacem. quam potestatem habet Ecclesia, etiam quo ad Imperatorem: quod dic vt legitur et not. supra de elect. venerabilē. §. eos igitur.* Et ad alios. *scilicet honores, quibus se indignos reddunt: quia turpius ejicitur quām nō admittitur hospes: et multa impediunt promouendum, & cetera supra de iure iur. quemadmodū. §. 1. versi. quia turpius. & §. 2. versi. profecto.* Eis. *scilicet, si rebelles fuerint, nec pœnituerint,* Excommunicatione, &c. *simile supra tit. 1. ad liberandam. §. ceterū.*

19 §. Ciuitas autem.] 6. *pars.* Commercio. *simile supra eod. c. proxi. §. 1.* Priuandam. *propter tantum delictum. simile 25. q. 2. ita nos.* §. Si qui uero. 7. *pars.* Exempti. *vt Templarij secundum d. n. Idem tamen contra diffiniuit extra idē d. n. de verb. signi. veniens.* lib. 6. *Dicas ergo vt Cluniacen. & multi alij, quorū priuilegia uidimus: de his. n. aliter iudicari nō pōt, vt patet in eo quod legitur & not. supra eod. de usu pallij. c. fi. & infra de priuil. porro.*

20 *Et si quis se exemptum vel priuilegiatum dicat, cum diœcesanus de iure cōi intentionem suā fundet, vt supra de relig. do. de xenodochijs, cum suis cōcor. necesse est q̄ de priuilegio fiat fides, vt patet* 100. *dist. c. tra morē. ff. de iudi. si quis ex aliena. supra. de excep.*

excep. cum venerabilis. §. quia vero. & argu. supra de offi. deleg. cum in iure peritus existas. Episcoporum. *qui aliàs ordinarij sunt. vt supra eod. c. responso 1. ver. & generaliter.* Et eis. *scilicet episcopis.*

21. Delegatis] *generaliter & vbique auctoritate huius concilij, simile supra de off. ordi. irrefragabili. §. ceterum. Gratia enim non dat licentiam delinquendi. 1. q. 7. exigunt.*

22 *Non tamen propter hoc amittunt in alijs exēptionis priuilegium illi, qui sunt de collegio exemptorum, sed delinquentes non obstante priuilegio puniuntur: quia non defendit priuilegium in delictis: quod dic vt legitur & not. infra de priuil. tuarum. Puniē tur autem per episcopum, qui hoc facit vice Papæ, ut hic dicit. Vnde perinde est ac si Papa hoc faceret. arg. infra de sent. excom. mulieres. §. fi. cum suis concor. secundum Tanc. Tu dicas, quòd omnes perdunt priuilegium in illa diœcesi, in qua hoc est commissū. infra eod. excommunicamus 1. §. sane clerici. vers. fin. Dicas etiam, quòd cum hæc delegatio generaliter sit concessa; & vniuersaliter, vt not. supra eod. glo. in prin. huiusmodi delegatio hodie in tali casu ordinaria iurisdictio est censenda. arg ff. de iudi. cū prætor. Nec isto verbo vsus est Papa, nisi quantum ad placandum exemptos: ac si diceret; non moueamini propter hoc vos exempti: quia non procedit Episcopus in his iure suo, sed nostro. Sed quicquid dicat, possunt respondere exempti; hęc satisfactio est puerilis. Nam ex quo ita est quantum ad effectum, facit hoc episcopus iure suo, nec in verbis vim facimus, sed in rebus. C. communia de leg. l. 2. in fi. C. de donati. l. fi.* Non obstantibus. *simile supra eod. c. proxi. §. 1. vbi de hoc.*

c. Vergentis.

SVMMARIVM.

1 Hęreticorum bona ēt post mortē publicātur.
2 Bona hæreticouum confiscata non reuertūtur ad eos nisi de misericordia.
3 Blasphemiæ in Deum, non sunt impunitæ relinquendæ.
4 Filij filiarum, & filij filiorum hęretici, an æqua liter puniendi.
5 Bona hæreticorum, etiam si habeant filios catholicos, publicantur.
6 Spiritualis pœna in crimine hęresis non impedit temporalem.
7 In multis delictis hæresi minoribus, filii ob parentum delicta affliguntur.

† De hac materia late Zāchin. tract. de hęret. c. 25. & Ant. Gomez.

Vergentis in senium sæculi corruptelam. *& infra.*] *Subaudi, testantur non solum elementa, sed et hoc, sicut in integra continetur.* nostræ iurisdictioni. *Loquitur prelatis, vt patet ex sequentibus. simile supra de so. comp. ex transmissa. & c. verū. & de vi. & ho. cle. quoniam.*

1 Publicari. †] *etiā post mortē: quod dic vt not. supra eod. si quis episcopus.* Et in aliis. *vers. scilicet terris, quæ nō subiacent ecclesiis, uel prelatis, sed laicis.* Præcipimus. *scilicet bona publicari.* Per potestates. *sim. supra c. proxi. §. statuimus. quod dic vt ibi not.* Sæculares. *quibus non dēt præiudiciū generari. supra qui fil. sint. leg. causā 2. quādiu obedientes, & nō negligentes fuerint. Alioquin contra, ut legitur & not. infra eod. excōicamus. 1. §. si vero Dūs temporalis. vers. 1.* Compelli. *quod pōt fieri, 23. q. 5. administratores. & supra eod. c. proxi. §. statuimus, vers. 1. et supra tit. 1. postulasti. §. fi. & c. Iudęi, siue Saraceni. §. fi.*

to. 3. var. re fol. c. 14. & Eymer. infra par. 3. q. 109. & seq.

2 Nec ad eos.] *scilicet hęreticos.* Bona. *scilicet publicata.* Eorum. *scilicet quondā: nunc. n. ex quo publicata sunt, dominiū amiserunt.* Misereri. *De sola ergo misericordia restituuntur bona, vt hic patet, & ēt quandoq; episcopatus. 23. q. 4. ipsa pietas. vers. itē si inquiunt. in fi. & q. 7. quod aūt. & 1. q. 7. conuenientibus. Et not. infra eo. §. fi. super verbo exhęredatio.* Disciplina. *simile supra de elect. cum in cunctis. §. pen. cum suis concor.*

§. Cum enim.] 2. *pars.* Sanctiones. *C. ad l. Iul maiest. quisquis & est canonizata 6. q. 1. §. verum. vers. si quis cum militibus.*

3 Quanto magis.] *Si. n. contra hoēs illatę blasphemiæ impunitę non transeunt, multo magis qui ipsum Deū blasphemat, dignus est supplicia sustinere, vt in Authen. vt nō luxu. contra naturā, responso. 1. et. §. 1. colla. 6. Vnde & infra sequitur, cū longe grauius sit, & c. vt infra. eo. §. in fi. et not. infra de maledicis, statuimus.* Quod est Christus. *quod dic vt not. supra de elect. significasti. in fi. & de sacra vnctio. cap. vnico. §. vnde in veteri, vers. 1.* Cum longe. *vers.* Sit grauius. *sim. 17. q. 4. sicut qui Ecclesiam. 23. q. 5. si apud. Quod. n. in religionē diuinam cōmittitur, in omniū fertur iniuriā. C. eod. tit. Manichæos. Nec debemus dimittere illius inultū opprobriū, qui probra nostra deleuit. supra tit. 1. in nōnullis. §. fi. ad idē supra de decimis. tua nobis. §. uerū. 23. q. 4. si is qui. & not. supra eod. super verbo quanto magis. & c. si quis episcopus.*

4 *Sed quid si ita dicat Papa: Statuimus q̄ hæretici & filij eorum vsq; ad quartum gradum nō admittantur ad collegium clericorum? Nunquid est hoc intelligendum, tam de filijs filiarum, q̄ de filijs filiorum?* † *Ita videtur. Arg. infra de pœn. in quibusdā. §. sacri. vbi de hoc. Nā & tales astringunt verba et mēs. Verba. quia tā hi q̄ illi ab hæretico descendunt: et differentia agnationis & cognationis hodie est sublata. vt in Authen. de hęre. quæ ad intes. dese. colla. 9. ergo à significatione verborum recedi non dēt: sicut dicit lex. ff. de leg. 3. non aliter. ff. de exerci. act. l. 1. §. si is qui naue. Sed & de mente idem uidetur: voluit enim princeps punire hæreticum, non solū in se, sed in filijs. arg ff. quod metus cā. isti quidem. Pone ergo q̄ non hēt nisi vnicam filiā. si dicas nepotē ex filia descendentem immunem, ergo nō punietur in filijs, cum alios non habeat. Item de mēte uidetur, q̄ ideo sit facta prohibitio, ne quis ducat filiā hæretici i vxorem. Et merito: quia timeri pōt de corruptione mariti & filiorū: sicut. n. vir infidelis saluatur per mulierem fidelem: sic & damnari potest fidelis per infidelem. arg. supra de diuor. quanto. ff. de redibi. act. l. quod si nolit. §. qui per mancipia.*

† De hac materia Eymer. infra p. 3. q. 115. & ibidē dixi copiosē.

Dicendum ergo videtur in fauorem fidei, q̄ talis filius. & si sit inculpabilis, puniatur: quia & hoc in

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliys cõtingit. Et in hoc etiam possumus sequi diuinũ iudiciũ, vt probatur in hoc c. et in his quę supra not. Caueat ergo sibi vnusquisq; ne contrahat cum filiabus Canaan. Gen. 28. c. Econtra videtur: quia nemo debet puniri sine culpa. & c. C. de pœn sancimus. cum suis concor. Nec obstat quod dictum est de verbis statuti: quia cum dicat, filius, masculos cõplexus est, & non feminas secundum verba, & secundum mentem: idem est cum agatur de pœna. arg. ff. de ventre in possmit. l. 1. §. 1. ff. de pœn. si præses. & l. interpretatione. cum suis concor. supra de testa. Raynaldus. responso 1. super verbo, masculis. Item videtur potius comprehendisse agnationem prouenientem ex linea paterna, q̃ cognationem maternam. arg. insti. de legit. agna. suc. §. 1. & de leg. agna. tu. §. 1. Præterea, ex quo quis de legitimis nuptijs genitus est, sequitur patrem & non matrem. ff. de sta. ho. cum legitime. quod omnino verum est cum agitur de dignitatibus & honoribus, et pœnarum immunitatibus, vt patet. C. de decur. eos indulserunt. & l. exemplo. & l. nullus. & l. si ille. lib. 10. C. de pœn. decuriones. & l. decurionum filij. & melius & expressius quantum ad pœnas. ff. de pœn. moris. § fi. ff. de decu. l. 2. §. in filijs. Sol. non videtur q̃ talis filius hoc statuto damnetur. potius. n. lincam masculinam & paternam, q̃ femininam & maternam comprehendit: etiam si de immunitate agatur, vt probatur. ff. de mu. & bono. vacatio. ff. de iure immuni. l. 1. §. vnico. Et dicit lex, senatores debere vocari ipsos senatores, & eorum filios & nepotes natos ex eis. Nepotes vero nati ex filiabus non senatores dicentur, sed patris sui conditionem sequuntur. ff. de senato. l. liberos. Si ergo in beneficijs & dignitatibus filius ex matrimonio natus matris conditionem non sequitur, quanto magis dicẽdum est & in pœnis contra iura maxime adinuentis non debeat sequi conditionem eiusdem? cum pœnæ legum interpretatione sint molliendæ, non exasperãdæ, vt supra not. Contra iura etiam generalia est, vt filius portet iniquitatem patris. ff. de pœnis. l. crimẽ. ff. de in ius vo. adoptiuum. § 1. Huic igitur adhærebo fauori, maxime quantum ad Ecclesiam, quę innocentem punire non desiderat: immo nec nocenti redeunti claudere gremium consueuit. Et si specialia in contrarium sint quædam, metas ipsorum ad consimilia non transcendam. ff. de ad mun. l. 1. C. de decu. l. neq; Dorotheum. C. de leg. leges vt generales. Insti. de iu. na. § quod principi, ff. de leg. ius singulare. cum similibus. Video insuper, quòd si filius habeat patrem & auum senatorem, et si pater à senatu remoueatur tutor: tamen filius remanebit senator, vt plus ei prosit aui dignitas, q̃ obsit casus patris. ff. de sena. emancipatum. § fi. Sic & hic dẽt dici, vt plus prosit filio patris fidelitas, cuius conditionẽ naturaliter hẽt sequi. ff. de sta. ho. lex naturæ. à contrario: q̃ matris ẽt, vel aui materni infidelitas, quibus quo ad multa dicitur alienus: & quo ad patriã potestatẽ & substitutionem pupillarẽ, et bonorum possessionẽ contra tab. & alia multa. Filia. n. ẽt quo ad forum & dignitatẽ sequitur virum, non patrem. ff. de sena. feminæ. Ergo multo fortius filius viri ipsum sequitur: & si vndiq; inter patrem & matrem sit paritas, tamen viri cõditio prænalet, et est spectãda. ff. de senato. l. 1. Filius enim & pater iuris interpretatione idem sunt. C. de impu. & aliys subsli. l. ult. Insti. de inutil. sti. §. ei qui. quod nunquam in matre vel auo reperitur materno. Cum ergo statutũ dicat: & filii eorum: lineã paternã non maternam respexisse videtur. Aliàs sequeretur punito filio, ipsum patrẽ puniri, quod dici nõ debet. Tum ex patris in filiũ affectione, quę specialis est super oẽs. C. de cura. furi. l. fi. 1. respõso. cũ similibus. Tum ex filij infamia, quam licet patri prosequi, etiã inuito filio. Tum quia substãtia filij minor esset, quẽ hẽt necesse alere pater si oporteat. Tũ quia filium saltẽ de facto infamem (. ff. de obsequijs à liberis, & c. l. 1.) in domo cogeretur habere: et in familia patriæ potestatis tenere: quod dici non dẽt. Nec obstat quod de verbis statuti dicitur seruandis, quia pp sententiam ab eis receditur: cum verborum interpretatio nũquã tantum valeat, vt melior sensu existat. 38. dist. sedulo. C. de lib. præteri. l. 3. C. de fideius. cum virum. C. de cõsti. pec. l. 2. Nec obstat q̃ punire voluit princeps hęreticũ in filijs: Hoc. n. est dicendum in propriis filijs, non in alienis: at filius filiq non suus est, sed alienus, cum non sit in potestate ipsius, vt C. de iur. do. l. fi. §. si quoquo modo. & de rei vxo. act. l. vnica. §. accedit. versi. extraneum. Nec obstat q̃ princeps arcere voluerit hęreticum, ne quis contrahat cum filia eius: quia hanc pœnam expressam non inuenis in statuto, sed solũ in filijs eius, vt puniantur in cleri promotione. Non ego eam extendam, sed restringam vt odiosam: quia cum uir caput sit vxoris, verisimilius est ipsam trahi ad legẽ ipsius. Vnde & hoc deterius contingere posset, si cum catholico filia nubere nõ posset, s. augmentum hæreticorum, & diminutio catholicorum. Et quia vir, qui diuinare non potuit hæresim alienam pp iustum suum errorem, puniri non dẽt. Si vero scienter talem duceret, ei forsitan esset imputãdum, vt & not. infra de pœn. in quibusdam. §. sacri.

§. Nec huiusmodi.] 3. pars [Orthodoxorum] filiorum, *vt sequitur.*

5 Exhæredatio] *Hic expresse habes, q̃ bona hæreticorum confiscantur, siue habeãt filios catholicos, siue non. Sed contra: quia filij catholici propter hoc hæreditate paterna priuari nõ debent. C. eod. tit. Manichæos & l. cognouimus. & Authen idem de Nestorianis. Sol. illa iura hodie per hoc q̃ hic dicitur, corriguntur, et per l. Federici. Hac ædictali. quæ hoc idem dicit. et fuit olim posita in quinta compilatione. eod. tit. nec debuit remoueri. Et est ratio, vt legitur & not. infra eod. versi. 1. Vel intelliguntur de gratia secundum istam, vt supra eod. cap. responso. 1. & not. supra c. si quis episcopus. Quia vero super hoc sunt dissensiones, si vis amplius prosequi hanc materiam, vide in sum. eod. tit. §. qua pœna.*

6 Impedire.] *idest spiritualis pœna non debet impedire temporalem, nec econuerso: immo vtraque est imponenda, sicut & infra de maledicis. c. 2. & arg. extra d. n. de re iudi. cum cterni. in fi. Nec mireris si in hoc casu filij propter delictum patris exhæredentur, cum in multis, & c. vt infra ver. 1.*

7 Cum in multis. *versi.* Casibus† *Alijs minoribus isto, & in quibus hoc minus videretur. Multo magis ergo et in isto de quo magis uidetur. arg. supra de elec. cũ i cunctis, in prin. cũ suis cõcor.* Diuinum iudicium. *quod nec fallit, nec fallitur. infra de sent. excõ. nobis 2. Et hoc patet per multa exẽpla. 1. q. 4.*

† Alfonsus Castrus lib. 2. c. 11. de iusta hæret. punit. Rojas sing. 101.

§. item

§. Item pro peccato ciuium. & sequentibus. quod dic vt plene not. infra de pœnis, in quibusdã. § fi. Et iuxta canonicas. vers. Sanctiones *15. q. vlt. cum multæ supra de fil. presby per totum infra de pœn. in quibusdam. § fi. cũ suis concor.* In progenitem. *In qua magis punitur pater quam in se ipsum, vt patet. ff. quod metus causa.* 'isti quidem. *& in eo quod legitur & not. infra de fil. presby. litter. 18.*

c. Si aduersus.

SVMMARIVM.

1 Quod specialiter iubetur, magis timetur.
2 Scriniarij, idest, tabelliones.
3 Cur sit prohibitum pro hæreticis patrocinari.
4 Hæreticis in quib⁹ sit defẽsio denegata, vel nõ.
5 Soli Iudici eccleiastico licet hęreticis captis consilium dare, & qualiter.
6 In nullis cauis iurisperiti hæreticis patrocinentur.
7 Notarij suspensi, durante suspensione, non valent instrumenta.
8 Aduocati suspensi an valeat patrocinium, & quid faciendum.
9 Aduocatus suspensus exercens officium, non fit irregularis.
10 Suspensi à minoribus, ministrantes, an fiant irregulares.
11 Papa quoad forum ciuile infamiam irrogare, & tollere potest.

SI aduersus nos terra consurgeret. *& infra.*

1 Plus timeri solet.] *Hoc sumptum est ex illo canone 23. distin. quamquam. Sic & dicit lex, quòd ea quæ generaliter dicuntur, nisi specialiter notentur, neglecta videntur. ff. de iniu. item apud Labeonem. §. ait prætor. arg. ad hoc supra de confir. vti bonæ. § fi. supra de dolo & contu. c. 2. §. fi. in prin. supra de offi. lega. quod translationem. cum suis concor.* Specialiter. *Ideoque quandoque quod de iure communi competit generaliter, speciali priuilegio impetratur, vt patet supra de procur. quia in causis. supra de iure iur. & si Christus. § fi. & not. supra de æta. & qual. accepimus. §. licet igitur. vers. ex superabundanti. & supra eod. sicut ait §. 1.*

2 Scriniariis.] *idest tabellionibus. supra de præscrip. ad audientiã. § fi. vers. nec credẽtes. vbi de hoc. simile 25. q. 2. sancimus. § vniuersa. infra eo. excommunicamus. 1. §. credentes. vers. fi. infra de sentẽ. excom. nouit.* Defensoribus. *qui omnes hæretici iudicantur. infra eod. excommunicamus 1. § credẽtes.*

3 Auxilium vel fauorem.] *Cũ sint excommunicati. infra eod. excõmunicamus 1. §. credentes. et supra eod sicut ait. Sed contra: quia si conueniantur, non est eis iusta exceptio sine sententia deneganda, vt patet supra de except. cum inter priorẽ. §. 1. cũ suis concor. Sol. illud potest habere locum infra annũ post quã eos constiterit tales esse. Nam elapso anno, nisi interim se correxerint, inter hæreticos computantur. infra eod. excõmunicamus 1. §. credentes. Vnde non admittuntur ad aliquam defensionem, cum bona ipsorũ debeãt confiscari: immo & eis licite auferuntur. 22. q. 5. non vos. & q. 7. c. 1. Melius tamen est vt auctoritate Ecclesiæ vel iudicis hoc fiat. 23. q. 3. sex differẽtię sunt. C. de pig. l. 3. secundum. B. Non placet hęc glos. et dic de prima parte, vt not. infra eod. excommunicamus 1. §. credentes. De secunda vero parte dic, quòd etsi non possint defendere quo ad bona, possent tamen aliter criminaliter accusari: vnde in illis non esset iniucio iustitia denegãda:*

4 *Sed ad defendendum hæresim nullatenus audirẽtur. quod per iura inducta superius satis patet. Nec obstat in Authen de priui. do. post mediũ. l. vers. sed si sint eis inaggressibilia. coll. 6. vbi expresse dicit, q. nec beneficijs iuris, nec aliquibus alijs priuilegijs tales poterunt se iuuare: quia illud ius, & similia intelligi possunt quantũ ad accusationẽ, siue impugnationem, vel actionẽ, & hęresis defensionẽ. supra eod. ad abolẽdã §. illos. vbi de hoc. In alijs autem criminibus quo ad defensionẽ, iustitia non denegabitur: quia nec in hoc attenditur fauor hæretici, sed æquitas iudicãtis, vt legitur & not. supra de excep. cum inter priorem. §. 1. Et hoc satis apparet hic. nã ex eo quòd hoc solis aduocatis & scriniarijs, non tamen iudicibus, de quibus nulla fit hic mentio, prohibetur. satis patet, quòd de ipsis iudicibus contrarium sensit quantũ ad iustitiam faciendã. arg. in eo quod legitur & not. supra de præscri. nonne. Nec obstat si dicas, quòd talis hæreticus est: & sic statim est puniendus: Nã & post deprehensionem, si sponte redierit, admittitur, & in monasterium est detrudendus. infra eod. excommunicamus 2. §. penul. ibidem igitur se defendere posset super alio crimine accusatus. arg. C. de his, qui ad ecclesiam confu. l. fi. §. 1. & responso 1. Maxime si præuentus fuisset in alterius criminis accusatione. supra de foro compe. proposuisti.*

5 *Tamen excepto iudice, qui nec iudex est, nisi sit in eo iustitia. infra de ver. sig. forus. § in omni. nulli alij personæ licet talibus consilium, vel auxilium, vel cõmunionem aliquam nisi ad salutem animę, etiam in causis vel factis alijs impartiri, vt patet infra eo. §. 1.*

§. Nec his.] 2. pars. *scilicet hæreticis.*

6 In causis.] *scilicet criminalibus.* Vel factis. *idest quibuscunque negotijs, quasi dicat, nec in iudicio, nec extra. infra de verbo. sig. forus. § negotium.* Vel aliquibus. *scilicet alijs, etiam catholicis.* Sub eorum. *scilicet hæreticorum, qui nullatenus iudicare possunt, nec aliqua publica officia exercere, infra eod. excommunicamus 1. §. credentes.* Patrocinium. *scilicet, vos iuris periti etiam magno salario dato: quod aliàs liceret. 11. q. 3. non licet. quod dic vt not. supra tit. 1. cum sit nimis absurdum. § fi.* Facere *vos tabelliones. Sed nonne iudices tales contra iustitiam condemnabunt, si fuerint super alijs criminaliter accusati? Non: quod dic vt no. supra eo. resp. 1 in fi.*

§. Quòd si contra.] 3. pars. Præsumpseritis. *vos aduocati, seu scriniarij, quibus tantum scribit, vt patet supra eod. c. responso 1.*

7 Suspensos.] *qua sententia durante non valebunt confecta instrumenta. arg. 1 in eo quod leg. & not. supra de consuet. cũ dilectus. § quia nobis. et 10. dist. vides fili charissime. C. de leg. nõ dubiũ. supra de elect. qualiter post mediũ. in fi. & infra eod. excõmunicamus 1. §. credentes. vers. quòd si forte. & sequen.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 *Sed quid de patrocinijs: nam illa de facto tenent? Respondeo, erunt forsan sententiæ irritandæ, vt dicunt quidã. Alij cõtra. Credimus, quòd hoc esset per summum Põtificem declarandum. supra qui filij sint legit. per venerabilem. §. rationibus supra de feudis. c. 1. supra de cõsti. c. fi. cum super hoc nullum ius expressum habeatur, nisi quòd aduocatus per exceptionem poterit remoueri. infra eod. excõmunicamus 1. §. credẽtes. & §. quòd si forte. in fi. Vel dic lucrum pauperibus erogandum. arg. in eo quod legitur & not. supra tit. 1. ex speciali.*

9 *Sed nunquid si taliter suspensi officium suum exequantur, irregularitatem incurrunt? Ita videtur, vt infra de cle. excom. mi. c. 2. vers. 1. extra d. n. de sen. exco. cum medicinalis. §. fi. vers. quoniam. cum suis concor.* lib. 6. *Sed hoc falsum est: Nec obstant iura inducta: quia loquuntur quando aliquis suspenditur ab officio spirituali ordini sacro annexo, vt patet* 11. *q.* 3. *si quis episcopus damnatus. & c. si quis episcopus in concilio: vbi est non fiat mentio nisi de ipso presbytero et diacono: tamen idem intelligendum est & de subdiacono, cum hodie † sacer ordo existat, vt patet in eo quod leg. & not. supra de ser. non ordi. mi ramur.*

† Subdiaconatus semper fuit sacer, quamuis aliquãdo nõ fuerit sacer reputatus, vt ait glos. in cap. A multis. in verbo, Solos. extra de ætate & qualit. ord.

10 *De suspensis autem à minoribus ordinibus hanc pœnam expresse non inuenio iure cautam, quare non videtur, quòd ad ipsos sit extendenda. arg. supra de transla. epis. c. 2. §. sed neque. ver. fi. cum suis concor. Nã et vbi pœna expressa inuenitur, cũ sit odiosa, non est dilatãda sed potius restringẽda. ff. de pœn. si presses. & l. pen. Multo minus ergo dicã irregularitatem incurrere suspensũ ab officio publico tẽporali, de quo hic loquitur: etsi propter transgressionem aliàs sit puniẽdus. arg. in eo quod legitur et not. supra de dolo et contu. veritatis. §. fi. ver. in nomine domini. in prin. Sed verũ est, quòd clerici etiam inferiorum ordinum irregularitatem incurrere possunt: quòd dic vt plene not. infra de cle. excom. min. c. 2.*

11 Infamiæ.] *Et ita Papa potest etiam quo ad forum ciuile infamiam irrogare, cum & ipsam possit tollere, vt hic. & arg. supra qui fil. sint legit. per venerabilem. Est tamẽ arg. contra. 2. q. 3. § hinc colligitur. secundum B quod dic vt not. supra de secundis nupt. c. pen. & fi. & supra de re iudi. cum te.*

c. Cum ex iniuncto.

SVMMARIVM.

1 Conuenticula fieri prohibita, & quare.
2 Officium prædicationis priuilegiatum.
3 Singula officia, singulis committenda.
4 Soli sacerdotes prædicẽt; aut saltẽ qui sũt missi.
5 Vbi maius periculum cautius agendum.
6 Martyribus aliquid imperantibus, non statim credendum.
7 Miraculis non statim credendum, & quare.
8 Erubescendum est sacerdotibus imperitis.
9 Exẽpla & vulgaria prouerbia quando probent.
10 Peccantem corrigere Euangelice quilibet tenetur & qualiter.
11 Ad denuntiationem Euangelicam, an quilibet admittatur.
12 Quomodo intelligendum præceptum Domini de correctione fraterna.
13 Clericus violentiam corporalem inferens prælato, excommunicatus est.
14 Intellectus huius textus.
15 Ob negligentiam potest remoueri prælatus.
16 In remouendis sacerdotibus negligentibus, & inutilibus quis ordo seruandus.
17 Qui instituit, deponit: & qui ligat, soluit.

VIm ex iniuncto. & infra.] Studium.] *subaudi, habere, vt supra de magistr. super specula. & supra ne cle. vel mo. super specula. §. quia vero.* In eo tamen. *vers.* Arguendi. *idest reprehendendi.* Quod occulta. *Prima reprehensio, quam prosequitur infra eo. respon. & §. Deus enim. & seq.*

1 Conuenticula. *quæ intra ecclesiam fieri prohibentur. C. de episcopis & cle. conuenticula. Et etiam extra ecclesiam, vt ibi not. & probatur infra eod. excommunicamus 1. §. adijcimus. vers. 1. C. de summa tri. l. 2. Alioquin capitalis est pœna, vt patet. C. de his qui ad ecclesiã confu. denũciamus. Sed nec est de fide coadunatis turbis publice disputandũ. C. de summa tri. l. 2. quamuis & quandoque expediat respondere. 43. dist. in mandatis. ante fi. Prohibentur etiam conuenticula talium: quia timetur de conspiratione. 11. q. 1. conspirationum. et c. coniurationum. 79. dist. si quis Papa. Et licet omnium conspiratorum graue sit peccatum, vt patet ex prædictis iuribus, & in eo quod not. supra de re iudi. cum I. & A. istorũ tamen maius est peccatũ, et pœna debet etiam maior esse, vt patet in eo quod legitur & not. supra eod. vergentis. §. cũ enim. vers. cum longe.* Et officium. *Secunda reprehensio: & hanc prosequitur infra eod. §. sicut enim. per totum.*

2 Prædicationis.] *quod priuilegiatum est multis modis, vt legitur & not. supra. de sta. mo. quod Dei timorem. & patet infra eod. § sicut enim. vers. 1.* Et sacerdotum. *Tertia reprehensio, quę & probatur infra eod. §. licet autem.* Simplicitatem. *Et male.* 38. *dist. sedulo.* Illudunt. *Omnis illusio generaliter reprobatur. supra de postul. præla. bonæ 2. § nec nocebat.* Et eorum. *Quarta reprehensio, quę omnino est detestanda, vt patet infra eod. §. fi.* Consortiũ. *Non solum sacerdotum, quos propria temeritate eui tant, vt patet infra eod. §. fi. sed etiam aliorum omnium.* Qui talibus. *scilicet conuenticulis, vsurpationibus, illusionibus, & sacerdotum euitationibus.* Non inhærent. *quasi dicat, tales volunt omnes esse, quales ipsi sunt: quòd si aliter se habuerint, ipsos tanquam excommunicatos euitant.*

§. Deus enim.] 2. *pars. in qua intendit quod supra dixit de occultis conuenticulis improbare.* Lux vera. *Ioan.* 1. Tenebrarum. *simile supra de off. deleg. consuluit. §. ne vero.* Omni creaturæ. *Mar. c. fi.* Dicens. *Matth.* 10. *cap.*

§. Sicut enim.] 3. *pars. in qua improbat quod supra dixerat de vsurpatione officij prædicandi. Et sumitur hoc ex eo quod legitur Rom.* 12.

3 Sed non omnes.] *immo singula officia sunt singulis committenda.* 89. *dist. singula. & patet in eo quod legitur & not. infra de præben. cum non ignores.*

res. Quia secundum Apostolum. *Eph.* 4. Alios dedit, &c. *simile infra eod. c. penult.*

† Iuo p. 6. c. 249. Conc. Carthag. 4. c. 98. refert Iuo p. 8. c. 343.

4 *Nullus enim quantumcunque litteratus sit, prædicare debet* †, *nisi sacerdos sit.* 16. *q.* 1. *adijcimus. Vel saltem nisi sit missus, vt infra eod. §. vers. nam secundum Apostolum, et c. excommunicamus 1. §. quia vero. vbi de hoc. & arg.* 23. *q.* 4. *displicet.*

§. Cum igitur.] 4. *pars.* Doctorum. *idest prædicatorum. sim. infra eod. c. sicut in vno. §. vnico. in prin.* Præcipuus. *et priuilegiatus. vt not. supra eod. responso* 1. *vers.* 1. *super verbo prædicationis.*

5 Indifferenter.] *immo cum maius periculum immineat, cautius est agendum.* 42. *dist. quiescamus.* 32. *dist. §. verum.* 1. *q.* 1. *§. ecce cum honoris.* Nam secun dum Apostolũ. *ad Ro.* 10. *d.* Et etiã veritas ipsa. *scilicet Christus præcepit Apostolis. Luc.* 10. *a.* Mittat. *quasi dicat nullus sibi vsurpet, sed missus solùmodo admittatur, vt hic. & 21. dist. in nouo.* Quòd si forte. *vers.* Argute respondeat. *idest, arguendo nos sic opponat: Domine, non debetis dicere, quòd tales tanquam non missi non admittantur.* Quia tales, &c. *Sed huic statim respondet infra eod. vers.* 1. Dignior. *Verum dicit si de illa constaret, vt patet supra de regularibus, licet. responso* 1. *vers. talis ergo. & 19. q. 2. duę sunt. Sed non est credendum cuilibet, vt patet supra de regularib. licet. §. si vero dubitetur. Vnde oportet, quòd aliter probetur, quàm nudo verbo illius, qui dicit se missum, vt infra eod. vers.* 1. *& vers. sed oportet, & sequentibus.*

6 Potest rationabiliter. *vers.* Non sufficit. *Bene dicit: nam etsi martyres aliqua mandent, non statim sunt facienda; sed ante est, vt sciamus illos à Deo quæ postulant, impetrasse.* 50. *dist. si quis prepostera. Nec semper eorum miraculis est credendũ, vt not. infra eod. vers. si oportet. ad fi. & patet in eo quod legitur & not. supra de reliq. & venera. sanctorum. c.* 1. *in fi. ad idem.* 42. *dist. quiescamus.* Nude tantum. *idest sine signo miraculoso, vel testimonio scripturæ sufficienti, vt not. infra vers.* 1. *Nam nec ipsius iuramento crederetur: tum quia solus est. supra de testi. licet* 1. *in fi. & c. cum à nobis. Tum quia in re propria generaliter nullus est idoneus testis.* 4. *q.* 3. *vers. item nullus. & vers. item omnibus. & not. de hac materia supra de testi. in omni negotio.* Afferet. *Nec enim sufficit dicere, nisi & probetur, vt hic. & legitur & not. supra de concess. præben. cũ super quęstione. & supra de re iudi. cũ super controuersia.* §. 1. Sed oportet. *vers.* Astruat. *Asserendo struat, siue instruat, hoc est probet, siue confirmet.*

† Vide S. Thomam 2. 2. quæst. 178. art. 2.

7 Miraculi.] *Sed nec miraculo statim credendum est, quia & quandoq; per malos* †, *& peccatores miracula fiunt.* 1. *q.* 1. *teneamus. & not. supra eod. vers. potest rationabiliter. Ideoq; antequam fides adhibeatur, de vita & miraculis diligenter est inquirendum. Et postea referendum sedi Apostolicæ, quæ hoc reprobet, vel confirmet, vt legitur & not. supra de reliq. et venera. sanctorum. cap.* 1. *ad fi. & supra de testi. venerabili. Hoc autem quod dicit de miraculo, statim exẽplificat infra eod. vers.* 1. Scripturæ. *Et hoc exẽplificat, infra eod. vers.* 1. Ioannes. Vnde cum Dominus. *vers.* Vellet. *Exo.* 4. Ioannes quoq;. *vers.* Dicens. *Matth.* 10.

§. Licet autem. 4. *pars. in qua improbat, quod supra dixit de illusione simplicium sacerdotũ.* Scientia. *etiam eminens: licet competens toleretur, vt legitur & not supra de electi. cũ nobis olim. §. his igitur. vers. illius quoque. & de renun. nisi cum prædẽ. §. pro defectu.* Prophetiçũ. *Malach.* 2. *c.* Labia sacerdotis. *simile* 43. *dist. sit rector.* 11. *q.* 1. *sacerdotibus.* Custodiunt. *idest custodire debent.*

8 Exquirunt.] *scilicet subditi: vnde quibundum est si nesciunt respondere.* 43. *dist. in mandatis. ad fi. Quare & talis debet esse, qui omni poscenti sciat reddere rationẽ.* 36. *dist. §. ecce quod. ante fi.* Non est tamen. *vers.* à scholasticis. 38. *dist. sedulo. multo minus ab alijs subditis* 6 *q.* 1. *oues & c. præceden. & sequen.* Cum in eis. *quamuis simplicibus.* Propter quod. *vers.* Præcepit. *Exo.* 22. Non detrahes. *per hoc quod dicit Dominus.* Sacerdotes, &c. Nec quisquam. *vers. in quo respõdet oppositioni, quę sibi fieri posset exemplo asinæ: quod statim sequitur.*

9 Exemplo.] *Licet enim non sit exemplis, sed legibus iudicandum. C. de sen. & interlo. nemo iudex. quod qualiter intelligatur, not. supra de re iudi. in causis. Exẽpla tamen sacræ scripturæ & historiarum* † *frequẽter inducuntur & ipsa probationẽ inducũt, vt hic. & supra de electi. venerabilẽ. §. obiectionẽ. vers. quòd autẽ. in fi. Sicut et prouerbia vulgaria antiquorũ, vt patet in eo quod legitur & not. supra tit.* 1. *etsi Iudęos. respon.* 1. *in fi.* Quòd asina. 2. *q.* 7. *secuti sũt. & c. nos si incompetenter.* Legitur. *Nu.* 22. *f.* Prophetam. *scilicet Balaam, vt infra vers.* 1. Vel. *scilicet illo scripturæ testimonio, quod Dominus dixit. Io.* 8. *f.* Quis ex vobis. *huic respondet infra eod. vers. & aliud. & si male locutus fuerit. Io.* 18. *de quibus not. supra de simo. c.* 3. De malo. *Subaudi, sed non obstat exemplum de asina: & sic continuatur sequẽs vers.* cum aliud sit, *&c.*

† Vide Iasonem & doctores in l. 1. ff. si certum pet.

10 Cum aliud. *vers.* Quod quisque tenetur. *scilicet occulte reprehendere, vt hic. & arg.* 23. *q.* 5. *non putes. non manifeste vel publice. Illa enim correctio ad superiorem, vel iudicem tantũ spectat. arg.* 23. *q.* 4. *duo ista. & c. forte. Prælatus enim subditũ sicut pater filium, & publice potest corripere, & occulte. Vnde Apostolus* 2. *Tim.* 4. *Argue, obsecra, increpa.* 45. *dist. c.* 1. 8. *q.* 1. *quid autẽ. Filius vero patrem, vel prælatũ subditus* † *publice reprehendere siue corripere non debet, vt legitur hic, & probatur.* 21. *dist. nolite. & in eo quod legitur & not. supra de maio. & obe. cũ inferior. respon.* 1. *Correctio ergo canonica & occulta, de qua hic loquitur, ad omnes spectat secundum Euangelicã veritatẽ. Manifesta vero ad prælatos, siue iudices tantum, vt hic distinguitur. Et secundum hoc potest intelligi.* 2. *q.* 1. *si peccauerit. & facit ad hoc.* 22. *q.* 5. *hoc videtur.*

† Vide Alfonsum Castrũ lib. 13. aduersus hæreses verbo, Subditus.

11 *Ad denunciationẽ autem Euangelicã, quę admonitionem & probationẽ requirit.* 45. *dist. si illud. supra de testibus. in omni negotio. & quę fit ad pœnitentiam.* 2. *q.* 1. *si peccauerit. videtur quòd quilibet sit admittendus. arg.* 2. *q.* 7. *qua propter. Dummodo sit persona honesta. et supra de spon. cũ in tua. secundum B. Tu dic vt ibi not. & supra de cogna. spiritu. tua nos. & plenius supra de iudi. nouit. responso* 1. Euangelicã. *Matth.* 18. *e. Si peccauerit in te frater tuus, &c.* Balaã. *per quẽ superior intelligitur.* Ab asina,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ tenet figuram subditorũ. Subaudi, sed nec obstat quod obiectum est ex scripturæ testimonio. supra eo. vers. nec quisquã ibi, quis ex vobis, & c. Nã & aliud est, & c. vt sequitur. Et aliud est. *vers.* Patrem suũ. *Aliàs fratrem.* Reprehendere. *Cum reprehensos se non submittat: alioquin contra. infra eo. vers. & rursus.* Manifeste. *ad detractionem tantum, quod non licet. infra eod. vers. & aliud.*

12 Euangelicam.] *supradictã: ex eo enim quod dicit, corripe eũ inter te & ipsũ solũ: Et quod sequitur, duos vel tres testes adhibendos, subaudi, & non plures: sequitur quòd hoc intelligendum est tantũ de occulta, & non publica correctione. arg. in eo quod legitur & not. supra de præsump. nonne.* Nã qui etiam B dicit. *vers.* Fratri fatue. *sicut legitur Matth. 5. c. & 55. dist. si Euangelicam.* Et rursus. *vers.* Innocẽtia. *sicut Christus, qui semper innocens est, & fuit. 1. Pe. 2. g. Qui peccatum nõ fecit, & c.* Supponit. *quod potest. 2. q. 7. nos si incõpetenter. ff. de iurisdi. om. iudi. est receptũ. Et tunc nulla potest notari detractio, siue iniuria, quę volenti & scienti nõ infertur. ff. de iniur. l. 1. §. vsque adeo.*

13 *Hæc autem suppositio quantum ad violentiã corpori inferendam, à nullo clerico fieri potest, quin violentiam inferens excommunicatus sit. Nam etsi manus nõ sit violenta respectu supponẽtis: tamẽ propter iniuriam, quæ fit Ecclesiæ, temeraria iudicatur, vt patet in eo quod legitur & not. infra de sen. excom. cum desideres. §. si. & c. contingit interdum 1. Sed nec quo ad iurisdictionem hoc licet sine superioris licentia, vt infra eod. & not. supra de foro compe. significasti. Nec quantum ad forum pœnitentiale. infra de pœn. omnes. §. 1.*

14 *Quid est ergo, vel qualiter est hoc intelligendum quod hic dicit? Respondeo indistincte hoc intelligi potest in Papa. 2. q. 7. nos si incompetenter. & 2. q. 4. auditum est. Aliàs audistis, quo ad iura positiua, quæ ipsum nõ ligãt, nec ligare possunt, ut patet in eo quod legitur & not. supra de cõcess. præben. proposuit. Quo ad alios autem omnes intelligendũ est hoc tantũ extra iudicium, secundũ quod fit. supra de iure iur. veniens. & c. Quintavallis. Nisi hoc fieret de licentia superioris: & dũmodo nulla violentia infratur, vt patet ex præmissis.* Verbũ Domini. *Quis ex vobis arguet me, & c. Et si male locutus sum, & c. vt supra eod. vers. nec quisquam.* Et aliud. *vers.* Quia subditus. *sine aliqua submissione superioris.* Reprehendendi. *idest corrigendi: non quòd hoc liceat in publico: sed hoc ideo dicit, quia minus peccaret, vt potest colligi in eo quod legitur & not. infra de sen. excom. cũ non ab homine. respon. 1. & supra de cohab. cleri. et mu. vestra. §. item aliud est.* In prælatum. *quod nulli licet, vt supra eod. vers. & aliud est.* Obsequendi. E *idest obediendi. simile supra de rebus eccle. non alie. c. fi. responso 1. cum suis concor.*

§. Quòd si forte.] *5. pars, in qua improbat, quòd subditi contemnendo proprios sacerdotes, eosdem vitant, & faciunt cuitari, vt not. supra eod. c. respon. 1. & vers. & eorum consortium, & c.*

15 Inutilis.] *Nam et propter negligentiam remouetur. infra eod. cap. 1. in fi. & 81. dist. dictum. C. de off. præfect. ori. si quos. 18. q. 2. si quis abbas. quod dic vt legitur et not. supra de offi. custo. c. 1. §. fi. supra de re-*

A *nun. c. fi. respon. 1. supra de simon. licet Heli. §. cum igitur. vers. 1.* Remoueri. *Subaudi temeritate propria minime sunt vitandi, quamdiu ab Ecclesia tolerantur, nisi forsan essent notorij fornicatores, vel simoniaci. 32. distin. §. verum. & legitur & not. supra de coha. cleri. & mu. vestra. & supra eod. veritatis.*

16 Sed agendum est, & c. Ordinate, & c. *Puta per modum accusationis vel denũciationis, vt legitur & not. supra de accus. qualiter 2. §. penul. Et est hic arg. quòd seruandus est ordo iuris. supra de accusa. ad petitionem. §. fi. vers. 1. vbi de hoc.* Apud episcopum. *quod dic vt legitur & not. supra de offi. archidia. cũ satis. ad idem. 16. q. 7. nullus. infra de priui. cum & plantare. §. in ecclesiis. supra de capel. mon. c. 1.* Institutio. *scilicet auctorizabilis.*

17 Destitutio.] *Nam eius est soluere, cuius est ligare regulariter: quod dic vt not. supra de maio. & obedie. cum inferior. Et sic et examinatio personę ad illum pertinet, ad quem manus impositio spectat. supra de elect. venerabilẽ. §. 1. vers. est enim regulariter, & c. Sic omnis res, & c. infra de regu. iuris. c. 1.*

c. Excommunicamus.

SVMMARIVM.

1 Hęretici omnes tametsi diuersarum sectarum conueniunt quantum ad errorem.
2 Qualiter intelligatur hæreticos relinqui curię sæculari.
3 Leges deferentes bona cognatis hęreticorum, correctę.

EXcommunicamus itaque,] & c. Superius. *scilicet supra de summa trin. c. 1. & 2.* Quia de varietate. *alias de vanitate. sim. infra. eod. excommunicamus, responso 1.* In idipsum. *quãtũ ad errorem hęreticum: omnes enim hęretici iudicantur, licet sectæ diuersę sint. 24. q. fi. §. fi. & §. seq.* D *vsque in finem.*

1 Damnati vero. *vers.* Relinquantur.] *qualiter hoc intelligatur, legitur & not. infra de verbo. sign. nouimus. Sũt & alij casus in quibus degradatus ita tim sæculari relinquitur potestati, vt not. supra eod. ad abolendam. §. præsenti.* Puniendi. *nisi statim sponte reuertantur: in quo casu sunt in monasteriũ retrudendi. vt infra eod. c. penulti. §. 1. & legitur & not. supra eod. ad abolendam. §. præsenti.*

3 Ita quòd bona. *vers.* Confiscentur.] *Corrigitur ergo lex, quę defert bona cognatis hęreticorũ. C. eod. tit. Authen. idẽ de Nestorianis. secundũ d. n. vt patet hic. & supra eod. vergentis. §. 1. & 2. vbi de hoc:* Stipendia. *pro rata. arg. supra de testamẽtis, relatum 2. §. fi. & c. Raynutius. §. à cuius. vers. penulti.*

§. Qui autem.

SVMMARIVM.

1 Ob solam suspicionem hęresis probabilem purgatio indicitur.
2 Deficiens in purgatione pro conuicto habetur; & plura nu. 10. in fine.
3 Negligens se purgare, olim statim tradebatur curiæ

curiæ sæculari, hodie secus.
4 Qui post purgationem vel abiurationem recedit, curiæ sęculari traditur.
5 Excommunicatus ob cõtumaciam, quando & quomodo fiat de hæresi suspectus.
6 Quę pœna eius, qui se purgare negligit.
7 Tentans se purgare, & deficiens, non excommunicatur, sed pro conuicto habetur.
8 Verba; velut hęretici condemnentur, pulchre explicata.
9 Ob præsumptionem iuris, & de iure potest aliquis vt hęreticus condemnari.
10 Gradus quattuor per quos ad condẽnationẽ venitur, ob hęresis suspicionem.
11 Speciale est in crimine hæresis, vt elapso termino mora purgari possit. B
12 Quot & qualia incommoda afferat annalis contumacia.
13 Hæretici ipso iure sunt condemnati.
14 Legibus ciuilibus per ecclesiã approbatis vtendum in crimine hæresis.
15 An assignato termino ad purgationem, videatur indicta purgatio?
16 An absens cui iudex indixit purgationem, & terminum assignauit, si non compareat, debeat velut hæreticus condemnari.

1. §. QVi autem.] *2. pars.* Suspicione sola. *idest præsumptione. intelligas tu probabili. & sic non obstat 2. q. 1. primo. Talis enim suspicio siue præsumptio purgationẽ inducit, vt sequitur. vnde quod infra dicit, monstrauerint. expone, idest, monstrare neglexerint.*

2 Anathematis, & c.] *nam etsi deficiat in præstanda is cui indicitur, tanquam conuictus punitur. & sic sine aliquo temperamẽto potest intelligi quod legitur supra eod. ad abolendam. §. laicus. & infra eod. §. adijcimus. infra de pur. ca. inter sollicitudines. §. fi. supra de cohabi. cleri. et mulie. tua. supra de simonia. de hoc autem. §. 1. & c. insinuatum. §. fi. & de hoc not. infra de pur. ca. cum P.* Qualitatem. *quia hoc semper attendendum est, vt considerata suspitionis & personæ qualitate, purgatio indicatur. 2. q. 1. omnibus. infra de pur. cano. inter sollicitudines.* Satisfactionem. *simile infra eod. §. credentes. quod dic vt ibi plene notatur.*

3 Anathematis.] *olim vero talis statim relinquebatur potestati sæculari, vt supra eod. ad abolendam. §. laicus in decisione: sed hodie per annum expectatur, vt hic sequitur, & postea velut hęreticus condemnatur, vt in fi. huius §. & sic traditur potestati sæculari. supra eod. ad abolendam §. 1.*

† Eym. par. 2. q. 58. & p. 3. in. 1. modo processũ terminandi, vbi dixi.

4 Euitentur] *quòd si post purgationem † præstitã vel abiurationem factam in hæresim eandem recederint, sęculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquuntur. supra eod. ad abolendam. §. illos quoque.* Ita E quòd si per annum. *subaudi hac de causa excommunicati, vt præmisit.* Extunc. *scilicet elapso anno. simile infra eod. §. si vero dominus. & §. credentes. & accidit hoc propter contemptum. infra de excess. prela. c. fi. responso 1.*

5 *Si quis igitur hac de causa excommunicatus per annum in rebellione perstiterit, veluti hæreticus con-*

A *demnatur, vt sequitur. sin autẽ propter crimen aliud, pro conuicto habetur. 11. q. 3. rursus. & cap. quicunque. Quòd si pro simplici excommunicatus contumacia fuerat, non immerito de hæresi habetur suspectus: maxime si per biẽnium excommunicationem sustinuerit animo indurato. infra de pœn. cap. fi. vbi de hoc. multo fortius si per triẽnium: in quo quidem casu beneficijs ecclesiasticis omnibus est priuandus. supra de æta. & quali. cum bonæ. Ad idem supra de appel. pastoralis. in fi. infra de cle. excom. mi. postulastis. in fi. & c. fi. in fi. & ideo dixi, maxime. & multo fortius, quia idem est si per annum, vt hic, & in superioribus iuribus. Cum ergo excommunicatus pro simplici contumacia, ex quo per annum excommunicatus fuerit, de hæresi merito habeatur suspectus, vt supra not. si contra talem agatur, aggrauetur manus hoc modo.*

6 *Vt quia de hæresi tali de causa suspectus habetur infra certum tempus, secundum quod indicenti purgationem videbitur, debeat se purgare. si eandem purgationem sibi indictam, præstare neglexerit, ob talem negligentiã vt contumax iterum poterit excõmunicari. etsi postea in hac excommunicatione per annũ fleterit, veluti hęreticus debet iudicari, vt hic dicitur. per quod euidenter patet: quòd maxima est potestas ecclesiastica: et quòd nullus debet contemnere Petri claues. infra de excess. præla. tanta.*

C 7 *Quid ergo si non fuerit negligens: sed se purgare tentauit, in purgatione tamen defecit? Respondeo, Tunc non est locus excommunicationi, nec per consequens annali expectationi: sed incontinenti potest tanquam conuictus de hæresi condemnari, vt patet in eo quod not. supra eod. §. super verbo. suspicione sola. Qualiter autem contra contumacem in criminibus sit aliàs procedendum, dic vt plene not. supra de dolo & contu. veritatis.*

8 Velut † hæretici.] *licet in veritate possit esse, quòd non est hæreticus: tamen ac si esset propter tanũ contemptum Ecclesiæ & clauium, ex quo si condemnatus est, pœnas hæretici incurrit. sim. infra de senten. excom. si vero aliquis. de quibus legitur & not. infra eod. §. credẽtes. arg. infra de rapto. c. 2. infra de excess. prela. tãta. in authen. de priuil. doct. hęreti. muli. non præstan. quasi in medio. coll. 8. & ita, etsi hæreticus non sit, tamẽ veluti hæreticus condemnatur. & est simile quod dicitur: Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. supra de iudi. nouit. responso 1. vers. sed cum Dominus. est ergo talis velut, idest præsumptus hæreticus iudicandus. Sed contra: quia etiam pro præsumptione vehementi non est quis de tanto crimine cõdemnandus. supra de præsump. litteras. §. fi. in prin. vbi de hoc.*

† Vide Archidia. Io. And. & Francum in c. cum cõtumacia. de hæret. lib. 6.

9 *Sol. Illud verũ est de præsumptione facti vel iuris tantũ, vt ibi: secus de præsumptione iuris et de iure, vt hic: quæ nõ admittit probationem in contrariũ, vt patet in eo quod not. supra de sponsal. his qui fidẽ.* Condemnentur. *si moniti competenter redire noluerint. & sic non obstat. 1. q. 8. conuenientibus. sed & tales vitandi sunt, et ante admonitionẽ ne secreta fidei nostræ, quibus nos impugnent, eis exponamus. sic ne reuelemus. 43. dist. in mandatis, & sic intellige 24. q. 1. quæ dignior domus.*

10 *Et nota gradus per quos in hoc casu ad condemnationem*

Universidad de Deusto Biblioteca

nationem criminis hæreseos peruenitur. Primus est, suspicio notabilis. Secundus, quòd propter hanc suspicionem indicatur purgatio. Tertius, quòd si negligat se purgare, propter hoc feratur in ipsum excommunicatio. Quartus, quòd si hac de causa ligatus in sententia per annũ pertinaciter permanserit, sequatur condemnatio. Primus ergo est suspicio. Secundus purgatio. Tertius excommunicatio. Quartus annualis limitatio. ascensis enim & obseruatis diligenter per ordinem his quattuor gradibus, sequitur condemnatio: aliàs casum sententiæ appetit, quę istis gradibus in tali casu postpositis, quęrit per abrupta ascensum. argu. 48. distin. cap. fi.

11 Et not. quòd licet aliàs post terminum peremptorium lapsum & datum ad aliquid faciendum non audiatur quis: nec possit mora purgari regulariter, nisi gratia fiat, vt patet in eo quod legitur & not. extra d.n. de restitu spol. frequens. §. penul. Hic tamen speciale est, quòd possit purgari mora. & est ratio, quia non debet quis de tanto crimine nimis leuiter condemnari, vt patet supra de præsump. litteras. §. vlt. & magnum priuilegium est Ecclesiæ, vt ex hac causa, et hoc seruato ordine, possit aliquem tanquam hereticũ condemnare. & de hoc not. infra de pur. cano. cum P. Manconella.

12 Hic igitur notãdũ, quòd annalis contumacia quãdoq; aufert rei possessionem, vt patet. C. vt in rẽ act. l. 2. supra vt lit. non contest. quoniam frequenter. §. in alijs. & § seq. nec mirũ: quia & quandoq; quod plus est, aufert omnem defensionem, & inducit sufficientẽ præsumptam probationem, & per consequens iustam condemnationẽ, vt hic. & 11. q. 3. rursus. et cap. quicunque. ex quibus iuribus hoc quod hic dicitur, videtur esse sumptum.

13 Hodie vero non est necesse, quòd tales per Ecclesiam condemnẽtur, sicut patet per l. Federici positam C. de hæreti. in modum. Authen. quæ sic dicit: Gazaros, Patharenos, Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circuncisos, & omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus infamia: diffidamus atq; banimus, censentes, vt omnia bona talium confiscentur: nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij eorum, etiamsi orthodoxi sint, ad succesionem eorum peruenire non posint: cum longe grauius sit ęternam, quàm temporalem offendere maiestatẽ. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quòd si sic per annum permanserint, extunc omnes tanquam hæreticos condemnamus. Ergo hodie non est necesse, quòd per Ecclesiam excõmunicẽtur, vel condemnentur. sed sufficit quòd talibus purgationem indicat: quam si prestiterint, bene quidem: alioquin ipso iure banniti & infames habentur, & si sic per annum permanserint, ipso iure sine aliqua sententia velut heretici sunt damnati, vt patet per prædictam constitutionem.

14 Nec obstat †, ꝙ crimen hęreseos est de foro Ecclesiæ: quia dicta cõstitutio fuit per Romanã Ecclesiã nõ solũ approbata, sed ꝓcurata. et sic ea vti possumus. Iu-

† Alfonsus Castrus lib. 2 c. vlt. de iusta hæret. pun. vers. ad id igitur.

A pra de consti. Ecclesia sanctæ Mariæ. & patet in eo qđ not. infra de ope. no. nun. c. 1. & supra de solu. c. 2.

15 Sed quid si Ecclesia suspecto assignet terminũ ad purgationem prestandã; nunquid per hoc videtur indixisse purgationem, ita quòd si nõ venerit, & hac de causa excommunicetur, et postea per annũ expectet; & in eadẽ contumacia permaneat, debeat velut hæreticus iudicari? Dicunt quidã quòd sic: quia pro eo quod non venit, patet quòd per eum stetit quominus purgatio indiceretur: vnde perinde est ac si indicta esset. arg. ff. de reg. iur. ad ea. §. semper. & l. iure ciuili. ff. de cõdi. & demon. l. iure ciuili. & l. quibus diebus Quod non placet: quia aliud est tantũ purgationẽ indicere, B & aliud ad purgandũ terminũ assignare; aliud vtrunque facere: ita quòd si tantum alterum interueniat, nunquam potest dici quòd in nõ purgando contumax sit. si enim terminus assignetur tantum, nõ potest dici quòd assignetur ad purgationẽ indictam, sed indicendam. infra de pur. can. c. fi. in prin. Si igitur nõ veniat, & si sit contumax in non veniendo, non tamẽ est contumax in non purgando: quia non potest dici contumax respectu purgationis indicẽdę, cum adhuc non sit in rerum natura. arg. ff. de iure codicill. quidã referunt. supra de consti. cum accessissent. §. fi. Item si purgatio sit indicta: sed non sit terminus assignatus, de facili non potest comprehendi cõtumacia. arg. C in eo quod legitur & not. infra de of. ordi. irrefragabili. §. excessus. nisi dicas intelligendum esse quòd statim purget se. arg. ff. de verbo. ob. cum qui Calendis. quod in hac materia durum esset sentire. Sic igitur vtrũq; requiritur, scilicet quòd terminus assignetur, & quòd purgatio indicatur. vnde & in dicta cõstitutione Gazaros, iungitur ad mandatũ Ecclesiæ, vel ad arbitrium episcopi. supra eod. ad abolendam. §. si laicus. in decisione, vt ibi not. ex qua & iste §. videtur sumi. & temperatur hic pœna illius. & quod ad hoc faciendum terminus peremptorius assignetur. arg. ff. de iudi. ad peremptoriũ. & ll. sequẽtibus. supra de offi. deleg. consuluit. & probatur supra de re iudi. ꝙ D ad consultationẽ. supra de cohabi. cleri. et muli. c. penul. §. penu. et fi. supra de simo. de hoc. et c. insinuatũ.

16 Sed quid si ita dicat iudex; Volumus, decernimus & mãdamus, quòd super tali suspicione te purges ad arbitriũ nostrum: & ad hãc purgationẽ prestandam, tibi talẽ terminum peremptoriũ assignamus: in quo nisi veneris, & dictam purgationẽ prestiteris, contra te quantũ de iure poterimus procedemus: et ipso non veniente excõmunicatur pro eo quòd non venit: nec dictã purgationem vt citatus erat, præstitit? Hic locum potest habere iste §. nisi citatus reputans se grauatam à tali mandato ex iusta causa expressa duxerit appellandum supra de appel. preterea. & extra E d.n. in eo. tit. cordi. lib. 6. supra de re iudi. quòd ad consultationem, quam tamen si Ecclesia velit excludere, indicat purgationem declaratã, & bene formatam, & bonæ famæ de tali contumaci, quamuis absenti ad quam præstandã iterum assignet ei diem peremptoriũ, in quo nisi venerit, excommunicet ipsum: quia purgationem sibi indictam non prestitit. & sic omnino locus est huic §. nec cõtumax audietur appellans 2. q. 6. §. sunt quorũ. Nec mireris, quòd dixi; absenti & contumaci purgationem determinatã & specificatam indici posse: cui tamen forsan non indiceretur,

retur, si præsens esset rationibus suis auditis: nam idem est & de sententia diffinitiua, quæ plerumque datur contra absentem contumacem, & tamen forte non daretur contra præsentem, & de iure suo docentem, vt patet C. de iudi. properãdum. supra de elect. extra d.n. statuimus. lib. 6. supra de eo qui mit. in poss. causa rei ser. extra d.n. eũ qui. eo lib. Hęc enim contumacia operatur, quę vt supra not. & possessionẽ & proprietatem rei aufert, & probationem sufficientem inducit, ac exceptionem & defensionẽ excludit. & adde quod not. infra de pur. ca. nos inter alios. & c. inter sollicitudines. §. fi. & de pœn. c. fi.

§. Moneantur.

SVMMARIVM.

1 Magistratus seculares renuentes prestare iuramentum de fide defendenda, de heresi sunt suspecti.
2 Forma iuramenti de fide catholica tuenda, & cur hodie non præstetur.
3 Dictiones perpetua, & temporalis, cur in textu positæ?
4 Requirendi sunt domini temporales, vt heretícos expellant.
5 Magni principes quomodo excommunicandi in hac causa?
6 Magistratus seculares excommunicari possunt per metropolitanum & suffraganeos, & velut hæretici condemnari, & quando.
7 An spectet ad solum Papam priuare principes dominijs suis ob heresim?
8 Diœcesanus potest bona laicorum Ecclesię rebellium, catholicis exponere occupanda.
9 Ecclesia contra res, & contra personas potest inuocare auxilium sæculare.
10 Pœnæ rebellium in Ecclesiam quales?
11 Regulariter nemo ob alterius delictum punitur: sed hoc fallit vt hic.
12 Dominus principalis ob heresim sui subditi nõ amittit ius suum: & quid in feudis, & bellis iustis & iniustis?
13 Sed si se Ecclesiæ opponat, non gaudet hoc priuilegio.

Moneantur autem.] 3. pars. Compellantur sæculi potestates sim. supra eod. ad abolendam. §. statuimus. dic vt ibi not.

1 Fideles.] igitur si hoc iuramentũ præstare renuũt, reddunt de fide catholica se suspectos: vnde si propter talem suspicionẽ, indictã sibi purgationẽ nõ exhibuerint, & propter hoc excommunicati fuerint, & talẽ excommunicationem per annũ sustinuerint, poterunt extunc tanquam hęretici condemnari. quod dic vt legitur & not. supra eod. §. proxi.

2 Sacramentum, quòd de terris.] Hæc est ergo forma, † quã prestare tenẽtur domini temporales ab Ecclesia requisiti: in qua & aliud debet addi, scilicet, ꝙ catholici sũt. in Authẽ. de iureiur. quòd prestatur ab his. §. et ęquus ero. coll. 2. Quid est ergo ꝙ hoc sacramentum de facto hodie non prestatur? Respondeo, Episcoporum negligentia est in causa, quæ eis in hac parte admodũ est verenda: sicut & not. in alio simili

†Eymericus, 3. parte non procul ab initio. & Concilium Bitteren. c. 32.

A supra de treuga & pace. c. 1. Sed & potest dici, hęc quę hic dicuntur, & not. locum tantum habere in terris siue prouincijs, in quibus fama est hæreticos habitare. arg. in eo quod legitur et not. infra eod. §. adijcimus. Studebunt. Diligentiã voluit notare, & fugare omnem fraudẽ & negligentiã, si vero dominus tẽporalis, & c. vt infra eod. §. 1. Ita ꝗ. vers. Ammodo. quasi dicat, quicquid hactenus fuerit.

3 Siue perpetuam.] Hoc dicit propter Comitatus, Ducatus, & alios Principatus, in quibus filij succedũt, vt not. supra de voto licet. Temporalẽ. Hoc dicit propter Potestates, Consules, & Rectores, qui ad annũ eligũtur. supra de iudi. c. fi. & de immuni. Eccle. B aduersus. sicut & hoc de vtrisq; exẽplificatur supra eod. ad abolendam. §. statuimus. in prin. Teneatur. si requiratur, vt infra eod. §. 1. in prin. quod dic vt not. supra eod. §. super vers. sacramentum, quod de teris.

§. Si vero dominus.] 4. pars.

4 Et monitus.] Est ergo requirendus & monẽdus: quia cum excommunicari debeat ex hac causa, vt supra eod. §. proxi. in prin. aliter excommunicari non debet nisi monitus & rebellis, vt hic patet, & ibi, & infra de senten. excom. sacro.

5 Per metropolitanum, & ceteros.] in concilio supra tit. 1. cũ sit nimis. §. 1. & de prębẽ. graue. si forsan rex fuerit, vel magnus princeps, qui ei ęquiparari va- C leat, vel quasi, puta quia habet sub ditione sua vnum metropolitanũ, & suffraganeos. 6. q. 3. scitote. 3. q. 6. nõ liceat. & c. vnaquęque. & sequen. In cõcilio enim talia grauia, & ratione personæ, vel negotij de quibus agitur, sunt tractanda. in Authen. de sanctis epi. §. vt autẽ omnis ecclesiasticus. colum. 5. coll. 9. & 18. dist. propter ecclesiasticas 1. & 2. Sed cõtra: quia solus diœcesanus cũ concilio clericorũ hanc sententiã ferre potest. supra eod. ad abolendã, responso. 1. Respondeo. Verũ est nisi ratione scãdali, vel grauitatis negotij oporteat ceteros episcopos cõuocare, vt ibidẽ patet, et hic, & infra eod. vers. 1. aliàs enim vnusquisq; episcopus subditũ suum excõmunicat, quem vicini episcopi D tenentur denũciare, & sentẽtiã approbare ad requisitionẽ excõmunicantis, vt patet in eo quod legitur & not. supra de treuga & pace. c. 1. §. 1. & infra de rapto. c. 1. Sed nũquid potest Episcopus sic excõmunicare subditum, vt in sua parochia tantũ, & non in alia sit excõmunicatus? Videtur quòd sic. arg. ff. de iurisdict. om. iudic. l. fin. & de appel. pastoralis, in fine. et de constit. ex litteris. et expressius 58. dist. si quis de alterius. et 44. dist. placuit. vbi de hoc not. Ioan. Sed contrariũ verum est: nã semel excõmunicatus in vna Ecclesia, excõmunicatus est quoad omnes. vt 4. q. 5. quisquis. vnde et ab omnibus est vitãdus, infra de raptor. c. 1. & 3. q. 4. nullus. & c. seq. 11. q. 3. excõmuni- E catos. Et si satisfacere. vers. Sũmo Pontifici. Tũ ratione grauitatis negotij, vt patet in eo quod not. in præcedente glos. Tum ratione grauitatis infligendæ pœnæ, vt sequitur.

6 Extunc.] idest elapso anno: sed & ipse Dominus tẽporalis tanquã propter hoc suspectus de hæresi per eosdẽ in metropolitanũ, & suffraganeos poterit excommunicari: ita quòd si per alium annũ hanc secundã excommunicationis sententiã corde sustinuerit, indurato, extunc uelut hæreticus poterit condẽnari, ut patet in eo quod legitur et not. supra eod. c. §. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Fidelitate.] *inflictio huius pœnæ ad solum spectare Papam videtur, vt hic. & 15.q.6.alius. & c. nos sanctorum. & seq. & preceden. vel ad illum cui specialiter hoc committit, infra de pœnis. c.fi. quantum tamen ad hoc crimen spectat, non oportet hodie ad Papam recursum habere: quia ipso facto de iure sunt absoluti vassalli, vt infra eod. c.fi.*

8 Exponat.] *mandando prædicari crucem, quod nullus inferior Papa potest facere, vt legitur & not. infra eod.§.1.aliàs autẽ sine prædicatione crucis posset diœcesanus, vt puto bona excommunicati subditi & rebellis, ac per annũ expectati exponere, vt patet in eo quod legitur & not extra d.n. de homicidio pro humani.§. sacri cõcilij. vers. sitq; cum suis.* lib.6. *qđ sic probo: potest enim personã exponere etiã clerici incorrigibilis: hoc non potest verti in dubiũ: quia expressũ est nedu in crimine hæresis. supra eo.c. respon. 1. vers. 1. & c. ad abolendam. § presenti. sed etiam in quolibet crimine, & qualibet contumacia: ex quo Ecclesia non habet vltra quid faciat, vt patet in eo qđ legitur & not. supra de iudi. cũ non ab homine. infra de verbo signi. nouimus. sed si hoc potest de persona clerici, multofortius in persona laici, vt patet in eo qđ legitur & not. supra de foro compe. significasti. & si hoc potest de persona laici, multo fortius & de rebus. arg.12.q.2. præcipimus. C. de sacrosan. Eccle. sancimus 1. & in eo qđ legitur & not. supra de dona. inter vir. & vxo. per vestras. § fi. supra qui fil. sint leg. per venerabilẽ. respõ. 1. supra de decimis. ex parte 3.*

† Eyme. 3.p. q.57. Gondisal. de hær q. 11. num. 17. Repertor. vers. brachiũ.

9 Generaliter † *enim non solum in res, sed etiam contra personas potest Ecclesia inuocare auxiliũ brachij secularis, vt patet in eo quod legitur et not. infra de homici. postulasti. infra de cleri. excom. ministran. c.2. in fi. cum suis concor. & in seq. glos.*

10 Possideant.] *& sic inuadẽdi sunt rebelles, & bona ipsorũ occupãda ab alijs catholicis, Ecclesiæ auctoritate interueniẽte, vt hic, & 23.q.fi. § his ita respondetur. & c. sequẽtibus. & q.c. § iplis autẽ principibus. et c. si apud carnales. et sequẽtibus. Qui enim tales & taliter impugnãt à locis suis expellendo, vel eos damnificãdo, vel pecunias auferẽdo, diligẽtissimi rectores, et pij cõsultores intelligũtur, vt ead.q. si nos contra Ecclesiã Christi. & c. sequẽtibus. nã et necandi sunt, & ciuitates igne cremãdæ: ita quòd sine habitaculo sint in æternũ. ead.q. si audieris. et maxime dominus tẽporalis, qui iustitiã facere negligit impetendus est, vt ead. causa. q.2. dominus. et q.4.c.1. & sequentibus. & § breuiter monstratum est. & capitulis. præceden. & sequentibus. & 3.q.7. qui sine. & arg. in Authen. vt differen. iudi. § penul. & fi. coll. 3. & 2.q.7. sicut & in fidei. alias fideli.*

† Zaneh. de hær. c.28. Al. Cast. li 2. c.10 & 11. de iusta hær. pun.

11 Saluo iure.] *vers. arg. quòd propter † delictũ vnius, alius puniri non debet. quod regulariter omnino verum est, vt patet in eo quòd legitur & not. supra de his, quæ fi. a maio. par. ca. quæsiuit. quandoque tamen casu aliter accidit contrarium, vt patet in eo quod legitur & not. supra eod. vergentis. § 1. & infra de pœn. in quibusdam.*

† Specul. tit. de feudis. ver 40. quæritur. nu. 62. Alberi super stat. 3. p. q. 17

12 Domini principalis †] *ideſt maioris et immediate superioris: nam res immobiles prioris Domini sũt. ff. de capti. et postli. re. l. ante penul. ff. de acquir. rerum do l. & transfugam. C. de capti. ab hostibus. Vel dic, quòd vbi inter Christianos iustum est bellum ex parte vna, ex altera vero parte iniustũ, is qui iuste pugnat omnia occupata sua facit: quę tamẽ ab alio in feudum non tenentur. C. de capti. l. 5. § in pace. 23. q. 5. dicat quis. & q. 7. si de rebus. ff. de acquir. rerũ do. naturalẽ. § fi. sed & feudalia iure occupare possunt: saluo tamen iure domini innocentis à quo tenentur, vt hic. Vbi vero infideles vel Christiani iniuste pugnantes bona immobilia iuste pugnantiũ occupãt, & postea recuperantur, ad antiquum dominum tantum reuertuntur, vt in dicta. l. ff. de capti. l. si captiuus. mobilia vero, quæ infideles occupant, sua sunt, vt. ff. de capti. l. ante penul. & alijs duabus concor. supra inductis in vers. huius glos. quę incipit. mobilia. nam si fideles sunt hi qui iniustum bellum fecerunt, vniuersa restituere compellũtur, vt patet in eo quod legitur & not. supra de iureiur. sicut. et infra vbi de hoc. & secundum hoc intellige quod not. extra d.n. de homicidio. pro humani. § fi. vers. penul. super verbo. diffidatus. & in vers. ipsius glos. quæ incipit: secundum iudiciale.*

13 Opponat.] *nam si hoc faciat, nullo modo potest vti priuilegio, vt patet supra eod. ad abolendam. in fi. immo & contra ipsum poterit procedere Ecclesia hac de causa, vt supra eod. § legitur & not.* Eadem. *vers.* Lege seruata. *vt scilicet. si negligentes fuerint, excommunicentur, vt supra eod. § à principio. vsque ad vers. saluo. Omnino enim illa contra tales locum habent: illud autem quod dicit vers. saluo. ex quo nõ habent dominos, locum habere non potest: quia nequit saluari ius domini, qui non est in rerum natura. arg. supra de consti. cum accessissent. § 1. vers. per quod euidenter, cum suis concor.*

.Catholici.

SVMMARIVM.

1 Quomodo auctoritate Ecclesiæ bellum fieri possit.

2 Crux seu (vt nostri loquuntur) cruciata, nõ potest sine Papæ licentia prædicari, & quare.

3 Quam indulgentiam consequantur, qui hæreticos persequuntur, & de priuilegijs crucesignatorum.

CAtholici.] 5. *pars.*

1 Accinxerint.] *Arg. quòd auctoritate Ecclesię bellum † fieri potest. ad idem. 23. q. fi. igitur. & c. hortatu. 15. q. 6. auctoritatem. 63. dist. Adrianus. quod verum est contra inimicos fidei: vel contra eos qui Ecclesiam impugnant, secundum Ber. vel ei rebelles existunt. quod dic vt not. supra. eod. §.*

† S. Tho. 2.2. q. 40. art. 1. ad 3. arg. & ibi. Caiet.

2 *Crux tamẽ prædicari non potest, nisi de Papæ licentia speciali, sicut nec nomen ipsius redimi, vt patet in eo quod legitur & not. supra de voto. qđ super his. et c. sequẽtibus. Et hoc tribus rationibus. Prima est, quia nemo potest crucis receptę vinculũ soluere nisi Papa: vel is cui hoc cõmittit, vt dictum est. ergo nec inducere seu ligare. arg. in eo quod legitur & not. infra de reg. iur. c. 1. supra. de maio. & obe. cum inferior. Secunda: quia ad solum Papam pertinet proprie & principaliter de fide respondere: & per consequens eius accessoria expedire. 24. q. 1. quoties. & not. supra eod. ad abolendam. respon. 1. & arg. ff. de regul.*

regul. iur. cum principales. Tertia est quantitas indulgentiæ: de qua sequitur, quam nullus potest facere nisi Papa, ut infra not. De ceteris hanc materiam tangentibus, dic vt plene not. in summa. de voto. § in quo casu, & à quo crux debeat prædicari.

† Eyme. 3.p. q.127. & seq. Zach. deh 5r. c.37. nu. 4. & late ibid. Cã leg.

3 Indulgentia. †] *quæ est remissio omnium peccatorum, ut patet supra de Iudęis. ad liberandam. in textu decisionis. ibi not. §. nos ergo. quam nullus potest facere nisi Papa, ut ibi not. cum in alijs inferioribus ad xl. dies communiter. & in maiori casu ad annum hæc potestas sit limitata. vt le. & no. infra de pœ. cum ex eo. § ad hæc quia per indiscretas. De ceteris priuilegijs crucesignatorum, dic vt plene le. & no. in textu decisionis, siue dicti ca. ad liberandam.*

§. Credentes.

SVMMARIVM.

1 Receptatores hæreticorum grauius puniendi si errorem defendant. & quid de credentibus.

2 Credentes, receptatores, & c. qualiter debeant satisfacere.

3 Receptatorum, defensorum, fautorum hæreticorum, & similium pœnę xij.

4 Et eisdem pœnis plectuntur aliæ similes personæ, & quæ sint illę.

5 Clerici fautores, receptatores, & defensores hęreticorum quibus pœnis puniantur.

6 Ratione dignitatis delictum aggrauatur.

7 Communicans cum excommunicato, nominatim denuntiato mortaliter peccat.

8 Pœna clericorum ministrantiũ sacramenta fautoribus hæreticorum, aut eos sepelientium.

9 Cum Papa aliquid sibi reseruat, ceteris prohibere censetur, secus cum non reseruat.

10 Episcopus sacerdotem excommunicatũ, quia hæreticorum fautoribus, & similibus sacramenta ministrauit, redeuntem absoluere potest.

11 Quod procedit in excommunicato per sentẽtiam canonis.

12 Secus in excommunicato ab ore Papę, nisi, &c.

13 Pœna regularium ministrantium fautoribus hęreticorum Ecclesiasticа sacramenta.

14 Regulares grauius puniendi quàm clerici sæculares.

15 Multis de communitate delinquentibus, an omnes amittant priuilegia.

† De his hæreticorũ cõplicibus vide copiosè Eymericũ hac 2.p. q. 30. & seq. vbi dixi.

CRedentes.†] 6. *pars.* Receptatores., *& c. sine quibus hęretici diu occultari non possunt. arg. ff. de receptato. l. 1. ff. de offi. præsi. congruit.*

1 *Vnde sicut hęretici puniendi sunt: immo & grauius si eorum errorem defendant. 24. q. 3. qui aliorũ. & ideo merito sunt tales saltem pœna simili coercẽdi. 11. q. 3. qui consentit. C. de his qui latro. occul. l. 1. etiam si consanguinei sint. arg. 27. q. 1. de filia. supra eo. si quis episcopus. vbi de hoc. quamuis in alijs criminibus receptatorum pœna sit ratione criminis tẽperanda. ff. de receptatoribus. l. 1. puniuntur autem tales ut sequitur infra eo. § per totum. credentes ve*

A *ro omnino hęretici iudicantur. infra eod. c. pen. in. fi.* Firmiter statuentes. *vers.* Talium. *scilicet recepta torum, defensorum, et fautorũ. Credentes uero omnino sunt excõicati, & damnati, infra eo. c. 2. in fi.* Notatus. *ideſt hac de causa, per episcopum denunciatus. supra eod. ad abolendam, vel iterum excõicatus. nam excommunicatus iterum excommunicatur. supra tit. 1. in quorundam. § fina.*

2 Satisfacere.] *Simile supra eo. § qui autem. & infra eo. § 1. ad fin. & consistit hæc satisfactio in hoc, ut scilicet abiuret hæresim, vel purget se, si suspectus sit tantum, infra eo. § adijcimus. vers. si. & si alia de causa notoria excõicatus sit, debet restituere omnia*

B *percepta, & quę percipi poterunt, supra de rest. spol. grauis. & quæ ex occupatione aliqua si forte ipsam fecerint, ad eum peruenerunt, supra de iureiur. sicut. & infra. Vel ex officio vsurpato, & damnato, vel ei interdicto, vt patet in eo, quod legitur & not. supra tit. 1. cum sit nimis absurdũ. § fi. & c. seq sub § præcipientes. idem ergo est de his, quæ occasione participationis ad eum peruenerunt. arg. in dictis iuribus. & infra eo. § 1. & supra eod. ad abolendam. § 1. in fin. nam de his omnibus, quę notoriæ offensæ accedũt, & ipsius sequela sunt, sicut & de ipsa offensa notoria, pro qua excõicatus fuerat, satisfacere tenetur, vt patet in eo quod legitur & not. infra de verb. sig.*

C *ex parte 1. & c. seq. & supra de fide instru. inter dilectos. § ceterum. ver. fi. cũ suis concor. sed & si pro suspectione hęresis excõicatus fuerat, lapso anno tanquam hæreticus condemnatur. quod die vt legitur et not. supra eod. § qui aũt.* Contempserit. *subaudi, si laicus fuerit: ex tunc ipso iure, & c. vt infra eo. vers. 1. et sequẽti,* Si uero clericus. *& c. vt infra eo. § 1.* Iufra annum. *simile supra eo. § si vero dominus. et § qui autem.* Ex tunc. *vers. scilicet elapso anno.*

3 Ipso iure, &c. *Ecce pœnę in quibus receptatores, defensores, et fautores hęreticorum afficiuntur. Primo. n. excommunicantur, vt supra, et sequuntur aliæ pœnę xi. et sic sunt xij. per totum. vt infra not.* Infamis. *Ecce secunda pœna.* Nec ad publicas. *Tertia*

D *pœna: & habet locum etiam in excommunicato, vt patet in eo quod legitur et not. supra de procur. c. fi.* Nec ad eligendos. *vers. Ecce quarta pœna: idem in excommunicato, et suspenso, vt patet in eo quod legitur & not. supra de consuetu. cum dilectus. §. quia nobis. supra de elec. illa.* Nec ad testimonium. *Ecce quinta pœna: idem in excommunicato. supra de testi. veniens 2. § fi.* Sit etiam infestabilis. *vers. Ecce sexta pœna. & idem videtur in excommunicato. arg. in authent. de priuileg. dot. post medium legis vers. sed sint eis inaggressibilia. coll. 8. & de hoc not. extra. d. n. de excep. pia. sed nec tales vendere*

E *nec donare possunt. nec aliquo modo contrahere. C. eod. tit. Manichæos.* Nec ad hæreditatis successionem. *vers. Ecce vij. pœna.* Accedat, *ex testamento vel ab intestato. & idem videtur in excommunicato, licet aliud innuatur in parte in auth. vt cum. de appell. cog. § generalem. & seq. coll. 8. sed corrigitur in parte illa, supra eo. vergentis. § 1.* Nullus præterea. *vers. Ecce octaua pœna, quę & in excõmunicato quolibet locũ habet. supra de iud. intelleximus. supra de excep. cum inter priorẽ. § 1. & 2. in pri-*

Quòd si forte. *ver. Ecce ix. pœna: et idem est in ex.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

communicato notorio. supra de re iudi. ad probandũ. Nec causæ. *vers. Ecce decima pœna, quæ sequitur in proxima superiori.* Si fuerit. *ver. Ecce xi. pœna, quæ ex proxima decima superiori sequitur.* Si tabellio. *Ecce xij. pœna, quæ & in excommunicato vendicat sibi locum. 3. q. 4. nullus. De ceteris pœnis contra hæreticos promulgatis dic vt plene not. secundum leges & canones in summa. eo. tit. §. vna pœna.* Damnato. *simile supra eod. fraternitatis. quod dic vt ibi plene not.*

4 Et in similibus.] *Ver. hoc verbum duobus modis potest intelligi. Primo vt fiat comparatio de his, quæ hic interdicuntur ad alia consimilia: puta ad publica officia, quæcunque sint illa, & quocunque nomine censeantur: quia nec omnia de facili nominari specialiter possent. arg. ff. de præscrip. ver. l. 4. & ga secundum diuersas prouincias ipsorum nomina variantur sed nec est vis in nominibus facienda, vt patet in eo quod legitur & not supra de procura. petitio. Itẽ sicut sunt actus omnes legitimi. ff. de reg. iur. actus. qui omnes sunt talibus interdicti: quia & omnibus infamibus supra de testi licet ex quadam. §. 1. in fi. Secundo potest fieri comparatio de personis hæreticorum ad alias similes, sicut sunt schismatici, & etiam notorij excommunicati: qui & à prædictis omnibus repelluntur, vt patet in concor. supra signatis in singulis ver. & secũdũ hoc excommunicati notorij intestabiles sunt: nec aliquem sibi obligare possunt, in quo tamen aliqui contradicunt. super quo vide quod not. extra d. n. de excep. pia. respon. 1. ver. & excommunicati. lib. 6. & supra de dolo, & contu. veritatis. in fi. & in summa. de pœnitentijs. §. fi. sub §. quid de ijs, qui excommunicati.*

5 §. Si vero clericus.] *7. pars.* Fuerit. *Receptator, defensor, vel fautor hereticorum.* Deponatur. *exceptis pœnis supradictis contra laicos promulgatis, quæ & in simili tantum locum habent: quibus & hæc additur propter rationem, quæ sequitur:* Vt in quo maior, *& c, nam vbi crimen est grauius, maior pœna est imponenda, vt hic & 50. dist. quia tua. & patet in eo quod legitur & not. infra eo. §. 1. ver. similiter. & supra de vita, & ho. cleri. vt clericorũ. §. 1. supra de transla. epi. cap. 2. §. 1.*

6 *Habes etiam hic arg. quòd ratione dignitatis aggrauatur delictum. ff. de re mili. omne delictum. §. 1. & per consequens pœna. arg. ad idem 32. q. 1. qui viderit. 25. q. 1. nulli fas. 19. dist. nulli. 40. dist. homo Christianus. vnde & qui magnus sine comparatione creatus fuit, sine venia damnatus est. de pœn. dist. 2. §. principium enim. de hoc not. supra de iureiur. cũ quidam.* Si qui autem. *vers.* Tales. *scilicet credentes, receptatores, et fautores hereticorum, vt supra eod. §. proxi. in prin.*

T Sylueſter in Sum. ver. excommunicatio. 5. nu. 1. & facit c Sicut 11. quæſt. 3.

7 Denotati.] *Arg. quòd si quis communicat excommunicato non denunciato, licet peccet venialiter, non tamen mortaliter: post denunciationem vero ab Ecclesia solemniter factam peccat mortaliter. ad idem supra de postul. prela. c. 1. §. 1. & 2. secundum hoc intelligi potest, supra quod metus causa. sacris, vt & probatur extra d. n. de sent. excom. statuimus. §. fi.* lib. 6. *quod dic, vt ibi not. & infra de cleri. excom. mini. si celebrat. §. penu. & fi.* Satisfactionem. *De hoc dic vt plene not. supra eod. §. credentes. vers. 1.* Percellantur. *qui enim paticipat excõmunicato scienter, & monitus se non corrigit, est excommunicãdus. infra de sen. excom. quod in dubijs, 11. q. 3. qui communicat. secundum B. & extra d. n. de sent. excom. statuimus.* lib. 6.

8 §. Sane clerici.] *8. pars.* Pestilentibus. *à pestẽ, quæ prouenit à participatione eorũ. simile supra de simonia, sicut simoniaca* Sepulturæ. *De hoc caste, & alijs dic vt not supra de sepultu. ex parte. §. fi.* Alioquin. *ver. subaudi excommunicati sunt clerici ipso iure cũ censeantur fautores. supra eo. §. credentes. et cum ab ore Papę tales ter excommunicentur in anno celebrantes diuina coram excommunicatis à Papa excommunicati sunt. infra de senten. excom. significauit. restat quòd si sic excommunicati celebrẽt, ac sacramenta interdicta ministrẽt: irregularitatem incurrunt. infra de cler. excom. ministran. c. 1. & c. 2. & c. postulastis. Præterea dicimus, quòd suo priuentur officio, & c. 11. q. 3. si quis episcopus damnatus. & c. si quis episcopus in concilio.* Absque indulto. *simile infra de cleri. excom. mini. c. 1. 2. 3. & 4. infra de rapto. cap. 2. in fin. vbi de hoc.*

9 *Cum ergo hanc restitutionem sibi specialiter retineat Papa, alijs inferioribus hoc prohibuisse videtur, vt patet in eo quod legitur & not. supra de præben graue. §. fi. sic è conuerso absolutionem, quam sibi non retinet, alijs concessisse videtur. infra de sent. excom. nuper. §. in secundo. ver. fina.*

10 *Quamuis autem hęc restitutio prohibeatur episcopo, ipsum tamen reuertentem poterit ab excommunicatione absoluere, & ecclesiæ reconciliare. supra eod. ad abolendam. §. 1. ad fin.*

11 *Quod verũ est quo ad sententiam canonis: secus de sententia oris Papę, quam ter in anno profert, vt supra eo. §. ver. alioquin. in prin. ab illa enim nullus inferior Papa absoluere poterit. supra de maio. et obe. cũ inferior. ex quo & sequitur, q nullus potest ad plenum reconciliare hereticum, sine domini Papę licentia speciali, quod est dignum not.*

12 *Nisi dicas, quòd hęc sententia lata ab ore Papæ canon est generalis: à quo & inferior potest absoluere, ex quo Papa nõ retinet sibi absolutionem. infra de sent. excom. nuper. §. in secundo. et adde quod not. infra de priui. cum hoc. in prin. & de sen. excom. à no bis 2. §. vt autem. vers. fi.*

13 Similiter. *vers.* Regulares.] *Subaudi, caueant ne talibus exhibeant ecclesiastica sacramenta, alioquin suo priuentur officio, & c. vt supra eo. §. respon. 1. vers. 11.* Quibus etiam. *scilicet regularibus circa prędicta delinquentibus.* Hoc. *idest hęc pœna ad ipsos magis aggrauandos.*

14 *Sicut ergo clerici seculares grauius puniuntur quàm laici: quia ratione clericatus grauius peccant, vt legitur, & notatur supra eo. §. prox. sic & religiosi plus peccant ratione religionis, quàm clerici seculares, & ideo grauius puniuntur, vt hic.*

15 Vtillorum.] *Si omnes, vel maior pars delinquant, hoc planum est: alioquin contra, supra de his quę fi. à ma. par. c. quęsiuit. Vel dic, quòd hoc est speciale ratione immanitatis criminis contra illam regulam, sicut & aliàs not. simle supra eod. vergentis. §. 1. & 2. & arg. in eo quod legitur & not. supra de offi. archid. ea quæ. §. vnico.* Priuilegia.

quod

quod dic vt plene not. supra ad abolendam. §. fi. et est simile infra de priuileg. tuarum. §. 1. vers. 1.

§. Quia vero.

SVMMARIVM.

1 Episcopis proprie conuenit munus prædicãdi.
2 An Episcopus vbique, etiam extra suam diœcesim possit prædicare. & nu. seq.
3 Episcopus in aliena diœcesi non potest indulgentiam conferre.
4 Quinam præter Episcopos possint prædicare.
5 Abbates non possunt concedere licentiam prædicandi.
6 Et an possint concedere licentiam Missam celebrandi.
7 Vsurpare præsumitur officium prędicationis, qui missus nõ probatur. & quomodo probetur missio.
8 Nemo excommunicandus nisi monitione præmissa.
9 Crescente contumacia pœna augenda.

QVia vero.] *9. pars.* Apostolus dicat. *Rom. 10. c.* Omnes qui. *vers.* Prohibiti, vel non missi. *hoc ideo dicit: quia aliqui sunt missi ordinarij per vniuersum mũdum, sicut episcopi, qui à Domino habent auctoritatem prædicandi Euangeliũ per vniuersum mundum, & omni creaturæ, vt probatur Mar. vlti. 21. dist. in nouo.*

1 *Vnde & dicit decretum, quòd nullus audeat prędicare prętquam domini sacerdotes. 16. q. 1. adijcimus. quod de sacerdotibus, idest episcopis anthonomastice est intelligendum. non ergo refert quis episcoporum prædicet. seq quid prędicet, & sic potest intelligi. 19. dist. Secundum. Quod verum est, nisi ab illo cuius est diœcesis prohibeatur. arg. 6. q. 3. scriptum. Vel illud intelligatur non de falce prædicationis, sed iurisdictionis.*

2 *Cum enim episcopi missio tanta auctoritate roboretur, vt patet supra eod. glos. in prin. non potest prohiberi, immo ab omnibus debet recipi, & admitti, vt patet supra eod. cũ ex iniuncto. §. 2. vers. sed oportet. & vers.* Ioannes. *Dummodo caueat ab errore. alioquin contra infra, de purga. cano. inter sollicitudines. & 40. dist. si Papa. maxime quia verbum Domini non est alligatum. 2. Tim. 2. b. Sed verius est vt episcopus semper admittatur. & vbique, nisi ab illo cuius diœcesim intrat, prohibeatur. nã ex quo est prohibitus, alligatur verbo prohibitorio: vnde & debet omnino abstinere, vt hic. & probatur. 9. q. 2. c. 1. & 2. & c. episcopi. & in eo quod legitur & not. supra de vsu pal. c. antepenult. ad fi.*

3 *Quamuis autem non prohibitus possit episcopus prædicare in aliena diœcesi, nõ tamen iudulgentiã dare, nisi hoc faciat auctoritate sedis Apostolicæ sibi commissa, vel de expressa licẽtia episcopi, vt infra de penit. qđ autẽ. Ratio diuersitatis hæc est: quia per prædicationẽ nõ intelligũtur multũ iniuriose alieni limites vsurpari: nec aliqđ paratur pręiudiciũ graue: immo fit melior cõditio episcopi, cuius est diœcesis, & animarũ sibi cõmissarũ, vt probatur 95. dist. ecce. vnde & videtur q eo inuito hoc exerceri posset. arg. ff. de nego. gest. solutẽdo. ff. de sol. si pro me. et l. soluere, et l. si debitor. Sed non obstat: quia & si nõ fiat ei graue pręiudiciũ, ut dictũ est, tamẽ aliquatenus interest sua ne ipso inuito fiat: ne scilicet videantur sui termini vsurpari. arg. ff. de neg. gest. cum pecuniam. in fi.*

4 *Alij autem exceptis episcopis †. & saluo eo quod not. infra eod. super versi. non missi prater auctoritatem, & super verbo,* episcopo loci, *non debent prędicare populo, cuius curam non habent: nisi à sede Apostolica vel catholico loci episcopo hanc expresse obtinuerint potestatem, vt sequitur hic, qui et si ipsam obtinuerint, reuocari possunt quandocunque placuerint concedenti. arg. ff. de iud. iudicium soluitur. secundum hoc ergo expone quod hic dicit.* Omnes. *Subaudi episcopi.* Qui. *Subaudi, ab illo cuius est diœcesis.* Prohibiti. *vel alij quicunque.* Non missi prẽter auctoritatem, &c. *Sicut hoc concessit Prędicatoribus, & Minoribus, & alijs quibusdam religiosis, vnde non sunt prohibendi, vt hic patet, & infra de excess. prælato. nimis prauæ. & supra de cler. non resi. fraternitati, cum suis concor. Sed caueant ipsi. quòd suis terminis sint contenti, supra de sepultu. c. 1. §. fi. alioquin poterit eis prædicatio interdici, vt patet in eo quod legitur & not. infra de priuil. tuarum. §. 1.* Episcopo loci. *simile infra de pœn. cum ex eo. respon. 1. vbi de hoc.*

† Concilium Tridẽtinum sessio. 5. de reform. cap. 2. & sessio. 24. de refor. cap. 4.

5 *Non ergo licet abbati hanc auctoritatem dare, secundum d. n. arg supra de presump. nonne, & expressius, infra de excess. præla. accedentibus.*

6 *Secus si Missã velit quis celebrare: quia illud potest concedere quilibet incuratus: dũmodo constet esse presbyterum celebrare volentem, supra de cleri. peregri. c. 3. secundũ d. n. quod dic vt ibi not. Ratio diuersitatis est. quia in primo magis imminet periculũ, quam in secundo, vt patet supra eod. cũ ex iniuncto, infra eod. c. 1. secundum d. n. cum his quę ibi not. Vel dicas quòd si persona nota sit, volens prędicare, sicut magister in theologia, vel alius competens idoneus prædicator, etiam quilibet incuratus hanc auctoritatem dare poterit, secũdum d. n. arg. supra de offi. ord. ab ecclesiarum. quod intelligo casualiter & in transitu: sed episcopus hoc generaliter concedere potest per totam suam diœcesim. supra de offi. ordi. inter cetera, quod inferior nõ potest, vt hic.* Publice vel priuatim. *priuata enim magis suspecta est. arg. infra eod. §. 1. vers. 1. & in eo quod legitur & not. supra eod. cum ex iniuncto. respon. 1. vers. 1. in prin.*

7 Vsurpare.] *Vsurpare intelligitur qui missus non probatur: vel per litteras Papæ, vel episcopi, vt supra, vel qui missionem non probat per operationem miraculosam, vel scripturę testimonium speciale, quod dic vt plene legitur & not. supra eod. cum ex iniuncto. §. 2. & qui etiam probat missionem si ab illo cuius est populus prohibeatur: nisi ipsa missio superioris auctoritate roboretur, vt patet ex eo, quod supra legitur, & not.* Præsumpserint. *subaudi. si moniti non destiterint.*

8 Excõmunicationis, &c.] *aliter enim nõ est quis excommuicandus nisi monitione prœmissa, vt patet in eo, qđ legitur & not. supra eod. §. si vero dominus, & §. moneãtur.* Et nihi. *vers.* Quamcitius. *ad arbitriũ superioris.* Resipuerint. *sic excõmunicati.* Alia competẽti. *arbitraria, vt patet in eo quod legitur, & not. supra, de offi. leg. de causis. §. vnico.*

9 Plectantur.] *Quia crescente contumacia debet augumentari et pœna, vt hic, et legitur et not. supra, vt lit. non contest. c. fi. §. fi.*

§. Adiicimus.

SVMMARIVM.

1 Ex causa fidei inquirere potest Episcopus pro uinciam, & contra rebelles cuiusuis dignitatis procedere.
2 Vniuersitas non conuenitur nec agit, nec iurat nisi per syndicum.
3 Vniuersitas delinquere potest: & contra eam potest fieri inquisitio, & qualiter punienda.
4 Vniuersitas non potest excommunicari.
5 Dissidentes à communi fidelium ritu suspecti sunt de hæresi.
6 Deficiens in purgatione, vel iurare nolens, ut conuictus punitur.
7 Secus dicendum in eo qui se purgare negligit.
8 Qui renuit iurare, dicens non licere, hæreticus est. & nu. 10.
9 Pro condemnato habetur, qui renuit iurare de calumnia.
10 Qui recusat omnino iurare, de secta Valdensium præsumitur.
11 Intellectus. l. 2. C. de hæret.
12 Intellectus. l. 1. C. de fide instru. & c. etsi quæstiones. §. 1. de simonia.

ADiicimus.] 10. *pars.* Honestas. *simile supra de offi. archid. c. 1. supra de offi. ord. inter cetera.* Bis, aut saltem semel. *simile supra de off. archid. mandamus.*

1 Fama fuerit.] *Aliàs enim nisi ex causa tali vel consimili non est prouincia (etiam occasione religionum, vel hæresum) commouenda, vt in authent. de mandat. prin. §. neque occasione. coll. 3. Ex causa* † *autem hoc potest facere iudex ecclesiasticus, vt hic, & contra rebelles procedere, quantumcumque digni tatis existant, vt patet supra eod. §. si vero dominus. & præceden. & seq. & in eo quod plene not. in summa eod. tit. §. qualiter deuitentur, maxime in versic. ergo cognitio, & vers. & hoc intelligas.* Et ibi. *versi.* Viros. *simile supra, de accu. sicut olim. §. 1. in princ.*

Albertinus tra. de agno. asser. q. xi. n. 10. & seq.

2 Totam uiciniam.] *Argu. quòd vniuersitas potest præstare iuramentum calumniæ, sic 35. q. 6. Episcopus in synodo, secundum B. Hoc multum remotum est. argu. & planum est, quòd vniuersitas, vel collegium nec conueniri, nec agere, nec iurare potest nisi per syndicum, vel prælatum, vt patet in eo quod legitur & not. supra de syndico. c. vnico extra d. n. de testi. ad hæc. & cap. præsentium. respon. 1. ver. ab eis dem.* lib. 6.

† Vide copio se per Pano. & Fel. in ca. dilectus 2. de simo.

3 *Est tamen hic. arg quòd vniuersitas* † *delinquere potest, & quòd contra ipsam, & singulos de vniuersitate potest fieri inquisitio, & quòd singuli iurabunt & pro delicto proprio punientur, vt legitur & not. supra eod. ad abolendam. §. ciuitas. & de simonia, di lectus 2. §. abbatibus.*

4 *Excommunicari autem non potest ipsa vniuersitas. quod dic vt legitur & not. extra d. n. extra de sent. excom. Romana. §. fi.* lib. 6. Occulta conuenticula. *simile supra eod. cum ex iniuncto. respon. 1. vers. 1. in prin. vbi de hoc.*

5 Dissidentes.] *Propter quod merito suspecti habentur, vt hic, & supra de elec. in causis §. 1. & arg. 41. dist. quisquis. 86. dist. inferiorum. 23. q. 8. preterea. ff. ad leg. Aquil. scientiam. ff. de his qui not. inf. quid ergo. §. 1.*

Indicare.] 35. *q. 6. episcopus in synodo, supra de testi. cogen. præterea. 2. q. 7. qua propter. 22. q. 1. si quis per capillum.*

6 Ipse autem Episcopus.] *vers.* Purgauerint. *immo in purgatione defecerint, uel quia iurare nolùt, vt infra §. 1. vel alio modo: tunc enim puniuntur tan quam conuicti, vt sequitur.*

7 *Secus de illis, qui negligunt se purgare: quia illi excommunicantur, & hęc est differentia quantum ad illum articulum inter hunc, & illum quem habuisti, supra eod. §. 1. vbi de hoc. Vel dic ut not. infra de pur. can. inter sollicitudines. §. fi. quod uerius est.* Canonicæ.] *vt scilicet tanquam hæretici condemnentur hi qui in purgatione deficiunt, supra eod. cap. §. 1. Hi vero qui lapsi sunt sine vlla audientia seculari iudicio relinquantur, supra eod. ad abolendam. §. illos quoque.*

§. Si qui autem.] *xj. pars.* Obstinatione damnabili. *Hoc ideo dicit: quia & quandoque religiosi non rebelliter, sed ex quadã honestate iurare renuũt, vt patet in eo, quod legitur & not. supra de testi. nu per. supra, de iureiur etsi Christus. §. fi.*

†Eymer. hæc 2. par. q. 14. uersi. tertius error.

8 *Sin autem hoc aliquis omnino renueret* † *dicens, quòd crederet peccare mortaliter: quia nullo modo est iurandum, hoc ipso hæreticus reputatur, vt hic, et habetur pro conuicto, sicut & pro condemnato habetur is qui, renuit iurare de calumnia, vt legitur et notatur supra de iuramẽ. calũ. c. fi. §. pœna. sicut & is, qui neque defendit, neque exhibet; vt contumax condemnatur ff. de noxa. quotiens. §. in potestate. ideoq; tenetur quis per iuramentum purgare de hæresi con scientiam. de consecra. dist. 2. ego Berengarius. 1. q. 7. quotiens. maxime quando circa hunc articulum errare præsumitur.*

10 *Quòd si omnino iurare renuat, de secta Valdensium, qui omnino iurare renuunt, præsumitur, & hoc solo hæreticus reputatur, vt sequitur.*

11 *Et hoc argumento leui à fide deuians, hæreticus censetur, & sic potest intelligi. C. eod. tit. l. 2. aliàs autem propter solam suspicionem, quamuis vehemẽtem, de tanto crimine non condemnaretur: quod dic, vt not. supra eod. §. qui autem. in fi. & de præsump. litteras. §. fi. in prin.*

12 *Secundum hoc duobus modis põt intelligi, quod legitur C. de fide instrum. l. 1. & supra. de sim. & si quæstiones. respõso 1. versi. 1. & 2. vt. f. quod ibi dicit de tali siue tenui religione, intelligitur de obstinata, et damnabili, et sic hæretica, vel simplici, et honesta, qui intellectus vltimus magis congruit mẽti, vt patet in dicto cap. et si quæsliones. respon. 1. in fin.*

§. Volumus.

SVMMARIVM.

1 Omnis est adhibenda diligentia, vt hęretici extirpentur

extirpentur.
2 An indicijs crimina probentur.

VOlumus igitur.] 12. *pars.* Inuigilent. *Erant enim pastores super gregẽ suum vigilantes, Luc 2. quod dic ut plene not. supra de off. archipres. c. fin. in princ.* Canonicam.] *de qua sequitur. infra eod. §. 1.*

Si quis enim.] 13. *par.*

† Inno. 1. epist. 25. to. 1. concilio, refert Contarenus. lib. 3. de hæret. c. 15

1 Super expurgando.] *Nam, & si generaliter.* † *sit episcopi negligentia reprobanda, vt patet in eo, quod legitur & not. supra de offi. ordi. irrefragabili. respõso 1. hęc tamen est in hoc casu propter periculum fidei specialiter detestanda.* Negligens. *Remouetur ergo prælatus propter negligentiam, vt hic, & 1. q. 1. §. ecce cum honoris. & not. supra eo. cap. proxi. §. fin.*

2 Indiciis.] *indicia igitur probant crimen, vt hic, & supra eod. §. adijcimus. vers. 1. & 2. & q. 8. sciãt. 32. q. 1. dixit Dominus, infra de priuil. cum olim. et C. de rei ven. indicia. supra, de cleri. peregri. ca. 2. §. vnico. cum suis concor. supra de præsump. c. illud. & c. litteris, & c. tertio.* Deponatur. *tanquam negligens, & remissus, vt supra,* Et in locum. *vers.* Qui uelit, & possit. *simile supra de eleri. non resid. quia nonnulli. §. 1. & capit. relatum. respon. 1. & §. 1.*

c. Sicut in uno.

SVMMARIVM.

1 Cauendum ne sub specie virtutum vitia cõmittantur.
2 Causę, cur nullus prędicator admittendus, nisi mittatur.
3 Nulla potest vniuersitas sine ordine consistere.

SIcut in vno corpore: & infra.] *Quod deest in hac decisione legitur supra eod. cum ex iniuncto. §. sicut enim.* Sub specie virtutum. *Sic supra eod. cap. proxi. §. quia vero. 41. dist. sæpe vitia. etenim prætextu pietatis non sunt vitia committenda. 30. quæst. 1. nosse.*

Huc spectãt multa ĩ cõc. Trid. sãcita sess. 5. tit. de refor. c. 2.

2 *Et hæc est causa quare nullus prædicator admittendus est nisi missus: periculosum est enim cũ sub specie huius boni hæreticus aculeus possit latere, vt hic, & in prędiuribus, & 1. q. 1. §. ecce cum honoris. 32. dist. §. verum. & 42. dist. quiescamus. quamuis idoneus possit se ultro offerre ad mittendum, vnde Esa. 6. Ecce ego mitte me. 8. q. 1. in scripturis. 16. q. 1. §. hoc idem. arg. ff. de tu. & cur. da. ab. l. vbi. & l. prator.* Nos attendentes. 2. *pars.* Præcipuus. *sic supra eod. cum ex iniuncto. §. sicut enim. versi. 1.*

3 Dominus Apostolos.] *Nec vniuersitas aliqua posset subsistere ratione, nisi eam huiusmodi magnus ordo seruaret, 89. dist. ad hoc. ideoque nullus laicus est admittendus cuiuscumque meriti. vel ordinis existat, vt sequitur, & patet supra eod. cum ex iniuncto, respon. 1. ver. 1. & §. sicut enim. vers. cum igitur, & seq. & §. licet autem.*

c. Excommunicamus. 2.

SVMMARIVM.

1 Omnes hæretici vnum habent finem erroris.
2 Docentium hæreses, & addiscentium debita pœna.
3 Addiscentium hereses duplex genus diligenter notandum.
4 Deprehensus in hęresi quis dicatur, & qua pœna plectatur.
5 Simoniaci pœna, & similitudo cum hæretico
6 Credentium erroribus hęreticorum pœna.

EXcommunicamus, & c. Diuersas.] 24. q. fi. §. fi.

1 Conueniunt.] *Quia ad eundem finem, scilicet deceptionis, & erroris tendunt. simile supra eod. excommunicamus. respõso 1. quod dic vt ibi not.* Damnati vero. 12. *pars.* Puniendi. *Sic supra eod. excommunicamus. respõso 1. ver. damnati. & c. ad abolendam. §. præsenti.*

†Zanchinus tract. de hæreti. cap. 3. nu. 6. Ioã. Rojas de hæret. p. 2. assertiõe 43.

2 *Sed quæ est debita animaduersio? Respondeo, vt docentes vltimo supplicio afficiantur addiscentes* † *uero. x. librarum auri pœna mulctentur. C. eod. titu. quicunque, ad fi.*

3 *Et hoc intelligitur de addiscentibus, qui nondum didicerunt, sed causa addiscendi ad hæreticos accesserunt: nam si incœpissent discere, & sic ad actum peruenissent, eadem pœna punirentur qua & docentes, & sic soluitur, nec contradicit. C. de mathematicis. l. culpa. similis est tam prohibita discere, quàm docere. De ceteris dic, vt plene not. secũdum leges, supra eod. ad abolendam. & secundum easdem leges et canones in summa eod. tit. §. qua pœna.* Degradatis. *supra eod. ad abolendam. §. 1.* Si qui autem. *vers. ab hoc loco vsque ad fin. additur declarando quod deest, supra eod. excommunicamus, respõso 1. versi. damnati. & cap. ad abolendam. §. 1. & 2. nam alia, quæ hic prętermittuntur, dicuntur ibi, & quædam alia, vt ibi patet.*

4 Deprehensi.] *Publice, ita quòd notorium sit, vt in eo quod legitur, & not. infra eod. c. 1. quł si statim sponte redire voluerint, admittendi sunt, vt supra e. ad abolendam. §. præsenti. ita tamen quòd in carcerem ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudantur, vt hic sequitur, & hoc non fuerat ibi dictum; qđ hic declaratur, vt ibi not.*

5 In perpetuo carcere.] *Sicut & simoniacus est in monasterio detrudendus. 1. q. 1. reperiantur. supra de simonia. quanta. & est bona similitudo, nam simoniacus hæreticus reputatur. 1. q. 1. eos qui. 6. q. 1. §. sed licet. supra de simonia, quotiens. vbi de hoc, & idem iuris est hodie de credentibus, ut infra §. 1.*

6 §. Credentes autem.] 3. *pars.* Eorum. *scilicet hęreticorum.* Similiter. *damnati ergo de credentia per Ecclesiã, sæculari iudicio, & c. vt legitur & not. supra eo. §. damnati. Hodie ergo non excõicãtur, nec expectantur, sicut receptatores, & defensores, licet olim secus esset etiam tempore concilij generalis, qđ dic ut legitur, & not. supra eod. c. excõmunicamus. §. credentes.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Absolutos.

SVMMARIVM.

1 Hodie ipso iure remanet absolutus qui hæretico erat obligatus.
2 An reconciliatus ecclesiæ, reeuperet amissas fidelitates, & obligationes.
3 Non soluuntur à debito fidelitatis vassalli, domino in occultam hæresim incidente.
4 Hæretico non est soluendum, quod ei erat sub pœna, aut iuramento promissum.
5 Iuramentum tacitam habet conditionẽ, si cõmunicare liceat.

† Vide Alfõsum Castrũ li. 2. cap. 7. de iust. hæreti. punit.

ABSOLVTOS†, &c.] *Ipso iure hodie, vbi hic olim non sic erat expresse dictum; immo quòd deberent absolui, quod dic vt legitur et not. supra eod. excommunicamus. §. si vero Dominus. verb. 1.*

2 *Sed nunquid si talis reconcilietur, fidelitates istas ipso iure recuperabit? Videtur quòd sic. C. de sentenpas. l. 1. & l. fin. Tu vero dicas quòd non: sicut nec faceret si fuissent vassalli ab hac fidelitate simpliciter absoluti. arg. supra de diuor. de illa. Secus si ad tẽpus lata esset sententia, scilicet quamdiu in excommunicatione perstiterint, infra de pœn. c. fin. in fin. quia tũc cessante tempore erroris, cessaret & talis sententia, vt patet in eo quod legitur & not. supra de vita et hone. cleri. c. fin. ad fin. & secundum hoc intellige 15. q. 6. iuratos. & c. nos sanctorum.*

3 Manifeste.] *Secus ergo si occulte. arg. supra de simonia, ex tuę. & c. sicut nobis. in fin. cum suis concor. & c. fin. & not. supra eo. cap. proxi. §. 1. ver. si qui autem.*

4 Aliquo pacto, &c.] *ergo si sub certa pœna aliquid ei soluere tenebatur, pœna non committitur: cũ enim talium bona possint occupari, multo fortius retineri, vt patet in eo quod legitur & not. supra eod. excommunicamus. §. si vero dominus. ver. 1. & odẽ modo non intelligitur is qui iurauerat deierare.*

5 *Quasi iuramentum† habeat in se tacitam conditionem, scilicet si in tali statu permanserit, quòd ei cõmunicandum sit. arg. supra de iureiur. quemadmodũ, respon. 1. ver. quia in illo. cum suis concor. & supra eod. excõmunicamus 2. §. credentes, & idem si aliàs excommunicatus esset, vt in dictis c. 15. q. 6. nos sanctorum. & c. iuratos. quod dic, vt not. in summa. de sent. excom. §. fin. sub §. quid si tenor sacramento. nisi forsan necessitas immineat, vel ex indulgẽtia aliud contingat, quod dic, vt legitur & not. infra de sententia excom. si vere. idest ab vnitate Ecclesiæ recedentibus. 24. q. 1. si sorori.*

† Adde Albericum de statutis p. 1. q. 25. n. 8. & Decium in rub. C. qui admitti. nu. 4.

GLOSSA IOANNIS AND.
IN NOVELLA SVPER TIT. DE HAERETICIS
IN VOLVMINE MAIORI.

c. Dubius.

SVMMARIVM.

1 Dubitans in fide deliberate hæreticus est.
2 Dubitatio procedens à timida conscientia non facit hæreticum.
3 Fidem veritatis quis dicatur ignorare.
4 Ignorantia in his quæ sunt fidei non excusat.
5 Hæreticum esse, tenui argumento à fide flectere quomodo accipiendum.
6 Infidelis, siue baptizatus siue non, testis esse non potest.

† Cõcordat Ioã. Anania, Abbas, Fel. & alii hoc loco. Adde Melchiorem Canum lib. 12. c. 9. de locis Theologicis, & Alfõsũ Castrum lib. 1. c. 7. de iusta hær. pun.

DVBIVS.] *Breue est.*

1 Infidelis est.] *Hoc verum in dubitatione, quæ habet pertinaciam†, animi deliberationem, & placentiam.*

2 *Sed dubitatio, quę procedit à scrupulo conscientię, potius est pœna quàm culpa, nec habet hæresim, cum frequenter contra voluntatem accidat: immo ille, qui se bene firmat in fide, & talibus motibus resistit, meretur. sicut & qui resistit carnis stimulis. 5. dist. sed pensandum. & c. testamentum. aliàs non esset dare fidelem, qui nõ fuisset hæreticus. facit ad prædicta 24. q. 3. dixit. & quod dicam infra eod. cum Christus.*

Omnino.] *idest, aliquo modo. hoc est nullo modo est eis credendum. simile omnino. supra de iura. calum. in pertractandis. Hostien.*

3 Fidem veritatis.] *idest veritatem fidei. quia baptizari renuit, vel in articulis errat. posset etiam intelligi de catholico, qui ignorat veritatem negotij, de quo quęritur, cui in eo credendum non est. supra qui matri. accusa. poss. videtur. de iura. calum. in pertractandis. Hostien.*

4 Ignorant.] *non ergo excusat ignorantia in his, quę sunt de fide: quod dic vt dixi supra de sum. tri. super rubr.*

5 In gloss. 2. ibi, *l.* 2.] *ibi dicitur hæreticus, qui etiam leui argumento deuiat à documentis & tramite fidei.*

In gloss. 2. ibi, tenui.] *idest quantumcunque leui, Abbas. & in fin. vel dic de tenui argumento, vt not. supra de præsump. litteras. §. fi. in prin. Hostien.*

6 In gloss. ultima ibi, in fide.] *licet baptizatus. idem in non baptizatis. supra de testi. cap. 1. cum concord.*

c. Qui alios.

SVMMARIVM.

1 Quis sit intellectus huius capitis.
2 Delictum serui quando noceat domino.
3 Quilibet tenetur proximum ab hæresi reuocare.

4 Correctio

4 Correctio qualiter ad prælatos, & ad alios pertineat.

Melchior canus lib. 11. c. 9. de locis theolog.

VI alios.]

1 Errore.] *fidei catholicę, ut faciat ad titulum.* Non reuocat. *fortius si defendit.*

Prima glos. quærit & soluit distinguendo.

2 *In glo. 1. ibi,* scientiam. *si seruus vulnerat, & occidit sciente domino, tenetur dominus, & scientia sumitur hic pro patientia, ut teneatur si non prohibuit, cum id posset.*

3 In gl. 1. ibi prelati.] *facit quod not. infra de sent. excom. quantæ. nisi dicatur aliquid speciale in hæresi, vt quilibet teneatur ab illa proximum reuocare: vel quòd perseuerantia inducit quasi vetationem delicti, vt quasi videatur delictum omittendũ.* & in fine.

4 *Hostien. dicit, quòd iudiciaria correctio ad solum prælatum pertinet, vt in primis concor. Euangelica ad omnes, vt in secundis, & remit. ad not. de cogna. spiritua. tua. de test. in omni.*

c. Firmisime.

SVMMARIVM.

1 Schismaticus cur sit hæreticus.
2 Hæresis vnde dicatur.
3 Iudæi & gentiles improprie dicuntur hęretici.
4 Hæreticus proprie quis dicatur.
5 Peccatis dimissis, bona opera quandoque reuiuiscunt.

† Eymericus hac 2. par. q. 48. vbi dixi. Cõradus Brunus lib. 1. de hæret. c. 16.

IRmisime.]

1 Schismaticum.† [*qui etiam hæreticus est vineam Ecclesiæ diuidendo.*

Incorporatus.] *erat enim membrum abscissum à corpore. 23. q. 7. quemadmodum. 1. q. 7. conuenientibus. uer. item Ioannes. vbi dicitur, quòd hæresis separat omnem hominem ab Ecclesia. ad idẽ 23. q. 5. si vos. facit 24. q. 1. hæretici. & c. alienus. & c. omnis, qui. & c. quicũque.* Et post pauca. *decisa. ac si dicat, & infra, vel & cetera. Gloss. 1. ponit septem modos, quibus dicitur hęreticus.*

† Eymericus hac 2 p. q. 1. Zachi. de hæret. c. 1.

2 In 1. glo. ibi, hęresis.] *& dicitur hæresis† ab electione erroris, vt ibi: vel ab erro erras, vel ab hęreo hæres; quia nimium hærent suę opinioni. vel ab ereco, vel ercisco, quod est diuido, sicut dicimus familiæ ercisciundę,* & in fin. *de hoc 24. q. 3. §. quia vero.*

3 *Vbi not. large Iudæos, & gentiles dici hereticos, quia non tenent articulos fidei, secundum quod omnes hæretici non sunt excommunicati.*

4 *Dicit Hostien. q duobus vltimis modis proprie, & stricte dicitur quis hæreticus, sicut qui quo ad hoc non recipit quattuor concilia, sic loquitur C. eo. quicumque. C. de sum. tri. l. fi. Dicitur etiam hæreticus, qui priuilegio Romanæ Ecclesiæ, quæ præest omnibus detrahit. 22. dist. omnes. Qui præcepta sedis Apostolicæ pertinaciter transgreditur. 19. dist. nulli. Qui decretalibus epistolis contradicit, vel eas non recipit. 20. dist. de libellis. Qui communionem catholicæ Ecclesiæ non recipit. in authent. de priui. do. here. mu. non præstan. post prin. coll. 8. Hostien. hic, & in sum cod. tit. §. 1.* In glo. 2. ibi, Apostolus. 1. *ad Cor. 13. a.*

5 In glo. vlt. in fin.] *& mortificatis malis interdũ bona reuiuiscunt† de pœn. di. 3. piũ. Gof. & Host. remittit ad sum. de pę. et rem. §. et an ficte. 1. respõso.*

† S. Thomas 3. p. q. 89. art. 5. Sot lib. 4. dist. 16. q. 2. art. 5.

c. Fraternitatis.

SVMMARIVM.

1 Intellectus huius c. quis.
2 Quando tabellionis scriptura falsa, non rumpat ceteras bene factas.
3 Instrumentũ, vel dictum testis in vno falsum, an & quando in omnibus sit falsum.
4 Falsitatis instrumenti, vel dicti testis, non allegatur ignorantia.
5 Dicta alicuius, ratione personæ solum reproba ta, de falso non arguuntur.
6 Publica persona damnata, an eius instrumenta sint damnata.
7 Scriptura damnatorum quomodo recipienda.
8 De operibus Origenis variæ sententię.

FRaternitatis.] Ephesyna synodo. *prima catholica. T.*

Quomodo poterunt. *quasi dicat non poterunt.* Capitula. *scilicet, quę scripserunt.*

1 Auctores.] *suspensiue legas. & intelligit Inno. hic in expositionibus scripturarũ, & omnibus aliis confectis ab his, qui nõ gerunt publica officia. 9. dist. si ad sacras. 16. dist. c. 1. 37. dist. si quid.*

2 *In scripturis autem tabellionum, & aliorum publicum officium gerentium secus est: quia licet vnam chartam falsam fecerint, nihilominus valent aliæ, quamdiu in officio tolerantur. arg. 8. q. 4. nonne. & melius supra de cohabi. cle. & mulie. vestra. & hoc propter publicam vtilitatem, & ne veniẽtes ad eos decipiantur. arg. ff. de of. prœto. l. 4. ff. ad Macedonianũ l. 3. respon. 1. ff. de offi. præsi. si forte. C. de latin. liber. tol. l. vnica. §. sed domini. & §. sed & quis hominis libero. C. de testa. l. 1.*

4 *Dicimus tamen, quòd si instrumentum vel dictum testis, in vno probetur falsum, non solum in illo, sed in totum etiam reprobandum est. arg. 3. q. 9. pura. ff. de ædil. edict. cum eiusdem. de con. dist. 4. c. non liceat. & expressius 9. dist. si ad sacras. vbi de hoc, & ibi habetur dictum Bart. quod etiam tenuit in Uener. 50. quod verum est, quando tabellio, vel testis mentitur circa substantialia, vel circunstãtias negotij, de quo agitur, principales: puta, cum ageretur inter contrahẽtes de boue, tabellio scripsit, de asino: vel de pecunia argentea, & ipse posuit de aurea: vel agebatur inter P. & M. & ipse scripsit inter G. & R. arg. in eo qđ legitur & not. de rescrip. significante. & est ratio, quia nunquam debet ponere in instrumento vel testimonio, nisi quod in veritate nouit et vidit.*

4 Nec potest *in hoc ignorantiam allegare. 3. q. 9. testes. & c. hortamur. & c. pura. & adde quod di-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

xi de off. deleg. cum in iure. in fi. Si autem errauit, vel scienter mentitus sit, circa accessoria, vel circunstantias negotij, de quo agitur, non substantiales; nihilominus valet instrumentum quo ad substantialia: ut si dicat, contrahentes esse de alia terra quàm sint, vel consanguineos, vel affines aliorum quàm sint, & similibus: & est ratio, quia non consistit in his officium tabellionis, vel testis; nihil enim facit ad contractum vel testimonium vndecumque sint contrahentes. argu. supra de iudi. cum deputati; & adde quod post eum dixi de off. deleg. cum in iure. post glossas in fin. & de hoc in Spec. de teste. §. 1. & vers. item q aliquid. cum sua remissione. Est tamen euidens cõtra arg. in eo quod legitur & not. supra de rescrip. significante. cui contrario staretur, quando circunstantiæ facerent ad casum.

5 Licet autem dicta alicuius, ratione personæ nõ aliàs falsa probentur, vel reprobentur, redargui non possunt de falso.

6 Si tamen publica persona de falso accusata, et condẽnata fuerat, extunc instrumenta & dicta eius tarebunt robore, ratione personæ, vt hic & supra de testi. testimonium. Alij dicunt vt Ioan in d. cap. si ad sacras. & hoc placuit Gof. vt dixi de elect. ecclesia 2. in glo. hoc tractat. quòd si in vno instrumento plura capitula sunt connexa sibi, & vnum sit accessorium altero, vno cassato, cetera connexa, & accessoria cassata intelliguntur: secus si sint diuersa, & separata. arg. ff. de mino. etiam. ff. de neg. gest. eum actum. & l. at qui natura. facit supra de appel. vna sententia. cũ concor. vel distingue, vt supra de fide inst. ex litteris. primum tamen dictum magis placet Inno. †

†Hic quædã cõsulto omisimus.

Glos. 1. signat contrarium, quod dupliciter fortificat & soluit.

In gloss. 1. ibi declarauit. *& c. nonne. vbi habes concor. ad hoc.*

†Vide omnino cõmentarium sup isto c. Fraternitatis.

7 Et ibi recipienda. *tanquã auctorizabilia* †: *possunt tamen recipi vt rationabilia, & sic cessant contraria.*

8 Et ibi Origenis.] *aliqui dicunt Origenem excusabilem, quia hæretici ad obfuscandum nomen suũ hæretica interseruerunt libris suis. hoc recitat Host. infra de sen. excom. à nobis 2. hanc expositionem improbat Hieronymus in epistola ad Pammachium et Oceanum, eo maxime, quia Eusebius, & Didymus ipsius tractarunt errores: tamen ipse idem fatetur aliquos dicere per ipsius pessimos discipulos aliqua admixta, sed non omnia. vide ad Desiderium de 12. lectoribus. B. Videre potes de ipso & ipsius commendabilibus actibus, & de ipsius erroribus in historijs lib. 12. 8. cap. cum 7 sequen. & in Hiero. ad Pam. & Oce. 1. cap.* & in fin. *vbi de hoc. et infra de no. ope. nunc. c. 2. & infra, de re iud. accessorium. lib. 6.*

c. Si quis episcopus.

SVMMARIVM.

1 Pœna huius c. quando locum habeat. & nu. 4.
2 Episcopus hæreticos instituens non sepelitur, & sepultus exhumatur.
3 Et memoria eius aboletur.
4 An Episcopus extraneos catholicos instituens plectatur pœna huius c.
5 Quoslibet infideles instituens hac pœna punitur.

SI quis Episcopus.] 1 Prætulerit.] *idest, instituerit. T. vel prætulerit ecclesiæ suę. & intellige de episcopo, qui hoc fecit sciens: probabilis enim ignorantia esset excusata, de cleri. excomm. Apostolicę. infra eod. c. 2. lib. 6. Abbas exponit, idest errorem sustinuit.* Saltem. *quasi dicat, ne dum in uita.*

2 Dicatur.] *ergo non sepeliatur. & si sepultus est, exhumetur supra de sepul. sacris.*

3 Nomen.] *Damnatur ergo ipsius memoria.* Recitetur. *forte in libro, quo poni solent nomina episcoporum defunctorum, & pronuntiari obitus annuatim. Hostien.*

Glo. 1. respon. per obiectionem & solutionem.

Vlti. glo signat contrarium, & soluit.

4 In glo. 1. ibi Hæreticos.] *secundum Ala. & Lau. & idem Inno. & Hostien. non enim locum habet hęc pœna in illo, qui in his quæ testari possunt, institueret extraneos tamen catholicos: licet quidam contradicant, quòd non præsumitur ecclesiam dilexisse, præponendo extrancos ipsi ecclesiæ.*

5 In glo. 2. ibi, hæreticis.] *sic etiam parificantur Pagani Iudæis. supra tit. 1. cum sit.* In gl. vlt. ibi. c. 1. *& infra c. accusatus. § si vero. in fin. lib. 6. & in fi. de hoc 24. q. 2. in sum. & Hostien. remittit ad sum. de accusa. § si quis accusari. & vide in Spe. de accusatore. ad fin. vers. item quòd reus: sed nõne præsumi debet pro isto, qui in vltimo instanti potuit pœnitere? dic vt not. 88. dist. neque.*

c. In eos.

SVMMARIVM.

1 Quis intellectus huius cap.
2 Pœna huius c. etiam in laicis locum habet.

IN eos.] Qui non sunt.] 1 *Quia hæretici sunt Iudæi, vel Pagani.* In glo. 2. ibi, dari. *secundum Ala. & Tan.* In gl. vltima in fi. & ibi in ver. item multi. *secundum litteram de ipsis statuerunt defunctis, qui suas, & cetera.*

2 *Patet idem in laicis. alia littera, quę habet de episcopis, id non probat.*

c. Cum Christus.

SVMMARIVM.

1 Definitio huius cap. etiam præterita respicit, & quare.
2 Papam posse, aut non posse facere nouum fidei articulum, quomodo intelligatur.
3 Definitiones Pontificum, & Conciliorum large dicuntur fidei articuli.

4 Et

4 Et à quibus sciri debeant, explicite vel implicite.
5 omnis vera doctrina, quæ circa fidem versatur, largissime dicitur fidei articulus.
6 Et ita licet de ea dubitare, antequam sit per Ecclesiam definita.
7 Qua ratione intelligendum illud Pauli: & habitu inuentus vt homo.
8 Anima humana forma corporis essentialis.

VM Christus.] Perfectus.] *non enim nouit etiam opus imperfectum, de baptis. maiores.*

1 De cetero.] *Quia iuris diuini & naturalis est, hoc respicit etiam præterita, de hoc de consti. c. fi. ad idem infra de vsur. cum tu.*

†Vide Sanctum Thomam 2. 2. q. 1. art. 10.

2 Sed Alanus & Vincent. per hãc litterã notabant, quòd Papa facere poterat nouos articulos † *fidei, quod fatebantur verum secundum vnam acceptionem articuli, idest, tale quòd credi oporteat, cum prius non sic oporteret: sed cum dicitur articulus, eo quod necessario credi debet & debuit, non facit nouũ articulum: quia quod modo est articulus, semper fuit & erit articulus: sicut stricte sumuntur expressi in symbolo Apostolorum, & hos secundum eos, fideles explicite scire tenentur; allegant canones de conse. distin. 4. quos hic allegat glos.*

†Eymericus Parte 1. q. 4. 7. & 12. vbi copiose de hoc.

3 Largius sumitur, cum comprehendit cũ præmissis diffinitiones factas per Romanos Pontifices, vel concilia, quale est, tres personas esse coæquales, & alia multa, de quibus habetur 15. dist. c. 1. 2. & 3. & de cons. dist. 4. c. penult. & vlt.

4 Et ista † *secundum eos necesse est credere implicite, explicite non nisi prælatis, qui legem scrutabiliter scire tenentur. 38. dist. omnes. 23. dist. qui episcopus. & de his hic remittam super fi. glos.*

5 Largissime vero secundum eos, sumitur articulus, secundum quod respicit omnem veram sententiã circa fidem, etiam nondum diffinitam.

6 Et in hac acceptione licet dubitare de articulo fidei, scilicet nondum diffinito: sicut de iam diffinitis licuit ante diffinitionem, allegant 24. q. 1. dixit Apostolus. bene ponitur exemplum in visione diuina, per nouam constitutionem Benedicti, quæ incipit: Benedictus Deus. Speculator vocat talia articulos fidei. in Spe. de lega. §. nunc breuiter. vers. 2. contra.

7 Secundum quod homo.] *dicit Vincen. quòd quidam dicebant contrarium, per id quod dicitur ad Phi. 2. b.* In similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. *vnde dicebant, quòd assumpserat humanam formam vt habitum, & potius continebatur sub prædicamento habere, quàm sub esse. Sed male dicebant, quod hic reprobatur. Nec obstat illa auctoritas, quia & humana essentia & forma habet habitum hominis. Quare habitus non negat essentiam, quòd intelligas nisi poneretur negatiua, vt si diceretur habitu solum, vel tantum, quod negatiuam sapit. de causa poss. cũ ecclesia. facit quod dixi supra de cle. nõ resi. quia nonnulli. in magna glos. vers. quid si omnes.* Ita verus. *non phantasticus, vt dicebant Manichæi. de cele. miss. in quadam. in princ.*

8 Anima rationali.] ipsum corpus vere, per se, & essentialiter informante, vt in cle. de sum. trin. c. vno. in princ.

In gl. 1. excommunicatus.] *sup. non tam ex vi horum verborum, quàm ex eo.* & ibi c. 1. *& supra de celeb. miss. in quadam.* & in fi. *dic vt dixi supra de sum. trin. super glos. rubricę.*

c. Sicut ait.

SVMMARIVM.

1 Et si de Tholosanis hæreticis loquatur hoc c. de omnibus intelligitur.
2 Cum quibus non exercenda negotiatio.
3 Per generalem clausulam, an omnia priuilegia tollantur.
4 Locis interdnm pœna infligitur.

SIcut ait.] 1 Tholosanis.] *Non solum quo ad istos, sed etiam quo ad omnes est canon latæ sententiæ. Innocẽ.* Receptatores. *est simile secundum Hostien. de homici. pro humani. lib. 6.*

2 Negotiationem.] *& idem in excommunicatis. 11. q. 3. sicut. & c. seq. de Paganis est dictũ supra tit. 1. quàm sit. Hostien.*

3 Priuilegiorum.] *arguit Hostien. per generalem mentionẽ tolli omnia priuilegia, cuiuscunque sint tenoris. remittit supra de dol. & contu. c. 2. & vide quod dicã de excess. prælat. c. vno lib. 6. et infra c. prox. in fi. Vbi in contrarium. de rescript. c. 1. & c. pastoralis. vbi speciale derogat generali: respondet, quòd vnum & idem ibi dici potest generale, in quantum omne priuilegium tollit; speciale, inquantum locum habet solum etiam causa fidei.* Quibuscunque. *sicut templarijs & Hospitalarijs.*

†Io. Rojas sing. 102. Gõdisal. de hær. q. 22. nu. 5.

4 Sepulturam.] *Et contrafacientibus, & loco* † *infligitur pœna. infra eod. c. 2. 1. respon. libro 6.* In gl. 1. in fi. *aliter tutæ esse non possunt, nisi ea quæ ad diuinam confessionem pertinent, regalis & sacerdotalis defendat auctoritas.*

c. Ad abolendam.

SVMMARIVM.

1 Christiani excommunicantur, non infideles.
2 De sacramento Eucharistiæ vbi tractetur in iure, & de reliquis sacramentis, nu. 3. 4. 5. 6.
7 Episcoporum partes in extirpandis hæreticis, & eorum pœnæ ob negligentiam.
8 In arduis Episcopus consilium capituli exquirat.
9 Mortuo aliquo quis exerceat iurisdictionem, quam mortuus exercebat, & nu. 11. & 12.
10 Sede vacante, an & quando in iudicio procedatur.
11 Quæ suo iure sunt Episcopi, sede vacante ad capitulum pertinent.
12 Absentis & negligentis iurisdictio, ad quem deuoluatur.
13 Religionis obũbratione fuscatus, quis dicatur.
14 Debita hæreticorum pœna ignis; quod multis modis probatur.

15 Papa

15 Papa aduersus laicos condit leges.
16 Inter ordinem & dignitatem differentia.
17 Quę religiones hic dicantur exemptæ.
18 Depositus, an & quando amittat priuilegium.
19 Depositus nisi sit contumax, an tradendus curiæ sęculari.
20 Casus in quibus audientia denegatur.
21 An delegatio facta Episcopis, procedendi in causa hęresis contra exemptos, sit iurisdictio ordinaria.
22 An in iurisdictione Episcopi, qua procedit cõtra quoslibet hęreticos, succedat capitulum sede vacante.
23 An cum procedit Episcopus auctoritate delegata in hæreticos, fiat appellatio ad Papam, vel ad proxime superiorem.
24 Episcopus auctoritate delegata procedens, coercere potest Archiepiscopum sibi resistentem.

ADabolendam.

1 Vniuersos.] *Christianos. Non enim intendit excommunicare Iudæos, & similes, licet non recipiant baptismum; de quibus quo ad canonicas constitutiones nihil ad nos. 2.q.1. multi de diuor. gaudemus. licet aliàs interdum puniantur. de hoc supra tit. 1. Iudęis 2.*

2 Corporis.] *de hoc principaliter tractatur, & de erroribus circa illud. de cons. di. 2. per totum. & maxime in c. cum omnem. et supra de celeb. Missar.*

3 Baptismate.] *de hoc. de consec. dist. 4. per totũ. & supra de baptis. per totum.*

4 Confessione.] *de hoc in tractatu de pœnitentia. & infra de pœn. & rem. per totum.*

5 Matrimonio.] *de hoc sacramento satis supra de Biga. debitum.*

6 Sacramentis.] *scilicet Confirmatione in fröte, ordine, & extrema vnctione, de quibus plene dixi. supra de sacra. non iter. super rubrica.*

† Conr. Brunus lib. 4. de hær. c. 1.

7 Singuli episcopi.†] *qui super hoc inquirere tenentur ex officio; & si quis negligens esset, deponitur. infra eod. excommunicamus. infra. 1. §. fi. ergo episcopi etiam vbi de fide agitur, sunt ordinarij: dubia tamen fidei non possunt decidere; sed reseruanda sunt Papę. 24.q.1. quotiens. secundum Inno. & Hostien.* Diœceses. *ciuitates includit. de hoc infra de rerum permu. c. vno, lib. 6.*

8 Consilio.] *in sententijs enim arduis requirit episcopus consilium capituli, licet consensum nõ expectet. supra de his quæ fi. à præl. nouit. & c. quanto. de consue. c. 3. lib. 6.* Clerici ipsi. *scilicet capitulum Ecclesiæ cathedralis.*

9 Sede vacante.] *mortuo aliquo, si vis scire ad quem transferatur potestas faciendi ea, quæ faciebat antequam constituatur successor, notabis secundum Inno. quòd si ea per se solum faciebat, sicut est iurisdictionis exercitium, & consimilia, & hoc faciet ille à quo ea habebat. Mortuo igitur archidiacono, qui vicem gerit episcopi. supra de offi. archid. c. 1. episcopus eo mortuo, iurisdictionem archidiaconi exercebit. arg. supra de maioritа. & obe. his quæ. §. fi. supra de insti. cum venissent. & sunt hæc vera etiam in alijs, si necesse vel vtile sit hoc de quo agitur expediri. arg. 12.q.2. hęc huius placiti, & c. si qua de rebus, alioquin seruabitur successori ff. de iud. mortuo. C. de iudi. properandum. §. sin autem. maxime si in proximo successor sit futurus. arg. ff. de vaca. mune. l. pen. §. fi. secundum Inno.*

10 *In iudicio autem non proceditur vacante sede. supra ne se. va. c fin. nisi instante necessitate deputetur actor, auctoritate superioris ad reposcenda alienata. 12.q.2. vobis. & c. vulteranæ. & arg. insti. de aucto. tuto. §. fi. ff. de cur. bo. dan. l. si plures. & l. 1. & 2. secundũ Hostien. si tamen ad capitulum spectat electio archi. secundũ Inno. vel canonicorum, vnà cũ archidiacono, eo mortuo deuoluetur ad capitulũ prędicta potestas. arg. supra de cõcef. præbë. postulasti. sed si archidiaconus per se, suo iure aliqua fecit, quæ non ab alio sunt collata, vt si fundauit Ecclesiam de bonis archidiaconatus, non capituli: tunc non deuoluitur potestas ad capitulum. sed ad successorem tantum supra ne se. va. illa. supra de testa. relatum 2. §. nomine. vbi de hoc. & adde quod legitur et not. infra de excef. præla. c. 2. & supra de offi. dele. quoniã Abbas. in fi. quòd si aliqua habeat ab episcopo, & aliqua à capitulo, & ille, & hi in eo quòd ab eis tenebant, succedunt. arg. supra de testa. relatum 2. §. fi. 12.q.3. & 4. per totum.*

11 *Cum autem episcopus, & capitulũ sint vnum corpus, cuius caput est episcopus, arg. infra de verb. sig. cum clerici. & expressum supra de præscrip. cum non liceat. supra de his quæ fi. à præl. c. fi. et inter eos sit spiritale coniugium. supra de testa. requisisti. §. secus. & melius supra de transla. episcopi, licet dicendum est, quòd ea quæ spectant ad episcopum suo iure, sicut est iurisdictio, & confirmatio prælatorum, deuoluitur sede vacante ad capitulum ipso iure. supra de ma. & obe. cum olim. sed si cum alijs aliquid exercebat, nec ad inferiores, nec ad superiores, sed ad collegas eiusdem officij deuoluitur hæc potestas. 65. dist. c. fi.*

12 *Idem forte dicendum est in absente. siue ex iusta causa absit, siue ex iniusta. In negligente autem, dic vt not. sup. de testi. cum olim. de concef. præbenda. & de sup. ne. præ. per totum, secundum Inno. cuius est tota hæc glos. paucis exceptis. iura tamẽ per ipsum inducta minus plene probant intentionem suã, secundum Hostien. secundum quem, tu dic de hac materia vt not. supra de maio. & obe. his quæ. & c. cum olim. & ne sede va. illa. & c. fin. & c. vno. lib. 6. & de elect. cum in cunctis. in fin.*

Vicinorum.] *sic 7.q.1. Pontifices.* Perpetui. *id est donec resipuerint, & absoluantur, sic supra de coha. cle. clericos. & ibi concor. de hoc.*

13 Obumbratione.] *vmbra est vbi aliquid exterius geritur, cuius intus non subest veritas, de cõsue. quanto. & hic Gof.*

Fuscatus.] *infra eo. accusatus. in fi. lib. 6.* Nudetur. *infra eod. c. 1. lib. 6.*

14 Debitam.†] *hic & supra eod. intelligitur debita pœna, ignis crematio: quod probatur Io. 15. b. ibi:* Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. *Lex humana imponit vltimum supplicium. C. eo. Ariani. quod alia lex interpretatur*

† Pet. Godofr. in l. 4. C. de hær. Covar. lib. 2. var. resol. c. 10. nũ. 10.

terpretatur mortem. ff. de pœn. vltimum supplicii. & alia lex dixit, quòd viui crematio est vltimũ supplicium. ff. de pœn. capitalium. & hanc esse pœnã debitam, interpretata est generalis consuetudo. ad hoc etiam supra c. firmissime. 1. respon. & sic huic pœna conueniunt lex diuina, humana, consuetudinaria & canonica, secundum Hostien. Qui vero. *communiter non habetur* † *hic iste versiculus. habetur autem infra c. excommunicamus. §. qui autem.*

† Hodie in omnib⁹ exẽplaribus habetur.

Simili.] *ista littera facit contra notata infra de pur. can. inter. ad fi. sed ista littera temperatur infra eo. excommunicamus. §. qui autem. secũdum quod bene videtur facere, prout ibi not.* Vt diximus. *secundum illos, qui nõ habent illum §. proxi. dic vt diximus in parte decisa.* Recedisse. *dic vt infra eod. tit. accusatus, in prin. lib. 6.*

15 Comites.] *not. quòd Papa statuit de laicis, sed hoc est propter crimen. sic supra de Iudeis. ita quorundã. Alij dicũt ideo hæc statuta valuisse, quia princeps consensit, & fuit præsens. Inno. Hostien. remittit de homici. pro humani, vers. sacris.* Bona fide. *exponit, quod dixit fideliter.* Posse. *exponit quod dixit efficaciter.* Assumantur. *quod dic vt infra eod. vt officium. in fi. lib. 6.* Eis. *scilicet rebellibus, nec pœnitentibus.*

16 Dignitate.] *differentia est inter dignitatem & ordinẽ, vt dixi infra de excef. præla. accedẽtibus.* Priuandã. *alibi est ipso iure priuata. infra de electio. vbi periculum. §. ciuitas. & de pœn felicis. lib. 6.*

† Sed hodie nullus eximitur à iurisdictione Inquisitorũ Eymer. 3. p.q. 28. vbi dixi.

17 Exempti.] *vt Tẽplarij,* † *Inno. quod impugnat Hostien. per suam dec. de verb. sign. veniens. & dixi de boc infra de priuil. recepimus. super 1. glo. dicit autẽ Hostien. sibi constare de exceptione Cluniacẽsiũ, quia vidit illorum priuilegia, et mihi constat de exẽptione Cartusiensium, & Cistercien sium.*

Soli.] *not. litteram, cui cõcor. clemen. de sta. reg. attendentes. post prin. & quod ibi not. in gl. istorum.* Episcoporum. *vel Inquisitorũ. infra c. per hoc. lib. 6.* Priuilegijs. *ad idem supra c. proxi & quod hic dicit Tbi. ibi dixi.* Obsequantur. *simile infra de sta. regular. c. vno. ad fi. lib. 6.*

Secunda glos. arguit & remittit.

Quarta glos. arguit pro opi. Ala. sed tenet contrariam Hug.

Quinta glo. ponit quinque casus, quibus, &c.

Sexta gl. signat contrarium, & soluit.

Septima signat contrarium, & soluit. Gl. simile 23. *obijcit & soluit.*

Vltima gl. dicit hoc allegari, quod ratione delicti, &c. & respondet. In gl. 3. ibi §. vlti. *deprehensa in adulterio, licet sit damnata, notata est.* In gl. 2. in fi. & c. vno, lib. 6.

18 In gl. arg. quod ibi dictum.] *vbi de hoc, & 50. dist. accedens. & infra de sen. exc. contingit. infra de degradato expeditum est. infra de pœn. c. 2. in fi. lib. 6. & ibi. Dixit Hug. & hic Gof. ipse tamen Gof. alternatiue sic locutus est. de hoc supra de iudi. cum non ab homine. dici potest quòd depositus omne priuilegium amittit, ita quòd eum percutiens non est excommunicatus: vel quod securius est, dic quòd tũc demũ depositus priuilegium amittit, cum incorrigibilis factus, relinquitur curiæ sæculari. Gof.*

19 *Ingl.* Tribus enim. *ibi.* Depositus.] *& potestea adhuc contumax, secundum Bar. Brix. qui hoc not. 2.q.7. si qui sunt. dixit Host. infra de verb. sig. nouimus. quòd iste intellectus est benignior. sed contrarius verior. & ibi de hoc. ibi, si quis sacerdotum. vbi idem not.* In gl. ar. contra. in fi. *idem ibi not. & 50. dist. de eo.* In glo. laici. ibi, punire debet. *infra eod. cum secundum. in fi. lib. 6.* In gl. simile. ibi, in nomine domini. *ibi not. quidam alij casus, in quibus audientia denegatur.*

20 In glo. hic habes.] *& vltra quatuor casus, qui ibi habentur. G. in dec. dilectus, de tempo. ord. addebat alios, scilicet cum quis est sibi contrarius, vt ibi. & supra de præsumpt. vestras. & cum quis appellat contra prohibitionem canonis, de iurepa. c. vlti. vbi vide.* In 1. glo. vel Papę. *de appel. pastoralis. in princ. Item cum quis discedit à suo præposito. 27.q.1. si cuRos. & c. si homo. Cum allegat turpitudinem suam, de don. inter dilectos. Cum quis est contumax. & petit sibi per alios iustitiam fieri. ff. ex qui. ca. ma. l. sed & si per prętorem §. sed & si. item & illi penes quẽ ludus exercetur. ff. de alea. l. 1. §. 1. Item excommunicato & schismatico. 23 q. 5. non nos. infra eo. excõmunicamus. item ei qui est in manifesta calumnia. ff. de peti. hære. l. postquam in fi. cum tamen aliàs. prosequens suam, vel suorum iniuriam, prętextu criminis nõ repellatur. 2.q.1. prohibẽtur. & in fi. immo dic vt infra eod. super eo. lib. 6.* In glos. vlti ibi. §. ceterum. *concor. de cleri. ægro. c. vno. lib. 6. & eo. lib. de sta. mo. c. vno. ad fi. & clemen. de sup. neg. prę la. quia regulares. de sta. mo. attendentes. post princ. & de reli. do. quia contingit.*

Et ibi ordinario.

21 *Dicit Hostien. quòd cum hæc delegatio sit generalis, & vniuersalis, censenda est hodie ordinaria iurisdictio. arg. ff. de iudi. cum prætor. & secundum eũ hoc verbo vsus est Papa ad placandos exemptos, nec est vis facienda in verbis. C. communia de leg. l. 2. in fi. infra de elec. commissa. §. porro. lib. 6. Certum est autem episcopum hoc facere suo iure secundum eũ. quic quid dicat Hostien. in appellatione interponenda posset esse diuersitas. Pro veritate igitur circa hoc habenda, videnda sunt tria, scilicet quo dicatur iurisdictio delegata in casu isto, & iurium, quæ allegaui super prin. huiusmodi glos. Secundo, an in hac iurisdictione succedat capitulum vacante sede. Tertio, an in talibus casibus, quibus tali auctoritate procceditur, necessario sit appellandum ad Papam. Ad primum videri potest, quòd non in §. ceterum. allegato in prin. gl. in glo. pen. ubi Io. & Ber. tenent, illã iurisdictionem ordinariam, vel quasi. quia si delegata esset, expiraret morte. Sed vt ibi scripsi, Vin. præcise, & Inno. alternatiue tenet, illam delegatam; & est in ea speciale quod non expirat morte, sed quo ad casum huius decretalis; quod dico ideo, quia non procederet in casu illius §. ceterum. coadiuuatur taliter prima opinio, quam hic tenet Hostien. vt prædixi. Certum est, quòd diœcesani habebãt ordinariã, ratione huius criminis in omnes de diœcesibus suis. de offi. ordi. c. 1. Si igitur quo ad certos fuit eis sublata per priuilegium exemptionis, facit 16.q.1. frater. cum similibus. & postea restituta vt hic, ergo intelligitur ordinaria sicut prima. facit de rescriptis, quamuis. lib. 6. cum concor. & facit quod not. de constitut. cum*

accessis-

Universidad de Deusto
Biblioteca

acessissent. in fi. & quod not. de beneficio renouato in clem. de rescrip. litteras. in gl. pone. sit ergo satis episcopo, quòd ordinarię iurisdictionis iuuatur prę mordio. facit ff. de leg. 2. cum filius. §. heres. Secunda opinio, quę amicatur literæ, videtur verior: nec est speciale quòd non expiret morte, cum isti non sint delegati Papę, sed sedis, quæ nõ moritur. de rescrip. si gratiose. lib. 6. Item ista iurisdictio non delegatur personis, sed dignitati, quę non moritur. de offi. deleg. quoniam. Et ratio in contrarium inducta, procedit in restitutione: sed hic fit delegatio, non restitutio.

22 Circa secundum Ioan. Mona. in decret. vnica. de ma. & obe. lib. 6. ut ibi scripsi super gloss. hoc tenebatur, dixit, quòd in casu huius decre. & omni alio, in quo episcopus habet generalem iurisdictionem delegatam, succedit in illa capitulum allegat eod. lib. de prębен. c. 1. in fi. Sed parum facit illud capitulum: aliud enim est dare episcopo delegatam super exemptos, ut hic; aliud est iubere episcopum aliquid non facere, etiam ad petitionem exemptorum ut ibi: tunc enim nil delegatur. sed officium eius instituitur. facit de offi. ordi. licet. Quare uidetur contrarium tenendum, ut sicut nulla alia iurisdictio delegata episcopo, transiret in capitulum sede uacante, sed ad successorem, ut præd. decr. quoniam. de offi. deleg. sic nec ista. illa tamen ordinaria, quam habet in subditos, bene transit, etiam in hoc crimine, ut supra in prin. capituli. Ex uerbis autem Inno. quæ patent supra in gloss. mortuo. non bene decidi potest, quid in hoc senserit.

23 Ex hoc secundo sequitur responsio ad tertium, ꝙ si in casibus huius capituli, vel aliorum de quibus dictum est supra, locus esset appellationi, ad Papam appellabitur, † non ad proximum. facit de cleri. egro. c. vno. §. si autem. vbi si in eo quod sit auctoritate Apostolica, occurrat dubium, vel difficultas, ad Papã recurri oportet, non ad proximum. & facit quod de deuolutione not. in clemen. de sup. ne. præ. cap. vno. in gloss. auctoritate. in fi.

† Zanch. de hær. c. 29. num. 3. Repert. ver. appellare. §. Sed nũc. Simancath. inst. tit. 6. nu. 3.

24 Istud autem demonstrari potest per aliam quæstionem: pone quòd archiepiscopus impedit episcopũ in his casibus, quibus procedit auctoritate delegata, non ne poterit episcopus eum coercere certe poterit: sicut quo ad illam speciem est maior illo. de offi. deleg. sane 2. si superior illo respectu est minor episcopo, nõ poterit ad eum, sed ad maiorem appellari: mouet & alia ratio, si dicis ad proximum appellari posse, erit dare amplius, quàm sit expressum exceptionis priuilegio derogari: si enim de episcopo ad archiepiscopũ, de ipso ad Patriarcham ipsorum causæ poterunt sic deduci, habebit tres iudices successiuè exemptus, contra quem Papa dederat vnum solum; item habebit iurisdictionem contra exemptos, is cui concessa non est, cum tamen talia suas species non excedant, vt patet in prædictis iuribus. de sta. mo. c. vno. in fin. lib. 6. & in clem. attendentes. eod. tit. ver. ad quę omnia. & in c. quia contingit. de relig. do. ver. nullo. Cum ergo à iurisdictione episcopi, archiepiscopi, & Patriarchæ exemptus esset, tu qui reducis illum in potestate archiepiscopi, & patriarchæ, ostendas quo iure? Et per hoc sit responsum ad decre. Romana. de appel. §. debet. lib. 6. vbi appellatur ad archiepiscopum, etiam in his causis, quę de iure communi non spectant ad ipsum: nam ibi cessant rationes prædictæ, nec cognoscit vt delegatus, sed vt ordinarius. Et in fin. & cap. volentes. lib. 6. & 6. quæst. 3. cap. vlti.

c. Vergentis.

SVMMARIVM.

1 Bona hæreticorum, etiam post mortem publicantur.
2 Non tamen occupantur per fiscum, nisi præcesserit sententia iudicis ecclesiastici.
3 Et quid de bonis feudalibus, an publicentur ob hæresim.
4 Ob crimen hæresis à patre commissum, nõ perdit filius ecclesiasticum beneficium.
5 Filij filiarum hæreticorum an puniantur.
6 Iniuria Deo facta non ferenda.
7 Filiorum pœna parentes affligit.
8 Vbi locum habeat hęc decretalis.

VERGENTIS.] Et infra. *non solum sapiunt elementa corrupta, sed etiam homo testatur in antiqua, vbi de materia magnum est exordiũ.* Nostræ. *Hostien. habens in littera,* nostrę, *dicebat, quòd loquebatur prælatis Ecclesiarum.*

1 Publicari.] *etiam post mortem* † *supra eo. si quis, infra eod. accusatus. §. in eo. lib. 6. saluo quod dicitur de præscrip. c. 2. lib. 6.*

† Anto. Gomez. tom. 3. var. reso. c. 14. num. 5. Zach. dehæc. c. 15. num. 4. Ioan. Roias singu. 134.

In aliis.] *terris scilicet, quæ non sunt de temporali iurisdictione Ecclesię.*

Idem.] *scilicet bonorum publicationem.*

2 Sæculares.] *apprehensio tamen bonorum non fiet, nisi primo pronunciatio fiat super crimine per iudicem ecclesiasticum, qui hoc possit. infra eod. cum secundum. lib. 6.*

3 Confiscentur eorum.] *quid de feudo? vide satis in Specul. de feudis. §. 2. vers. 40. & aliquid dixi post Hostien. de pœnis in quibusdam. in fi.*

4 Conseruata.] *propter crimen læsæ maiestatis commissum à patre, filius* † *non priuatur ecclesiastico beneficio, vt not. 56. dist. satis peruersum.*

† Gõdisal. de hær. q. 23. nu. 2. Couar. lib. 2. var. reso. ca. 8. num. 4. Gigas de crimi. læsę maiest. lib. 3. q. 9

Quod est Christus.] *de hoc supra de elect. significasti. in fi. de sacra vnct. c. vno. vers. vnde in veteri. Hostien.*

5 Grauius.] *quærebat hic Hostien. nunquid sententia, qua damnantur posteri hæreticorum, extendatur ad filios filiarum, de quo dic, vt infra eod. statutum 2. lib. 6. & facit quod ibi notaui. & eo. lib. de pœn. vbicunque.*

6 Aeternam.] *Hieron. contra Vigilantium. 1. cap. Meam iniuriam patienter tuli, impietatẽ contra Deũ ferre non potui.* Seueritatis. *scilicet publicationis. bonorum.* Casibus. *etiam isto minoribus, vt præmisit.* Iudicium. *qui nec fallit, nec fallitur. inf. de sen. excom. à nobis 2.*

7 Progeniem.] *ex cuius pœna pater affligitur* †, *vt ex propria. ff. quòd met. causa. isti quidem. & dixi supra de fil. pres. in rubrica.*

† Glos. sing. in extrau. Ioã. xxii. de pœn. c. vnico. verbo, quomodolibet.

1. *Glos. respondet per quæstionem, an Papa possit principibus imperare.*

Penult.

Penult. glos. signat contrarium, & soluit.

In 3. glo. ibi. l. vna.] *vide de vita & ho. cleri. vt clericorum. in 3. glos.*

In glo. 17. ibi. ti apud.] *& q. 4. si is qui, ad idem supra tit. 1. in nonnullis. in fi. & supra de decimis, tua 2.*

Et in fine.] *facit quod not. de maledi. c. 2. in 1. glos.*

In gl. pen. ibi. eod. tit.] *nec debuit remoueri, secundum Host.* & ibi. Ioan. *qui etiam hoc not. 23. q. 7. in summa.* & in fi. *& idẽ probatur infra eod. cum secundum. lib. 6.*

8 *Ego credo hanc decretalem prævalere legibus in illis terris tantum, quę subsunt temporali iurisdictioni domini Papæ. In alijs autem prævalent leges, quę maiori æquitate nituntur. C. de iudic. placuit. & pœnæ molliendæ sunt. de pœn. dist. 1. §. pœnę. T. Gof. Host. remittit ad summam eod. tit. §. qua pœna, sed authent. Gazaros contradicere videtur, quæ concor. huic iuri. canonum, & vers. huius, in decr.*

In gl. vlti. ibi. item peccato. & ibi sunt multa exempla.

c. Si aduersus.

SVMMARIVM.

1 Omnibus est prohibitum hęreticis fauere.
2 Casus in quo fautor fautoris hæreticorum punitur.
3 Omnis exceptio siue odiosa, siue fauorabilis excommunicato conceditur.
4 In nullis pro hęreticis patrocinandum.
5 Suspensi tabellionatus, seu aduocationis officio, quia hęreticis patrocinati sunt, si iterum hęc exerceant, non sunt irregulares.
6 Patrocinia suspensorum aduocatorum, an de facto valeant.
7 Excommunicatis non ob hęresim, auxiliũ non denegatur.
8 Hęreticus quando, & quomodo audiatur in iudicio.
9 Solus iudex participare potest cum hęreticis, in his tamen quæ ad eorum salutem spectant.
10 Prohibitio huius cap. in quibus locum habeat.
11 Creditores hæreticorum contra fiscum agant.

SI aduersus.

1 Generaliter.] *hoc dicit: quia generaliter omnibus est prohibitum, hęreticis prębere fauorem: istis vero specialiter prohibetur.*

Imperatur.] *concor. cle. de excess. præ. frequens. in fi.*

2 Fautoribus.] *not. casum quo ipso iure punitur fautor fautoris.*

Defensoribus.] *qui hęretici sunt, infra eo. excommunicamus. §. credentes. Hostien.*

3 Vel fauorem.] *dixit hic Vinc. quòd fauorabilis exceptio, vt Velleianum, non datur excommunicato; odiosa, vt Macedonianum bene. ff. de cond. inde. qui exceptione. sed male cantauit: quia omnis exceptio fauorabilis, & odiosa sibi competit: quia non excommunicati fauor, sed æquitas iudicantis attenditur. supra de excep. cum inter. Gof. et ipse idem Vinc. postea dixit idem, & Ioan. & adde quod dixi de excep. à nobis. super. 1. glos.*

4 In causis.] *scilicet criminalibus.* Vel factis. *id est quibuscunq; negotijs, ac si dicat in iudicio, vel extra. infra de ver. sig. forus. §. negotium.* Aliquibus. *etiam catholicis.* Eorum, *hęreticorum, qui nec iudicare possũt, nec publica officia exercere. infra eo. excommunicamus. §. credentes.*

5 Officio vestro.] *scilicet aduocationis, vel tabellionatus. nec essent isti irregulares, licet post suspensionem illud exercerent. infra de sen. excom. bis qui. lib. 6. & dicam infra de cler. excom. c. fi. & de excess. prę. c. fi. idem G. in Spe. ti. 2. §. iuxta. C. vers. sed quid dices.* Suspensos. *qua sententia durãte, non valebũt instrumẽta confecta. infra. c. 2. §. credẽtes. vers. quòd si forte. cum similibus.*

6 *Quid de patrocinijs, nam illa de facto tenent. dicunt quidam sententias irritandas, alij contra. Credit Hostien. quòd esset per summum Pontificem declarãdum. supra qui fi. sint le. per venerabilem supra de feu. c. 1. de consti. c. fi. cum super hoc nullum expressum ius habeatur, nisi quòd aduocatus poterit per exceptionem remoueri, vt in prę. §. credẽtes. Vel dic lucrum pauperibus erogandum. ad hoc quod dixi. supra tit. 1. cum sit. & c. sequentib. talis etiam de transgressione. alias puniri posset.*

Tertia gl. signat contrarium, & soluit.

Vlt. glos. notat, probat, & signat contrarium.

In gl. 3. ibi. l. 3.] *creditor ex vi pacti pecunia sibi nõ restituta, possessionem ingrediens vim non facit: tamẽ auctoritate iudicis deberet id facere.*

In gl. 1. in fi.] *infra de procur. qui ad agendũ. li. 6. In glos. 2. in fi. supra de prescrip. ad audientiam. In glos. 3: ibi.*

7 Denegandum.] *in excommunicatis non hæreticis habent hęc locum.*

Et ibi: sententia.]

8 *Dicit Hostien. quòd quamuis ad defensionem criminis, vel bonorum non audiatur, si tamen aliàs, de alio crimine accusetur criminaliter, non denegabitur iusta sententia: nec obstat secundum eũ in authen. coll. 6. de priu. dotis. post mediũ, vbi dicitur, ꝙ nec beneficij iure, nec aliquibus priuilegijs tales possunt se iuuare: quia illud, & similia possunt intelligi quo ad impugnationem, accusationẽ, vel acquisitionem, vel ab hęresi defensionem: vnde et licet hoc patrocinium vetetur aduocatis, & scriniarijs, non tamen iustitia iudicibus. nec obstat si dicis, hęreticũ statim post deprehensionem puniendum: quia si sponte redeat, recipitur, et in monasterio detruditur. infra c. excommunicamus. 2. ergo se poterit defendere super alio crimine accusatus. arg. C. de his qui ad Ecclesiam conf. l. fur. maxime si præuentus fuisset in alterius criminis accusatione. supra de fo. com. proposuisti.*

9 *Dic tamen, quòd alius quàm iudex in causis vel factis ipsorum non potest illis participare,* † *nisi in his quæ spectent ad salutem.*

† Vide c. infideles. 23. q. 4.

10 *Quicquid supra dixerit Hostien. non puto hanc prohibitionem locum habere, nisi in his qui sunt hęretici, non in his qui fuerunt; ad hoc infra c. statutum. 2. secundo responso lib. 6.*

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ibi:

11 Confiscari.] *vnde contra fiscum agant creditores, C. de fideiuss. l. 1. & 3. Gof. concor. ff. solu. matr. si marito. C. eodē. l. 2. C. de bonis proscrip. si vt proponis. & ad l. Iul. de vi. l. tutoris.*

Et ibi auferentur sua.] *in Iudæis secus. supra ti. proxi. sicut Iudæi.*

In glo. vlt. ibi, tollere.] *Hostien. de hoc remittit de secundis nup. c. penult. & vlt. & supra de re iud. cum te. vbi vide in glos. magna: super vlti. gl.* & in fi. *de infamia facti loquitur.*

c. Cum ex iniuncto.

SVMMARIVM.

1 Initium decretalis, quod nūc deest, repositum.
2 Conuenticula non facienda, & qualis facientiū pœna.
3 De fide publice non disputandum.
4 Simpliciter asserenti, se missum à Deo, quare non credendum.
5 Miraculis gentes ad credendum inductę.
6 Prælatus reddere debet rationem omni poscenti.
7 Exempla & historię quę & quando probent.
8 Reprehensionum genera quot.
9 Corrigi potest prælatus sponte subiectus absq; nota detractionis.
10 Percutiens clericum sponte subiectum excōmunicatus.
11 Clericus nō se supponat alterius iurisdictioni absque licentia prælati.
12 Papam iura positiua non ligant.
13 Subditus prelatum non corrigat publicè, vel priuatè.
14 Subditi prælatos non euitēt per contemptum, & quando liceat euitare.
15 Iudices inutiles, à principe remouendi.
16 Cui competit instituere, eidem competere destituere, quomodo intelligatur.
17 Et quid in prescriptione.

Vm ex iniuncto.] 1 Et infra.] *sequebatur. Cum ex iniuncto nobis Apostolatus officio. simus secundum Apostolum, (scilicet Rom. 1.) sapientibus, & insipientibus debitores, pro vniuersorum salute nos oportet esse sollicitos, vt malos retrahamus à vitijs, & bonos in virtutibus foueamus: Tunc autem opus est discretione maiori, cum vitia sub specie virtutum occulte subintrant. Postea sequebatur quomodo Meten. episcopus insinuauit Papæ, quòd multi laici, & mulieres, Euangelia, Epistolas Pauli, moralia Iob, psalterium, & libros alios fecerint transferri in Gallicum: facientes postea quę sequuntur. Et simile in clemen. de reli. do. cum de quibusdam, de hæret. clem. ad nostrum.* Commendandum. *de magistr. super Specula ne cler. vel mon. super Specula. §. quia vero. Hostien.*

2 Conuenticula.] *quę in Ecclesia vel extra fieri non debent. C. de episcopis, & cle. l. conuenticula.*

A *& C. de sum. trin. l. 2. aliàs capitalis est pœna. C. de his, qui ad eccles. confu. l. denunciamus.*

3 Nec est de fide publice disputandum. *C. de sum. trin. l. 3. & infra c. 2. §. 1.* Lux vera. *Ioan. 1.* Tenebrarum. *sic supra de offi. deleg. consuluit.* Creaturę. *Marci vlt. in fin.* Dicens. *Mar. 10.* Tecta. *arg. quòd magister docere debet in alto. ad idem. 2. q. 7. §. de his. ver. his ita.*

Apostolū.] 1. *ad Corint. 12. ad si. & ad Ephes. 4.*

Doctorum.] *ideſt prædicatorum.* Apostolum. *ad Rom. 10.* Præcepit. *Luc. 10. a.* Dignior. *verum dicit, si de illa constaret.*

4 Nude.] *ideſt sine signo miraculoso, vel sufficienti*
B *scripturæ testimonio; nam nec ipsius iuramento. crederetur: tum quia solus: tum quia in re propria. supra de testi. licet 1. 4. q. 3. nullus.* Astruat. *ideſt asserendo struat, vel instrat. Ho. en.*

5 Miraculi.] *Hieronymus super Isaia lib. 18. non potuissent omnes gentes in tam breui tempore credere, nisi signorum miraculis fides ipsorum quodammodo fuisset extorta: clamantibus enim Apostolis, & Apostolicis viris, Dominus signorum magnitudine respōdebat.* Vellet. *Exodi. 7.* Dicens. *Ioan. 1. Isaię. 40. cap. in princ.*

Propheticum.] *Malach. 2.*

6 Ex ore.] *debet ergo talis esse, qui sciat omni po-*
C *scenti reddere rationem. 26. dist. §. ecce quòd. ante si. Host.* Scholasticis. *ideſt scholaribus, et prouectis, multo minus ab alijs subditis. 6. q. 1. oues.* Lege. *Exodi 22. in fi. ad idem, Ioan. 10.*

7 Exemplo.] *licet non exemplis* †*. sed legibus iudicandum sit. C. de sen. & interlo. nemo. quòd quomodo intelligatur, dixi supra de re iud. in causis. frequenter tamen inducuntur & probant exempla, & historiæ sacræ scripturæ, vt hic. & supra de elect. venerabilem, vers. quod autem. secundum Hostien.* Legitur. *Num. 22.* Ait. *Ioan. 8.* Euangelicam. *Matth. 18.*

† Copiose Iaſ. in l. 1. ff. ſi cert. pet. vbi Decius & alij.

8 Reprehendere.] *de triplici reprehensione, scilicet improperiosa. sociali, & temeraria notat Ioan.*
D *21. dist. nolite. Et Hostien. de decem speciebus reprehensionum, tractat in princ. sue summæ, quomodo viget hodie in hominibus reprehendendi libido, vide in Hiero. ad Celantiam.* Nam qui. *Matth. 5.* Innocentia. *sicut Christus, qui peccatum non fecit, & c. 1. Petri. 2. cap. 6.*

9 Supponit.] *& tunc nulla potest notari iniuria, vel detractio, quæ non infertur scienti, & nolenti. infra de reg. iur. scienti. lib. 6. cum concor.*

10 *Ista tamē suppositio non posset fieri à clerico quo*
E *ad violentiam inferendam corpori, quin inferens sit excommunicatus; quod dic vt infra de sen. excom. cōtingit. 1. supra de iureiur. ex rescripto.*

11 *Sed nec quo ad iurisdictionem hoc licet, sine superioris licentia. de fo. comp. significasti. nec quo ad forum penitentiale, infra de pœn. omnis. §. 1. littera ergo ista, secundum Hostien. est intelligenda de extraiudiciali suppositione, quo ad inferiores à Papa: sicut supra de iure iur. veniens. & c. Quintauallis. nisi fieret de superioris licentia.*

12 *Quo ad Papam potest intelligi etiam de iudiciali, per iura allegata hic in glos. quem alia iura positiua non ligant. de hoc supra de concess. præben.*

ben. proposuit. Subditus. *sine aliqua submissione superioris.*

13 Reprehendendi.] *ideſt corrigendi; non quòd hoc liceat in publico. sed dicit hoc: quia minus peccaret, vt potest hoc colligi de sen. excom. cum non ab homine. de coha. cle. vestra. vers. Item aliud. Host.* Obsequendi. *ideſt obediēdi. sic supra de reb. Eccles. non ali. c. fi. cum concor.*

14 Quod si.] *hoc improbat secundum Hostien. quòd subditi contemnendo proprios sacerdotes, ipsos euitant; & faciunt euitari, de quo supra 1. respon. ibi; eorum consortium. sed ibi non loquitur de sacerdotibus tantum.* Remoueri. *sup. Hostien. te meritate propria vitandi non sunt: quod intelligas,* B *nisi in casu supra de coha. cler. vestra.*

Sacerdotum.] *& aliorum clericorum beneficiatorum: omnis enim res, & c. infra de reg. iur. omnis.*

Glos. quisque tenetur.] *distinguit inter correctionem publicam & occultam, & denunciationem Euangelicam.*

15 In gl. antep. ibi; si quos.] *si præfectus prætorio videt iudices propter corporis inualetudinem, negligentiam, vel crimen esse inutiles, illos remouet, & alios subrogat.*

In glo. immo in fi.] *contra. 94. dist. c. 1.* In glo. sic infra, ibi, sacerdos. *contra. 94. dist. in sancta. ibi dicitur, quòd diaconi prædicant. ibi tripliciter soluitur.* In gl. 21. in fi. *contra 19. dist. 2. vltra medium ibi: non quæritur quis vel qualis prædicet, ibi soluitur.* In gl. nec istud, in fine. *vide in Hiero. super Matthę.* In gl. quisque tenetur ibi Apost. *2. ad Timo. 3.* & ibi in omni. *vbi de hoc.* & ibi si peccauerit. *vbi de hoc.* & in fi. *adde quod not. supra eod. tit. c. 2. de hoc dixi supra de iudic. nouit.*

In glo. vt 2. in fi.] *Ioan. 2. q. 5. auditum. ff. de iur. om. iu. est receptum.*

In gl. pen. in fi.] *de accusa. ad petitionem.*

16 In glo. vlti. ibi, pertinet.] *ordinario iure, ex spe*
D *ciali enim iure, vel commissione, posset competere alterum sine altero.*

17 *Idem in præscriptione: qui enim præscripsit institutionem, non intelligitur præscripsisse destitutionem, vel renunciationis receptationem, aliàs diceretur præscriptum, quod non fuit possessum, contra regulam sine possessione. cum concor. infra de reg. iur. lib. 6. & ff. de vsuca. l. pe. §. fi. non obstat connexio, per ea quæ not. eo. tit. odia. de visitatione quo ad procurationem, & de noualibus quo ad decimas, ad idem quod not. de ma. & obe. cum inferior, in 1. gl. cum sua remiss. & quod not. ff. de procur. qui procuratorem. & C. de an. excep. l. fi.* In 1.
E gl. post princ. *facit. de resc. susceptum, lib. 6. & quod ibi scripsi in fi. & super 5. gl. & quod scripsi de proba. in præsentia super fi. vlt. gl. nisi secundo: & c. vno lib. 6.* & in fi. *de hoc dixi supra de offi. archi. cum satis.*

c. Excommunicamus.

SVMMARIVM.

1 Varietas lectionis in verbo, vanitate.

Excommunicamus.] Nominibus. *de quibus. patet 24. q. 3. c. penult.*

1 Varietate.] *aliàs vanitate: aliàs veritate, sic infra c. penult.*

§. Damnati.

SVMMARIVM.

1 Priuatus an punire possit hæreticum.
2 Inquisitores ob delictum clericorum bona Ecclesiarum non proscribant.

Damnati.] *pœna damnatorum.*

1 Balliuis.] *videtur quòd etiam priuatus* † *punire possit hæreticum. de quo vide 23. q. 5. si audieris. & quod dicam infra eo. præsidentes. lib. 6.* Puniendi. *nisi statim sponte reuertantur, supra eod. ad abolendam. & infra c. pen.* Confiscentur. *ipso iure. infra eod. cum secundum. lib. 6.*

† Arch. in c. ſi vos. 23. q. 5. Cōra. Brunus lib. 5. de hæret. c. 14. Petrus Godofr. in authen. Gazaros. C. de hæret.

2 Receperunt.] *nec Inquisitores propter ipsorum delictum, bona Ecclesiarum debent applicare fisco, etiam Ecclesię. & hoc scienter facientes, excommunicati sunt per concil. Vien. eod. tit. nolentes.*

§. Qui autem.

SVMMARIVM.

1 Deficientes in purgatione, habentur vt conuicti.
2 Contingit, eum qui non est vere hæreticus, quandoque vt vere hęreticum condemnari.
3 Lapsus anni in multis causis, quæ mala operetur.
4 An elapso anno, contra contumacem requiratur sententia condemnatoria.
5 An ex assignatione termini ad purgandum, purgatio censeatur indicta.
6 Cum iudex assignat terminum ad purgandum, & reus non comparet, quid faciendum.
7 Cur absenti & contumaci purgatio indici possit.
8 Contumaciæ incommoda.

Qui autem.] *pœna suspectorum se non purgantium.* Monstrauerint. *ideſt, si monstrare neglexerint.*

1 *Is enim, qui præstanda deficeret, puniretur vt conuictus, sine aliquo temperamēto; & sic potest intelligi supra eod. ad abolēdam. §. qui autem. & de hoc infra de pur. cano. inter. in fi. & tunc non esset locus excommunicationi, & annali expectationi; de qua se*
E *quitur, secundum Hostien. & adde quod statim dicā.* Satisfactionem. *de qua dicam infra §. credentes.* Excommunicatione. *hac de causa lcta.*

2 Velut.] *possibile est, quòd non est hęreticus, tamen propter hanc violentam præsumptionem condemnatur vt hęreticus. simile secundum Hostien. supra de iud. nouit. versi. sed cum dominus. ibi: sit tibi sicut ethnicus.*

3 Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Et not. quòd lapsus anni quandoque aufert possessionem, vt lit. non conte. quoniam. §. in alijs, quandoque proprietatem. C. de requi. reis. l. 2. quandoque inducit iustam condemnationem, vt hic. & 11. q. 3. rursus, & c. quicunque.*

4 Condemnẽtur.] *secundum Vinc. per hoc verbum futuri temporis, videtur quòd post annum necessaria sit sententia, & sic post annum ante latam sententiam poterit purgare vitium, sicut si legata est optio infra tempus, post illud eligere possum, antequam mancipia distrahantur. ff. de opti. l. mancipiorum. ad hoc infra de præben. si tibi absenti. lib. 6. Dicebat Hostien. quòd per constitutionem Friderici. C. eod. authent. Gazaros. non videtur quòd sit necesse tales condemnari, cum ibi dicatur: ita quòd si sic per annum permanserint, eos tunc sicut hæreticos condemnamus. ergo sine aliqua sententia videtur illos esse damnatos. nec obstat secundum eum si dicas, quòd crimen hæresis sit de foro Ecclesiæ, quia dicta constitutio fuit non solum per Romanam Ecclesiam procurata, sed etiam approbata: & probatur hoc infra eod. vt Inquisitionis in prin. lib. 6.*

5 *Quærit hic Hostien. Quid si Ecclesia suspecto assignet terminum ad purgationem præstandam, nunquid per hoc sic videatur purgationem indixisse? quòd si non venerit, & hac de causa excommunicetur, & postea per annum expectatus sit contumax, debeat vt hereticus iudicari? Hanc quæstionem non puto dubiam, eo modo quo proponitur, infra eod. cum contumacia. lib. 6. dicebat autem, quosdam dicere, quòd sic, quia ex quo non venit, patet quòd per ipsum stetit quo minus purgatio indiceretur; vnde proinde est, ac si in dicta esset. arg. ff de reg. iur. ad ea. §. semper. & l iure ciuili. ff. de cond. & demon. iure ciuili & l. quibus diebus. quod non placet: quia aliud est tantum purgationem indicere, aliud ad purgandum terminum assignare, & aliud vtrunque facere: ita quòd si alterum tantum interueniat nunquã potest dici quòd in purgando contumax sit. Si enim terminus assignatur tantum, non potest dici quòd assignatur ad purgationem indictam, sed indicendam. infra de pur. cano. c. fi. in prin. si igitur non veniat, & si sit contumax in non veniendo, non tamen est cõtumax in non purgando: quia non potest dici contumax respectu purgationis indicendæ, cum adhuc non sit in rerum natura. arg. ff. de iur. codi. quidam referunt, supra de consti. cum accessissent. §. fi. Item si purgatio sit indicta, sed non sit terminus assignatus, de facili non potest comprehendi contumacia. arg. in eo quod legitur & not. supra de off. ord. irrefragabili. §. excessus. nisi dicas intelligendum esse, quòd statim purget se. arg. ff. de verb. obl. eum qui Calend. quod in hac materia durum esset sentire: igitur vtrunque requiritur, scilicet quòd terminus assignetur, & quòd purgatio indicatur. vnde & in prædicta constitutione, Gazaros. iungitur, ad mandatum Ecclesiæ, vel ad arbitrium episcopi. supra c. ad abolendam. §. qui autem, & hic temperatur pœna illius. & quòd ad hoc faciendum; terminus peremptorius assignetur. arg. ff. de iud. ad peremptorium, & l. sequentibus. supra de offi. deleg. consuluit. & probatur supra de re iudi. quòd ad consultationem, supra de coha. cle. & muli. c. pen. §. pen. & in fi. supra de simo. de hoc. & c. insinuatum.*

6 *Sed quid si dicat iudex: Volumus, decernimus, & mandamus, quòd super tali suspicione te purges ad nostrum arbitrium, & ad hanc purgationem præstandam, tibi talem terminum peremptorium assignamus, in quo nisi veneris, & dictam purgationem præstiteris, contra te quantum de iure poterimus, procedemus: & ipso non veniente excommunicatur, nec dictam purgationem vt citatus erat præstitit? Hic locum potest habere iste §. nisi citatus reputans se grauatum à tali mandato, ex iusta causa expressa duxerit appellandum. supra de appel. præterea, eod. tit. cordi. lib. 6. supra de re iud. quod ad consultationem, quem tamen si Ecclesia velit excludere, indicat purgationem declaratam, & bene formatam tali contumaci, quamuis absenti; ad quam præstandam, iterum assignet ei diem peremptorium, in quo nisi venerit, excommunicet ipsum, quia purgationem sibi indictam non præstitit. & sic omnino locus est huic §. nec contumax audietur appellans. 2. quæst. 6. §. sunt quorum.*

7 *Nec mireris, quòd dixi absenti. & cõtumaci purgationem determinatam, & specificatam indici posse, cui tamen forsan non indiceretur si præsens esset rationibus suis auditis: nam idem est & de sententia diffinitiua, quæ plerunque datur contra absentem cõtumacem, & tamen forte non daretur contra præsentem, & de iure suo docentem, vt patet C. de iudic. properandum. de elect. statuimus. infra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cum qui. lib. 6.*

8 *Hoc enim contumacia operatur: quæ vt supra not. possessionem, & proprietatem rei aufert, et probationem sufficientem inducit, ac omnem exceptionem, & defensionem excludit. & adde quod not. infra de pur. cano. nos inter alios. & c. inter sollicitudines. §. fi. & de pœnis. c. fi.*

5. Moneantur.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum de extirpandis hæreticis cur hodie non præstetur.
2 In quibus terris locum habeat huius cap. definitio.
3 Requirendi domini temporales ut præstẽt hoc iuramentum.
4 Fidei causas prælatus cũ suffraganeis tractet, & quare, & qualiter.
5 Excõmunicatus in vna Ecclesia, in omnibus est excommunicatus.
6 Negotia fidei vt hic cur Pontifici summo nũtianda.
7 Episcopus bona subditi rebellis Ecclesiæ, post annum expectati concedere potest catholicis occupanda.
8 Rebelles Ecclesiæ inuadendi, & eorum bona occupanda.
9 Cum bona rebellium conceduntur occupanda, quid de mobilibus, immobilibus & feudalibus? & num. 11.
10 In bello iusto omnia accepta fiunt iuste pugnantium.

11 Et

11 Et quid de bonis feudalibus.
12 De rege Aragonum notatu digna.

MOneantur.] *Iuramentum dominorum temporalium contra hæreticos.*

1 Iuramentum.] *si hodie hoc iuramentum non præstetur, negligentia episcoporum est in causa; quæ illis in hac parte multum est verenda. simile de treug. & pace, cap. 1.*

2 *Posset etiam dici secundum Hosti. hic, quòd hic dicitur locum habere tantum in prouincijs, uel terris infamatis de habitatione hæreticorum. ad hoc infra §. adijcimus.* Exterminare. *idem verbum in §. sequen. & vide quod dixi in clemen. de iureiur. Romani, § porro. in princip.* Perpetuam. *not. ad ea, quæ dixi supra de iudi. c. fin. tamen forte hoc dictum fuit propter comitatus, ducatus, principatus, in quibus succedunt filij. supra de voto. licet. secundum Hostien.*

† Authẽ. statuimus. C. de epi. audient. Eym. 3. p. q. 33.

3 Teneatur.] *si requiratur.* † *ad hoc infra. §. 1. in prin.* Si vero dominus. *pœna dominorum non purgantium terram suam de hæresi.*

4 Comprouinciales.] *& in prouinciali concilio. supra tit. 1. cum sit nimis. de præben. graue. & habet hoc locum si ille sit rex, vel magnus princeps, qui possit illi equiparari, vt si sub se habet Metropolitanum, & suffraganeos. 6. quæst. 3. scitote. 3. quæst. 6. non liceat. & cap. vnaquæque - sunt enim talia gravia ratione personæ, vel rei de quibus agitur, in concilio tractanda, in authen. de sanc. Episcopis. vt autem omnis. colum. 5. coll. 9. & 18. distinct. propter 1. & 2. & quod dicitur supra eod. ad abolendã. solum Episcopum hoc posse verum est, nisi propter scandalum, vel grauitatem negotij oporteat ceteros episcopos conuocari; aliàs solus episcopus excommunicat, & vicini illum euitant ad eius requisitionem, de rapt. c. 1.*

5 *Nec potest quis excommunicatus esse in una Ecclesia, quin sit excommunicatus in alijs. 4. q. 5. cap. vno. secundum Hostien. vbi de hoc. & 18. distinct. placuit. quod facit in contrarium. & 53. distinct. si quis.*

6 Pontifici.] *ratione grauitatis negotij. & grauis pœnæ infligendæ.* Ex tunc. *scilicet lapso anno. sed possent & metropolitani cum prouinciali concilio, contra istum quasi suspectum seruare, quod dicitur supra eod. §. qui autem.* Exponat. *mandando prædicari crucem, quod alius facere non posset, vt dicam infra §. catholici. super 1. glo.*

7 *Putat tamen Hostien. quòd diœcesanus, bona subditi excommunicati, & rebellis, & per annum expectati, posset exponere. infra de homicid. pro humani. versi. sitque cum suis. quod sic probat: certum est quòd potest hoc de persona clerici incorrigibilis, non solum in hoc crimine, sed in alijs, ut patet de iudic. cum non ab homine. de verb. signifi. nouimus. si potest de persona clerici. fortius & laici; & si de persona, fortius de rebus. argum. 12. quæst. 1. præcipimus. de dona. inter virum & vxo. cap. penult. de deci. ex parte 3. generaliter enim in res, & in personas inuocat Ecclesia brachium sæculare. infra de homic. postulasti. de cle. excom. cap. 2.* Exterminatis. *quasi extra terminos, & fines ciectis.*

8 Possideant. *Et sic inuadendi sunt rebelles, & ipsorum bona auctoritate Ecclesiæ per alios catholicos occupanda. 23. quæst. vlt. §. his ita. & cap. seq. 2. q. 5. §. ipsis autem. & cap. si apud carnales. cum cap. seq. hoc autem agentes, dicuntur diligentissimi rectores, & pij consultores, ead. q. si vos. sunt etiã tales necandi, & ciuitates cremandæ. ea. q. si audieris. Et temporalis dominus, qui negligit, plectendus est. ea. causa. q. 2. dominus. 3. quæs. 7. qui sine. in authen. vt dif. iu. §. penul. & vlt. coll. 9. secundum Host.* Fidei. *alias fideli.* Saluo iure. *not. pro protestatione.* Principalis. *à quo dominium illud tenebatur.*

9 *Et sic immobilia sunt prioris domini. ff. de capt. & postli. reuer. si captiuus. mobilia fiunt occupantium. eod. tit. l. antepen. ff. de acq. re. do. transfuga. C. de capt. l. ab hostib.*

10 *Vel dic; quòd vbi inter Christianos ex vna parte est iustum bellum: ex altera iniustũ, iuste pugnans omnia occupata sua facit, quæ tamen ab alio in feudum non tenentur. ff. de capt. l. 5. §. in pace. de acqu. rerum do. naturalem. §. fi. 23. q. 5. dicat. & q. 7. si de rebus.*

11 *Sed & feudalia occupare possunt, saluo iure domini innocentis, vt hic; vbi vero infideles, vel Christiani iniuste pugnantes bona immobilia iuste pugnãtium occupant, & postea recuperantur, ad antiquũ dominum reuertuntur, vt in d. l. si captiuus. & de hoc supra de iureiur. sicut 2. & de homicid. pro humani. ibi, diffidatus. lib. 6. secundum Hostien. hæc autem clausula cessat, vbi non est principalis dominus secundum eum.*

12 Obstaculum.] *præcedens littera facere videtur pro rege Aragonum, vt sibi non præiudicet occupatio facta per regem Francorũ de comitatu Tholosano ad mandatum Ecclesiæ: sed ista littera est contra eum, quia impedimentum præstitit Gallicis occupantibus terram. secundum Abbatem.*

Lege.] *de qua dictum est supra vsque ad versic. saluo.*

6. Catholici.

SVMMARIVM.

1 De prælato crucesignato obligante fructus ad triennium.
2 Indulgentia crucesignatorum.
3 Crucesignati etiam tempore pacis gaudent priuilegio.

CAtholici.] *Indulgentia crucesignatorum contra hæreticos.*

1 *Et quod hic not. Vincen. de prælato crucesignato. qui obligauit fructus ad triennium, vide ne prælat. vicesc. cap. vlt. super glos. 2. infra hoc not. reliqua vide ad litteram in Specu. eod. tit. §. in fauorem, vsque ad fi. scilicet an recipiat manualia, & an debeat tenere vicarium.*

2 Conceduntur.] *habent remissionem* † *peccatorum, et præter id plura alia, quæ habentur supra tit. 1. ad liberandam. in parte decisa, quam ibi posui, & glossaui.*

† Eyme. 3. p. q. 129.

3 *Interpretatur autem consuetudo, etiam per reli-*

M gioſos.

giosos Inquisitores inducta, quod etiam tempore pacis Ecclesiæ, et quo non restat hæreticorum perfidia, vel potentia, vel incastellatio, datur cōtra hereticos signum crucis, & sic cruciati priuilegio, de quo hic loquitur, volunt vti.

§. Credentes.

SVMMARIVM.

1 Pœnę credentium, &c. & num. seq.
2 Satisfactio pro hæresi in quo consistat.
3 Satisfactio etiam de accessorijs fiat.
4 Verba cōstitutionis Friderici Imp. de Patarenis, & eorum pœnis.
5 Premium fautoris hæreticum reuelantis.
6 Excommunicatus non habet vocem eligēdi.
7 Nepos damnati de hæresi, an posit eligere.
8 Excommunicatus, an testabilis.
9 Fautores &c. hæreticorum non succedunt ex testamento, nec ab intestato.
10 Sententia lata per iudicem priuatum, de quo hic, etiam inter ignorantes nulla.
11 Verba textus: & in similibus, explicata. & §. Volumus. num. 8.
12 Communicare cum excommunicato nō denuntiato, quale peccatum.
13 Clerici sacramenta hereticis, aut sepulturam exhibentes, ipso iure excommunicati.
14 Celebrantes diuina coram excommunicatis, sunt excommunicati.
15 Et fiunt irregulares.
16 Clerici grauius quàm laici, & religiosi grauius clericis puniuntur.
17 Aliquibus de communitate delinquentibus, an communitas amittat priuilegia.

CRedentes.
1 *Pœna credentium, receptatorum, & fautorum.* Talium. *scilicet receptatorum* †, *defensorum, & fautorum: credentes enim omnino sunt damnati. infra cap. penult. in fin. Hostien. quod dic vt ibi dicam.* Satisfacere. *sic supra. §. qui autem. & infra. §. 1.*

Eymeri. hac 2.par. q. 50. & seq.

2 *Consistit autem in hoc satisfactio, quòd abiuret heresim, purget se, si tantū est suspectus, infra §. adijcimus. & si alia causa notoria excommunicatus sit, restituere debet percepta, & quæ percipi potuerūt, arg. de restit. spol. grauis, & quæ ex occupatione aliqua, si forsan illam fecerant, peruenerunt. supra de iureiur. sicut. vel ex officio vsurpato. damnato, vel si bi interdicto. supra titulo 1. cum sit. idem ergo & de his, quæ ratione participationis ad eum peruenerunt. arg. dictorum iurium. & supra eod. ad abolendam. §. 1. in fi.*

3 *Tenetur enim satisfacere de accessorijs, & sequelis hic, sicut de ipsa offensa, secundum Hostien. ad hoc de verb. sign. ex parte. infra de reg. iur. accessorium. lib. 6.*

Contempserit.] *supplet Hostien. si laicus fuerit, quia de clerico prouidetur. infra versic. si vero clericus.*

4 Infamis.] *secunda pœna. in officio Inquisitorum habetur talis constitutio Federici:* Patarenorum receptatores, & complices, & quocumque modo fautores, qui vt à pœna alios posint eximere, de se velut improuidi non formidant, publicatis bonis omnibus, relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur.

5 Si tamen † aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium, quam agnouit, famæ pristinæ, de imperiali clementia, restitutionis beneficium integrum consequatur.

† Eaciunt tradita p Alfonsum Cas. lib. 2. c. 26. de iu. hæret. pun. & per Gigā. de cri lę. maies. li. 5. p. vl. q 6.

Nec ad publica.] *3. pœna, quæ locum habet etiā in excommunicato, de procur. c. fi. Hostien.*

6 Ad eligendos.] *4. pœna. & idem etiam in excommunicato ac suspenso, supra de consuet. cum dilectus. de elec. illa. Et not. quòd ponit hæc vt diuersa.*

7 *Per quod videtur, quòd nepos damnati, licet non posit habere ecclesiasticum beneficium, uel publicum officium, vt infra eod. c. 2. lib. 6. eligere tamen possit ad illa.* Ad testimonium. *5. pœna. & idem in excommunicato. supra de testi. veniens. 2. §. fi.*

8 Intestabilis,] *6. pœna, de qua secundum Hostien. an in excommuuicato † locum habeat, not. de except. pia. de senten. excomm. decernimus. lib. 6. & ibi plene seper vlt. glos. dixi.* Hæreditatis. *7. pœna.*

† Ant. Gabr. lib. 4. cōmu. opin. cōcl.

9 Accedat.] *ex testamento, vel ab intestato, licet aliud innuatur in parte. in authent. vt cum. de appel. cog. §. generalem. & sequentibus. coll. 7. sed corrigitur in illa parte, supra eodem vergentis. Hostien.* Nullus. *8. pœna. quæ in quolibet excommunicato locum habet. supra de iudic. intelleximus.* Quòd si forte. *9. pœna. & idem in excommunicato notorio. supra de re iud. ad probandum. saluo eo quod habes infra eod. prędidentes. lib. 6.*

10 Sententia.] *lata etiam inter eos, qui ignorabant eum talem, secundum Io. cum sit lata à non iudice. alleg. in contrarium. 3. q. 7. §. tria. in princip.* Nec causæ. *10. pœna. quę sequitur ex proxima.* Si fuerit. *11. pœna. & idem in excommunicato. aliàs, infra de senten, excommu. decernimus.* Si tabellio. *12. pœna. quæ in aliàs excommunicato vēdicat sibi locum. 3. q. 4. nullus. Hostien. qui de ceteris pœnis per vtrunque ius contra hereticos promulgatis, remittit ad sum. eod. tit. §. qua pœna feriatur receptator, defensor, vel fautor. Hostien.*

11 In similibus.] *potest facere comparationem ad similia officia, & ad similes personas, vt dicam super gloss. proxi.* Deponatur. *vltra pœnas prædictas, & additur hæc propter rationem, quæ sequitur.* Si qui autem. *pœna illorum, qui talibus communicant.* Tales. *scilicet credentes, receptatores, et fautores.*

12 Denotati.] *arg. quòd communicare excommunicato non denunciato, sit veniale, post denunciationem mortale. de hoc supra quòd met. causa, sacris. de cler. excom. c. fi.* Percellantur. *per sententiam, vel ipso iure, si intelligas de minori, vel de participatione in crimine.* Sepulturæ. *de hoc hic hodie, vt infra eod. c. 2. 1. respon. lib. 6.*

13 Alioquin.

13 Alioquin.] *supple secundum Hostien. excommunicati sunt clerici ipso iure, cum censeantur fautores, & cum per Papam tales ter excommunicentur in anno.*

14 *Celebrantes autem diuina coram excommunicatis, à Papa excommunicati sunt. infra de sent. excom significauit. quod intelligas, vt ibi dicam.*

15 *Restat, q̄ si sic excommunicati celebrant, & sacramenta interdicta in anno ministrent, irregularitatem incurrunt. infra de cler. excomm. mi. c. 1. & 2. & c. postulastis.* Regulares. *supple, caueant à prędictis etiam hic.*

16 *Ac si diceret, si clerici grauius puniuntur quàm laici, quia grauius peccant; si religiosi, grauius quàm clerici: & ideo grauius puniuntur. ad hoc infra eod. accusatus. ad fi. lib. 6.*

17 Vt eorum.] *si omnes, vel maior pars deliquerint, planum est: aliàs contra; de his quæ fin. à maior. par. cap. quæsiuit; vel dic, quòd hoc est speciale propter immanitatem criminis. sicut & aliàs. supra eo. vergentis. de offi. archi. ea quę. Hostien.*

Diœcesi.] *simile infra de priuil. tuarum. de excess. prelat. illud.*

§. Quia vero.

SVMMARIVM.

1 Prohibitio prędicandi absque superioris auctoritate.
2 Episcopi auctoritate ordinaria possunt vbiq; prædicare.
3 Et an posint in aliena diœcesi à prędicando prohiberi.
4 Episcopus in aliena diœcesi non concedit indulgentiam.
5 Et quæ sit differentiæ ratio cur prędicet, sed indulgentias non concedat.
6 Abbates non, sed episcopi soli, concedunt facultatem prædicandi.
7 An quiuis curatus posit concedere facultatem Missam celebrandi in sua ecclesia.
8 Quilibet curatus concedit facultatem prædicandi idoneis & approbatis.
9 Priuatim facta magis suspecta.
10 Quis dicatur officium prędicationis vsurpare.

QVia vero.]
1 *Prohibitio prędicationis, absque superioris auctoritate.* Ait. *2. ad Tim. 3. a.* Dicat. *ad Rom. 10.*

2 Non misi.] *hoc dicit secundum Hostien. quia sunt quidam missi per vniuersum orbem ordinarij, sicut episcopi, qui habēt auctoritatem à Domino prędicandi per vniuersum orbem Euangeliū omni creaturę, Matth. vlt. 21. dictinst. in nouo. & de talibus sacerdotibus, idest episcopis, potest intelligi. 16. q. 1. statuimus. & secundum hoc 19. dist. secundum.*

3 *Et hoc nisi prohibeantur ab eo cuius est diœcesis, 6. q. 3. scriptum. vel illud intelligitur de falce iurisdictionis, non prædicationis: cum enim missio episcopi, vt est dictum, probetur auctoritate diuina, non debet prohiberi, sed ubique recipi. ad hoc supra cap. proxi. versi. Ioannes. dum tamen caueat ab errore, aliàs contra. de purg. cano. inter sollicitudines. 40. distin. si Papa. maxime quia verbum Domini non est alligatum. 2. ad Timoth. 2. b. Dicit Hostiensis, quòd episcopus semper & vbique ad prędicandum admittitur, nisi prohibeatur ab illo, cuius diœcesim intrat: non prohibitus autem,*

4 *Licet prædicet in diœcesi aliena, non tamen dat indulgentiam, nisi de speciali Papæ licentia, vel episcopi loci, infra de pœnit. & remis. Quod autem.*

3 *Quę autem est ratio diuersitatis? quia per prędicationem non intelliguntur multum alieni limites vsurpari, nec paratur alicui graue prędiudicium, immo fit melior conditio diœcesani, & animarum sibi commissarum. 95. distinct. ecce. vnde videtur, eo inuito hoc fieri posse ff. de nego. gest. soluendo. ff de solu. l. soluere. & l. si debitor, sed hoc non procedit secundum eum, quia licet non fiat illi graue prędiudicium, tamen interest sua ne fiat ipso inuito, ne ipsius termini videantur occupari. arg. ff. de neg. ge. cum pecunia. in fi. ad hoc de vsu pal. ex tuarum. De non episcopis autem, dic vt sequitur.* Apostolica. *vt patet de Prędicatoribus, & Minoribus, in decret. Bonifa. super cathedram. innouata per concil. Vien. de sepult. dudum Benedic. quæ ad idem supra titulo 1. quàm sit.*

6 Episcopo loci.] *Non ergo licet abbati hanc auctoritatem dare, secundum Inno. argu. supra de præsum. nonne. & melius infra de exces. prælat. accedentibus.*

7 *Secus si Missam velit quis celebrare: quia illud potest concedere quilibet curatus, dummodo constet celebrare volentem esse presbyterum. supra de cleri. pereg. c. 3. secundum Inno. & est ratio secundum eum, quia in primo magis imminet periculum quàm in secundo, vt supra & infra c. proxi.*

8 *Vel dic, quòd si persona prædicare volens, sit notabilis, sicut magister in theologia, vel alius competens, & idoneus prædicator, vt per episcopū approbatus, & deputatus ad curam, ut sunt ecclesiarum prælati. uel alij quibus prædicare generaliter vel specialiter sit concessum. etiam quilibet curatus, hanc auctoritatem dare poterit secundum Inno. ad hoc supra de offic. ord. cum ab ecclesiarum. quod intelligit Hostien. casualiter, & in transitu; sed etiam episcopus hoc generaliter concedere potest per totam suam diœcesim. de off. ord. inter cetera. quod inferior non potest, vt hic.*

9 Priuatim.] *priuata magis est suspecta, supra cap. proxi.*

10 Vsurpare.] *vt patet ex his, quæ supra dixi: vsurpare intelligitur non missus per Papam, vel episcopum: vel non probans missionem per operationem miraculi, vel scripturæ testimonium, supra ca. proxi. vel probans missionem, prohibitus tamen ab eo, cuius est populus: nisi ipsa missio, superioris auctoritate approbaretur.* Præsumpserint. *supple, si moniti non resipuerint.* Quàm citius. *ad superioris arbitrium.*

M 2 §. Adii-

Universidad de Deusto
Biblioteca

§. Adiicimus.

SVMMARIVM.

1 Inueſtigandi hęretici.
2 De teſtibus in crimine hęreſis neceſſariis.
3 Verus intellectus huius cap.
4 Vita & moribus à fidelibus diſſidere, qualiter intelligendum.
5 Iurare recuſans, quare hic putandus hæreticus.

ADiicimus.] 1 *Vitatio, & perſecutio hæreticorum.* Honeſtas, *ſupra de offic.arch.c.1.de off.ord. inter cetera.* Semel. *ſupra de off.arch.mandamus.*

2 Tres vel plures.] *ſecundum quoſdam intendit hæc littera, quòd in crimine hæreſis requirantur neceſſario tres* † *teſtes ad minus, quaſi iſte ſit caſus ſpecialis, in quo non ſufficiunt duo, addendus ad nota tos, 2.q.4.in princip. cum videatur abſurdum, quem de tam graui crimine ad dicta duorum teſtium condemnari, maxime cum trucetur ordo defenſionis circa notitiam teſtium. infra c.ſi.lib.6. & ſic circa interrogatoria quæ dari ſolent, ſupra de teſt.per tuas. eod.tit. præſentium.lib.6.*

† Eyme.3.p. q.71.ubi dixi. Io.Rojas trac.de hęre. p.2.aſſer.4.

3 *Sed verus videtur, ideo de tribus hic dici, quia quanto pluribus committitur inquiſitio, tanto facilius fiet nuntiatio, non quòd omnes tres debeant nuntiare, ſed vnus ex tribus: nec tota vicinia, ſed vnus ex vicinia, & vide quod dixi poſt Inno. ſupra de ſimon. ſicut.* Viros. *ſimile ſupra de accuſa ſicut olim.* Conuenticula. *ſimile ſupra capit. proxim. in princip.*

4 Diſsidentes.] *vt quia laici non profeſſi portant habitum regularem; vel pone exemplum in his, quæ ſequuntur nuditatem totius corporis, vel partis, puta pedum. vel non conuiuunt hominibus, non viſitãt eccleſias. non audiunt verbum Dei non colunt Dominicam, forte colentes ſabbatum, ſine lumine etiam die clareſcente non comedunt, panis eſum abhorrẽt, die dormiunt, nocte vigilant: hęc & ſimilia diſſident à communi vita fidelium.* Purgauerint. *ſed in purgatione defecerint, vel quia iurare nolunt, vel alio modo: ſecus ſi negligunt. de hoc dixi ſupra §. qui autem.*

† Eyme.p.2. q.14.verſ.ter tius error. vbi dixi.

5 Si qui uero.] *pœna iurare* † *nolentium.* Obſtinatione damnabili. *hoc dicit propter religioſos, qui non rebelliter, ſed quadam honeſtate iurare renuntiant. de teſtii.nuper. de iureiuran. & ſi Chriſtus. ad fin. Si vero obſtinabiliter iurare renuunt, dicentes hoc mortale. habet locum quod hic dicitur, & ſunt tales de ſecta Valdenſium, qui omnino iurare renuunt. ſecundum Hoſtien. ſecundum quem iſtud eſt leue argumentum ad conuincendum hæreticum, de quo poteſt intelligi lex.2. C. de hæretic. vt dixi ſupra de præſump. litteras. ſuper gl. penult.*

§. Volumus.

SVMMARIVM.

1 Epiſcopi in hæreticos intendant, licet adſint Inquiſitores.
2 Vigilare dicuntur epiſcopi cũ hęreticos perſequuntur.
3 Epiſcopus negligens in perſequendis hęreticis, à ſolo Papa deponendus.
4 Neque hoc caſu contra epiſcopos procedũt Inquiſitores.
5 Male factores ſine receptatoribus diu non latent.
6 Crux ſine ſpeciali Papæ facultate prædicari non poteſt.
7 Qui conſanguineos receptant hæreticos, non puniuntur mitius.
8 Verba textus: *& in ſimilibus*: qualiter accipienda.
9 Officia, ſecundum diuerſas prouincias variantur.
10 Epiſcopus redeuntem ad Eccleſiam abſoluit à ſententia canonis.
11 An inferior Pontifice poſsit plene hęreticum reconciliare.

VOlumus.] *pœna epiſcoporum non perſequentium hæreticos.*

1 Euigilent. †] *etiam ſi per ſedem apoſtolicã ſint Inquiſitores in prouincia, vel diœceſi deputati, infra eod. per hoc.lib.6.*

† Conr. Brunus lib.4. de hæret.c.1. & lib.6.c.1.

2 *Et tunc erunt paſtores, ſuper gregem ſuum vigilãtes, Luc.2. ſecundum Hoſtien. qui remit. de offic. archid. cap. fin.*

3 Negligens.] *in aliis reprobanda, ſed hoc caſu deteſtanda negligentia Epiſcopi.* Deponatur. *tamen à ſolo Papa.*

4 *Vnde nec hoc caſu procedunt Inquiſitores contra Epiſcopos* †, *infra eod. Inquiſitores.lib.6.* Et poſſit. *de cler. non reſi. quia nonnulli. & ca. relatum.* Glo. videtur hic. *ſignat contrarium de dec. litteras. & ſoluit. iterum ſignat contrarium. de cauſis conuenientibus, & ſoluit.* Glo. arg. quod. *arguit & ſignat contrarium.* In glo. arg. quod ibi ſancimus. *vide in cap. prox. alleg. ſuper vlt. glo.* Et ibi, ſi quis ſuo. *reuocatur lex, quæ permittebat propter odium paternum per matrem filium exhæredari.* In glo. ſine quibus ibi:

† Eymericus 3. par. q.27. vbi dixi.

5 Congruit.] *præſes debet receptatores coercere, ſine quibus latrones diu eſſe non poſſunt.* Et ibi. l.1. *vide de fur. qui cum fure. ſuper vlt. glo.* Et ibi l.1. *qui occultat, vel ſociat criminis reum, pari pœna punitur.* In glo. vlti. ibi. §.1. *vide de calum. c.2. in gloſ.2.* In gloſſ. hęc omnia. *ſola prima concor. facit ad propoſitum. aliæ melius adaptantur ad ſim. ſecundæ gloſſ. & l. ſcientiam. vide ſupra c.2. ſuper 1. glo. l. quid ergo. §.1. dicit, quòd pater qui patitur filium, vel filiam conſtituere binas nuptias, notatur, quia conſtituiſſe videtur.* In glo. pen. ibi. §. in poteſtate. *loquitur in conuento noxali, qui non vult iurare ſeruum in ſui poteſtate non eſſe: nec ſe dolo feciſſe, quo minus eſſet.* In glo. vlt. ibi indicia. *vide de proba. tertio. ſuper vlti. glo.* In glo. 1. in fi. *iſta enim conſtitutio immediate ſequebatur illas, & fuit tertia, vt dixi. ſupra de accuſa. ſicut.* In gloſ. videtur hic. ibi, violentiſsima. *idem not. ſupra de ſimo. iuſinuatum.* & ibi annus. *de hoc ſupra de do-*

&

& contu. veritatis. & ibi, ut ibi. *de hoc 24. q.3. dixit Apoſtolus*, & in fin. *vel eius contumacia infra eod. cum contumacia. lib.6.* In gl. argu. quòd propter. in fin. *illud ſpeciale, & vide quod not. in præ. c. queſtuit. in vlt. glo. cum ſuis remiſ.* In gl. arg. quod auctoritate. in fi.

6 *Crux tamen prædicari non poteſt ſine ſpeciali Papę licentia, ſicut nec ipſius votum redimi, ſupra, de voto, quòd ſuper. & c. ſeq. ille ergo iudicat, qui poteſt ſoluere. arg. de reg. iur. c.1. de mai. & obed. cum inferior. ſecunda ratio, quia proprie, & principaliter ad Papam ſpectat reſpondere de fide, & per conſequens eius acceſſoria expedire. 24.q.1. quotiens. Tertia ſit, quãtitas indulgentiæ, de qua ſequitur, quã nullus facere poteſt, niſi ſolus Papa: remittit tamẽ Hoſtien. ad ſum. de voto. §. in quo caſu. & à quo crux.*

† Zanch. de hær. c.4.n.3. & ca.6.nu.2. vbi Campe. Io.Rojas in gnl.171. Gigas de crim. læ.ma.lib.3. p.vlt.q.10.

7 In glo. ſine quibus ibi, conſanguinei. *in quibus tamen temperaretur pœna extra iſtud* † *crimen, ff. de excep.l.2. ſed non in iſto, ſecundum Lau.* In glo. ſic ſupra ibi, exceptionem. *de hoc infra de ſenten. excom. decernimus.*

8 In glo. damnentur. & ibi, ſimilibus.] *vt ſic comprehendat omnia publica officia cuiuſcunque nominis, quę nec nominari poſſent, ff. de præſcription. verb.l.4.*

9 *Et variantur per diuerſas prouincias: nec de nomine curandum. ſupra de procur. petitio. & omnes actus legitimos, vt ſupra gloſſ. proxi. poteſt etiam per illud verbum fieri comparatio ad perſonas ſimiles, ſicut ſunt ſchiſmatici, & notorii excommunicati. ſecundum Hoſt.* & in fi. *immo dic, vt infra de reſcri. c.1. lib.6.*

10 In gl. hoc reſeruat ibi; ipſum eccleſiæ.] *ſecundum Ioan. & ipſum abſoluere. quod videtur verum ſecundum Hoſtien. quo ad ſententiam canonis: ſecus de ſententia oris Papæ, quam profert ter in anno, à qua non videtur quòd inferior à Papa poſſit abſolure, de ma. & obed. cum inferior.*

11 *Ex quo ſequitur, quòd nullus poteſt ad plenum reconciliare hæreticum ſine ſpeciali Papæ licentia, quod eſt notatu dignum, ſecundum Hoſtien. niſi dicas, ſententiam oris Papę eſſe canonem generalem; à quo poſſit inferior abſoluere, ex quo Papa non reſeruat. de ſenten. excom. nuper. & adde ſecundum eum, quod not. de priuil. ad hoc de ſenten. excomm à nobis. 2. verſic. vt autem. & quod dixi ſupra titu. 1. quod olim ſuper glo. 2. & quod dicam eodem titu. vt officium, lib. 6. in princ.* In gl. arg. quòd ibi calumniæ. *dic vt ſupra, de iuram. calum. imperatorum.*

c. Sicut in vno.

SVMMARIVM.

1 Laici cuiuſuis profeſsionis non prædicent.
2 Quales actus ſpirituales laicis interdicantur.
3 Et quales eiſdem permittantur.
4 Qualiter vitia pro virtutibus capiantur, pulchris exemplis oſtenſum.

SIcut.] 1 *Laici cuiuſcunque ſint profeſsionis prædicare non debent.* Et infra. *hic deciſum habes ſupra eo. cum ex inimicto. verſi. ſicut enim.*

2 Laici.] *Dicit Gof. quòd bi ſpirituales actus interdicuntur laicis: ſcilicet prædicare, vt hic, & in concor. decimas recipere, 16.q.vlt. decimas. Item oblationes. 10.q.1. quia. & cap. ſanctorum. item cognitio cauſarum eccleſiaſticarum, de iudi. ca.2. & 3. recipere compromiſſum de re ſpirituali. de arbi. contingit. Eligere, de elect. quiſquis, & c. ſacroſancta. recipere reſignationem beneficij à clerico, de renunc. quòd in dubijs. dare inueſtituram, 16 q.vlt. ſi quis deinceps.*

3 *Suſtinentur tamen de gratia in iure patronatus, quod in ſpirituali eſt. de iu. pat. quoniam. & vt partes ſuas interponat electioni tractandę, eo.tit. nobis. vide plenius hos caſus poſt Hoſtien. in prę. decr. cõtingit. de arbi. in vlt. gloſſ.*

Verendum.] *ideſt, timendum, vel cauendum; quandoque ponitur pro verecundia, 8.q.1. vereor.* Subintrent. *quaſi inter bona & ſancta verba occulte ſeminata per tales.* Doctorum. *ideſt Prædicatorum ad propoſitum.* Ordinis. *ideſt profeſsionis, vel habitus.* In 1. glo. ibi. l. ubi. *vide hanc & ſeq. de elect. cum in iure. ſuper 1. gloſſ.*

4 In glo. 1. ibi Sæpe uitia.] *vltra 4. exempla, quę dat ille canon, dicens quòd tenacia, parſimonia; effuſio, largitas; crudelitas, zelus iuſtitię; & remiſſio, pietas vult videri. Seneca. 43. ad Lucillum addit; temeritas ſub titulo fortitudinis latet: moderatio uocatur ignauia: pro cauto, timidus accipitur: in his magno periculo erramus. Et an idem videas valde pulchre in Hiero. de homine perfecto. §. ibi, ecce. Iniuriam feciſſe virtutis eſt: aliena poſſidere potentię, &c. Et quomodo quandoque realiter vitia vertuntur in vſum virtutum, vide Grego. ſuper Iob. 2. ca. vbi exemplificat de ira, ſuperbia, & fortitudine.* Et ibi Iſa. 6. *cap.* & ibi, mitte. *in hoc facit ad propoſitum, aliàs videretur facere contra. quia ſe obtulit: ſed non obtulit ſe prædicationi, ſed miſſioni.* In gloſ. vlt. ibi: ad hoc. *quod intelligas, vt ibi not.* & ibi, ordinis. *ideſt profeſsionis.*

c. Excommunicamus 2.

SVMMARIVM.

1 Paupertas non eſt de genere malorum.
2 Hęreticorum appellationes vnde.
3 Hęretici per iudicem ſęcularem non damnandi.
4 Nomine eccleſiæ hic Epiſcopus & Inquiſitores accipiendi.
5 Pœna carceris perpetui poteſt per Inquiſitores mitigari.
6 Falſo accuſans & deſiſtens, in crimine hæreſis an euitet pœnam talionis.
7 Credentes hęreticorum ſunt in duplici genere.
8 Hodie credentes non excommunicãtur, cum ipſo iure ſint damnati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

XCommunicamus 2.] 1 Pauperes.] *paupertas non est de genere malorum.* 15.q.1.*illa.* 2 Arnaldistas.] *forte isti sic dicuntur à nominibus adinuenientium istas sectas: sicut Donatistæ, à Donato: Dulcinistæ nostri temporis à Dulcino.* Diuersas. 24.*quæst.* 3.*cap. penult.*

3 Ecclesiam.] *non per iudicem secularem, cum sit crimen ecclesiasticum, infra eod. vt inquisitionis.* §. *prohibemus. lib.* 6.

4 *Et appellatione ecclesiæ, intellige diœcesanum, et Inquisitores, si sunt in loco deputati per Papam: alter enim sine altero damnare non potest, quod dic vt in cle. eod. tit. multorum.* Degradatis. *per episcopos suos, etiã non adiunctis sibi alijs episcopis, quod dic, vt infra eo. c.* 1. *lib.* 6.

5 Detrudantur.] *mitigari tamen & mutari potest hæc pœna per Inquisitores: quod dic, vt infra c. vt cõmissi. versi. & illorum. lib.* 6.

† De hoc articulo dixi copiose infra p. 3. super 1. modo procedẽdi in cã fidei per accusationem

6 *Sed dubitatur* † *circa pœnam talionis, an possit accusans & desistens per pœnitentiam euitare pœnã talionis, sicut & ipse de hæresi accusatus, & conuictus potest. Et dicit Iacobus de Arena. C. de accusa. l. fin. quòd non, dicens sic obtentum: nam speciale est in crimine hæresis, quòd licet pœnitere vt hic: sed accusans non tenetur de hæresi, sed de calumnia, in quo crimine statutum non est per pœnitẽtiam vitari pœnam, & facit quod not. C. de quæstio. l. penult.*

7 Erroribus.] *hæretici ergo sunt, ex quo credunt errores. Sed sunt alij, qui credunt hæreticos bonos esse, & de talibus credentibus, qui aliàs fidem catholicam tenent, agitur supra eo. excommunicamus.* §. *credentes. secundum Abb. Ad hoc infra eod. tit. accusatus.* §. *si vero. in prin. lib.* 6. *Dicit Hostien.*

8 *Hodie credentes non excommunicantur, nec suspenduntur, sicut receptatores, & defensores; licet olim secus esset, etiam tempore concilij. supra eod. excommunicamus.* §. *credentes. et hoc ideo, quia dãnati sunt, vt hic patet.*

Glos. 2. quærit, soluit, solutioni obijcit, & respondet. In gloss. 2. ibi, supplicio. *nam igne cremantur: de hoc dixi supra eod. ad abolendam.* §. *laicus.* & ibi, docere. *ad hoc, infra de priuil. super specula.* & ibi: intelligitur. *Idem not.* 26. *quæst.* 5. *aliquanti.* & in fin. *remittit Hostien. ad ea quę not. supra in summa eodem titulo.* §. *quæ pœna.* In gloss. ult. ibi damus. *dic vt infra eod. super eo. lib.* 6.

c. Absolutos.

SVMMARIVM.

1 Domino in hæresim labente, subditi quicunque à fidelitate liberantur.

2 Vxor an recedere possit à marito excommunicato vel hæretico.

3 Filij hæreticorum absoluti à patria potestate.

4 An Dominus reconciliatus fidelitates amissas recuperet.

ABsolutos.] Domini.] *de hoc supra de simo. ex diligenti. infra de regiur. cap. fin.*

† Alfonsus Castrus lib. 2. de iusta hęreticorum punitione. c. 7.

1 Obsequij.] *dicit hoc Gof. quòd familiares* †, *serui, liberti, mercenarij sunt etiam absoluti. non obst.* 11. *quæst.* 3. *quoniam. infra de senten. excomm. inter alia, quę loquuntur in excommunicato non hæretico.*

2 *Vxor autem non recedat ab excommunicato, vt ibi. ab hæretico sic.* 28. *quæst.* 1. *sic enim.* Manifeste. *secus si occulte, supra de simo. sicut nobis. in fine, cum suis concor. Phi. tamen dicebat, idem si occultę, dummodo probari possit: si intellexit probari possit, & sic probatum: tunc procederet eius dictũ, de verb. sig. cum olim.*

3 Astricti.] *absoluti sunt etiam filij à patria potestate: quod dic vt infra c.* 2, *in fi. lib.* 6.

Gloss. 2. *respondet per quæstionem.* In gloss. 2. ibi, cum quis. 1. respon. *si stipulatus sum mihi aut Titio dari, Titio tunc rectè solui potest, si in eodem statu manserit, in quo erat tempore stipulationis.*

4 Gloss. 1. ibi, ipso iure.] *olim non erat sic expressum, secundum Hostien. qui quærit, an si talis reconcilietur, ipso iure fidelitates recuperet, quod videtur. argum. ç. de sent. pas. & re. l.* 1. *& vlti.* 2. *quæst.* 3. §. *notandum. in fin. dicit contra secundum eum, sicut nec recuperaret, si fuissent vassalli sententialiter absoluti. argum. supra de diuor. de illa: secus si ad tempus lata esset sententia, scilicet quamdiu. & c. de pœn. cap. vlt. in fin. nam per absolutionem tunc excommunicatus recuperat hæc iura. facit quod dixi de vit. & honest. cler. cap. fin. secundum eum: huic solutioni concordat Abbas per decre. supra cod. vergentis, contra supra de elect. quia diligentia. vide quod ibi dixi super gloss. fin. Dicebat hic Abb. post Vinc. q. illud in ecclesia, hoc in priuato.*

Et ibi, lapsi.] *facit quod not.* 11. *quæst.* 3. *Iulianus.* In gloss. 2. in fin. *adde quod not.* 15. *q.* 6, *nos sanctorum. & quod dixi de dol. & contu. veritatis. Hostien. remittit ad summam. de sent. excom.* §. *fin. versi. quid si teneor sacramento.*

10.

GLOSSA

GLOSSA ORDINARIA
IOANNIS AND. SVPER SEXTO LIBRO
DECRETALIVM TIT. DE HÆRETICIS.

Cap. I. supra fol. 104.

† Vide quæ scripsim' in fra p. 3. in no no mõ processum fidei terminandi.

OVoniam.] *incipiebat: Esi contra. Et bene de medietate decurata est.*

Canonibus.] 15. *q.* 7. *si quis timidus. & duobus* 1 *cap. sequentibus. & debent* † *esse sex in degradatione presbyteri, & tres in degradatione diaconi. Et idem in subdiacono videtur, vt supra de seruis non ord. miramur.*

Facili.] *Bene est possibile, sed non facile: lex. n. debet esse possibilis.* 4. *dist. erit autem.*

† Hodie stãdũ est decreto cõci. Trisef. 23. de reform. c. 4.

Pro hęresi.] *in alijs igitur criminibus, si immineret degradatio facienda, seruentur antiqua iura:* † *quia in hoc crimine hoc introductum est speciale. Ad idem infra eo. in fidei.*

Relinquendus.] *quod dic vt supra de ver. sig. nouimus. & infra de pœn c.* 2.

Immurandus.] *supra eod. excõmunicamus* 2. *in fi. & infra eo accusatus. in fin. & c. vt commissi. ver. & illorum. Ioan. And.*

Solus episcopus] *excludit episcopos, nõ capitulũ suum. ad idem* 15. *q.* 7. *si autem. &* §. *seq. & c. episcopus.* 18. *q.* 2. *c. nullam.*

Cap. II. supra fol 104.

QVicumque.]

Scienter.] *Ignorantia ergo probabilis bene illos excusat, supra de cler. excomm. minist. Apostolicæ.*

Sepulturę.] *Sic & manifesti vsurarij non tradũtur sepulturæ, supra de vsur. quia in omnibus. & qui moriuntur in torneamentis, supra de torne. cap.* 1. *& de hoc de sepul. ex parte. in vltima gloss. Dicitur autem sepultura multis modis, ut not.* 13. *q.* 2. §. *item quæritur. & supra de sepul. cap. pen.*

Vsque.] *hic licet satisfaciant, sequi debet absolutio, vt patet per istud quod sequitur.*

Propriis manibus.] *Nota casum, q. possum per me, quod non possum per alium. de hoc dixi infra de reg iur. potest. sicut enim exhibuerunt membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem, sic exhibere debẽt illa seruire iustitię ad iustitiam, sicut dicit Apostolus ad Rom.* 6. *c. & sunt hæc verba in canone.* 47. *distinct. omnes huius.*

Publice.] *quia quę publice peccantur, publice emendentur. de pœn. & remis. c.* 1.

Extumulent.] *hoc verum intelligo, quando ossa ipsorum possunt ab ossibus aliorum discerni, aliàs secus, supra de sepul. sacris.*

† Ioã Rojas sing. 102. Gõ diff. de hæte. q. 22. nu. 5.

Locus..] *punitur res inanimata* †: *sic supra de pœn. in quibusdam. supra de electione, ubi periculum.* §. *ciuitas. & infra de pœn. c. vlt. in fine.* 15. *q.* 1. *mulier.*

Laicæ.] *Forte intellexerunt de laico ad modum vltramontanorum, qui illitteratos laicos vocant, & litteratos clericos vocant.* 88. *distin. c. inutile. quid enim est dicere, quòd ruralis* 1 *clericus disputando de fide non incidat in hanc pœnam, & doctor decretorũ laicus incidat? tamen sufficit ita esse scriptum, & solum duo sunt Christianorum genera, clerici & laici.* 12. *q.* 1. *duo sunt, & concord. ad hoc C. de summa triuit. l. penult.*

Innodetur.] *Nunquid per sententiam vel ipso iure? videtur quòd ipso iure, per id quod dicit, laqueo, quasi ipsum factum damnatum illaqueet. In contrarium videtur, quia in pœnis benigna debet fieri interpretatio, vt infra de reg. iur. in pœnis, cũ suis concor. Est igitur benignius, vt intelligamus, canonem esse ferendæ sententiæ, quàm iam latę: ergo est hæc pars amplectenda. vt ibi. Ad hoc.* 9. *distin. sana quippe. præterea si voluisset. quòd esset canõ latæ sententiæ, dixisset, sit innodatus, uel eo ipso, uel similia verba.*

Filij.] *nota casum, in quo pro delicto paterno punitur filius* †. *hoc etiam procedit in crimine lesę maiestatis, quod est minus hoc crimine, quo læditur æterna maiestas, supra eo. vergentis. Et si contra homines illatę blasphemię impunitę non transeunt, multo magis qui ipsum Dominum blasphemat, dignus est supplicia sustinere, in authen. vt non luxu. contra natu.* 1. *respon. &* §. 1. *coll.* 6. *nec debemus illius opprobrium multum dimittere, qui nostra probra deleuit, supra de Iudęis, in nonnullis. quod enim in religionẽ diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. C. de hæretic. Manichæos. ad idem.* 17. *q.* 4. *sicut. Aliàs regulariter pœna temporali nõ punitur vnus pro alterius delicto, quod dic vt not.* 1. *q.* 4. *in summa, &* 24. *q.* 3. *in summa. Et intelligas hoc de filijs non infectis: illi enim puniuntur, vt ipsi, ex proprio delicto, non ex alieno.*

† Alf. Cast. li. 2. de iusta hæret. pun. c. 9. 10. & 11. Ioã. Rojas sing. 66. Hieron. Gigas de crim. læ. maie. lib. 3. c. 1. & multis seq.

Secundam.] *hoc intellige secundum determinationem decretalis, infra eo. tit. statutum* 2.

Beneficium.] *large sumitur* †. *de hoc dixi infra de reg. iur. c.* 1.

† Selua de beneficio p. 1. q. 2. & 3.

Publicum.] *vt iudicatus, notariatus, & his similia. ad idem, infra de pœn. fœlicis.* §. *quod si quis, in princip.*

Dignitates.] *nunquid & pontificalis* † *dignitas includitur? pro & contra, infra de pœn. felicis.* §. *quòd si quis. in prin.*

† Selua de ben. p. 1. q. 3. num. 8.

Priuamus.] *nota speciale: quia aliàs nõ refert, per quem preces offerantur. C. de preci. Impe. off. l. vniuersis.*

Scienter.] *scilicet sciendo illos, qui preces offerebant, esse tales.*

Etiam.] *quia maior est dubitatio, quàm si ante emancipationem hoc apparuisset.*

Defierint.] *nota ergo, quòd crimen hęresis pa-*

Universidad de Deusto Biblioteca

ternum etiam antequam per ecclesiam fuerit declaratum, liberat à patria potestate filium, & sic interdum paternum odium, interdum filij fauor tale vinculum soluit. 54. dist. si seruus. supra qui fil. sint legit. per uenerabilem. post princ. versi. per simile. Ioan. And.

Cap. III. sup. fol. 104.

Filij vel hæredes.] abbreuiata est de narratione facti, & incipiebat: Olim ex parte. & dic filij, licet hæredes non sint: interest enim eorum, vt in cap. proxi.

Hæredes.] Etiam si filij, uel propinqui non sint. Et istorum interest † propter vitandam confiscationem bonorum, vt supra de hæret. vergentis. & infra eo. tit. cum secundum leges.

† Eymer. 3. p. q. 121. vbi dixi.

Non sanę.] vnde quod tunc faciebant, non debet eis imputari: quia nullum maleficium sine consensu. 14. q. 5. si quid. 15. q. 6. c. 1. in fi. sed furiosus non habet consensum, vt supra de spon. dilectus. 15. q. 1. illud. sup. de suc. ab intes. cum dilectus. & supra de regu. sicut tenor. Ioan. And.

Viuebant.] illi parentes, vel testatores consolati.

Legitime.] igitur nota casum, in quo probatio nõ admittit probationem in contrarium.

Alioquin.] idest, si hoc legitime non constat: nec ipsi dum viuebant infamati erant, vel suspecti.

Præmissa.] scilicet, ꝙ tunc non erant sanæ mentis, vel loquelam perdiderant, nec habebant ordinatam memoriam.

Fide dignos.] hęc clausula, quæ olim erat obscura & dubia, cum deliberatione fuit immutata. & bene.

Cap. IIII. supra fol. 105.

Super eo.] terminantur † quæ not. supra eodem tit. ad abolendam. §. illos. & cap. penult. §. si qui. Ioan. And.

† Eyme. 3. p. q. 100. & ibi dixi.

Legitur.] 13. q. 4. duo. & C. de sum. trin. l. ulti. ad finem.

Redeunti.) vel redeundi. hinc est quòd omnibus dicitur liberalis, supra eo. de rescrip. sedes.

Quodque.] repete, & super eo, quod scriptum legitur, ꝙ hi, qui post, & cetera.

Relinquendi.] vt in prædicta decretali, ad abolendam. §. illos.

Sedem.] ad quam in talibus recurrendum est, ut supra qui fi. sint le. per venerabilem.

Deneganda.] qđ ergo dicit prima auctoritas, intelligitur in salute animę: secũda in corporali pœna.

Cap. V. sup. fol. 105.

In fidei. Decurtata est de narratione facti quæ olim incipiebat: Consuluit.

Inquisitionis.) quid si non procedatur per modũ Inquisitionis, sed accusationis, vel exceptionis: Nunquid admittentur tales testes? videtur quòd sic: quia eadem ratio, scilicet fidei fauor, & odium criminis versatur vtrobique: ergo & idem ius. de rescrip. inter ceteras. cum similibus. contrariũ credo, quia ab illo iure regulari, quo cauetur tales personas ad testimonium admitti non debere, non recedam, nisi quãtum inueniam permissum. qui ergo accusat vel excipit, habeat probationes idoneas: nec est accusatio fa-

A uorabilis, vt inquisitio. ad hoc. 2. q. 7. si quis episcopus. & verbum istud debet aliquid operari, aliàs quare fuisset expressum? ad hoc de deci. ad audientiam. cum suis concor. & infra de priui. si Papa. 1. respon. in fin.

Excommunicati.] simile infra c. proxi. tales. aliàs non admittuntur: immo etiam iudices seculares censura ecclesiastica compelluntur tales à testimonio in foris suis repellere. infra de sent. excom. decernimus.

Particeps.] quid de alijs † exceptis criminibus, an scilicet tales admittantur? dic ut supra eod. lib. de test. c. 1. & supra de cõfes. c. 1. & 6. q. 1. §. verũ.

B quid de periuris? habebis infra c. accusatus. §. licet.

† Eym. 3. p. q. 64. 66. & 68. ubi dixi.

Coniecturis.] quas ipse iudex examinans melius scire poterit. ff. de testi. l. 3. & 4. q. 3. c. si testes. & pone exemplum supra de præsum. litteras. & cõcor. infra eod. c. accusatus. §. licet. Ioan. And.

Deponitur.] vt facilius credatur ipsis deponentibus contra infamatum uel suspectum de hæresi, q̃ contra non infamatum nec suspectum. ad idem supra eodem, filij.

Cap. VI. sup. fol. 105.

Præsidentes.] Decurtata est de narratione facti, quæ incipiebat: Quęsiuistis.

Excommunicati.] Maiori excõicatione †, &

C publice, vt sit maior dubitatio. ad hoc de re iudi. ad probandum. de cleri. excommu. minist. c. si celebrat. Ioan. And.

† Eyme. 3. p. q. 22. ubi dixi. Io. Rojas sing. 59.

Officiales.] nunquid officialis excommunicatus iudicare possit? dic ut supra eod. lib. de sup. ne. pręla. Romana.

Dispendio.] quando ergo † sine moræ dispendio hæc possunt. tunc excommunicati essent eos requirẽdo; quia communicans cum excommunicato, excommunicatus est: seruata distinctione, de sene. excom. nuper. fallit hic. vbi ergo non est casus iste, nec fallit regula.

† Idem Gondisaluus de hęrer. q. 19. nu. 8.

Excommunicationis.] minoris; & si intelligeres

D quòd isti essent excommunicati, quia iurisdictionem istam exercebant: tunc qui communicarunt illis iurisdictione, excommunicati essent maiori excommunicatione. supra de sen. excomm. nuper. & c. si concubinæ: sed hoc speciale est, quia illam pœnam euitant. & sic dicamus, excommunicationis, scilicet ẽt maioris, uel minoris; et facit quod dixi supra eo. lib. de supple. neg. pręla. Romana.

Prælibatis.] scilicet excommunicatis, uel tãtum, de facto iurisdictionem habentibus; et est similis protestatio supra eod. lib. de sta. regula. cap. vno. & ibi concor. in vlt. glos.

Cap. VII. sup. fol. 105

E Cum contumacia.] Olim incipiebat: Consultationi.

Vehementem.] nota ex hac † decretali suspicionem vehementem, pręsumptionem violentã: propter suspicionem citatur vt veniat responsurus, si cõtumax est, iam dicitur uehementer suspectus & excommunicatus: & si per annum in illa persistit, iam ista, quę erat uehemens præsumptio, transit in uiolẽtam, unde ex tũc ut hęreticus condemnatur, ut hic. idem est quod notat Ber. supra de præsum. litteras: in glo. pen. quòd non uehemens præsumptio, sed uiolenta,

† De materia huius gl. late Eym. infra in hac 2. par. q. 55. & 56.

lenta, condemnationẽ inducit. Et est simile ad hoc, qđ notatur de simo. insinuatum. in vltimis glos.

Respondeat. ergo vt habeat locum hęc decretalis, requiritur quòd hoc expressum sit in citatione, vt scilicet de fide veniat responsurus †, sicut & in sententia requiritur, quòd citata fuerit pars, vt veniat auditura sententiam, aliàs sine appellatione rescinditur. ff. quæ sen. sine appel. res. l. 1. §. item cum ex edicto.

† Circa hoc quid obseruari debeat tradit Cõradus Bru. li. 4. c. 6. de hæret. & Sima. de catho. istit. tit. 44. nu. 12. dixi infra par. 3. in forma citãdi absentem.

Hæreticus.) sic & in alijs criminibus excõmunicatus, quia non venit responsurus de crimine, si in excommunicatione stat per annum; post annum habetur pro conuicto. 11. q. 3. rursus. & c. quicumque.

Cap. VIII. sup. fol. 105.

Accusatus. Diuide Decretalem in quattuor partes: in quarum prima ponuntur tres casus, quibus quis dicitur relapsus, & durat vsque ad. §. licet vero. In secunda dicitur, quòd periurus in causa hæresis certis casibus testimonium perhibet, et durat vsque ibi, sane: vbi tertia, in qua ponuntur sex casus olim dubitati, an ad officium Inquisitorum spectarent vsque ad §. religiosi. vbi quarta, in qua dicitur religiosos in hæresi delinquentes, grauius alijs puniendos.

Vehemens.] non violenta. de præsump. litteras. & facit quod dixi supra c. proxi.

Fictione.] ideo dicit, quia vere non potest dici relapsus †, de quo non constat an fuerit lapsus, sicut dicit canon, quòd non potest dici renatus, qui prius non fuit natus, de conse. dist. 4. qui in maternis. & c. si baptizata. neque enim dici in eo regeneratio potest, quem generatio non præcessit, vt ibi dicitur: propter vehementem ergo suspicionem fingitur lapsus, ita quòd post abiurationem rediens, fingitur relapsus. Sæpe enim iura talia fingunt. de hoc. 50. dist. ferrum.

† Eymericus hac 2. p. q. 40 & 58. vbi dixi. Zanch. de hæret. c. 16.

Ex hoc.] scilicet quia post abiurationem reperitur relapsus.

Grauius.] scilicet quàm si nunquam abiurasset.

Pœna.] supra eod ad abolendam. §. illos quoque, & supra eod. super eo.

Secta.] multas potes videre 24. q. 3. c. penult.

Articulo.] quos habes explicatos supra de sum. tri. firmiter.

Simpliciter.] per hæc verba puto. quòd si abiurasset solum in vno articulo †, licet laberetur in alio, non diceretur relapsus. Et nota quòd indiffinita æquipollet vniuersali. Ad idem de priuilegijs supra quia circa. Et nunquid de vno articulo infamatus teneatur de omnibus se expurgare? not. de cõse. dist. 2. Ego Berengarius. Et puto hãc litteram pro illa parte facere, quòd non teneatur: tamen si id faciat, valet: & habebit postmodum locum pœna relapsorum, vt sequitur.

† Hodie omnis hæresis abiuratur. Sim. de catho. istit. tit. 2. nu. 12. & tit. 57. nu. 7. dixi. 3. p. in 4. modo processum terminandi.

Iudicari.] contra. C. de transac. si de certa. ff. de transact. qui cum tutoribus. §. 1. vbi generalis transactio restringitur ad id, de quo specialiter actum erat. solutio, illa locum habet in non connexis: sed hic omnes hęreses sunt connexæ: quia habent caudas ad inuicem colligatas, et de vanitate conueniunt in idipsum. supra eo. excommunicamus 1. & 2. vnde non quærimus, an sit relapsus in illam hæresim, in quam prius fuerat lapsus: sed quęrimus, an fue-

A rit relapsus in hæresim. Semel ergo lapsus in hæresim, post abiurationem iterum lapsus, licet in alia secta, dicitur relapsus.

Munera.] differentia est inter donum & munus. Munus enim ex causa datur, donum ex causa & sine causa. ff. de verb. sig. inter donum.

Non possit.] puta propter necessitatem famis. 42. dist. quiescamus. 86. non satis. vel ignorabat illos hęreticos. & sic per ignorantiam excusatur. infra de reg. iur. ignorantia.

Verbis vestris.] simile supra de reb. eccl. non alie. hoc consultissimo. & clem. de priuileg. cap. 1. de pæn. & remiss. c. 2. Io. And.

B Id.] scilicet receptare, deducere, visitare, associare, donare, mittere, vel fauorem impendere.

Repellantur.] 6. q. 1. quicumque. & supra de testi. testimonium.

Celando.] duplex est forma iurandi, quod dic vt supra de accus. qualiter 2.

Postmodum.] ex interuallo, vt sit hoc speciale fauore catholicę fidei: aliàs nil esset hic fauoris: vt supra de testi. cogen. c. pręterea.

Indicijs.] sic supra eodem, in fidei. & sic per indicia statur probationi. de hoc supra, qui fi. sint leg. transmissæ.

Aliud obsistat.] quàm prędictum periurium: vn-

C de si de falso redarguerentur, non stabitur eorum dicto. de testibus. ex tenore.

Priuilegiatum.] not. magis priuilegiatum anteponi, supra de offi. leg. c. volentes. 21. dist. denique. ff. de offi. procon. l. vlti.

Apostolica.] multo minus alij.

Saperent.] sicut est circa aras † idolorum, nefarias preces emittere, sacrificia offerre, dæmones consulere, eorum responsa suscipere. 26. q. 2. hi qui. & q. 4. igitur. Vel associant sibi propter sortes exercendas, hæreticos: vel faciunt prædicta cum sanguine vel corpore Christi, vel in sortibus, vt possint habere responsa, puerum rebaptizant, vel his

D similia.

† Vide Augustinũ de Ancona in summa de potestate ecclesiastica quęst. 48. art. 3.

Manifeste.] ergo in dubio hoc casu, non habent iurisdictionem. Et licet aliàs iudex cognoscat, an sua sit iurisdictio, & in dubio dicatur iurisdictionem habere. ff. de iudicijs. si quis ex aliena. quę in ordinario loquitur: hic tamen nisi id manifeste appareat, se non intromittit. & simile supra eo. lib. de censib. cap. 1. §. notoria. & infra de pœnis. cap. 1. supra de offi. deleg. c. vlti.

Et contra illos.] quasi dicat multo minus si contra alios.

Offendiculum.] Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. & sępe qui ad vtrumque festinat,

E neutrum bene peragit. 16. q. 1. presbyteros. & C. de asses. l. nemo.

Hæreticos.] contra supra eo. tit. c. penul. vbi defensores, fautores hęreticorum hęretici sunt. Solutio, non in fauente, & defendente: sed in credente loquitur ibi.

Ad salutem.] vt puta, vt fundaret † vel ędificaret Ecclesiam, hospitale, vel alium pium locum: vel faceret simile pium opus: vt in authen. de eccle. tit. §. si quis ædificationem. coll. 9.

† Zanch. de hęr. c. 18. nu. 7. 6. Eymer. 3. p. q. 120. vbi dixi.

Temporalibus.) hoc dicit, quia secus si in ieiunijs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nijs, vigilijs, & orationibus, vel similibus consisteret illa pœnitentia. idem esset, si non posset illud iniunctum, licet salutiferum, expleri per alium: sicut esset theologiam audire, vel similia.

Hæredes.] 12. q. 2. Episcopus, qui filios. de sepul. c. vlt. de rapt. in litteris.

Onere.] 16. q. 1. si quis laicus. de deci. pastoralis. & c. cum non sit. C. de seruit. & aqua. l. & in prouinciali. supra de pig. ex litteris.

Extincto.] crimina extinguuntur morte, vt 23. dist. c. quorundam. 33. q. 2. admonere. ff. de his qui mor. sibi consci. l. vlti. ex quo ergo extinctum est crimen, & pœnitentia non est imposita pro crimine iam extincto, non imponetur vlterius.

B Casu.] scilicet, quia non fuit reincorporatus vnitati Ecclesiæ.

Post mortem.] 14. quæst. 2. sane 2. & C. ad leg. Iuli. ma. l. vlti. & intellige hoc † vsque ad xl. annos, nam postea abdicari non poterunt, etiam à Romana Ecclesia à filijs catholicis, qui illa tanto tempore bona fide possederunt, quod verum est, si parentes catholici putabantur: vt supra eo. lib. de prescrip. c. vlti.

† Antonius Gomezius tom. 3. varia. resol. c. 14. nu. 5. Zanc. de hær. c. 25. num. 4.

Impedire.] manifeste, vel non manifeste, dummodo hoc constare possit.

Castigari.] sic infra de pœnis. Romana.

Delinquentis.] nam grauius delictum, grauius est vindicandum. 24. q. 1 non afferamus. supra de excess. præla. tanta. & in æqualibus delictis æquales sint pœnæ. infra ti. prox. c. vnico. in fi.

Religiosi.] isti si reperiantur hæretici, non sunt dicendi religiosi, sed religionis obumbratione fuscati. supra eo. tit. ad abolendam §. j.

Immutationis.] supra eo. tit. c. penult.

Seculares.] scilicet clerici vel laici, & concor. optime supra ne cle. vel mo. c. sed nec.

Consimilibus.] de quibus vidisti supra §. proxi.

Cap. IX. sup. fol. 106.

† Eyme. hac 2. p. q. 54. & 3. p. q. 34. Carrettus de hæret. n. 93. Cæpeg. ad Zanc. 31.

STatutum.

Directe.] puta † ne aliquis ciuis illius loci accusari possit, vel contra eum inquiri super crimine hæresis: vel quòd nullus contra alium de crimine hæresis audeat testificari: vel his similia.

Indirecte.] puta, vt nullus possit de aliquo crimine puniri ab aliquo quàm à Potestate; vel vt nullus alius quàm potestas possit aliquem capere, vel capi facere; vel vt nullus, nisi sit de familia Potestatis, possit arma portare, vel his similia.

Retardari.] Nota cõtra generale illud. Quod differtur, non aufertur. 14. q. 6. c. 1.

Nomine.] supra eod lib. de elect. fundamenta.

Morę.] nota moram vitandam: de hoc dixi supra de elect. c. vlti.

Tale.] scilicet quod directe, vel indirecte impediat vel retardet.

Retardentur.] vnde à statuto de non portandis armis, excipietur familia Inquisitorum: & his similia.

Compellendos.] sic supra de iureiuran. cap. licet. de excep. cap. fi. infra de sen. excom. decernimus.

Cap. X. supra fol. 106.

NE aliqui.] Sicut officium legati non expirat re integra mortuo Papa, vt supra de offi. deleg. cap. 2. sic & officium Inquisitoris † hæreticę prauitatis in fauorem fidei, re integra non expirat, vt hic.

† Eymeri. 3. p. q. 7. vbi dixi Nico. Aletran⁹ de hæ re. nota. 4.

Expiret.] sicut potestas delegatorum datorum ad causas, supra eo. de offi. deleg. licet vndique. & c. gratum. & c. relatum.

Incœpta.] de quibus non dubitabatur, per iura proxime inducta. Et nota, incœpta: quia per quemlibet iudicialem actum etiam præter citationem, iurisdictio perpetuatur, vt dici solet in decretali de offi. deleg. licet. ibi: vti nõ cœperit.

Non cœpta.] not. quia si hoc esset speciale fauore catholicæ fidei, vt infra dicitur: ergo vbi non est fauor eius, contrarium est regulare; & sic nota terminatã quæstionem, not. supra de offi. deleg. licet. quę quæritur, an perpetuatio facta in vno articulo, perpetuetur in alijs, per easdem litteras, delegato commissis? ad idem supra eod. lib. de offi. deleg. c. vlt. §. officium. & est in hoc differentia inter ipsum Inquisitorem & conseruatorem, vt ibi patet.

Emerserant.] vt si tempore mortis Papæ non erat Titius hæreticus: postea lapsus sit in hæresim, de hoc poterit cognoscere Inquisitor.

In fauorem.] sic supra eod. in fidei fauorem. & supra eo. c. accusatus. §. licet: cum similibus multis in hoc tit.

Cap. XI. supra. fol. 107.

VT officium.] Diuido decretalem in tres partes. in prima informat Inquisitores ad Deum, vt eius timorem hominum metui anteponant in procedendo simul vel separatim cõtra hæreticos & suos fautores. & etiam in eos absoluendo cum vere redierint: & durat vsque ibi: verũ quia. ibi secunda pars, in qua instruit in modo examinationis testium, & in personis, quæ testificata scribere debeant vsque ad §. Compescendi. ibi incipit tertia pars, in qua eos instruit circa personas, per quas impediri posset, vel differri inquisitionis negotium.

Prouincia.] inspicit factum: & idem si in ciuitate, diœcesi, vel alio certo loco.

Vbique.] sic & ordinarius in qualibet parte diœcesis suæ potest causas audire, & pro tribunali sedere. supra eod lib. de offi. ord. cum episcopus. ad idem de offi. leg nouit.

Separatim.] † regulariter contra, nisi ex forma commissionis id habeatur. supra de offi. deleg. causam. & c. cum plures. supra eo. lib. Sed est hoc speciale fauore fidei, vt efficacius, & c. vt supra dixi. & æquiparantur † in hac parte ordinarijs, quorum quilibet per se procedere potest. ff. de offi. procon. l. 1. quod de ordinarijs intellige, qui in solidum iurisdictionem habent: sicut est in scholaribus, episcopis, magistris, & doctorib. C. ne filius pro patre. authent. habita. secus in his, qui non habent in solidum, sicut est cum capitulum cognoscit: quia tunc quilibet singularis per se non est iudex. ad hoc quod not. 15. q. 7. Episcopus nullius. & de offi. ord. irrefragabili. & concordat ad hanc decre. infra eod. per hoc Ioan. And.

† Eyme. 3. p. q. 47. & seq.

† Inquisitores æquiparãtur ordinariis. Eyme. 3. p. q. 4. vbi dixi.

Diuino.] 11. q. 3. Iulianus. sic supra eo. lib. de immunitate Ecclesiarum. clericis. ad idem supra eod. vergentis.

Procedatis.] bodie restricta est potestas Inquisitorum in quibusdam, per clem. eod. tit. multorum.

Labe.] generaliter, vel simpliciter; vel dic de ea, de qua suspectus, vel conuictus erat; de hoc dixi supra eod. accusatus. §. 1.

Formam.] 11. q. 3. cum aliquis. supra de sen. excom. cum desideres.

Ecclesiæ.] quæ gremium non claudit. supra eo. super eo.

Consuetum.] 1. q. 7. quoties cordis. & c. saluberrimum. de conse. dist. 2. Ego Berengarius.

Simulata.] 27. dist. quòd interrogasti. 1. q. 1. sicut ficti. 22. quæst. 5. cauete. est tamen interdum vtilis simulatio. 22. quæst. 2. vtilem. & dic de hoc vt ibi: & 24. quæst. 1. officij.

Fallentes.] mentiri Deo possunt: fallere autem ipsum non possunt: de conse. distin. 2. panem de altari.

Lupum.] supra de renunciatione. c. nisi. §. propter malitiam. & 23. q. 4. cap. tres personas. & 81. dist. c. oportet. Ioan. And.

Duas.] integrum est enim iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur. supra de offi. deleg. prudentiam. ad idem. 20. dist. de quibus.

Discretas.] semper enim, qui graues causas ecclesiasticas audiunt, debent esse discreti. supra de cõsan. & affi. c. 1.

Idoneos.] sic supra de probatio. quoniam contra falsam. & dic vt ibi.

† Eymer. 5. p. q. 19. vbi dixi.

Præmissa.] per hanc litteram bene patet, quòd tabellio factus monachus † non potest exercere, quo ad alia, tabellionatus officium: & hoc etiam bene patet ex extrauaganti Bonifacij. debent superioribus. de offi. ord. circa medium decre. & idem probabamus olim per decr. supra ne cleri. vel mo. sicut. per legem. C. de sacros. Eccles. l. antepen. 16. q. 1. §. nouare. C. de episcopis & clericis. l. placet. notat tamen Guil. in Spec. de sta. mo. ver. 27. quòd veteres rogationes complebit, sed nouas non assumet. ff. familiæ. er. l. alienationes. ff. de postu. l. 1. §. casum. ff. de neg. gest. nam & seruus. §. si vno. ad idem supra de Iudæis. Iudæi de ciuitate. cum similibus.

Canonis.] supra ne cleri. vel. mo. sicut te.

Præmissa.] hoc est regulare vt dixi supra, & 12. q. 2. c. indigne. de sen. excom. sacro.

Postposita.] quid hoc operetur, habes supra de appel. pastoralis. & not. eo. ti. vt debitus.

Ipsos.] scilicet quæstuarios.

† Eymer. 3. p. q. 37. vbi dixi.

Facultatem.] hoc vult dicere, † quòd si facta per Inquisitores congregatione, pro negotio fidei, veniant aliqui de Runginallo, vel alij quæstuarij, & velint ibi prædicare, possunt compelli per censuram ecclesiasticam desistere.

Auxilio.] 23. q. 5. prodest. de offi. ord. c. 1.

† Et hæc solutio est vera. idem fere hic Archidia co. facit textus, cũ gloss. in l. 2. C. de testa. tut.

Duabus.] supra de rescrip. nonnulli. quid dicemus de noua decre. supra eod. lib. de rescrip. statutum? vides quòd ista decretalis fuit Clementis: & sic quo ad hoc videtur ista decre. per illam correcta, cum sit posterior. ad idem supra eo. lib. de consti. cap. 1. cum suis concor. Contrarium dico †, quia decretalis illa locum habet in litteris impetratis à parte contra partem: licet in conseruatoribus locum habeat: vt supra eod. lib. de offi. deleg. c. vlti. §. conseruatores. Sed istud est quoddam speciale fidei fauore, quod non tollitur per generalem constitutionem, licet postea subsecutam. ad hoc infra de reg. iur. generi. & quod ibi dixi. Ioan. And.

Subiectis.] quia extra territorium ius dicẽti impune non paretur. de consti. c. 2. supra eod. lib. & ff. de iur. om. iudicum. l. vlti. & hoc quod hic dicitur, habebamus supra eo. excommunicamus 1. §. moneantur.

Approbatas.] Omnia enim nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impertimur. C. de vete. iur. enu. l. 1. §. sed neque.

Publicum.] sic infra de pœnis. felicis. & infra. cap. proxi.

Cap. XII. sup. fol. 108.

VT commissi.] Hic incipiunt decretales Bonifacij; & habent quidam hic rubricam de Inquisitoribus hæreticæ prauitatis: sed non debet hic esse rubrica: & fuit error scribentium ex superscriptione proueniens, qui putauerunt quòd Bonifacius viij. esset superscriptio, & residuum esset rubrica. Et comprehendit ista decret. plura vtilia pro expediendo officio Inquisitorum: dat enim eis potestatem committendi citationes, & sententiarum denunciationes: dat potestatem vocandi peritos, clerum, & populum, vt eis assistant: dat potestatem procedendi, contra illos, qui de sua in aliam prouinciam se transtulerunt: dat potestatem repetendi libros & processus: commutandi & mitigandi pœnas, priuandi & priuatos nuntiãdi officijs et bonoribus hæreticos fautores, & defensores eorum; ita tamen quòd hoc fiat de diœcesanorum, uel in eorum absentia, Vicariorum suorum consilio: nisi ijdem scienter talibus beneficia contulissent. hoc dicit. Ioan. And.

Vestigijs.] in diuersis commissionibus, quas suis tmporibus fecerant Inquisitoribus hæreticę prauitatis. Ioan. And.

Singulis.] possunt enim procedere simul & diuisim, supra c. prox. in prin.

Sententiarum.] has etiam committunt conseruatores: sed de Inquisitoribus maior erat dubitatio, quia illorum ministerium videtur electum. supra de offi. deleg. c. vlt.

Tuleritis.] vide infra circa fi. c. ibi, plenam concedimus facultatem: & hoc idem repetas in fi. cuiuslibet versiculi.

Expedierit.] sic supra cod. c. 1. & c. proxi. §. verum. & infra eod. c. vlt.

Procedendi.] quid in casu conuerso, in eo scilicet, qui alibi crimen hæresis commisit, & modo est in prouincia huius Inquisitoris? dic quòd poterit cognoscere, quia vbi inuenitur, conuenitur quis de crimine. C. vbi de cri. agi oport. l. 1. & sic secundum hoc esset reperire, quòd interdum duo Inquisitores cognoscerent: pone, peccauit in Rauennate, & transiuit ad Mediolanum: secundum hoc Rauennas & Mediolan. poterit cognoscere, nec est mirum, vt infra eod. c. per hoc.

Quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quibuslibet. [*siue sint ipsi scribentes, vel alij, quicunque ad quos quomodocunque peruenerint dicta scripta.*

Vel mutandi.] *regulariter contra. ff. de reg. iur. l. Paulus. & l. acta. §. 1. et supra de offi. dele. in litteris. functius est enim iudex officio suo iudicando bene vel male, vt ibi.*

Honoribus.] *nota quòd in ea parte qua priuat, vel priuatos denunciat dignitatibus ecclesiasticis, & ecclesiasticis beneficijs, requiritur consilium diœcesani, vel eo absente, eius Vicarij: quia sicut institutio fit eis auctorizantibus, sic etiam debet fieri destitutio. de instit. ex frequentibus. de hære. cum ex iniuncto. in fi. sed cum priuat officijs publicis, & honoribus, non requiritur consilium eorum, vt patet ex ordinatione istius litteræ, & ideo quia cessat in illis superior ratio.*

Scienter.] *sic supra eo. c. 2. §. ad hæc. & infra eo. decreuit. & præsumentur ignorare, nisi probentur scire. infra de reg. iur. præsumitur. ff. de probationibus. verius, quod sane intelligas, vt not. in dicta regula. præsumitur.*

Puniendos.] *quia vnde debetur pœna, non venit præmium ff. de leg. 1. si seruus plurium, §. 1. & 2. in fine. 10. quæst. 1. c. legi. cum similibus.*

Cap. XIII. sup. fol. 108.

†Eymer. hac 2. par. q. 44. & ibi dixi.

COntra Christianos.

Redierint.] *forte prius fuerant Iudæi,* † *postea facti sunt Christiani. isti dicuntur redire: hi qui nunquam fuerant Iudæi, sed semper Christiani, illi dicuntur transire.*

Infantes.] *scilicet minores septennio, vnde videbantur non obligati ad fidem: quia ætas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. vnde nec sponsalia tales contrahere possunt. supra eo. lib. de spon. c. vno. Sed contrarium est verum, quia tali sacramento obligati* † *sunt etiam ignorantes. supra de bap. maiores. de conf. dist. 4. quæris. & ratio ibi patet in parte prima. & not. de hoc. ead. dist. c. nihil. sicut & punitur etiam ignoranter rebaptizatus, ea. dist. qui bis. & c. seq.*

†S. Thomas 3. p. q. 68. art. 9. Sotus in 4. dist. 5. q. 1. art. 9.

Absolute.] *ergo absolute coactus non recipit sacramentum baptismi; sed conditionaliter, & metu mortis coactus, bene. 45. dist. c. de Iudæis. supra de bap. maiores. coacta enim voluntas, voluntas est. 15. quæst. 1. merito quæritur. est autem absoluta coactio, cum quis inuitus, renitens, & reclamans fertur ad fontes, & cum verborum prolatione immergitur: & est si. 50. dist. presbyteros. supra quòd metus causa. cap. sacris. vbi de hoc in 1. glos. Ioan. And.*

Iudæos.] *non ergo possunt isti se iuuare per professionem, quam contempserunt. C. de apostat. l. hi qui sanctam. licet alias infidelis non recipiatur ad testimonium. supra de testi. c. 1.*

Procedendum.] *Erit ne per istud c. canon ille correctus. 1. q. 4. Iudæi. vbi dicitur, quòd bona Iudæorum denoluuntur ad catholicos filios: sed bona hæreticorum sunt confiscata. infra eod. cum secundum. quia correctio iurium est vitanda? Dicendum videtur quòd non, vt istud capitulum loquatur de pœna personali, non de damnatione bonorum: maxime quia hæc noua iura, quando corrigere intendunt, hoc exprimunt. supra de concess. præben. c. 2. infra de sen. excom. c. vlt. Contra videtur cum aperte dicat eos puniendos vt hæreticos, ergo ipsorum bona non deuoluuntur ad filios. infra eo. cum secundum: quod tutius videtur. nec est necesse quòd noua lex corrigens precedentem, de illa faciat mentionem. supra eo. lib. de consti. c. 1.*

Cap. XIIII. sup. fol. 109.

DEcreuit.] *In commissionibus, per eum factis super hæretica prauitate.*

Confiscari.] *vt sic mulier* † *mariti odio non gratietur. infra de reg. iur. non debet. cum suus concor. quia nec vxor pro marito conuenitur. C. ne vxor pro ma. per totum: nisi in causa primipilarij. C. in quibus causis pign. vel hypotheca contrahi. l. sacris.*

† Eymer. 3. p. q. 111. vbi dixi. Palacios Rubius de regno Nauarræ p. 5. §. 5.

Tunc.] *scilicet tempore contractus. ergo si tunc ignorabant: licet postea sciuerint, non habet locum pœna, vt sic inspiciatur initium. supra de emp. et ven. eum dilecti. præsumuntur autem ignorare, nisi probetur scire. ff. de proba. verius. de hoc supra c. 2. & infra de reg. iur. præsumitur.*

Cap. XV. supra fol. 109.

STatutum.

Innocentij.] *Si loquatur de quarto, habemus id in commissionibus per eum factis: vt dixi supra cap. prox. si dicamus de tertio, posset loqui de decretali. supra eod. vergentis. & cap. excommunicamus. §. credentes.*

Alexandri.] *IIII. supra eod. quicunque. §. hæretici.*

Inane.] *hucusque durat antiqua constitutio, modo sequitur declaratio, in qua declarantur not. per Hostien. supra eod. vergentis. Et hanc declarationem* † *sic intelligo: si Titius fuit hæreticus, receptator, fautor, vel defensor: & habuit filium, vel filiam, vterque ipsorum subiacet prohibitioni: & si ille filius habeat filium, ipse nepos ex filio prohibitioni subiacet. Sed si filia habeat filium, nepos ex filia non subiacet huic prohibitioni; item si mulier aliqua est hæretica, & habeat filios, soli filij includuntur hac prohibitione: sed nepotes ex filijs non: & hoc intendit hæc declaratio. Et hoc secundo casu cum mater fuit hæretica, intelligas verum, si pater fuit catholicus, vt eius respectus non habeatur. & facit in hoc id quod not.* † *Accur. C. ad leg. Iul. ma. l. quisquis. vbi dicit, quòd eadem est pœna, cum mulier committit crimen læsæ maiest. quo ad descendentes sicut cum vir. Est tamen sciendum, quòd vbi aliàs non caueretur de descendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur per sententiam iuris, vel hominis: vt infra de pœnis. vbicunque sed quòd filij etiam filiarum includerentur, videbatur probari per decre. supra de pœnis. in quibusdam. §. sacri. vbi punit posteritates, & infra tit. proxi. cap. vno. & videbantur illi puniri & per verba, & per mentem: per verba, quia sunt descendentes, & à verborum significatione non debet recedi.*

† Eymer. 3. p. q. 114. & 115. Antoni⁹ Gomez. tom. 3. variar. resolut. cap. 2. nu. 4. Cyrnus. Salycetus & Bal. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta.

†Sed non bene, quia in pœnis nó fit extensio. Iason cõsi. 106 lib. 4. Decius consil. 64.

ff. de

ff. de leg. 3. non aliter. & differentia agnationis, & cognationis hodie sublata videtur, in authen. coll. 9. de hære. quæ ab intesta. defe. & de mente idem videbatur, quia voluerat constitutio punire hæreticum in filijs. 24. quæst. 3. cap. cum ergo. §. sed qui. & ff. quòd me. causa. l. isti quidem. si enim ex vnica filia nepotem haberet, & ille non includeretur, non puniretur in filios. idem videtur de mente: ideo, ne quis ducat filiam hæretici in vxorem: sicut enim vir infidelis saluatur per mulierem fidelem, sic & damnari posset. arg. de diuor. gaudemus. vnde qui emit mancipia, de origine solet quærere. ff. de ædil. edi. quòd si nolit. §. qui mancipia. Sed de iure secus est, vt in prædicta decret. vbicunque. infra de pœnis. in fin. vbi aliud cauetur, vt hic, & bene facit ff. de senat. l. liberos. vbi dicitur senatores vocari debere ipsos senatores, & filios eorum, & nepotes natos ex eis: nepotes vero ex filiabus nati, senatores non dicentur, sed patris sui cõditionem sequentur.

Primum, & secundum gradum.] *idest filios. & nepotes: & hoc patet etiam ex §. sequenti. & supra eo. tit. vt commissi. ad fi. & est casus quo filius punitur propter delictum patris. de hoc dixi supra eod. c. 2. §. hæretici.*

Volumus.] *supra dixit, declaramus, hic dicit, volumus: quia inquantum punit descendentes per masculinum, declarat ius vetus: inquantum descendentes per fœmininum, statuit ius nouum. ad idem infra de pœnis. vbicunque. & benefacit hæc littera,* † *Gondisalnus de hæret. q. 23. nu. 3. & 4. Cynus & Bald. l. quisquis C. ad l. Iuli. maiest. Gigas de crim. læsæ maiest. lib. 3. q. 7.* *ad quæstionem, qua quæritur, an filij illegitimi includantur hac prohibitione? & videtur quòd non: quia non sunt in patris potestate. insti. de nup. circa fin. sed quòd potestas nil operetur, probat hæc littera, quę punit descendentes per maternam lineam primi gradus, cum tamen filius in potestate matris non sit. & hoc est æquum, ne plus habeat luxuria quàm castitas. in authen. de restit. & ea quæ pa. in fi. coll. 4. licet interdum secus, supra de biga. quia circa. Verum est tamen, quòd isti alio capite prohibentur à successione, vt supra qui si. sint leg. per venerabilem. in fin. & ab honoribus. 56. distin. per totum. supra de si. præs. per totum.*

Esse.] *nunc, quia viuunt.*

Reincorporatos.] *quia lapsi fuerant simpliciter, non relapsi, de quo dic vt supra eod. accusatus.*

Insistunt.] *ad hoc supra de temp. ord. ex tenore. & supra de furtis, c. vlt.*

Parati.] *ex quo non stat per eos, non debet eis imputari. de hoc supra de eo, qui mit. in pos. cap. 1. & 3.*

Cap. XVI. supra fol. 109.

INquisitores.] *Inquisitor Papę super hæresi sine speciali mandato non inquirit contra episcopum: sed si eum culpabilem sciuerit, nuntiat Papæ.*

Quibuslibet.] *de quibus minus dubitatur.*

Apostolicæ.] *nota hanc litteram: non dicit in litteris commissionis Apostolicæ, vel aliorum, à quibus deputati fuerint, secundum quòd dixerat in princ. per quod omissum videtur, quòd Inquisitor deputatus ab alio quàm à Papa, etiam si habeat expressum mandatum, inquirere non possit contra episcopum. & licet antiqua iura dicant, quòd synodus audit causam criminalem episcopi, licet definitionem Papæ reseruet. 3. q. 6. accusatus. & cap. seq. & 5. q. 4. duodecim. tamen committere non poterunt in hoc casu: & isti Inquisitores non poterunt inquirere, etiam vt instructam remittant causam. supra de appel. constitutis. quia non solum diffinitio, sed processus & Inquisitio est ipsis interdicta per hoc cap.*

Expresse.] *quantumcunque igitur sint verba expressa generalia: puta vt inquirere possit contra quoscunque cuiuscunque conditionis, dignitatis ac status, non inquiret contra episcopos,* † *nisi illud exprimatur propter prærogatiuam episcoporum. ad idē infra de sen. excom. quia periculosum.*

† Idem tradunt hic Geminianus, & Francus, & alii.

Nunciare.] *quam cito poterunt propter periculum, quod ex facto posset insurgere. concor. supra eo. lib. de cleri. egro. c. vno.*

Cap. XVII. sup. fol. 109.

PEr hoc.

Generaliter.] *Bene dicit, quia secus esset si fieret de certis criminibus, & personę specialis commissio: quantum enim ad illam causam præiudicaretur ordinariæ potestati, vt supra de offi. deleg. studiosi. quia generi per speciem, & c. infra de reg. iur. generi. cum suis concor.*

Delegata si habent.] *forte habent delegatam ab homine; quod accidit in ordinario, cum Papa sibi cõmittit crimen. secus si eum monet ad suum officium excitando: quod dic ut supra de offi. ord. licet, & cagraue. vel habent delegatam à iure, sicut est uidere in hoc crimine, super exemptos. supra eod. tit. ad abolendam. in fin.*

Diuisim.] *sic & plures* † *Inquisitores communiter, & diuisim de hoc crimine cognoscere possunt. supra eo. ut officium, saluo eo quod dicitur infra eod. 6. multorum. in clem.*

† Eyme. 3. p. q. 51. & 52.

Teneantur.] *not. quòd non dicit, possint: unde non relinquitur eorum uoluntati, cum ius hoc necessitati subiaceat.*

Veritas inueniri.] *ad quod elaborare iudex debet. 14. quæst. 2. quamquam. supra de probationibus, quoniam contra. Sed quid dices si processus* † *isti inueniantur esse contrarij? tunc ipsi considerabantur, qui proximiora loquantur, & per ipsorum dicta se iudices informabunt, supra de testi. in nostra. ff. de testi. l. 3. 9. dist. ego solis. si autem episcopus secundum suum pronunciare vult processum, Inquisitor secundum suum: quid iuris? infra sequitur.*

†Zanchinus de hæret. c. 15. nu. 2.

Deferendum.] *ad idem supra de rescrip. pastoralis.*

Sententia.] *licet ergo de vnius delicto inquiratur per plures, etiam diuisim, vnica tamen sententia fertur. Et sic non obstat. supra de offi. leg. licet. ff. naut. caupo. sta. licet. vbi dicitur, quòd de delicto vnius sępius non quæritur. isti autem processus, quo ad finem pro vno habentur: quia illa loquuntur quando iam pronunciatum est. quod die, vt not. 2. q. 5. habet hoc proprium: & supra de accu. de his.*

Idē hic Ioā. Monach. & Archid.

Remittatur.] *quid iuris? aliàs cum iudices discordant:* † *habetur supra de re iud. cap. vlt.*

†Zanchinus de hęret. c. 15. nu. 2.

Iura communia.] *supra & infra hoc eo. tit.*

Ordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ordinationes.] *etiam hoc volumine non inserta*s,† *dummodo non his constitutionibus contrarias, infra eod. c. vlti. in fine. sunt enim ibi reseruatæ, & de his loquitur prœmium huius libri, in fine.*

† Eymer. 3. par. q. 84. vbi dixi.

Cap. XVIII. sup. fol. 110.

VT inquisitionis.] *Primo approbat, & seruari præcipit leges canonibus non contrarias, per Fridericum contra hæreticos promulgatas. Secundo præcipit, rectores locorum parere Inquisitoribus, ordinario, vel alteri eorum inuestigatione, captione, custodia, & punitione hæreticorum, & fautorum suorum: eorum proclamationibus, vel appellationibus non obstantibus: ita tamen quòd de illo crimine (cum sit mere Ecclesiasticum) nec iudicent, nec cognoscant: contra facientes, & non parentes, & eorum fautores excommunicat, quam si per annum sustinuerint, vult eos vt hæreticos condẽnari hoc dicit.* Ioan. *And.*

Leges quasdam.] *has leges fertur, quòd Clemens sub bulla redegerat, sed eas aliter non habemus* † *quo ad verba: habemus tamen quasdam authenticas Friderici, de quibus etiam forsitan intellexit hic Bonifacius. C. de episcopa. audient. authent. statuimus. signanter super l. iubemus. C. de hæret. authent. credentes. authen. si vero dominus: & authen. Gazaros. habebamus etiam olim quandam ipsius constitutionem in 5. compilatione, quæ incipiebat: Hac edictali. alias, hac decretali. & erat sub titulo de consti. & eadem compilatio quę incipiebat Gazaros, sub titulo de hæreticis.*

† Hæ leges habetur in fine Directorii inter literas Apostolicas pro officio sanctiss. inquisitionis.

Tunc.] *hoc dicit, quia postea recessit à deuotione Romanæ Ecclesię, & per Inno. iiij. in concilio fuit depositus, ob certas causas. supra eod. lib. de re iudi. ad Apostolicę.*

Quatenus.] *ergo aliàs non approbat, quia non tenent. concor. 10 dist. cap. 1. & facit quod notatur. 37. dist. si quid veri. 19. dist. c. 1.*

Nominibus.] *concor. supra de elect. fundamenta. eod. lib.*

Fideles.] *quis enim fidelis, qui non doleat fide læsa? infra de pœn. felicis. ad fi.*

Catholicos.] *vnde non per Iudęos, hæreticos, vel Paganos, qui quo ad prædicta suspecti sunt; & est simile supra de Iudæis. c. penult.*

Vel eorum aliquo.] *hodie dic, vt in clem. eod. ti. multorum. §. sane. & §. seq.*

Indilate.] *nota, quòd sententia lata super crimine, statim dilatione* † *posposita mandanda est executioni, quod idem probatur 2. quæst. 1. sicut. de pœn distin. 1. Adam. fallit in casibus notatis. 11. q. 3. cum apud. quid iuris de alijs sententijs latis super personalibus, vel realibus actionibus, not. supra de offi. deleg. quęrenti.*

† Gõdisalus de hæret. q. 19. nu 4. Ioan. Rojas sing. 180.

Puniendos.] *quid si Inquisitor, & ordinarius, discordant* † *in mandato, quia vnus mandat puniri per se condemnatum, alter mandat relaxari per se absolutum? satis videtur supersedendum, donec consulatur Papa. supra c. proxi.*

† Zanchinus de hæret. c. 25. nu. 2.

Ordinationem.] *de ordinationibus loquitur Innocentij Alex. & Cleme. quæ sunt reseruatæ, infra c. vlt.*

Imperialem.] *ipsius Friderici, quam nõ habemus* †, *sed approbata est supra in prin. Io. And.*

† Habetur in fine Directorii inter littetas Apostolicas pro officio inquisitionis.

Quoquomodo.] *ideſt principaliter, vel incidenter. concor. supra de ord. cog. tuam. supra qui fi. sint leg. lator. cum similibus. aliàs tamen cognoscit iudex incidenter, quod non cognoscit principaliter, C. de iudi. quotiens. supra de resti. in inte. c penul. cum. suis concor.*

Cognoscant.] *nota, quòd licet regulariter de qua re iudex cognoscit* † *pronunciare debeat. ff. de iudi. l. de quare. supra de causa pos. cum super. tamen hoc fallit interdum: sicut cum delegans reseruat prolationem sententię, supra de offi. deleg. super quæstionum. Synodus cognoscit de causa criminali episcopi, & non pronunciat. 3. quæst. 6. accusatus. & cap. seq. 5. quæst. 4. duodecim. idem in casu, supra de referip. cum contingat. vbi ad sui instructionem de iurisdictione cognoscit is, qui super illa non pronunciat, hic tamen vtrumque expresse vetatur, scilicet cognitio, & pronunciatio, quia iudex huius rei non est capax. concor. infra de sen. excom. si iudex.*

† Ioan. Rojas singul. 107.

Indirecte.] *ad idem supra eo. tit. & lib. statutum.*

Scienter.] *ignorantes ergo non ligat constitutio. ad idem supra eo. tit. & lib. c. 2. in prin. & c. vt commissi. in fi. & c. decreuit.*

Percussum.] *nota canonem latę sententiæ: & quia non reseruat absolutionem sententiæ Papę, ordinarius absoluere poterit. supra de sen. excom. nuper.*

Condemnetur.] *ad idem supra eodem tit. & lib. c. cum contumacia.*

Cap. XIX. supra fol. 110.

CVm secundum leges.] *Bona hæreticorum ipso iure sunt cõfiscata: quod probatur triplici argumento legali: sed apprehensio bonorum fieri non debet per dominum secularem, nisi prius pronunciatum fuerit super crimine per iudicem Ecclesiasticum.*

Naturæ contrarias.] *in quibus sexus perdit formam, & scelus est tale, quòd non proficit scire: venus mutatur in aliam formam. C. de adul. cum vir. & omnium carnalium criminum pessimum,* † *est vsus contra naturam. 32. q. 7. adulterij: & si totus mundus eo vitio vteretur, non excusat. ea. causa, & q. flagitia.*

† S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 12.

Eo ipso.] *propter hoc facit ad propositum.*

Perdant.] *C. de incest. nup. l. cum ancillis. & l. seq. & l. si quis. ff. de rit. nup. l. incestę. & insti. de nuptijs. §. si aduersus.*

Et mulier.] *repete, & cum secundũ leges ciuiles mulier, & c. quare hoc dicam, videbis infra. & dic mulier ingenua. C. de rap. vir. l. vna. §. & si quidem. in ancillis enim & libertinis non habet locum pœna bonorum, vt ibi.*

Humanam legem.] *C. de rap. virg. l. vna. & bene dicit, humanam, ideſt ciulem: quia secundum canonum legem secus: rapta enim secundum nos licite contrahit cum raptore, si prior dissensus transeat in consensum. 36. q. 2. tria. & c. seq. & supra de rap. c. penult. & vlti.*

Consortibus.] *delicti: vt quia comitati sunt raptorem in inuasione vel rapina, vt in prędicta leg. l. vna.*

vna. C. de rap. virg. §. pœnas autem.

Ipso iure.] *propter hoc facit ad propositum; & habes hoc in authent. de rap. mul. in fi. coll. 9.*

Certoque casu.] *cum parentes mulieris non supersunt, nec alter eorum; vel si supersunt, ipsi, vel alter consenserunt in talibus nuptijs, hoc casu bona deuoluuntur ad fiscum, vt in prędicta. authent. de rap. mu. in fi. Sed nunquid de iure canonico habebit locum hæc pœna, cum secundum canones licite contrahat, vt supra dixi? not. Io. 36. q. 2. de puellis. alias §. quibus. quòd pœna ista locum non habebit secundum canones, secundum quos cessat interdictum, nisi cum sponsa alterius rapitur, 27. q. 2. statutum. et accedat quod not. 2. q. 3. §. notandum. in fine. de secundis nup. c. penult. & vlti. & secundum hoc bene dixi supra, repete: & cum secundum leges ciuiles: quia secundum canones contra. Sed satis videtur, quòd licet secundum nos teneat matrimonium, pœna legis habeat locum in his, quę non essent de temporali iurisdictione Ecclesię: cum enim illa ibi tractet de lucro captando, non de diminutione sui patrimonij, & pœna illa sibi per legem obueniat, quare lex eo quod confert priuare non potest? & accedat quod dixi infra de reg. iur. c. 2. secus forte in pœna, de qua in prædicta decre. vlti. de secundis nup. ibi enim priuat lex eo quòd nõ contulit. fallit. ff. de adoptio. l. si. arrogator. Ioan. And.*

Illicitas.] *vt is, qui defert arma, ferrum, & lignamina Saracenis. de Iudæis. ita quorundam.*

Omittens.] *hoc habet locum in priuato ff. de vectigalibus. l. si. §. diuus. in milite non, vt. C. eo. tit. l. 3. & habes hoc quod hic dicitur. ff. eo. tit. l commissa. C. eod. omnium. & l. si quis. cum similibus.*

Bona hęreticorum.] *secus in bonis Ecclesiarum, in quibus intitulati erant ipsi hæretici: vt in cle. eo. tit. volentes. post prin. Ioan. And.*

Grauius.] *ergo sunt grauius puniendi, 24. q. 1. non afferamus.*

Quàm prędicti.] *scilicet contrahens nefarias nuptias: rapta quæ cum raptore contraxit, transiuens illicitas species, vel rerum vectarum professionem ommittens.*

Ipso iure.] *determinatum sit ergo quod olim dubitabatur per decr. supra eo. excommunicamus 1. & 2. responso. vbi dicebatur ita, quòd bona damnatorum si laici fuerint, confiscentur. † intelligamus ergo confiscentur, ipso iure, vt hic vides. & intelligo ipso iure confiscata, à tempoee commissi criminis. C. eo. tit. l. 4. idem dico in crimine lęsæ maie. ff. de dona. l. donationes. secus est in alys criminibus. ff. de dona. l. post contractum. Et puto confiscationem hãc locum habere etiam si ille catholicos filios habeat, & iste textus non distinguit: super hoc tamen fuerunt opiniones notatæ supra eo. tit. vergentis.*

† Vide Eymer. 3. p. q. 109. vbi dixi. Zanchin. de hæret. c. 25. repertorium verbo. confiscatio.

Declarationem.] *quam hodie non habemus.*

Ecclesiatticam.] *secularis enim super hoc ecclesiastico crimine iudicare non potest, supra eo. c. proxi. §. penulti.*

Cap. XX. sup. fol. 111.

STatuta.] *In prima parte vsque ibi:* iubemus. *concedit in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis procedi posse simpliciter & de plano. In 2.*

dicit quid iuris si ex publicatione nominum accusatorum & testium, ipsis periculum immineret, & quid si non immineret, & fictiones vitari præcipit, ne dicatur periculum vbi non est, vel econuerso: In tertia ibi: constitutiones. *statuta prædecessorum suorum super hoc negotio edita, his constitutionibus non aduersa, corroborat.*

Quædam.] *aliàs quondam. aliàs quędam.*

Posit.] *non dicit per quos: intelligo ergo & per Inquisitores hæreticæ prauitatis deputatos à Papa, & per ordinarios, & per delegatos. ad hoc eod. titu. per totum, in fi.*

Figura.] *Distinxerunt* † *moderni, qui no. istam materiam supra de accu. olim. Inno. Hostien. & Guil. in speculo de Inquisitione. §. nunc tractemus. ver. quid igitur. si autem detur potestas procedendi simpliciter & de plano, & sine iudiciorum strepitu, an addatur ibi illud verbum, sine iudiciorum figura: vt in primo casu, omnem iudiciarium ordinem seruare teneatur in libelli oblatione, in exceptionibus, dilationibus, litis contestationibus, in iuramenti & testium receptione, & sententiæ prolatione, & alijs: sed operabuntur illa verba; quod si aliquid omittatur, non ideo vitiabitur processus: & magis poterit partium aduocatorum, & testium inutilem strepitum refrenare: tamen omittere non poterit litis contestationem vel aliud substantiale, quod etiam de consensu partium omitti non posset, vt notatur supra de offi. deleg. de causis. supra eo. lib. de re iudi. c. vlti. in secundo casu, quando additur ibi, sine figura, vt hic, nullum ordinem iudiciarium seruare tenetur: ad hoc C. de lati. li. toll. l. vna. §. similique modo 2. tunc enim sufficit sententia; quamuis omissa solemnitate, vt probatur, & not. C. quorum leg. l. vna: hodie dic vt in clemen. de verbo. sig. sæpe: & vide quod ibi not. in vltima glos. Sed dubitari solet, an inferior à Papa, etiam legatus, si in casu aliàs non permisso à iure, possit cognoscere de aliqua causa, vel eam committere de plano, summarie sine strepitu & figura iudicij? Et videtur quòd non, absurdum enim esset dicere, quòd minor legem maiorum tot vigilijs & laboribus adinuentam tollere possit. de elect. Ecclesia vestra. 22. dist. inferior. C. de inoffi. test si quando. & in cle. de electio. ne Romani. in prin. licet successor conditoris, qui pari fungitur potestate, ipsam tollere possit. ff. ad Trebel. ille à quo. §. tempestiuum. supra de elec innotuit. supra eo. lib. de concess. prę. c. 2. & ipse idem conditor, qui condidit. supra eod. lib. de rescrip. statutum. §. 1. Et pręterea regula dicit: beneficium iuris nemini denegari debere, infra de reg. iuris indultum. 28. dist. de his. In contrarium videtur quòd possit, quia legatus omnia potest, quæ Papa speciali ter sibi non reseruat: gerit enim vices eius, & si est de latere, maius omnibus post Principem imperium censetur habere, supra eo. lib. de elec. si abhatem. Item legatus quando sibi videtur, secundum æquitatem procedit, supra de tran. c. vlt. & c. dicit Apostolus. in cuius loco videtur esse legatus: omnia mihi licent. 11. q. 1. aliud. ad idem. ff. de offi. pro. sed in aliam. in fin. dici potest. per iura prius allegata, quòd inferior à Papa etiam legatus † iuris solemnitates, quo ad hoc tollere non possit, in casibus*

† Eymer. 3. p. q. 55. vbi dixi. Contradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 5.

Vide Baldũ in l. necquie quã §. de plano. ff. de offi. procon. & Imolam in c. vlt. de confir. vtil. vel inutil.

† Felinus 1 c. 1. de rescrip. Bald. consil. 330. lib. 4. Alexand. consi. 17. nu. 14. lib. 4.

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non expressis : vnde contra inferiores non seruantes, prodita sunt appellationum remedia. 2. q. 6. per totum. de appellat. per totum. solus autem princeps potest ius alterius auferre : cognoscat ergo & committat etiam legatus, ordine iuris seruato. ad hoc supra de ver. sign. super quibusdam. de iureiuran. ad nostram. 3. & c. ego 2. notatur ad hoc. ff. de offi. proconsul. l. nec quicquam. §. de plano. & §. vbi decretum. legatus enim habet instar proconsulis: supra de offi. legati. cap. 2. eod. lib. & proconsul ea, quę communia sunt presidibus, seruare debet, vt in prœall. l. nec quicquam : in fin. nec in generali demandatione videtur mandatum quòd specialiter mandaturus non fuisset. supra eo. lib. de offi. vica. cum in generali. & infra de reg. iur. cap. in generali. & delegatus à Papa, in causa sibi delegata, maior est legato. de offi. leg. studuisti. & ordinario. supra de offi. deleg. sane 2. & tamen tenetur ordinem iudiciarium seruare, supra de iudi. exhibita. de libel. ob. c. 2. & 3. de litis contest. cap. 1. cum similibus. Ioan. And.

†Eymericus infra 3. par. q. 75. vbi dixi. Repertorium verbo: nomina. Gō dīsaluus de hæret. q. 10. num. 4.

Periculum.] *timetur mors: † vel detruncatio ipsorum filiorum: vel parentum suorum: vel deuastatio substantiæ ipsorum: vel his similia.*

Absente.] *ergo diœcesano præsente, coram officiali non fiet : nisi forte coram honesta persona, de qua sequitur. ad idem supra eo. vt commissi. supra eo. lib. de offi. ord. c. 1. in fi. de temp. ord. cum nullus. §. 2.*

Haberi commode possit.] *commode. 22. q. 2. faciat homo. ff. de verb. sig. l. nepos.*

Promulgare.] *vbi ergo non fiet talis promulgatio, licet indicatur secretum, reuelans excommunicatus non esset.*

Episcopum.] *simile supra eo. tit. Inquisitores.*

Iudicijs.] *supra de accusat. qualiter & quando. §. debet. & tradi debent nomina † cum dictis, vt possit & de falso arguere, & se plene defendere, vt ibi: tamen si hoc omitteretur parte tacente, non puto vitiari processum : ad hoc supra eo. lib. de accusa. c. 1. & 2.*

† Hæc hodie non fiunt in causa hæresis, vt dixi. 3. par. super q. 75.

Dicant.] *simile supra de rescrip. cap. cum contingat.*

Conscientias.] *simile supra eo. lib. de rescrip. statutum. §. assessore.*

Permanere.] *non obstante † eo, quòd in huius 6. lib. volumine insertæ non sunt : sunt enim reseruatæ per hunc textum; & de his exemplifica quod dicitur supra in proœmio huius libri ad finem: vt ibi dixi.*

† Eym. 3. p. q. 84. vbi dixi.

GLOSSA ARCHIDIACONI SVPER SEXTO LIBRO DECRETALIVM

TIT. DE HÆRETICIS.

c. Quoniam.

SVMMARIVM.

1 Degradatio duplex.
2 In delictis degradatione dignis certa forma seruanda.
3 Solus episcopus qualiter sacerdotum causas cognoscere dicatur.
4 In iudicando seu degradando subdiacono, quot episcopi requirantur.
5 Per religiosos, hic clerici solum accipiuntur.
6 Litteratorum nomine qui iutelligantur.
7 Intellectus huius cap. & dictio, solus, qualiter hic intelligenda.

Quoniam.] *Hęc decretalis multum fuit detruncata, et olim incipiebat: Et si contra, & cetera.*

Degradationem.] *11. q. 3. Episcopus presbyter.*

† Vide quæ dixi. 3. p. in 9. modo processum finiẽdi.

1 *Ad huius † declarationẽ scias, quòd duplex est degradatio, scilicet verbalis, & actualis: & qualiter fiat vtraque, habetur infra eod. lib. de pœnis. degradatio. & ibi dicetur quando quis degradatur.*

2 *Scias tamen, quòd ad cognitionem criminum, propter quæ quis debeat degradari, habet seruari certa forma : & ad huius declarationem, vide quod legitur & not. 15. quæstione 8. in princ. & quod notăt Inno. & Hostien. supra de præben. graue. vbi dicunt, quòd in Inquisitione sacerdotum, diaconorum, & subdiaconorum, & vbicumque de crimine agitur, de modo depositionis ab ordine vel officio, sententia ferri debet.*

3 *Obseruandum tamen est, quod dicitur in canonibus, de quibus fit hic mentio, scilicet 10. q. 7. felix. c. si quis. & alijs capitulis eiusdem quæstionis. & 3. q. 6. accusatus. reliquorum vero clericorum causas, etiam solus episcopus loci cognoscat & finiat: vt 15. quæst. 7. si autem. in fine: & dic solus, quo ad exclusionem aliorum episcoporum, non sui capituli, sine quorum præsentia eius sententia irrita erit, vt dixi. supra eo. lib. de consue. non est. nisi contra eos episcopus legitime præscripsisset, vt ibi dicitur. Sed cum in præd. c. si autem.*

4 *Dicatur, quod certus numerus in causa presbyteri requiritur, videlicet sex: & certus numerus in causa diaconi, scilicet tres: & in fine concludat dicens: reliquorum vero clericorum, &c. vt supra dixi: videtur quòd in causa subdiaconi iste numerus non requiratur, sed ab vno solo episcopo eius causa possit audiri & terminari. ad hoc quod legitur & not. 5. quæst. 6. iuxta. Sed dic, quòd subdiaconus hodie gaudet eodem priuilegio quo & diaconus. supra de seruis non ord. miramur. vbi not. Hostien. quòd isti duo ordines, exceptis probibitis, hodie in omni honore & priuilegio, quinimo in omnibus adæquantur: ergo si contrarium tenere volueris, da ad hoc*

Diaconus & subdiaconus æque priuilegiati.

ad hoc ius expressum, & quod dixi locum habet regulariter. sed fallit in hæresi, vt sequitur.

A canonibus.] *de quibus facta est mentio supra. Sed certe illa capitula loqui uidentur dumtaxat de criminum obiectorum examinatione, & definitione sententiali super illis.*

† al. casum.

Cum.] *idest, quando.*

Hæresi.] *causam † demonstrat specialem, vt supra dixi. sic infra eo. in fidei.*

Relinquendus.] *sic supra eo. excommunicamus. §. 1. ibi videas. infra de ver. sig. nouimus.*

Immurandus.] *sic infra eo. accusatus. §. vlt. & dic, id est muro recludendus. infra eod. vt commissi. §. & illorum. vbi patet. q. aliud est immurari, aliud incarcerari.*

Vocatis abbatibus.] *simile. 18. q. 2. si quis abbas.*

5 Personis.] *hic exprimit clericos dumtaxat, qui religiosi dicuntur, vt patet. 4. dist. denique. in princ. 1. q. 1. nullus itaque. in fine.*

6 Litteratis.] *in hoc genere possunt comprehendi laici litterati, vt pote doctores, vel bene instructi in iure canonico, vel ciuili.*

Videbitur.] *ipsi ordinario episcopo, qui debet sẽ tentiam promulgare.*

7 Solus episcopus.] *videtur respicere principiũ huius capituli, vbi dicit, episcoporum numerus: nam suum capitulum non videtur excludere ista dictio. solus secundum id quod legitur & not. 21. dist. submittitur. Sed potest dici q. illud locum habet quo ad eam se examinationem, et diffinitionem: & hoc patet 15. q. 7. c. 1. in fi. & c. episcopus sacerdotibus, in fine. vbi dicit: oportet diffiniri, & sine illorum præsentia non tenet, vt 15. q. 7. Episcopus nullus. quod hic dicit, quando formam degradationis obseruat. de qua habetur in præd. c. de pœnis degradatio. vnde dicit hæc littera: possit degradare. vnde credo satis sufficere, q tunc obseruetur, quod hic dicitur.*

c. Quicunque.

SVMMARIVM.

1 Hæreticus quis multis modis dicitur.
2 Nemo absque pertinacia iudicandus hæreticus.
3 Intellectus. cap. dixit Apostolus. 24. q. 3.
4 Hæreticos ad fidem cogendos multis modis probatur.
5 Credentes hæreticis qui dicantur.
6 Facta quam uim habeant ad probandum interiorem affectum.
7 Nemo facile credens hæreticus iudicandus.
8 Facta euidentissimam faciunt probationem.
9 Indicia quando probent.
10 Audientes predicationes hęreticorum, quomodo censeantur credentes.
11 Suspectis purgatio canonica indicenda.
12 Libros hęreticorum retinens, suspectus est de hęresi.
13 Receptatores hęreticorum qui dicantur.
14 Defensores hęreticorum quidam errorem, alij personam tuentur.
15 Superiores non corrigentes hæreticos, non sunt eorum defensores, sed fautores.
16 Fautores hęreticorum, & quot eorũ genera.
17 Verbis qualiter quis hęreticis faueat.
18 Lubricũ linguę aut iocus nõ inducũt hęresim.
19 Facto, qualiter quis faueat hęreticis.
20 Intellectus c. 1. uers. illud. 14. q. 6.
21 Prelati omittentes facere quę spectant ad promotionem inquisitionis, an sint hæreticorum fautores.
22 Ignorantia facti excusat.
23 Sepultura ecclesiastica, & Christiana, idem.
24 Quid sit hęreticus sepultura priuari.
25 Publica noxa, publico eget remedio.
26 Res inanimatę quandoque puniuntur.

Vicumque hereticos.] *quis dicatur hæreticus, habetur 24. quæst. 3. hæreticus.*

1 *Et not. quòd pluribus modis dicitur quis hæreticus †: nam hæreticus dicitur, qui non recipit quattuor concilia: sic intellige. C. de hæret. l. quicunque. cum similibus. item & in casu. 20. dist. de libellis. de hoc etiam not. 34. q. 3. inter. in gl. vario modo. & supra eod. tit. firmissime. vbi de hoc notantur varij modi.*

† Eyme hac 2. p q. 30. 31. 32 & ibi dixi.

2 *Is vero qui in fide errat, si paratus est corrigi, non debet hereticus iudicari. ea. q. dixit Apostolus. & c. qui in Ecclesia. & q. 1. c. hæc est. vbi de hoc. & not. etiam e. q. quæ dignior. in gloss. vlt. & 17. dist. nec licuit. et 21. dist. nunc autem. in glo. sed videtur. in fine. Vnde scripsit Hug. in prin. eo. c. nunc autem. quòd tunc Papa potest condemnari de hæresi, cum pertinax fuerit, aliter non.*

3 *Sed Lau. ibi scripsit, quòd prædictum cap. dixit Apostolus. loquitur de non intelligente: vnde secundum eum, ille hereticus, qui suum errorem non desendit, immo paratus est intelligere rationem, iam nõ est putandus hæreticus, ut ibi.*

† S. Tho. 2. 2. q. 10 art. 8. Gondisaluus de hęre. q. 25. Alfons. de iusta hereti. punit. lib. 2. c. 3.

4 *Hæretici † autem ad fidem compelluntur, multiplici ratione: primo ad instar frenetici, quem medicus ligat, vt 23. q. 4. ipsa pietas. & c. nimiũ, in prin. & Litargicus, qui stimulandus est, vt ead. q. quid faciet. Itẽ quia pater filiũ indisciplinatum, et magister discipulum bene castigat: vt in præd. c. ipsa pietas. et ea. q. c. displicet. vers. si voluntas. Præterea bi qui inueniuntur in vijs, & sepibus, i. hęresibus, & schismatibus, cogũtur intrare. id est † ad Ecclesiã redire: vt in præcitato c. ipsa pietas, & ea. causa. q. 6. c. 1. in fine. Itẽ, quia Lucæ 14. legitur, q paterfamilias dixit seruis suis. Quoscunq; inueneritis cõpellite intrare, vt 23. q. 4. nimiũ. & Paulus fuit coactus ad veritatem cognoscendam, & tenendã. vt ibi. Item, quia pastor errantia pecora flagello reuocat, vt ibi. Itẽ, quia vilius esurienti de cibo panis tollitur, si malus est, quàm ei detur, vt ibi. Item, quia scriptum est, Detrahentem proximo suo, hunc persequebar, ut ibi. Item, quia medicus ferro vulnera incidit, quæ fomenta non sentiunt. 82. distin. plurimos. in fin. 1. q. 1. reperiuntur. 16. q. 1. in canonibus. iuxta finem. Item, quia Angelus coegit Agar, vt rediret ad dominam suam, vt 23. q. 4. quando vult, in prin. c. Itẽ, Nabuchodonosor decretum dedit cõtra eos, qui dixerunt blasphemiam in Deum, vt ibi. & cap. non inue-*

† al. et Matt. 12.

Act. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nictur. 11.q.3.imperatores, Item, quia multi tenentur inuiti, & includuntur, vt bonum opus, ideſt epiſcopatum ſuſcipiant, vt ea. q. diſplicet. iuxta princip. multo fortius hæretici ad fidem ſunt retrahendi, vt ibi. Item. quia puniuntur paſtores, quibus dicitur Ezechiel. 13. & Ierem. 5. Errantem non reuocaſtis, perdium non requiſiuiſtis, vt in præd. cap. diſplicet. ver. ſi autem. & q. 6. quòd erraverat. Item, quia & illi compellunt catholicos ad malum, ergo & ipſi ſũt compellendi ad bonum opus. 23. q 5. relegentes.

† Sequentia gloſſemmata emendauim⁹ iuxta exẽplum vetuſti conſilii Guidonis Fulcodii, quod eſt in bibliotheca Vaticana, Vnde ad verbum fere ſũpſit hæc Archid. vt ait Zanc. tracta. de hęre. c. 6.

5 Credentes.] *Illi dicuntur credentes* † *hæreticorum, qui ore proprio dicunt ſe credere erroribus eorum. ad hoc de pœnit. diſt. 1. poteſt fieri, ver. quid ergo, & c. ibi de ſe fatentur, & c. & ca. in actione. 24. q. 3. Deus quando. ad hoc de conſe. diſt. 4. cum pro parvulis. & c. ſi qua mulier, vbi dicitur, quòd vnicuiq; propria voluntas in confeſſione miniſtratur. ad idẽ 22. q. 2. is autem. et tales hæretici iudicantur. ſupra eod. excommunicamus 2. §. vlti. infra de verb. ſigni. ſuper quibuſdam. vbi de hoc. et hoc indubitatum eſt, & probatione non eget. Qui uero adorauerunt, reuerentiam ſuo more exhibuerunt, conſolationem, vel cõmunionem ab hæreticis acceperunt, vel ſimilia perpetrarunt, quę ad ritum eorum pertinent, credentes merito debent dici.*

6 *Nam factis præſumitur de affectu. ad hoc 32. q. 5. qui viderit. c. ſicut enim. C. de dolo. l. dolum ſupra de biga. nuper. & plus eſt de facto quàm verbo aliquid facere. arg. ſupra de appella. dilecti. nec refert an quis uolũtatem ſuam verbis exprimat, an factis. ff de legib. l. de quibus. ad idem quod legitur, & no. 20. q. 1. quam progenitores. & dixi ſupra eod. lib. de reg. iuris, is qui in gl. vlt. in fi. vbi videas. nam negare & confiteri poſſumus, non ſolum verbis, ſed etiã factis. 11. q. 3. extimant. & hoc dico de his factis, & in quibus error exprimitur: ſicut ſupra exempla poſui de his quę ad ritum errantium pertinent. verum ſi quis eos viſitauit, alimoniam dedit, ducatum præſtitit, vel ſimilia fecit, in quibus nihil de ritu eorum oſtenditur expreſſum, non credo quòd poſſint credentes iudicari: nam hęc quandoque fiunt pecuniæ interuentu: ſecus ſi prius eſſent lapſi, & poſtea illa facerent. infra eod accuſatus §. ille quoque. & cum dicat. decre. ſupra eo. excommunicamus 2. §. vlt. non ſimpliciter credentes, ſed credentes eorum erroribus, neceſſe arbitror, aliquod erroris in eis indicium deprehendi: vnde ſupradictos, quos vltimo dixi, non iudico hæreticorum credẽtes, ſed potius fautores, uel receptatores. ad hoc infra eo. c. accuſatus. §. ſi uero.*

7 *Cum enim credens hæreticus iudicetur, non debet de facili iudicari aliquis credens: nam in hoc crimine etiam ex vehementi præſumptione nemo condemnatur. ſupra de præſump. litteras. vbi de hoc in gloſſ. immo ex leui. Si dicatur, quomodo ergo dicis illos credentes, qui adorant, & ſimilia faciunt, ſi ex præſumptione neminem damnas? Reſpondeo, non credo illos ex præſumptione ſolummodo iudicari* †, *immo ex vera probatione.*

† al. condemnari.

8 *Nam probatio euidentiſſima eſt, quæ fit ipſo facto, vt not. 2. q. 1. §. quando autem. in glo. iudicis nõ ſedentis, & c. & in concor. ibi notatur. aliàs de animo conſtare non poſſet. ad hoc 32. diſt. erubeſcant. in ſi. 24. q. 3. Deus. 9. q. 3. aliorum. infra de vſur. in ciuitate in fine.*

9 *Sed huiuſmodi indicia, quę ad bonum retorqueri non poſſunt, nec ad aliud niſi ad iſtud quod expreſſe indicant, pro probationibus ſunt habenda: & ideo perſpicue vocantur inſidię. C. de dolo, l. dolium.*

10 *Quid ergo dicemus de his, qui eorum ſermones, ſeu prędicationes audiunt* †, *poteſt dici, q̃ ſi ſemel tãtum audierunt, & nunquam poſtea redire voluerũt, non debẽt iudicari credentes: nec enim videntur approbaſſe, quod poſtmodum euitauerunt. ad hoc efficax arg. 1. q. 1. conſtat. ſupra de præſump. ex ſtudijs. C. de inceſt. nup. l. qui contra. in fi. ff. de in rem ver. l. ſi pro patre. cum ſimilibus.*

† Vide quę dixi infra in hac 2. p. q. 10 §. ſermones eorum.

11 *Sane omnes, quos ſupra dixi non debere iudicari, credentes, fateor ſuſpicione maxima non carere: & ideo poſſet eis purgatio indici, ſecundum canonicas ſanctiones, iuxta illud:* Qui uero inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, & c. *ſupra eo. excõmunicamus. §. qui autem, vbi de hoc.*

12 *Item qui libros hęreticorum ſuſcipiunt* †, *dico ſuſpectos, & eis purgationem indicendam. ſi tamẽ eos ſtatim deſtruxerunt incendio, vel alio modo, credo innoxios iudicandos. argu. 5. queſt. 1. cap. 1. & c. ſi quis.*

† al. ſupprimunt.

13 Receptatores.] *illi dicuntur tales* † *qui ſciẽter hæreticos recipiunt, etſi frequenter non recipiãt, ad hoc habes efficax arg. infra eo. lib. de pœn. ca. felicis. iuxta prin. ibi, receptauerint, vel defenſauerint ſcienter, & c. & facit optime ff. ad l. Iul. de adul. l. mariti. §. quæſtum. nam licet ſecundum vires grammaticæ, hoc verbum ſit frequentatiuum, tamen in iure pro ſimplici verbo ponitur, ideſt receptare, pro recipere: vt probatur. ff. de recepta. l. ſi. ſic & pulſare, dicitur cędere ſine dolore, quamuis ibi nulla ſit frequentia. ff. de iureiuran. lex Cornelia. §. item pulſatione. multa quidem contra rationem diſputãdi de iure recepta ſunt, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. Horum autem, qui ſcienter receptant, quidam ſunt in culpa, quidam non. C. de his qui lat. occult. l. 1. Hoc ſane notandum videtur, quòd iura ciuilia videtur intelligere, illum eſſe receptatorem, qui latenter recipit & celat, vt conſeruatus manus iudicis euadat, vt innuitur ff. de recepta. l. 1. & 2. ff. de off. præſi. congruit. C. de his qui lat. occul. l. vlti. de iſtis receptatoribus, & fautoribus not. Hoſt. in ſum. eo. titu. §. qua pœna.*

† Eymc. hac 2 p. q. 15. & ibi plene dixi.

14 Defenſores.] *ad huius intelligentiam* † *ſcire debes, quòd aliquando defendit quis errorem, aliquãdo perſonam errantem. is qui defendit errorem, damnabilior eſt eo, qui errat: & non ſolum hæreticus, ſed etiam hęreſiarcha dicitur, vt habetur 24. quę ſt. 3. qui aliorum. & in eodem caſu intellige canonem. 11. queſt. 3. qui conſentit. quamuis loqui videatur ibi de illo, qui defendit errantem: ſed intelligo quòd defendit errorem, & errantem per prædictum cap. qui aliorum. aliàs enim non eſſet acrius puniendus errante. & ita habes caſum, in quo plus punitur conſulens quàm faciens, vt not. in dicto ca. qui aliorum. ſic 23. q. 5. cum homo. ad hoc quod leg. & not. 86. diſt. tanta. ſic aliquando plus punitur conſulens, quàm ſi ipſe idẽ faceret quod conſuluit. ff. ad l. Iul. de parricidis. l. vtrum. & not. eod. tit. l. 1. ſicut patet*

† Eme. infra q. 52. p. 2. & ibi dixi plene.

tet exemplum in medico, qui filio dedit venenum vt daret patri: nam in hoc caſu plus punitur medicus, q̃ ſi ipſe illius patrem venenaſſet, vt ibi patet. Aliquã do quis defendit perſonam, reſiſtens viribus vel potẽtia, ne ad manus iudicis veniat puniendus, vel examinandus, de ſimili defenſione loquitur 21. q. 5. per totum. 27. q. 1. ſi cuſtos. & contra huiuſmodi defenſores ad excommunicationem procedi poteſt, & credo, q̃ pro huiuſmodi ſuſpicione poſſit eis indici purgatio. Si queras, vnde habeo quòd ex tali defenſione ſint ſuſpecti? dico quòd ex iniuſta defenſione opinio male viuentium incurritur. 14. q. 6. bi qui.

† al Sed ego:

15 *Et ſciας quorundam ſententiam fuiſſe, q̃ prælati ſeu principes, qui tales non corrigunt & puniũt, poſſunt dici defenſores: quia negligere, cũ poſſis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud quàm fouere. 2. q. 7. negligere. 83. diſt. error. ſupra de ſen. excom. quantæ. infra de homi. ſicut dignum. §. illi etiam. Hoc* †*ego non conſentio, & expono fouere, ideſt nutrire. et hoc oſtendit canon. 86. diſt. inferiorum, illos ergo appello fautores, de quibus ſupra dixi in gl. illi dicuntur credentes, & c.*

† Eymer. infra. q. 51. p. 2. & ibi dixi.

16 Fautores.] *de his* † *etiam habetur infra can. contra Chriſtianos. hic nota, quòd aliquę ſunt perſonę privatæ, aliæ publica poteſtate funguntur. & non eſt omnium vna conditio: qui enim gladij poteſtate funguntur, ex ſola omiſſione poſſunt dici fautores: puta ſi ab Eccleſia condemnatos non fugant, & non puniunt ſicut debent, hoc probatur. 23. q. 3. qui poteſt. & q. 5. qui vitijs. & q. 8. præterea. et in caſu, qui habetur infra eo. vt officium. §. vlti. ibi videas. Priuatæ uero perſonæ in hoc caſu, ſi non capiunt, ſi prætereuntes non detinent, fautores dici non poſſunt: nam hęc ad eos pertinent, qui poteſtate funguntur, ad hoc quod legitur & not. 26. q. 2. ſi de area. licet ſit argu. contra. 23. q. 3. c. vlt. & infra eod. lib. de ſent. excõ. dilecto. ver. & quidem, cum ſim. & hoc fateor de priuatis perſonis, quæ ad hoc non ſunt ſacramento aſtricte: ſi enim iurauerint indicare, ſicut multi faciunt, & celant non nego illos fautores, cum ad hoc teneãtur debito iuramenti, et ſit mortale peccatum in hoc caſu veritatem celare. 11. q. 3. c. ſi quis. & ſic patet qualiter quis omiſſione fauere intelligatur, & etiam permiſſione iudex ſiue prælatus fauere intelligitur, vt patet exemplum 17. queſt. 4. §. quòd autem. vbi videas.*

17 *Sed & verbis quis fauere poteſt. Si quis enim excuſat hæreticum non ex linguæ lubrico, nec per iocum. ſed in conuenticulis, uel etiam inter laicos. ſicut multi faciunt dicentes ſæpe: iſti homines non ſunt tales quales dicuntur. nec negant iſta, vel illa: vel forte quia aduocati ſunt aliqui, & defendendo eos, excuſant eorum exceſſus, poſſunt dici fautores, conſideratione habita perſonarum, temporum, & locorum: nõ enim hęc omnia poſſunt ad vnguem perſtringi. plerunque enim homines ſimplices, hæc verba ad amorem hęreticorum prouocant, & deuotionem, quam habent ad Eccleſiam, minuunt & eneruant. & quòd huiuſmodi excuſatores falſi fauere videantur, inſinuat canon. 11. queſt. 3. timendo. aliàs incipit, non ſolum. ſed & illi Epiſcopi, qui Lothario adhæſerunt, tanquam fautores eius condemnati ſunt. 2. q. 1. cap. vlti. & dicit Nicolaus Papa: (quaſi fauendi modum exponens,) quòd fucatis defenſionibus eius crimina tegere videbantur. 11. queſt. 3. ita eorporis. Ex quibus duobus cap. colligitur, quòd per huiuſmodi coloratas defenſiones intelligitur quis fauere.*

18 *At vbi eſſet lubricum linguæ* †, *non obeſſet. quia illud ad pœnam, vel ad damnum trahi non conuenit. ff. ad l. Iul. maieſt. l. famoſi. ſimiliter quæ per iocum dicuntur, non obligant. ff. de actio. & obligatio. obligationum ſubſtantia. 22. q. 2. quòd autẽ ait.*

† Zach. trac. de hęr. ca. 7. n. 9. Albert. de agnoſ. aſſer. q. 3 n. 10. Simancas de catho. inſtit. tit. 17.

19 *Item quòd quis facto faueat, probatione nõ indiget, puta in eo, qui tali alimoniam procurat, qui liberat, qui ea per quæ liberantur. ſubminiſtrat, & ſi qua ſunt ſimilia. ad hoc 23. q. 4. eſt iniuſta. ff. de furti pignore. infra eod. accuſatus. §. ſacerdotes. dic vt ibi. & infra eod. vt inquiſitionis officium. §. prohibemus. idem dico in eo, qui precibus* †*eum liberat. arg. 14. q. 6. c. 1. ver. illud vero.*

† Quia non licet pro eis intercedere. Alfon. Caſt. lib. 1. c. 17. d iuſta hęreti. punit.

20 *Nec te moueat quod ibi dicitur, ſocius criminis: nom. n. intelligitur ſocius criminis, quaſi idem crimen commiſerit, ſed ſocius, ideſt particeps infectionis. & de huiuſmodi ſocietate loquitur canon. quãdo dicit: nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, & c. 2. q. 7. negligere. cum ſuis concor.*

21 *Sed ſi ſunt aliqui prælati, qui nolũt facere carceres ad cuſtodiam hereticorum, vel ſimilia, quę ad promotionem officij pertinent. cum id non in fauorẽ hereticorum. ſed ex auaritia faciant, non dicam eos fautores; & ideo ſecundum quoſdam Inquiſitores de hoc non habent procedere contra eos. arg. contra. 23. q. 5. adminiſtratores. ſupra de offi. dele. præterea. cum ſimilibus.*

Eorum.] *ſcilicet hęreticorum.*

22 Scienter.] *ſimile infra de cleri. excom. mi. ſi celebrat. ergo ſi hoc neſciebat ipſe tumulans, non ligatur iſta pœna; quia facti ignorantia vnumquemque excuſat. infra de cleric. excom. mi. Apoſtolicę. cum ſimilibus.*

23 Eccleſiaſticę ſepulturę.] *habes ſimile infra de tornea. c. 1. in fine. ſupra de ſepul. ex parte. in fine. de pœnit. & remi. c. quòd in te. Aliquando dicitur Chriſtiana ſepultura infra de vſuris. quia in omnibus. infra de pœnit. & remi. omnis vtriuſque. ſupra de ſepul. ſacris. Sed credo; quòd iſta ſupponunt pro eodem; Chriſtianorum autem corpora, cum pſalmis, & orationibus ad ſepulturam deducuntur, vt 23. queſt. 5. placuit, 13. quæſt. 2. qui diuina in princip. & e. queſitum.*

24 *Vult ergo dicere iſta littera, quòd talium cadauera non debent in cęmeterio eccleſiæ tumulari, neq; etiam alibi ad modum Chriſtianorum: ſed foras iactari ab eccleſiaſtica ſepultura, vt in præd. c. ſacris. in ſignum perpetuę damnationis. ſupra de ſta. mon. cum ad monaſterium. §. 1.*

Vſque.] *iſtud, vſque, hic ponitur ineluſiue: & ſic ſecundum hoc habes hic, quòd prius debent ſatisfacere quàm abſoluantur. ſic ſupra eod. lib. de cenſib. quamquam. in fine. vbi dixi de hoc.*

Idoneam.] *nam habent Deo ſatisfacere de peccato ſic perpetrato. &* † *eccleſię quam offenderunt, de pœnit. diſt. 1. in actione. infra de ſen. excomm. cum deſideres. §. vlti. in fine. ſic ſupra eod. excommunicamus. §. qui autem.*

† al. ideſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propriis.] *ergo nõ alienis. habes simile supra eod. lib. de elec. nulli. vbi dicit proprio iuramento, &c. et hic repete quod ibi dixi.*

Manibus.] *taliter tumulantes, exhibuerunt mẽbra sua seruire iniquitati, & peccato, ergo illa debẽt exhibere seruire iustitiæ in satisfactionem. ad hoc 47. dist. omnes huius sæculi. in fine.*

25 Publice.] *si publicè tales tumulant, taliter dubium non esset, quin publice haberent satisfacere: quia vt August. ait, Publica noxa publico eget remedio, vt de pœnit. dist. 1. §. hoc igitur. ad idem, infra de pœnit. & remiss. manifesta. cum sim. & ideo potest dici, vt videatur, quod hic dicit, locum habere, siue publice tales ecclesiasticè tradiderint sepulturæ, quicunque fuerint laici, vel clerici. cum supra dicat: quicunque, & ita nullum excipiat. supra de ma. & obe. solitæ. iuxta fi. siue priuate. ad hoc 5. q. 1. quidam. vt hoc contingat pro detestatione criminis: nam taliter delinquendo, videtur facere furtum animæ suæ, quã Deo subtrahit per peccatum. ad hoc videtur facere quod legitur & not. 50. distinct. ex pœnitentibus. in gloss. ex hoc. sed tunc obstare videtur 2. quæst. 1. si peccauerit. in fin. ver. dicit: vbi contingit malũ, ibi moriatur. vnde dicit Ioan. Chrysost. Non dico tibi, vt te prodas in publicum. de pœniten. distin. 1. §. his auctoritatibus. versi. item illud, &c. ibi etiam dicit Gratianus, quòd secreta peccata, secreta purgantur satisfactione. idem dicit ead. distinct. §. econtra. in princ. vbi dicit: occulta peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta pœnitentia expiari debent. forte istud potest solui, ex eo quod legitur & not. in præd. c. quidem. videlicet, si crimen talis sepulturæ sit publicum, quamuis persona tumulans ignoretur, potest procedi contra eum in genere, vt suum errorem publice confiteatur, vt ibi dicitur; & not. per Lauren. & Ioan. in gloss. contra. infra, &c.*

Proijciant.] *hoc intellige, secundum id quod habetur supra de sepul. sacris.*

Locus ille.] *idest, cœmeterium ecclesiæ, in quo tales sunt sepulti. & hoc quod hic dicit, intellige secũdum illud quod legitur supra eod. lib. de consec. eccle. si ecclesiam. §. vlti.*

Perpetua.] *idest, sine temporis præfinitione, quãuis hæc dictio multis modis exponi consueuerit. 10. q. 2. §. perpetua.*

† Condisalnus de hære. q. 22. num. 5.

26 Careat.] *not. hic rem inanimatam † siue locũ puniri, propter peccatum ibi commissum, sic 1. q. 4. ecclesia. & §. item peccatum ciuium. & §. ijs ita. supra eod. lib. de elect. vbi. §. ciuitas. infra eo. lib. de pœnis. felicis. in fi.*

§. Inhibemus.

INhibemus.]
Laicę.] *sic. C. de sum. trin. & fi. catho. nemo in principio.*

Personæ.] *cuiuscunque sit ordinis, idest religionis, vt supra eod. tit. sicut in uno corpore.*

Innodetur.] *intelligo per sententiam. sic supra eod. excommunicamus. §. qui uero. & admonitione præmissa. 12. q. 2. indigne.*

§. Hæretici.

HAeretici.]
Ad secundam.] *dic vt infra eo. statutum felicis. & quod hic dicit, referas ad filios talium non infectos, vt sic ad proximum fiat relatio, vt ff. de posiu. l. 1. §. deinde.*

§. Ad hæc.

AD hæc.]
Priamus.] *not. hic casum, in quo quis priuatur beneficio ex facto alieno; & hoc est contra regulam communem. et repete quod dixit supra eod. lib. de rescrip ipso iure.*

§. Illorum.

ILlorum.] *Iste §. continet, quòd hæresis liberat filium à patria potestate.*

c. Filii.

SVMMARIVM.

1 Crimen hæresis non extinguitur morte.
2 An qui accusat in crimine hæresis, obligetur ad pœnam talionis.
3 Qui vult defendere hæreticum defunctum, admittendus.
4 Libri damnatæ lectionis si apud apud quem reperiantur, an eum probent hæreticum.
5 Semel furiosus, talis semper præsumitur, nisi contrarium probetur.
6 Vbi requiritur infamia, non sufficit rumor.
7 Leuis probatio sufficit ad suspicionem, non ad probationem.
8 Intellectus l. 2. C. de hæret. & quid sit leue argumentum.
9 Quid dicatur legitime constare.
10 Negatiua qualitatis à quo sit probanda.
11 Inquisitor diligenter videat, an quis sit furiosus.
12 Domestici qui dicantur.
13 Domestici cur à testimonio repellantur.

† Zanchin' trac. de hæret. c. 24.

ILlij.] *Olim incipiebat: Ex parte.*

1 *Ad huius declarationem, scire debes, quòd in crimine hæresis obtinet, quòd non extinguitur † morte (vt patet supra eod. lib. de præscrip. si qui. in fin. & not. 23. distinct. quorundam,) vnde de eo post mortem potest quis accusari, vt patet 24. q. 2. §. his auctoritatibus. & cap. sequenti. quod dic vt legitur & not. ead. q. in fin.*

2 *Et is, qui vult demonstrare peccatum hæresis defuncti, secundum plerosque, non admittetur denuntiatiue, immo oportet vt se inscribat & obliget ad talionem: & sic secundum hoc, admittetur per viam accusationis duntaxat. ad hoc C. eodem titu. Manichęos. versi. nam si. C. ad l. Iul. maiest. si quis. ibi*: Si aliis manifestis, &c. *& supponetur ei pœnæ, cui supponeretur ille, si viueret: & hoc si verum fuerit. Lauren. & Ioan. vt not. 24. q. 2. sane, in*

in gloss. Sed qualiter, videas ibi.

3 *Et quod notatur eo. c. in gloss. ubi dicunt, q̃ ubi quis post mortem de hæresi impetitur, si quis voluerit defendere, admittetur.*

4 *Et nota quòd in crimine hæreseos, hoc obtinet ad plenam probationem, vt libri † reprobatę lectionis inueniantur apud aliquem, ut patet in eo quod legitur, & not. in præd. c. sane. & hoc propter enormitatem, & odium delicti. & adde quod dicitur infra eod. in fidei. in prin.*

† Aliter sentit & melius c. superiori. n. 12. sed ui de supra p. 2. super ca. fraternitatis.

Consolationem.] *hoc sumitur hic in mala parte, sed regulariter sumitur in bona, vt patet. 13. q. 2. animę. & c. tempus. in fi. supra de cel. mis. cum Martha. in fin.*

Effecti.] *vt puta, quia tanquam freneticus alienatus erat à mente. supra de succe. ab intest cum dilectus.*

5 *Et not. quòd qui semel fuit furiosus, semper præsumitur furiosus. 3. q. 9. indicas. vnde qui dicit talẽ postea fuisse sanę mentis, illud habet probare, vt legitur & not. in prædicto c. cum dilectus.*

6 Diffamati.] *ita quòd publica laborauerunt infamia. & ad huiusmodi declarationem videas quod legitur & not. supra de accus. inquisitionis. in fi. infra de pur. cano. nos inter. in prin. & c. accedens. & c. cum dilectus. in fi. ver. si vero. 2. q. 5. omnibus. in verbo, bonis. 11. q. 3. in cunctis. videtur tamen quòd rumor in hoc non sufficeret. arg. 23. q. 4. non inuenitur. iuxta finem. vbi de hoc.*

7 Suspecti.] *videtur, q̃ leuis probatio sufficiat ad suspicionem. C. eod. tit. l. 2. supra de præsump. litteras. §. nos uero. in princ. hoc tamen non sufficit ad condemnationem, vt in præd. c. litteras.*

8 *Vel dic, quòd illud, quod dicitur in l. prędicta,* leui argumento. *& c. determinat illud verbum,* deuiare, *& non illud,* detecti fuerint; *vel leue argumentum vocat ibi,* facile, *quo ad probationem, quã dos scilicet renuit iurare, dicens hoc esse peccatum, supra eod. excommunicamus 1. §. ante pen. Preterea ex leui, idest facili argumento prohibetur cõdemnari de hoc crimine, in præd. c. litteras. in fi. vbi sic not. Hostien. vide quod not. ipse in sum. eo. tit. §. qualiter deprehendatur, ver. sed quod vocas. cum sequentibus. & quod dicetur infra c. vt officium. in gl. aliquorum fuit sententia. ver. scias tamen, &c.*

9 Legitime.] *idest clara probatione, uel competẽtibus indicijs. supra eod. lib. de regula. non solum. ver. aut euidenter.*

Constiterit.] *repete quod dicam infra c. ut officium. in verbo. testium.*

Petierunt.] *arg. ad hoc, 26. q. 6. is qui. ubi de hoc. c. is qui in tempore. ver. quòd si ita. de pœnit. dist. 1. multiplex. ver. his autem. aliàs est c. per se. ver. quòd si ita. de conf. dist. 4. ægrotantes.*

10 Ad probandum.] *& ita in hoc casu probabitur negatiua †. sic in præd. c. cũ dilectus. ubi de hoc. & 17. q. 2. Gondisaluus. in gl. arg. est hic, &c. & supra de regula. sicut tenor. ibi videas. & hoc ideo est, quia est negatiua qualitatis, cum dicitur,* non erat sanę mentis: *& ista habet probari ab eo qui dicit, ut not. 6. q. 5. actor. sudra de elec. bonę memoriæ. & est ratio, quia quilibet præsumitur sanę mentis, nisi probetur contrarium, C. qui testa. fa. po. l. 2. 3. q. 9. indicas. sed cum probatum fuerit, cum fuisse extra mentem, tunc temporis nil ei nocebit: nam ea quæ fiunt mente alienata, non obsunt. 15. q. 1. aliquos. & in ca. seq. vsque ad c. cum itaque. C. qui test. fa. pos. senium. in prædi. decre. sicut.*

† Vide in hunc locum Frãc. Hercu. tract. de probanda negatiua, in 2. mõ n. 157. & seq.

11 *Vnde dicendum est, quòd iudex, vel Inquisitor diligentissime inquiret, an fuerit furiosus, quia multi furorem fingunt, †, vt sic excusentur. ff. de cu. fur. obseruare. sicut etiam not. 3. q. 9. c. indicas.*

† Eymer 3. par. ti. de modis decẽ sophisticãdi in 9. modo, vbi dixi.

12 Familiares.] *etiam mercenarij dicuntur domestici. ff. de pœnis. respiciendum. §. furta. C. de his, qui ad eccles. con. præsenti. & domestici fides improbatur. 4. q. 3. etiam. excipiuntur quidam casus, vt ibi not. & ad declarationem eorum, quę hic dicuntur, vide quod leg. & not. 3. q. 5. in sum. & c. 1. et supra de testi. in litteris. et 24. q. 2. in prin. et ca. 1. et quod dicam infra eod. lib. de priuil. licet.*

13 *Isti autem propter suspicionẽ repelluntur, nã inter familiares facile quid confingitur. C. de dona. l. datam. aliàs secus, secundum illud quod legitur et not. supra de testi. veniens 2. in fin. et ibi videas, sed contra istam litteram est arg. C. ad l. Cor. de sicar. si forte. & ponitur de pœnit. dist. 1. si forte. Sed iste casus excipitur, in odium tanti criminis.*

Aliquos.] *à prædictis.*

Dignos.] *sic supra de elect. quia propter. Sed ad declarationem huiusmodi clausulę, collige ex eo qđ habetur 2. q. 7. non potest. & c. testes. & supra de testi. restimonium. cum similibus.*

Fidei zelatores.] *sic etiam ponitur in extrauag. Imo. iiij. ad extirpanda de medio populi.*

c. Super eo.

SVMMARIVM.

1 Misericordia nulli deneganda.
2 Pœnitentiam sequitur misericordia.
3 Qualiter intelligatur illud: Deus non iudicat bis in idipsum.
4 Signa indicantia hominem uere contritum.

VPer eo.]
Scriptum.] *C. de sum. trin. inter claras. circa fi. C. de hæreti. Manichæos. arg. de hoc. 23. q. 4. duo ista.*

1 *Vbi dicit. quòd nulli homini claudẽda est misericordia. 42. distin. quiescamus. 16. q. 1. si cupis. 86. dist. qui clementiam. & c. non satis, hinc est quòd Romana Ecclesia dicitur liberalis, supra de rescrip sedes. in prin. vbi de hoc.*

Audientia.) *casus in quibus audientia denegatur, notantur 23. distinct. cap. 1. in gloss. hic habes, & cetera.*

Relinquendi.] *vt supra eod. ad abolendam. §. illos quoque. vbi de hoc.*

Postulastis. l. *& bene. supra qui fil. sint leg. per uenerabilem.*

2 Pœniteant.] *quando peccator uere pœnitet, potest dici quòd habetur 50. distin. ponderet. ver. & dominus. ubi dicit: Peccator in quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius, Ezechiel. 18. & ali-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bi dicitur: Cum conuersus fueris & ingemueris, tũc saluus eris. 26. q. 6. is qui. cap. cognouimus. §. ecce. vbi post peccatum secuta est pœnitentia, ibi datur misericordia, ut 50. dist. quia. in fine, vnde non dẽt despici in eo quod fuit, quia iã incipit esse quod non fuit, ead. dist. ferrum. ad idem de pœniten. dist. 1. quantus libet. c. quamobrem. vers. neque enim, & c. & 32. q. 1. quòd autem in fin. 56. dist. nunquam. sed argum. contra 56. dist. illud quoque.

Deneganda.] *ad hoc* † *50. dist. pœnitentes. 26. q. 6. is qui. & c. qui recedunt.*

† Eym. 3. p. q. 100.

3 *Nam scriptum est: Non iudicat Deus bis in idipsum. 8 t. dist. presbyter. 13. q. 2. quæsitum. 23. q. 5. quid ergo. de pœni. di. 3. §. auctoritas. & dic in idipsum, ideſt propter eandem causam, vel propter idem factum: dummodo diuersæ causæ non subsint: nam bene punitur quis bis: puta cum ex diuerso facto, diuersę oriuntur actiones: puta actio legis Aquiliæ, & in iuriarum, vbi intentata vna, intentatur & alia in id quod reliquum est. ff. de act. & oblig. qui seruum. & sic collige ex præmissis, quòd illud quod primo dicitur supra eod. in princ. locum habet quo ad salutem animæ, quia Deus non vult mortem peccatoris, scilicet quo ad animam quam creauit. de pœnit. dist. 1. c. quia diuinitatis. ad idem arg. ead. dist. sicut primi. in fi. 3. q. 4. bi qui. 23. q. 8. his à quibus. in fine. alia uero auctoritas locum habet quo ad corpus: nam & mortem corporis propter peccatum, homini Deus inflixit, vt in præal. c. sicut primi. in fi. et ita patet, quòd hic loquitur de eo, qui Ecclesiæ sacramenta cum instantia petit.*

4 *Ex qua petitione, & pectoris tunsionibus, appareret cum vere contritum, & quòd vult suos errores, & peccata confiteri sacerdoti. de pœnit. dist. 1. quem pœnitet. ver. tanta. & c. et hic uideas quod notat Inno. & Hostien. infra de sen. excom. à nobis 2. in fi.*

c. In fidei.

SVMMARIVM.

1 Fauor fidei magnus, & quare.
2 Papa an de hæresi possit accusari.
3 Occultum seu secretum, quid dicatur.
4 Iudex idoneus in crimine hęresis contra Papam, est concilium.
5 Sed non Cardinales.
6 Quis debeat sententiam contra Papam hæreticum pronuntiare.
7 An contra Papam hęreticum defunctum, eius successor sit iudex competens.
8 An dispositio huius c. quę loquitur de inquisitione, locum habeat, cum ageretur per uiam accusationis, denuntiationis, uel exceptionis.
9 Testimonium hęretici pro catholico ualet, sed non contra.
10 Excommunicati aliàs ab actibus legitimis alieni, hic fauore fidei admittuntur ad testimonium.
11 Idem in participibus criminis.
12 Idem in sociis criminis.
13 Coniecturas criminum iudex rimetur.
14 Facilius deponentibus contra diffamatum, uel suspectum, credendum, quàm testificantibus contra non diffamatum, aut non suspectum.

IN fidei.] *Olim incipiebat: Consuluit.*

1 Fauorem.] *qui magnus dẽt esse, ex eo q̃ extra fidem non est salus. 24. q. 1. alienus. & c. quia ex solâ. c. quicunque ab vnitate fidei. 93. dist. qui cathedrã. et adde, et videas quod dixi supra eo. lib. de sum. tri. fideli in gl. 1.*

2 *Et tantus est fauor fidei, quòd de crimine hæresis, etiam in occulto potest Papa* † *accusari, ut patet ex eo quod leg. & not. 40. dist. si Papa. et loquor de tali occulto, quod probari potest. C, de appel. eos. et tunc secundum ueritatem, tale crimen dicitur manifestum, secundum illud quod legitur & notatur. 11 q. 3. eorum.* †Eyme. 3. p. q. 25. & ibi dixi.

3 *Dicitur enim occultũ siue secretum, id quod quinque sciunt: secundum illud, quod legitur & not. de pœniten. distinct. 2. §. econtra, & c. versiculo filiam namque, & c.*

4 *Et huius criminis iudex competens, est concilium* † *generale dumtaxat, vt expresse legitur 17. dist. §. hinc etiam. ver. ad hęc serenissimus, etc. 2. q. 7. §. itẽ Symmachus, & ed arg. cõtra 9. q. 3. nemo. vbi de hoc sed ibi loquitur de fideli, & catholico, non hęretico, & sic non obstat.* †Caier. opus. de auc. Papæ, & conc. Syl. uer. cõciliũ. §. 4. uer. sciendum.

5 *Scias tamen quòd Hug. scripsit. 63. dist. in synodo. quòd Cardinales possunt deponere Papam propter hęresim: sed hoc iure aliquo non probauit; & iõ non recedo ab eo, quod plane dicitur in præd. §. hinc etiam. ver. ad hęc.*

6 *Et quamuis tale crimen probetur in concilio cõtra Papam, videtur quòd concilium non debeat eum condemnare: sed ipse Papa contra se sententiam habeat promulgare, vt 21. dist. nunc autem. Sed contra credo: & hoc clare colligitur ex præalleg. c. si Papa. iuxta finem.*

7 *Et de Papa viuo indubitanter verũ est. Sed quid si opponatur per uiam accusationis tale crimen Papa defuncto? nunquid eius successor erit iudex competens, ita quòd non sit necessarium concilium conuocare ad cognitionem talis criminis? innuit Ioan. & Lau. quòd sic: & hoc patet ex eo quod legitur et not. 24. q. 1. cap. 1. quod cap. non loquitur in cognitore, sed in executore, & quod ibi dicit glos. sic intellige: hic est casus, scilicet hæresis, in quo, ideſt propter quem, Papa, scilicet prius defunctus, Papam, scilicet viuentem, vel etiam post prædecessorem mortuum, ligare potest. scilicet per constitutionem iuris, prius ab ipso defuncto editi. & hunc intellectum plane innuit quod dicit ibi text. & illa gloss. Et quod ibi dicit, non fuerat necessarium, vt aduersus eum noua facta prodirent, prout ibi notant doctores: potuisset tamen ferri vt supra de postula. prælat. capit. ad hoc in parte decisa. versic. quod nisi. nam excommunicatus amplius potest excommunicari. 3. quæst. 4. c. vlt. & videas quod dicam infra eod. vt commissi. in gloss. hic adde, & c. et quod dixi supra eod. filij. in princip.*

8 Inquisitionis.] *Quid si agatur per modum accusationis, vel denuntiationis, vel exceptionis, nunquid*

quid habebit locum quod infra sequitur? hic innuitur quod non, quia cum dicat de modo inquisitionis dũtaxat. de alijs ex certa scientia subijcere videtur. 25. di. qualis. 96. dist. vbi nam. & supra de præsum. nonne. & supra de decimis. ad audientiam. in fin. & supra de transla. inter corporalia, 2. q. 5. consuluisti. infra eod. lib. de priuil. si Papa. 1. respon. in fine. contra credo.

9 *Nam est expressum, quòd catholico agente siue litigante contra hæreticum, pro orthodoxo quidẽ valet testimonium hæretici. 2. q. 7. si hæreticus. versi. si autem. sic etiam not. Laur. et Io. 23. q. 4. ipsa pietas. in prin. in gl. in hoc, & c. in fine. de pœnit. dist. 1. multiplex. iuxta finem. in gl. maxime, & c. Si dicatur q̃ hæreticus testificari non potest, vt supra eod. dubius. & infra eod. lib. de sententia excommu. decernimus. 23. q. 4. ipsa pietas. in prin. dic ut ibi not. in glo. prædicta. s. q̃ hoc verum est contra fidelem; nam eadem ratio est in casibus supradictis, quę est in casu inquisitionis, s. fauor fidei: ergo idem ius esse debet. ad hoc supra de consti. translato. supra de rescrip. inter ceteras. cum similibus.*

10 Excommunicati.] *isti regulariter ab omnicũ legitimo repelluntur; ut supra eod. lib. de except. pia. vbi dixi de hoc. fallit in casu huius cap. & videtur, q̃ etiam non admittatur ad testimonium in hoc casu, is de quo habetur infra eod. lib. de pœnis. felicis. §. 1. ver. in iudicijs, & c.*

†Eym, 3. p. q. 64, 65, 66. & 68.

11 Participes.] *Isti etiam regulariter prohibẽtur* † *à testimonio. C. de testi. cog. quoniam. supra de testi. veniens. 4. q. 3. liberi. arg. contra supra eo. lib. de testi. mediatores. tu dic vt in gl. prox. præced.*

†Gigas trac. de cri. lęs. ma ie. lib. 2. q. 5.

12 Socij criminis.] *Sed isti* † *in fauorem fidei admittuntur, vt dictum est: si uerisimiliter verum dicere præsumantur, vt sequitur. quid de periuro? dic vt infra eod. accusatus. §. licet.*

Hæreticos, credentes &c.] *repete circa istas dictiones, quod dixi supra eod. c. quicunque.*

Coniecturis.] *ad hoc concordat infra eod. accusatus. §. licet. & potes ponere exemplum, supra de præsump. litteras.*

13 *Has autem coniecturas, iudex examinans melius scire potest. ff. de testi. l. 3. ad hoc. 4. q. 3. si testes.*

14 Deponitur.] *quia facilius ipsis deponentibus siue testificantibus, habet credi contra grauiter diffamatum, q̃ non diffamatum: uel suspectum, q̃ non suspectum: ad hoc supra eod. filij.*

c. præsidentes.

SVMMARIVM.

1 Per excommunicatos quoscunque punitionẽ hæreticorum fieri posse.
2 Nec propterea dicuntur Inquisitores eis cõmunicare, si tẽpore necessitatis hoc fiat.
3 Tota ciuitas exuri potest ob hęreticos ibi cõmorantes.
4 Quilibet potest & occidere, & capere hæreticos.
5 Sed tutius est, id facere magistratuum auctoritate.

RÆsidentes.] *Olim incipiebat, Quæsiuistis.*

Regni.] *23. q. 5. principes. & cap. regum.*

Prouinciæ.] *11. q. 1. experientiæ.*

Loci.] *ead. q. si quisquam. 23. q. 5. administratores.*

1 Excommunicati.] *quacunque* † *excommunicatione, & quantumcunque publice, & hoc est in fauorem fidei, vt supra c. prox.* † Eym. 3. p. q. 22. ubi dixi.

De facto.] *vt quia intrusus est, non de iure. Nunquid vna ciuitas se potest dare domino vni de hoc satis not. Hostien. supra de iudi. significauerunt. super verbo labatur. & ibi videtur tenere quòd non: ibi videre poteris. hoc ergo casu habetur recursus ad eos, qui sunt in certis locis constituti, non distinguendo bene vel iniuste. sic 11. q. 3. c. si quisquam. ibi constitutorum, & c.*

2 Habere.] *ergo si ista cessant, non dicuntur talibus excommunicatis communicare. 11. q. 3. sicut Apostoli. cum tribus cap. ibi seq. infra de senten. excom. nuper.*

3 Iustitiam.] *videtur quòd si aliqui hæretici sunt in ciuitate, potest exuri* † *tota ciuitas. ad hoc. 23. q. 5. si audieris. vbi de hoc.* † Gõdi. trac. de hær. q. 24. Alfon. de iusta hære. pu. lib. 2. c. 14.

4 *Ibi etiam habetur, quòd hæretici possunt occidi, vt ea causa. q. 4. quando. & videtur, quòd quicunq; possit hoc facere, ut notatur in præc. c. si audieris. in gl. tu quicunque, & c. & idem not. Lauren & Io. de Fan. Sed contra ea. q. si non licet. versi. quasdam. & ver. bis igitur. & 23. q. 4. ea vindicta. ver. non ergo. & q. vlt. quicunque. facit ad hoc quod notatur 33. q. 2. inter hęc, in gl. in fin. Dic quòd quamuis Ecclesia concedat generalem auctoritatem, & speciale priuilegium exterminantibus hæreticos de ipsorum terris, vt 23. q. 5. si vos. & c. si audieris. quod cap. loquitur in principibus sæcularibus, vt ibi patet ex rubrica. & q. 8. legi. supra eod. excommunicamus. §. catholici.*

5 *Verum tamen satis videtur tutum* †, *vt semper fiat speciali edicto principis, vel Ecclesię: ne aliàs ex cupiditate, vel vltione, potius quàm ex iustitia, vel obedientia videatur pugnare. 23. q. 1. quid culpatur. & q. 2. c. 1. & 23. q. 3. sex differentiæ. & huius sententiæ fuit Goff. in sum. eod. tit. §. sed nunquid catholici. & adde quod dicam infra eod. cum secundum, in glo. vltima.* † Idẽ Archi. in ca. si uos. 23. q. 5.

c. Cum contumacia.

SVMMARIVM.

1 Contumacia multis modis contrahitur, & graue peccatum.
2 Suspicio regulariter repellenda potius quàm approbanda.
3 Præsumptio uehemens, ideſt, fortis & grãdis.
4 Excommunicandus, quoties monendus. & nu. 5. in fine.
5 Pro prima contumacia nemo puniendus.
6 Qui fugit iudiciũ, de iustitia censetur diffisus.
7 Prepositio, per, temporis continuationem significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Dictio, ex tunc, quid hic importet.
6 Dictio, velut, veritatem exprimit.

Vm contumacia.) *Olim incipiebat : Consultationi,*

1 Contumacia.] *quæ contrahitur pluribus modis. 11. q. 3, certum. & est graue peccatum. 8. q. 1. sciendum. & not. 3. q. 1. in summa.*

Præsertim.] *idest, maxime.*

2 Suspicioni.] *regulariter omnis suspicio, potius est repellenda quàm approbanda, vel recipienda. 6. q. 1. omnis. in fi. nec aliquis debet iudicare suspicionis arbitrio. 2. q. 1. primo. dic vt ibi not.*

Eyme. hac 2. p. q. 55. & ibi dixi.

3 Vehementem.] *idest fortem siue grandem † secundum Hugut. sic infra ca. proximo. vbi dicam, in princ, sic infra de pur. cano. inter sollicitudines. vers. attendentes, & c supra de præsum. litteras. ver. quo circa. vbi de hoc in glo. immo ex leui, & c. Facit etiã ad hoc, quod leg. & not. infra de simonia, insinuante. in fin.*

† Eym. infra q. 47. ubi dixi.

4 Vocatus.] *videtur q bis † debeat admoneri excommunicandus, hereticus maxime, vt 23. q. 5. non vos. ver. qui à communione. vbi videas de hoc, in glo. hic dicitur, & c. & 24. q. 3. dixit Apostolus, in prin. ibi etiam videas.*

C 5 *Nam pro prima contumacia nemo puniẽdus est, vt arguitur 74. dist. honoratus. vbi de hoc videas in gl. arg. hic, & c. et 4. q. 5. quisquis. i gl. sed obijcitur, & c. immo videtur q secunda, vel tertia monitio requiratur, vt 24. q. 3. de excommunicationis. aliqui tamen dicunt, q in hoc casu statim post primam citationem, quis excommunicari possit. ad hoc quod legitur & not. ead. q. si quis de potentibus. & adde quod dixi supra eod. lib. de appellat. ab eo. in gloss. sed mel secundo, & c.*

Respondeat,] *intelligo quando hoc in citatione exprimitur.*

† al. quia. 6 Subterfugit.] *qui † refugit iudicium, apparet eum de iustitia esse diffisum. 11. q. 11 Christianis. in fi. ad idẽ 3. q. 9. decernimus. vbi de hoc. Ad idem. 74. dist. honoratus. supra de presum. nullus. ibi:* Confitetur enim, *& c. vbi dicit Inno. confitetur, idest presumitur contra eum, non tamen condemnabitur ex hoc. sed punietur in expensis, & aliquando grauius supra de iudic. de quouult Deo. C. de iudicijs. sancimus. 11. q. 3. cap. rursus. quod dic vt not. 3. q. 9. in summa. supra de dolo & contu. veritatis. & supra vt lite non contest. c. 1. iuxta fi.*

Per annum.] *sic supra eod. excommunicamus primo. §. qui autem. vbi de hoc videas. & quod legitur & not. infra de pœnis. grauem.*

7 *Et ex istis iuribus videtur, q ista præpositio, per, de sui natura demonstret temporis continuationem. ad idem, 7. q. 1. presentium. ibi:* Per duorum mensium, *& c. supra vt lite non contesta. quoniam frequenter. § si vero. ver. q si forsan. ibi: per spatium 6. & c. supra de cle. non resi. c. 2. & c. ex parte. supra eo. lib. de elect. statuimus. §. 1. & c cupientes. versi. q si per 20. & §. ceterum. & 5. q. 2. præsenti supra de præscrip. sanctorum. 16. q. 6. cap. 1. & c. quicunque. & c. placuit. & C. de prescri. 30. ann. l. competit. §. vltimo. quę ponitur 16. q. 3. sub §. prescriptio-*

A *num. & incipit, iubemus. vbi dicit per continuum annum, & c. supra de frigi. & malefi. litterę. in fi. & c. laudabilem. in prin.*

8 Ex tunc.] *idest anno elapso. ergo non ante. sic supra eod. lib. de elec. cupientes. §. 1. vbi de hoc.*

Velut.] *expressiuum est veritatis.*

9 *Et hic adde quod dicam infra eod. vt commissi. in gl. qualiter, & c. sic supra eo. lib. de elect. cupientes. §. 1. vbi de hoc.*

c. Accusatus.

SVMMARIVM.

1 Suspicio vehemens quæ dicatur.
2 De hæresi diffamatus, nec se purgans, hæreticus est censendus.
3 Suspectus de hæresi per annum excommunicatus, vt hæreticus damnandus.
4 Purgatio ab accusatione descendit, & ideo deficiens in purgatione punitur, ac si esset accusatus.
5 Purgatio etiam ab inquisitione potest oriri.
6 Relapsus iuris fictione dicitur is, de cuius lapsu uere prius non constat.

B C Ccusatus,] *Olim incipiebat : Quòd super.*

Suspectus.] *subaudi, & super hoc fuit in ius vocatus. supra eod. excommunicamus. §. 1. & supra capitulo Proxi.*

1 Vehemens.] *dicit Papias, & Hugut. quòd vehemens † idem est quod fortis. siue grandis. & dic vehemens, non tamen uiolenta. supra de presum. litteras. ubi patet, quòd propter præsumptionem dumtaxat non probatur hoc crimen, vt infra sequitur.*

†Eymer, hac 2. p. q. 55. & ibi dixi.

Magna, & vehemens : *hæc verba respicit §. sequẽs. & hæc satis videntur posse declarari per id quod legitur & not. infra de pur. cano. inter. §. 1.*

Orta.] *forte ex dictis testium, vt in precit. decre. inter. §. 1.*

2 *In qua decretali notat Hostien. quòd si de hæresi sit aliquis publice diffamatus, pro eo quia familiaritatem continuam habet cum hæreticis : seu ad occulta conuenticula, conuenit vnà cum alijs : siue à cõmuni conuersatione fidelium vita, & moribus dissidet : si talis ad arbitrium episcopi se non purgauerit, siue quia iurare non vult, siue quia in purgatione deficit; canonice est puniendus, idest vere hereticus est censendus. supra eod. excommunicamus. §. adijcimus. & §. seq. vnde in prædicta decre. inter. ab officio & beneficio deponitur, & in arctum monasterium detruditur.*

D E 3 *Si autem super his diffamatus non sit, sed sola presumptione habetur notabilis : puta quia per annum † stetit excommunicatus, vt infra de pœnis, grauem. vel alia de causa probabili : tunc si ad arbitrium episcopi se non purgauerit, non condemnatur statim, ac si conuictus esset : sed solummodo est excommunicandus, in qua sententia si per annum steterit, etsi in ueritate hereticus non sit, potest tamen*

† Eyme. hac 2. p. q. 47.

men vt hæreticus ab ecclesia iudicari, siue damnari : & sic loquitur secundum eum, supra eod. excommunicamus. §. 1. & hoc dicit tenendum; licet per alios fuerit contrarium notatum in prædicta decre. inter. videas quod ibi notatur in glos. immo videtur, & c.

4 *Et si bene consideres, ibi defectus purgationis inducit depositionem : & est ratio secundum Goff. quia hæc purgatio ab accusatione descendit : & ideo qualis pœna imponeretur per modum accusationis, talis imponetur per defectum purgationis descendentis ex ea. Nec obstat quod ibi dicitur, quòd nullus apparebat accusator. quod debet intelligi verum esse nunc : apparuit tamen in principio, & destitit.*

B 5 *Vel dic, quòd purgatio descẽdit ex Inquisitione : quod innuit illud verbum:* ex dictis testium, *& c. vt qualis pœna imponenda fuisset per modum Inquisitionis, talis imponetur per defectum purgationis. Sed ibi cum ageretur de crimine hæresis, certum est etiam, quòd per modum Inquisitionis imponeretur pœna depositionis ab officio & beneficio. supra de accus. Inquisitionis.*

Abiurauit.] *supra de pur. cano. inter. de consec. dist. 2. ego Berengarius. Ex quibus iuribus colligitur modus & forma huius abiurationis.*

Committit.] *repete quod dixi supra eod. c. 2. in tribus, vel quatuor glos. primis.*

†Zanchinus tract. de hæret. cap. 16. nu. 3. Repertorium verbo, relapsus. §. ficte relapsus.

C 6 Fictione.] *de fictione † habetur etiam de pœnit. dist. 4. si ex homo. iuxta princ. & hoc caute dixit cum secundum rei veritatem, de lapsu ipsius accusati, non constiterit à principio : vt 15. q. vlt. c. vlt. in fi. immo postquam abiurauit hæresim, de qua erat infamatus, siue canonice se purgauit, debet denunciari boni testimonij vir, vt. 15. q. 5. c. 1. ad idem 2. q. 5. habet hoc. & c. omnibus. in fi. infra de purg. cano. ex tuarum. in fi. nec potest dici vere relapsus. arg. optimum de consec. dist. 4. si baptizatus. ver. sacramentum. & c. qui in maternis. & sic hinc colligitur, quòd vehemens suspicio contra ipsum inducit præsumptionem, quòd prius fuerit lapsus, vt sic post reditum possit dici relapsus*

Plene.] *demonstrat, quòd aliqualis fuit de hoc probatio contra ipsum, sed non plena propter quam posset condemnari. sic supra de testi. veniens. c. 1.*

Grauius.] *scilicet quàm si nunquam abiurasset.*

Pœna.] *quæ habetur supra eod. ad abolendam. §. illos quoque. supra eod. super eo.*

§. Eum vero.

SVMMARIVM.

1 Secta vnde dicatur.
2 Articulus cur sic dictus.
3 Abiurans vnam hæresim singularem, & postea in aliam incidens, an sit relapsus.

†S. Thom. 2. 2. q. 11. art. 1. ad 3. Eymer. par. 2. q. 1.

EVm vero.] *Istum §. addidit Papa Bonifa. Berenq.*

1 Secta.] *dicta est secta † à diuisione, quasi sectio : vnde secte philosophorum, vel hæreticorũ : de quibus hæreticorum sectis habetur 24. q. vlt. quidam.*

Fidei.] *supra de sum. trin. firmiter. cũ similibus.*

A 2 Articulo.] *dicitur articulus diminutiue ab artu, idest membro : vnde dic articulo, idest membro.*

Simpliciter vel generaliter.] *factum respicit secundum quosdam : ad hoc facit de consi. dist. 2. ego Berengarius. dic vt ibi not. in gl. facit hoc.*

†Hodie omnis hæresis abiuratur, & ita cessat quæstio.

3 *Sed quid si tantum vnam † speciem abiurauit? & videtur idem arg ff. de iureiur. duobus. §. exceptio. de consi. dist. 4. in synodo. de pœnit. dist. 5. c. vlti. infra de reg. iur. desfleat. Ex quibus videtur posse colligi, q si dumtaxat vnam speciem abiurauit, & nõ in illam speciem, sed in aliã hæresim incidit, videtur relapsus, †, cum fides de se, quoddam scutum reputetur. ad hoc fatit de pœnit. dist. 5. c. 1. ver. desfleat, & c. & ibi videas. & 50. dist. si quis diaconus. in fi & ideo qui eius partem offendit, totam & quamlibet eius partem tetigisse videtur, & offendisse. ad hoc de pœnit. dist. 1. vulgaris, nam genus, & species non sunt diuersa, nisi quia vnum est in plus, vt genus : aliud in minus, vt species. facit ad ista quod not. de consi. dist. 4. proprie, iuxta fi. in glo. sed quomodo, & c.*

†Zanchinus tract. de hæret. ca. 16 nu. 2.

§. Ille quoque.

SVMMARIVM.

1 Fauor hæreticis exhibitus an quandoque excusabilis.
2 Hæreticum adorans, credens hæreticorum cẽsetur.

C ILle quoque.]

Acceptet, deducat.] *hic videas quod dixi supra eod. cap. 2. in glos. illi dicuntur, & c. ver. verum si quis, & c.*

Dona vel munera.] *ff. de verb. sign. l. inter donum.*

1 Non possit.] *sed si possit excusari, secus videtur. arg. hic à cõtrario sensu : vt quia fame moritur. arg. 11. q. 3. quoniam multos. in fi. cum similibus. 1. q. 2. quàm pio. iuxta princ. ibi:* quorum nulli. *& c. vbi de hoc. sed arg. contra. 5. q. 5. c. 2. 23. q. 4. nimiũ. iuxta principium. de hoc legitur & not. 42. dist. quiescamus. Item arg. contra 32. q. 4. sicut satius.*

2 Sine adoratione.) *hoc dicit, quia si hoc interuenisset, non esset dubium, quin esset credens hæreticorum, vt dixi supra eod. c. 2. in glos. 2. iuxta princ.*

§. Licet vero.

SVMMARIVM.

1 Ferre testimonium dignitas est.
E 2 Speciale est in hæresi, vt testis ex interuallo corrigat dictum suum.
3 In detestationem hæresis, quilibet aliàs inhabiles testificantur.
4 Indicia crimen probant.
5 Regulariter primo dicto testificãtis statur, sed fallit in hæresi.

LIcet.] Repellantur. *vt 22. q. vlt. paruuli. supra de accu. cum oporteat.*

1 *Et nota, quòd facere testimonium dignitatis est.*

32. q. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

32. quæſt. 5. præceptum. vbi de hoc. ſupra de teſti. teſtimonium. in gl. vnde admitti. & cap. ſicut. in fi.

† Eymer: 3. p. q. 65. vbi dixi.

2 Poſtmodum.] *ex interuallo, & ita erit ſpeciale* † *in caſu hæreſis, aliàs ſecus: quod dic vt legitur et not. ſupra de teſti. cogen. præterea.*

† Eymer. 3. p. q. 65. Hieron. Gigas de crimi. læſę maieſt. lib. 2. q. 4. 5. & 6.

3 Exceptum.] *& ob hoc dicitur, quòd tãta eſt labes iſtius criminis, quòd ad eius accuſationem etiam ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi* †, *etiam infames aduerſus quemlibet admittuntur, vt 2. q. 7. §. huic opponitur. ad idem ea. q. c. Paganus. §. in hoc. & §. ſed quæritur. & extra de ſimo. tanta. Et idem eſt in alijs criminibus exceptis, ſcilicet in ſimonia, in ſacrilegio, & in crimine læſæ maieſtatis. 15. q. 3. ſane. ſecundum Ber. & Laur. & intelligas, quòd etiam in hoc crimine, inimicus capitalis admittatur ad accuſationem, ad hoc 3. q. 5. c. 2. infra de ſimo. licet Heli. in fine. & c. per tuas. de hoc ſatis notat Hoſtien. in ſumma de accuſatio. §. quis poſſit. ſub §. admittuntur. ad idem ſupra eod. tit. cum P. Manconella. vbi de hoc.*

Manifeſtis.] *aliàs competentibus, vt ſupra eod. lib. de regu. non ſolum. ver. aut euidenter.*

4 Indicijs.] *hic vides quòd indicia probant. de hoc legitur & not. ſupra eod. excommunicamus. 1. §. vlti. ſupra de cle. peregri. inter quatuor. in gl. non dicit, & c. ſupra qui filij ſint leg. tranſmiſſæ. in fi. ſupra eod. lib. de reg. non ſolum. ver. aut euidenter infra eod. lib. de homi. pro humani. in fi.*

Leuitate.] *hoc reprobatur, vt hic. 19. q. 3. ſtatuimus.*

Fidei.] *ſic ſupra eod. in fidei.*

Aliud.] *quàm periurum ſupradictum.*

Obſiſtat.] *forte poteſt poni exemplum, ſupra de teſti. ex tenore. vel aliud conſimile.*

† Eymer. 3. par. q. 65. vbi dixi. Arelatanus de hæret. notabili. 13. Couarruuias lib. 2. varia. reſolut. c. 13. nu. 9.

5 *Regulare eſt tamen, quòd potius, ſtatur primo* † *dicto quàm ſecundo: vt legitur & not. ſupra vt eccle. beneſi. vt noſtrum. in gl. cum prima, & c. ſupra de præſump. litteras. in gl. hoc eſt notandum, & c. ad idem cõcordat ſupra de teſti. veniens 2. in gl. ſed quæritur, & c. in fi.*

§. Sane.

SVMMARIVM.

1 Diuinationis nomen ſemper in malum ſonat.
2 Apoſtoli vnde dicantur diuini.
3 Diuinatio trifariam ſumitur pro Theologia, pro ſcientia infuſa, pro arte Magica.
4 Quibus locis tractetur in iure canonico de illicita diuinatione.
5 Diuinationum genera quot.
6 Sortilegi & diuinatores differunt, & quibus locis de illis agatur.
7 Procurare reſponſa à dęmonibus, hęreſim ſapit manifeſtam.
8 Manifeſtè, hic quid ſignificet.
9 Epiſcopi ſollicite inquirere & punire debent ſortilegos.

SAne.] Apoſtolica. *maxime.*

1 Diuinationibus.] *dicit Hieronymus, quòd diuinatio nunquam in bonam partem accipitur. 1. q. 1. nunquam diuinatio.* † *id etiam habetur ead. q. iudices. in prin. vbi dicitur: prophetę eius in pecunijs diuinabant.*

† De hac materia late S. Thomas. 2. 2. q. 95. art. 1. & 2. Zanchinus tract. de hæret. c. 21.

2 *Sed videtur contra ead. q. eos. in prin. vbi dicitur: Petrus diuinus Apoſtolus, & c. 38: diſt. omnes. ibi: diuini Apoſtoli, & c. 16. q. 1. prædicator. dic quòd ibi ſumitur in bonam partem, ſcilicet à diuinitate, non à diuinatione; ſic etiam ſumitur 26. q. 2. illud. ver hoc autem.*

3 *Et ad huiuſmodi declarationem ſciãs, quòd diuinatio tripliciter accipitur: primo, pro ſcientia theologiæ, à qua theologi diuini dicuntur; ſecundo pro ſcientia infuſa à Deo, & ſic dicitur Prouerbiorum 16. Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius. tertio pro ſcientia magica, vel fallaci profanatione; qua falſi prophetæ, vel magi fingunt ſe prœuidere, vel præſcire futura, Num. 22. Non eſt augurium in Iacob neque diuinatio in Iſrael. Et dicitur diuinatio à diuino, as. quod eſt vaticinari, vel futura prædicere.*

4 *De iſta diuinatione habetur 26. q. 2. intelligi. & c. qui ſine. & q. 5. c. 2. & c. aliquanci. c. ſortes. c. ſi quis clericus. & q. 7. non obſeruetis. vbi videas: & 3. q. 5. conſtituimus. Ex quibus cap. collige argumentum, qualiter ad eos qui talem diuinationem ſaciunt concurrentes, debent pœnitere, & puniri. Genus diuinationis à Perſis allatum eſſe fertur; diuini dicti ſunt, quaſi Deo pleni.*

5 *Duo autem ſunt genera diuinationis, ſcilicet ars & furor. Varro autem dixit quatuor eſſe diuinationum genera. hæc habentur 26. q. 4. c. 1. in prin.*

† Eymericus hac 2. parte q. 42. & 43. & ibi dixi.

6 Sortilegijs.] *qui ſunt ſortilegi* †, *Iſidorus diffiniuit etymolo. lib. 8. & habetur 26. q. 1. cap. 1. ex quo cap. colligitur, quòd eſt differentia inter ſortilegos, & diuinatores. ad idem, q. 3. c. 1. in prin. & in ſi. & q. 5. ſi quis clericus. de ſortilegis habetur 33. q. 1. c. vlti. infra de ſortilegijs. c. 1. & 2. & 26. q. 7. non obſeruetis. 2. q. 8. quiſquis, in fine.*

7 Saperent.] *vt 26. q. 4. c. 1. circa princ. ver. Arioli. vt quando aliqua faciunt, ut habeant reſponſa à dæmonibus, ut ibi. & cad. cauſa. q. 2. hi qui. nã tales plus multo peccant, quàm in caſu poſito, ſupra eo. ille. & magis hoc videtur hæreticum, quàm illud.*

Manifeſte.] *in dubio habent dimittere ſuis ordinarijs, vt ſequitur.*

8 *Et dic manifeſte, ideſt clare, perſpicue, & certe: ita quòd probatione non egeat, quia proprie ſumpto vocabulo, manifeſtum dicitur illud, quod debet probari. 11. q. 3. eorum qui ſed notorium non probatur: & ſic intelligitur 2. q. 1. manifeſta. ſecus in ordinario alio, qui in dubio habet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. ff. de iudic. ſi quis ex aliena. Idem in delegato.* † *ſupra de reſcrip. ſuper litteris. & eſt ſimile huic ſupra de cenſi. Romana. ver. notoria.*

† Squillacen. de fi. catho. c. 56. nu. 1. Nicolaus Arelatanus de hæret. notab. 3.

9 Iudicibus.] *epiſcopis vel legatis, quorum dicitur eſſe ſtudium, tales ſolicite inquirere, & quoſcunque ipſius Chriſti inimicos inuenerint, deſtricta vltione corrigere, vt habetur. 26. q. 5. peruenit. quod c. loquitur in legato, vt patet ex titulo ipſius capituli.*

§. De quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 Qualiter Inquiſitores vſuras reſtituere iubeant.
2 Cur interdictum Inquiſitoribus, ne de vſuris iudicent.

† Zanchinus de hær. c. 20. nu. 2 & 3.

DE quæſtionibus.] *Hic fuit aliquid immutatum de mandato Papæ Bonifacij: nam per antiquam poterant compellere tales ad reſtituendas* † *vſuras, de quibus conſtabat indicialiter: tamen de ipſis cognoſcere non valebant. Beren.*

Iniunxerunt.] *pœnitentia ſine ſatisfactione, ſeu reſtitutione vſurarum, non eſſet fructifera. infra de pœnit. & remiſ. cum quidam.*

1 *Et ideo eis talem pœnitentiam imponunt Inquiſitores: nam hoc pertinet ad iudicium animæ, non iuriſdictionis ordinarię: & ideo talem executionem habent facere ordinarij, & non ipſi, vt ſequitur.*

Offendiculum.] *ideſt læſio, vel oppoſitio.*

2 *Nam ſi de talibus quæſtionibus etiam poſſent, et vellent cognoſcere, non ita taliter vacarent ſaluti animarum in officio Inquiſitionis: & ita illa cognitio eſſet quędam oppoſitio tanto bono, quod eſſe non debet. ad hoc 26. quæſt. 1. presbyteros. in fi. cum concor. ibi notatis.*

§. Si vero.

SVMMARIVM.

1 Non omnis receptator, fautor, & c. eſt hęreticus: ſecus ſi ſit credens hęreticorum.
2 Pœnitentia & in perſona, & in bonis poteſt imponi.
3 Varietas lectionis in hoc textu.
4 Qui dicantur reincorporati.
5 Hæretici pœnitentis, & reincorporati hæredes ad ſucceſsionem bonorum eius admittuntur.
6 Intellectus cap. Vergentis. de hęreticis.
7 Intellectus huius §. in verſ. porro.
8 Pœnitentia impoſita perſonæ, non tranſit ad hæredes.

SI vero receptando, defendendo, fauendo.] *Ad declarationem horum verborum, vide quod notaui ſupra eod. c. 2.*

Hęreticus.] *hic manifeſte patet, quòd non omnis receptator, defenſor, fautor hęreticorum eſt hæreticus; ſecus ſi eſſet credens eorum erroribus; & ſic loquitur ſupra eod. excommunicamus. 2 §. vlt.*

Impoſitũ.] *ſecus ſi eſſet imponendũ. infra §. prox.*

2 In bonis.] *hęc littera demonſtrat, quòd pœnitentia impoſita reſpiciebat bona defuncti, non perſonam dumtaxat. ſecus eſſet* † *ſi Eccleſiam, vel hoſpitale, ſeu alium pium locum conſtruere, Eccleſiam dotare, vel ad aliud conſimile, quod conſisteret iam vere.*

† Zanchinus tract. de hæret. c. 20. Rect. ver. pœnitentia.

Hæredes.] *ſic infra de ſen. excom. à nobis 2. in fi. vbi de hoc. & 16. q. 6. c. ſi epiſcopum. in fi. 12. q. 2. epiſcopus qui. vbi de hoc. & not. 1. q. 4. §. item peccata ciuium. in glo. idem eſt. & c.*

A

Deuenerunt.] *ſupra de pigno. ex litteris. in fi. cũ concor. ibi notatis. de hoc etiam dixi ſupra eod. lib. de immu. Eccleſiarum. quia nonnulli.*

Vellent.] *& ita erat de futuro, & ita diuerſificatur à §. præcedenti.*

Extincto.] *dic de hoc, vt legitur & notatur 23. diſt. quorundam.*

3 *Caueas tamen tibi, quia aliter eſt littera iſtius §. quàm communiter habeatur: Eſt enim ſic:* Porro, † vel, qui confeſsi fuerint in iudicio de hæreſi coram Inquiſitoribus huius prauitatis, & ad faciendam pœnitentiam, quam Inquiſitores iniungere ipſis vellent, bona ſua eiſdem Inquiſitoribus obligarunt: ſed antequam iniungeretur eis pœnitentia, deceſſerunt: non tamen hæretici, ſed reincorporati potius Eccleſiæ vnitati, vel eorum hęredibus, qui ad ſucceſsionẽ talium admittũtur, nõ eſt ſatisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. *Et talem litteram habet dominus Io. Cardinalis, qui eam ſic exponit:*

† Vide reſcriptum Vrbani iiii. conſultus. §. ſunt & alii. quod eſt impreſſum ſupra in hac. 2. parte pag. 133.

4 Reincorporati.†] *ideſt, per ipſos Inquiſitores abſoluti, & ad gremium Eccleſiæ per abſolutionem debitam reducti admittuntur.*

† Sequentes gloſſæ ſunt domini Ioan. Cardinalis.

5 *Et ſic nota, ſi hæreticus pœniteat de hæreſi, & fuerit vnitati Eccleſiæ reincorporatus, eius hæres ad ſucceſſionem bonorum admittitur: in authen. vt cum. de appel. cog. § generaliter. ver. ſi vero. & ver. ſeq. coll. 9. & hoc videtur fieri de ſola miſericordia. ſupra eo. vergentis. quę ſicut æquitas præferenda eſt rigori. C. de iudicijs. placuit. ſupra eo. lib. de rerum permu. c. 1.*

6 *Vel dic in dicto c. vergentis. fuit lata ſententia diffinitiua ſuper crimine. infra eod. cum ſecũdum. ſed hic ſponte fuit confeſſus ante diffinitiuam.*

Extincto.] *in eo, qui eſt confeſſus, & paratus fuit ſententiam accipere: quam non religionis contemptus, ſed neceſſitatis articulus excludit. infra de ſen. excom. à nobis.*

Crimine.] *contra infra c. proximo.*

7 *Solutio. crimen eſt extinctum morte, quo ad inunctionem faciendam, vt hic, vel dic quòd hic non loquitur de hæretico, ſed de defenſore, & ſimilibus, qui non ſunt hæretici, vt ſupra c. proximo: Et ideo ex quo non ſunt in crimine excepto, tenebo regulam qua cauetur; Delicta & honores cum capite ambulant. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. 2. reſponſo 1. & C. ne de ſta. defunc. ſi patet tuus. C. ſi pen. appel. mors interue. ſi pater.*

Iſtæ gloſſę ſunt domini Ioan. Cardinalis, quas hic poſui propter litteram ſupradictam, quę eſt vera, alia vero littera communis, † *eſt defectiua, & obſcura.*

† Sed conſulto eſt ita poſita, nam in ſubſtantia idẽ continet.

Iniungenda.] *defuncti ergo purgatorio reſeruantur.*

8 *Et huius dicti eſt ratio: quia impoſitio pœnitentię, perſonam ſequitur, & non tranſit ad hæredes: quod patet, quia morientibus non imponitur, ſed eis dumtaxat eſt innotefcenda. 26. q. 7. c. 1. quod fieret ſi ad hęredes tranſiret. nec obſtat ſi dicas, plerunque puniuntur hæredes pro peccatis parentum. ſupra eod. vergentis. Illud enim verum eſt in ſuo caſu, ſcilicet in confiſcatione bonorum, non tamen corporali-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

poraliter, quia peccata suos debent tenere auctores quantum ad pœnam. supra de his quæsi. à mai. par. cap. quæsiuit. C. de pœnis. sancimus. & ideo nec vt pœna, nec vt penitentia iudiciaria potest ad hæredes transire, vt hic dicit. de hac materia not. 1. q. 4. in prin. ibi videas.

§. In eo.

IN eo.] Admitti. *supra eod. vergentis. infra eod. cum secundum.*

Per sententiam declaratum.] *arg. quòd per sententiam ius non datur, sed declaratur: sic 11. q. 3. c. quo modo. vbi de hoc.*

Post mortem.] *24. q. 2. sane.*

Procedatur.] *dic vt supra eod. lib. de præscrip. si quis §. 1.*

§. Sacerdotes.

SAcerdotes.] Eorum. *subaudi erroribus. supra eod. excommunicamus 2.*

Indebite.] *videas quod legitur & not. 23. q. 3. nō in inferenda. in fi. & q. 5. reos.*

Impedire.] *etiam occulte.*

Immurationis.] *supra eod. c. 1. dic vt ibi.*

c. Statutum. 1.

STatutum.] *videas per te, & olim incipiebat. multorum. & multum fuit abbreuiata.*

c. Ne aliqui.

SVMMARIVM.

1 Iurisdictio concessa contra plures, vbi in vnū cœpta est exerceri, in ceteros perpetuatur.
2 Intellectus huius cap.
3 Inquisitores an sint ordinarij iudices.

NE aliqui.

† De hoc articulo copiose hic Gemianus. capella Tholosana decis. 341. vbi additio.

1 Non cœpta.] *Hic vides Papalem declarationem, quæ habet quòd vbi est iurisdictio † commissa contra plures, si incipiat vti contra vnum, est contra alios perpetuata, & non expirat: & hæc fuit sententia Inno. supra de rescrip. pastoralis. in glos. ex hoc. quam sententiam tenebat Io. de Deo in suis quæstionibus. & hoc per illam decre. pastoralis. iuxta fi. & est ratio, quia iurisdictio est res indiuisibilis: ergo quamcito est perpetuata quo ad vnum, intelligitur perpetuata quo ad omnia commissa, quamuis non expressa, sed tacite comprehensa; & hanc sententiam tenuit Io. per. l. C. de duo. reis. l. vlti. & C. de an. excep. l. vlti. Alij distinguunt, an negotia sint connexa, aut non, per id quod habes ff. de mino. l. etiam. ff. de negotijs gest. l. eū actum. Alij distinguūt, an committatur contra vnam personam dumtaxat, quamuis super plures articulos diuersos: quo casu obtinet prima sententia: aut contra plures personas, quo casu obtinet quod not. supra de offi. deleg. licet. in glos. vlt. & in præci. c. pastoralis. & forte ista sententia non est mala.*

A 2 *Et potest responderi ad hāc decre. quòd istud accidit in fauorē fidei, vt sequitur: & sic erit speciale:*
3 *Vel dic,* † *quòd videtur, quòd sint, & sunt ordinarij, cum sint à Principe ad vniuersitatem causarum deputati.*

† Vide Eymer, 3. parte q. 4. vbi dixi.

c. Vt officium.

SVMMARIVM.

1 Absolutus ab hæresi, non reseruata forma iuris, an sit absolutus.
2 Episcopus absoluit etiā redeūtem ab hæresi.
B 3 Simulatio à Deo separat, & eius multiplex species.
4 Falli, bifariam sumitur.
5 Lupi nomen & natura.
6 Lupus pro hęretico, malo prelato, & c. sæpe sumitur.
7 Nomen lupi generaliter male sonat.



VT officium.] *Olim incipiebat: Licet vbique. idest in quolibet loco: ad hoc supra eod. lib. de offi. ordi. cum episcopus.*

C Infamatos.] *2. q. 4. omnibus. infra de purga. cano. inter.*

Suspectos.] *infra eod. §. vlti.*

Sanctiones.] *supra eod. ad abolendam. infra de purga. cano. inter.*

Postpositio.] *ad hoc 11. q. 3. quattuor. c. quisquis. & c. qui resistit. c. Iulianus.*

Iuxta formam.] *11. q. 3. cum aliquis. infra de sen. excom. à nobis 2. iuxta fi.*

1 *Quid si fuerit absolutus non obseruata illa forma? videtur quòd non sit absolutus, cum in absolutione certa forma requiratur, vt patet infra de sen. excom. cum desideres. & sic etiam notat Inno. supra de fi. pres. veniens. in glos. 1. in fi. Contra credo, secundum illud quod not. 2. q. 1. de manifesta. in gl. simile, & c. in fine. & 24. q. 3. comperimus.*

D 2 Impendatis.] *vos Inquisitores. sic etiam episcopus* † *diœcesis, siue eius superior, absoluit eum, qui incidit in hęresim iam damnatam. arg. 23. q. 4. ipsa pietas. sic etiam notant Lau. & Io. 24. q. 1. c. 2. in fi.*

† Hoc videtur fauere Eymerico, 3. p. q. 48.

Consueuit.] *hoc habetur 1. q. 7. c. saluberrimum. de consec. dist. 1. ego Berengarius.*

3 Simulata.] *Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū. sapientiæ 1. de pœnit. dist. 3. inter hoc 2. & 1. q. 1. per Esaiam. in fi. 1. q. 3. Saluator. de consec. dist. 4. ostenditur. ad idem. 1. q. 1. ita fit. & nota quòd est multiplex simulatio: quod dic vt legitur & not. 24. q. 1. officij. ista, de qua hic loquitur, est detestabilis. sic*
E *86. dist. c. inferior.*

Fallentes.] *bene dicit, immo, seipsos, & c. quia licet Deo possint mentiri, ipsum tamen fallere non possunt. de consec. dist. 2. panem de altari. sed contra 81. dist. oportet. iuxta finem, ibi; o vos sacerdotes, qui fallitis nomen meum, & c.*

4 *Dic, q. falli potest duobus modis sumi: vno modo, idest in falsam opinionem duci, & hoc non cadit in Deum: & sic loquitur prealleg. c. panem. 24. q. 3. Deus. Secundo modo dicitur falli, idest fraudem. pati,*

pati, secundum quod dicitur Deus fraudari, & nomen eius falli: & sic loquitur prædictum c. oportet. 16. q. 1. reuertimini.

Specie.] *inter cetera Apostolus dicit, quòd ipse Satanas in lucis angelum se transformat, vt 2. ad Cor. 12. & 26. q. 5. nec mirum. ver. porro hoc est.*

5 Lupum.] *dic quòd lupus à græco translatū est, græce enim licos dicitur, q. rabie rapacitatis quicquid inuenerit, trucidet; & est bestia, quæ insidiatur ouibus, quarum guttur inuadit, vt citius strangulet.*

† Alfonsus Castrus lib. 3. c. 4. de iusta hæret. punit. vers. alterum pastoris officium. † Al. falsi.

6 *Et sumitur hic lupus pro hæretico. sic 25. q. 1. sunt quidam. in fi. Item dicuntur lupi † mali prælati, qui subditos bestiali more dilaniant. 2. q. 6. decreto. in fine. Item dicuntur lupi, mali † custodes, idest iudices. 4. q. 4. contra ritum. Item dicuntur lupi, laici respectu clericorum; quos semper mordaci lacerant dēte. 83. dist. nihil. Item dicuntur lupi mali sacerdotes, qui adulteratorie exercent officium suum. de consec. dist. 4. quomodo. ver. non ob aliud. in fin. Item dicuntur lupi, qui falsè baptizantur, vt ibi.*

7 *Et sumitur lupus generaliter in malam partem: vt patet 81. dist. oportet. in princ. supra de elect. ne pro defectu. supra de renun. nisi cum. §. propter malitiam. 23 q. 4. tres personas.*

Gerant.] *ideſt, sub specie verę incorporationis ad fidem, non remaneant in errore.*

§. Verum quia.

SVMMARIVM.

1 In rebus magnis diligens Inquisitio adhibēda.
2 Quantopere ab errore cauendum.
3 Seueritatis variæ appellationes.
4 An per duos testes tantum debeat quis de hęresi damnari.
5 Per testes singulares, & famam, nemo debet de hęresi condemnari.
6 De hęresi nemo ex præsumptionibus cōdemnandus.
7 Sententia Innocentij, in crimine hęresis sufficere leuiores probationes.
8 Testes in causa hęresis cōpelli possunt ad ferendum testimonium, & mortaliter peccāt si subtrahunt se.
9 Neque ab hoc debito excusat votum, aut iuramentum in contrarium.
10 Neque vllum exemptionis priuilegium.
11 Inquisitor, iterato potest testes interrogare, si confuse deponant.
12 Vbi numerus requiritur, duo sufficiunt.
13 Quæ personę sint, aut dici possint religiosę.
14 Discretæ personæ quæ dicantur.
15 Tabellioni scribenti acta Inquisitionis, nō debent satisfacere inquisiti.
16 In causa hęresis monachus conficit instrumē ta, aliàs secus.
17 Præcipiendi verbum, quam vim habeat.

VErum quia.] Procedi. *ad hoc est C. de appel. addictos.*

1 *Nam in magnis rebus diligentior faciēda est Inquisitio. 42. dist. quiescamus. & legitur & not. 7. q. vlt. c. vlt. iuxta fi.*

A Reos.] *ideſt peccatores, peccato hæresis.*

2 Errore.] *dicit Augustinus. Quantum possumus cauendum est errare, non solum in maioribus, verum etiam in minoribus rebus: nec nisi rerum ignorantia possit errari. 38. dist. quamus.*

3 Seueritas. [*dicitur seueritas, integritas, rigor, diffinitio, iudicium. de hoc etiam habes 12. q. 2. §. verum illud. 50. dist. vt constituetur, in fi.*

4 Testium.] *aliquorum fuit sententia, quòd in hoc casu non sufficiunt duo † testes. arg. optimè supra eod. excommunicamus 1. §. adijcimus. ibi: tres, aut plures, & c. & sic dicetur iste casus exceptuatus à regula, de qua habetur 2. q. 4. in prin. vbi etiam ponuntur*
B *alij casus exceptuati in summa ipsius quæstionis. nā durum videtur, quòd homines bonæ famæ debeant Inquisitores, vel Ordinarius, ad dictum duorum simpliciter de tanto crimine condemnare; & est ratio, quia talibus ordo legitimę defensionis truncatur, scilicet in notitia testiū. infra eod. statuta. §. 1. in interrogationibus dandis, vt fieri consueuit. supra de testi. per tuas nobis. & not. 2. q. 1. in primis. in gl. testes iurare, & c. sed arg. contra infra proxime, ibi, duas, & c. & concor. ibi, positis.*

† Eymer. 3. par. q. 71. vbi dixi. Gondisalvus de hęret. q. 13. nu. 9. Palacius Ru. in allegat. de hæresi. §. 13.

5 *Certum est tamen, quòd per singulares † testes, & famam, non potest quis de tanto crimine condemnari. supra de testi. tam litteris. præsertim cum*
C *in criminibus probationes debeant esse luce clariores. C. de probat. sciant cuncti. quę ponitur 2. q. 8. & notatur supra de testi. veniens 1. in glos. sed cum crimen.*

† Eymer. 3. p. q. 71. vbi dixi copiosè.

6 *Et de hoc crimine, non est quis ex præsumptionibus iudicādus. supra de præsump. litteras. indicatur ergo purgatio in hoc casu.*

7 *Scias quòd Inno. scripsit supra de simo. sicut 1. quòd in crimine simonię, & hæresis hoc est speciale, quòd cū in alijs negotijs requirendæ sint probationes luce clariores, vt dictum est: tamen in crimine hæresis minores † probationes sufficiunt. C. de hæreticis. l. 2. & adde quod dictum est supra eod. filij. in glo. videtur quòd, & c. dicit tamen, quòd leuia signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hęreticum: sed illa signa oportet plene probari. supra de præsump. litteras. propter suspicionem tamen indicetur purgatio, supra eod. excommunicamus.*

† Et hæc sententia est falsa. Palacius Rubius 1 allega. de hær. §. 12.

8 *Et quando agitur de hoc, credo quòd testes possunt compelli, † si se subtraherent à testimonio perhibendo. supra de testi. cogen. peruenit. & si Inquisitori celarent veritatem, nouum contrahunt mortale peccatum. 11. q. 3. quisquis.*

† Eymer. 3. p. q. 62. vbi dixi.

9 *Ex quo patet, quòd iuramentum, † nec votū contra hoc præstitum, non excusat, vt 22. q. 4. in malis. infra eod. lib. de reg. iur. in malis.*

† S. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad secundum. Socinus. Reg. 509.

E 10 *Nec priuilegium exemptionis habentes meo iudicio, à ferendo testimonio se possunt excusare, etiam corā Ordinario. arg. ad hoc efficax supra eod. excommunicamus 1. §. adijcimus. in fi.*

11 *Circa talia debet iudex, vel Inquisitor esse solicitus: nam si testes deposuerunt confuse, † & de causa scientiæ constat minus plene requisitos fuisse, iterato debent requirere: nam hoc de iure fieri potest, vt supra de testi. per tuas. ad hoc ff. de quæstionibus. repeti. debent etiam inquirere de inimicitia testium, cum is contra quem inquiritur, de talibus nequeat*

† Eymer. 3. par. q. 62. vbi dixi.

diuina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinare supra vt eccle.bene.cap.1.

12 Duas.] *quia in ore duorum stat omne verbum, 2.ad Cor.13.2.q.4.§. quod vero.4.q.3. vbi numerus.35.q.6.§.vlt.nam pluralis locutio, duorum numero est contenta.infra eod.lib.de reg.iur.pluralis.*

† Eymer. 3. par. q. 63. Fel.in c.licet de offi. ord. & c. tua nos de iureiurā.

13 Religiosus.] *religiosi † etiam dicuntur clerici sæculares.4.dist.denique.iuxta prin.sic & laici.44. dist.non liceat.vbi etiā idem dicitur de clericis:sic et episcopi.supra de voto,ex multa.ver.sic ergo. vbi de hoc.sed forte hic intellexit de illis religiosis,qui habitum susceperunt: pro quibus multum presumitur. infra de no.oper.nun.cum ex iniuncto.§.super eo.vbi de hoc.*

14 *Et not.quòd non sufficit, quòd sint personę religiosæ, sed requiritur quòd sint discretæ: nam multi religiosi sunt idiotæ, & iuris ignari: vt in præd.c. ex multa. ver. sic ergo.item nota, quòd illa persona dicitur discreta, quæ bene scit discernere inter lepram & lepram.11.q.3. cap. quo modo. deest quis et qualiter sit ligandus, vel soluendus. vt ibi. ad hoc de pœnit.dist.6.c.1.in prin. & iuxta finem. ver. caueat spiritualis.*

Præsentia.] *deest,conspectu.9.q.3.saluo.sic. 15. q.7.§ solus. & c.sequen.*

Publicam.] *supra de præsump.illud.supra de prę scrip.ad audientiam.iuxta finem.*

† Eymer. 3. p.q.108.

15 *Isti personæ tabellionis non debet satisfieri de labore ab his † contra quos inquiritur:nam Inquisitiones habent fieri sine incōmodo reorum,in authent. vt nulli iudi.§.his insuper.coll. 9.*

Duos viros.] *supra de probatio.quoniam contra. & extrauagan. Bonifacij,debent superioribus.ver.et statuit generale, & c.*

Scriniarij.] *vulgare est Romanorum.sic supra de prescrip.ad audientiam.iuxta fi.*

Seu.] *expositiue ponitur pro,ideſt,*

† Eymer. 3. p. q. 19. vbi dixi.

16 Teneri.] *arg.contra supra ne cleri. vel mo. sicut te. dic † quòd iste casus est exceptuatus. & nota,q̄ iste solus casus excipitur,in quo monachus cōficiat instrumentum,vt clare patet in extrauag. Bonifa. debent superioribus.ver.& statuit.ibi videas.*

17 Præcipimus.] *ergo est necessario obtemperandum.13.q.1.c.penult. & vlt.& 4.dist.§.vlt. 23.q. 1.quid culpatur. nam quod Cesar præcipit, ferendum est: quod imperat,tolerandum, vt ead.q. militarem. & dic ferendum de corpore,tolerandum,scilicet mente.*

Non obstante.] *sic infra eod. lib. de sen. excom. alma.§.fi.& infra eod.c.§.denique.*

Canonis.] *prędicti.c. sicut te.*

§. Compescendi.

SVMMARIVM.

1 An iudex delegatus possit inuocare auxilium sæculare.
2 Nulla constitutione obstante,Inquisitores libere procedant.
3 Quod à nobis approbatur,nostrum dicitur.
4 Facilius quis repellitur ab obtinendo, quàm ab obtento.

A Compescendi.] *Præmissa.12.q.2.indigne.*

Censuram.] *infra de verb.sig.quęrenti.*

Prędicatores.] *ideſt,illos,qui prędicare volunt: quod dic vt legitur,& not.6.q.3.c.1.*

Quæstuarios.] *infra de pœnit.& remiſ.cū ex eo.*

Ipsos.] *ſcilicet quęſtuarios.*

Brachij.] *24.q.5.administratores. c prodeſt. supra de offi.ordi cap.1.& cap. quoniam.in fi.17.dist. nec licuit.*

† Eymer. 3. p.q. 57. Repertorium verbo, brachium sęculare.

1 *Et habes hic efficax arg. quòd iudex delegatus non potest inuocare auxiliū † brachij sæcularis,nisi ei specialiter fuerit delegatū:et sic obseruat,et tenet curia:nam rescriptū est stricti iuris,vt not.supra de rescrip.edoceri.in fine:ibi videas. & forma mādati ab homine dati,excedi nō potest:supra eod. lib. de præben.cui de non sacerdotali.in fine.cū similibus ibi notatis.sic etiā tenuit B. in sua additione, quā posuit in præd.c.in gl.vlt.in fi.vbi sic dixit:omnia ista loquūtur in ordinario: nam secus est in delegato, quia non potest implorare brachium seculare.coadiuuat istud dictum stylus curiæ Romanę:nam in litteris Apostolicis,siue rescriptis,aliquando apponi consueuit: Inuocato ad hoc, & c.vt hic dicitur, quod quidem non fit sine causa,quasi non sit ipso iure illud auxilium,nisi in litteris apponatur: nam talis clausulę adiectio aliquid operari debet.arg.ff.de leg.1.si quando.ff.ad municipa.l.1.in fi.cum similibus:alioquin si nil operaretur, frustra adiceretur: ad hoc quod legitur & not.supra de ma. & obe.solitæ.in glos. quòd quandoque, & c.28.q.1.sicut enim. vltra medium. ver, sin autem.infra eod.lib.de primi.c.si Papa.§.1.in fi.vt dictum est supra eod.lib.de præben.c.si.cui in glos.hæc clausula. Sed arg. contra. 23.q.5. administratores. ibi:ecclesiasticis viris, & c. & hāc partē videtur tenere Inno.de offi.deleg. significasti: & Hostien.eod. tit.c.1.primam sententiam teneas, & secundum hoc corrige quod dixi in præd.cap.administratores.quod capitulum intelligitur in ordinarijs iudicibus ecclesiasticis,de quibus dictum est supra eo.lib.de sta.mo. periculoso.in fine.*

B

C

D

Constitutione.] *supra de rescrip. nonnulli.*

2 De duabus.] *nec constitutione ista,quę loquitur de vna dumtaxat.supra eo.lib. de rescrip.statutum. nam illa loquitur in mero iudice delegato,licet etiam sibi locum vendicet in conseruatore, vt supra eo. lib. de offi.deleg.c. vlti.ista. in eo qui habet certam prouinciam limitatam: & sic omnes de illa prouincia sunt suę iurisdictionis, ergo omnes illos potest ad se vocare,et distringere sicut quilibet alius ordinarius: nam talis Inquisitor ordinario comparatur,vt patet supra eod.ne aliqui.*

Obseruari.] *videas quod legitur & not. 22.q. vlt.de forma.in glos.vide quomodo.sic supra cod.excommunicamus 1.§.2.*

E

3 Approbatas.] *quæ suæ etiam dicuntur per approbationem,C.de ve.iure enucle.l.1.§.sed neque.supra eod.lib.de præben.si Apostolicę.*

Fautor.] *repete quod dixi supra eod.c.2.in verbo,fautores.*

4 Spolietur.*hoc verbum innuit,q̄ per sententiā, non ipso iure.nam facilius deijcitur quis ab obtinendo, quàm repellatur ab obtento.15.q.1.c.vlt. supra de iureiuran.quemadmodum. cum similibus.*

c. Vt

c. Vt commissi.

SVMMARIVM.

1 Super crimine hæresis,non fertur noua sententia, sed iam per canones lata,renouatur.
2 Cur sint periti in causa hæresis aduocandi.
3 Differentia inter prudentes et peritos;& quis peritus.
4 Peritorum nomine Theologi,canonistæ,& legiste intelliguntur, non mathematici, aut medici.
5 An periti in causis fidei adhibiti, possint recipere salarium.
6 Recipere possunt gratis oblatū,sed nō petere.
7 Qualis esse debeat Iurisconsultus.
8 Iurisconsultus fraudulenter consulēs, tenetur de dolo.
9 Qualiter sit contra absentes procedendum.
10 Fideiussores absentiū pœna pecunniaria multandi.
11 Absentes hęreseos rei vbi debeant conueniri.
12 Hæreticus cum vbique peccet,vbique potest iudicari.
13 Sponte redire qui dicantur.
14 Detrusio pœnitentium in carcerem, non tā fit ad pœnam quàm ad cautelam:& quare.
15 Nemo in pœnam criminis ad perpetuum carcerem,damnatur iure ciuili, secus iure canonico.
16 Quibus pœnitentiales pœnę imponuntur,non dicuntur diffinitiue iudicari.
17 Fugientes è carceribus hęretici iudicandi.
18 Sententia qua in hęresim lapsi, Ecclesię recōciliantur,quibus verbis concipienda.
19 Sententiam diffinitiuam, iudex non potest commutare.
20 An Inquisitor solus possit priuare clericos,vel priuatos nuntiare ecclesiasticis beneficijs, absque episcopi consilio.
21 Clericus corrigi paratus,deponi non debet.
22 Inquisitor solus priuare potest beneficijs sæcularibus.
23 Episcopum delinquentē,an puniat suus Metropolitanus,vel Synodus.

A *mulgator noui constituti,sed executor antiqui,vt hęc colligūtur 24.q.1.c.1.& est huius ratio.quia lex ſactum notat,etiam sine sententia, vt ibi notatur per l. ff.de ritu.nup.palam.§.vlt.*

2 Expedierit.] *quia cum in negotio hęresis sit cum magna cautela procedendum, vt supra c.vt officium Inquisitionis.§.verum.ad talem cautelam sunt peritorum † consilia requirenda.*

† Eyme.3.p. q. 77. & seq. repertorium verbo Inquisitores §.quæ est ratio.

3 Peritos.] *differentia est inter peritos,& prudētes, vt patet 11.q.3. nemo peritorum. vel dic q̄ hoc respicit litteratos; & dicit Hug.in deriuationibus,q̄ peritus idem est quod doctus,instructus.*

4 *Nec credo hoc intelligendum de quolibet perito*

B *litterato, sed de theologo, vel canonista, vel legista: nam cum hic agatur de crimine puniendo,vel absoluendo (quod crimen est merè ecclesiasticum.infra eo. vt Inquisitionis.§.prohibemus.) debet per canones cognosci, & decidi. arg. ad hoc 11.q.1. si quis cum clerico. cum similibus. & ad hoc leges famulantur, vt ea.causa.q.3.summopere.3.q.9.dignum.cap.hortamur.6.q.4.si inter.10.dist.si in adiutorium, alias imperitus matheseos risui pateret.37. dist. qui de mensa.vt si medicus cum suo vrinario vellet in talibus iudicare, quod est risui patendum. ad hæc infra eod.statuta.§.1.*

5 Prębeant.] *nunqnid gratis †? videtur quòd non,*

C *quia nemo de suo cogitur facere beneficium. 10.q.2. precarie. Item quia dignum est recipere emolumentum,eum qui præstitit obsequium.12.q.2. charitatē. Preterea nemo cogitur suis stipēdijs militare. supra de prescrip.cum ex officijs.& hoc plane videtur dicere Auguſt.11.q.3.non licet.vbi de hoc.& 14.q.5.c. vlt.in prin.Sed contra constat,quòd hic agitur de iustitia,& veritate fidei, quam quilibet defendere tenetur,alias est proditor ipsius veritatis.11.q.3. nolite timere eos. & vbi quis tenetur ad aliquid, suis sumptibus illud habet exequi, vt dictum fuit supra eod.lib.de censi.Romana.in verbo visitatis.*

†Repertorij verbo, gratis & ver. salarium. §. 1. zāch. de hęret.c.15.nu.3

6 *Credo quòd licite possunt recipere, si eis datur*

D *aliquid ab Inquisitore, vel alio iudice.arg. eius quod legitur & not.1.q.3.vendentes. & sic intelligo prima iura:sed non potest petere,& sic intelligo contraria in hoc casu,in alijs secus.*

7 Consilium.] *Iurisconsultus debet esse in cōsilio cautus:in patrocinio fidelis: & in iudicio iustus: vt olim habitum est in prima compilatione in princ.*

8 *Et quod dicit in consilio cautus,dic cū debet consulere,quia si fraudem adhibet,tenetur de dolo.ff. de reg.iur.consilij.aliàs regulare est, quòd nemo tenetur ex consilio.ff manda.l.2.in fi.*

In virtute obedientiæ.] *sic supra eod. lib. de sepul.animarum.in prin.ibi dixi.*

†Guido Fulcodius. q. 6. zanchinus de hær. c. 9. Siman.de cath.tit.ti. 2.

E 9 Procedendi.] *qualiter procedi possit cōtra absentes, † sic plane iudico, si constat de ipsorum perfidia, & sint contra eos solemnia edicta proposita, quamuis de iure ciuili in criminalibus non pronuncietur diffinitiue contra absentem ad impositionem pœnę, nisi vsque ad relegationem, vt ff. de pœnis. absentem. credo de iure canonico posse pronunciari diffinitiue super ipso crimine, supra de do. & contu. veritatis.86.dist.tanta. si autem non constat, locum habet supra eod. cum contumacia. de hac materia plene not.3.q.9.in prin.*

T commissi.

Singulis.] *Nam singuli possunt procedere, vt supra c.proxi. 1.respōso.*

Committēdi citationes.] *habes simile supra de offi. deleg.hac constitutione. §. vices.*

Denunciationes sententiarum.] *Sic habetur in præalleg.§.vices.*

Tuleritis.] *hic adde clausulam infra positam iuxta finem:* plenam concedimus facultatem; *& sic repetas ad finem cuiuslibet articuli,qui infra sequitur.*

† Vide eundē Archidia. infra c. statuta. nu. 4. in verbo,ad sententiam.

1 *Et licet ista † littera dicat, tuleritis sententias, & c.non tamen credas quòd sit necessarium in crimine hæresis nouam sententiam promulgari, cum iam à sanctis canonibus sit antiquitus promulgata: sed sufficit quòd antiqua sententia per denunciationem renouetur; & tunc talis sic denuncians non est pro-*

Universidad de Deusto Biblioteca

10 *In fideiussores autem absentium pœna pecuniaria † indici potest.ff.de custo.reo.si quis.quod dic vt not.23.q.5.cum homo.*

† zanch. de hęr.c.9. nu: 4, Guido Papæ decisio. 579.

11 *Quod c.videtur aliter dicere, quòd si citati non erant, & ibi iam deliquerant, ibi possunt conueniri rõne delicti, & remittendi sunt.C.vbi de cri.agi oportet.authent.qua in prouincia.& in authen.nulli iudicum.§.si vero.coll.9.3.q.6.c.1.vbi de hoc.& c.vlt.ff.de nox.actio.l.vlt.ff.de offi.pręs.l.3.arg.cõtra 24.q.2.nec quisque.vbi de hoc.circa hoc videas quod legitur & not.infra de rap.c.1.*

12 *Aduerte tamen, quòd hęreticus ante conuersionem, semper est in delicto actu manente: & ideo videtur quòd vbique possit conueniri & iudicari; at vbi prius fuerant citati, & ex hoc preuenti fuerint, tunc non obest mutatio domicilij.ff.de iur.om.iud.cũ quędam.supra de foro compe.proposuisti.*

13 Obedientes.] *consueuit dubitari, qui dicantur sponte ad gratiam redire: ad hoc potest dici, quòd illi sponte redeunt, qui infra tempus gratiæ veniunt, licet in generali sunt moniti: neque enim coacti videntur, qui à nemine sunt preuenti: et facit bene ad hoc ff.ad Tertull.l.1.§.si ea sit mater.cum sequenti.ver.certe.& post tempus gratiæ, si est res integra, hoc est, quòd non est corporaliter † requisitus, nec probationes contra eum receptæ. ad hoc ff. de opt.leg. mancipiorum.nam si post tempus gratię requiritur personaliter, & auditur, quamuis errorem suum detegat, indignus est venia: & sic loquitur canon in suo casu.24.dist.c.vlti.cum similibus. & circa hoc videas C. de his qui latro.occul.l.vlt.hic tamen non loquitur de talibus obedientibus, quia non incarcerarentur. & adde quod not.in summa Hostien.eod.tit.§.qualiter deprehendantur.ver.aduerte tamen, &c.*

† al. personaliter.

14 In carcere.] *ista carceris reclusio, non est tam ad pœnam criminis quàm ad cautelam. ad hoc infra eod.lib.de pœnis.quamuis.ne noceant, ne alios inficiant: vt appareat an in tenebris ambulent, an in luce: an ibi pœniteant.*

15 *Ad hoc supra eod. excommunicamus 2.§.si qui autem.non diffinitiue.nemo enim in pœnam criminis ad perpetuum carcerem † damnari potest.ff.de pœnis.aut damnum.§.solet.& hoc secundum leges, licet secũdum canones imponi possit, & in perpetuũ, & ad tempus: vt patet infra eod.lib.de pœnis quamuis etiam.vbi de hoc dicam. est ergo pœnitentię iniũctio, non iudiciariæ pœnæ impositio.*

† zãchinus de hęr.c.10. Campegius. ad zanch.c. 20. Repertorium verbo: Carcer.

16 *Vnde attende, quòd absoluti, & postmodum detrusi in carcerem, vel alijs pœnitentijs leuioribus onerati, nullam diffinitiuam sententiam receperunt: nam non sunt absoluti à crimine, quod crimen vtique probatum est: sed à sententia excommunicationis, quam incurrerunt ipso facto.*

17 *Et si tales sponte carcerem exiuerint, si legitimam excusationem non habent, possunt tanquam hęretici condemnari †: nam pręsumitur ficta conuersio. & confessio simulata, & materia veteris erroris recondita.ad hoc de pœnis.dist.2.c.1.nam exitus acta probat.22.q.2.quòd ait. & præcedentia probantur per sequentia, vt ibi notatur. ad hoc 24.q.1.cap.1. circa finem.*

† De hoc articulo latissime disserui infra part.3. super quæst. 97.

18 *Et hoc nota, quòd in sententijs ferendis, seu potius pœnitentijs iniungendis eis, qui redire volunt,*

A *non debet iudex tales pronunciare hæreticos, vel credentes, quia non sunt tales, vt patet 24.q.1.hæc est fides.vbi de hoc.& q.vlt.dixit Apostolus.c.qui in Ecclesia, nec pronunciare debet eos fuisse: quia nec est modus pronuncciandi in iure; dicetur ergo sic:* Quia te inuenimus per tuam confessionem, vel alias legitimas probationes hęreticum, vel hæreticos adorasse, vel similia perpetrasse: nunc tamen saniori vsus consilio, vis ad vnitatem Ecclesiæ, vt asseris, de corde bono, & fide non ficta redire: ideo te, in primis abiurata omni hęretica prauitate, secũdum formam Ecclesiæ, ab excommunicationis vinculo, quo tenebaris strictus absoluimus: si tamen ad

B eam ex corde redieris: & iniuncta tibi mandata seruaueris: & quia in Deum, & sanctam Ecclesiã prædictis modis temere deliquisti, ad peragendam pęnitentiã condignam, in perpetuum carcerem te detrudi volumus, & pręcipimus ibidem perpetuò te morari.

Nec miretur de hoc aliquis, quòd dictum est sub conditione, si tamen: quia causa tollendę quęstionis expedit sic dici, & poni: vt si nõ seruauerit quod imponitur, appareat eum non fuisse absolutum.

Muro reclusi.] *sic supra eod. quoniam episcoporum.*

Mitigandi.] *ad hoc 26.q.7.tempora 50.dist.accedens.*

C *& c.presbyteros.iuxta princ.ver.diaconi.in fi.cum similibus.*

Mutandi.] *nota hic de pœnę commutatione ad hoc 82.dist.c.presbyter.iuxta finem, vbi de hoc, & supra de voto.c.1.vbi de hoc.*

19 *Si autem fuisset diffinitiua sententia, commutare non posset iudex.ff.de re iudi.Paulus.& l.acta.§.1.supra de offi.deleg.in litteris.*

20 Consilio.] *non dicit, consensu †; & hoc consiliũ secundum quosdam potius requiritur de honesto quàm de iusto.sed cõtra: ista littera ponit prępositionẽ, de, quæ videtur de sui natura importare necessitatẽ sequendi consilium, secundum ea quę dicta sunt*

† Eymericus 3.par.q. 78. vbi dixi. Alber.de agnoscer.q.26.n. 11.&seq.

D *supra eod.lib.ne se.va.c.1.si ad episcopum.in glos.fin.supra.& secundum hoc videtur, quòd talis priuatio siue denunciatio, non possit fieri sine episcopo, vel eius officiali: & hoc clarius fortificatur ex littera, quæ sequitur, in qua dumtaxat vnus casus ab ista regula exceptuatur: & huius ratio potest esse, quia ipsius episcopi est destituere. supra eod.cum ex iniuncto.in fi.16.q.2.c.1.in fi.2.q.7.inuentum.*

21 *Si tamen clericus paratus est corrigi, & corde non ficto redire ad ecclesiasticam vnitatem, deponi non debet, vt not.21.dist.nunc autem in glos.sed videtur, & c.in fine.*

22 *Et hoc consilium † requiritur tantum, quan-*

E *do de beneficijs Ecclesiasticis spiritualibus agitur: sed in alijs secus, vt patet ex ordine litteræ subsequentis.*

† Idem Geminian' Frãcus, & alii hic. & Bernar. in Lucernaverbo: inquisitor.§ 19.

Scienter.] *hoc videtur prima facie. supra de elect.innotuit.82.dist.proposuisti.argu. contra infra eod. lib. de reg. iuris. præsumitur. ff. de probatio. verius.*

Eos.] *scilicet diœcesanos, in his quę supra proxime præmittuntur.*

23 Suo iudice.] *vt metropolitano, qui est ordinarius suorum suffraganeorum. 10.q.3. quia, in fi. sed videtur*

videtur quòd debet exponi, suo indice, idest, synodo, vt 11.q.1.si clericus aduersus.ver.etsi clericus.34.dist.quorundam.vbi de hoc.10.q.3.c.2.& 6.q.4.si inter.9.q.3 saluo.vbi de hoc: quod prius dicitur, videtur verius: & secundum hoc dicemus quòd prædicta cap.loquuntur secundum antiqua tempora, quando in concilijs omnia negotia tractabãtur, secundum Hug.& Laur.Ego sto capitulis supra dictis, cum hic agatur de episcopo puniendo, vt in præd.cap.quorundam. ver. oporteat ergo; &c. & dicam suo iudice, idest Metropolitano, in concilio existente, vt probant iura supradicta. de hac materia latius notant Inno. & Hostien.supra de preben. graue.ibi videas.

Puniendos.] *vt fautores hęreticorum.ad hoc facit optime infra eod.decreuit.*

c.Contra Christianos.

SVMMARIVM.

1. Transire ad Iudaismum, qui dicantur.
2. Hęreticum est asserere, legem cum Euangelio, & circuncisionem cum baptismate obseruandam.
3. Pœna transeuntium ad Iudaismum, confiscatio bonorum.
4. Redeuntes ad Iudaismum, qualiter appellentur, & qui sint.
5. Iudęorũ appellatio vnde, & quomodo prius vocarentur.
6. Paruuli, quam primum baptizantur, ad fidẽ obligantur.
7. Et qua ratione obligentur.
8. Absolute, coactus baptizatus, non obligatur; secus si conditionaliter.
9. Testimonium Iudęi, fauore fidei cõtra Christianum admittitur.
10. An filii Christiani existentes alicuius Iudæi, quo tempore pater baptizabatur, patre r eiudaizante amittant paterna bona.
11. Pręuaricatores qui dicantur.

† Eymericus hac 2.p.q.44 & ibi dixi copiose.

Contra †] Ritum.] *idest mores, vel obseruationes.28.q.1.sæpe.*

1 Transierint.] *hic loquitur de illis, qui de Christianis facti sunt Iudęi.*

2 *Et nota, quòd illi incidunt in hæresim damnatam, qui perperam affirmant, legem cum Euangelio, & circuncisionem cum baptismate obseruandam, vt supra de bapt.maiores. circa prin. ver.ad illud autem.*

3 *Et isti, qui sic transeunt, puniuntur confiscatione bonorum.C.de apost.l.1.& hoc cum accusatio fuerit comprobata, vt ibidem.*

† Rep.ver.rejudaizantes. Vmbert' in iudiciali verbo. inuocare. & verbo. apostata. Alber. de agnoscen. assert. q.25.nu.13.

4 Redierint.] *hoc dicit, quia perfidia Iudęorum frequenter ad vomitum redit †, vt de conse.dist 4. Iudæi.& tales dicuntur præuaricatores in Christũ. 1.q.4.Iudæi.2.q.7.non potest.c.alieni. & ita loquitur hic de his, qui de Iudęis facti sunt Christiani. de hoc etiam loquitur eadem dist.plerique.45.dist.de Iudæis.*

5 Iudæorum.] *scias quòd Iudęis scissura decem*

A *tribuum nomen dedit: nam antea Hebręi, siue Israelitæ nominabantur.de Hebręis habetur 28.q.1.sæpe. Ex quo autem in duo regna Dei populus est diuisus, duæ tribus, quæ de stirpe Iuda reges habebãt, Iudæi dicti sunt, reliquę 10.tribus quę in Samaria regem sibi constituerunt, Israel dicti sunt.de hac diuisione recitari historice consueuit.7.q.1.denique. in principio.*

Infantes.] *idest minores septem annis.C.de iure del.l.1.& 2.quæst.4.cap.denique.C.de iur.delib.l.si infanti.*

6 *Sed non facias vim in eo quod sic dicit: nam etiã infans vnius diei, si baptizaretur iuxta formam ec-*

B *clesiæ, ad fidem obligatur, vt patet de conse.dist.4. paruuli.& c.nihil est.& c.cum pro paruulis. & c. quęris.c.paruuli 2.& c.mater Ecclesia.& c.quis. c.ad hoc.vbi dicit: Quis autem nesciat, credere esse infantibus baptizari? non credere autem, non baptizari? & paruuli per alios credunt, vt ead.dist. in Ecclesia.*

7 *Sed potest quæri, quomodo tales infantuli obligãtur ad fidem, vt dictum est? dic † quòd satis conueniens est, vt qui per alium liberatur, per alium obligetur, vt in pręd.c.quæris. quod dic vt not.in præd. c.nihil.*

† Idem Hostien. & rect. in sum. tit. de baptismo §. quę sit forma. in fi. ver sic. quæritur quo paruuli.

Mortis metu] *in hoc casu obligantur ad fidem.*

C *45.dist.de iudęis.dic vt ibi.legitur & not.*

8 Coacti.] *talis coactio, quę est absoluta, non conditionalis, vel est præcisa, excusat adeo, quòd non obligantur ad baptismum: & est ratio, quia ibi potius pati quàm agere videntur.vt 50.dist.presbyteros. dic vt ibi.sed in casu præmisso secus: & est ratio, quia etsi nolit talis baptizari simpliciter, vult tamẽ illud propter quod baptizatur, scilicet vitam. 15.q.1.merito & not.11.q.3.timendo.*

9 Conuicti.] *quòd testimonium Iudæorum admittatur contra tales, hoc est in fauorem fidei. sic supra eod.in fidei aliàs contra Christianum non admittitur.4.q.3 placuit.aliàs est, vt legitur & nota. supra*

D *de testi.cogen.c.1. & hic adiunge quod infra sequitur, in fi.*

Fautores.] *repete quod dixi supra eod.c.2.*

10 Procedendum.] *sed pone Iudæum baptizatum, & tunc temporis habere filios Christianos, postmodum pręuaricatur in Christum, & ob hoc damnatur, nunquid eius filij Christiani, sunt excludendi à bonis paternis? videtur quòd non, vt 1.q.4.Iudæi.vbi videtur hoc expressum: sed hęc littera non videtur pati, cum dicat: contra talem tanquam contra hæreticum procedendum: & bona hæreticorum confiscantur, vt infra eod. cum secundum. quod teneas, non obstante præall.c.Iudęi. quoniam loqui-*

E *tur quando talis propter pręuaricationem damnatur aliqua pœna, vt puta pensionum, siue tributorum exactione, vt ipsa exactionis pœna compellantur ad rectitudinem peruenire, vt 23.q.6.iam vero.& sic notat ibi Hug.*

11 *Non obstat, quòd ibi dicuntur pręuaricantes in Christũ, quoniam pręuaricatores dicũtur omnes, qui in Deũ pręuaricauerunt, & non obediũt præceptis eius, vt patet 11.q.1.relatum, in fine.ad idem ead.causa.q.3.existimant.in princip.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

c. Decreuit.

SVMMARIVM.

1 Initium contractus hic respiciendum.
2 Matrimonium cum hæretico & excommunicato contractum valet.
3 Scienter contrahens cum hęretico punitur hic, non autem ignoranter.

Decreuit.] Tunc.] *scilicet tempore contractus, vt sic inspiciamus initium ipsius contractus, vt aliàs diximus. supra de emp. & ven.cum dilecti.supra de ele.dudum 1.cum similibus.*

† Eyme.3.p. q.111.Carrerius de hære. num. 141. & 169. Palacius Rub.in l. Tauri.78. nu.1. idē tract. de regno Nauar ræ.p.5.§.5.

Sciebant.] *quo casu contrahere non debuerunt* †, *vt 28.q.1.caue. & c.non oportet.*

2 *Sed si contraxerunt, tenet matrimonium secundum Hug.vt etiam ibi not. sicut si contraheret cum excommunicato, cuius matrimonium tenet.supra de eo qui duxit in matrimonium quam pol. per adul.significasti. & ad id quod dicit.sciebant: repete quod dictum est supra eod.vt commissi. in glos. vlti.*

3 *Vnde cum talis vxor scienter fecerit contractum, qui non sumpsit initium ab origine æquitatis, dignum est, vt puniatur: nam per hoc videtur tali hæretico fauere, vbi autem ignoranter contraxit, non fuit in culpa, ergo non debet ex hoc puniri.infra de cleri.ex com.mi. Apostolicæ.*

c. Statutum 2.

SVMMARIVM.

1 Quorum statutorum fiat hic declaratio.
2 Quibus iuris locis fiat generationum computatio.
3 Parentelę gradus qualiter computentur.
4 Verbum, declaramus, & volumus, quid significent.
5 Nisi nominatim caueatur, de descendentibus per lineam maternam, non continentur sententia iuris vel hominis.
6 Intellectus huius cap.
7 Pœna huius cap. etiã filios illegitimos comprehendit.
8 Item eos, qui non sunt in patria potestate.

Statutum.] Innocentii.] *Hic ponuntur duę declarationes quorumdam statutorum antiquorum, scilicet Inno.iij.supra eod. excommunicamus. §. credentes, & c. & c.vergentis.vel dic. Inno.iiij.quod fuit positum in commissionibus per ipsum factis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, et hoc statutum erat omnino simile statuto Alexandri iiij. quod habetur supra eod. quicunque. §. hæretici.*

2 Generationem.] *qualiter ista debeat computari, plene probatur per Isidorum, & Alexandrum iiij.* † *& Papam Zachariam.35.quæst.5.c.1. & 2. & cap.parentelę. & c.primo gradu. §.ecce hic aperte.*

† Alexander secundus legitur in vulgatis Gratiani lib.

3 Primum & secundum gradum. *gradus parentelæ taliter computamus* †: *siquidem ego & frater meus, vna generatio sumus, primumque gradum efficimus et nullo gradu distamus: rursus filius meus fratrisque mei filius, secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur.hoc ita dicit Papa Zacharias in præall.c.parentelę. & hic fuit tenor statutorum predictorum. & hæc verba, scilicet primum & secundum, & c. sunt verba Bonifacij.*

†Hoc accipe secundū ius canonicum: nam iure ciuili aliter fit in collateralibus computatio. Hostien. in sum. ti. de cōsan. §. qualiter computetur.

Declaramus.] *quamuis sic dicat, de hoc erat olim magna altercatio in curia, vt de facto vidi: nā cuidam electo fuit hoc oppositum: super hoc inducebatur glos. Hostien. quam ponit in præd c.supra eo. vergentis. sed quicquid olim fuerit, tenendum est quod hic dicit.*

4 Volumus.] *supra proxime dixit, declaramus: quod verbum demonstrat, sic prius ante istam constitutionem obtinuisse; hic vero dicit, volumus: per quod demonstratur, quòd est in hoc articulo noui iuris constitutio.*

5 *Et est notandum, q̃ vbi aliàs non caueretur de descendentibus per maternam lineam, illi nullo gradu comprehenduntur* †, *per sententiam iuris, vel hominis.infra eod.lib. de pœnis. vbicunque.*

†Quia in pœnis masculinum non includit fœmineum. Bart. l.1. ff. de verb. sig. Gigas de crim. læsæ maiest. lib.3.q.13.

Hoc.] *quod in prædictis statutis continetur.*

6 Hoc sane.] *dic hoc, idest quod ipse Bonifacius supra proxime premisit: nam quod hic dicitur, loquitur de filijs excludendis à beneficijs ecclesiasticis, et officiis publicis: vnde non videtur hoc statutum contingere, quod legitur et not. C. ad l. Iul. ma. quisquis. quæ ponitur 6. q.1. si quis. nam ibi loquitur de bonis hereditarijs, paternis, & maternis, & quæ confiscātur. supra eod. vergentis. infra eod. cum secundum. ita q̃ ad parentes, vel filios vlterius non reuertantur. C. eod. tit. authent. Gazaros.*

7 Filiis.] *etiam naturalibus* † *& illegitimis, ne plus habeat luxuria quàm castitas: in authen. de restit. & ea quę pa. & c. in fi. coll. 4. hoc etiam demonstratur per hanc litteram, quæ sic indistincte loquitur. ad hoc 31.q.1.c.vlti. in prin.*

† Hæc opinio vera & cōis. Gondisaluus de hæret. q. 23. nu. 3. & 4. Couarru. lib. 2. c. 8. varia. resolut. nu. 3. Gigas de crimi. læsæ maiest. lib. 3. q. 7

8 *Aliqui tamen intelligunt de his, qui sunt in potestate dumtaxat, & filij illegitimi non sunt in potestate patris, insti. de nup. circa finem. sed littera præcedens, vbi dicit: per maternam vero, & c. hunc non recipit intellectum, quia mater filium in potestate non habet. insti. de adop. §. feminę. & not. 20. quæst. 1. cap. 2.*

c. Inquisitores.

Inquisitores.] Inquirere.] *hoc verbum demonstrat cū eo quod sequitur, quòd superfluum est quærere, an Inquisitores possint inquirere, & negotium remittere ad sedem Apostolicam, sicut aliàs videtur posse fieri, supra de appel. constitutis. & planum est q̃ non, quia actus inquisitionis expresse prohibetur eis, vt hic.*

Expresse.] *habes simile supra eod. lib. de procurat. c. si quem. §. 1. ver. nisi. infra eod. lib. de sen. ex com. c. cum medicinalis. §. 1. & hic.*

c. Per

c. Per hoc.

SVMMARIVM.

1 Episcopi in crimine hęresis aduersus exemptos procedunt, ut delegati.
2 Dubium olim, an per commissionem Inquisitoribus factam, iurisdictio Episcoporū circa hæresim cessaret.
3 Citantibus Episcopo, & Inquisitore, coram quo debet citatus se sistere.
4 Inquisitores, summi Pontifices delegati.
5 Cuius maior sit iurisdictio, Episcopi, an Inquisitoris.
6 Citante prius Episcopo, & deinde Inquisitore, citatus coram Inquisitore compareat.
7 Diuisim procedere, qualiter intelligatur.
8 Processuum communicatio, quādo fieri debeat.
9 Veritas quomodo inueniatur.
10 Licet diuersi fiant in hoc crimine processus, vna sententia tantum fertur.
11 In eodem crimine non est læpius procedendum.
12 Inquisitor etiam publicatis de uno attestationibus, potest ab aliis inquirere.
13 Quando præsumatur subornatio.
14 Cum processus sunt contrarii, quid faciendum.

Per hoc.] Generaliter.] *hoc dicit, ut excludat specialem commissionem. supra de offi. lega. Studuisti.*

1 Delegata.] *quia Papa eis specialiter commisit hoc officium: & Episcopi contra exemptos in hoc crimine possunt procedere tanquam delegati à Papa. supra eod. ad abolendam. in fi.*

†Hanc opinionē tenuit Guid. Fulcodius, qui fuit postea Clemens Papa iiij. in cōsultationib. ad Inquisitores. q. 1.

2 Nolumus.] *hoc forte dixit, quia per magnos* † *viros olim contrarium tenebatur: & erat ratio, quoniam Papa committendo tale officium Inquisitoribus, illud ad se reuocasse videbatur: & ob hoc ordinariorum officium debebat conquiescere. supra de offi. lega. licet, supra vt lite penden. ecclesia 2. supra de appel. vt nostrum. 2. q. 1. nomen. infra de pur. cano. cum dilectus. in fin. probabant etiam alia ratione cuiusdam inconuenientiæ, quę ex hoc sequeretur, si ordinarius posset inquirere: dicebant enim, si possent ordinarij inquirere & procedere, cum constet quòd Inquisitores possunt etiam inquirere & procedere, distraherentur homines ad diuersa iudicia siue tribunalia, & sic promiscuis actibus rerum turbarē tur officia, quod esse non debet. C. de epi. & cleri. repetita. C. de testa. consulta diualia. Sed hæc sententia succumbit, vt hic patet: & est ratio, quia generalis commissio facta Inquisitoribus, ordinariorum officium non subtrahit, eo quod sunt ipsi ordinarij Deo obligati ad reddendam rationem de animabus eisdē commissis, vt dixi supra eod. lib. de censib. Romana. in principio.*

3 Derogari.] *pone quòd diœcesanus ordinarius, & Inquisitor simul citent, cui tenetur citatus potius obedire? videtur quòd ordinario, eo quòd habet superiorem* †*iurisdictionem, cui per commissionem alteri factam non derogatur, vt hic dicit. ad idē extrauagans Benedicti, Ex eo. arg. ad hoc. supra eo. de offi. ord. significauit.*

†al. firmiorē.

4 *Sed contra, Inquisitores dicuntur delegati à Papa* †, *cum hoc officium aliàs eis non competeret, & hoc patet ex littera precedenti, vbi dicit: delegati à sede Apostolica: sed video quòd illi, quibus aliquid committitur à sede Apostolica, habent auctoritatem personæ illius à qua destinati sunt, vt legitur. 2. q. 6. si Episcopus. & dicuntur locum illius obtinere. 93. distinct. ca. vlt. & 23. distin. c. 1. ad idem 97. distin. nobilissimus. supra de offic. deleg. sane. ergo videntur maiorem, fortiorem, & nobiliorem iurisdictionem habere: ergo tali iurisdictioni potius est parendum. 8. dist. quæ contra. 11. q. 3. qui resistit.*

† Carrerius de hęret. n. 71 Campeg. ad zāch. ca. 8. sup verbo, episcopus. vbi totum hunc locum illustrat

5 *Si dicatur, q̃ diœcesanus, habet æqualem iurisdictionem cum Inquisitore, & hoc per istam decretalem, hoc non videtur verum, cum ipse fungatur ordinaria potestate, nisi super hoc haberet specialiter delegatam: & hoc clare colligitur ex littera proxime precedenti, vbi dicit: ordinaria, nel delegata. si habēt delegatam, aut Inquisitor vtitur sua speciali commissione Papali, quæ est dignior, & maior., vt dictū est: si dicatur, quòd ordinarius etiam uidetur delegatus Papæ per istam decretalem, potest dici. quòd hoc non est verum, quia hic non datur maior iurisdictio, neque alia quam prius haberet. ad hoc supra de offi. ord. licet. & c. graue. non obstat eo. tit. significauit. nam si bene uideatur, immo videtur facere pro nobis: nam ibi dicit, quod vbi delegatus absoluit excōmunicatum ab ordinario, & propter malitiam eius, vel desidiam, processus causę retardatur: potest ordinarius illum absolutum reducere in prisitinam excōmunicationis sententiam: sed non dicit, quòd possit in causa procedere, immo innuit contrarium: & si bene videas, ista littera non dat aliud ordinario, nisi quòd processus eius locum habeat, quamuis etiam Inquisitor procedat.*

6 *Et forte si ordinarius prius citasset & subsequēter citet Inquisitor: citatus deserto ordinarij iudicio, debet venire coram Inquisitore. ff. de re. iu. cōtra pupillum. in præd. c. quę contra. & c. qui resistit. & secundum hoc, non est vis, si præueniat ordinarius in procedendo, quod verum credo.*

7 Diuisim processerint.] *hoc declaratum est per Papam Benedictum in sua consti. eod. tit. Ex eo. vbi dicit, quòd intelligitur, diœcesanos, & Inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum hi & illi separatim, non quando episcopi tantum, vel Inquisitores tantum procedunt.*

8 Communicare.] *scilicet in fine, quando nil restat agendum* †, *nisi quòd sententia proferatur, vt in præd. consti. Ex eo. ver. consultationem. vnum tamen casum excipit illa constitutio. videlicet, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actis visis: ex hac enim causa, semel tantum, vt fraudi locus non fiat, in toto negotio copia tribuatur, ut ibi continetur. §. vnum sane.*

†Eym.3.p.q. 51.& 52.

9 Inueniri.] *dicit canon. quòd veritas sæpius exagitata, magis explendescit in lucem: nam fructus diuinus est, iustitiam sæpius recenseri. 35. quæst 9. cap. vltimo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 Proferatur.] *nota hic diligenter, quòd licet separatim fiant processus per diuersos, tamen vna sententia promulgatur.*

11 *Et ita non tangunt casum istum illa iura, quæ volunt, q̃ de eodem crimine contra aliquem non est sæpius procedendum, infra de collu. deteg. c. vlt. de hac materia notat Inno. infra de pur. can. cum dilectus. in glo. de alio crimine, &c.*

12 *Sed circa hoc satis dici potest, quòd cum Inquisitor ex officio suo procedit, publicatis attestationibus de uno, ab alijs testibus inquirere potest. 2. q. 1. notum. & q. 5. c. Mennam.*

13 *Cum autem aliquo adiuuante inquisitionem non sic terminatur, timetur tunc subornatio. & huius sententiæ fuit Gof. supra de accus. qualiter 2. §. debet, & in sum. eod. tit. §. videamus.*

†Zanc. trac. de hær. c. 15. nu. 2.

14 *Et ibi istorum processus essent contrarij †, ita q̃ non potest secundum vtrumque processum iudicari, colligo quod faciendum sit, ex eo quod legitur & not. supra de testi. in nostra.*

c. Vt Inquisitionis.

SUMMARIVM.

1 Hæretici inquirendi, & corrigendi, aut exterminandi.
2 Leges Friderici Clemens iiij. certo modo approbat.
3 In crimine hæresis uidetur sententia requiri.
4 Casus, quo quis statim traditur curiæ seculari.
5 Pœna animaduersionis, idest mors.
6 Proclamatio, & appellatio, qualiter differant.
7 Hæreticus à sententia diffinitiua non appellat.
8 Potest tamen appellare in processu causę, cũ iniuste grauatur.
9 Omnis oppressus libere appellat, & quare.
10 Oppressus uel grauatus quis dicitur, ante sententiam.
11 In occultis delictis iudicandis, cur debeat certus ordo seruari.
12 Hæretici nullo gaudent iuris priuilegio.
13 Appellationis remedium non denegandum his, quos non constat esse hæreticos.
14 Causę fidei in Ecclesia tractandę.
15 Intellectus c. quoties. 24. q. 1.

T Inquisitionis.] *vbi hæretici dicuntur esse admixti fidelibus, de hoc facienda est inquisitio, vt à fidelibus discernantur, & inuenti corrigantur, & quibus non prodest correctio, non parcat abscissio. 24. q. 3. illud sanc: vnde hæreticus dicitur peccare in semetipso, ead. q. dixit Apostolus.*

2 Promulgatas.] *has leges Clemens, cum certis modificationibus, & adiectionibus, in vnum sub sua bulla redegit, & fit de hoc mentio infra eod. cap. vlt. responso 1.*

Sub arcta.] *idest dura. 23. q. 5. de Liguribus.*

A Terminetur.] *simile 2. q. 8. quisquis. 3. q. 2. quia ea. in fine. & hoc accidit propter graue crimen, & quando est suspicio non leuis. sic loquitur hic, & ff. de custo. re. diuus. & not. quod dicit hæc littera: terminetur per iudicium Ecclesiæ. & infra proxime sequitur.*

3 Condemnatos.] *ergo videtur, quòd etiam in hoc crimine sententia requiratur †, per quam negotium terminetur. vt 20. dist. §. 1. vers. cum ergo. ad idem. ff. de reiudi. l. 4. §. condemnatum. infra eo. ca. vlt. §. 1. ibi: ad sententiam, &c.*

† Contra ui detur sentire auctor supra c. ut cõmissi num. 1.

Indilate.] *idest sine dilatione. 2. q. 1. sicut. de pœnit. dist. 1. Adam.*

B 4 *Et hic est vnus de casibus, in quibus quis dimittitur statim curiæ sæculari, vt notatur supra eod. ad abolendam. §. 1. in gl. in tribus autem, &c.*

5 Animaduersione.] *idest, pœna, qua anima vertitur de corpore. sic supra eod. ad abolendam. §. 1. & videas quod dictum est supra eod. lib. de excep. cum quidam. in fine.*

Proclamationibus.] *habes simile verbum supra de stat. monach. ea quę. §. 1.*

6 *Et hic aliter quàm ibi sumitur, s. secundũ quod habetur supra de appell. cum sit. nam appellatio est in iudicio; proclamatio extra iudicium. quod dic vbi not. in gl. proprie, &c.*

C Prædecessorum nostrorum.] *Innocentij, Alexãdri, Clementis.*

Imperialem.] *Friderici insertam sub bulla Papę Clementis.*

7 Interdictum.] *hoc planum est †, vbi data est diffinitiua sententia, vt hic: & hoc demonstrat littera præcedens, ubi dicit,* condemnatos: *& vbi dicit:* sibi relictos statim, *&c. & sic etiam loquitur ff. de appel. constitutiones.*

† Eyme. 3. p. tit. de appel. quæ fit ab inquisitore vbi dixi. zanche de hær. c. 39.

8 *Sed nunquid erit idem in processu causæ inquisitionis, si grauentur contra iura? videtur quòd non, quia nulli est legitima defensio deneganda, vt supra de excep. cum inter. ver. inquisitionis, &c. & sic cognoscetur de iniquitate inquirentis, supra de appell. interposita. in fi.*

9 *Nam regulare est, quòd omnis oppressus libere potest appellare. 2. q. 6. cap. 2. & est ratio, ne innocens damnetur, vt ead. quæst. cap. 3. vbi dicit canon, quòd in causis ecclesiasticis, dicta, idest assignata causa, à primo iudice recedere licet, si necesse fuerit, aut se viderit prægrauari, vt 2. q. 6. cap. non ita. in fin.*

10 *Oppressi autem et prægrauati dicuntur ante sententiam, vt ead. q. §. oppressi.*

11 *Ideo autem in occultis debet certus ordo obseruari, ne quis innocẽs aduersariorum pateret insidijs. 2. q. 1. c. de manifesta. non obstat quod hic dicit, immo potius facit pro: nam si bene videatur; loquitur de illis, de quibus iam constabat, vnde dicit: sit hæreticis, & credentibus, &c. Sic etiam loquitur constitutio Inno. iiij. de qua fit hic mentio. dicit enim sic:* Item proclamationes, & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur.

12 *Ideo autem dicit, huiusmodi personarum: quia non debent hæretici gaudere aliquo iuris priuilegio †. vt in authen. de priuil. doti. hæreti. nuli. non præstan. circa medium. Idem etiam tenet constitutio*

† Et cur hæretici priuilegiis sũt indigni, tradit Petrus Godofr. in l. 1. C. de hæret.

Friderici quondam Imperatoris, de qua etiam fit mentio hic, quæ incipit: Commissi nobis cęlitus, &c. vbi etiam sic dicit: Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorum penitus amouemus.

13 *Et sic à contrario videtur, q̃ ubi non constat aliquem esse hæreticum, tale iuris beneficium ei denegari non debet; coadiuuat etiam ad hoc, quòd in tãli graui crimine oportet cum multa cautela procedi. supra eod. vt officium. §. verum.*

Mere sit ecclesiasticum.] *ad hoc in authent. vt cleri. apud proprium Episco. §. si vero Ecclesiasticum.*

14 *Vnde dicit Beatus Ambrosius causam fidei agendam in Ecclesia quis abnuat? si quis confidit, huc veniat. 23. q. 8. c. conuenior. vbi de hoc, vtinam secus esset.*

15 *Sed ad huius dicti declarationem vide quod legitur & not. 24. quæst. 1. quoties. & in concord. ibi notat. & c. si Petrus. 26. q. 5. contra idolorum. & in præcit. cap. quoties. & vt melius elucescat, sciendum est, quòd ea quæ ibi dicuntur, diriguntur beato Augustino, & alijs Coepiscopis suis congregatis in Africa in Concilio Carthaginensi, ut ipse refert in suis Epistolis: quia in Concilio non fuit ausus cõdemnare Pelagium. nisi requisito summo Pontifice, qui tunc Ecclesiæ Dei præsidebat, scilicet Inno. primo.*

Condemnetur.] *sic supra eo· cũ contumacta, in fine.*

c. Cum secundum.

SUMMARIVM.

1 Quæ dicantur nuptiæ nefariæ, & quę incestæ, & inutiles.
2 Incestus cum quibus cõmittatur, & incestuosi Deo abominabiles.
3 Hoc nomen, res, large, & stricte sumitur, & quid significet.
4 Secundum canones, rapta cum raptore, licite contrahit.
5 Quibus casibus bona raptorum deferantur in fiscum.
6 Bona hæreticorum confiscata, à tempore cõmissi criminis.
7 Alienationes ab hæreticis factę, ante damnationem, non ualent.
8 Fiscus, uel Inquisitores, non tenentur restituere pretium, his qui ab hæreticis emunt, cũ ab illis bona uendicant.
9 Nisi pretium, uel aliud loco pretii inueniatur in bonis hæretici.
10 Nec restituitur pretium ei, qui emit ab eo, cui hæreticus uendidit.

Vm secundum.]

1 Nefarias.] *Nefariæ propriè dicũtur nuptiæ inter ascendentes & descendentes: incestæ, inter collaterales, & affines: aliæ, quę alijs rationibus simpliciter prohibẽtur, inutiles dicuntur secundum quod not. C. de incest. nup. sub rubrica.*

A Contrarias.] *quoniam ex tali coniugio soboles nõ potest subcrescere. 35. q. 3. quędam lex. ad idem. 56. dist. si gens.*

2 Incestas.] *cum quibus committitur incestus, habetur 36. q. 1. cũ ergo. de talibus nuptijs incestuosis habetur 35. q. 3. c. 2. & c. nullum. & c. de incestis. ibi videas: & c. nec eam quam. & tales nuptiæ hic appellantur nefarię, quoniam tales incestuosos designare funestum est, vt in præd. c. de incestis. & dicũtur abominabiles Deo, & cunctis hominibus, ut in præd. c. nec eam.*

Eo ipso.] *in hoc videtur facere ad propositũ. de quo habetur infra eod. c. ver. bona, in fine.*

B 3 Rerum.] *hoc nomen, rei, secundum veram significationem, omnia comprehendit, & corporalia, & incorporalia. ff. de verb. sign. l rei appellatio. & l. rei appellatione. aliquando tamen hoc nomen, rei, stricte sumitur, & proprie, ut 13. quæst. 2. 7. si de rebus. vbi de hoc in prin. sed ad huius verbi declarationẽ, vide quod plene dixi. 40. dis. ante omnia.*

Perdat.] *vt C. de incestis nup. l. cum ancillis. & l. seq. & l. siquis. ff eo. tit. l. incestę. insti. de nup. §. si ad uersus.*

Et mulier.] *repete, & cum secundum leges ciuiles mulier, &c. & dic mulier, ingenua. C. de rapt. virg. l. 1. §. & siquidem. in ancillis enim &*

C *libertinis, non habet locum pœna bonorum, vt ibi habetur.*

4 Humanam legem.] *quæ habetur C. de rap. vir. l. 1. & dic humanam, idest ciuilem, quia secũdum canones, licite rapta contrahit cum raptore. quod dic vt 36. q. 2. in summa.*

Consortibus.] *idest socijs in delicto, ut in præ. l. C. de rap. virg. §. pœnas autem.*

Ipso iure.] *hoc habes in authen. de rap. mul. & c. in fin. collą. 9. & propter hoc quod sic dicit. facit ad propositum.*

5 Certo casu.] *scilicet cum parẽtes mulieris non supersunt, nec alter eorum: uel si supersunt ipsi, vel alter, cõsenserunt talibus nuptijs: hoc casu bona deuoluuntur ad fiscum, vt in præ. authen. de rap. mul. in fi. Ista autem cessant secundum canones, vt not. 26. q. 2. de puellis. in gloss. hoc est derogatum, &c.*

Illicitas species.] *supra de Iudęis. ita quorundam.*

Omittens.] *hoc habetur ff. de vect: l. commissa. C. eod. tit. l. omnium. & l. si quis. et quod hic dicitur, locum habet in priuato. ff. eo. tit. l. vlt. §. diuus. in militę non. C. eod. tit. l. 3.*

Prędicti.] *scilicet superius nominati, ut illicitas, siue nefarias nuptias contrahens: rapta quæ cum raptore contrahit: transuehens illicitas species, vel rerum vectarum professionem omittens.*

Ipso iure. *sic intellige quod dicitur sup. eod. excõmunicamus 1. responso 2.*

6 Confiscata.] *ad hoc 23. q. 4. nimium. iuxta finem. ver. Constantinus. 6. q. 1. si quis eum. supra eod. tit. uergentis. & c. excommunicamus. infra 1. respon. 2. C. de apostą. eum qui. infra de verbo. significat. super quibusdam 1. respon. in fi. C. eod. tit. l. 4. Saluo iure principalis domini, dummodo super hoc nullum pręstet obstaculum, nec aliquod impedimentum*

Universidad de Deusto Biblioteca

opponat.C.de hęret.authen.ſi vero dominus.fuit autem Frederici.

Et dic confiſcata,ſcilicet à tempore commiſſi criminis. C. ad l. Iul. maieſt. quiſquis. §. emancipationes. & C. de apoſta. apoſtatarum.§.1.hoc tamen quidam intelligunt,crimine permanente.argum.ſupra eod.ſtatutum.§.1.& 43.diſt.c.vlt.in fi.& 49.diſt.c.1.in fi.& aduerte, quomodo hęc littera loquitur indiſtinctè.

7 *Vnde dico, quòd donatio ſiue alienatio facta ab hæretico,ante damnationem,non tenet:licet dominia hæreticorum bonorum non pertineant ad fiſcum,ſiue eccleſiam,niſi demum damnatione ſecuta ſuper crimine;tamen ex quo eſt ſecuta condemnatio, effectus huius damnationis trahitur retro,ad diem commiſſi criminis:& ex die commiſſi criminis videtur ei interdicta alienatio,vt in præd. §. emancipationes. ad hoc quod not.ſupra de ſimo.tanta.in gloſſ.pręſciſus. verſi.& intus ortus,&c.arg.ad hoc ſupra eod.cap. quicunque.§.vlt.ff.de accuſ.l.ex iudicio. hoc tamen intellige,cum determinatione eius quod habetur ſupra eo.lib.de præſcri.ſi qui §.1.*

8 *Et vbi hęreticus alienauit,fiſcus vel Inquiſitores,non tenentur pretium reſtituere emptori: & eſt ratio,quia vt prędixi,effectus damnationis trahitur retro,ad diem commiſſi criminis:& ſicut facta damnatione,non poſſet bona alienare,eodē modo nec ante damnationem,à die dicti criminis commiſſi,non potuit alienare.arg.ff.de dona.inter virum & vxorē. l.donationes.ff.de dona.l.poſt contractum.ff. de accu.l.ex iudicio. & in præcitato §. emancipationes. nam ſi hoc eſt in crimine lęſæ maieſtatis,vt ibi,multo fortius in crimine hęreſis, cum maius ſit crimen quod in Deum cōmittitur principaliter, quàm quod in homine.17.q.4.ſicut qui.in fi. ad idem ſupra eod. tit.vergentis.ver.eum enim.et eſt ratio,quia fiſcus ſiue Inquiſitores,talia bona, vt ſua videntur vendicare.arg.prędictarum legum,quo caſu certum eſt, uendicantem pretium non debere reſtituere.C.de furtis.l.in ciuilem.*

9 *Et hoc verum intelligo,niſi pretium, vel aliud loco pretij inueniatur in bonis hæretici.arg.ff.ſol.matri.ſi cum dotem.§.vlt.& l.ſeq.ff.de leg.1.l.Imperator.& l.ſequenti.*

10 *Et intelligas, quòd non ſolum aduocabit rem nō reſtituto pretio emptori,qui emit ab hęretico,ſed nec etiam ei,qui ab emptore emit: quantumcumque bonam fidem habuerit,& quantuncumque per plures manus ambulauerit,& eſt ratio,quia non habuit ius vendendi,vt ff.de minori. in cauſę. §. vlti.ff. de contrah.emp.& vend.l.ſi quis ſub hoc pacto. & eſt ratio,quia effectus dānationis trahitur retro, vt prędictum eſt ſupra.& ſic bona vendi non potuerūt, ut patet ex præmiſſis,ſicut etiam tenebat Dynus in prædictis.*

Executio.] *ſupra de ſponſa.cum in tua.& ſupra de accuſatio.ſicut olim.*

Promulgata.] *tunc demum eſt ſententia executioni mandanda.ff.de re iud.l.à diuo.& ſecundū hoc intellige qđ habetur 23.q.5.ſi uos.et c.de Liguribus. in fi.24.q.1.c.qui contra.& hic adde:& videas qđ dicam infra eod.lib.de homi.c.pro humani.in fi.in gl. quia ſufficit,&c.& infra eod.lib.de pœnis.felicis.in gloſſ.quę eſt in verbo, infamis,& c.2.q.3.pręuaricatorem.*

c. Statuta.

SVMMARIVM.

1 De plano procedere, qualiter ſit intelligēdū.
2 Reum priuare debito iuris ordine, graue peccatum.
3 Epiſcopus non poteſt partem prouētuum ab Inquiſitoribus exigere.
4 In crimine hæreſis ſentētia,an requiratur.
5 An ſit ſecretum, quod quinq; ſciunt.
6 Caſus in quibus relinquitur quis conſcientiæ ſuæ.

STatuta.]

1 De plano.] *ſic ſupra de iudi.nouit. iuxta fi.intellexerunt quidam †,quòd hoc debet intelligi, ideſt ſine magna diſceptatione,atque ſummatim: alij hoc non admittunt,& intelligunt de plano, ideſt ſine ſcriptura,vel libello.arg.ff.de conſti.princ.l.1. vel ideſt non pro tribunali: vel in figura ſolemnis iudicij,ſedēdo in prętorio,vel vbi ius reddi conſueuit: ſed alibi, non ſeruata ſolemnitate ſtrepitus iudiciorum. ff. de adul.miles.§.ſexaginta.ff.quis ord.in bo.poſ.ſeruetur.l.2.§.dies.hęc tanguntur in Spec.de offi.ord.iud. §.poſtremo.ver.tertio dicendum eſt,&c. ibi videas quo ad hanc materiam plenarię cognitionis; & ſecūdum hoc quando dicit,de plano, debet exponi, ideſt ſummarie,quaſi dicat ſine magna inquiſitione, ideſt, iudice non ſedente pro tribunali: licet enim de plano cognoſcat,nihilominus libellum recipiet iudex, vt in præ. §. ſexaginta. hoc etiam ſic notatur in ſpeculo, de libelli conceptione. §. nunc dicendum. verſiculo 42. &c.*

† Qua ratione intelligi hæc debeant docet Papa I Clem.ſæpe. de verb.ſign. relata ſupra fol.120.

Strepitu.] *hęc clauſula etiam habetur ſupra de ſta. mo.ea quæ.§,quòd ſi abbas. aliquando iſtæ duæ clauſulę,de plano, & ſine ſtrepitu, ponuntur ſimul in commiſſione, vt ſupra de accu.olim.& tunc qualiter procedendum ſit, plene ibi not. Innocent. & Hoſtien.*

Figura.] *ſic ſupra eo.lib.de elec.indemnitatibus. §.verum.ibi dixi.*

Vel teſtibus.] *repete quod dictum eſt ſupra eo. tit.capit. vt officium.in gloſſ.aliquorum fuit ſententia, &c.*

Potentiam.] *hic habes arg.ꝙ potentia temporalis obeſt.Sed arg.contra ſupra de appell.conſtitutis 2.verſi.decanus.cum concor.ibi notat.*

Graue periculum.] *O,tu quicunque iudex in tali cauſa bene aduerte iſta verba:nam non dicit quale periculum, ſed dicit,graue.ſimile verbum habes 9. q.3.c.graue.*

2 *Noli igitur reum priuare debito iuris ordine ſine magna cauſa, quoniam hoc fieri non poteſt ſine offenſione Dei, vt ſatis colligitur. 28.diſtin. de his. in fine.*

Eorundem.] *accuſatorum,vel teſtium.*

Non publice.] *ſic 30.q.vlt. §. his ita. infra eod. lib.de priuil.epiſcoporum.ibi dicam.*

Com-

Commode.] *ſic ſupra eod de reſcrip. ſtatutum. §.1.ſupra eo.lib.de electio.quàm ſit.ibi dixi.*

3 Proceſſerint.] *quando in hoc ſolus procedit Epiſcopus, ab Inquiſitoribus hęreticæ prauitatis, nihil poteſt exigere de prouentibus, qui proueniunt illis, prętextu expenſarum quas facit dum inquirit, immo illud debet exequi proprijs ſumptibus, vt in extrauaganti Benedicti, eodem titulo. Ex eodem §.verum.*

Conſilio.] *ad hoc.1.q.1.eſtote.84.diſt.c.1.*

4 Ad ſententiam.] *hic videtur ꝙ in crimine hęreſis ſententia requiratur.ſic ſupra eod. vt inquiſitionis.verſi.vbi per viros,& c.ſed arg.contra infra eo. lib.de homi.c.1.in fine.*

5 Secretum.] *videtur ꝙ illud dicitur ſecretum quod quinque homines ſciunt:ſecundum id quod legitur,& not.de pænit.diſt.1.§.econtra,ea quæ.verſ. filiam namque,&c.Sed hoc non eſt uerum in hoc caſu,vt infra patet,ibi:alijs patefecerint,&c. Sic etiā ſumitur 3.q.7.ſacerdos.in fine.de pæn.diſt.6.ſacerdos.& adde quod dixi ſupra eod.lib.de elect.vbi periculum.§.nulli.in verbo,ſecrete.*

Promulgare.] *demonſtrat.quia niſi ſic iniunxerit, pandentes ſententiam excommunicationis non incurrunt.*

Epiſcopum.] *ſic ſupra eod.Inquiſitores.*

Iudiciis.] *ſupra de accuſ.qualiter.2.*

6 Onerantes.] *nota hic,quòd quis relinquitur ſuę conſcientiæ.ſupra eod.lib.de reſcrip.ſtatutum.§. aſſeſſorem.& 4.diſt.denique.& ad huius dicti declarationē ſciæs,quòd tribus de cauſis relinquitur quis ſuo iudicio,ſ.cum non debet prohiberi, quia indifferēter poteſt iſtud facere,vel dimittere ſine peccato.33. q.4.vir cum propria,vel quia timetur ſcādalū,ſicut cū multitudo eſt in culpa, vt in præ.ca.denique. & 1.q.7.quotiens.23.q.4.non poteſt.c.ipſa, vel quia defecit iudicium: & hoc dupliciter, ſ. vel propter perſonam,quæ non poteſt iudicari,vt 17.diſt.§.hinc etiam.21.diſtinct. nunc autem.vel propter crimen, quod occultum eſt.33.diſt. habuiſſe.in fin. 35. q. 6.ſi duo.2.q. 5.conſuluiſti, & etiam ſcripſit Hug. in præd.c.denique.*

GLOSSA IOANNIS AND. ORDINARIA SVPER CLEMENTINIS TIT. DE HAERETICIS.

Cap. I. ſupra fol. 111.

MVltorum.] *Primo prȩmittit conſtitutionis cauſam. Secundo ibi:* propter quod. *ponit conſtitutionem de officio Inquiſitionis exercendo per diœceſanos et Inquiſitores. primo ponens quinque, quę poteſt alter ſine altero. Secundo tria,quę non poteſt. & decretum apponit: ſubmittens quomodo impeditus vel intereſſe nolens committit alij uel conſentit. Tertio ibi,* Sane. *prouidet circa muros vel carceres hæreticorum ipſorum,claues,cuſtodes,& cuſtodum miniſtros. Quarto ibi:*Porro. *ponitur iuramentum cuſtodum,miniſtrorum ſuorum,notariorum,& aliorum officialiū. Quinto ibi:* Verum. *punit Epiſcopos, Inquiſitores. & eorum ſubſtitutos,qui faciendo,uel omittendo delinquunt in officio. Sexto,ibi:* Alia. *cōfirmat antiqua iura huic conſtitutioni non obuia. Ioan. And.*

Pulſauit.] *talis pulſatio communiter principes mouet,vt hic: quandoque etiam non mouet ex cauſa. de pur.cano.cum in iuuentute.*

Metas.] *dicitur à metior metiris:& eſt finis, vel terminus agri,vel cuiuſcūque rei.habemus meto metis,quod ponitur pro collectione meſſium.de pœnitē. & remiſſ.cum ex eo.poſt princ. inde dixit quidam.*

Dum tua rura metis, vicinis parcito metis: *Has vero metas non licet tranſgredi.de ſepul.cap.1.vbi de hoc.*

Excedentes.] *aliàs extendentes.*

Pietatis ſpecie,] *concor.30.q.1.noſſe.cum ſuis cōcord.eod.tit.excōmunicamus.§.quia vero. de ſimo. ad Apoſtolicam.infra c.fi.verſi.nonnulla.*

Innoxij.] *quod eſſe non debet.de ſenten.excom. Romana in fin.lib.6.*

Detrimentum.] *quod eſſe non debet. de pœnis. in quibuſdam.de appel.c.3.& c.ſuggeſtum, de off. ord. irrefragabili.*

Indago.] *quaſi indagatio.inquiſitio,uel inueſtigatio. de iureiur.quanto.poſt prin.de offi.deleg.c.1.& vlt. lib.6.*

Deputatos generaliter.] *ſupra eo. titu. per hoc. lib.6.& vide quod ibi not.in 1.glo.*

Amore.] *quattuor modos exprimit, quibus peruerti ſolet humanum iudicium.11.q.3.quattuor. de re iud.cum ęterni. lib. 6. Et iſti quattuor modi poſſunt his uerſibus comprehendi.*

Quatuor iſta:metus,odium,dilectio, cenſus:
Sepe ſolēt hominum rectos peruertere ſenſus.

Citare.] *hoc eſt primum de quinq;, de quibus dixi.*

Capere,] *ſecundum quod differt à ſequenti.ſæpe etenim capitur,qui non incarceratur.de ſen. excom. ſi clericos. lib. 6. infra de exceſſ. præla. frequens. in prin.& poſt prin.*

Mancipare.] *tertium.*

Ponendo.] *quartum.*

Manicis.] *ſicut compedes ſunt catenæ,vel vincula circa pedes:ita manicæ catenę. vel vincula circa manus.de vtroque in Pſal.149.Ad aligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. Ioan. And.*

Oneramus.] *concor.ſupra ea.compil.de iu.pat. c.1.& ibi dedi concor.de hoc.*

Inquirere.] *quintum.*

Duro.] *poſuit quinque alteri ſoli permiſſa:nunc ponit tria prohibita: & ecce primum.*

Ad pœnam.] *de pœnis quamuis.lib.6.de verb. ſign.nouimus.de apoſta.c.penult.*

Tormentis.] *ſecundum.De tormentis † teſtium*

† Eymericus 3.p.q. 61. ubi dixi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

actoris & rei, not.15.q.6.in summa.facit 5.q.5. illi qui.de re iudic. cum in contemplatione. Puto autem quòd ieiunia, quę Inquisitores ad ueritatem eruendam solent indicere, sint tormẽta: ita quòd alter hoc non possit sine altero: per hanc litteram. Nam quęstionis verbo intelligimus tormenta corporis, dolores, & malam mansionem. ff. de iniur. item apud. §. quæstionem. & §. quęstiones. et ff. ad Syl. l. 1. §. quæstionem. item patet per etymologiã, qua dicitur tormentum, quasi torquens mentem. Ioan. And.

Ad sententiam.] *tertium. Olim autem quando alter solus procedebat, solus sententiabat. Si ambo procedebant, licet diuisim, communicabãt sibi processus in fine, cum non restabat nisi ferre sententiam, eo. tit. per hoc. lib. 6. & in extraua. Benedicti, Ex eo. quod tamen adhuc hodie seruabitur: quod dicit decre. per hoc. vt si discordent in sententia, consulatur Papa.*

Contra eos.] *sed nunquid pro eis † posset alter sine altero desinire? videtur quòd sic: quia à iure veteri non recedimus, nisi inquantum inuenitur expressum: Sed ita est, q olim & hodie alter solus, potest inquirere: & de iure ueteri, cum solus procedit, solus pronuntiat, vt dixi in gl. proxi. quod hodie immutatum est, si condemnat per hanc litteram: ergo si absoluit, remanet ius antiquum: facit de elect. statutũ. lib. 6. & est simile quod not. 12. dist. præceptis. 3. q. 6. accusatus.*

† Eyme. 3. p. q. 48. vbi dixi

Sede uacante.] *vel quasi vacante, vt in casu decre. si episcopus. de sup. neg. præla. lib. 6. Item intelligo sedem vacare, quo ad hunc casum iurisdictionis capituli, ẽt quando prouisum est, sed prouisus administrare non potest: quia nondum habet litteras per consti. Bonifacij iniunctas. facit de transla. c. 2.*

Capituli.] *hęc littera infra pluries repetita, & decre. infra prox. facient ad quęstionem, an capitulum sede vacante. possit visitare, & debeat procurari: de quo per Io. Mon. de sup. neg. pręla. ecclesię. & per Archid. eod. tit. si Episcopus, & quòd possit. alleg. quia Episcopus hoc potest: & est iurisdictionis, in qua succedit capitulum de maio. & obed. ijs quæ. & c. cum olim. eod. tit. c. 1. lib. 6. de insti. c. 1. eo. lib. ergo hoc poterit: aliàs tempore vacationis remanebunt crimina incorrecta. alleg. etiam præ. decr. Ecclesię. vbi visitator datus à metropolitano, à quo certus casus excipitur, in alijs videtur potestatem habere: quasi per exceptionẽ firmetur regula. ff. de fundo instr. quæsitum. §. denique Neratius. 32. q. 7. dominus. Cum autem metropolitanus nil habet, nisi de iure transfuso de capitulo in metropolitanum: ergo capitulum hoc habet. faciunt not. per Inno. de hære. ad abolendam. In contrarium, hoc non est iure expressum. ergo nec attribuendum: licet enim capitulũ concernat iura episcopatus. 12. q. 2. charitatem. & c. illud. & ius reddat agentibus, accusantibus & denuntiantibus: non tamen visitat: sed is qui datur à Papa 61. dist. obitum. vbi probatur, quòd uacans Ecclesia destituitur visitatione. Sed secundum Archid. dici posset, quòd illud, destitutæ, non respicit visitationis operam, sed Ecclesię vacationem. sicut de elect. Ecclesia, 1. & 2. in prin. Item capitulum est necessarius, non voluntarius administrator: ergo non poterit quod administrationi necessariò non incumbit. Et hoc tenet Ioan. Mona. sed Archid. non eligit: videtur tamen plus accedere primo dicto, pro quo facit: quia iste non est actus per quem pręiudicetur Episcopo: sicut beneficiorum collatio, & alienatio personarum, & rerum. de quibus de maior. & obedien. ca. 1. 71. distin. fraternitatem. 12. q. 2. si qua de rebus. egeret declaratione, non solum in hoc, sed in pluribus alijs articulis, hoc quod dicitur: capitulum succedere in iurisdictione vacante sede. Volens tenere opinionem Ioan. posset dicere illam veram in generali visitatione ciuitatis, & diœcesis; contrarium, in speciali visitatione, vel inquisitione contra certas personas, vel loca.*

Requisierint.] *ruquirit ergo per parem. de hoc de off. deleg. cum causa. in 1. gl. & puto sufficere vnã requisitionem. & facit quod not. 18. distinct. si Episcopus. in vlt. gloss. & quod dixi de iureiur. ego N. & in requisitione non est necesse terminum exprimi, sed ipso iure statim currit. sic de excep. pia. lib. 6. & supra ea. compil. de dec. c. 1. & hic adde, quod ibi dixi. Ioan. And.*

Ipso iure.] *quo ad iuris effectum. si enim de facto, tortus est, vel dure carceratus, hoc nequit non fuisse. ff. de capt. & postli. reuer. l. in bello. §. factæ, & facit quod dixi de appel. vt nostrũ. Sed si interlocutoria solum lata esset super carcere, uel tortura, illa nulla esset: & lex permittit tunc appellare: † quia grauamen tolli non posset, per appellationem interponendam postmodum à definitiua. de appe. super eod. tit. 1. responso. 2. q. 6. ante sententiã. ff. de appel. reci. vel non. l. 2.*

† Eyme. 3. p. tit. de appel. quę fit ab Inquisitore vbi dixi.

Nolit.] *simile de rescrip. sciscitatus. in fine.*

Inquisitori.] *hic iunge finem, super illis, &c.*

Super iilis.] *carceratione, tortura, & sententia.*

Per litteras.] *concor. 63. dist. c. 1. & 2. de tempo. ordi. nec episcopi.*

Consensum.] *sufficit ergo quòd committat, vel consentiat illũ procedere, quę sunt diuersa. facit qđ scripsi de foro compet. significasti. super gl. fi. de eccl. ędifi. ad audientiam 2. super prima gl. unde in electione licet primum, & non secundum. de elect. c. pen. in fi. li. 6. ita hic delegatus Episcopi, uel capituli potest secundum, & non primum: quod forte fuit causa huius disiunctę: alterum vero istorum hic est necessarium intra octo dies post requisitionem. post octo uero dies, neutrum est necessarium, vt supra.*

Muri.] *eodem titu. vt commissi. lib. 6. versic. & illorum.*

Vulgariter.] *simile supra ead. compil. de rel. do. c. 1. in prin. & ibi concordan.*

Duos.] *nisi de vno concordarent: in casu .n. discordię manasse videtur hęc prouisio. facit de appell. cum speciali. puto contrarium. s. quod de vna conuenire non possint, sed necessarij sint duo: nec est hoc prouisum propter discordiam, sed ad securiorem custodiam: quod satis sonant verba. facit optime. ff. de custodia reorum. l. vlt. in prin. ibi, nec vni, sed duobus custodia committenda est. & idem dicimus de ministris, de quibus sequitur.*

Prouidebit eidem.] *de suis redditibus, nõ de parte prouentuum Inquisitionis officio deputata, ut in extrauagãti Benedicti, Ex eo quod. §. verum quia.*

Etiam prouidebit.] *Inquisitor. s. de prouentibus deputatis officio.*

Mini-

Ministrum.] *simile de fil. presby. proposuit. in fi. facit quod dixi super tit. de offi. custo. Io. And.*

Conclaui.] *concor. de elect. vbi periculum. §. in eodem. cum suis. concor. lib. 6.*

Diuersę.] *ne vnus custos sine altero possit aperire. Interdum enim in eadem sera habent plures socij plures claues †, vt quilibet per se & aperire & claudere possit: cuius contrarium hic intendit.*

† Vmbertus verbo, carcer. n. 12. Repert. verbo, claues

Subdelegare.] *quod aliàs non posset: cum sibi ministerium demandetur sine iurisdictione: in quo videtur electa industria personę. de offi. deleg. cap. fi. & puto per hanc litteram, quòd in assumendo ministro, non requiretur consensus Episcopi, vel Inquisitoris.*

Iurabunt.] *simile supra ead. compil. de rel. do. c. 2. vers. illi etiam. de magi. c. 2. sed in illis nihil dicitur de corporali tactu.*

Tacta.] *vt not. de elect. vt circa. ver. coram. lib. 6. in glos. 2. in corporali iuramento non sufficit præsentia, sed requiritur tactura Euangeliorum. Quidam dicunt, quòd corporale iuramentum satis est, quod habeat corporis sensum, vt visum. facit 35. q. 6. Episcopus. per id quod de possessione dicitur, quòd ibi requiritur actus corporalis, & cum visu transfertur. ff. de acq. posses. l. quod meo. §. si per venditorem. & l. 1. §. penult. & not. de consuet. c. 2. sed illud verum, cum tradens & accipiens hoc intendunt. secus si possessio erat vacua, vt ibi not. Vt ergo scripsi, post Inno. de iureiur. etsi Christus. vers. quod autem. iuramenta quæ præcipiuntur à iure. sicut testis, calumniæ, veritatis, vel quę à iure, iudice, vel parte ex necessitate deferuntur, debent fieri tactis Euangelijs: aliàs fieri possunt sine tactura. & vide quod not. 22. q. 1. in summa. Sed videtur, quòd plus obliget corporale. facit. 2. q. 5. quanto. & c. seq. C. si minor se ma. dixe. l. si alterius. Quædam autem iura dicunt simpliciter iurari, quædam corporaliter, quædam super sancta Dei Euangelia, quædam addunt ipsorum tacturam: vt hic, & 1. q. 7. quoties. & supra ea. comp. de iureiur. Romani. versi. porro. de frigi. & malefi. laudabilem. Patet de primo, de iureiur. eo. tit. per totum. lib. 6. de testi. præsentium. & c. pen. de excep. pastoralis. qui ma. accu. pos. cum in tua. de sen. excom. ex tenore. De secundo, de hæret. ad abolendam. § statuimus. de sent. excom. venerabilibus. de elect. vbi periculũ. § super his. & c. vt circa. & c. procurator. lib. 6. De tertio, de purg. can. quoties. Apud Italicos, interpretatur consuetudo, quòd sufficit quemlibet librum, vel quamlibet scripturam tangere: quod satis puto procedere, etiam vbi de corporali iuramẽto exprimitur, non sic vbi de tactura Euangeliorum, vt hic & in concord.*

Ponendorum.] *vbi hoc exprimitur, iuratur super futuris: & sic non obstat de iureiur. c. penult.*

Poterunt.] *22. q. 2. faciat.*

Secreto.] *simile de elect. vbi periculum. §. nulli. lib. 6. cum suis concord. & de secreto habetur infra c. proxi. de pænit. dist. 1. §. hoc ergo. in prin. & versi. filiam. & de hære. cap. vlt. lib. 6. nec sumitur tam amarè hoc verbum quin alter custos in absentia alterius captiuum alloqui possit de non secretis ipsis incarceratis.*

Absque diminutione.] *non sicut infideles seruientes, vel ministri, qui semper de eo quod dominis datur, decimam, vel aliam quotam subtrahũt, vt not. 1. q. 1. Christus. 13. q. 1. §. 2. versi. sed videte.*

Coram eisdem.] *Episcopo, vel capitulo, & Inquisitore, vel substitutis ab illis.*

Pro dicto crimine.] *de incarcerandis, ergo pro alijs criminibus non iurant Inquisitori.*

Deputandi.) *dato ergo, quòd capitulum haberet iurisdictionem & carcerem: nõ tamen in suo carcere sed episcopali tales tenebit sede vacante.*

Notarij.] *qui possunt esse constituti in sacris † & religiosi; quod dic, vt eod. tit. vt officium. §. ad conscribendas. lib. 6.*

† Eymer. 3. par. q. 19. vbi dixi.

Iurabunt.] *speciale est, † propter magnitudinem criminis, & fauorẽ fidei: aliàs sufficere deberet iuramentum in creatione præstitum. de pręs. ad audientiã. de cuius forma scripsi, ne cle. vel mo. sicut te. et Spec. de fi. instr. §. restat. ver. sed quæro.*

† Arelatanus de hære. notab. 36. Bernard. in Lucerna verbo, notarius. §. 1.

Personis.] *officialibus nuntijs ad citationes faciendas, & apparitoribus: de quibus infra c. proxi.*

Non agere.] *concor. de simo. nemo. & quod ibi not.*

Dignissimum.] *idem versi. 81. dist. c. 1. in fi.*

Fraudulenter.] *falso alicui non imponant, quod sequitur.*

Obtentu.] *vbi ergo non propter alterum prædictorum: sed forte timore, vel propter vitandum scãdalum, hoc omitterent, non est locus pœnę.*

Et conscientiam.] *not. &, quòd copulat. cõcord. de re iud. cum ęterni. lib. 6.*

Eodem.] *odij, gratiæ, &c. vt supra.*

Alij vero.] *scilicet Inquisitores, vel substituti ab eis, vel ab Episcopis, vel capitulis vacante sede.*

Eo ipso incurrant.] *Hic patet aperte, quod constitutio Ecclesię militantis lig t crimen omnino occultum. quo ad pœnas suspensionis, & excommunicationis. ad idem supra ead. compil. de sta. mo. cap. 1. §. quia vero. infra de pœnis. cap. cupientes. §. qui vero. Nec turbentur aliqui: nam hoc idem probatur de schisma. c. 1. vers. omnem. lib. 6. & eo. lib. de elect. vbi periculum. ver. nulli. & c. fundamenta. §. quòd si secus. & c. quia sępe. facit eo. tit. sciant. & cap. seq. & c. indemnitatibus. §. postremo. de offi. deleg. c. fi. §. pars vero. de offic. ord. c. vlt. de iudi. c. 2. ver. prouiso. de re iud. c. 1. & 2. ad fin. de homi. pro humani. versi. sacri. Ad idem antiqua iura. de sent. excom. porro. & c. cum non ab homine. de temp. ord. c. vlt. patebat idem de immu. eccle. clericis. lib. 6. versi. necnon. Et ex his videtur indubitatum, quod Archid. habebat pro dubio: & disputationi relinquebat in decre. cum quis. de sent. excom. lib. 6. an hæreticus omnino occultus sit excommunicatus. Ioan. tenet quòd sic. † 24. q. 1. in summa. & in glos. seq. de pæn. dist. 1. cogitationis. Placet etiam Gof. & Ray. in summa, de hære. Ad contrarium inducitur 32. dist. erubescant. & quod ibi not. 33. dist. habuisse. 50. dist. § sed illud. in fi. 2. q. 1. nomen. & q. 5. consuluisti. & 6. q. 1. simonia. 15. q. 6. cap. 1. versi. non potest. 30. q. vlt. §. his ita. & c. seq. 32. q. 5. c. vlt. de simo. sicut tuis. in fi. & c. seq. Facit ad hoc, quia ex voluntate, quæ non procedit in actum, non scandalizatur Ecclesia. 24. q. 3. Deus quibus. Sunt qui nolunt fateri, per clauem Ecclesiæ ligari*

† Contra sentiunt, & vere Theologi. Caietanus 2. 2. q. 11. art. 3. Sotus in 4. dist. 22. q. 2. art. 2. Alfonsus Gast. lib. 2. de iust. hære. pu. c. 18.

posse

Universidad de Deusto
Biblioteca

posse omnino occulta, nisi illa sint expresse lege diuina damnata, vt vsura, in qua damnatur spes occulta. de vsu. consuluit. Alij dicunt, quòd si factum est publicum. sed occultum quis fecerit, ligari potest per Ecclesiam. 5. q. 1. quidam. de off. ord. si sacerdos. Si vero & factum & faciens sunt occulta, secus; vt in contrarijs. Sed vtrique dicto obuiant iura alleg. in princ. glos. quare de plano fateamur quòd constitutio militantis Ecclesiæ ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat tribunal Ecclesiæ: immo ipsa Ecclesia, inquantum per hominem, iudicat hominem nominatim, & inquantum est collectio fidelium ligatos sic occultos habet pro solutis. de sent. excom. à no bis 2. & sic loquuntur contraria.

Excommunicationis sententia.] *de suspensione nil dicit, quare videtur, quòd ab illa superior possit absoluere. Dic contra. & ratio illius omissionis fuit, quia tempus habet determinatum: & vbi sic determinatum est, videtur, quòd non possit superior absoluere: vt not. de elect. cupientes. §. ceterũ. in glos. est ergo. Sed quid si tempus determinatum non esset? Videtur quòd possint, ex quo superior nõ reseruat. de sen. excom. nuper. nec probibet, vt infra de priuileg. c. 1. ver. si qui. facit quod not. de reg. non solum. in fi. lib. 6. & quod dixi de solut. cap. 2. in fi. secus si reseruasset. de testi. tam litteris. in fin.*

Mortis articulo.] *qui casus semper excipitur. infra c. proxi. de offi. ord. pastoralis. & vide quod ibi not.*

Ettunc.] *scilicet, quando in mortis articulo per Episcopum, vel presbyterum absoluuntur: & hoc intelligo, si facultas est satisfaciendi: & tempus hoc patitur: aliàs absoluetur cum cautione. facit infra cap. prox. de sepul. cap. vlt. de sent. excom. à nobis.*

Manere.] *concor. eo. tit. c. vlt. in fi. lib. 6.*

† Hęc glossa Pauli & zenzelini super his versiculis infra scriptis ponitur hic sicut habetur in Directorio bononien. manuscripto, dein de sequitur glos. Ioan. And. super Clemen. nolentes. &c.

GLOSSA † PAVLI DE LEAZARIIS IN CLEMENT. MVLTORVM.

De hæret. §. Propter quod. super verſ. Veltorm entis exponere illos.

SVMMARIVM.

1 An Episcopus per se, vel Inquisitor possit testem torquere pro habenda veritate.
2 Elaborãdum est iudici, vt veritatem inueniat.
3 An Inquisitor, vel Episcopus per se, possit testem falsum punire.
5 Vbi eadem est ratio, idem ius statui oportet.
Inquisitor testẽ potest punire & torquere pro veritate habenda contra tertiũ; secus si contra testem nouam formet instantiam.
6 Custodibus carcerum, de quibus prouẽtibus debeat Inquisitor, & Episcopus prouidere.

Paulus de Leazarijs super verbo Illos. dicit sic: illos, scilicet probuiusmodi negotio inquisitos.

† Eymer. 3. par. q. 73. vbi dixi.

1 *Aliud videtur in testibus, † si causa subsit eos torquendi: quia cum per se quilibet possit inquirere, poterit omnia ad illud necessaria †, sine quibus illud non potest expediri. de offi. deleg. preterea. & c. prudentiam. vers. explorati. & ff. de iurisd. om. iud. l. 2.*

† al. accessoria

2 *Sed planum est, quòd ad veritatem habendam debet iudex laborare, de probatio. quoniam. 14. q. 2. quamquam. 30. q. 5. iudicantem. 23. q 8. occidit. de testi. cum causam. C. de iudi iudices: cum concord. quam ab inuito, & suspecto aliter habere non potest. 5. q. 5. illi qui. vbi notatur de tormẽtis testium. ipsum ergo testem poterit Episcopus & Inquisitor, & quilibet per se torquere.*

† Eymer. 3. p. in 12. modo processũ termi. Zach. de hæret. c. 14. vbi Campegius.

3 *Et eadem ratione videtur, quòd eum possit extraordinarie punire †, si falso testimonio aurem eius offendit durante iudicio. C. de testibus nullum. ad idẽ de pœn. super his. & c. dilectus.*

4 *Sed contra videtur, quia ratio, quæ subest in Inquisito, subest in teste: ergo erit idem ius in utroque, de translat. c. 2. cum concor. & hæc duo infra equiparantur. ibi:* prauitatem ipsam, vel impedimentũ officij. *Et si dicamus, q Inquisitor non habet ordinariã, uidetur casus in authen. de testib. §. si uero. pro hac parte facit, quia cũ quilibet possit inquirere usque ad sententiã, et testes sint pars negotij de uerb. sign. forus. cui licet totũ, et pars. de reg. iuris. cui licet. lib. 6.*

5 *Solutio primum uerum est, ubi testem uult torquere pro ueritate habenda contra Titium delatum: uel eum extraordinarie punire, tanquam coram eo notorie delinquentem: facit quod not. de confessis. c. 2. & quod ibi notat Inno. & de iureiur. cum impositionibus. lib. 6. & iura supra allegata. si uero format inquisitionem contra eum propter hoc, ita quòd est noua instantia, cum testis sit nunc principalis inquisitus, alter per se non posset eum torquere: & sic intelligantur iura supra secundo allegata.*

Ad sententiam.] *condemnatoriam.*

Idem Paulus super verbo. Prouidebit. eiusdem clement.

Paulus super uerbo, Prouidebit, *dicit sic:*

6 *Et prouidebit de redditibus suis, † non de parte prouẽtuum officio deputata: ut patet in extrauaganti Benedicti, Ex eo. §. uerum. & est simile de offi. ord. quoniam. Inquisitor autem bene prouidebit de parte illorum prouentuum, ut patet ibidem.*

† Eymer. 3. p. q. 108. Repert. verbo, falarium. & verbo. expensa.

Zenzelin. super eod. verbo, Prouidebit.

Item Zenzelinus super eodem sic dicit: Prouidebit. etiam de suo: ut in extrauaganti Benedicti Papę xj. Ex eo quod. §. uerum.

Cap.

Cap. II. supra fol. 112.

NOlentes.] *Casus. Primo ponens constitutionis causam, determinat ætatem Inquisitorũ: Secundo punit Inquisitores, qui prætentu officij pecuniam illicitis modis extorquẽt: vel ob delictum clericorum Ecclesiarum bona confiscant. Tertio, præcipit notarijs, officialibus & socijs, vt hæc facientes reprehendant, & superioribus denuntient, si probare possint. Quarto, prohibet Inquisitoribus abusum armorum, & circa quantitatem & qualitatem officialium: partes patent. Ioan. And.*

Improbos.] *qui dederunt causam, merito huic constitutioni, & præcedenti.*

Caligine.] *Esaiæ 5. in fi. Lux obtenebrata est in caligine.*

Ex nunc.] *ac si dicat, deinceps. vel forsan voluit Papa per hoc, quòd hæc pars constitutionis statim ligaret à tempore promulgationis, † non expectato lapsu duorum mensium. de quo dixi in prœmio: non quo ad hoc, quòd contra facientes hoc ignorantes, obligati essent ad culpam: sed quo ad hoc, vt contra factum non valeret: prius vero datos affuere non intendit.*

† Sotus lib. 1. de iust. & iure. q. 1. art. 4. Abbas & doct. in c. cognoscentes. de constit.

Quadragesimum.] *concor. 20. quæst. 1. sanctimoniales. Et est mirandum, quòd in Inquisitore maior ætas † requiritur, quàm in Episcopo, qui tamen Inquisitor est. & est simile de elect. nemo deinceps. lib. 6. & hoc est de arbitrarijs, de quibus non cogimur reddere rationem, vt scripsi de rescrip. si quando.*

† Eymer. 3. par. q. 2. Conrad. Brus. lib. 4. de hæret. cap. 1.

Committi.] *per prælatos prouinciales, vel ministros illorum ordinum, quibus deputatio talium à sede Apostolica est commissa. Idem puto de Inquisitoribus ab Episcopis, vel capitulis sede vacante: vt ij quibus committunt habere debeant hanc ætatem. Sed quid si contra fiat? certum est, quòd puniendi sunt committentes, transgredientes hoc præceptum: & vide quod not. de elect. generali. §. illos. in vlt gl. lib. 6. & licet hic non apponatur decretum: videtur tamen, quòd non valeat commissio pro & contra. de elect. licet canon. lib. 6. & vide quod ibi not. in glos. 2.*

Ipsorum.] *cõmissarijs. quod est infra. Et per hoc, & per c. supra proxi. soluitur, quod olim dubitabatur, an Inquisitores possent committere † vices suas? & videbatur quòd non: quia decret. vt commissi. in prin. eod. tit. lib. 6. permittit, vt committant citationes, & sententiarum denunciationes: vltra illa ergo permissa, committere non poterant. de transla. c. 2. facit de offi. deleg. c. vlt. §. vices quoque. vbi etiam conseruator non committit nisi illa duo, videtur enim electa industria personæ. de offi. deleg. c. is cui. lib. 6. Contra: quia siue ordinariam, siue delegatam iurisdictionem Inquisitor habeat, committere potest. Primum patet. Secundum, scilicet cum dicitur, delegatus: quod videtur verius per decr. per hoc. eod. tit. lib. 6. pro & contra. eo. tit: ne aliqui. est tamen delegatus principis, & cum iurisdictione, non cum ministerio tantum: ergo committit, ita seruatur. Dant ergo Inquisitores commissarios, quos vocamus Vicarios, vel substitutos supra eod. c. proxi. §. porro. & §.*

† Eymer. 3. par. q. 13. & seq.

notarij. & §. verum. Ad decret. vt commissi. respondetur, quòd nõ loquitur negatiue, sicut illa, quę loquitur de conseruatore, scilicet quòd non possint illa duo committere: sed loquitur affirmatiue, scilicet quòd illa duo committere possint: & de illis forte dubitabatur, quasi ante citationem non esset perpetua iurisdictio: et per diffinitiuam esset functus suo officio. Ad primum, de offi. deleg. pastoralis. §. 1. Ad secundum eod. tit. in litteris.

Commissariis.] *de Episcopis loqui non videtur: & ideo licet etiam ipsi ab his debeat abstinere, pœna tamen quę sequitur non habet locũ in illis. concor. infra ver. notarij. voluit ergo dignitati deferre. de offi. deleg. c. 2. lib. 6.*

Prętextu.] *vbi ergo non eo prætextu illicite exigit, licet male faciat, non tamen est locus pœnę.*

Officij.] *& sic committit crimen concussionis. de quo 1. q. 1. ad fin. 24. q. 1. c. 2. in fin. & c. militare. & de immun. eccle. quia plerique. tamen tales absolui permittit infra restituendo simplum tantum: cum tamen concussor soluat quadruplum. 18. dist. quoniam. in fin.*

Illicitis.] *pœnas pecuniarias † applicandas officio non prohibet imponi, et exigi, sed illicitas exactiones fieri. ff. de offi. præst. illicitas. in prin. de simo. in tãtum. & c. audiuimus. & c. seq.*

† zanch. de hæret. cap. 19. & ibi Cãpegius.)

Pecuniam.] *intelligo large. 1. q. 3 per totum.*

Scienter.] *ignoranter ergo non tenet hoc pœna. si mile supra eod. compil. de consan. & affi. c. vnico.*

Ecclesiarum.] *de bonis ergo clericorũ proprijs, † nõ prohibet. Et per hoc dico, quòd si monachus præesset Ecclesię, quòd etiam eorum quæ acquisiuit intuitu personæ applicatio ista fieri non posset. cũ enim impediente professione sibi non possit acquirere: et sic acquisita post possessionem ademptam, sint Ecclesiæ. 18. q. 1. c. vnico. de priui. cum olim 2. ergo etiam in illis est locus ei, quod hic dicitur. quod tamen in quodam Inquisitoris consilio ante hanc constitutionem clamare non profuit.*

† Eymer. 3. p q. 112. vbi dixi plene.

Delictum.] *de reg. iur. delictum. cum suis concord. lib. 6.*

Ecclesiæ.] *multo minus, sibiipsis, vel officialibus, vel fisco sæculari, cui aliàs applicata sunt ipso iure bona laicorum damnatorum. de hęre. eo. tit. cum secundum. lib. 6. Et vide quod not. de concess. præb. quia diuersitatem. & quod ibi dixi super glos. antepenult.*

Applicare.] *idem verbum, de præb. c. 3. probatur autem hoc eod. tit. excõmunicamus. in prin. ubi bona clericorum damnatorum diuidi iubentur inter Ecclesias, à quibus beneficiati sunt.*

In his.] *duobus proxime dictis, scilicet de pecunia extorquenda: & de bonis Ecclesię confiscandis. primum enim casum, scilicet de ætate includi non puto: quod patet per sequentia: ibi, donec illis, &c.*

Absolui.] *per ordinarios, cum sibi non reseruet. de sent. excom. nuper.*

In mortis articulo.] *supra c. prox. in fi.*

Satisfecerint.] *si habent unde: aliàs uero pauperes excusat. de usu. cum tu. de rap. c. 2. & uide quod not. de uerb. sign. ex parte 3. in fi. 4. glos.*

Remissionibus.] *concord. de censi. exigit. ad fi. de*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fi. de rescri. statutum. circa fi. lib. 6. & adde quod ibi not.

Commissarios.] *nil dicit de Episcopis, vt etiam supra dixi. & facit infra verbum. prælatis.*

Talia.] *in alijs ergo non habet locum quod sequitur.*

Corrigere.] *quantum in eis est: vel id est, corripere. quod possunt, sed non corrigere: manus comprimere possunt, sed non animum mutare. 47. dist. §. necesse. in fi. 10. And.*

Secreto.] *2. q. 1. si peccauerit.*

Valeant.] *aliàs taceant. 2. quæst. 7. plerunque. 10. And.*

Amouere.] *licet prælatus Inquisitoris, scilicet* B
† Eymer. 3. par. q. 9. vbi dixi. *prouincialis, illum ab officio remouere* † *possit, vt hic patet iurisdictio tamẽ Inquisitoris non ab ipso prælato, sed à Papa* † *immediate dependet: vt solus actus committendi, vel remouendi pendeat penes illum. & hæc patent in priuilegijs officij. ex quo sequitur, q*
† Eymer. 3. par. q. 8. *corrigere, vel alterare non posset facta per illum virtute officij: sed illum amotum puniat, vt hic.*

Teneantur.) *non dicit, possint.*

Prædictos.] *notarios, officiales, & socios. Ioan. And.*

Quibus.] *ordinarijs locorum.*

Perferant.] *de statu reg. c. vlt. de cle. ægro. c. vnico. §. si autem. lib. 6.*

Concessione.] *facta per priuilegia officij, vt habere possint officiales armatos* †.

Exequenda.] *sint enim tales, qui velint & possint officio deseruire. simile de præb. superinordinata. de cleri. non resi. c. 3. & 4.*

† Eymer. 1. par. q. 56. Gõ disaluus de hæret. q. 11. num. 15. & seq.

Cap. III. supra fol. 113.

AD nostrum. *Casus. Damnat sectam Begardorum, & Beguinarum Alamaniæ, & cetera.*

Cetera † omnia quę sequuntur in glossa concernunt magis Theologiam, & ideo recurrẽdum est ad illam.

† Hæc sunt verba Eymerici.

EX CONCILIO TARRACON.

EXCERPTA EX CONCILIO TARRACONENSI pro officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis: cui Concilio interfuit venerabilis pater frater Raymundus de Pegñaforte.

Attendendum tamen, quòd nondum erant in prouincia Tarraconensi Inquisitores, nec Sextus, nec Clementinæ, nec Consultata ad Inquisitores.

VM nos Petrus miseratione diuina Archiepiscopus Tarraconensis Inquisitionem inceptã per bonæ memoriæ B. Barchinon. Episcopum contra hęreticam prauitatem in ciuitate Barchinonen. vellemus effectui D
† Id est, mandare, mancipare †, inter Iurisperitos, qui nobiscum aderant, dubitationes hinc inde variæ emerserunt. Quare, vt circa factum hęresis, & Inquisitionis de cetero fiendæ in prouincia Tarraconensi clarius procedatur, collationibus inde factis cum venerabili fratre Raymundo de Pegñaforte Pœnitentiario Domini Papæ, & alijs prudentibus, in processu sententiarum hęreticorum, fautorum, suspectorum, relapsorum, & pœnitentijs eorum secundum discretionem nobis à Domino datam, ita duximus procedendum.

In primis quęritur: qui dicantur hęretici, qui suspecti, qui credẽtes, qui fautores, qui receptatores, qui defensores, & qui relapsi: cum [b] ista genera hominum in canone explicentur. Et videtur cp hæretici sunt, qui in suo errore perdurant: sicut sunt Inzabbatati, † qui dicunt in aliquo casu non esse
† De Inzabbatis Eymer. hac. 2. p. q. 14. iurandum: Et potestatibus ecclesiasticis vel sæcularibus non esse obediendum: Et pœnam corporalem non esse infligendam in aliquo casu, ,& similia.

Credentes † vero dictis hęresibus similiter hæretici sunt dicendi. † Quæst. 50. huius partis.

Suspectus † de hæresi potest dici, qui audit prędicationem, vel lectionem Inzabbatatorũ: vel qui flexit genua orando cum eis: vel qui dedit osculum eis: vel qui credit ipsos Inzabbatatos esse bonos homines: vel similia, quę possunt probabiliter suspicionem inducere. Et potest dici suspectus simpliciter esse, qui semel orauit, vel alterum fecit de prędictis cũ eis. Si vero pluries audiuisset prædicationem, vel lectionem, vel orasset, vel aliquid aliud de prædictis fecisset cum eis, posset dici vehementer suspectus. Si autem prędicta omnia fecisset, maxime si pluries, posset vehementissime dici suspectus. Ista ideo dicimus, vt discretus index purgationem possit grauare, vel moderare, prout E
magis visum fuerit expedire. Multiplicatio actus suspicionem auget.

Celatores credimus eos, qui viderunt Inzabbatatos in platea, vel in domo, vel in alio loco, & cognouerũt eos Inzabbatatos, & non reuelauerunt eos, cum haberent aptitudinem reuelandi eos Ecclesiæ vel Iustitiæ †, vel alijs qui possent eos capere. † Ali. Iustitiario.

Occultatores dicimus, qui fecerunt pactum de nõ reuelando hęreticos, vel Inzabbatatos: vel aliàs procurauerunt, cp non reuelarentur.

Rece-

† Quæst. 51. huius partis. Receptatores † sunt, qui scienter bis, vel vltra A recepertit hæreticos, vel Inzabbatos in domo sua, vel in alio loco suo.

Receptaculum credimus esse domum, vel hospitium, vbi hæretici, vel Inzabbatati bis, vel pluries conuenerunt ad prædicationem, vel lectionẽ: vel etiam vbi hæretici vel Inzabbatati pluries hospitantur.

† De his quæstio. 52. huius partis. Defensores † dicimus, qui scienter defendunt hæreticos, vel Inzabbatatos, verbo, vel facto, vel quocunque ingenio in terris suis, vel alibi, quominus Ecclesia possit exercere suũ officium ad extirpandam hæreticam prauitatem.

† Quæst. 53. huius partis. Fautores † credimus omnes supradictos posse B dici secundum magis & minus: & etiam qui alias quocunque modo eis dederint consilium, auxiliũ, vel fauorem. Et omnes fautores credimus posse dici suspectos, ita quòd debent se purgare, & abiurare hęresim, & omnem fautoriam; & debent sanctę matri Ecclesiæ reconciliari.

† Quæst. 58. huius partis. Relapsos † dicimus illos, qui post abiuratam hæresim, vel renunciatam, reuertuntur in pristinam credentiam hæresis. Eodem modo dicimus relapsos in fautoriam illos, qui post abiuratam hęresim, vel fautoriam benefaciunt hæreticis, vel celant eos.

Et omnes prædictos dicimus excommunicatos maiori anathemate: exceptis suspectis sine fautoria, si forte inueniantur. C

Quæst. 1. DVBITATIO oritur apud quosdam: vtrum relapsi in credentiam, & hæretici dogmatizantes, si postquam fuerint deprehensi, voluerint pœnitere, relinqui debeant iudicio sæculari? Et videtur nobis cp non, sed in quocunque casu tales ad intrusionem sunt condemnandi.

Modus prouidendi vbi est multitudo hæreticorũ, vel credẽtiũ. Item si [c] multitudo hæreticorum, seu credentium fuerit multa, & parati sunt hęresim abiurare, discretus iudex secundum magis & minus iuxa prouisionem Apostolicæ sedis, pœnas canonicas poterit infligere talibus, & sic pœnam intrusionis D
† Vox Hispana, id est, ad Ecclesiam cathedralem, quã Hispani Seo vocant. vitare: vel etiam si multitudo non est tanta, circa credentes, discretus iudex consideratis circunstantijs poterit moderari prout viderit expedire: Prouiso tamen, quòd perfecti hęretici, vel dogmatizantes eorum errores, vel credentes relapsi in credẽtiam post abiuratam hęresim, vel renunciatam, in perpetuo carcere intrudantur: hæresi primitus abiurata, & absolutione habita excommunicationis, vt ibi saluent animas suas: & alios de cetero non corrumpant.

Quæst. 2. De cõuersatione cum hæreticis. Item quæritur: vtrum ille, qui dedit osculum Inzabbatato, vel hęretico, & credebat, vel sciebat E
† Ad. ille tamen eum Inzabbatatum: vel orauit cum eo, & celauit eum; vel audiuit prędicationem suam, vel lectionẽ ab eo, & credidit talem esse bonum hominem, sit iudicandus credens eius erroribus? Et dicimus cp non: sed talis condemnetur tanquam fautor, vel occultator, & benefactor, et vehemẽter suspectus, quòd credit eius erroribus; nisi adeo esset litteratus, vel discretus, quòd non posset ignorantiã prętendere: quod [d] arbitrio discreti iudicis duximus relinquendum.

Quæst. 3. Item [e] quæritur: quis ante Inquisitionem incœptam fuit confessus sacerdoti suo de hæresi vel fautoria, & vocatur modo ab Inquisitoribus? In casu isto credatur confessori suo: & si inuentus fuerit bene confessus per confessionem sacerdotis licet sacerdos male fecerit, quia ipsum non remisit ad Episcopum; ille talis † confitens per talem confessionem euitet pœnam temporalem: nisi inueniatur in falsa pœnitentia: vel relapsus post pœnitentiam: vel publice diffamatus. Si autem allegat manifestam pœnitentiam, vel reconciliationẽ: probet per duos testes. De eo qui eõfessus est sacerdoti.

Si quos f vero, constat ante inchoatam Inquisitionem de his fuisse confessos, debẽt publice abiurare hęresim, & aliam solemnitatem facere: nisi ita g sit secretum factum, quòd non habeat contra se famam, vel testes: & tamen in vtroque casu sunt ab omni pœna temporali immunes.

Si vero aliqui vocati ab Inquisitoribus, deierãt tempore suæ depositionis: & postea ad instantiam Inquisitorum, vel metu probationum discooperiunt veritatẽ, sed dicũt quòd hæc tacuerunt propter verecundiã vel timorem: tales credimus periuros: quia qui scienter falsum dicit, vel verum tacet, periurus est: & ideo pœnitentia canonica est ei grauior imponenda.

Hæretici [h] perseuerantes in errore, relinquantur curiæ sęculari iudicio. Formæ sequuntur hic pœnitẽtiarũ.

Perfecti [i] vero hęretici si conuerti voluerint, & dogmatizantes, absolutione prębabita, & abiuratione facta, perpetuo carceri intruduntur.

Credentes [k] autem hæreticorum erroribus solemnem faciant pœnitentiam, hoc scilicet, modo: quòd in festo Omnium sanctorum proxime venturo, & in prima Dominica Aduentus, in die Natalis Domini, Circuncisionis, Epiphaniæ, sanctæ Mariæ Februarij, sanctæ Marię Martij, & per omnes dies Dominicos Quadragesimę, sint in [l] processionibus ad Sedem, † & ibi discalciati in bracis & camisia: præterquam in die sanctæ Mariæ Februarij, & in Ramis palmarum: vt reconcilientur in Ecclesia parochiali, in processionibus publice disciplinati per Episcopum, vel sacerdotem Ecclesiæ. Item in [m] quarta feria in capite ieiunij veniant simul ad Sedem, & sint eodem modo & secundum formam iuris discalciati in braccis, & camisia, & expellantur ab Ecclesia, vt sint extra Ecclesiam per totam Quadragesimam: sed tamen ad fores Ecclesię, & quod ibi audiant officium. Et in die cœnæ Domini sint discalciati in bracis, & camisia ante fores Ecclesiæ, & tunc secundum canonica instituta publice reconcilientur Ecclesiæ. Et hanc pœnitentiam de quarta feria, & de stando extra Ecclesiam per totam Quadragesimam, & de die cœnę, faciant quamdiu vixerint quolibet anno. Sed in diebus Dominicis Quadragesimæ, facta reconciliatione exeant Ecclesiam, & stent ad fores usque in diem cœnæ: & portent duas cruces † perpetuo ante pectus, quæ non sint eiusdem coloris cum uestibus: & portent ita, ut uideri possint solemniter pœnitentes: ita tamen quòd non abstineant ab ingressu Ecclesiæ in Quadragesima ultra decem annos. †De his dixi late in 3. parte in sexto modo processum fidei terminandi.

Pœni-

Universidad de Deusto Biblioteca

Pænitentia relapſorum in fautoriã.

Pænitentia illorum, qui ſunt relapſi in fautoriã, ſimiliter erit ſolemnis: vt de credẽtibus proxime dictũ eſt, in diebus omnibus ſupra dictis; hoc excepto, quòd cruces portare, & pęnitentiam de Mercurio cinerum, & ſancto die Iouis faciant ſolummodo per decennium.

Pænitentia fautorum vehemẽtiſſime ſuſpectorũ.

Pænitentia illorum, qui non ſunt relapſi in fautoriam, ſed ſunt fautores, & vehementiſsime ſuſpecti, erit eodem modo ſolemnis in feſto Omniũ ſanctorum, Natalis Domini, Epiphaniæ, ſanctæ Mariæ Februarij, per omnes dies Dominicos Quadrageſimæ. Et aliam pænitentiam de feria quarta Quadrageſimę, & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam, & de reconciliatione in die cœnę, vt ſupra dictum eſt, faciant per ſeptennium.

Pænitentia fautorum vehementer ſuſpectorum.

Pænitentia illorum, qui ſunt fautores, & vehementer ſuſpecti, erit ſolemnis eodem modo in feſto Omnium ſanctorum, Natalis Domini, ſanctę Mariæ Februarj, Ramis palmarum: & aliam pænitentiam de quarta feria Quadrageſimę, & ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: & de reconciliatione in die cœnę, vt ſupradictum eſt, faciant per quinquennium.

Pęnitẽtia fautorum ſuſpectorum.

Pænitentia illorum, qui ſunt fautores, & ſuſpecti, erit ſolemnis eodem modo in feſto Omnium ſanctorum, ſanctę Marię Februarij, Ramiſpalmarum: & aliam pęnitentiam de quarta feria Quadrageſimę: & de ſtando extra Eccleſiam per totam Quadrageſimam: & de reconciliatione in die cœnę, faciant per triennium. Intelligitur tamen, quòd mulieres veſtitę veniant, & diſciplinentur.

Hanc autem pęnitentiam faciant omnes prędicti in feſtiuitatibus & diebus præordinatis in ciuitate iſta, vel loco noſtro, & non alibi, vſque ad feſtum Paſchę: illi ſcilicet, qui ſunt ciues.

Forenſes autem faciant eam in parochijs ſuis, & nõ alibi: pręterquã in feria quarta in capite Quadrageſimæ, & in die cœnę Domini: in quibus veniãt omnes ad Sedem, vel ad locum Eccleſię ſuę: in ſequentibus vero temporibus Quadrageſimalibus, decennalem pænitentiam, ſeptennalem, quinquennalem, & triennalem: quam debent facere in quarta feria in introitu Quadrageſimæ, & in die cœnę Domini, ſecundum diuerſitatem culparum, vt iam diffinitum eſt: faciant omnes tam ciues, quàm forenſes in Sede ciuitatis ſuæ, & non alibi: niſi ex iuſta & rationabili cauſa, & de ſpeciali licentia Epiſcopi, vel Vicarij ſui. Et tunc in locis, ad quę de licentia Epiſcopi iuerint, faciant coram Epiſcopo illius loci, vel locum eius tenente eandem pęnitentiam: portantes litteras Epiſcopi, vel Vicarij ſui continentes pęnitentiam, quam facere debent. Et reportet etiam ille, qui pænitentiam fecerit, litteras Epiſcopi illius loci ad N. talis diœceſis, de peracta pænitentia teſtimonium continentes. Quòd ſi forte caſu fortuito, ſine fraude tamen & dolo, in illis duobus diebus non poſſent ad cathedralem Eccleſiam peruenire: cum redierint in duabus alijs ſolemnitatibus aſsignatis eis iuxta arbitrium Epiſcopi, publice diſciplinentur apud Sedem N. ſecundum formam illorum duorum dierum.

Forma ſententiæ cõtra hæreticũ abſolutum.

Si hæreticus pæniteat, & ſecreto abſoluatur, Eccleſiæ iure ſolemnitatibus reſeruatis, cum iam non ſit hęreticus, formabitur ſic ſententia: Pateat omnibus, quòd per ea, quæ in inquiſitione inuenta, probata, & acta ſunt, liquido nobis conſtat, quòd talis fuit deprehenſus in hæreſim; poſtmodum reuerſus ad Eccleſiæ vnitatem, agentes miſericorditer cum eodem, ipſum ad perpetuum carcerem condemnamus ſecundum canonica † inſtituta.

† Cap. excõmunicamus 2. §. vlt. de hęret.

Alia forma.

Si autem nondum ſit abſolutus ſic formabitur: Pateat omnibus, & cetera, quòd talis eſt deprehenſus in hæreſim, & vult reuerti ad Eccleſię vnitatem, agentes miſericorditer cum eodem, &c.

Forma ſententiæ cõtra hęreticum pertinacem.

Si vero non vult pęnitere, ſed in errore perdurat, præſente iudice ſeculari, ſententia ſic formetur: Pateat omnibus, ꝙ per ea, quæ in inquiſitione inuenta, probata, & acta ſunt, liquido nobis conſtat, ꝙ talis eſt deprehenſus in hęreſim per Eccleſiam condemnatam, & ipſum tanquam hæreticũ † condemnamus.

† Cap. ad abolendam. & cap. excommunicamus 2. de hęret.

Forma ſentẽtiæ cõtra fautores.

Contra fautores ſententia ſic formatur: Pateat omnibus, quòd per ea, quæ inuenta, probata, & acta ſunt in inquiſitione, liquido nobis conſtat, quòd talis eſt deprehenſus in fautoriam: & denunciamus ipſum excommunicatum, & ſuſpectum de hæreſi: & ſi per annum contempſerit ſatisfacere, ſubiaceat pœnis concilii generalis †: & ſi defecerit in purgatione, & in excommunicatione per annum ſteterit, vt hęreticus condemnetur.

† Lateranen. ſub Innocentio III. & refertur in cap. excommunicamus 1. de hæret.

Forma purgationis.

Suſpectus de hæreſi purgabit ſe publice in hũc modum:

Ego talis iuro † per Deum omnipotentem, & per hæc ſancta Dei Euangelia, quę in manibus meis teneo, coram vobis domino tali Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, & coram alijs vobis aſsiſtentibus, ꝙ non ſum, vel fui Inzabbatatus, Valdenſis, vel Pauper de Lugduno, nec hęreticus in aliqua ſecta hęreſis per Eccleſiam damnata; nec credo, nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vitę meę: immo profiteor, & proteſtor, me credere, & ſemper in poſterum crediturum fidem catholicam: quam ſancta Romana Eccleſia & Apoſtolica publice tenet, docet, & prędicat; & vos domine Archiepiſcope, vel Epiſcope, & ceteri prelati Eccleſię vniuerſalis tenent, prędicant publice, atque docent.

† De iuramento eius, qui ſe purgat, vide cap. Quotiens. de purga. cano.

Compurgatores qualiter iurare debeãt & de eorum iuramẽto vide cap. deteſtibus, de purg. cano.

Compurgatores iurabunt per hunc modum:

Ego talis iuro per Deum, & per hęc ſancta quatuor Dei Euangelia, quę manibus meis teneo, me firmiter credere, quòd talis non fuit Inzabbatatus, Valdenſis, nec Pauper de Lugduno, nec hæreticus, nec credens eorum erroribus: & credo firmiter eum in hoc verum iuraſſe.

Caueat tamen iudex, quòd ex quo certum numerum Compurgatorum duxerit alicui iniungendum, non eſt honeſtum, ꝙ poſtea mutet, ne ſic [n] Lateranenſe concilium illudatur.

COM-

COMMENT. XXV.

Tarraco ciuitas olim opulentiſſima, quę potiori totius Hiſpaniæ parti nomen dedit; metropolis ipſa, Scipionum opus: de qua Ptolemęus lib. 2. cap. 4. Plinius lib. 3. cap. 1. & 3. & lib. 4. cap. 20. & Strabo lib. 3. hodie nunc etiam metropolis in principatu Cataloniæ.

Fuit autem hoc concilium (niſi fallor) prouinciale, tametſi Eymericus generale vocet hac 2. parte. q. 56. in fine. & prouinciale re vera ipſum appellat Directorium Bononienſe in indice huius partis.

Non eſt autem putandum integrum id concilium fuiſſe hoc loco relatum ab Eymerico, ſed ea tantũ deſumpſit, quæ magis ad inſtitutum ſuum exiſtimauit pertinere; quod indicant ſatis verba illa in titulo appoſita: Excerpta ex concilio Tarr conenſi. *Sed plenius id nouimus, poſtquam in vetuſtiſſimo illo Codice membranaceo bibliothecæ Vaticanę inuenimus paucis antea dieb⁹ quàm hęc ſcriberemus, idẽ ipſum conciliũ abſque vllo tamen prefixo titulo: ceterum ex ſerie apertiſſime nouimus Tarraconenſe eſſe.*

Concilium Tarraconenſe quo tempore fuerit conditum.

Quo autem tempore fuerit conditum, non eſt mihi omnino exploratum: certum eſt tamen vetuſtiſſimum eſſe, tum quia in prouincia Tarraconenſi nondũ erant Inquiſitores delegati, quando celebratum eſt; tũ quia frequentiſſima eſt in eo mentio Inzabbatatorum hęreticorum, qui circa annos Domini MCC. maxime partes eas infeſtabant; tum quia huic concilio interfuiſſe memoratur frater Raymundus de Pegñaforte: fuit autem hic Raymundus is qui iuſſu Gregorij noni Pontificis maximi decretales Pontificum epiſtolas in vnum collegit, atque in certa capita, tituloſque diſtinxit: quod accidit circa annos Domini MCCXXX. iuuat vero hanc meam coniecturam vetuſtus codex Directorij Bononienſis, qui in indice partis ſecundæ Directorij, de hoc concilio ita habet: Cui concilio inter alios interfuit frater Raymũdus de Pegñaforte in iure multum peritus, de ordine Fratrum Prædicatorum, qui decretales compilauerat paulo ante. *hęc ibi.*

Cum itaque Raymundus hic Decretales epiſtolas compilaſſet paulo ante quàm hoc concilium celebraretur & ea compilatio facta fuerit (vt dixi circa annos Domini MCCXXX. nam Gregorius nonus, cuius iuſſu eam fecit Raymundus, anno Domini, MCCXXVII. creatus fuit Pontifex Romanus, conſequitur inde veriſimiliter hoc concilium celebratum fuiſſe circa annos Domini MCCXXXV. aut MCCXL. Item quia ante principium huius concilij adnotat Eymericus nondum fuiſſe conſultata ad Inquiſitores, nec ſextum librum Decretalium, quo tempore fuit hoc concilium celebratum: conſtat autem conſultata ſeu reſponſa ad Inquiſitores, quibus in negotio ſancti officij contra hæreticos pleniſſime inſtructi ſunt, ab Innocentio IIII. Alexandro IIII. Vrbano IIII. & Clemente IIII. Pontificibus Maximis data eſſe: hi autẽ ab anno Domini MCCXLIII. vſque ad annum MCCLXX. floruerunt. Et Sextus liber Decretalium à domino Bonifacio octauo circa annos Domini MCCXCV. editus eſt.

Denique alia etiam coniectura ſuffagatur, vt credam circa memorata tempora fuiſſe hoc concilium celebratum: quoniam in forma iuramenti, quod pręſtant Compurgatores, ſit mentio concilij Lateranenſis, quod omnino fuiſſe exiſtimo Lateranenſe ſub Innocẽtio III. Romæ celebratũ anno Dñi MCCXV. in quo pleniſſime cautum eſt de pœnis hęreticorum. cap. 3. quod nunc refertur in cap. excommunicamus. de hæret. Huic autem concilio Lateranenſi, quod fuit longe celeberrimum, interfuit beatus Dominicus, vnà cum domino Fulcone Epiſcopo Toloſano. atq; his quidem coniecturis ductus exiſtimo circa hęc tempora, quæ dixi, celebratum fuiſſe hoc concilium: nã quo tempore celebratum eſt aliud concilium Lateranenſe ſub Alexandro III. anno Domini MCLXXX. tametſi Inzabbatati, ſeu Valdenſes, iam eſſent exorti, at nondum videbantur deſcendiſſe in prouinciam Tarraconenſem.

B. Dominicus concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. interfuit.

Quoniam autem Raymundi mentio honorifice fit in hoc concilio, libet hic in gratiam lectoris pauca quædam de eo ſcribere, vt qualis ac quantus fuerit intelligitur.

Raymundi de Pegñaforte vita.

Fuit itaque Raymundus de Pegñaforte natione Catalanus, patria Barcinonenſis, honeſtis & fidelibus parentibus natus, qui cum iuris perita inſignis eſſet, Senatus populuſque Bononienſis publico ſtipendio ad interpretandum iura eum conduxit; inde iubente Pontifice ſummo, & Epiſcopo Barcinonenſi petente, in patriam reuertitur, & Archidiaconus Eccleſiæ Barcinonen. creatur. Paulò poſt, anno Domini MCCXIX. ſacrum ordinem Prædicatorum recenter ibi diuulgatum cum magna humilitate & pietate (quæ in primis virtutes ab ineunte ætate illi fuerant indiuiſæ comites) profitetur. Inde Gregorius nonus cum egregiam eius viri iuriſperitiam cognitam haberet, eius opera vſus eſt in conficienda Decretaliũ pontificiarum compilatione, quem etiam in præfatione eius operis honorifice nominat; ſuumque conſtituit Capellanum ac Pænitentiarium; quæ dignitas non niſi valde litteratis & egregijs viris conferebatur. Paulò poſt Romanus Pontifex Archiepiſcopum Tarraconẽſem Raymundũ creat: ſed is eam & alias dignitates vltro oblatas humiliter recuſauit. Splendeſcente autẽ quotidie magis ac magis tanti viri fama, & virtute in toto orbe ac ordine ſuo, vita functo fratre Iordano totius ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali, viro integerrimo & pijſſimo, anno Domini MCCXXXVIII. Bononię in capitulo generali omnium patrum conſenſu Raymundus abſens (nam Barcinone eo tempore morabatur) Magiſter generalis eligitur, & fuit tertius in eo ordine Generalis.

Universidad de Deusto Biblioteca

lis. Delecti tunc ſunt viri graues, qui ad Raymundum proficiſcerentur, ſuaderentque, vt electioni factæ conſentiret; annuit tandem tantorum virorum precibus: ſed biennio tantum ea dignitate functus, anno Domini MCCXL. officio renuntiauit; & diuinis meditationibus totus incūbens vitam agens ſanctiſſimam, multiſque miraculis coruſcantem, anno Domini MCCLXXV. ex hac vita migrauit ad Dominum. Poſt eius obitum Rex Aragoniæ miraculorum tanti viri multitudine & magnitudine permotus ſępe apud Romanum Pontificem inſtitit, vt ſanctorum catalogo Raymundus aſcriberetur: ceterum obortis bellorum tumultibus, interruptū eſt id opus, atque vſque in pręſentem diem dilatum. Id ipſum multis oblatis precibus apud Romanum Pontificem egerunt Archiepiſcopi Tarraconenſes, & omnes ſuffraganei, bis propterea in concilio prouinciali congregati, litteris ſuper ea re miſſis ad Nicolaum Papam III. anno Domini MCCLXXIX. item ad Ioannem Papam XXII. anno Domini MCCCXVII. Has litteras originales hoc die ſancti Franciſci, videlicet quarto Octobris huius anni MDLXXXIII. quo hæc ſcribimus Romę, vidimus & in noſtris manibus habuimus, ex quibus apparet Raymūdum non de penna forti appellandum, ſed ita, de Pegñaforte. Scripſit Raymundus ſummam valde vtilem & elaboratam de caſibus conſcientiæ. Et quo tempore in ordine ſuo Magiſtri Generalis officio fungeretur, conſtitutiones ſuæ religionis, quæ antea indiſtincte vagabantur, miro ordine diſtinxit: Et zelo fidei ſuccenſus diligens quoque adhibuit ſtudium & conatum, vt varia genera linguarum à Fratribus ſui ordinis addiſcerentur; quare eius diligentiæ pia ſollicitudine interueniente diuulgatum & prædicatum fuit nomen Chriſti, fideſque eius ex multorum conuerſione, amplioribus dilatata profectibus: nuntiata eſt etiàm vſque ad Barbaras infidelium nationes. Huius beati viri corpus hodie apud Barcinonenſes religioſe colitur in Eccleſia ſanctæ Catharinæ, quam in ea ciuitate incolunt Fratres ordinis Prædicatorum.

Hæc diximus, vt huius viri vita innoteſceret, & vt concilij huius locus, in quo Raymnndi fit mentio, illuſtraretur. Sed iam ad inſtitutum reuertor.

A *Eſt equidem concilij huius Tarraconenſis nobile decretum, quo primum ſpecies hæreticorum & complicum declarantur, inde nonnullæ dubitationes diluuntur; pręterea pænitentiæ ſingulis imponendę traduntur, tandem formulę ſententiarū in ſingulos pronuntiandarum proponuntur.*

Multa ſunt in concilio Tarracon. antiquata.

Ceterum multa in eo continentur antiquata iam & abolita, multa penitus extincta, tum propter iura noua, quæ deinde ſunt condita, tum propter extinctam iam & penitus abolitam ſectam Inzabbatatorum, quam in primis damnat; tametſi multa inde prudenter colligi poſſint, quę etiam noſtris temporibus multum nobis deſeruiant: & propterea in B *ſingulis fere ſancitis ab hoc concilio recurrendum eſt ad Eymericum, qui ſuis locis cuncta tractat abunde: & ideo in margine curauimus ſingula loca apertioris doctrinę gratia indicare, vt plenius lectoribus ſatisfaceremus, eoſque moleſtia quærendi ſingula, liberaremus.*

Nos etiam, paucis quibuſdam exceptis, ideo ſingula hic declarare omiſimus, quoniam apud Eymericū hęc ſumus debitis locis effecturi.

Erant autem hæc concilij huius fragmenta in omnibus exemplaribus valde deprauata, atque corrupta: ea tamen partim coniectura, partim ab exemplari illo Vaticano, cuius ſæpe mentionem facio, ſunt C *integritati reſtituta. Sed iam ad obſcuriora quædam illuſtranda accedamus.*

b ¶ Cum iſta genera hominum in canone explicentur.] *non intelligit de canone in textu cap. Quicunque. §. 1. & §. hęretici. de hęret. lib. 6. aut de alijs canonibus eius tituli: quoniam ſextus liber Decretalium, quo tempore fuit hoc concilium celebratum, nōdum erat editus, vt patet ex ſupradictis: Sed intelligit proculdubio de canone in textu cap. excommunicamus. el. 1. §. credentes. extra de hæret. ibi enim ponuntur hæc genera hominum.*

c ¶ Item ſi multitudo hæreticorum, &c. & ſic pœnam intruſionis vitare.] *Hinc apparet propter* D *multitudinem delinquentium pœnam mitigari; de quo articulo quid ſit ſentiendum, alibi dicetur copioſe: interim vide textum in cap. latores. extra de clerico excom. miniſtran. & ibi gloſ. Hoſtien.* Ioannē *And. Zabarellam, Panormitanum, & communiter doctores.*

d ¶ Quod arbitrio diſcreti iudicis duximus relinquendum.] *Subſequuntur in codice Sabellano hæc verba*: num ſit ſimplex, vel ignorans: *ſed re vera ea nuſquam reperiuntur in hoc concilio, & addita ſunt proculdubio ab aliquo paraphraſte explicationis gratia: in omnibus autem codicibus manuſcriptis, videlicet Sabellano, Bononienſi, &* E *Cardinalis de Gambara, finita illa periodo,* duximus relinquendum, *ſubſequuntur hæc*: Aduertendum tamen eſt, quòd Inzabbatati hæretici hic dicuntur, qui in ſotulari quod zabbati vulgo dicitur, ſignum ſingulare quoddam, vt cognoſcerentur ab eorum complicibus, deferebant. *hæc ibi. Mox ſequuntur cetera vt ſunt impreſſa: quę verba non videntur concilij Tarraconenſis eſſe, vt conſtat ex codice Vaticano, ſed Eymerici, qui ea prudenter inſeruit, vt declararet nomen Inzabbatatorum. ceterum ne falleretur lector putans*

Qui dicātur Inzabbatati.

A *tans concilij eſſe, ſecuti codicem Barcinone impreſſum, ea conſulto omiſimus. idem penitus tradit iterum Eymericus 3. par. tit. de ſignis, per quę Valdenſes hęretici cognoſcuntur. nu. 112. id quod verum eſſe conſtat ex vetuſtis ſcriptoribus. Iidem dicuntur hęretici Perfecti, vt dicam paulo poſt verſi. Perfecti vero hęretici.*

In omnibus autem codicibus nomen Inzabbatatorum, ſcriptum erat per, ſ, ita, Inſabbatati, vnde multi putabant, à ſabbato, quia more Iudæorum ſabbatum colerēt, Inſabbatatos fuiſſe appellatos, quod vt euitaretur per, z, duximus imprimendum. ſed de his fuſius Eymericus paulo poſt par. 2. q. 14. vbi & nos dicemus.

An qui cōfitetur hæreſim ſacerdoti ſuo, effugiat pœnas temporales.

B e ¶ Item quæritur: quis ante inquiſitionem inceptam fuit confeſſus ſacerdoti ſuo, &c.] *Hic locus valde me torſit, quia in omnibus codicibus erat deprauatus, nec vlla omnino poterat colligi ſententia. in Barcinonenſi enim impreſſo, qui ceteris in hoc loco erat emendatior, ita legebatur:*

Item quæritur, quis ante inquiſitionē inceptam fuit confeſſus ſacerdoti ſuo de hæreſi, vel fautoria, & vocatur modo ab Inquiſitoribus? in caſu iſto credatur confeſſori ſuo: & ſi inuentus fuerit bene confeſſus per confeſsionem ſacerdotis, licet ſacerdos male fecerit, quia ipſum non remiſit ad Epiſcopum, ille talis confitens C per talem confeſsionem euitet pœnam temporalem: vel inueniatur in falſa pænitentia, vel relapſus poſt pænitentiam, vel publice diffamatus, &c. *Itaque cum non poſſem difficultatem ſuperare, locum deprauatum relinquere decreueram. Verum frater Paulus Conſtabilis Ferrarienſis ordinis Pręedicatorum ſacri Palatij Magiſter, qui poſtea fuit totius ordinis Magiſter Generalis, cui hæc omnia merito fuerunt communicanda, paululum moratus, coniectura aſſecutus eſt veram & germanam lectionem: nam primam illam coniunctionem,* vel, *commutauit, in dictionem,* niſi, *vnde locus effectus eſt planus, & ſententia clara, quæ huiuſmodi eſt:* D *Qui coram Inquiſitore dicit ſe confeſſum hęreſim ſacerdoti, à quo eſt abſolutus, antequam Inquiſitores cœpiſſent inquirere contra ipſum, de hoc ſacerdoti fides habenda eſt, & ille talis reus per talem confeſſionem pœnam temporalem euitabit, id eſt, non punietur amplius in foro iudiciali exteriori per Inquiſitorem: tres tamen caſus ab hac regula excipiuntur, qui numerantur ibi: niſi inueniatur in falſa pænitentia: vel relapſus poſt pęnitentiam: vel publice diffamatus. Et cum paucis poſt diebus in bibliotheca Vaticana reperiſſem (niſi fallor) integrum hoc concilium Tarraconenſe, protinuſque conſuluiſſem hunc locum, eum prorſus inueni ita* E *perfectum & integrum, quemadmodum per coniecturam ſolam Magiſter ſacri palatij paulo antea emendauerat.*

Vnde ortum mendum in cōcilio Tarraconenſi.

Et ſane facillimum fuit hoc mendum inducere: nam veteres ſcriptores librorum, dum compendijs litterarum integras dictiones vellent ſignificare, illam dictionem, niſi, *ita ſcribebant,* $\overset{i}{n}$, *quæ à quibuſdam lecta eſt,* vel, *putantibus illud iota ſuprapoſitum, l, eſſe; quoniam & dictionem, vel, ita in vetuſtis libris ſcriptum inuenimus,* $\overset{l}{u}$, *iam codex Cardinalis de Gambara dictionem, vbi, habet; quia veteres etiam eam dictionem per compendium ita ſolebant ſcribere,* $\overset{i}{u}$, *hinc vides quàm facilis fuit lapſus, & quàm merito cauerit olim Iuſtinianus in §. illud autem. in proœmio Digeſtorum. ne quis leges ſuas per ſiglæ, hoc eſt per compendia litterarum ſcribere auderet: ſed per conſequentiam, hoc eſt, omnibus litteris appoſitis. ex hac enim cauſa ingentes difficultates & obſcuritates ſuperioribus ſæculis ortas fuiſſe in legibus copioſe oſtendimus in li-* B *bris de cauſis & remedijs difficultatis iuriſprudentiæ. ſed iam ad rem reuertor.*

Quæſtio propoſita in hoc concilio, An videlicet credi debeat ſacerdoti aſſerenti ſe abſoluiſſe aliquē hæreticum, olim valde dubia fuit, & controuerſa in partibus Toloſanis & Narbonenſibus. Valdenſes enim hęretici, & alij eiuſdem furfuris, quorum inſignes erant fraudes in deludendis iudicibus, & fugiendis interrogationibus, ac iuſtis iudicijs, vbi videbant ſe ab Inquiſitoribus nimis vrgeri, & legitime conuinci, hac exceptione tandem vtebantur, ſe videlicet in foro conſcientiæ iam confeſſos eſſe crimen, & à ſuis confeſſoribus abſolutos: quę dubita- C *tio varie fuit definita. nam concilium Tarraconenſe hic aperte voluit & talem confeſſionem valere, & ſacerdoti credendum, & exceptis tribus illis caſibus iam relatis, tales ita abſolutos, pœnas effugere temporales. Concilium autem* Narbonenſe *circa annos Domini MCCLXXX. celebratū contra hæreticam prauitatem, an confeſſori credi debeat in hoc caſu non definiuit, ſed à ſummo Pontifice id monuit declarandum. nam cap. 28. ita ſcriptum eſt:* Vtrum autē ſoli confeſſori credi debeat de abſolutione, ſeu pænitentia defuncti, ſeu viui, licet ſatis videatur ꝙ non, ne quid tamen Eccleſię poſsit impingi, domini Papę reſponſio expectetur. *hæc ibi,*

An ſit credēdum ſacerdoti aſſerēti ſe abſoluiſſe aliquem hęreticum.

D *Hæc autem quæſtio, an in hoc caſu confeſſori credi debeat, valde eſt vtilis & cognitu neceſſaria, cum inde non modici effectus, ſeu vtilitates enaſcantur, inter quas illa præcipua erit; quòd ſi aliquis dicatur impęnitens deceſſiſſe, ſi confeſſori ſit credendum, non poterunt Inquiſitores poſt mortem contra eum procedere, ſi aſſerat confeſſor eum egiſſe pęnitentiam.*

Ergo vt, quod à concilio Narbonenſi indeciſum relictum eſt, lumen declarationis accipiat, donec aliud per ſedem Apoſtolicam fuerit definitum, videtur prima fronte dicendum, ſacerdoti atteſtanti de innocentia vel pænitentia defuncti, ſeu viui cre- E *dendum eſſe. Primum quia ita in terminis propriis tenet gloſ. in cap. nuper nobis. in verbo, niſi iuratus. extra de teſtib. & in cap. teſtimonium. in verbo, in hoc caſu. eod. tit. de teſtib. vbi ait quòd cum quis vult probare ſe egiſſe pænitentiam, ſatis eſt ſi id probet per confeſſorem ſuum. Præterea. quia ſicut ratione officij creditur notario in his, quę ad ſuum munus ſpectant, cap. ad audientia, de præſcrip. vbi Abas num. 6. & alij communiter, & late Grammaticus deciſ. 60. nu. 10. & ſeq. & deciſ. 73. nu. 33. ita videtur ſacerdoti credendum. Rurſus,*

An credēdū ſit ſacerdoti aſſerenti defunctum, aut viuum pęnitentiā egiſſe.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non refert sacerdotem vnum esse testem hoc casu: quoniam vni soli testi spectatę fidei & probitatis credendum tradit Thomas Grammaticus conſ. 13. incipien. in causa Miloniana. num. 15. Preterea clementiæ prærogatiua, & innocentiæ fauor hoc videntur postulare. præsertim cum in hoc crimine proniores esse debeamus ad absoluendum, quàm ad condẽnandum. Postremo, quia non est verisimile in sacramento confessionis, vbi omnia postulantur integra iusta, & cum lege Dei coniuncta, aut confitentẽ, aut confessorem vsque adeo futuros suæ salutis immemores, vt mendacium dicere audeant. in eandem sententiam accumulari possent plurima fortassis nõ minus vrgentia.

Sacerdoti testificanti de innocentia aut pœnitentia viui vel defuncti nõ creditur necessario.

Veruntamen securius est dicere cũ concilio Narbonensi precitato, satis videri, quòd credi non debeat confessori.

Atque in hoc articulo hoc primum nobis exploratum esse debet, Inquisitores propter dictum confessoris excusantis aut viuentem aut defunctum, nõ arctari ad recedendum ab his, quæ ordine iudiciario inuenta & probata sunt in contrarium: præsertim cum communis sit & recepta tam Theologorum, quàm Iurisperitorum sententia, secundum allegata & probata iudicandum esse: non autem iuxta priuata & illegitima iudicia, vt præ ceteris testatur B. Thomas 2.2.q.67.art.2.

Ad hæc, neminem puto fore, qui facile admittat in tam graui causa dicto vnius solius stãdum potius esse, quàm testibus aliis, & indiciis legitime probatis. Deinde nulla lege canonica vel ciuili id cautum inuenitur, immo precitatum concilium non obscure videtur sentire contrarium. Postremo si delinquentes intelligerent generaliter fidem habendam esse sacerdoti testificanti de pœnitentia vel innocentia viui, vel defuncti, facile vt pœnas huius criminis effugerent, attentarent mendacium in confessione dicere, ac mittere confessarium ad iudices, qui eos excusaret. quam ob rem tutius est, vt non credatur. sed ut ordine iudiciario iuxta allegata & probata legitime procedatur.

Hoc tamen minime omittendum putarem, posse quandoque confessorem vsqueadeo esse spectatæ virtutis & probitatis, vt dictum eius multum prosit ad pœnitentiam seu pœnam minuendam. nam si, verbi gratia, delatus & conuictus de hæresi dicat se dudum errorem suum agnouisse, confessum fuisse, & deseruisse: tunc benignius tractari poterit, si hoc ipsum confessor approbatus testificetur: quod tunc magis inuabit, cum reus aliàs non est habitus suspectus aut malis moribus preditus, ceterum non propterea omnino liberabitur. neque ab hac sententia recedendum putarem.

Quòd si quis dicat inutiliter nunc hanc quæstionẽ disputari, cum confessores non habeant potestatem absoluendi hæreticos, vt constat in processu bullæ in cœna Domini, & tradit copiosè Locatus in opere iudiciali Inquisitorum, verbo, Absoluere. Et Simancas de catho. instit. tit. 3. de absolutione. Respondeo contingere quidem posse talem casum, vt cũ quis verbi gratia absoluitur virtute alicuius Iubilei, in quo summus Pontifex concedit facultatem absoluẽdi à tali crimine. Seu cum quis hæreticus omnino occultus vel mentalis absolutus est, & postea detegitur eius hæresis, & proceditur contra eum: item potest contingere similis casus in hæretico, qui iam moriturus pœnitet, & cum non sit locus, vt iudiciario ordine seruato Ecclesię reconcilietur, absoluitur à priuato quolibet sacerdote in articulo mortis, & deinde conualescit, & defertur ad sanctum officium. Siquis ergo in his casibus aut aliis huiusmodi vellet vti testimonio confessoris, non debet Inquisitor propter talem testem, iudiciarium omittere ordinem sicut dictum est.

Absoluti in foro pœnitẽtiali non cẽsentur absoluti in foro exteriori.

Quòd autem absoluti in foro pœnitẽtiali solum intelligantur absoluti quoad illud forum siue iudiciũ, & quòd propterea debeant in foro exteriori siue iudiciali satisfacere, singulariter declarauit Sanctissimus Dominus Gregorius XIII. in bulla quadam Iubilei anno Domini MDLXXII. tertio idus Septembris. nam cum primum concessisset facultatem confessoribus approbatis, vt virtute præfati Iubilei pœnitentes possent absoluere à quibuscunque peccatis, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, & in bulla cœnæ Domini contentis, & à quibuuis pœnis & censuris ecclesiasticis, exceptis tamen quibusuis hæreticis, & libros damnatos siue auctoritate sedis Apostolicæ, scienter quoquo modo legentibus, aut in domibus suis tenentibus, vel imprimentibus; aut importantibus, seu disseminantibus, vel officium sanctissimę Inquisitionis sub quocunque pretextu vel colore impedientibus, his inquam concessis primum & exceptis, subdit deinde singularem & notatu dignam clausulam in hæc verba: Declaramus tamen tã per præsentes, quàm alias quascunque super concessione similium vel dissimilium indulgentiarum à nobis & prædecessoribus nostris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras Christifidelibus ipsis nisi in foro conscientię & pœnitentiali tantum, non autem in foro fori & contentioso, nisi satisfecerint his, propter quæ censurę huiusmodi in eos latæ fuerint, vllatenus suffragari, eosdemque Christifideles illis iuxta huius nostrę declarationis formam & tenorem, & non aliter, nec alio modo vti, aut eis se iuuare posse & potuisse: quinimo eos in easdem censuras postmodum reincidisse, & in posterum reincidere, sicque ab omnibus quauis auctoritate fungentibus censeri & iudicari debere, irritumque & inane quicquid secus à quoquam quouis prætextu, aut colore scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari; non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque. hactenus ibi.

Cõfessarius an possit absoluere hæreticos virtute Iubilei.

Quòd si quis quærat, an si Papa non exciperet casum hæresis, posset ne tunc confessarius approbatus virtute Iubilæi, aut alterius diplomatis, aut bullę Apostolicæ, per quam datur facultas absoluendi ab omnibus peccatis etiam in bulla cœnę Domini reseruatis, absoluere hæreticos, qui hæreses suas confiterentur: Respondet Couarruuias in cap. alma mater. de sent. excomm. lib. 6. par. 1. §. 11. num. 15. id confessario non licere. Couarruuiam sequitur Simancas de catho. instit. tit. 3. de absolutione. num. 2. &

Ioannes

Ioannes Rojas tract. de hæret. parte 2. assertio. 39. Contrarium profitetur Dominicus Sotus lib. 4. sent. dist. 22. q. 2. ar. 3. Sententia Soti videtur magna ratione niti: Et profecto si Papa noluisset virtute talis facultatis absolui hereticos, nec excepisset sicut in prefata bulla Dominus Gregor. eos excepit, quos & Pius Papa V. etiam exceperat in simili bulla Iubilei anno Domini MDLXVIII. & in alijs. Profecto ad tollendam omnem dubitationem opimũ esset semper in similibus bullis illos excipere. Ceterũ si nõ exciperentur, & ob id in foro pœnitentiali absoluerentur, nihilominus Inquisitores libere possent cõtra sic absolutos in foro exteriori procedere: prudenter autem facerent confessores, si in tali casu sic pœnitentibus suaderent atque eos inducerent, vt ad Inquisitores confugerent.

An absolutus in foro pœnitentiali effugiat pœnas temporales.

Rursus, altera quæstio & precipua in hoc concilio Tarracon. posita est: An postquam aliquis est in foro pœnitentiali à crimine hæresis absolutus, effugiat etiam pœnas temporales, ita vt postea in eũ inquiri non possit, ipseque reus possit se hac exceptione tueri, dicens iam esse absolutum in foro pœnitentiæ: & quamuis Concilium hoc Tarracon. senserit tribus illis concurrentibus, de quibus paulo antea dicebamus, immunem esse à pœna temporali; nunc tamen aliud est penitus obseruandum, videlicet, reum quẽlibet siue ab Episcopo, siue ab Inquisitoribus, aut ab alijs habentibus absoluendi potestatem, absolutum in foro pœnitentię, & accusari posse in foro exteriori, & in eum inquiri, nec eum iuuari exceptione receptæ pœnitentiæ in foro interiori. ita Zanchinus, vbi copiosè disputat hanc quæstionem tracta. de hæret. cap. 34. & ibidem Campegius Repert. Inquis. verb. absolutio. §. sed an absolutio. & verb. confessio. §. vtrum si in foro. fol. 163. ex impres. Venet. Locatus in opere iud. verbo, absoluere. nu. 1. & uerbo, hæreticus. nu. 24. vers. Secreti vero hæretici. & alij alijs locis.

Pœna imposita in foro pœnitẽtiali, nõ impedit pœnam imponendã in foro iudiciali.

Breui ergo agendo sit hæc apud nos certissima conclusio: Pœna imposita per confessorem in foro pœnitentiali, quantumcunque sit magna, non tollit aliquo modo pœnam imponendam in foro iudiciali canonico, vel ciuili. gloss. singularis in cap. gaudemus. de diuort. verb. poterit. vbi communiter hoc notant, & tenent Doctores, Pau. Castr. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. & fide catho. num. 7. gloss. 1. in fin. in cap. 2. de schismaticis. & ibi Panor. Card. & Doct. glo. in ca. de his. in fine, de accus. vbi Abbas, glos. in c. si. 25. distin. argum. tex. in c. admonere. 33. q. 2. vbi glos. verb. pœnitentia. glos. si. in cap. 2. de emptio. & vend. & ibid. Abbas, Imola & communiter Doctores; & potissima ratio est: quoniam pœna pœnitentialis in foro interiori imposita tendit ad alium finem, videlicet, vt per eam pœnitens satisfaciat Deo, & animę suæ. Alia vero pœna, scilicet temporalis, spectat ad punitionem corporis, & pro vindicta publica, vt ita etiam reipublicę satisfaciat, qui malo exẽplo delinquendo eam offendit. Hęc autem conclusio vsque adeo uera est, vt contrariam putarem erroneam: procediturque etiam si pœnitentia illa in foro interiori imposita, fuisset publica. ita Abbas in dicto cap. de his. de accusat. pro qua sententia facit optime textus in c. 2. de maledicis. et notant ibidem Abbas & Doctores.

Mitius puniendus in foro exteriori, qui confessus est delictum in foro interiori.

Illud hic monebo, multum esse minuendam pœnã in foro exteriori, quotiens is qui punitur in foro interiori, sine dolo fuit confessus delictum suum, & obtinuit absolutionem, maxime si iniunctam sibi pœnitẽtiam humiliter adimpleuit, cum satis appareat, huic culpam non displicuisse: mitius enim agi debet, & leuius cum eo qui sponte confitetur peccatum suum, quàm cum eo qui conuincitur, iuxta doctrinam Abbatis & ceterorum in capitulo at si clerici. de iudicijs.

Ille autem qui post cœptam inquisitionem contra eum, quasi dissimulans & gemebundus accedit ad Inquisitores, vel Episcopum petens in foro interiori absolui, audiendus non est, quia peccatum eius iam non est occultum, ideoque non est adhibendum occultum remedium; nec talis dicitur sponte venire, cum illi dicantur vere & proprie sponte venire, qui ante incœptam Inquisitionem contra eos, receptasque probationes humiliter accedunt, vt pulchre docet Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, quæs. 2.

His ita positis, quę occasione concilij Tarraco. dicenda fuerunt, superest, vt pauca quædam huc etiam spectantia breuiter perstringamus.

An carceratis pro hæresi sint concedendi confessarii.

Ac primum hic quæritur: An vinctis & in carcere recluſis pro causa fidei, confessarij concedi debeant? Et tametsi quibusdam videatur non aliter confessariorum copiam reis esse faciendam, quam si plene Inquisitoribus suas hæreses fuerint confessi, aut in extremum venerint vitæ periculum, vt tradit Simanca de catho. instit. tit. 16. num. 30. quoniã huiusmodi homines cum pendente inquisitione reputentur hæretici, indigni videntur tanta benignitate & consolatione: benignius tamen videtur totiens eis confessarios concedere, quotiens illi petierint: nã vt valde prudenter & pie referebat mihi superioribus diebus F. Thomas Zobbius sanctę Inquisitionis Romanæ Generalis commissarius, vir & Theologiæ peritia, & pietate clarus, nunquam hoc obesse potest, immo interdum valde prodest. cum à confessarijs moneantur & excitentur ad libere confitẽdum iudicibus fidei delicta sua, vt paulo post dicemus. Cum ergo conceduntur, plurima obseruare conuenit, & diligenter animaduertere, ne quid committatur incautum.

Cum carceratis pro hæresi concedũtur confessarii, quid obseruandum.

Totum vero hunc locum de cautelis, pie & prudenter obseruandis in hoc delicto cum reis conceditur confessarius, luculenter prescripsit Madriliana instructio anno Domini. MDLXI. cap. 71. in hęc verba à nobis vtcumque latine reddita: Si reus aliquis ægrotauerit in carceribus, præterquam q̃ Inquisitores debent diligenter curare, vt ei fiat medicina, exhibeanturq; cuncta ad salutem eius necessaria, cõsilio medici seu medicorum, qui ei medentur; si petierit confessarium, debet ei concedi, qui sit spectatę probitatis, & de quo plurimũ confidatur, à quo iuramentũ exigatur de custodiẽdo secreto; & q̃ si pœnitens ei dixerit aliquid in confessione, q̃ uelit reuelari extra carceres, ne in hoc vllo modo ei obtẽperet, nec similia mandata reuelet: quòd si extra confessionem ei fuerit aliquid iniunctum, id Inquisitoribus manifestabit. Ad

Confessarius qualiter se geret cũ pœnitente.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Confessarius qualiter se geret cum pœnitente.

hæc, Inquisitores confessarium admonebunt ac instruent, qualiter se gerere debeat cum pœnitente, vt videlicet dicat ei, quòd cum sit pro hæresi incarceratus, ac de ea reus accusatus, non potest absolui, nisi iudicialiter hæresim suam manifestet. Et cetera relinquentur confessoris iudicio & conscientiæ: qui debet esse doctus, vt intelligat id quod in causa tali fieri conueniat. *hęc ibi.*

Reus morti propinquus si cõfiteatur, absoluẽdus.

Atque hęc obseruari oportet, cum rei nondum venerunt in vltimum vitę discrimen: nam si in vltimo mortis articulo fuerint constituti, cum eis illud est obseruandum, quod iura iubent: nam cum per tempus non liceat eos iudicialiter examinare, & reconciliare, siquidem vere contriti sint, & parati obedire Ecclesię mandatis, absoluendi erunt sacramentaliter. Concilium Arausicanum primum cap. 2. cuius hęc sunt verba: Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à presbyteris cum chrismate & benedictione consignari placet. *hæc ibi. In tali enim casu nulla est reseruatio, & omnes sacerdotes possunt quoscunque pœnitentes absoluere à quibusuis peccatis, & censuris. Conc. Trident. sess. 14. cap. 7. de casuũ reseruatione.*

Reus persuadendus vt cõfiteatur.

Quòd si reus non peteret confessarium, & medicus crederet morbum esse periculosum: tunc reus persuadendus est omnino vt confiteatur, & vbi iudicialiter satisfecerit Inquisitoribus, priusquam moriatur, reconciliabitur Ecclesię: cumque fuerit in iudicio absolutus, inde confessarius absoluet eum sacramentaliter: atque hoc etiam præscribit præcitata institutio.

Sanis petentibus, confessarii concedẽdi, & quales confessoris partes circa eos.

Diximus hucusque de ægrotantibus: nam cum sanis paulo aliter agendum videtur: sunt enim qui existiment sanis etiam petentibus, nisi confessi fuerint iudicialiter, non esse confessarium concedendum: frustra namque videtur tunc concedi, si stet in negatiua: verumtamen, vt paulo antea dicebam, benignius videtur, vt eis concedatur, etiãsi confessi non fuerint in iudicio: nam hinc multa commoda oriri possunt.

Et confessoris partes erunt hoc casu, reum cohortari ad deferendos errores suos, & dicendam integre veritatem tam de se, quàm de aliis, sicut de iure tenetur: addat tamen ne tędio carceris, vel spe celerioris liberationis, aut metu tormentorum, sibi aut alijs falsum crimen imponat.

Obseruandũ diligenter.

Hunc tamen reum confessarius absoluere non potest priusquam ab excommunicatione fuerit absolutus, & Ecclesiæ reconciliatus, atque hæc omnia mihi videntur commodissime posse obseruari in hac causa. nunc cetera prosequamur.

Nihil à confessore inquirendũ de auditis in confessione.

Illud autem in primis debent Inquisitores præcauere, ne quid à confessario scire velint de gestis in cõfessione, neve de his nimis solicite quicquam ab eo percontentur: hæc enim longe abesse debent à tanti sacramenti secreto inuiolabili: iam in hac re præter ea, quæ paulo antea diximus, cetera omnia sunt prudentiæ confessarij committenda, is namque videbit ne quid in fidei detrimentum fiat.

Nec compellendus vt ea proferat quæ sibi nouit.

Compellere autem confessarium, aut eum adducere in testem, vt proferat ea quæ in confessione audiuit, lõge abest à synceritate, & pietate, & huius sacri tribunalis & nostrorum temporum. Id tyran-

norum est, & iudicum imperitorum tentare: quod si re vera ab aliquo superbe imperante talia manifestare cogeretur, nullo modo debet obtẽperare, etiãsi iuramento prius constringeretur: immo licite potest asserere se nihil eorum scire, quia non dicitur scire vt homo, & p̃ mixta persona, sed vt Deus. cap. dilectus. de excessibus prælat. vbi glos. & communiter Doctores. cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remissio. B. Thomas 2. 2. quæst. 70. art. 1. ad 2. argu. Innocentius, & alij in cap. qualiter & quando. el 1. de accus. & tradunt communiter etiam Theologi lib. 4. senten. distin. 21. & Sotus lib. 4. senten. distin. 18. art. 5. quibus locis, & alias rationes adducunt ad probandum sacerdotem ita coactum posse licite respondere, se nescire: quas libenter omitto, quia hæc vulgaris est, & facilis quæstio.

Crimẽ sacerdoti reuelati non in vim confessionis propalari potest.

Quòd si reus crimen suum sacerdoti dixerit, non in vim confessionis & pœnitentiæ, quantumuis sub secreto id sit dictum, & protestatione præmissa ne reuelet, si producatur in testem, potest & debet deponere; & veritatem reuelare. ita Innoc. in cap. qualiter & quãdo el. 1. de accusa. & ibi communiter Docto. Panor. in cap. si sacerdos. de off. ord. vbi Doctores. Fely. in cap. intimauit. de testibus. S. Thomas 4. sent. dist. 21. q. 3. art. 1. quę maxime obtinent in hoc crimine, quod vergit in magnum reipublicę detrimẽtum, ad quod reuelandum omnes sub pœna peccati mortalis obligantur, nullo obstante voto, pacto, aut promissione, vt dixi supra hac. 2. parte super cap. qualiter & quando, traditque eleganter Guido Fulcodius in consultatio. ad Inquisitores. q. 8. S. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. Sotus lib. 5. de iust. & iure q. 5. art. 2. & copiose Ioannes Rojas in singularibus fidei, sing. 5. nu. 14.

An dictum sacerdotis reuelantis confessionem faciat indicium, aut aliquam probationẽ.

Sed hic est pulchra difficultas obiter diluenda, An si sacerdos, aut per imprudentiam, aut per malitiam, aut alia quauis de causa confessionem reuelauerit, ea faciat indicium, aut probabilitatem aliquam, ita vt iudices virtute talis reuelationis, seu confessionis possint procedere ad torturam, aut alios actus iudiciales contra reum.

Omissis multis; breuiter respondeo, hanc confessionem factam de delicto manifestato in confessione sacramentali, nullum penitus effectum operari, nec facere aliquod indicium ad torturam: quia talis confessio fuit facta tanquam soli Deo, & non tanquam homini. arg. tex. in cap. si sacerdos, de off. ord. tradit Bal. in l. Archygerontes. C. de epis. audient. quem refert & sequitur Antonius Gomez. to. 3. varia. resol. c. 13. nu. 9. asserens dictum huius sacerdotis nullam penitus fidem facere. & hæc opinio est valde æqua & iusta: nam si tales reuelationes aliquid probarent, plane in manifestum sacramenti confessionis & sigilli secreti detrimentum verterentur.

Cur sacerdoti reuelanti confessionẽ nõ credatur.

Atque hanc eandem sententiam profitetur synodus sub Carolo Magno celebrata, cuius Ansegisus Abbas Leobiensis meminit lib. 5. cap. 48. vt refert Marianus Victorius in libro de sacramento confessionis, c. xi. in hæc verba: Presbytero nõ licet peccatũ episcopo prodere, quia super eũ est. Et si forte sacerdos peccatũ, sibi in cõfessione ecclię patefactũ, reuelauerit, pter depositionẽ & aliàs

alias pœnas, credi ei non debet, tum quia testimonium vnius, nullius, vt iura inquiũt, testimonium est, cum in ore duorum vel trium testium stet omne verbum: tum etiam quia reuelando delinquit, & delinquendo tanquam infamis à testimonio ferendo, in eo præsertim in quo testando peccat, reiicitur. *hæc ibi.*

Quod autem de non credendo sacerdoti reuelanti confessionem proxime diximus, idem & de Episcopo intelligendum esse videtur, sicut insinuat decretum concilij Africani, cap. 99. et concilij Carthaginensis septimi, cap. 5. quod referunt Burchardus lib. 19. decret. cap. 127. et Iuo parte 5. cap. 363. & Gratianus 6. q. 2. c. placuit. vbi scriptum est ita: Item placuit, vt si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit: non putet ad iniuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. *hęc ibi.*

Marianus tamen Victorius in libello de sacramento confessionis, cap. xi circa finem, hoc decretum proxime relatum intelligendum arbitratur, cum peccatum auditum detectum est extra sacram Ecclesiæ confessionem. ceterum siue hoc, siue illo modo canon intelligatur, semper tamen verum erit neque etiam Episcopo, nec cuilibet alij Ecclesiæ prælato reuelanti confessionem esse credendum. immo grauiter plectendi sunt per suos iudices, qui audita in confessione sacramentali reuelauerint. de quorum pœna plene tractatur in cap. sacerdos. de pœnit. dist. 6. & in cap. omnis vtriusque sexus. §. Caueat autem. extra de pœnit. & remis.

An coniecti in carcerem ob hæresim admitti debeant ad audiendã Missam, & ad alias orationes, quę intra carcerem dicuntur, sicut admittuntur ad confessionem eo modo, quo hactenus diximus, & scitu & inuestigatione dignum est: Sed de hoc dicetur infra par. 3. super quæstio. 59.

An autem coniecti in carcerem ob hæresim admitti debeant ad audiendã Missam, & ad alias orationes, quę intra carcerem dicuntur, sicut admittuntur ad confessionem eo modo, quo hactenus diximus, & scitu & inuestigatione dignum est: Sed de hoc dicetur infra par. 3. super quæstio. 59.

f ¶ Si quos vero constat ante inchoatam inquisitionem de his fuisse confessos.] *in codice Bononiensi constanter legitur hic locus cum dictione, non, in hunc modum:* Si quos non constat ante inchoatam Inquisitionem de his fuisse confessos, *&c. Et sane ita videtur legendum, vt series indicat, & vt facti species sint diuersæ: nam cum de eo, qui ante inceptam Inquisitionẽ fuit confessus, locutum sit concilium in principio huius tertiæ quæstionis, frustra videbatur de illo etiam querere, qui similiter ante inceptam Inquisitionem fuit confessus, quare lectio codicis Bononiensis mihi magis probatur.*

g ¶ Nisi ita sit secretum factum, quòd non habeat contra se famam, vel testes.] *Hic proculdubio est sermo de illo, qui se ipsum sponte defert ad sanctum officium, & peccatum suum iudicibus fidei detegit. de quo agimus copiose infra parte 3. tit. de sponte venientibus.*

Cum vero hic subdit concilium dicens: Et tamen in vtroq; casu, *&c. concludit, tam eos, qui ante inceptam Inquisitionem confessi fuerũt, quam eos, qui sponte seipsos detulerunt, immunes esse ab omni pœna temporali. de quo quid sit sentiendum, & dictum est hactenus, & dicetur in præcitatis locis.*

h ¶ Hæretici perseuerantes in errore relin-

quantur curiæ sęcularis iudicio.] *Hæreticos perseuerantes appellat hic concilium pertinaces, qui post multas & legitimas monitiones nolunt veritati catholicæ fidei obtemperare. ceterum isti non sunt statim curiæ sęculari tradendi, sed diu asseruãdi. sæpiusque monendi vt resipiscant; qualis vero praxis sit circa hos seruãda, docet pulchre Eymericus 3. par. in 10. modo terminandi processum fidei. extat etiam insignis doctrina concilij Biterrensis cap. 17. in hæc verba:* Conuerti nolentes, vbi commode poteritis, damnare tardetis: ipsos frequẽter tam per vos, quàm per alios ad conuersionẽ monentes, ac tandem in sua malitia pertinaces faciatis errores suos ad eorum detestationẽ publice cofiteri, & sic eos damnatos, præsentibus sęcularibus Potestatibus, eorumue Baliuis secundum mandatum Apostolicum relinquentes. *hęc ibi.*

Quid obseruandum circa hæreticos pertinaces priusquã tradantur curię sęculari.

Perfecti hæretici qui dicãtur, res scitu digna.

i ¶ Perfecti vero hæretici, si conuerti voluerint, & dogmatizantes, &c. perpetuo carceri intruduntur.] *Ita in Bononien. & etiam in Directorio Cardinalis de Gambara: sed Sabellanus,* Perfidi habet, *& male: nam inter hæreticos Valdenses, seu Inzabbatos, de quibus hic locus est accipiendus, quidam erant, qui dicebantur,* Perfecti, *quod nusquam declaratur luculentius, quàm in summa fratris Iuoneti, 5. par. c. 2. cuius extat fragmentũ quoddam in vetusto codice membranaceo bibliothecæ Vaticanę: in quo plene differitur de initijs, incremẽtis, & moribus, ac erroribus Valdensium. agens vero de sectis ipsorum ita habet:* Duo sunt genera sectæ ipsorum, Quidam dicuntur Perfecti eorum, & hi proprie vocantur Poure Valdenses de Lion: nec omnes ad hanc formam assumunt, sed prius diu informantur, vt & alios sciant docere. Hi nihil proprium dicunt se habere, nec domos, nec possessiones, nec certas mansiones, coniuges, si quas ante habuerunt, relinquunt. Hi dicunt se Apostolorũ successores, & sunt magistri aliorum & confessores: & circuunt per terras viliando, & confirmando discipulos in errore. His ministrant discipuli necessaria. In quocunque loco veniunt, insinuant sibi mutuo aduentum illorum: conueniunt ad eos plures in tuto loco in latibulis audire eos, & videre: & mittunt eis illuc optima quæque cibi & potus: & indicunt collectas nummorum discipulis pro sustentatione eorundem Pauperum & magistrorum suorum, & studentium, qui per se sumptus non habent: vel etiam ad alliciendum aliquos, quos cupiditas nummi trahit ad sectam eorum. *hactenus ibi. quæ sunt plane scitu dignissima, ex quibus intelligentur multa huius Directorij loca de his loquentia.*

Addit Eymericus 3 par. tit. de signis, quibus Valdenses cognoscuntur, num. 112. hos Perfectos hæreticos consueuisse deferre in superiori parte totularis signum quoddam circulare, vt à ceteris & distinguerentur & cognoscerentur. De his Perfectis hæreticis insignis extat locus in concilio Biterrensi cap. 16. quem retuli infra 2. parte super quæst. 39. de Hereſiarchis.

Hæresiarchę an tradi debeant curiæ sæculari.

Rursus illud est diligenter obseruandum, concilium Tarraconense hic sentire magistros errorum & dogmatistas tunc demum tradendos curiæ sęcu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lari, cum noluerint conuerti, idem prorsus statuit cõcilium Biterrense, cap. 16. Hinc colliges non esse facile recipiendam eorum sententiam, qui dicunt dogmatistas indistincte curiæ sæculari esse tradendos; de quo videto quæ scripsi supra parte 1. super l. nemo clericus. C. de sum. trin. & fide catho. & infra in hac parte 2. super dicta quæst. 39. de hæreticis vbi dixi plenissime.

K ¶ Credentes autem hæreticorum erroribus solemnem faciant pœnitentiam, &c.] *Hic incipit assignare pœnas pœnitentiales imponendas singulis, qui ad Ecclesię gremium reuertũtur, quarum hodie maior pars abijt in desuetudinem. In eis vetustam in coercendo hoc crimine seueritatem mirari licet, quæ valde distat ab hodierna huius tribunalis misericordia & benignitate; & plane quanta fuerit antiqua seueritas, docent plene decreta concilij Biterrensis, & Narbonensis: item litteræ quędam beati Dominici; quas affert Campegius apud Zanchinum c. 20. adde Reperto. Inquisit. verbo, publice.*

Tametsi vero mentio fiat solemnis pœnitentię, & propterea iure optimo videretur hic declarandum, quid ea sit, quo ritu fiat, quos pariat effectus, & quo modo differat à publica pœnitentia: nihilominus tamen hæc disputatio ob id consulto à nobis omittetur hoc loco, quia eius vsus aut nullus omnino, aut valde rarus est nostris sæculis: quamquam non diffitear posse ex causa quandoque reuocari & vsurpari. Interim tamen vide textum, & ibi doctores in cap. in capite 50. dist. Magistrum, & doctores lib. 4. sent. dist. 14. Couarruuiam lib. 2. variar. resolut. cap. 10. nu. 3. & in repetitione clemen. si furiosus. in prima parte relectionis, nu. 19. Bernardinũ Diaz in pract. crimi. cano. cap. 19. Simonem Maiolum lib. 3. de irregularit. cap. 2. & 3. & Marianum Victorium in historia de antiquis pœnitentijs, in principio, vbi de hoc agit luculenter.

l ¶ Sint in processionibus ad Sedem.] *dictio, Sedem, in Sabellano est omissa, & male. Est autem dictio vulgaris apud Hispanos: nos enim ecclesiam cathedralem, Seo, vocamus: concilium dictionem vulgarem latinam fecit, sed ignorantibus nostram linguam, peperit difficultatem. Sunt autem in toto hoc opere dictiones huiusmodi multæ, quæ suis locis*

à nobis declarabũtur. Iubebat ergo hic concilium, vt credentes hæreticorũ erroribus, qui solemnem pœnitentiam erant facturi, diebus hic præfixis proficiscerentur ad Ecclesiam cathedralem, ibiq; & processionibus & diuinis officijs interessent.

Solemnis pœnitentia, gratuis.

m ¶ Item in quarta feria in capite ieiunij veniãt simul ad Sedem, & sint eodem modo, & secundũ formam iuris, &c.] *Hic præscribit concilium credentibus hæreticorum erroribus, secundum ius in c. in capite. 50. dist. formam agendæ solẽnis pœnitentiæ: quę profecto pœnitentia grauissima est: at si peccati magnitudo spectetur, debita censeri debet: nam cum grauius sit diuinam, quàm humanam lædere maiestatem, cap. vergentis. extra de hæret. authent. Gazaros. C. de hæret. & offendentibus maiestatem humanam vltimum mortis supplicium imponatur, l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. certe quælibet pœnitentia, in quam mortis supplicium commutatur, mortis comparatione leuis censenda est. at non modo credentes hæreticorum erroribus, sed & alij de quibus hic eandem compellebantur subire solemnem pœnitentiã: illa tamen sicut paulo antea diximus, iam in desuetudinem abijt.*

n ¶ Ne sic Lateranense concilium illudatur.] *codex Bononiensis ita:* ne sic latinum consilium illudatur. *Sabellanus ita:* ne sic ecclesiasticum iudicium illudatur. *In codice Cardinalis de Gambara ita:* ne sic datum consilium illudatur. *Sed nõ est visum recedere à Barcinonensi impressa: quamquam non video quomodo hęc Lateranensi concilio accommodentur, cum nusquam ibi nominatim reperiatur cautum, quod hic commemoratur de numero compurgatorum: nisi dicamus respexisse hoc loco cõcilium ad illud quod statuitur in concilio Lateranẽsi sub Innocentio III. cap. 36. & refertur in cap. cum cessante. extra de appel. vbi cauetur, quòd iudex possit interlocutoriam & comminatoriam sententiam ex causa reuocare, non aliter: ita hic non est honestũ vt post taxatum & præfinitum certum numerum compurgatorum absque legitima & iusta causa is numerus immutetur. Iam in codice illo vetusto Vaticanę bibliothecę, vbi reperitur idem hoc Tarraconense Concilium, hic locus ita legitur:* Vt sic Latenen. Concilio non illudatur.

QVAESTIONES QVINQVAGINTA
OCTO DE HAERETICA PRAVITATE
AD OFFICIVM INQVISITIONIS PERTINENTES.

QVAESTIO I.

De nomine hæresis.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis ab electione dicitur.*
2 *Et ab adhęsione, nàm pertinaciam requirit.*
3 *Atque etiam à diuisione.*
4 *Hæresis electionem, adhęsionem, & diuisionem includit.*

PRIMA quæstio est: Hæresis a vnde sic dicta est, seu hoc nomen hæresis vnde tractum est?

Ad hanc respondemus secundum mentem Isidori †, & aliorum vocabulorum expositorum, quòd hoc nomen hęresis etymologizatur, seu exponitur tripliciter. † Lib. 8. Etymolog. c. 3

1 Et secundum hoc hæresis includit tria: primo hæresis dicitur ab eligo eligis: vnde secundum

dum Isidorum & Papiam, hæresis dicitur quasi electio: & sic hæresis dicitur ab eligendo, sicut secta à sectando: & inde dicitur hæreticus, quasi electuus, ab eligendo sic dictus. Nam hæreticus proponit sibi, falsa & vera, sententijs, eligit falsam & peruersam tanquam veram, vera & catholica refutata, vt habetur 24. q. 3. Hæresis. Et ex hoc patet, quòd hæresis importat electionem.

2 Secundo hæresis dicitur ab adhæreo adhæres, secundum Hug. & sic hæresis dicitur ab adhærendo: sicut fides à fiendo, & secta à sectando: & inde dicitur hæreticus quasi adhæsiuus, ab hærendo sic dictus. Nam hæreticus falsę & peruersæ doctrinę tanquam veræ, vt prędicitur, electæ adhæret firmiter, & pertinaciter: alias si talis adhęsio pertinax non esset, hæreticus quis non foret, vt patet extra de sum. trinit. & fi catho. c. Damnamus. & ex hoc patet, quòd hæresis importat adhęsionem.

3 Tertio dicitur hæresis ab ereiscor ereisceris secundum Isidorum: quod idem est, quod diuido diuidis. & sic dicitur hæresis ab ereiscendo, id est, diuidendo: sicut dicitur, per oppositum vnio ab vniendo, & coniunctio à coniungendo. Et inde dicitur hæreticus quasi diuisiuus, à diuidendo sic dictus: sicut dicitur Eremita, quasi diuisus à communi vita. Nam hæreticus postquã falsam doctrinã sibi elegit tanquã veram, eiq; pertinaciter adhęsit, ab aliis veram doctrinam & sanam tenentibus (quibus ante erat vnitus) se mente elongat & diuidit, & excommunicationis mucrone, ab eis per Ecclesiam merito & numero diuiditur, & Potestati sæculari traditur, à consortio hominum tota liter diuidendus, vt patet extra de hære. c. Excommunicamus, primo, & secundo.

4 Et ex hoc patet, q͡p hæresis importat diuisionẽ. Et per[b] consequens ex prędictis omnibus liquet q͡p hæresis nomen importat tria, scilicet, electionẽ, adhęsionem, & diuisionem.

COMMENT. XXVI.

De Etymologia hęresis.

a HAeresis vnde sic dicta est.] *De etymologia seu origine dictionis, hæresis, præter Eymeri cum hic agunt fere omnes, qui de hæreticis scripserunt. Et Beatus Hieronymus in Epistola sancti Pauli ad Galatas, cap. 5. & in Epistola ad Titum, c. 3. Tertullianus in libro de præscriptionibus hæreticorum cap. 6. Isidorus lib. 8. Etymolog. c. 3. Sanctus Thomas 2. 2. quæst. xi art. 1. Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis theologicis. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 1. aduersus hæreses, idem lib. 1. cap. 1. de iusta hæret. punit. Repertorium Inquisitorum verbo, hæresis. Simancas de catho. instit. tit. 30. idem in Enchyridio violatę religionis tit. 2. Locatus in opere iudiciali Inquisitorum, verbo, hæresis, & doctores in cap. hæresis. 24. q. 3. & alij plerisque in locis.*

Etymologia vera hæresis, quæ sit.

quos gratia breuitatis omitto.

Vera autem hæresis etymologia à verbo Græco αἱροῦμαι, descẽdit, quod significat, eligo, uolo, exopto sumiturque pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate et sẽtẽtia, in qua pẽsistitur, electa. Quare hæresis latine reddita, electionem significat, quod-

A *scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quã putat esse meliorem. Verum est ergo hæresim significare electionem, at non descendit à verbo Latino, eligo. sed à verbo Greco, vt dictum est, atque hoc etiam vult Isidorus præcitato loco. ait enim ita.* Hæresis Græce ab electione vocatur, quòd scilicet vnusquisque id sibi eligat quod melius sibi esse videtur, vt Philosophi Peripatetici, Academici, Epicurei, & Stoici: vel sicut alij, qui peruersum dogma cogitantes arbitrio suo de Ecclesia recesserunt. Inde ergo hæresis dicta Græca voce ex interpretatione electionis, qua quisque arbitrio suo ad instituenda, siue ad suscipienda quælibet ipse sibi

B eligit. *hęc Isidorus, In quibus per omnia sequitur B. Hieronymum præcitato loco in Epistola sancti Pauli ad Titum, cap. 3.*

Aliæ hæresis etymologiæ quales sint.

Alias autem etymologias, quas hic recenset Eymericus, videlicet, hæresim dici à verbo, adhæreo, quia hæreticus falsę doctrinę adhæret: vel ab ericiscor, quod est diuido, eo quòd hæreticus per hæresim diuisus sit ab his, qui rectam Ecclesiæ catholicę doctrinam tenent, communiter & recensent & sequuntur Ioannes And. Antonius de Butrio, Zabarella, Panormitanus, & alij in cap. firmissime. extra de hæret. & Zanchinus tract. de hæret. cap. 1. Odofredus in Rubrica C. de hæret. ait hæreticum

C *dici ab eremo, quia inquit sicut eremita dicitur à nemore, quia separatus ast à ciuitate vel oppido, ita hæreticus dicitur separatus à fide catholica. Sunt etiam qui dicant hæresim dici à verbo, erro, quia hæreticus errat, idest, deuiat & defecit à rectitudine fidei catholicę.*

Ceterum huiusmodi etymologię, & si quæ sunt alię his prorsus similes, tametsi hæresis & hominis hæretici naturam explicent, verę tamen non sunt, vt ex supradictis constat, At ignoscendum est his viris grauibus quidẽ & singularis eruditionis, quia certiora iniuria eorum temporum docere non valuerunt, docturi proculdubio si nouissent: ea vero tunc

D *verissima esse putabant.*

Nomen hæresis quando cœperit esse infame.

Nomen vero hæresis (vt obiter id dicam) ante constituta Christianæ religionis fundamenta infame non erat, imo in bonam partem accipiebatur, significabatque illam disciplinam: quam quisque profitendam & sequendam eligebat: hinc Variæ sectę Philosophorum, hæreses dicebantur, vnde Stoici, Peripatetici, Academici, Epicurei illius vel illius hæresis appellabantur, vt præcitato loco in Epistola ad Titum scripsit sanctus Hieronymus: At hodie id nomen odiosum est & infame, quo significantur, qui cõtra Christi Domini fidem, aut illius Ecclesiam vel docent, vel credunt.

Christianis cur non liceat sectam eligere.

E *Propterea vero apud nos Christianos hæresis siue electio secta, infamis & execratione digna habetur: quia cum lex nostra data sit ab omnipotenti Deo per Iesum Christum filium eius, non autem ab hominibus electa, proinde quisquis aliam fidem, ac aliam doctrinam eligit, merito hæreticus est, & infamis habetur.*

Nobis vero in his, quę ad fidem spectant, nihil arbitrio nostro eligere licere, sed quę sunt diuinitus tradita sequi oportere, luculenter Tertullianus in libro de præscriptionibus aduersus hæreti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

† inducere, apud Isidorum,

eos, ostendit his verbis: Hæresum opera sunt adulteræ doctrinæ, hæreses dictę Græca voce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vtitur: Ideo Apostolus & sibi damnatum dixit hæreticum, quia & in quo damnatur sibi eligit: nobis vero nihil ex nostro arbitrio indulgere† licet, sed nec eligere qđ aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus auctores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt: Sed acceptā à Christo disciplinā fideliter nationibus assignauerunt. Itaque etiamsi Angelus de cælis aliter Euangelizaret, anathema diceretur à nobis. *hactenus Tertullianus. Idem eisdem verbis scribit Isidorus lib. 8. cap. 3. Etymolog. tacito nomine Tertulliani.*

Religio Christiana nō potest hæresis aut secta vocari.

Atque ex his apertissime consequitur, religionem Christianam, Euangelicamue doctrinam neque hæresim neque sectam appellari posse, tum quia non est commentum aut inuentum nostrum, cum eam habeamus ex diuina reuelatione & traditione: tum quia Christiana religio, catholica, & vniuersalis est, ad omnes æque pertinuit & pertinet, omnesque eam omni tempore tenuerunt ac tenent, qui de Deo, & diuina veritate recte senserunt: hæresis autem & secta priuatam disciplinam significant, & quam quisque sibi eligit opinionem, at que commentum.

His ita constitutis, iam quid sit hæresis breuiter quoque dicendum est, vt quę deinceps tradenda sunt de hoc crimine, eius natura cognita, facilius intelligantur.

† Hæresis varię multorū doctorū diffinitiones.

Ac hæresis quidem multis modis diffinitur à multis, tametsi omnium diffinitiones, licet verbis discrepent, in eandem sententiam concurrere videantur.

Guido Carmelita.

Guido Carmelita in summa de hæresibus tit. 1. de hæresibus in genere, c. 3. ita diffiniebat. Hęresis est falsa opinio & erronea in intellectu, per quam falsę & erronee intellectus opinatur de aliquo contra fidei veritatem: *hęc ille.*

Turrecremata.

Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 2. cap. 1. ita: Hęresis est opinio vel assertio falsa, siue dogma falsum catholicę veritati cōtrarium, in eo qui Christianam fidem professus est. *hactenus Turrecremata: Cuius definitionem per omnia sequitur Arnaldus Albertinus tract. de agnoscen. assertio. quæst. 2. nu. 4.*

Alfonsus Castrus.

Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 1. de iusta hæreticorum punitione ita diffiniebat; Hæresis est enuntiatio siue propositio falsa, fidei catholicæ ita repugnans, vt cum illa simul esse non possit. *hęc Alfonsus.*

Conradus Brunus.

Conradus Brunus lib. 1. de hæret. cap. 1. ita: Hæresis est dogma falsum, contra fidem orthodoxā, ab eo, qui fidem profitetur, pertinaciter vel assertum, vel in dubium reuocatum. *hęc ille. Albertus Pigius Campensis lib. 4. cap. 8. Hierarchiæ ecclesiasticæ latius diffinit: seu verius describit hęresim in hæc verba:* Hęresis est non morum, non confessionis, sed fidei vitium, quo quis singulare aliquid à communi Ecclesię catholicæ fide ac sententia eligit, ac proinde se ipsū ab Ecclesia separat, qua se rectius sentire, credereq; præsumit: & ob id hæresis, hoc est, electio haud insignificāter appella-

Albertus Pighius.

A tur. *hactenus Albertus. Atque ex his vel singulis, vel omnibus simul sumptis, intelligitur quid sit hęresis, cuius diffinitionem tum hic, tum in sequentibus omisit Eymericus. harum vero diffinitionum explicationem tradunt prędicatis locis Guido, Turrecremata, Albertinus, & alij.*

Hęresum incommoda,

b ¶ Et per consequens ex prædictis omnibus liquet, quòd hæresis nomen importat tria, scilicet electionem, adhęsionem, & diuisionem. *Ex his quę dixit Eymericus, satis constat ab hæresibus hæc incōmoda pdire, videlicet electionē prauæ doctrinę, omissa vera & catholica: adhæsionem seu pertinacē applicationem ad falsum, seu falsa dogmata, relictis orthodoxis: item diuisionem à catholicorum fide, sicut dictum est.*

B

Iam hinc quasi ex vberrimo omnium malorum seminario consequuntur in republica multa alia mala & incommoda, quæ facile ostēdunt, quam ingens malum sit hęresis. Sanctus Basilius Magnus epistola 69. cuius initium est, Fert equidē consolationē. *plurima recenset his verbis:* Dum multi in medio impietatem studiose excoluerunt, nunc pernicios fructus protulerunt. Euersa enim sunt pietatis dogmata, confusę sunt pietatis leges, Ambitiones eorum, qui Dominum non timent, presidentias inuadunt, & in propatulo de cetero impietatis premium proposita est prima sedes. Quare qui grauiores blasphemias protulit, ad populi Episcopum potior habetur. perijt auctoritas sacerdotalis, defecerunt qui pascunt cum scientia ouile Domini. dum hi, qui primos locos ambiunt. œconomias pauperum in proprias voluptates, & munerum distributiones insumunt. annihilata est canonum synceritas, licentia peccandi multa est: nam qui hominum studijs ad principatum accedunt, in hoc ipso studij gratiam rependunt. perijt iudicium iustum. vnusquisque in voluntate cordis sui ambulat, prauitas immensa est. populi admoneri nolunt. prędicandi libertatem non habent: serui enim sunt eorum, qui beneficium contulerunt, hi qui per homines sibi ipsis porentiam compararunt. *hæc ibi Basilius, vbi & alia his similia annectuntur, quæ ob breuitatem omitto.*

C

Felix Papa, eius nominis primus, Epistola. 1. ad paternum Episcopum de hæresis incommodis, ita etiam habet: Hęresis quippe est nimis impia, & Euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quoscunque enim rapit ad se, non solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit: & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores Ecclesiæ, sed etiam

D

Quot mala quasi caret. uatim ex hęresibus oriantur.

E Sacerdotum eius fiunt. *hæc ibi.*

Dicam semel ab hęresibus oriuntur contra Deū blasphemię, sacrilegia, subuersio piarum in Ecclesia fundationum, iudiciorum & sacrarum legum violatio: contra catholicos & fideles iniurię, calumnię, & crudelitates, quas in catholicos exercent hæretici. Vera & catholica fides atq; religio per hæreses enellitur, & extinguitur in animis hominum, corpora, & bona in discrimen inducuntur, omnis generis tumultus, & seditiones commouentur, pax & tranquillitas publica perturbatur: Denique totius illius rei-

reipublicę status & forma, in qua hæreses aut oriri permittuntur, aut ortę fouentur, nec protinus extirpantur, in peius commutatur, & tandem in totum etiam quandoque subuertitur, & aboletur. Hęc omnia ita esse veterum testantur historię, præsentia quoque demonstrant tempora, in quibus videmus florentissima regna & prouincias ob hæreses in maximas calamitates, & miserrima pericula incidisse.

QVAESTIO. II.

De propositione, seu articulo hæretico.

SVMMARIVM.

1 *Ex triplici capite propositio aliqua iudicatur hęretica.*
2 *Vel quia est contra articulos fidei:*
3 *Vel contra determinationem Ecclesiæ:*
4 *Aut contra sacram scripturam.*
5 *Quę manifestę hæretica sint reputanda.*

SECVNDA quęstio est: Hęresis quid est: siue propositio, vel articulus quando hæreticalis dicendus, & habendus est?

1 Ad hanc respondemus secundum mentem sancti Thomæ prima parte, q. 32. art. 4. & 2. 2. q. 11. art. 2. quòd ꝓpositio aliqua, seu articulus hæresis est, & hæreticalis habendus est, ex vna trium causarum & rationum:

2 Vel quia est contra aliquem fidei articulum, vt pote, ꝙ Deus in personis non est trinus: seu quòd Dei filius nō fuit incarnatus, & similia, quæ sunt contra fidei articulos directe: quę sunt prima credibilia, & nostrę fidei catholicę prima principia ac nostrę credentię rudimenta:

3 Vel quia est contra Ecclesię generalis determinationem, vt tamen de fide factam: vtpote quòd Spiritus sanctus procedit à Patre & filio tanquā à duobus principijs: quod est contra determinationem factam vt de fide, extra de sum. trinit. & fide catho. c. vnico, libr. 6. Seu quòd vsura non est peccatum: quod est contra determinationem factam vt de fide, extra de vsur. in clement. Ex gravi. Quæ determinationes Ecclesiæ vt de fide factę sunt credendæ firmiter, ac tenendæ:

4 Vel quia est contra scripturam sacram per Ecclesiam approbatam: hoc est contra Biblia: vtpote, ꝙ Deus cælum & terram non creauit: quod est contra id, quod habetur Gen. 1. Vel ꝙ Christus discipulos ad docendum gentes non misit: quod est cōtra illud quod habetur Marci vltimo. Qui quidem libri sunt ab Ecclesia approbati. & per consequens contenta in eis sunt credenda fore vera.

5 Quæcunque ergo apparēt esse clare, vel contra aliquem fidei articulum in Symbolo fidei contētum: vel contra Ecclesię determinationem vt de fide factam: vel contra sacram scripturam (hoc est Biblię textum) per Ecclesiam approbatā; illa

A sunt hæreticalia manifestę. Nam prædicta tria, scilicet, fidei articuli; determinationes generales per Ecclesiam factę vt de fide, & sacra scriptura, hoc est in Biblia contenta, sunt fide inconcussa tenenda: & consequenter eorum opposita sunt de se hæreticalia.

COMMENT. XXVII.

a HAeresis quid est; siue propositio vel articulus quando hęreticalis dicendus & habendus est. *Hęc disputatio valde vtilis est, & necessaria non modo iudicibus, & ceteris officij sanctæ Inquisitionis ministris, verum etiam cuilibet catholico, vt retineat vera & certa catholicæ religionis fundamenta & dogmata absque vlla erroris commixtione. Prudentissime autem Eymericus per regulas generales inuestigat, quot modis aliqua propositio hęretica dici possit, ne sit opus singula hęretica dogmata commemorare, quę pertinaciter asserta hęreticum constituant: quod fecerunt nonnulli doctores, vt alibi diximus. id enim præterquam quòd valde laboriosum est, at vix etiam possunt singula indiuidua comprehendi: tradenda ergo methodus fuit, per quam omnis hęretica propositio ad certa quædam capita reducatur.*

B

C b ¶ Quòd propositio aliqua, seu articulus hæresis est, & hęreticalis habendus est, ex vna trium causarum & rationum.] *Idem repetit Eymericus eadem p. 2. q. 35. non tamen præter rationem, & causam. Est autem auctoris institutum hoc loco docere, quot modis contingat, siue ex quibus capitibus cognoscatur, aliquam propositionem esse hæreticā: nulla vero est disputatio magis difficilis in causis fidei pertractandis, nulla magis fidei iudicibus vtilis & necessaria, cum sanctæ Inquisitionis negotium magna ex parte in cognoscendis hereticis propositionibus, diuidendisque, seu separandis à catholicis consistat: & quamuis breuitati studeam, ne muneri meo*

D *& publicæ vtilitati defecisse videar, rem hanc, quanta fieri poterit tum breuitate tum perspicuitate disputabo. Eymericus hoc sentit: Propositio hęretica est, quando repugnat articulis fidei: aut Ecclesiæ diffinitionibus, aut litteris sacris: non tamen negat, quin & alijs quibusdam modis propositiones hęreticę esse possint, qui nominatim à nobis sunt hic adiungendi, ne quid imperfectum in opere tam illustri relictum esse videatur.*

Quot modis propositio dicatur hæreticā, vtilis disputatio.

Ioannes Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. p. 2. c. 10. septem in primis modos numerat, quibus propositio dicatur, aut fiat hæretica, quos colligit ex septem modis catholicarum veritatum eodem loco

E *c. 9. à se prius positarum: eosdem retulit, nec verbis quidem mutatis, Vmbertus Locatus in opere iudiciali Iuquisi. verbo, credibilia. nu. 8. & seq. & Arnaldus Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 5. sunt autem sequentes:*

Catholicarū veritatū gradus.

Primus earum, quæ in libris sacris habentur expressæ.

Secundus earum, quæ ex sacris litteris necessaria consequentia deducuntur.

Tertius earū, quę verbotenus Christus Apostolis, et Apostoli Ecclesiæ tradiderunt.

Quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quartus earum, quæ in concilijs vniuersalibus de finitæ sunt.

Quintus earum, quæ à sede Apostolica sunt fidelibus ad credendum propositæ.

Sextus earum, quę de fide & refutatione hæresum sancti Patres vna mente, vnoque consensu docuerunt.

Septimus denique illarum, quę ex tertio, quarto, quinto, & sexto generibus consecutione firma & necessaria deriuantur. Quibus catholicis veritatibus demonstratis, facile est hæreticas propositiones docere; illæ enim hereticę censebuntur, quæ his catholicis dogmatibus repugnant.

Catholicę veritates & hæreses contrariæ octo regulis explicatæ.

Hęc quidem vera sunt, & summo iudicio constituta: ceterum in hac re placuit nobis sententia Melchioris Cani, lib. 12. c. 7. de locis theologicis, qui ordinatius & apertius videtur hęc tradidisse, à quo (breuitati studentes) ea mutuabimur, quæ huic instituto sunt necessaria, octo regulis comprehendentes omne genus catholicarum veritatum, vt inde hæretica dogmata intelligantur.

1. Regula

Sit ergo prima regula: Catholicæ veritates illæ habendæ sunt: quę in scriptura sacra veteris, aut noui testamenti continenter; ipse enim apertus scripturę sensus certum præfert catholicæ veritatis indicium; Deum initio creasse cælum & terram. in hominem inspirasse animam viuentem, Filium Dei incarnatum fuisse, & cetera huiusmodi infinita, catholicæ sunt veritates, & qui sciens hęc in diuinis scripturis contineri (quorum non facile presumitur ignorantia) ea negaret, manifestè deprehenderetur hæreticus. atque hęc quidem apertissima sunt, cum scripturæ locus apertus est & clarus: sed cum sensus est obscurus, res difficilior est. hoc tamen ita est definiendum: cum scripturę sensus obscurus fuerit, tunc Ecclesiæ intelligentia eadem est & germana & vera sacræ scripturæ intelligentia; eaque certum erit catholicæ veritatis indicium: Ecclesia enim iudicium certum habet discernendi verba Dei à verbis hominum docendique germanum sacrę scripturę sensum. Christus enim cum Lucæ c. 24. Apostolis aperuit sensum vt intelligerent scripturas, non id propter illos tantum, sed multo etiam magis propter Ecclesiam suã fecit. Iam Ecclesia firmamentum est veritatis, veritas autem vere & proprie in scripturę intelligentia est: habebit ergo firmam & certam veritatum cognitionem, quę in sacris litteris continentur. Ergo Adã fuisse formatum de limo terræ, & Euam illius vxorẽ de costa Adæ, & Euam à serpente fuisse deceptam, vere et proprie secundum historiam accipienda sũt: quia Ecclesia catholica ita semper intellexit: vnde Origeniani, qui hęc omnia allegoricis & figuratis interpretationibus peruerterunt, merito in sexta synodo, actione vndecima damnati sunt. Huc plurima pertinentia omitto, quę eleganter traduntur à Melchiore Cano lib. 7. de locis theolo. c. 3. conclu. 5. Atque ad hanc primam regulam pertinet, quod Eymericus ait in hac quæst. num. 4. ibi: Vel quia est contra scripturam. & cetera.

2. Regula

Sit secunda regula: Quidquid Doctores & Pastores Ecclesiæ in Concilio legitime congregati fidelem populum docent, quod ad Christi fidẽ attinet, id planè verissimum est, & pro catholica veritate accipiẽdum. Hanc regulam probat latissime Melchior Canus lib. 4. cap. 4. de locis theol. conclu. 4. & lib. 5. c. 5. conclu. 3. Concilium enim generale, ad quod constituunt Doctores & Pastores Ecclesię, auctoritate Romani Pontificis confirmatum, certam fidem facit catholicorum dogmatum. exemplа multa occurrent passim, nos pauca quædam afferemus. Concilium Lateranense, Patrem & Filium in diuinis vere & proprie rem quandam summam, vnam eandemque esse intellexit, ex illo Ioannis cap. 14. Ego & pater unũ sumus. itaq, in hoc Abbas Ioachim damnatus est, qui hunc locum aliter interpretabatur, vt refertur in c. damnamus. de sum. trin. & fide catho. Et concilium Viennense definiũt, de doctrina, Christo iam mortuo fuisse lancea latus eius apertum, & refertur in c. fidei. clem. de sum. trin. & ob id qui contrarium asseruerunt, velut hæretici damnati sunt; vt de quodam Petro Ioanne manifestum est ex Eymerico p. 2. q. 9. num. 2. Hęc ergo & alia huius generis prope infinita, quæ in scripturis obscurius continentur, dum Ecclesia per Doctores suos & Pastores explicat, et auctoritate Papæ munita fidelibus ad credẽdũ proponuntur, firma, certa, & stabilia sunt, & proinde rata esse debent, ac si patenter in scripturis sacris cõtinerentur. Et ad hanc secundam regulam spectat id quod tradit Eymericus in præsenti quæst. nu. 3. ibi: Vel quia est contra Ecclesiæ generalis, &c.

3. Regula Catholica veritas est quã Papa definit vt de fide.

Sit tertia regula: Si fedes Apostolica summusque Romanus Pontifex maturo consilio quippiam definiat tanquam ad fidem spectans, id catholica veritas censendũ est. Romanus enim Pontifex claues habet Petri, et verus eius successor, à quo rauit Christus ne fides deficeret, vt fratres suos, hoc est fideles, quandocunque in fide vacillantes & nutantes confirmaret. Erit ergo eius iudicium certissimum, stabile, & infallibile: quod egregie docent, qui de summi Romani Pontificis auctoritate aduersus nostri temporis hereticorum monstra tractatus scripserunt, et inter alios Ioan. Turrecremata in sum. de Eccles. li. 2. c. 109. & sequenti. Res fiet vno exemplo illustris: Animas iustorum simulatque è corporibus migrauerint, diuinam essentiam clare videre, si nihil tamen habeant quod pœnis purgatorij expiandum sit, diffiniuit Benedictus. xij. in extrauaganti incipien. Benedictus Deus. quam affert Eymericus supra in hac 2. parte. Contrarium igitur asserere impium erit et hæreticum, vt optime docet idem Eymericus in 2. par. q. 8. In ceteris idem est iudicium. Quibus autem rationibus Apostolicę sedis summiue Pontificis firma iudicia internoscantur, quę veluti dogmata fidei habenda sint, copiose docet Melchior Canus lib. 5. de locis theologicis. & dicam aliquid infra super quæst. 17. huius 2. partis, quę nunc non sunt inutiliter forte referenda.

4. Regula Contentiens sanctorũ seu tentia catholicam veritatem facit.

Sit quarta regula: Consentiens eadem Sanctorũ omnium sententia, aut scripturarum interpretatio, siue intelligentia in docendo aliquid ad rectam fidem spectare, pro catholica veritate accipienda observandaque est: & contraria sententia hæretica est putanda. Sane hęc sententia apud catholicos facile poterit persuaderi. apud hæreticos autem, qui nihil recipiũt, quod ipsos uel ex longinquo oppugnet, non ita hoc admittitur: sed parum hoc refert; nam dum hoc non admittunt

admittunt, & hæretici iudicantur, & comburuntur; nec nos cum ipsis modo agimus, sed veras regulas tradimus, quibus fidei iudices hæretica dogmata cognoscant. ergo ad rem aggredientes, etiam vetustissimi Patres scripturarum intelligentias, non ex cuiuslibet sensu, sed ex sanctorum Patrum sententijs accipiendas voluerunt: è multis vnum, aut alterum in testem adducam, nam omnia persequi immensi esset operis. Dionysius lib. 1. c. 1. de cęlesti Hierarchia ita scribit: Ad sanctissimarum scripturarum intelligentias, prout illas à Patribus accepimus, contuẽdas pro viribus pergamus. *& Dionysio antiquior Clemens Papa 1. epistola. 5. ad discipulos, & refertur in cap. relatum. 37. dist. de hac re proculdubio edisserens ait:* Relatum est etiam nobis, quòd quidam in vestris partibus commorantes, aduersantur sanis doctrinis, & prout eis videtur non secundũ traditiones Patrum, sed iuxta sensum suũ docere videntur: Multas enim quidam (vt audiuimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt: Et ideo diligenter obseruandum est, vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. *hactenus Clemens de hac re. His consentit Epiphanius hæresi. 61. Clemens Alexãdrinus lib. 7. Stromat. Ambrosius lib. 3. c. 7 de fide ad Gratianum. & B. Hieronymus in epistola ad Euagarium, idem in Daniele c. 12. & in epistola illa celebri ad Paulinum. & Augustinus in lib. de vtilitate credendi ad Honoratũ, c. 7. & alibi sæpe & copiose Gregorius lib. 28. moralium. cap. 6. exponens de sanctis Doctoribus illud:* Super quo bases illius solidatæ sunt.

Quòd si rationem queras, cur communibus Sanctorum expositionibus & sententiis standum sit, eã pulchre docet Beatus Hieronymus super epistolam ad Galatas, c. 1. dicens; Ecclesiam Dei, quæ à posteris Apostolorum fidem audiuit, non accepisse hominis Euangelium, sed Dei. Doctores enim Ecclesiæ nõ tam ipsi docent, quàm in ipsis Deus, qui ad sanctos loquitur. Verba aũt sancti Hieronymi super illis verbis: Notum enim vobis facio Euangelium, *&c. ita habent:* Quæritur vtrum totius orbis Ecclesiæ Dei acceperint Euangelium, an hominis? Quotus enim quisque nostrum per reuelationem Christi didicit: & non homine prædicante cognouit? Ad quod respondebimus: Eos qui possint dicere: An experimentum eius quæritis, qui in me loquitur Christus? &: Viuo autẽ iam non ego viuit autem in me Christus, non tam ipsos docere, quàm in ipsis Deum, qui ad Sanctos loquatur &c. *hęc Hieronymus.*

Ergo vt iam tandem concludamus, Origeniani ob id sunt in sexta generali synodo damnati, quòd nouas scripturarum expositiones contra maiorum traditiones inuexerint. Ait enim Sophronius de Origenianis loquens: Multa alia extra Apostolicam atq; paternam traditionem asseruerunt, paradisi plantationem proiicientes, in carne Adam formatum fuisse nolentes, ex eo Euam formatam fuisse vituperantes, serpentis sonitum refutantes. *hæc ille. Fuit autem hæc Sophronij epistola confirmata actione 13. eiusdem sextæ generalis synodi.*

Iam sexta synodus Cõstantinopolitana in Trullo habita, cano. 19. ita habet: Quòd oportet eos, qui presunt Ecclesiis, in omnibus quidem diebus, sed precipue Dominicis, omnem clerum & populũ docere pietatis & rectę religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias, & iudicia veritatis, & non trãsgredientes iam positos terminos, vel diuinorum Patrum traditionem: Sed etsi ad scripturam pertinens controuersia aliqua excitata fuerit, ne eam aliter interpretentur, quàm quomodo Ecclesię luminaria, & doctores suis scriptis exposuerunt: & maiorem ex his laudem assequantur, quàm si quæ à se dicuntur, componant: nedum quandoq; ad id hæsitant, ab eo quod conuenit, excidant. Per prędictorum enim Patrũ doctrinam, populi ad eorum, quę sunt bona & expetenda, & inutilia ac reiicienda, cognitionem venientes, vitam in melius componunt, nec ignorantię vitio conuincuntur, sed doctrinę mentẽ adhibentes, se ipsos, ad id ne mali quid eis accidat, excitant, & imminentium suppliciorum metu sibi salutem procurant. *hactenus ibi.*

Eadem hæc synodus actione 17. secundum sanctorum Patrum doctrinam, duas naturales operationes in Christo, & duas naturales voluntates non cõtrarias, declarauit, definiuit, & prædicauit.

Ad hæc Clemens v. in concilio Viennensi, & habetur in clem. 1. de sum. trin. & fide catho. definiturus illa verba Ioan. 19. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, *vere de Christo mortuo esse accipienda ait:* Nos ad sanctorum Patrum & Doctorum communem sententiam Apostolicæ considerationis aciem conuertẽtes, sacro approbante concilio, declaramus, &c. *Huc spectat quę sanciuit Leo decimus in cõcilio Lateranensi, sessio. 11. in decreto incipiente.* Supernæ maiestatis. *& concilium Tridentinum, sessio. 4. dũ iubet in hęc verba:* Decernit, vt nemo sue prudentię innixus in rebus fidei & morum, ad ędificationem doctrinę Christianæ pertinentium, sacram scripturam ad suos sensus contorquens, contra eũ sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu scripturarum sanctarum, aut etiam contra vnanimem consensum Patrum, ipsam scripturam sacram interpretari audeat. *hęc ibi.*

Ex his ergo consequitur communem Patrum sententiam velut catholicã veritatem esse amplectendam; contrariam vero velut hæreticam, damnandã. exempla manifesta sunt ex his, quę diximus ex Sophronio contra Origenianos, item ex concilio Viennensi.

Qui sint Doctores Ecclesiæ.

Qui sint autem hi doctores, quorum doctrinam vocamus approbatam, docuit Gelasius Papa, & habetur in c. sancta Romana. 15. dist. alij præterea numerantur in c. gloriosus. de reliq. & venerat. sanct. lib. 6. vbi referuntur Gregorius, Augustinus, Ambrosius, & Hieronymus. alios habes apud beatum Thomam lib. 4. contra gentiles, c. 24. de quorũ etiã Doctorum auctoritate videto Innocentium in c. ne innitaris. de constitutio.

5. Regula. Traditio Apostolica, catholicam veritatẽ facit.

Sit quinta regula: Si ex Apostolorum traditione communis Ecclesię vsus aliquam scripturæ interpretationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationem acceperit, aut aliud quid circa sacramento rum ritus, aut res alias ecclesiasticas ad cultum diuinum spectantes desumpserit: id pro catholica veritate sumendum est, atque ita custodiendum ac si in ipsis sacris litteris esset expressum: quoniam Apostolicę traditiones inconcussam inuiolabilemque habent auctoritatem, vt dixi supra par. 1. super cap. cum Marthę.

De antiquitate & origine traditionum Apostolicarum grauiter disserit more suo Melchior Canus lib. 3. cap. 3. de locis theologicis. ea nos qui catholicis scribimus, libenter omittimus, summatim tradẽtes quę ad presens institutum attinent. Sciendum ergo est, non omnia, quę ad doctrinam Christianam pertinent, neque ab initio nascentis Ecclesię, neque nunc esse litterarum sacrarum mandata monumentis; nam perpetuam Beatę Marię virginitatem, & paruulorum baptismum & sexcenta alia huiusmodi, quæ longum esset commemorare, non habemus expressa in sacris litteris: ceterum ita certa fide recipiuntur à catholicis, vt contrariorum dogmatũ auctores catholica Ecclesia hæretitos iudicaucrit.

6. Regula. Sit sexta regula: Quodcunque fidei dogma, quod vel Ecclesia habuerit, vel concilium auctoritate Papæ roboratum ediderit, vel etiam summus Pontifex Romanus fidelibus præscripserit, perinde nobis id pro catholica veritate habendum est, vt cõtraria sententia hæretica censeatur hęc regula apertissima est ex superioribus: cum enim Ecclesia in his errare nõ possit, nec concilium auctoritate Papæ confirmatũ, nec summus Romanus Põtifex iudicialiter definiẽs, plane consequitur id esse hæreticum, quod hisce repugnare rietur contrarium: exempla ad illustrandam hanc regulam satis abunde sunt in superioribus tradita.

7. Regula. Sit septima regula: Si Ecclesia, Concilium, aut sedes Apostolica vel etiã sancti Patres vna voce & consensu aliquam theologiæ conclusionem confecerint, & fidelibus prescripserint; hæc veritas catholica putanda est, & qui ei aduersabitur, hæreticus cẽsendus est. Voco autem theologię cõclusionem eam, quæ ex principijs huius facultatis theologicæ certa et firma cõsecutione deducitur. sit exemplum: sexta generalis synodus actione 4. & actio. 17. duas in Christo voluntates statuit: item operationes duas, diuinam vnam, humanam alteram tum ex illo Matth. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. tum ex eo quòd Christus Deus est, & homo perfectus. Eodem quoque modo concilium Lugdunense sub Gregorio decimo, & refertur in cap. fideli. de sum. trinit. & fide catho. lib. 6. theologica ratione demonstrauit, Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, non tanquam ex duobus principijs. sed tanquam ex vno, nec duabus spirationibus, sed vna tantum. Pari ratione Innocentius tertius in concilio Lateranensi cap. 1. & refertur in cap. firmiter. extra de sum. trinit. & fide catho. syllogismo theologico concluſit aduersum Abbatem Ioachim, essentiam diuinam nec genitam esse, nec generare. Ergo quidquid ratione theologica ex principijs theologię bona consecutione collectum fuerit, eo modo quo dictum est, id pro catholica veritate habendum est, & contrarium hæreticum putandum est.

8. Regula. Sit iam tandem octaua & vltima regula: quam

A Melchior Canus præcitato lib. 12. c. 7. nimis forte sæuam posuit, dicens: Si scholastici theologi aliquã itidem conclusionem firmam, & stabilem uno ore omnes statuerint, atque ut certum theologię decretum fidelibus amplectendum constanter & perpetuo docuerint, illam vt catholicam veritatẽ fideles sane amplectantur. hactenus ille. exemplo est: Christi animam quamprimum fuit creata & corpori infusa, Deum aperte vidisse docent scholastici Doctores vno assensu; vnde autem hoc sibi persuaserint, non est facile docere: contrarium ergo asserere hæreticum putandum est. Hæc est docti viri sententia, quam penitus approbare non audeo: neque enim satis aperte video vnde theologi scholastici tantã habeant auctoritatem, vt communis eorum sententia ita statuat catholicas veritates, vt cõtrariæ assertiones hereses sint censendę: nisi dicamus hanc cõcordẽ eorum & penitus consentientem sententiam in Spiritum sanctum esse referendam, qui corda eorum interius ad ita vnanimiter sentiendum mouerat. quod forte nemini catholico videbitur absurdum.

B Dicet hic forte quispiam, cur cum Eymerico non adduxerim aliam regulam, qua videlicet catholicę veritates dicuntur illę, quæ in articulis fidei continẽtur, quibus cõtrarię assertiones sunt hereses manifestę, cum auctor in hac quęstione id recenseat in primo loco quasi præcipuum, ibi. Vel quia est contra aliquem fidei articulum? Sed is intelligat, nos regulas in his prescripsisse, quę magis difficilia sunt: nam in claris & apertis nullum nostrum præceptum est. Quis enim catholicus non videt apertissime, ipsos fidei articulos, qui sunt prima principia, & Christianæ religionis fundamenta, manifestissime prese ferre catholicæ veritatis indicia, & contrarias falsitates apertissimas hereses esse.

C

QVAESTIO III.

Error & hæresis sint ne idem in iure.

D

SVMMARIVM.

1 *Error latius patet, quàm hæresis.*
2 *Error in fide & hæresis pro eodem in iure sumuntur.*

E

TERTIA quęstio est: Heresis & error in iure si idem sunt.

1 Ad hanc [a] respondemus, quòd licet error sit in plus, quàm hęresis, & hęresis in minus: quia omnis hęresis est error, & non omnis error est hæresis: sicut omnis hereticus est errans, & non omnis errans est hęreticus.

2 Tamen [b] error ad ea quę sunt fidei cõtractus, & determinatus: vtpote error in fide, & hęresis sumuntur pro eodem in iure, vt patet de sum. tri. & fide catho. in 6. c. Fideli. & eod. tit. in clement. c. Fidei. vbi errores sumuntur pro hęresibus. Et etiã tit. de hære. in clemẽ. c. Ad nostrum. vbi improbat nouem errores, qui hereses clare sunt. Et in extrauag. domini Ioan. xxii. quę incipit, Vas electionis. ubi reprobat tres errores, qui sunt graues hereses, & manifestę. Et presertim hoc patet eod. tit.

tit. de hęre. cap. Ad abolendã. §. presenti. vbi dicitur sic:

A Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicunq; manifeste fuerint in hęresim deprehensi: si clericus est, vel cuiusli bet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nudetur: & sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico, sæcularis relinquatur arbitrio Potestatis, animaduersione debita puniendus: nisi continuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicę vnitatẽ

B sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice cõsenserit abiurare, & satisfactionem congruã exhibere. Laicus autem nisi (prout dictum est) abiurata hęresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, sæcularis iudicis arbitrio reliquatur; debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem: & infra. Illos quoque qui post abiurationem erroris, vel postquam se, vt diximus, proprij antistitis exa

C minatione purgauerint, deprehẽsi fuerint in abiuratam hæresim recidisse; sęculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos.

Ex his verbis patet, quòd idem prius vocatur hæresis, post error, & econuerso.

COMMENT. XXVIII.

Error & hæresis nõ semper sunt idẽ.

D*Vę sunt assertiones. Prima est: Error latius patet q̃ hęresis. Secunda: Error contractus ad materiam fidei, idem est cum hæresi.*

a ¶ Ad hanc respondemus, quòd licet error sit in plusquàm hæresis, &c.] *Et ratio est, quoniam error est genus, sub quo omnes falsorum dogmatum species continentur, quibus cum desunt illę conditiones, quę ad hęresim constituendam exiguntur, errores sunt; at hæreses non sunt. multę enim sunt falsæ propositiones; quæ hęresis dici non debent, cum nullo modo fidem oppugnent: nam sicut non omnis veritas ad fidem pertinet, ita non omnis falsitas, aut error fidem oppugnat, ita vt hæresis sit: multis namq; falsis assertionibus assentire possumus cum errore. sine peccato tamen; at hęresi sine grauissimo crimine nullus vnquam sciens assentire potest. ad quod extat insignis diui Augustini locus in Enchyridio ad Laurentium, c. 21. in hęc verba:* In quibusdam autem rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum, vtrum credantur, an non: vel vtrum vera siue sint, siue putentur, an falsa: in his errare, id est, aliud ꝓ alio putare, non arbitrandum est esse peccatum: aut si est, minimum esse atque leuissimum. Postremo qualecunque illud, & quantumcũque sit, ad illam viam non pertinet, qua imus ad Deum; quæ via fides est Christi: quę per dilectionem operatur. neque enim ab hac via deuiabat in gemi

Gen. 37. nis filiis gratus ille parentibus error: aut ab hac

A via deuiabat Apostol⁹ Petrus quãdo se existimãs visum uidere, aliud pro alio sic putabat, vt à corporum imaginibus, in quibus se esse arbitrabatur, vera in quibus erat corpora non dignosceret: nisi cum ab illo angelus, per quem fuerat libetatus, ab sceſsit. Aut ab hac via deuiabat Iacob Patriarcha quando viuentem filium à bestia credebat occi- Gen. 37.
sum. In his, atque huiusmodi falsitatibus, salua fide, quæ in Deo nobis est, fallimur: & uia non relicta, quę ad illum nos ducit, erramus. Qui errores etiamsi peccata non sunt, tamen in malis huius vitę deputandi sunt, quæ ita subiecta est vanitati, vt approbentur hic falsa pro veris, respuantur vera pro falsis, teneantur incerta pro certis. Quamuis enim hæc ab ea fide absint, per quam ad veram, certamque atque æternam beatitudinem tendimus; ab ea tamen miseria non absunt, in qua adhuc sumus: nullo modo quippe falleremur in aliquo, vel animi vel corporis sensu, si iam vera illa atque perfecta felicitate frueremur. *hactenus Augustinus. Qui plane insignis locus lucem affert huic quæstioni, quo apertissime docemur, non omnem falsam assertionem, aut errorem hęresim esse dicẽdum. Idem traduut Repertorium Inquisitorum verbo, error. Alfonsus Castrus lib. 1. c. 1. de iusta hæret. punitio. Ioannes Rojas tracta. de hæret. par. 1. nu. 466. et seq. Est autem errare aliud pro alio credere, vt constat ex precitata sancti Augustini auctoritate, & refertur in c. in quibus. 22. q. 2.*

B ¶ Tamen error ad ea quæ sunt fidei contractus, &c.] *quia tunc desinit esse genus & sumit naturam unius particularis speciei, & hoc casu error & hęresis sunt nomina penitus synonyma. & loca citata ab Eymerico probant eleganter hanc sententiam. eum sequitur penitus Ioan. Rojas tract. de hæret. par. 1. nu. 478. nec d. sentit Cardinalis Turrecremata in sum. de Eccles. lib. 4. par. 2. cap. 1. & 11. & Albertinus tract. de agnos. assertio. quæst. 1. num. 1. & sequen.*

D *Iam error quando omnino accipiatur pro hęresi, antecedentia & consequentia facile commostrabunt, vt in his locis ab auctore citatis: nam aliàs error siue propositio erronea, & hęresis inter se plurimum differunt: propositionum enim in fide peccantium uarij sunt gradus, hęretica de qua dictum est presertim* Gradus varij propositionũ in fide peccãtium.
commentario superiori, erronea, sapiens hæresim, piarum aurium offensiua, temeraria, scandalosa, bonis moribus contraria, blasphema, schismatica, seditiosa, iniuriosa, hęreticis fauens, & si quæ sunt similes, quarum cognitio valde est Inquisitori necessaria, & à Theologis magna ex parte petẽda, quorum est propositionum qualitates & gradus dijudicare & expendere, de quibus singillatim hic mihi erat agendũ: quia nusquam fortassis est in hoc libro locus commodior. ceterum breuitas me hęc omittere compellit: interim fontes vnde hæc cognitio petatur, indicabo. videto ergo Turrecrematam in sum. de Ecclesia, lib. 4. par. 2. cap. 11. Albertinum tract. de agnos. assertio. q. 6. Melchiorem Canum lib. 12. cap. 11. de logis Theologicis. Alfonsum Castrum lib. 1. cap. 3. de iusta hęret. punitio. Simancam de catho. instit. tit. 54. eundem in enchyridio uiolatę religionis, tit. 24. & alios.

E

Earum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Earum fit mentio in concilio Constantiensi, sess. 15. tit. de sententia contra Ioannem Husz, & in Bulla Martini quinti approbatoria condemnationis Ioannis Vvicleff, & Ioannis Husz, quę habetur in vltima sessione eius cõcilij, et in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissimæ Inquisitionis, quę in fine huius voluminis referuntur.

An autem error & hęresis pro eodem penitus sumantur in formula abiurationis, qua vtitur sacrum tribunal sanctę Romanæ & generalis Inquisitionis, declarari hoc loco poterat, nisi animaduertissem commodiorem occasionẽ offerri infra parte 3. super quarto vel quinto modo processum fidei terminandi, vbi de ea dubitatione tractabitur.

QVAESTIO IIII.

De erroribus Philosophorum priscorum.

SVMMARIVM.

1 *Errores plurium Philosophorum in genere.*
2 *Aristotelis errores in specie.*
3 *Errores Auerrois.*
4 *Errores Auicennę.*
5 *Errores Algazelis.*
6 *Errores Rabbi Moysis.*

QVARTA quæstio est: Hæreses[a], & errores antiquorum Philosophorum qui sunt? Ad hanc respondemus, quòd antiqui Philosophi, vt Platonici, Stoici, Pythagorici, Epicurei in generali, & Aristoteles, & Peripatetici, Auerroes, Auicẽna, Algazel, Alchindus[b], & Rabbi Moyses in speciali multos errores[c], & hęreses contra fidem sanctam nostram posuerunt: quod patet, prosequendo vt sequitur.

1. Isti posuerunt, quòd Deus est creator animarum, sed Angeli sunt creatores corporum.
2. Item, quòd animæ defunctorum post multorum annorum curricula circulariter in diuersa corpora reuertuntur.
3. Item, quòd anima cuiuslibet hominis tãdiu est in corpore, quamdiu mansura est in corpore ex decreto naturæ.
4. Item posuerunt, quòd omne peccatum est vniforme, & æquale: vnde sic nocens est ille, qui paleas furatus fuerit, sicut qui aurum, vel argentum, & non plus neque minus: quia non res, sed animus crimen facit.

†Vide Federicum de Senis cõsi. siue quęst. 152.

5. Item, quòd anima † simul cum corpore moritur, atque perit.
6. Item, continentiam negant esse virtutem, asserentes, quòd castitas non est virtus.
7. Item, quòd homines non sunt æterni etiam quo ad animam: asserunt tamen quòd gloria eterna est ab hominibus affectanda.
8. Item posuerunt, eorum aliqui, vt Melissus, Cicero, atque Varro mentem esse Deum lucidum.
9. Item posuerunt, animum esse † Deum commorantem in omnibus.

† al. ita: esse Deũ in omnibus.

10. Item posuerunt, non totã animam esse ęternam, sed vnam particulam esse ęternam & maiorem, aliam vero temporalem.
11. Item posuerunt, quòd mundus non regitur vlla diuina prouidentia.
12. Item, quòd res quælibet ex atomis, corporibus minutissimis constituitur: & quando atomi diuidũtur, res corrumpitur: & quando vniuntur, generatur.
13. Item, voluptatem corporum asserunt summum bonum.
14. Item, Deum nihil agere asserunt.
15. Item, quòd anima nihil aliud est, quàm corpus; & mortuo corpore, & anima moritur consequenter.

Istæ sunt hæreses, & errores † Aristotelis.

†Nonnullos errores Aristotelis refert Melchior Canus lib. 10. cap. 5. de locis theologicis.

ISte ponit motum non incœpisse, neque tempus, sed quòd fuerunt omnia ab ęterno.
2. Item, quòd quoddam mobile fuit ab ęterno: cum motus & tempus fuerint ab ęterno, & non possint esse sine mobili: hęc patent ex viij. Physicorum.
3. Item, quòd mundus non incœpit, sed quòd fuit ab æterno, & erit in ęternum.
4. Item quòd cęlum non fuit genitum neque factum, sed ingenitum & ęternum: hoc patet 1. cęli & mundi.
5. Item quòd generatio & corruptio non incœperunt esse, neque definent esse. hoc patet ex 1. de Generatione.
6. Item, quòd sol ab æterno plantas & animalia generauit, & in æternum etiam generabit.
7. Item. quòd Deus non posset alium mundum facere; quia quicquid fit ex præiacente materia fit: iste autem mundus constat ex tota sua materia.
8. Item, quòd nihil noui potest à Deo immediate procedere, quia nihil potest fieri sine dispositione pręuia, & motu pręcedente: Deus autem immobilis perseuerat.
9. Item, quòd resurrectio mortuorum est impossibilis: quia mortuum non potest redire viuũ, nec etiam per multa media: & si redit, non redit idem numero. hoc patet ex 1. de Anima, & viij. Metaphy.
10. Item, quòd vbi modo est mare, aliquando fuit siccum; & econuerso, propter motus temporis ęternitatem. hoc patet ex 1. Meteororum.
11. Item, quòd non fuit dare primum hominem neque primam pluuiam, & sic de aliis: vbi prius.
12. Item, quòd tot sunt Angeli, & non plures, quot sunt orbes, quos dicit esse quinquaginta, vel quadraginta. Et tamen de Angelis dixit Daniel, quòd Millia millium ministrabant ei. *Daniel. 7.*
13. Item, quòd cęlum est animatum anima intellectiua.

Erro-

Errores Auerrois.

† In bononien. ita: Iste Auerroes fuit diligens cõmentator Aristotelis, & secutus est eum, & cum maiori, &c.

IStæ sunt hæreses & errores Auerrois commẽtatoris Aristotelis.
1. Hic secutus † est errores Aristotelis, & cum maiori pertinacia errores eius defensauit: sed præter errores Aristotelis, negauit creationem rerũ, id est, quòd ex nihilo aliquid fiat: & vituperat legem Christianorum, & sectam Sarracenorum in hoc, quòd ponunt rerum creationem. & hoc patet ex xj. & xij. Metaph.
2. Item, vituperat nos christianos, asserens nos esse garrulatores, & sine ratione nos mouentes: hęc patent circa principium tertij Physicorum.
3. Itẽ negat, aliquid posse habere esse post omnino non esse, & vituperat christianos hoc credentes. hoc patet viij. Metaphy.
4. Item dicit, quòd potentia in productione alicuius rei non potest esse solum in agente.
5. Item ponit, quòd à nullo agente possunt progredi contraria diuersa. hoc patet xij. Metaphysicæ.
6. Item ponit & asserit, quòd Deo non est cura de indiuiduis, nec habet prouidentiam hic inferius existentium: quia, vt dicit, hoc non est conueniens diuinæ bonitati. hæc patent xij. Metaphysicę.
7. Item negat in diuinis personarum trinitatem: quia imaginatur, quòd si Deus esse trinus & vnus, esset quoddam compositum, & vnum vnitate congregationis. hęc patent xij. Metaphysicæ.
8. Item negauit, quòd omnia, quę hic aguntur in diuinam prouidentiam reducantur. hęc patent ex xij. Metaphysicę.
9. Item posuit, vnum intellectum numero in omnibus hominibus. hoc patet ex 3. de Anima. Ex hoc enim inferri posset, ꝙ anima Iudæ damnata, sit anima Petri saluata: quòd est hereticum.
10. Item asserit, quòd ex anima intellectiua & corpore nõ constituitur tertium, nisi sicut ex motore cęli & cælo, quod mouetur.

Errores Auicennæ.

1 HIc negauit motum & tempus incœpisse, sequens Aristotelem. hæc patent ex xj. Metaphysicæ.
2. Item ponit, quòd in omni factione noua prę supponitur materia, negando creationem, vt Aristoteles.
3. Item asserit, quòd à Deo inuariabili nullum variabile immediate potest progredi: immo appellat omnes hæreticos dicentes Deum præcedere creaturam prioritate durationis; quia sic asserentes, (vt dicit,) negant de Deo libertatem arbitrij: Quia si creaturam non produxit, tandiu, quãdiu ipse fuit, non habebat plenam libertatem suę actionis: quia expectabat tempora, & horas, vt ageret.
4. Item ponit, quòd cęlum est quoddam animal obediens Deo: & quòd motus cęli, quem ponit æternum, ab eius anima causatur.
5. Item dicit, non solum producta à primo ente processisse ab ęterno, sed voluit etiam quòd à primo non processit immediate nisi vnum numero, vt intelligentia prima; vt patet ix. Metaphy.
6. Item asserit, animas cęlestes produci ab intelligentiis, siue ab Angelis, & vnam intelligentiã produci ab alia.
7. Item asserit, corpora cælestia esse producta ab animabus corporum cęlestium, sic quod ponit, quòd intelligentię sunt creatores corporum cælestium, & superiorem intelligentiam fore dicunt creatorem inferioris.
8. Item ponit, animas nostras, esse productas ab vltima intelligentia, à qua etiam secundum eũ dependet gubernatio animarum nostrarum, & nostra beatitudo. hęc omnia patent ix. Metaphysicæ.
9. Item ponit, quòd ex anima cæli & cælo fiat vnum, sicut ex anima & corpore nostro.
10. Item ponit, omnes formas esse à datore formarum, scilicet ab intelligentia infima. hoc patet ix. Metaphysicæ.
11. Item asserit, quòd anima per imaginationem operatur in corpore alieno, sicut in proprio: ex quo ponit fascinationem esse veram. hæc patent suo vj. de naturalibus.
12. Item asserit, quòd in intelligentiis nihil mali potuerit esse; quod est contra illud Iob, ꝙ Deus in Angelis reperit prauitatem. *Iob. 4.*
13. Item ponit, quòd sanctitas, bonitas, & aliæ Dei perfectiones non dicunt in Deo aliquid positiue, sed tantum per remotionem: quod est contra fidem: quæ habet, ꝙ tales perfectiones verius & perfectius sunt in Deo, quàm in creaturis.
14. Item, quòd Deus non cognoscit singularia in propria forma. hoc patet ex viij. Metaphys. suę.
15. Item ponit tot esse intelligentias seu Angelos quot orbes: & in hoc concordat cum Aristotele. Iste error apparet ex ix. suæ Metaphysicę.
16. Item, quòd prophetia est naturalis, quia ab vltima intelligentia (vt dicit) deriuatur in animabus hominum prophetia.
17. Item ponit, quòd orationes, eleemosynæ, litaniæ, & similia, comprehenduntur sub ordine naturæ: quod est falsum: quia cum ordinent nos ad beatitudinem supernaturalem, reducuntur, & sunt in ordine gratiæ supernaturalis.

Istæ sunt hæreses, & errores Algazelis Philosophi.

†Ex Ægidio Romano videtur hic locus ita legendus: quod à primo Angelo processit secũdus Angelus, & à primo Angelo primum cælum & à secundo Angelo secundum cęlum, & sic deinceps.

1 HIc posuit motum, & tempus, & mundũ ab ęterno, & nunquam incœpisse.
2. Item, quòd corpora cęlestia habẽt animam, & quòd non habuerunt principium sui esse, sed fuerunt ab æterno.
3. Item, quòd à primo principio non potest progredi immediate multitudo, sed tantum progreditur unum ab eo immediate, scilicet prima intelligentia, seu primus Angelus.
4. Item †, quòd à primo Angelo processit secũdus Angelus, & à primo cælo secundum cælum: & sic deinceps donec peruenitur ad vltimũ Angelum, & vltimum cælum.

5. Item

5. Item, quòd tantum sunt decem intelligentię siue Angeli.
6. Item, quòd vltima intelligentia, siue Angelus præest omnibus inferioribus rebus.
7. Item, quòd Deus nihil agit nisi dispositione præuia materię, nec agere potest, negans totaliter creationem.
8. Item, quòd Deus non permittit mala fieri, vt eliciat bona: sed quòd mala in mundo proueniunt ex necessitate materię †.
9. Itẽ, quòd Deus ignorat particularia in propria forma, sed scit ea, quasi vniuersaliter.
10. Item, quòd anima hominis procedit à donatore † formarum, sicut & alię formę: qui dator est vltima intelligentia, siue Angelus.
11. Item, quòd tota nostra perfectio & sciẽtia prouenit ab vltima intelligentia prædicta, siue decima.
12. Item dicit, quòd beatitudo nostra consistit in cognitione prædictę vltimæ intelligentiæ: quã cognitionem asserit esse naturalem, & haberi naturaliter.
13. Item, quòd d pœna animæ nostrę separatę est separatio à prima intelligentia.
14. Item, quòd anima separata non patitur pœnam sensus: sed damni: quę est separatio ab vltima intelligentia.
15. Item, quòd anima coniuncta corpori non dolet, nec sentit dolorem, nisi quia separatur ab vltima intelligentia propter occupationem, quã gerit circa corpus.
16. Item, quòd prophetia in nobis est cognitio futurorum, quæ naturaliter inest nobis.
17. Item, quòd anima nostra per imaginationẽ potest operari in corpore alieno.
18. Item, quòd impressio animæ transit in corpus aliud, ita quòd potest ipsum destruere & interficere per excitationem † suam, atque fascinationem.

† al. naturę

† Extimationem

Errores Alchindi.

1. ISte ponit, ex conditione cęlestium corporum futura pendere in tantum vt dicat, ꝙ si quis totam conditionem cælestis harmonię haberet, plenę cognosceret tã præterita, quàm futura.
2. Item, quòd omnia eueniunt de necessitate, asserens homines ignorantes, qui sperant, desiderant, & timent futura.
3. Item asserit, quòd preces † fusæ Deo sunt ad consequendum bonum, & fugiendum malum: & hoc naturaliter, non quòd propter tales preces Deus bona nobis tribuat; sed ab ipsis verbis, & ab ipso desiderio dum precamur Deum, deriuantur quidam radij, qui naturaliter in nobis efficiunt quod optamus. Et ista potuit esse opinio Auicennę, qui orationes & litanias posuit sub ordine naturę.
4. Item, quòd motus voluntatis † subsunt corporibus cælestibus.
5. Item, ꝙ attributa diuina Deo cõpetunt abusiue; asserens incontinenter dici Deum creatorẽ primum principium, dominum dominorum: sic ꝙ perfectiones in diuinis nihil dicunt positiue, sed tantum per remotionem.
6. Item, ꝙ characteres habent actionem naturalem circa ea, ad quę ordinantur.
7. Item ponit, ꝙ sacrificia oblata Deo, seu spiritibus nihil prosunt, vt per ea aliquid consequamur: sed naturaliter habent effectum, propter quem fiunt.
8. Item negat, ꝙ Deus per preces & sacrificia placetur.
9. Item ponit, ꝙ corpora cæstia, & dispositiones eorum, in quibus incipimus aliquid operari, dirigunt operationes nostras à principio vsq; ad finem per tantum, & per totum: ita ꝙ ista constellatio solum, in qua & sub qua opus incipitur, quãtumcunque opus sit voluntarium, dominatur à principio vsque ad finem.
10. Item asserit, aliqua sacrificia naturaliter talẽ habere potestatem, ꝙ si secundum illa aliquod opus incipiatur, tale sacrificium dominatur dicto operi à principio vsque ad finem.
11. Item ponit, ꝙ coniurationes & obsecrationes naturaliter possunt dominari in affectibus nostris: ita ꝙ si, secundum eum, aliquod opus etiam voluntarium inchoetur, dirigetur istud opus per prædictos characteres à principio vsque ad finẽ.

Hæreses & errores Rabbi Moysis.

ISte, quamuis posuerit mundum incœpisse in libro de expositione legis, reprobando Aristotelem:
1. Negauit tamen in diuinis esse Trinitatem, & quamcunque multitudinem re, vel ratione: & vituperans deridet Christianos, qui credunt in diuinis personarum trinitatem.
2. Item asseruit, attributa in diuinis, vt sapientiam, bonitatem, & similia non esse in Deo vere & realiter, sed tantum æquiuoce, & vocaliter, allegans pro se illud Prophetę dicentis: Cui me similem fecisti? Dicit nanque, ꝙ cum dicitur, Deus sapiens, bonus, & similia, intelligitur per causalitatem: quia scilicet, Deus dicitur bonus, quia causat bonitatem, & potens, quia causat potentiam, & sic de aliis. *Isaiæ. 40.*
3. Item asserit, verbum in diuinis, & spiritum Dei dici solum essentialiter, & non personaliter: vnde exponens illud psalmi: Verbo Dominicæ firmati sunt, & spiritu oris eius, &c. Dicit, ibi verbum & spiritum sumi pro diuina voluntate, vel eius essentia, qua cæli facti sunt: cum tamen ista sumantur personaliter: & in hoc concordat eum illis hæreticis, qui vocantur Alogii, id est, hęretici sine verbo, ab à, quod est, sine: & logos, quod est sermo, vel verbum. hi Deum Verbum esse negant, & non credunt respuentes Euangelium Ioannis, in quo ostenditur Verbum sumi personaliter in diuinis. *Psal. 32.*
4. Item ponit corpora cælestia esse animata, & animalia rationabilia, adducens pro se illud psalmi: Cæli enarrant gloriam Dei. & illud Iob. Cũ me laudarent astra matutina, &c. *Psal. 18. Iob. 38.*
5. Item asserit, ꝙ licet mundus incœperit, nunquam tamen finietur, nec innouabitur.

6. Item

6. Item asserit, quòd homo sufficienter potest se disponere ad gratiam prophetię: & ꝙ Deus nõ eligit in prophetando quemlibet hominem singulariter; sed illum, qui se disponit ad talia per sua naturalia: unde uisus est velle, diuinam gratiã dependere ex operibus nostris.
7. Item dixit, Deo aliqua esse posibilia, & aliqua imposibilia: inter quę imposibilia asserit, accidens esse, uel posse sine subiecto esse: & illos, qui dicunt hoc Deum posse, appellat ignorantes viam † disciplinæ, & scientiarum.
8. Item errauit, quia asserit Deum non habere prouidentiam aliquorum, quantum ad speciẽ, vel quantum ad singularia: vnde casum foliorum de arboribus, & alia quę contingunt circa particularia, talia noluit subesse diuinæ prouidentię, sed extimauit omnia talia contingere per accidens.
9. Item ponit, quòd licet uoluntas à Deo immutari possit, nunquam tamen de facto immutatur: quod est erroneum, quia tunc esset frustra admonitio Prophetarum.
10. Item asserit, hominẽ per seipsum absq; Dei auxilio omnia peccata posse uitare, & omnes monitiones Prophetarum perfecte adimplere.
11. Item ponit simplicem fornicationem nullo modo esse peccatum de iure naturali, sed solũ dicit esse peccatum ex prohibitione legis: unde ante legem datam dicit fuisse licitum fornicari: propter quod dicit, Iudam non peccasse cum Thamar, quia fuit ante tempus legis.

Hi dicuntur e Cynici ab immunditia, & impudicitia sic dicti: nam sicut canes coeunt in manifesto, sic isti dicunt fore licitum & honestum in patulo, in uiis, & plateis cum vxoribus coire, & de facto faciunt: vnde à canibus, quorum morem imitantur, vocabulum traxerunt.

† al. uiã disciplinabiliũ scientiarum.

COMMENT. XXIX.

HAereses & errores antiquorum philosophorum qui sunt.] *Posset hic Eymericus reprehensione dignus putari, eo quòd in opere, quo de hæreticis & hęresibus differitur, gentilium philosophorum errores commemoret, qui hæretici esse non possunt, cum nunquam fidem catholicam fuerint professi: sed plane immerito carperetur, & eius industria atque ingenium cum in alijs, tum in hac etiam re magnopere sunt commendanda, cum non modo consummatas hęreses, sed etiam principia, vnde hæreses nascerentur, commemorarit, vt vitarentur. Nouerat enim ex antiquorum philosophorum dogmatibus, uelut ex uberrimis fontibus hęreticorum hęreses processisse, quod luculenter docet Tertullianus in libro de præscriptio. hereticorum, cap. 7. in hęc uerba:* Ipsæ hęreses à philosophia subornantur, inde cœones & formæ nescio quę, & trinitas hominis apud Valentinum: Platonicus enim fuerat. Inde Martionis Deus melior de tranquillitate, à Stoicis uenerat. Et ut anima interire dicatur, ab Epicureis obseruatur, & ut carnis restitutio negetur de una omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi materia Deo æquatur; Zenonis disciplina est. Et ubi aliquid de igneo Deo allegatur, Heraclitus in teruenit. Eædem materiæ apud hæreticos & philosophos uolutantur: iidem retractatus implicantur. *hactenus Tertullianus. Quod ipsum fusius etiã prosequitur eodem capite, quæ ob breuitatẽ omittimus. Rursus: idẽ Tertullianus scribẽs aduersus Hermogenẽ philosophos vocat Patriarchas hæreticorũ: idem repetit B. Hieronymus initio libri contra Pelagianos ad Ctesiphontem: quod et nos verum esse copiose ostendimus in singulis fere hæresibus in libris de pœnis hæreticorum, docet itẽ Alfonsus Castrus lib. 3. c. 8. de iusta hęret. punitio. & Conradus Brunus lib. 1. de hęreticis, c. 5. Hęc ergo sapienter intuitus Eymericus, optimo consilio falsa præcipuorum philosophorum, & magis nota dogmata in hoc opere recitauit, vt ostenderet quantum gentilium philosophorum incaute lecta doctrina nocere posset. Et propterea in concilio Lateranensi sub Leone decimo sess. 8. in Bulla incip.* Apostolici regiminis. *relata inter litteras Apostolicas in fine huius operis, diuinitus cautum est, vt qui philosophiam profitentur in vniuersitatibus, philosophorũ dogmata catholicæ fidei aduersa auditoribus diluant, & religionis Christianæ ueritatem ostendere nitantur in hęc verba:* Insuper omnibus & singulis philosophis in uniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus, districte præcipiendo mandamus, ut cum philosophorum principia, aut conclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscũtur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ immortalitate aut vnitate, & mundi ęternitate, ac alia huiusmodi: teneantur eisdem ueritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, ac omni studio huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro uiribus excludere atque resoluere. *hactenus ibi.*

Rursus Eymericus magnos & insignes viros habuit, quos imitaretur in recensendis in tali opere philosophorum erroribus. Quoniam & sanctus Epiphanius confutaturus omnium hęreticorum dogmata, quæ in Ecclesiam Dei inuecta fuerant, primum, anti quorum philosophorum errores recensuit. Beatus itẽ Antoninus in sum. par. 4. tit. xj. antequam in c. 7. referret hæreticorũ hęreses, c. 5. & 6. antiquorũ philosophorum, & aliorum infidelium errores commemorauit.

Illud est præterea obseruandum, Eymericum hos philosophorũ errores non videri hausisse ex proprijs fontibus, aut libris eorum auctorum, quibus tribuũtur. sed vel ab alijs libris, vel ab illis, qui viua voce eos sibi retulerunt, accepisse. Mihi autem valde fit verisimile, eum in tota hac quæstione secutum fuisse Aegidium Romanum, à quo dicitur esse conscriptus tractatus de præcipuis philosophorũ erroribus, qui nunc impressus circumfertur, nam quæ hic traduntur, cum illis maxime conueniunt.

Profitentes philosophiã soluant argumenta philosophorum fidei pugnãtia

b ¶ Alchindus.] *in Barcinonensi*, Alundus, *in Bononiẽsi & codice Cardinalis de Cambara*, Alandus, *in Sabellano*. Almolus, *sed ex tractatu Aegidij Romani* Alchindus, *reposuimus, atq; ita legendum esse iã in priori editione per cõiecturã admonueramus.*

c ¶ Multos errores & hęreses contra fidem sanctam nostram posuerunt.] *Sed nõ uidetur hoc verum:*

Hæreses contra fidem à dogmatibus Philosophorum procedere.

Philosophorum errores, quo hæreses dici possint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum: nam philosophi, qui nunquam sunt catholicam professi fidem, hæreses aut errores hæreticales aduersus eam proferre non possunt, cum hæresis proprie ab homine baptizato proferatur, vt alibi scripsimus. Ceterum respondemus, Eymericum non asserto rem, sed propositionum erronearum seu falsarum, & fidei catholicæ aduersantium naturam intuitum, etiamsi à non Christianis sint prolatę, hæreses vocauisse, quasi sentiat propositiones hæreticas dici non ab assertoribus, sed à natura rei, vt etiam voluerunt Turrecremata, & alij quos retuli supra par. 1. super quæst. 7. §. controuersiam vero illam. quam sententiã comprobat definitio hæresis ab Alfonso Castro allata lib. 1. cap. 1. de iusta hær. pun. videlicet: Hæresis est enuntiatio, siue propositio falsa, fidei catholicę ita repugnans, vt cũ illa simul esse non possit.

d ¶ Item q̃ pœna animę nostræ separatæ est separatio à prima intelligentia.] *Hęc Periodus deest in tribus codicibus, Bononiẽsi, Sabellano, & Cardinalis de Gambara: eam habet solus Barcinonensis impressus, & ideo non sum ausus omittere: ceterum ita omnino legendum puto:* est separatio ab vltima intelligentia. *Quia anima ex Auerrois sententia, vt constat ex eius erroribus paulo antea ab auctore relatis, quem Algazel proculdubio sequitur Arabs Arabem, ab vltima intelligentia producitur, & cũ ea delectatur, à qua habet esse, vnde cum ab ea separatur, torquetur & affligitur. Et iuuat hanc coniecturam Aegidius in præcitato tractatu de erroribus philosophorũ, tit. De erroribus Algazelis, vbi cum in 13. errore dixisset errare Algazelem circa pœnam animę, quia ponit talem pœnam consistere in eo solum, quod separatur ab intelligentia agente, in epilogo errorum eiusdem Algazelis ait illum censere, q̃ tota pœna animę separatæ est in eo, quod sentit se separatã ab vltimo Angelo, à quo dependet beati tudo sua.*

Error Auerrois de productiõe animæ.

Sed non multum refert hæc tam diligenter perscrutari.

c ¶ Hi dicuntur Cynici.] *Hoc nomen in omnibus codicibus erat depranatum: nam Barcinonensis impressus habebat* Canici. *Sabellanus* Caneici, *Directorium Cardinalis de Gambara* Caninici. *& Bononiensis omnium corruptissime,* Canonici: *nos ex sententia, quam tractat auctor* Cynici *reposuimus, vt sit sensus. Qui dicunt simplicem fornicationem iure naturali non esse vetitam Cynici dicuntur. fuerunt autem Cynici, vt scribit Laertius philosophi quidam sectatores Antisthenis Crates & Diogenes ille Cynicus, ita dicti vel à Cynosarge gymnasio, vel à canina mordacitate: vel ab eo quod canum more in propatulo coire non verebantur, de quibus Cicero lib. 1. de officijs, & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 6. §. Cynici.*

Locus emendatus, & qui fuerint Cynici.

QVAESTIO V.

De erroribus ab ipso Christo damnatis.

SVMMARIVM.

1 *Pharisæorum errores primum recensentur.*
2 *Secundo Sadducæorum.*
3 *Tertio Herodianorum.*

QVINTA quæstio est: Quæ sunt hæreses, & errores per ipsum Christum personaliter condemnatæ?

Ad hanc [a] respondemus, quòd sunt tres in genere: scilicet, Pharisæorum, Sadduceorum, & Herodianorum.

1. Isti posuerunt, quòd traditiones hominum & ordinationes erant decretis legis diuinę, & mãdatis præponendæ, & prę illis obseruandæ.

Item, q̃ melius & sanctius est temporalia sacerdotibus offerre, q̃ patrem & matrem egentes, & necesitatem patientes sustentare.

Item, q̃ lotiones, & munditiæ manuum & corporum exterius inducunt necessario lotionem à peccatis, & munditiam interius. Hos errores condemnauit Christus, Matth. xv.

Item, quòd licitum erat vxorem dimittere etiam non fornicationis ratione, & libellum repudij ei dare.

Item, q̃ exterior immunditia corporis, necessario inducit immunditiam mentis.

Item, q̃ licitum erat vxorem alterius sic dimissam, in vxorem suam accipere viro viuente.

Item, quòd licitum est sicut amicos diligere, sic inimicos odire. Hos errores cõdemnauit Christus, Marci x.

Condemnauit etiam error̃s Sadducæorum.

2. Hi resurrectionem mortuorum esse futurã negabant. Hunc errorem Christus condemnauit, Ioan. v. & Matth. xxij.

Item, animas esse spiritus non concedebãt, sed solum esse corporalia affirmabant.

Item, Prophetarum dicta spernebant, nec dictis sanctorum patrum † fidem dabant. † al. prophetarum.

Item, Herodianorum.

3. Hi posuerunt licitum esse uxorem alterius, etiam eo viuente, sibi accipere in uxorem: & Herodes ita fecit, qui uxorem fratris sui uiuentis sibi in matrimonium copulauit. *Matt. 14.* Et quia Ioannes Baptista hunc errorem arguendo Herodem, condemnauit, ipsum Herodes decapitauit.

Item posuerunt, Christum non esse verũ Deũ, nec beatæ Marię filium, sed realiter Ioannem Baptistam ab ipso Herode decapitatum: qui postmodum (ut asserunt †) resurrexit, ut habetur Mat. xiiij. † asseruerũt

Horum trium errores,, scilicet, Pharisæorum, Sadduceorum, & Herodianorum Christus Marci viij. condemnauit, cum dixit: Cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum, & Herodis. *& Matt. 16*

COMMENT. XXX.

[a] AD hanc respondemus, quòd sunt tres in genere, scilicet Pharisæorum, Sadducæorum, & Herodianorum.] *Antiquo hoste instigante. doctrina Iudæorum in septem partes aliquando diuisa septem hæreses peperit; & qui eas fouebãt teste sancto Epiphanio lib. 1. contra hæreses,* quæ sunt. Iudęorũ sequaces quot, & hæresi,

hæresi 14. 15. & sequent. hi fuerunt: Sadducæi, Scribæ, Pharisæi, Hemerobaptistæ, Nazaræi, Ossæni, & Herodiani, Horum hæreses recenset etiam breuiter more suo Philastrius episcopus Brixiensis in catalogo hæresium in principio, & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 4. & sanctus Antoninus in sum. par. 4. tit. 11. cap. 6. & alij. Eymericus hoc loco tres tantum sectas recensuit, scilicet Pharisæorum, Sadducæorum & Herodianorum: Ceterum cum dixit tres esse in genere, aperte indicauit plures fuisse sectas; omnes tamen ad has tres referri possunt, vt constat ex sancto Epiphanio. Christus autem Dominus in Euangelio sæpe acriter hos reprehendit, eorumque doctrinã & mores reprobauit, & ideo vere ait auctor hic istorum errores personaliter fuisse à Iesu Christo condemnatos.

Singulorum vero errores, mores, & studia propterea hic referre omitto, quoniam satis esse existimo indicasse lectori auctores, vnde ista petere possit. præsertim autem sanctum Epiphanium, qui ceteris est in hac re copiosior.

Quæstio VI. de Hæresibus damnatis relatis in Decreto.

A
66 *Acephali.*
14 *Adamiani.*
38 *Aeriani.*
39 *Aetiani, siue Eunomiani.*
68 *Agnoitæ.*
26 *Alogij.*
18 *Angelici.*
46 *Antidicomaritæ.*
32 *Antropomorphitæ.*
19 *Apostolici.*
12 *Apellitæ.*
45 *Apollinaristæ.*
23 *Aquarij.*
59 *Arabici.*
13 *Archontiaci.*
43 *Ariani.*
22 *Artotyritę.*

B
4 *Basilidiani.*
52 *Bonosiani.*

C
15 *Cainani.*
7 *Carpocratiani.*
27 *Cataphryges.*
28 *Cathari.*
20 *Cerdoniani.*
8 *Cerinthiani, vel Millenarij.*
53 *Circumcelliones, seu Scototopitæ.*
49 *Colluthiani.*

D
51 *Donatistę.*

E
36 *Ebionitę.*
65 *Eutychiani.*

F
50 *Floriani.*

G
6 *Gnostici.*

H
57 *Heluidiani.*
30 *Hermogeniani.*
80 *Hęreses varię sine nomine auctorum.*

I
56 *Iouinianistæ.*

L
55 *Luciferiani.*

M
44 *Macedoniani.*
31 *Manichęi.*
21 *Marcionistæ.*
17 *Melchisedechiani.*
3 *Menandrini.*
47 *Metangismonitę.*
35 *Montani.*

N
9 *Nazarei.*
64 *Nestoriani.*
5 *Nicolaitę.*
41 *Noetiani, siue Patripassiani.*
34 *Nouatiani.*
62 *Nyctages.*

O
10 *Ophytę.*
40 *Origeniani.*

P
58 *Paterniani.*
48 *Patritiani.*
29 *Pauliani.*
63 *Pelagiani.*
37 *Photiniani.*
54 *Priscillianistę.*

S
42 *Sabelliani.*
16 *Sethiani.*
24 *Seueriani.*
2 *Simoniani.*

T
25 *Tatiani, siue Encratitę.*
60 *Tertullianistę.*
61 *Tessarescædecatitę.*
67 *Theodosiani, siue Gaziani.*
69 *Tritheitę.*

V
11 *Valentiniani.*

SEXTA quæstio est: Hæreses et errores per Christi Vicariũ, et ecclesiã condemnati, de quibus agitur in Decretis qui sunt? Ad hãc dicimus, q̃ hęreses & errores quamplures condẽnantur, colliguntur, & ponunt expresse 24. q. 3. c. Quidã. vbi dicitur sic: ¶ *Sectę uero hęreticorum quot sint, & unde nomina acceperint, Isidorus 8. lib. etymologiarum. ca. 5. determinat, dicens,*

Iuxta emendationem fa ctam Romæ Decreti nuper editi.

1. Quidam autem hęretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

2. Simoniani a dicti à Simone magicę artis perito: cui Petrus in actibus Apostolorũ, maledixit pro eo, q̃ ab Apostolis Spiritus sancti gratiã pecunia emere voluisset. hi dicunt, creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam. *Actor. 8.*

3. Menandrini, à Menandro mago discipulo Simonis nuncupati: qui mundum non à Deo, sed ab angelis factum asseruit.

4. Basilidiani, à Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias, Iesum passum abnegauit.

5. Nicolaitæ dicti à Nicolao Diacono ecclesię Hierosolymorũ, qui cum Stephano, & ceteris constitutus est à Petro: qui pp̃ pulchritudinẽ relinquẽs vxorẽ, dixerat, vt qui vellet, ea vteretur, versa est in stuprum talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur: quos Ioannes in Apocalypsi improbat, dicens: Sed hoc habes, q̃ odisti facta Nicolaitarum. *Actor. 6.* *Apoc. 2.*

6. Gnostici propter excellentiam scientię se ita appellare voluerunt. Animam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

7 Carpocratiani, à Carpocrate quodam vocantur, qui dixit Christum hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum.

8. Cerinthiani, à Cerintho quodam nuncupati, hi inter cetera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. vnde & Græce χιλιάσται, latine millenarii sunt appellati.

9. Nazarei c dicti, qui dum Christum (qui à vico Nazareus est appellatus) filium Dei confiteantur. omnia tamen veteris legis custodiunt.

10. Ophitę, à colubro nominati sunt. coluber enim græce ὄφις dicitur: colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum induxisse virtutis cognitionem.

11. Valentiniani, à Valentino quodam Platonico sectatore vocati, qui ἀιῶνας, idest sæcula

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam in originem Dei creatoris induxit: Chri A
ſtum quoq; de Virgine nihil corporis aſſumpſiſ-
ſe, ſed per eã quaſi per fiſtulam tranſiſſe aſſeruit.
12. Apellitæ, quorum auctor Apelles fuit, qui
creatorem angelum neſcio quem glorioſum ſupe-
rioris Dei faciens, Deum legis, & Iſrael illũ igneũ
affirmans, dixit, & Chriſtũ non in veritate Deũ,
ſed hominem in phantaſia apparuiſſe.
13. Archontiaci, à principibus appellantur; qui
vniuerſitatem, quam Deus condidit, opera eſſe
archangelorum defendunt.
14. Adamiani vocati, q̃ Adæ imitentur nudita-
tem: vnde & nudi orant, & nudi inter ſe mares fe
mineque conueniunt. B
15. Cainani[d] inde ſic appellati, quoniam Cain
adorant.
16. Sethiani nomen acceperunt à filio Adę, qui
vocatus eſt Seth, dicentes, eundem eſſe Chri-
ſtum.
17. Melchiſedechiani vocati, pro eo q̃ Melchi-
ſedech ſacerdotem Dei non hominem fuiſſe, ſed
virtutem Dei eſſe arbitrantur.
18. Angelici vocati, quia Angelos colunt.
19. Apoſtolici hoc ſibi nomen ideo ſumpſe-
runt, quòd nihil poſſidentes proprium, nequa-
† al. aliquid quam recipiant eos, qui † aliquo in hoc mundo
vtuntur.
20. Cerdoniani, à Cerdone quodam nominati,
qui duo contraria principia aſſeruit.
21. Marcioniſtæ, à Marcione Stoico Philoſo-
pho appellati, qui cerdonis dogma ſecutus, alte-
rum bonũ, alterum iuſtũ Deum aſſeruit: tanquã
duo principia creationis, & bonitatis.
22. Artotyritę, ab oblatione vocati: panẽ enim
& caſeum offerunt, dicentes à primis hominibus
oblationem à fructibus terrę, & à fructibus ouiũ
fuiſſe celebratam.
23. Aquarij appellati, eo q̃ aquam ſolam offerũt
in calice ſacramenti.
24. Seueriani, à Seuero exorti, vinum non bi- D
bunt: vetus teſtamentum, & reſurrectionem non
recipiunt.
25. Tatiani, à Tatiano quodam vocati, qui &
Encratitæ dicti: quia carnes abominantur.
26. Alogij vocantur tanquam ſine verbo, λόγος
enim græce, verbum dicitur. Deum enim verbum
non credunt, reſpuentes Ioannis Euangelium, &
Apocalypſim.
27. Cataphrygis nomen prouincia Phrygia de-
dit: quia ibi extiterunt. Auctores eorum Monta-
nus, Priſca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum
Spiritus ſancti non in Apoſtolos, ſed in ſe traditũ
aſſerunt. E
28. Cathari propter munditiam ita ſe nominaue
runt: gloriantes enim de ſuis meritis, negant pœni
tẽtibus veniam peccatorum. Viduas ſi nupſerint,
tanquam adulteras, damnant. Mundiores ſe ce-
teris prędicant. Qui nomen ſuum ſi cognoſce-
re vellent, mundanos ſe potius, quàm mundos
vocarent.
29. Pauliani, à Paulo Samoſateno exorti ſunt, qui
dixit non ſemper fuiſſe Chriſtũ, ſed à Maria ſum
pſiſſe initium.

30. Hermogeniani, ab Hermogene quodam
vocati, qui materiam non natã introducens, Deo
non nato eam comparauit, matremque elemento
rum, & deam aſſeruit: quos Apoſtolus improbat *Gal.4.*
elementis ſeruientes.
31. Manichęi, à quodam Perſa extiterunt, qui
vocatus eſt Manes. Hic duas naturas, & ſubſtan-
tias introduxit, id eſt bonam, & malam: & ani-
mas ex Deo, quaſi ex aliquo fonte manare aſſe-
ruit. teſtamentum vetus reſpuit, nouum ex parte
recipit.
32. Antropomorphitę[e] dicti pro eo, q̃ ſimplici-
tate ruſtica Deum habere humana membra, quæ
in diuinis libris ſcripta ſunt, arbitrantur. ἄνθρωπος B
enim Græce, latine homo interpretatur, ignoran-
tes vocem Domini, qui ait: Spiritus eſt Deus. in- *Ioan.4.*
corporeus eſt enim, nec membris diſtinguitur,
nec corporis mole cenſetur.
33. Hierachitæ[f], ab Hieracha auctore exorti,
monachos tantum recipiunt, coniugia reſpuunt,
regna cælorum paruulos habere non credunt.
34. Nouatiani, à Nouatiano Romę vrbis presby
tero exorti, qui aduerſus Cornelium cathedram
ſacerdotalem conatus inuadere, hæreſim inſti-
tuit, nolens apoſtatas ſuſcipere, rebaptizans bap-
tizatos.
35. Montani[h] hæretici dicti: q̃ tempore perſecu C
tionis in montibus latuerunt, qua occaſione ſe à
catholicę Eccleſię corpore diuiſerunt.
36. Ebionitæ, ab Ebione dicti, ſiue à paupertate.
Chriſtum enim per profectum ſolum virum iu-
ſtum putant effectum. Vnde competenter He-
bionitæ pro paupertate intelligẽtiæ appellati ſunt.
hi enim ſemiiudæi ſunt, & ita tenent euangeliũ,
vt legem carnaliter ſeruent: aduerſus quos Apo-
ſtolus ad Galatas ſcribens inuehitur. *Galat.5.*
37. Photiniani, à Photino Gallogręcię Syrmij
epiſcopo nuncupati, qui Hebionitarum hæreſim
ſuſcitans, aſſeruit Chriſtum à Maria per Ioſeph
nuptiali coitu fuiſſe conceptum. D
38. Aeriani, ab Aerio quodam nuncupati ſunt.
hi offerre ſacrificium pro defunctis ſpernunt.
39. Aetiani, ab Aetio ſunt vocati: iidemque Eu-
nominiani ab Eunomio quodã Dialectico Aetii
diſcipulo: ex cuius nomine magis innotuerũt, diſ
ſimilem patri aſſerentes filiũ, & filio Spiritũ ſan-
ctum. Dicunt etiam nullum imputari peccatum
in fide manentium.
40. Origeniani, ab Origene auctore exorti ſunt,
dicentes, q̃ non poſſit videre filius patrem, nec
Spiritus ſanctus filium. Animas quoque in mun
di principio peccaſſe dicũt, & pro diuerſitate pec
catorum, è cælis vſque ad terras diuerſa corpo-
ra quaſi vincula meruiſſe, eaque cauſa factum eſ
ſe mundum.
41. Noetiani, à quodam Noeto vocati, qui dice-
bant Chriſtum eundem eſſe, & patrem, & ſpiri-
tum ſanctum, ipſamque trinitatem in officiorum
nominibus non in perſonis accipiũt. Vnde &
Patripaſsiani vocantur, quia patrem paſſum
dicunt.
42. Sabelliani, ab eodẽ Noeto pullulaſſe dicũtur,
cuius diſcipulũ perhibẽt fuiſſe Sabelliũ, ex cuius
nomine

nomine maxime innotuerunt: vnde & Sabelliani A
vocati ſunt. hi vnam perſonam patris, & filii, &
Spiritus ſancti aſtruunt.
43. Ariani, ab Ario Alexandrino presbytero or
ti ſunt, qui coæternum patri filium non agno-
ſcens, diuerſas in trinitate ſubſtantias aſſeruit, cõ
Ioan.10. tra illud, quod ait Dominus: Ego, & pater vnum
ſumus.
44. Macedoniani, à Macedonio Conſtantinopo
litano epiſcopo dicti ſunt, negantes Deũ eſſe ſpi-
ritum ſanctum.
45. Apollinariſtæ, ab Appollinare vocati ſunt, di
centes Chriſtum corpus tantummodo ſine ani-
ma ſuſcepiſſe. B
46. Antidicomaritæ appellati ſunt, pro eo quòd
Mariæ virginitati contradicunt, aſſerentes eam
poſt Chriſtum natum viro ſuo fuiſſe commiſtã.
47. Metangiſmonitæ[i] ideo tale nomen accepe-
runt, quia ἄγγος Græce vas dicitur. aſſerũt enim
ſic eſſe in patre filium tanquam vas minus intra
vas maius.
48. Patritiani, à quodam Patritio nuncupati ſunt
qui ſubſtantiam humanæ carnis à Diabolo condi
tam dicunt.
49. Colluthiani, à quodam Collutho nominati,
qui dicunt Deum non facere mala, contra illud,
Eſa.45. † al. Florinia ni à Florino. *Gen.1.* quod ſcriptum eſt: Ego Dominus creans mala. C
50. Floriani, † à Floriano, qui e contrario dicunt
Deum creaſſe mala, contra hoc, quod ſcriptũ eſt:
Fecit Deus omnia bona.
51. Donatiſtæ, à Donato quodam Afro nuncu-
pati, qui de Numidia veniens, totam pene Africã
ſua perſuaſione decepit, aſſerens minorem patre
filium, & minorem filio Spiritum ſanctum, & re-
baptizans catholicos.
† al. Bonoſiaci 52. Bonoſiani, † à Bonoſo quodam epiſcopo
exorti produntur: qui Chriſtum Dei filium adop
tiuum, non proprium aſſerunt.
† al. Cotopitas 53. Circumcelliones dicũtur, eo q̃ agreſtes ſint,
quos Scototopicos † vocant, ſupradictæ hæreſis D
habentes doctrinam. Hi amore Martyrii ſemetip
ſos perimunt, vt violenter de hac vita diſcedẽ-
tes, Martyres nominentur.
54. Priſcillianiſtæ, à Priſcilliano vocati: qui in
Hiſpania ex errore Gnoſticorum, & Manichęo-
rum permiſtum dogma compoſuit.
55. Luciferiani,[k] à Lucifero Sardiniæ Epiſco-
po orti, qui Epiſcopos catholicos, qui Conſtantii
perſecutione perfidiæ Arianorum conſentientes
erant, & poſtea correcti in catholicam redire dele
gerunt, damnantes ſiue quod crediderant, ſiue
quod ſe credidiſſe ſimulauerant (quos Eccleſia
catholica materno recepit ſinu, tãquam Petrum E
poſt fletum negationis) hanc illi matris charita-
tem ſuperbe accipientes, eoſque recipere nolen-
tes, ab Eccleſiæ communione receſſerunt, & cum
ipſo Lucifero auctore ſuo, qui manc oriebatur,
cadere meruerunt.
56. Iouinianiſtę, à Iouiniano quodam mona-
cho dicti, aſſerentes, nullam nuptarum, &
virginum eſſe diſtantiam, nullumque inter ab-
ſtinẽtes, & ſimpliciter epulantes eſſe diſcrimen.
57. Heluidiani, ab Heluidio nominati, qui dicũt
poſt Chriſtum natum, alios Mariam filios de vi-
ro ſuo Ioſeph perperiſſe.
58. Paterniani, à Paterno quodam exorti, qui
inferiores corporis partes à Diabolo factas opi-
nantur.
59. Arabici nũcupati, eo q̃ in Arabia exorti ſũt,
dicentes animam cum corpore mori †, atque in- † Vide Fede
nouiſſimo vtrunque reſurgere. ricum de Se-
60 Tertullianiſtæ, dicti à Tertulliano presbyte- nis cõſil. ſiue
ro africanę, puinciæ ciuitatis Carthaginenſis: ani quæſt. 152.
mam immortalem eſſe, ſed corpoream prædican
tes, & animas peccatorum hominum poſt mortẽ
in Dæmones verti putantes.
61. Teſſareſcædecatitæ, dicti quòd decima-
quarta luna Paſcha cum Iudæis obſeruandum cõ
tendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem
ſignificat.
62. Nyctages, † à ſomno nuncupati, quòd vigi- † aliàs, Niſta
lias noctis reſpuant, ſuperſtitionem eſſe dicen- ges
tes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem
tribuit.
63. Pelagiani, à Pelagio monacho exorti. hi li-
berum arbitrium diuinæ gratiæ anteponunt: di-
centes ſufficere voluntatem ad implenda iuſſa
diuina.
64. Neſtoriani, à Neſtorio Conſtantinopolita- Turrecre. de
no Epiſcopo nuncupati: qui Beatam Mariam Eccle. lib. 4.
C Virginem, non Dei, ſed hominis tantummodo par. 3. c. 28.
matrem aſſeruit, vt aliam perſonam carnis, aliam
faceret Deitatis: nec vnum Chriſtum in verbo
Dei, & carne credidit: ſed ſeparatim, atque
ſeiunctim alterum filium Dei, alterum homi-
nis prædicauit.
65. Eutychiani, dicti ab Eutyche Conſtan-
tinopolitano Abbate, qui Chriſtum poſt huma-
nam aſſumptionem negauit exiſtere in duabus
naturis, ſed ſolam in eo diuinam aſſeruit eſſe na-
turam.
66. Acephi dicti, id eſt, ſine capite. nullus
enim eorum reperitur auctor, à quo exorti ſint.
hi trium Chalcedonenſium capitulorum impu-
gnatores, duarum in Chriſto ſubſtantiarum pro-
prietatem negant, & vnam in eius perſona natu-
ram prædicant.
67. Theodoſiani[l] & Gaianitę appellati à Theo
doſio, et Gaiano, qui temporibus Iuſtiniani Prin
cipis, in Alexãdria populi peruerſi electione vna
die ordinati ſunt epiſcopi. Hi errores Eutyche-
tis, & Dioſcori ſequentes, Chalcedonenſe conci
lium reſpuunt: ex duabus vnam in Chriſto natu-
ram aſſerunt: Quam Theodoſiani corruptam,
Gaianitæ incorruptam contendunt.
E 68. Agnoitæ,[m] & Tritheitæ à Theodoſianis
exorti ſunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia di-
cti: quia ad peruerſitatem, à qua exorti ſunt, id
adijciunt, q̃ Chriſti diuinitas ignoret futura, quæ
ſunt ſcripta de die, & hora nouiſſima: non recor-
dantes Chriſti perſonã in Eſaia loquentis: Dies *Eſa.30.*
iudicii in corde meo.
69. Tritheitæ vero vocati, q̃ ſicut tres perſonas
in Trinitate, ita quoque tres aſſerunt Deos eſſe:
contra illud, quod ſcriptum eſt: Audi Iſrael, Do- *Deut.6.*
minus Deus tuus, Deus vnus eſt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

70. Sunt & aliæ hæreſes ſine auctore, & ſine nominibus, ex quibus alię putant triformem eſſe Deum. Alię Chriſti diuinitatem paſsibilē dicūt. Alię Chriſti de Patre natiuitati initium temporis dant. Alię n liberationem hominum apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credūt. Aliæ aīam imaginē Dei negant. Alię animas conuerti in dęmones, & in quęcunque animalia exiſtimant. Aliæ o de mundi ſtatu diſſentiūt. Aliæ innumerabiles mūdos opinantur. Aliæ aquā Deo coæternā faciūt. Aliæ nudis pedibus ambulant. Alię cū hominibus non manducant. Hę ſunt hęreſes aduerſus catholicam fidem exortę & ab Apoſtolis, & à ſanctis Patribus, vel conciliis prædamnatę: quę dum in ſe multis erroribus diuiſæ inuicem ſibi diſſentiunt †, communi tamen nomine aduerſus Eccleſiam Dei cōſpirant. Sed & quicunq; aliter ſcripturam ſanctam intelligit, q̄ ſenſus Spiritus ſancti flagitat, à quo conſcripta eſt, licet de Eccleſia non receſſerit, tamē hęreticus appellari poteſt.

† Cōcor. ter. in c. excōica mus 1. & 2. de hęreti.

†Refertur in cap. Ego berengarius. de cōſec. diſt. 2.

EGO †ᵖ Berengarius indignus ſancti Mauricii Andegauenſis Eccleſię Diaconus, cognoſcens veram, catholicam, & Apoſtolicam fidem, anathematizo omnem hæreſim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus ſum; quę aſtruere conatur panem & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem ſolummodo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti eſſe; nec poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari, vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Conſentio autem ſanctę Romanæ & Apoſtolicæ ſedi, & ore, & corde profiteor de ſacramentis Dominicæ menſæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc ſancta Synodus auctoritate Euangelica & Apoſtolica tenendam tradidit, mihique firmauit †; ſcilicet panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, poſt conſecrationem non ſolum ſacramentum, ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe; & ſenſualiter non ſolum ſacramento †, ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; iurans per ſanctam, & homouſion Trinitatem, & per hæc ſacroſancta Chriſti Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint, cū dogmatibus, & ſectatoribus ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Quòd ſi ego ipſe aliquando contra hęc aliquid ſentire, aut prædicare præſumpſero, ſubiaceam canonum ſeueritati. Lecto, & perlecto ſponte ſubſcripſi.

† formauit

† al. in ſacramento.

Hanc cōfeſsionem fidei de corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti à Berengario Romæ coram centum tredecim Epiſcopis factam, miſit Papa Nicolaus per vrbes Italię, Germanię, Gallię, & ad quęcunq; loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit: vt Eccleſiæ, quæ prius doluerant de auerſo atque peruerſo; poſtea gauderēt de reuerſo, atque conuerſo.

COMMENT. XXXI.

Inquiſitores dogmata hęreticorū noſſe oportet.

NVlla eſt tractatio, quam magis ſcire ſpectet ad Inquiſitores, quàm hęc: & de notitia hęre ſum, & de auctoribus earum, monui iam alibi nullū artificem poſſe plene & perfectè ſuo muneri ſatisfacere, niſi cognoſcat artis ſuæ præcepta, intelligatque contraria, quibus illa corruant & labantur. neque Inquiſitores, quorum eſt fidem defendere & fortiter tueri, ſolum catholicas veritates ſcire debent, vt docuit Eymericus parte prima, ſed etiam hęretica dogmata, quibus illæ violantur: quod tota hac fere ſecunda parte oſtendit. in omnibus autem ferme quęſtionibus nulla eſt hac vtilior, aut cognitione dignior, cum hic numerentur omnium hęreticorum principes primi cum ſuis ſummatim erroribus, à quibus vniuerſi hęretici, qui labentibus ſæculis ſecuti ſunt, uelut ab fœtidis lacubus paucis additis, aut mutatis aut inuerſis ſuas hæreſes protraxerunt. Sunt autem in hoc capite multa difficilia, multa à vulgatis codicibus diuerſa, multa ĕt ſcitu digna, quę à nobis in gratiam iudicum uiolatę religionis eſſent declaranda, niſi breuitas noſtra nos tacere compelleret: ideo pauca quędam adnotabimus. Secuti vero ſumus in hac quęſtione imprimenda, emendationem Decreti Gratianici nuper Romæ editi.

Hos autem errores cum ſuis auctoribus eodem ordine quo hic Eymericus, retulerunt ſanctus Antoninus in ſum. par. 4. tit. xi. cap. 7. Repertoriū Inquiſitorum verbo hæreſis. §. diuerſitatem hęreſum, & Turrecremata in ſum. de Eccleſia lib. 4. par. 2. c. 34. quorum multos cum aliis ab his diuerſis commemorat etiam Tabienſis in ſum. verbo, hęreticus. §. 27. nu. 28. & ſeq.

Qui vero & quales fuerint hi hęretici, quo tempore uixerint, qualia eorum dogmata, & vbi condemnata, ne actum agere videar, tradere omitto: id tamē docent plenisſime Turrecremata in ſum. de Eccleſia lib. 4. par. 2. à c. 23. vſque ad 33. Alfonſus Caſtrus in libris aduerſus hereſes, & copioſe Gabriel Prateolus in libris de vitis, ſectis, & dogmatibus hęreticorum: & alij tum ex antiquis tum ex recĕtioribus, quorum volumina obuia cuique extant.

a ¶ Simoniani.] *In vulgatis* Simoniaci. *& male, ſed Simoniani poſitum eſt ex antiquorum patrū ſententia: nam Tertullianus in lib. de præſcriptio. hęreticorum, c. 33. Auguſtinus tomo 6. in catalogo hęreticorum in principio, Theodoritus lib. 1. hęreticarum fabularum, c. 2. in fine. Egeſippus, vt refert Euſebius lib. 4. hiſtorię, c. 21. & Epiphanius hæreſi 21. Simonis ſectatores non Simoniacos, ſed Simonianos appellant.*

b ¶ Hi dicunt creaturam non à Deo, ſed à uirtute

tute quadam ſuperna creatam.] *Quid ſibi vellet Simon hæreticus, nemo melius expreſſit, quàm Theodoritus. Is enim hunc locum explicat, dum ait:* Simon eiuſmodi fabulam peperit, infinitam quandam poſuit potentiam, quam vniuerſorum radicem appellauit, eamque ignem eſſe dicebat, qui duplicem habebat operationem, hanc, quę cernebatur: Illam vero quę latebat. Mundum autem genitū eſſe ex operatione ignis quę cernebatur. *hac ille. Vt optime adnotauit Ioſephus Steuanus in commentarijs huius capitis.*

c ¶ Nazaræi dicti, &c.] *Vt nominis huius ambiguitas euitetur, libet hic ex Epiphanio, & alijs breuiter pauca quædam adnotare. hos ergo Nazaræos Theodoritus lib. 2. hęreticarum fabularum,* Nazoreos, *nominat, & etiam Epiphanius hęreſi 29. eodem nomine donauit, dum refert alios fuiſſe* Nazireos, alios Nazaræos, *& alios* Nazoreos: *illi ſanctificati dicebātur, cum dignitatem primigenitorum gererent: Nazarei autem appellantur Iudæi ſectarij ante Chriſtū exorti mille erroribus implicati, vt Philaſtrius refert: Nazorei vero ab initio nascentis Eccleſiæ, appellati ſunt omnes Chriſti fideles, tractu tamen temporis illis hæreticis remanſit hoc nomen, qui vnà cum Euangelio legem ſeruabant. hęc eſt Epiphanij ſententia.*

d ¶ Cainani.] *Ireneus lib. 1. c. 35. & Theodoritus lib. 1. Cainos vocāt, ab Auguſtino Caiani appellantur in lib. de hæreſibus cap. 18. eodem nomine eos donat Tertullianus lib. de præſcriptio. hęreticorum, c. 33.* Sunt, *inquit,* & nunc alii Nicolaitæ, Caiana hæreſis dicitur. *Ita animaduertit Michael Thomaſius Reuerendiſſimus quondam Epiſcopus Ilerdēſis, qui diu multa cum laude Gratianicæ emendationi præfuit Romæ.*

e ¶ Hermogeniani, ab Hermogene quodam uocati, qui materiam non natam introducens.] *Hic locus in vulgatis codicibus deprauatus erat, opera tamen Reuerendiſs. Michaelis Thomaſii Epiſcopi Ilerdenſis reſtitutus eſt, ex Tertulliano in libro de præſcriptionibus hæreticorum. c. 33. vbi agēs de Hermogene ita ſcribit:* Idem Apoſtolus cum improbat elementis ſeruientes, aliquem Hermogenem oſtendit, qui materiam non natam introducens Deo non nato eam comparat, & ita matrem elementorum Deam faciens, poteſt ei ſeruire, quam Deo comparat. *hactenus Tertullianus.*

f ¶ Antropomorphitæ.] *In codicibus Iſidori vulgatis & aliquot manuſcriptis hæc antecedunt:* Anomiani, Latine ſine lege dicuntur. *Quę tamen abſunt à codice Iſidori peruetuſto & valde emendato Monaſterij B. Auguſtini in Carbonaria Neapolis.*

g ¶ Hierarchitæ.] *prius legebatur, Heraclitæ, & aliter Hierarchitæ: ſed locus eſt emēdatus & mutatus ex B. Auguſt. in lib. de hereſibus, c. 47. horū auctor Hieraca quidam conſtituitur, vt prędicto loco Auguſt. refert, cuius meminit ĕt S. Hilarius lib. 4. & 6. de trinit. à Beato Epiphanio aduerſus hæreſes, hæreſi. 67. Hieracitæ vocantur, et eorum auctor Hierax, quo loco eiuſdem errores refert & confutat.*

h ¶ Montani.] *ſuſpicor locum hunc accipiēdum eſſe de Montenſibus hęreticis, de quibus agit Beatus Auguſtinus in libro aduerſus hæreſes, c. 69. diſſerens de Donatianis ſeu Donatiſtis, non autem de Mōtano, cuius in eodem libro meminit Auguſt. cap. 26. agens de Cataphrygibus.*

i ¶ Metangiſmonitæ.] *Antea legebatur ita: Metangi nominati. emendatus eſt locus ex Iſidoro lib. 8. Etymolog. c. 5. & B. Auguſt. in lib. de hęreſibus, c. 58. Horū etiam hæreticorum meminit Philaſtrius in catalogo hæreticorum.*

k ¶ Luciferiani, &c.] Conſtantii perſecutione. *Hic codices ſunt varij: nam quidam* Conſtantii, *habent: alij* Inſtanti. *ſed iudicio eruditorum* Conſtantij, *repoſuimus. iam uerbum illud,* in catholicam, *Demochares* in cathedram, *commutauit, quæ lectio non eſt forte contēnenda, cum ex Epiſcopi cuiuſdam electione, ut ſacri hiſtorici retulerūt, totum hoc diſſidium fuerit exortum.*

l ¶ Theodoſiani.] *Horum meminit liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. hiſtorię eccleſiaſt. ca. 45. 49. & 50. Georgius Cedrenus anno xiiij. Iuſtiniani Imperatoris. Sanctus Auguſtinus in libro de hæreſibus, cap. 33. memorat Theodotianos à Theodotione. Is idem videtur qui Theodotus. de quo Epiphanius aduerſus hęreſes, hæreſi. 54. ait ita:* Et qui ab ipſo deſcenderunt Theodotiani: *idem Philaſtrius & Damaſcenus ſcripſerunt.*

m ¶ Agnoitæ & Tritheitę.] *Hęc etiam nomina emendata ſunt ex re ipſa, & varijs antiquis ſcriptoribus: ab ignorantia enim non* Gnoitæ, *ſed* Agnoitæ, *nominandi erant. de his Agnoitis frequens eſt mentio in epiſtolis ſancti Gregorij 35. & 42. lib. 8. Eulogio Alexādrino miſsis, qui contra hos Agnoitas ſcripſerat, et de ipſis ac Tritheitis meminit Nicephorus lib. 18. c. 45. 49. & 50. & vtroſque à Theodoſianis profectos eſſe ſcribit.*

n ¶ Aliæ liberationem omnium apud inferos factam Chriſti deſcenſione non credunt.] *Hic locus in vulgatis Iſidori & Gratiani exemplaribus appoſita negatione,* non credunt, *legitur: cum tamen abſque negatione legēdum cenſebat Petrus Iaconus, motus Beati Auguſtini auctoritate in libro de hereſibus, cap. 79. vbi ita ſcribit:* Alia, deſcendente ad inferos Chriſto credidiſſe incredulos, & omnes inde exiſtimat liberatos. *Ita quoque Philaſtrius refert, cui etiam lectioni adſtipulantur duo potiſſimum Iſidori manuſcripta exemplaria, in quibus abſque negatione hunc locum legi nobis aſſeruit idem Iaconus. vulgatam tamen lectionem retinuimus auctoritate Decreti nuper Romæ editi.*

Locus inſignis reſtitutus.

o ¶ Alię de mundi ſtatu diſſentiunt.] *Quidam libentius legunt,* ſentiunt, *ex Philaſtrio, qui refert hæreſim, quę dicit, mundum non mutari, ſed in eodem ſtatu ſemper manere, etiam poſt Domini noſtri de cęlis præſentiam: ſed nos eiuſdem Decreti auctoritate,* diſſentiunt, *dicimus.*

p ¶ Ego Berengarius indignus, &c.] *Solus Codex Cardinalis de Gambara hanc Berengarij abiurationem non habet, ceteri habent: at quo conſilio fuerit ab Eymerico appoſita, dubiū non eſt: nam cum in hac quæſtione inſtituerit cōmemorare hæreſes et errores, de quibus agitur in Decretis, & inter eas illę etiam referantur, quas Berengarius profitebatur, iō id caput in quo de hoc diſſeritur, appoſuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Berengarius & eius infidè incõstantia.

Libet autem hic pauca quędam de hoc Berengario dicere, vt hæc eius abiuratio facilius percipiatur. Emersit hic Berengarius circa tempora Leonis Papę noni, ad annos Domini MXLIX. multasque hereses de venerabili Eucharistię sacramento promulgauit, & propterea à Leone nono Pontifice Maximo in concilio Vercellis coacto, cum omnibus suis assectis, nisi ad bonam mentem rediret, perpetuo anathemate percussus est, eiusque error omnium consensu Patrum fuit damnatus. verum cum defuncto Leone Berengarius in suo errore pertinaciter permaneret, synodus collecta est apud Turones sub Victore secundo, in qua hæreseos est conuictus. Denique cum neque sic resipiscere, sed multos passim in suum traheret errorem, Nicolaus secundus anno Domini MLIX. Romæ CXIII. Episcoporum concilium congreguit, ibique hanc abiurationem, quam ex Gratiano hic commemorat Eymericus, publicè fecit: quam Nicolaus per vniuersas Italię & Germaniæ vrbes misit, vt quę Ecclesię doluerant de peccatore, de conuerso gauderent. ceterum non multo tempore in recta fide permansit Berengarius: nam alium errorem est professus, videlicet, in Eucharistia adesse quidem verum corpus & sanguinem Christi, sed simul etiam panis & vini substantiam ibidẽ remanere: itaque ad hunc errorem penitus euellendum Gregorius septimus anno Domini MLXXIX. syno dum Romę celebrat, ad quam accersitus venit Berengarius. suumque in ea agnouit errorem, quem publice abiurauit, noua condita abiurationis formula illi à synodo præscripta in hęc verba: Ego Berengarius corde credo & ore confiteor, panem & vinum, quæ ponuntur in altari, per mysterium sacrę orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter conuerti in veram & propriam ac uiuificatricem carnem & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verũ Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum in cruce pependit, & quod sedet ad dexteram Patris: & verum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum & virtutem sacramenti, sed in proprietate naturæ & veritate substantiæ, sicut in hoc Breui continetur: & ego legi, & vos intelligitis: nec contra hanc fidem vlterius docebo. sic me Deus adiuuet, & hæc sacra Euangelia. *Huius postremæ abiurationis meminit Blondus lib. 3. decadis 2. & Sabellicus lib. 3. nonę Anneadis. & Berengarius quidem in hac postrema abiuratione perseuerans pœnitentiam egit, vt ait Ioannes Gerson sermone 1. de cœna Domini, quem grauiter de commissi scelcribus dolentem (& in primis quia reducere in viam veritatis nõ potuit, quos erroribus suis imbuerat) in lecto decumbentem in ipso die Epiphaniæ, iamiam moribundum hæc verba protulisse testatur*: Hodie apparebit mihi Dominus meus Iesus Christus: vel ad gloriam sicut spero, propter pœnitentiam meam: vel ad damnationem sicut formido, propter aliorum corruptionem, quos ad viam veritatis reducere non potui.

Berengarii moribundi uerba.

Non tamen desunt qui dicant, nunquam conuersum Berengarium, quorum opinionem satis probare videtur hæresiarcharum consuetudo, quos raro conuerti legimus, cum vt plurimum in erroris concepti pertinacia perseuerantes impœnitentes moriantur, licet quandoque ob aliquas causas aliud exterius fingant.

QVAESTIO VII.

De hæresibus damnatis in Decretalibus.

SVMMARIVM.

1 *Articuli catholici cum hæresibus illis contrarijs contenti in c. Firmiter. de sum. Trinit.*
2 *Error abbatis Ioachim condemnatus.*
3 *Hæreses impij Almarici.*
4 *Christus secundum quod homo est aliquid.*
5 *De processione Spiritus sancti quid credendum.*
6 *Hæreses duæ de processione Spiritus sancti damnatę.*
7 *Hæreses damnatę in Clementinis.*

SEPTIMA quęstio est: Hæreses[a] & errores per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in Decretalibus, qui sunt? Ad hanc respondemus, q̃ quædam apparent condemnatæ ex volumine Decretalium maiori; quædam ex Sexto Decretaliũ: quędam ex Clementinis.

Errores damnati in Decretalibus.

In volumine maiori damnantur istę hæreses, & errores.

1. In primis in tit. de sum. tri. c. † Firmiter. & c. Damnamus. profitetur sancta mater Ecclesia quamplures articulos fore catholicos, & fide tenendos: vtputa, q̃ vnus est solus Deus, immensus & incommutabilis: & alios plures, quorum contrarij omnes sunt hæreticales, & erronei; vtpote, quòd non sit vnus solus Deus, q̃ non sit immensus, q̃ non sit incommutabilis: & sic de aliis articulis contrariis illis articulis, in dictis capitulis approbatis vt fide tenendis.

† Relata est supra in parte 1. pag. 3.

2. In speciali autem in c. Damnamus. allegato. §. si quis. condemnatur iste articulus vt hęreticalis: quem[b] Abbas Ioachim asserebat, scilicet, q̃ Pater & Filius, & Spiritus sanctus sunt vnum, nõ vnitate essentię & naturæ, sed collectiua vnitate; sicut cum dicimus, q̃ multi homines sunt vnus populus.

Almarici hæreses.

3. Condemnatur etiam, eodem tit. & c. §. reprobamus, doctrina impii Almarici vt hæretica & insana: quæ autem illa fuerit, cap. nõ expressit: Vincentius tamen in speculo historiali, xxx. lib. c. vij. ponit ipsum Almaricum in suis prauis dogmatibus tenuisse hæreses, & errores infrascriptos.

Prima hęresis eius fuit, q̃ quilibet tenetur credere, se esse membrum Christi, & hoc esse vnum de fidei articulis, sine quo homo non potest saluari.

Secunda

Secunda hæresis fuit, quòd Patris potentia durauit quandiu viguit lex Mosaica, scilicet, vsque ad Christum: & tunc habuerunt finem omnia veteris testamenti sacramenta: & viguit lex Christi noua vsque ad tempus Almarici: & ex tunc habuerunt finem, ac fuerunt euacuata Baptismus, Pœnitentia, & omnia alia nouæ legis sacramenta, sine quibus tamen & secundum veritatem non est salus.

Tertia hæresis fuit, q̃ à tempore ipsius Almarici euacuatis omnibus nouæ legis sacramentis, incœpit vigere Spiritus sancti gratia, qua interius quilibet inspirabatur, & qua saluari poterat sine quocunque actu exteriori.

Quarta hęresis fuit; q̃ sic erat à Spiritu sancto illo tẽpore charitas ampliata, vt illud quod aliàs de natura sua erat peccatum: vt stupra, adulteria, & similia diceret non esse peccatum, dummodo illa facerent carnaliter commiscentes ex charitate.

Quinta hæresis fuit: q̃ mulieres cum ponentibus tales errores non peccabant carnaliter commiscendo, dummodo ex charitate agerent.

Sexta hæresis fuit: q̃ prędicto tempore Deus agebat vt bonus, & non vt iustus, quia prædicta stupra, adulteria, & similia ex charitate facta, Deus vt bonus, nullatenus puniebat.

4. In eodem volumine maiori tit. de hęreti. cap. Cum Christus. damnatur etiam ista hęresis atq; error, scilicet, q̃ Christus non est aliquid secundum quòd homo.

Errores dãnati lib. 6. Decretalium.

Supra 1. parte pag. 6.

5. In sexto autem Decretalium condemnantur istę hęreses & errores.

In primis de sum. tri. & fide catho. cap. Fideli. profitetur sancta mater Ecclesia plures articulos fore catholicos & fide tenendos: vtputa, q̃ Spiritus sanctus æternaliter ex Patre & Filio ꝓcedit, & alios in effectu plures, quorum contrarii omnes sunt hęreticales, & erronei: vtpote, q̃ Spiritus sanctus à Patre & Filio non procedit; & sic de aliis articulis contrariis illis in dictis capitulis approbatis vt fide tenendis.

6. In speciali autem eod. c. Fideli. §. nos huiusmodi erroribus, condemnantur infrascriptę duæ hęreses & errores.

Prima hęresis est: q̃ Spiritus sanctus æternaliter à Patre & Filio non procedit.

Secunda hæresis est: q̃ Spiritus sanctus à Patre & Filio non tanquam ab vno principio, sed tãquam à duobus principiis procedit.

Errores damnati in Clementinis.

Supra fol. 7.

7. In Clementinis vero condemnantur istę hæreses & errores in tit. de sum. trini, & fide catho. c. Fidei. profitetur sancta mater Ecclesia quamplures articulos fore catholicos, & fide tenẽdos: vtputa, q̃ vnigenitus Dei filius humanum corpus passibile assumpsit: & alios in effectu, quorũ contrarij omnes sunt hęreticales & erronei; vtpote, q̃ Dei filius corpus passibile non assumpsit, & sic de aliis articulis contrariis illis in dictis capitulis approbatis vt fide tenendis.

In speciali autem eodem c. Fidei. condemnantur infrascriptę hæreses & errores.

Prima hæresis: q̃ Dei Patris Filius humanum corpus passibile, & animam intellectiuam seu rationalẽ ipsum corpus vere, per se, & essentialiter informantem, non assumpsit.

Secunda hęresis: q̃ quando vnus militum lãcea latus christi aperuit, q̃ adhuc Christus viuus & non mortuus existebat.

Tertia hæresis: quòd anima rationalis seu intellectiua non est forma corporis humani vere, per se, & essentialiter.

Quarta hæresis: q̃ baptismus non est communiter tam paruulis, quàm adultis perfectum remedium ad salutem.

Quinta hęresis: q̃ tam paruulis, quã adultis in baptismo non conferuntur informans gratia, & virtutes.

Infra autem in clement. de vsuris. cap. Ex gravi. §. sane. condemnantur vnus articulus; & sit sextus.

Sexta hæresis est: q̃ exercere vsuras non est peccattum.

Et in tit.[c] de hæret. in Clemen. Ad nostrum. condemnantur istę octo hęreses, seu errores. Supra parte 2. pag. 115.

Primus error est, videlicet q̃ homo in vita præsenti tantum & talem perfectionis gradum potest acquirere, quòd reddetur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non valebit. Nam, vt dicunt, si quis posset semper proficere. posset aliquis Christo perfectior inueniri.

Secundus error est: q̃ ieiunare non oportet hominem, vel orare, postquam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus: quia tunc sensualitas est ita perfectè spiritui & rationi subiecta, q̃ homo potest libere corpori concedere quicquid placet.

Tertius error: q̃ illi qui sunt in prædicto gradu perfectionis, & spiritu libertatis, non sunt humanæ subiecti obedientię, nec ad aliqua præcepta Ecclesię obligantur: quia, vt asserunt, vbi spiritus Domini, ibi libertas.

Quartus error est: q̃ homo, ita potest finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in præsenti assequi, sicut eam in vita obtinebit beata.

Quintus error: q̃ quælibet intellectualis natura seipsa naturaliter est beata: quòdque anima nõ indiget lumine glorię, ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beate fruendum.

Sextus error: q̃ se in actibus exercere virtutũ, est hominis imperfecti; & perfecta anima licentiat à se virtutes.

Septimus error; q̃ mulieris osculum, cum ad hoc non inclinet natura, est mortale peccatum: Actus autem carnalis cum ad hoc natura inclinet, peccatum non est, maxime cum tentatur exercens.

Octauus error: q̃ in eleuatione corporis Iesu Christi, homo non debet assurgere, nec ei reuerentiam exhibere: asserentes, q̃ esset imperfectionis eisdem, si à puritate & altitudine suę contempla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

templationis tantum descenderent, ꝙ circa mysterium, seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarẽt. Nõnulla etiam alia sub simulata quadam sanctitatis specie dicunt, faciunt, & committunt, quæ oculos diuinę maiestatis offendunt, & graue in se continent periculum animarum.

COMMEMT. XXXII.

a ¶ HAereses, & errores per Ecclesiam condẽnati, de quibus agitur in Decretalibus, qui sunt?] *In quæstione proxime præcedenti retulit auctor hæreses, seu verius hæresiarchas, siue hæresum auctores, de quibus agitur in Decreto: nunc vero eas prosequitur, quæ in reliquis iuris canonici voluminibus continentur; vt hinc etiam cognoscant fidei iudices falsitates damnatas, & catholicas veritates illis contrarias constanter stabilitas. Iam eodem fere ordine, quo vtitur hic Eymericus, tractãt rem eãdem Sanctus Antoninus par. 4. tit. xj. cap. 7. §. 2. 3. & 4. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 35. & 36.*

b ¶ Quem Abbas Ioachim asserebat.] *De Abbate Ioachim abunde diximus supra par. 1. super c. Damnamus de sum. trinit. & fide catho.*

c ¶ Doctrina impii Almarici.] *De Almarico etiam pauca quędam diximus supra par. 1. super c. Damnamus. de sum. trinit. §. reprobamus etiam. ea videnda sunt, vt hic locus apertior fiat.*

d ¶ Secunda hęresis est, ꝙ quando vnus militũ] *Hanc hęresim, & duas sequẽtes hic in vers.* Tertia hæresis. *& in vers.* Quinta hæresis. *tenebat quidã Petrus Ioannes, vt refert Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Petri Ioannis. c. 1. 2. & 3. cuius plures etiam errores commemorat Eymericus infra in hac 2. parte, quæst. 9. vbi videas quę copiose de hoc Petro Ioanne scripsimus.*

e ¶ Et in tit. de hęret. in clement. Ad nostrum. condemnantur istæ octo hęreses, seu errores.] *Hos errores profitebantur Beguardi, sicut constat ex clement. Ad nostrum. & ex Eymerico infra in hac 2. parte, quæst. 15. Eosdem cum alijs multis refert et confutat Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hęresibus Beguardorum, & Aluarus Pelagius lib. 2. de planctu Ecclesiæ, cap. 52.*

QVAESTIO VIII.

De hæresibus condemnatis in Extrauagantibus.

SVMMARIVM.

1 *Errores Ioannis de Poliaco condemnati in extrauag. Vas electionis.*
2 *Errores Begardorum damnati in extrauagan. Gloriosam Ecclesiam.*
3 *Errores damnati in extrauagan. Cum inter nonnullos.*
4 *Errores damnati in extrauagan. Quia quorundam.*
5 *Errores dãnati in extrauagan. Benedictus Deus.*

OCTAVA quæstio est: Hæreses[a] & errores per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in extrauagantibus; qui sunt?

Ad hanc respondemus, ꝙ pro nũc non sunt extrauagantes, in quibus condemnentur hæreses & errores nisi domini Ioannis xxij. & Domini Benedicti xij. Nam si ante aliquę fuerunt, in corpore iuris postmodum sunt inserte: et ea propter extrauagantes nõ possunt dici hodie. In extrauagantibus autem domini Ioannis sunt hęreses & errores huiusmodi condemnati.

1. Primus, ꝙ confitentes fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones, tenẽtur eadem peccata, quæ confessi fuerunt, iterum confiteri proprio sacerdoti.

Secundus: ꝙ stante statuto: omnis vtriusque sexus. edito in concilio generali †, Romanus Pontifex non potest facere, ꝙ parochiani non teneantur confiteri omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti, quẽ dicit esse parochialem curatum: immo nec Deus posset hoc facere: quia, vt dicebat, implicat contradictionem.

† Lateranen. sub Innocẽ. iii. c. 21. & refertur in c. omnis. de pœnit. & remiss.

Tertius error: ꝙ Papa non potest dare licentiã generalem seu potestatem audiendi confessiones: immo nec Deus, quin confessus habenti generalem licentiam, teneatur eadem iterum confiteri suo proprio sacerdoti, quem dicit esse (vt prę dicitur) parochialem curatum.

Isti tres errores condemnantur in extrauagante dicti domini Papæ Ioãnis xxij. quæ incipit: Vas electionis. quæ est supra. Fol. 126.

Horum[b] autem errorum auctor fuerat ac inuentor quidam magister in theologia, Parisius magistratus, vocatus Ioannes de Poliaco.

2 Quartus[c] error & hæresis: ꝙ duæ sunt Ecclesiæ, scilicet carnalis diuitijs pressa, efluẽs deliciis, sceleribus maculata: cui Romanũ præsulẽ, aliosq; inferiores prælatos dominari, hęretici isti fingunt: alia spiritualis frugalitate munda, virtute decora, paupertate succincta, in qua ipsi soli Begardi, eorumque complices continentur.

Quintus error: ꝙ venerabiles Ecclesiæ sacerdotes, alijque ministri, sic sunt iuridictionis & ordinis auctoritate deserti, vt nec sententiam ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere: sed sunt priuati omni ecclesiastica potestate, nisi sint de eorũ Begardorũ perfidia, apud quos solos, vt ipsi fingunt, sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic & ecclesiastica auctoritas perseuerat.

Sextus error est, illos mortalis criminis contagione pollui, & pœna teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi.

Septimus error est: sacerdotes rite & legitime secundum formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta.

Octauus error est: ꝙ Euangelium Christi in solos Begardos hoc tempore est completũ: quod hactenus, vt ipsi Begardi somniant, obtectum fuerat, immo prorsus extinctum.

Isti quinque errores condemnantur in extrauag. dicti domini Ioannis, quæ incipit: Gloriosam Ecclesiam, quæ est infra. †

† Quæ. 16.

3. Nonus[d] error est: q uòd Dominus noster Iesus Christus, eiusque Apostoli, non habuerunt aliqua nec in proprio, nec in communi.

Decimus error & hæresis est: quòd Dominus noster Iesus Christus, eiusque Apostoli in his, quæ ipsos habuisse sacra scriptura testatur, nõ habuerint, seu eis non competierit ius ipsis vtendi, nec illa vendendi, seu donandi, aut ex ipsis aliqua acquirendi.

Isti duo articuli vere vt hæreticales condemnantur in extrauagan. dicti domini Ioan. quę incipit. Cum inter nonnullos. quæ est infra †.

† Quæst. 15. in fine.

4. Vndecimus error & hęresis est: quòd Dominus noster Iesus Christus, & eius Apostoli in his quę habuisse leguntur, tantum habuerunt absque iure aliquo simplicem vsum facti.

Hic articulus tanquam vere hæreticalis condẽnatur in extrauagan. dicti domini Ioan. quę incipit: Quia quorundam mentes. & etiam in extrauagan. eiusdem, quæ incipit: Vir reprobus, quæ sunt infra †.

† Quæst. 15.

5. In extrauagante[e] autem domini Papæ Benedicti. xij. quę incipit: Benedictus Deus. quę est supra, sequentes hęreses condemnantur, & eorũ opposita esse catholica & fide tenenda omnia cõprobantur.

fol. 127.

Prima hæresis est: quòd secundum Dei communẽ ordinationem, animę iustorum decedentium ante Domini nostri Iesu Christi passionẽ, in quibus nihil erat purgabile, mox post eandem passionem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, ante resumptionem suorum corporum, & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt clare & aperte diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur; nec post eiusdem Domini nostri Iesu Christi ascensionem fuerunt, nec sunt, nec erunt in cœlo cœlorum regno, & paradiso cęlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatę.

Secunda hæresis est: ꝙ secundum Dei communem ordinationem, animę iustorum decedentiũ ante Domini nostri Iesu Christi passionem: in quibus aliquid purgabile remanebat †, purgatione peracta ex toto, mox post eandem passionem Domini nostri Iesu Christi ante resumptionem suorum corporum & iudicium generale, non viderunt, nec vident, nec videbunt diuinam essentiam clare & aperte, nec illa etiam perfruuntur: nec post eiusdẽ Domini nostri Iesu Christi ascẽsionem fuerunt, nec sunt, nec erũt in cœlo cœlorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ.

† al. remanet

Tertia hęresis est: quòd secundum Dei ordinationem communem, animæ iustorum deceden tium post sanctum baptisma ab eis susceptum, in quibus nihil est purgabile, cum decedunt, ante suorum corporum resumptionem & iudicium generale, non vident, nec videbunt clare & aperte diuinam essentiam; nec illa etiã perfruuntur, nec sunt, nec erunt in cœlo cœlorum regno & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ.

Quarta hęresis est: ꝙ secundum communem Dei ordinationem, animę iustorum decedentiũ post sanctum baptisma ab eis susceptum: in quibus est aliquid purgabile cum decedunt, peracta etiam purgatione ex toto, ante suorum coporum resumptionem & iudicium generale, non vidẽt nec videbunt clare & aperte diuinam essentiam, nec illa etiam perfruũntur, nec perfruentur; nec sunt, nec erunt in cœlo cœlorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ.

Quinta hęresis est: ꝙ secundum communem Dei ordinationem, animæ paruulorum sacro baptismate renatorum, decedentium ante vsum liberi arbitrij, ante suorum corporum resumptionem & iudicium generale, nec vident, nec videbunt clare & aperte diuinam essentiam, nec illa etiam perfruuntur, nec perfruentur; nec sunt, nec erunt in cœlo cœlorum regno, & paradiso cœlesti cum Christo sanctorum Angelorum consortio aggregatæ.

Sexta hæresis est: ꝙ secundum Dei communẽ ordinationem, animę iustorum omnium decedentium prædictorum, ante nostrorum corporũ resumptionem & iudicium generale diuina visione & fruitione non erunt beatę; nec habebunt vitam & requiem sempiternam.

Septima hęresis est: ꝙ diuinę essentię visio animarum beatarum, non est visio intuitiua & facialis.

Octaua hęresis est: ꝙ secundum communem Dei ordinationem, diuinę essentię intuitiua & facialis visio & fruitio in beatis euacuabitur: nec continuabitur vsque ad finale iudicium, nec ex tunc vsque in sempiternum.

Nona hęresis est: ꝙ secundum communem Dei ordinationem, animæ decedentium in mortali peccato, mox post mortem suam ad inferna nõ descendunt, nec pœnis infernalibus cruciantur.

Decima hęresis est: ꝙ in die iudicii omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus non comparebunt reddituri de factis propriis rationem, vt referat vnusquisque proprii corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.

COMMENT. XXXIII.

a ¶ HAereses & errores per Ecclesiam condẽnati, de quibus agitur in Extrauagãtibus. *De hoc eodem instituto agunt sanctus Antoninus in summa. par. 4. tit. xj. cap. 7. §. 5. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. parte 2. cap. 37. quibus locis aliorum errores in alijs Extrauagantibus condẽnati referuntur, quos non recensuit hic Eymericus; enumerat tamen eorum multos in aliis locis sicut occasio & series dicendi postulabat.*

b ¶ Horum autem errorum auctor fuerat, &c. Ioannes de Poliaco.] *Huius Ioannis Poliaci errores refert etiam Bernardus Lutzemburgus in catalogo hęreticorum lib. 2. & Prateolus lib. 9. de vitis & sectis hæreticorum, c. 26. obiter autem hic est obseruandum, Ioannem hunc Poliacum in his erroribus non mansisse pertinaciter; nam & à sententia sua*

sua recessit, & errores publice reuocauit, vt constat ex extrauagan. incipien. Vas electionis. quam hic citat Eymericus; quod factum fuit anno quinto Pontificatus domini Ioannis xxij. qui incidit in annum Domini, MCCCXXI.

c ¶ Quartus error & hæresis est, &c.] *Hic est primus error in ordine eorum, qui damnati sunt per Ioannem xxij. in extrauagan. incipien. Gloriosam Ecclesiam. cuius quoddam fragmentum refert Eymericus infra in hac 2. parte, quæst. 16. Hos autem errores profitebantur Fraticelli, siue Begardi, quorum dux & caput fuit Henricus de Ceua, vt constat ex dicta extrauag. Gloriosam Ecclesiam. & ex Eymerico infra in hac 2. parte, quæst. 16.*

d ¶ Nonus error est, &c.] *Hunc item errorem & duos sequentes defendebant Fraticelli seu Begardi, vt constat ex Eymerico infra in hac 2. parte, q. 15. & ex Beato Antonino in summa par. 4. tit. xi. cap. 7. §. 5.*

e ¶ In extrauaganti autem domini Papæ Benedicti duodecimi.] *Antea legebatur, vndecimi. Sed locum restituimus tum in hac quæstione, tum alibi, vt de Benedicto duodecimo accipiatur, sicut ostendimus super extrauagan. Benedictus Deus. relata supra in hac 2. parte, folio. 134. vbi nonnulla tradidimus, quæ hunc locum illustrabunt.*

QVEASTIO IX.

De hæresibus à Rom. Pont. damnatis post mortem auctorum earum.

SVMMARIVM.

1 *Petri Ioannis errores xx. damnati.*
2 *Alij duo insuper eiusdem errores.*
3 *Michael de Cesena hæreticus.*
4 *Errores Ioanni de Parma tributi.*
5 *Raymundi Lull errores quàm plurimi.*
6 *Lullistarum errores.*

NOna quæstio est: Hęreses & errores per diuersos summos Pontifices de fratrum consilio condemnati, post mortē illorū, qui errores huiusmodi posuerunt; qui sunt? ¶ Ad hanc respondemus, ꝙ ante condemnationem prædictorum errorum factam per dominum Ioānem xxij. in Extrauagātibus, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam mentes. de quibus infra †, & ante a condemnationem statim dictorum errorum factā per dominum Benedictum xij. in Extrauagante, Benedictus Deus. de qua supra. (†Quæst. 15. huius partis.) (fol. 127.)

1 Idem b dominus Ioannes Vigesimussecundus condemnauit de multorum consilio magistrorū in theologia postillam fratris Petri Ioannis ordinis Fratrum Minorum super Apocalypsim, oriundi de villa, quæ dicitur Seriatum, diœcef. Biterrē. ꝓpter hæreticales & erroneos articulos infrascriptos in dicta postilla contentos: quos articulos cū postilla pariter condemnauit. Condemnauit etiā postillam eiusdem fratris Petri Ioānis super Matthæum, & postillam etiam eiusdem super canonicas †, in quibus, vt in postilla super Apocalyp (PETRVS IOANNES ET EIVS ERROBES DAMNATI) († scilicet, epistolas)

A sim continentur hęreses aliquæ in effectu consimiles. Hęreses autem dictę postillæ sic vt prædicitur, condemnatæ, sunt istæ.

Aduertendum, tamen prius est, ꝙ infra per totum, per Babyloniam meretricem magnam intelligit vniuersalem Romanam Ecclesiam militantem, quam nos, & vere, vocamus Sanctam Catholicam & Apostolicam. Per Ecclesiam carnalem intelligit idem, scilicet vniuersalem Romanam Ecclesiam. Per bestiam intelligit idem. Per synagogam Satanæ intelligit idem. Per mysticum Antichristum intelligit Papam, seu Pontificem Romanum. Per Angelum consignatum intelligit B Beatum Franciscum. Per Christi militiam intelligit Begardos, seu eorum hæresibus & erroribus credentes. Per Euangelicam vitam, seu regulam intelligit nihil habere nec in proprio, nec in communi, nec ius, seu dominium in rebus habere donandi, vendendi, seu ex illis acquirendi, vel aliàs alienandi: sed habere in eis simplicem vsum facti. Per Ecclesiam spiritualem intelligit idem, scilicet † eius erroribus credentes. († In Sabellano ita legit: s. sectā Begardorū, & eius, &c.)

Errores Petri Ioannis.

Prima hæresis est: quòd sextus status Ecclesię quę incœpit, vt dicit, à tempore Beati Francisci, C & plenius à tempore condemnationis Babylonis meretricis magnæ, quando angelus Christi signo signauit per suos futuram militiam Christi, & durabit vsque ad tempus Antichristi, & pręeminet notabiliter quinque primis.

Secunda hæresis est: ꝙ sicut in primo Christi aduentu formata est noua Ecclesia, veteri synagoga reiecta: sic & in initio sexti status, vetustas prioris temporis est vniuersaliter repellenda, vt videatur nouum sæculum, seu noua Ecclesia tūc formari veteribus iam reiectis. Et sicut in sexta ætate reiecto carnali iudaismo, & vetustate prioris sæculi, venit nouus homo Christus cum noua D lege, vita, & cruce: sic in sexto statu reiecta carnali Ecclesia, & vetustate prioris sæculi, renouabitur Christi lex, & vita, & crux: propter quod in eius primo initio Franciscus apparuit cauteriatus †, & Christo totus crucifixus, & consignatus. († al. characterizatus.)

Tertia hęresis est: ꝙ sicut gloria, quę fuerat synagogę parata, & pontificibus suis, si in Christū credidissent, trāslata fuit ad primitiuam Ecclesiā, & ad pastores eius: sic & gloria parata finali ecclesiæ quinti status, propter eius malitiam ad electos sexti status fuit translata.

Quarta hæresis est: ꝙ constat regulam fratrum Minorum per beatum Franciscum editam, esse E vere & proprie illam Euangelicam, quam Christus in se ipso seruauit, & Apostolis imposuit, & in Euangeliis suis conscribi fecit.

Quinta hęresis est: ꝙ regula beati Frācisci est condemnanda à pluribus ab Ecclesia carnali, & superborum nequiter, & sophistice, sicut Christus condemnatus fuit à synagoga reproba Iudęorū: & ꝙ hoc oportet præire exterminium Ecclesiæ, sicut Christi & suorum condemnatio à Iudæis præiuit temporale exterminium synagogæ.

Sexta hæresis est: ꝙ beatus Franciscus est ille Angelus, (Apoc. 7.)

de quo dicitur in Apocalypsi: Vidi alterum angelum habentem signum Dei viui: Euangelicæ vitæ & regulæ sexto & septimo tempore propagandæ, & magnificandæ renouator, & summus post Christum, & eius matrem obseruator.

Septima hæresis est: quòd decet cōdemnationem regulæ beati Francisci pręire exterminium carnalis Ecclesiæ, ad hoc, vt iusto Dei iudicio carnalis Ecclesia prout meruit excitetur, & eius malitia crescat, & consumetur† vsque ad impugnationem vitæ & Spiritus sancti. († In Bononien. ita: & cōsequenter, vsque ad impugnationē vitę, &c.)

Octaua hęresis est: quòd fere omnes clerici & regulares possidentes aliquid in communi, videntur minus bene sentire de abrenunciatione Euangelica huiusmodi in communi.

Nona hæresis est: quòd sicut synagoga propagata est ex duodecim Patriarchis, & Ecclesia de gentibus ex duodecim Apostolis: sic finalis Ecclesia reliquiarum Iudæorum & gentium est per duodecim viros Euangelicos propaganda: vnde beatus Franciscus habuit duodecim filios & socios, per quos & in quibus fuit fundatus, & initiatus ordo Euangelicus.

Decima hęresis est: quòd tertia tribulatio transfigit manus per apparentiam celebris auctoritatis Ecclesiæ, & plebeiæ multitudinis sibi subditæ, & per apparentiam contrarij in spiritualibus viris.

Vndecima hæresis est: quòd Angelus Franciscus sentiet se prosperari, non ita in carnali Ecclesia Latinorum, sicut in Græcis, & Sarracenis, & Tartaris, & tandem in Iudæis.

Duodecima hęresis est: quòd omnes abbates quinti temporis conuenient in quintum caput bestiæ, quæ est diabolus, aut Antichristus, & congregatio malorum.

Tertiadecima hęresis est: quòd illa Ecclesia, quam nos vocamus vniuersalem Ecclesiam catholicam militantem; est Ecclesia carnalis, Babylon meretrix magna extensiue: quia boni sic sunt in ea, sicut pauca grana auri inter immensos aceruos arenæ: & sicut pauca grana tritici sub immenso cumulo palearum, quæ etiam Ecclesia carnalis publice & impudentissime adulteratur à suo sponso Christo: quæ etiam se & omnes gentes sibi subiectas corrumpit, fœdis carnalitatibus & simoniacis cupiditatibus, & terrena gloria huius mundi, quę etiam nunc exarsit in iram contra viros spirituales, & contra vires & influxus Spiritus sancti; quæ etiam cecidit intus spiritualiter, & exterius corporaliter; & quę per temporale exterminium cecidit in mundo; deinde ad æternum supplicium cecidit in inferno: & quę sua malitia & potestate impediuit & angustiauit spiritum electorum, & conuersionem totius orbis: quę etiam est exterminanda, & eius exterminium erit Sanctis quasi exitus de carcere, ad libertatis latitudinem & volatum, & exitus de tenebrosissimo fumo fornacis ad lucē solarem: & sicut exoneratio à lapide molari, seu à monte immenso.

Quartadecima heresis est, ꝙ sicut per quattuor animalia quattuor primos status Sanctorū A designantia, sublimata est generalis sedes Romanæ Ecclesię ceteris patriarchalibus seu orientalibus, à Christo, & ab eius vera fide reiectis: sic in eodem tempore per quattuor bestias à Daniele visas, quattuor primis ordinibus Sanctorum contrarias, sublimata est sedes bestiæ, id est, bestialis cateruæ, ita vt numero & potestate pręualeat, & fere absorbeat sedem Christi, cui localiter, & nominaliter est commixta, vnde & sic appellatur Ecclesia fidelium, sicut & illa, quæ vere est per gratiam Sedes & Ecclesia Christi. Super huiusmodi vero malitiam, non cessant zelatores sancti huius quinti temporis effundere phialam detesta B tionis, & celebris increpationis, ita ꝙ regnū eius, velit nolit euidenter apparet omnibus, & etiam ipsissimet tenebrosum, id est, fœda & enormi luxuria & auaritia, & simonia, & superbia, & dolosa negotiatione, et astutia, & fere omni malitia dissipatum, & abominandum: Vnde & infra vocatur Babylon meretrix habens in manu sua poculum aureū plenum abominatione. Per hanc autem sedem bestiæ designatur principaliter carnalis clerus, in hoc quinto tempore regnans, & toti Ecclesiæ pręsidens: in quo quidem bestialis vita transcendenter, & singulariter regnat, et sedet sicut in sua principali sede: Et longe plus, quàm C in laicis plebibus sibi subiectis. (Dan. c. 1.)

Quintadecima hęresis est: ꝙ tempore Antichristi mystici, carnalis Ecclesia, *per quam intelligit in toto suo processu Ecclesiam Romanam*, contra doctrinam Sanctorum, & vitam & zelum, acrius exardescens, quasi omnino siccetur † spirituali sapientia, & virtuali gratia, & opulentia Christi: sicut factum fuit in Iudæis, & in Græcis, ita vt pateat omni errori. († al. siccabit)

Sextadecima hæresis est: ꝙ sicut Vasthi regina à regno & coniugio regis Assueri abiecta, electa est Ester humilis & sancta ad eiusdem regis connubium & regnum, fecitque rex magnificum cō D uiuiū cunctis principibus & seruis suis: sic reiecta synagoga, electa est Ecclesia plenitudinis gētium: sicque in sexto statu Ecclesię reiecta Babylone adultera, oportet spiritualem Ecclesiā exaltari, & celebre ac spirituale conuiuium post eius nuptias celebrari. (Esther. c. 1. & 2.)

Decimaseptima hæresis est: ꝙ sub mystico Antichristo fienda est subuersio & commotio, per quam tota carnalis Ecclesia terribiliter excitabitur †, & commouebitur contra Euangelicū spiritum Christi. († al. excæcabitur.)

Decimaoctaua hæresis est: ꝙ sub mystico Antichristo cadet Babylon meretrix carnalis Eccle E sia, quo tempore sancti patres fortiter prædicabūt dicentes, ꝙ ex tunc non est Ecclesia Christi, sed synagoga satanę, & habitatio dæmoniorum, quæ ante in corde suo dicebat superbiendo: Sedeo regina in magna præsidentia & gloria, super regnū meum dominor, & quiesco, & vidua non sum; id est, non sum destituta gloriosis episcopis & regibus.

Decimanona hæresis est: ꝙ Romana Ecclesia est mulier illa meretrix magna, de qua agitur in Apocalyp. quæ fuit quondam in statu paganismi, & (Apoc. c. 17. & 18.)

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi,& postmodum fuit in fide Christi, quæ nunc multis criminibus cum hoc mũdo fornicata est, quæ merito vocatur meretrix magna, quia à fideli cultu & à syncero amore, & delitiis Christi spõsi sui recedens adhęret huic sęculo, & diuitiis, & delitiis eius, & diabolo, & regibus, & magnatibus, & prælatis, & omnibus aliis amatoribus huius sæculi.

Vigesima hęresis est: ꝙ magis appropriate cõpetit doctoribus status tertij generalis, qui est sextus & septimus, esse spirituales portas apertas introducentes aperitores, seu explicatores sapientię Christianæ, quàm Apostolis.

Multa alia hæreticalia posuit iste frater Petrus Ioannes in apostilla prædicta: sed hæc sunt principalia, & ad hæc cetera reducuntur: posuitq; quãplura alia falsa, temeraria, blasphema, periculosa, præsumptuosa pariter & insana.

Articuli autem postillæ super canonicas, & postillę super Matthęum, continent prædictos articulos in sententia & effectu, de condemnatione Ecclesiæ carnalis Babylonię meretricis magnę, et exaltatione ecclesię spiritualis: sed in speciali ponuntur in postilla super Matthęum duæ hæreses, quæ sunt postmodum condemnatæ, vna per dominum Clementem V. & alia per dominum Ioãnem XXII.

2 Prima hæresis est: ꝙ quando vnus militum lancea latus Christi in cruce pendentis aperuit, ꝙ Christus adhuc erat viuus, & nondum mortuus. Et hæc condemnatur in clemen. de sum. tri. & fide catho. cap. Fidei.

Sup. pag. 7.

Secunda hęresis est: ꝙ Christus & Apostoli eius non habuerunt aliqua in proprio, nec in communi, nec in rebus, quibus vtebantur, habuerunt nisi simplicem vsum facti. Hæc condemnantur in extrauagantibus prędictis, Cum inter. &, Quia quorundam mentes.

Habẽtur infra q. 15. huius partis.

Errores Michaelis de Cæsena.

3 Postmodum vero factis dictis condemnationibus de præfatis hæresibus & erroribus, & præsertim de hæresibus condemnatis in sæpe dictis extrauagantibus, fuerunt cõdemnatæ hæreses istę iterum, & consimiles c contentę in libello fratris Michaelis de Cæsena hæretici Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum, propter hanc causam à ministerio † depositi: quę fecit contra dominũ Ioannem XXII. prædictum, vocans eundem dominum Ioannem Papam, Ioannem de Caturco hæreticum gerentem se pro Papa in Auinione: qui dominus Ioannes eundem fratrem Michaelẽ deposuit, & suum libellum & contentos in ipso dictos errores condemnauit, & condemnando dictum eius hæreticalem & pestiferam, condemnauit etiam & personam, eum hęreticum promulgando: vt patet in extrauagante eiusdem domini Ioannis XXII. quæ incipit: Quia vir reprobus Michael de Cæsena, & Magister † Generalis ordinis Fratrum Minorum.

† al. magisterio

† al. Minister

Errores Ioannis de Parma.

4 Aduertendum d tamen, ꝙ ante condemnationem prædictorum librorum editorum à prædicto fratre Petro Ioanne factam Auinione per Dominum Papam Ioannẽ XXII. dominus Alexander Papa IIII. condemnauit Romę quendã librum, Euangelium ęternum, communiter appellatum: cuius auctor fuit, vt fertur communiter, quidam e frater Ioannes de Parma Italicus monachus: in quo libro sequentes hæreses & errores sunt reperti.

Primus error est: ꝙ doctrina Abbatis Ioachim excellit † doctrinam Christi, & consequenter nouum & vetus testamentum.

† al. excedit

Secundus error: quòd Euangelium Christi non est Euangelium regni, & ideo non est ædificatorium.

Tertius error: ꝙ nouum testamentum est euacuandum, sicut vetus est euacuatum.

Quartus error: ꝙ nouum testamentum non durabit in virtute sua, nisi per sex annos proximè futuros, videlicet vsque ad annum Christi in carnationis Mcclx.

Quintus error: ꝙ illi, qui erunt vltra prædictũ tempus, erunt in statu perfectorum.

Sextus error: ꝙ Euangeliũ Christi aliud Euangelium subdet, & ita pro sacerdotio Christi aliud Euangelium succedet.

Septimus error: ꝙ nullus simplex homo est idoneus ad instruendum hominem alium de spiritualibus & æternis, nisi illi, qui incedunt pedibus nudis.

Octauus error: ꝙ quantumcunque Deus affligat Iudæos in hoc mundo, illos tamen seruabit; quibus benefaciet etiam manentibus in iudaismo: & ꝙ in fine liberabit eos ab omni impugnatione hominum, etiam in iudaismo manentes.

Nonus error: ꝙ Ecclesia nondum peperit nec pariet filios ante finem regni temporalis, quod fi nietur per sex annos tunc proxime sequentes.

Et per hoc datur intelligi ibidem, quòd religio Christiana, quæ iam multos peperit vocatos ad fidem Christi, non est Ecclesia.

Decimus error: ꝙ Euangelium Christi neminem perducit ad perfectum.

Vndecimus error: ꝙ adueniente Euangelio Spiritus sancti, siue clarescente opere Ioachim (quod ibidem dicitur Euangelium æternum, siue Spiritus sancti) euacuabitur Euangelium Christi.

Duodecimus error: ꝙ spiritualis intelligentia noui testamenti non est commissa Papæ Romano, sed tantum litteralis.

Et per hoc datur ibi intelligi, quòd Ecclesia Romana non potest iudicare de spirituali intelligentia noui testamenti; & si iudicat, temerarium est eius iudicium, & ei non est acquiescendum; quia Ecclesia Romana (vt dicunt) animalis est, & non spiritualis.

Tertiusdecimus error: ꝙ recessus ecclesię Græcorum à Romana Ecclesia fuit bonus.

Et

Et per hoc datur intelligi, quòd viri spirituales non tenentur obedire Romanæ Ecclesiæ, nec acquiescere eius iudicio.

Quartusdecimus error: ꝙ tertius ordo clericorum, (qui secundum prædictum librum est ordo religiosorum) non tenetur se exponere morti pro defensione fidei, aut conseruatione cultus Christi, sed secus de aliis hominibus.

Quintusdecimus error: ꝙ populus Græcus magis ambulat secundum spiritum, quàm populus Latinus.

Et per hoc datur intelligi, ꝙ populus Græcus magis est in statu saluandorum, & magis est adhęrendum ei, quàm populo Romanæ Ecclesię.

Sextusdecimus error: ꝙ sicut filius operatur salutem populi Romani siue Latini, qui filium repręsentat: sic pater operatur salutem populi Græci, qui Spiritum repręsentat.

Et per hoc datur intelligi, ꝙ pater saluũ faciet populum Græcum, & Iudaicũ; qui spiritum repræsentant.

Decimusseptimus error: ꝙ sicut veniente Ioãne Baptista, ea quæ præcesserunt, refutata sunt necessario, propter noua superuenientia: ita aduenięte tempore Spiritus sancti, siue tertio statu mundi, ea quę præcesserunt, refutabuntur necessario, propter noua quæ superuenient.

Ex quo datur intelligi, ibidem, quòd nouum testamentum refutabitur, & vetus proiicietur.

Decimusoctauus error: ꝙ Spiritus sanctus aliquid recipit ab Ecclesia, sicut Christus inquantũ homo accepit à Spiritu sancto.

Decimusnonus error: ꝙ Christus & Apostoli eius non fuerunt perfecti in vita contemplatiua.

Vicesimus error: ꝙ actiua vita vsque ad tempus Abbatis Ioachim fructuosa fuit: sed nunc fructuosa non est: contemplatiua vero vita ab ipso Ioachim fructificare cœpit, et amodo in perfectis successoribus eius perfectius manebit.

Et per hoc datur intelligi ibidem, quòd ordo clericorum, ad quem pertinet vita actiua, amodo non fructificabit in ædificatione Ecclesiæ & conseruatione; nec omnino in regimine: sed ordo monachorũ in his fructificabit.

Vicesimusprimus error: ꝙ aliquis de ordine religiosorum futurus est, qui præferetur omnibus dignitate & gloria, in quo implebitur ꝓphetia, & promissio psalmistę dicentis: Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi.

Psal. 15.

Vicesimussecundus error: ꝙ ille ordo in quo complebitur prædicta promissio Psalmistæ tunc conualescet, quando ordo clericorum desinet † perire.

† Vulgaris locutio, idest, quando omnino peribit siue cum desinet esse.

Vicesimustertius error: ꝙ ille ordo parvulorum est, in quo complebitur promissio prędicta Psalmistæ.

Vicesimus quartus error: ꝙ sicut in primo statu mundi fuit commissum regnum, seu regimen totius Ecclesię à Patre aliquibus de ordine coniugatorum, in quo auctorizatus fuit ille ordo: sic etiam in tertio statu mundi committetur alicui, vel aliquibus de ordine monachorum à Spiritu sancto, in quo vel quibus ab ipso gloriabitur ille ordo.

Vicesimusquintus error: ꝙ illi, qui præsunt collegijs monachorum, in diebus istis cogitare debent de recessu à sęcularibus, & parare se ad reuertendum ad antiquum populum Iudæorum.

Vicesimussextus error: ꝙ prædicatores, qui erunt in vltimo statu mundi, erunt maioris dignitatis, & auctoritatis, quàm prædicatores primitiuę Ecclesię.

Vicesimusseptimus error: ꝙ prædicatores, & doctores religiosi viri quando infestabũtur à clericis, transibunt ad infideles, & timendum est ne ad hoc transeant, vt cogant eos in prælium contrà Romanam Ecclesiam, iuxta doctrinam Ioannis Apoc. 15.

De Raymundo Lull, & eius erroribus.

5. Postea, dominus Papa Gregorius XI. in Cõsistorio etiam de consilio fratrum interdixit, & condemnauit doctrinam cuiusdam Raymundi Lull Catalani mercatoris de ciuitate Maioricarũ oriundi, laici, phantastici, imperiti, qui quamplures libros ediderat in vulgari Catalanico, quia totaliter grammaticã ignorabat: quę doctrina erat plurimum diuulgata, quam creditur habuisse à diabolo, cum eam non habuerit ab homine, nec humano studio, nec à Deo, cum Deus non sit doctor † hęresum, nec errorum: licet ipse Raymundus asserat in libris suis, ꝙ eam habuit in quodã monte à Christo, qui sibi (vt dixit) apparuit crucifixus: qui putatur fuisse diabolus, & non Christus. Quę doctrina durauit fere per octuaginta annos quousque scilicet, frater Nicolaus Eymerici ordinis Prædicatorum Aragoniæ Inquisitor ex certis causis habens eandem multum suspectam de hæretica prauitate, illam multo cũ labore transcurrit, & postea præsentauit prędicto Domino Papę Gregorio viginti volumina, et causa commissa domino Cardinali Hostiẽsi, de eius mandato fuerunt per viginti & vltra Magistros in theologia diligenter examinata: & tandem de fratrum consilio, vt vere hęreticalia condemnata, & tota doctrina generaliter interdicta: quæ doctrina continebat plusquam quingentos articulos erroneos, de quibus, vt prolixitati parcatur, centũ præsentibus inseruntur.

† al. auctor

Primus articulus est: ꝙ Deus habet multas essentias. In lib. de philosophia amoris.

Raymundi Luli errores.

Secundus: ꝙ in diuinis essentia non est otiosa, sed essentiat, & natura naturificat, bonitas bonificat, & infinitas infinitificat, & æternitas æternificat. In

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. super primo sententiarum, q. 2.

Tertius: quòd sicut leo se habet ad leonificandum, & homo ad homificandum: sic & multo plus diuina natura se habet ad naturificandum, & diuinitas ad diuinificandum. In lib. super primo sententiarum, q. 2.

Quartus: ꝙ sicut diuina natura requirit agere intrinsece, scilicet, naturare: sic sua bonitas requirit bonificare, magnitudo magnificare, æternitas æternificare: & sic de aliis, cum sint cum ipsa natura vnum numero. In lib. super primo sententiarum, q. 2.

Quintus: ꝙ sicut Deus naturale habet intelligere, & amare intrinsece: ita intrinsece habet naturale bonificare, eternificare, posificare & virtuificare. In lib. super primo sententiarum, & in lib. de centum Dei nominibus.

Sextus: ꝙ quia non est altera æternitas nisi Dei oportet ꝙ substantia se habeat vt suppositū eternans, vt de seipsa producat eternum bonum. In lib. contemplationum.

Septimus: ꝙ in diuinis est dare commune suppositum, quod respondet secundum suam naturam rationibus diuinis in producendo bonum. In lib. contemplationum in pluribus locis, & in lib. de septem arboribus.

Octauus: ꝙ in diuinis sunt tres personæ, & nō plures, nec pauciores: scilicet, vniens, vnibilis, & vnire: deificans, deificabilis, & deificare: æternificans, æternificabilis, & æternificare. In lib. de septem arboribus.

Nonus: ꝙ in diuinis deificatiuus, bonificatiuus, & æternificatiuus, virtuificatiuus, posificatiuus, & in amore intellectiuus est Pater deificabilis, bonificabilis, æternificabilis, virtuificabilis, posificabilis: & in amore intelligibilis est Filius; sed deificare, bonificare, æternificare, virtuificare, posificare, & in amore intelligere est Spiritus sanctus. In lib. de centum Dei nominibus. & in lib. de vii. arboribus.

Decimus: ꝙ essentia & natura Dei patris generat filium. In lib. de centum Dei nominibus, & in lib. de ecclesiasticis prouerbiis.

Vndecimus: ꝙ Deus pater est antequam Deus filius. In lib. de vii. arboribus.

Duodecimus: ꝙ Deus pater, inquantum pater est suppositum singulare, sed inquantum respondet suis rationibus ad producendū filiū, est suppositum commune. In lib. de 7. arboribus.

Tertius decimus: ꝙ si Deus non fuisset pater non potuisset esse pater æternitatis, cuius est pater inquantum eā dedit filio per generationē. In lib. de ecclesiasticis prouerb.

Quartusdecimus: ꝙ Deus pater est multiplicabilis, & Deus filius consimiliter. In lib. de cōtritione, confessione, satisfactione, & oratione.

Quintusdecimus: ꝙ Deus filius est à Deo patre totus generatus, & tota eius essentia, & natura. In lib. orationum.

Sextusdecimus: ꝙ Deus filius sic essentialiter est de essentia productus, sicut personaliter de persona. In libro super primum sententiarum, quæst. 24.

Decimusseptimus: ꝙ Dei filij essentia relata ad personam filii sic est genita, sicut est ingenita essentia patris relata ad personam patris: in lib. super j. sent. q. 24.

Decimusoctauus: quòd Deus, qui est filius deitatis est pater hominis deificati propter hoc vt deificare patri assimiletur. In lib. de centum Dei nominibus.

Decimusnonus: quòd Spiritus sanctus est conceptus de patre & filio. In li. de ecclesiasticis prouerbijs.

Vigesimus: quòd spiritus sanctus procedit à patre & filio, vt equalis sit patri & filio, ita quòd habeat duas passiones, vnam scilicet à patre, & aliā à filio, sicut pater habet duas actiones, & filius vnam actionem, & unam passionem. In lib. de 7. arboribus, & in lib. super j. sent. q. 12.

Vigesimus primus: ꝙ duę passiones spiritus sācti sunt de tota actiuitate patris: & stant sicut una persona, sicut duę actiuitates unum principium. In lib. de 7. arboribus.

Vigesimus secundus: ꝙ de patre, filio, & spiritu sancto sic est, ꝙ quilibet eorum stat tam completus, sicut alius, & stant omnes tres vnus Deus non distincti in aliquo. In lib. de confessione, contritione, satisfactione, tempore, & oratione.

Vigesimus tertius: ꝙ tantum sunt tres personæ diuinę in vnione, ꝙ nulla illarum trium potest aliquid agere intrinsece sine aliis: quia nec generare, nec spirare. In lib. contempl.

Vigesimus quartus: quòd generatio & processio non possunt esse in diuinis per vnam: vel duas personas solum minus de omnibus tribus. In lib. contempla.

Vigesimus quintus: ꝙ stante filio de toto patre, & stante spiritu sancto de totis ambobus sine aliqua conditione cōtrarietatis, stat eorum distinctio & cōcordia in maiori maioritate. quæ potest esse; & tres personæ diuinę distinguuntur maiori distinctione, quę potest esse. In lib. de 7. arboribus.

Vigesimus sextus: ꝙ sicut inter patrem & filiū in diuinis est maior unitas, & concordia, quę possit esse; sic inter eos est maior distinctio, quę possit esse. In lib. de 7. arboribus.

Vigesimus septimus: ꝙ male faciunt illi, qui dicunt, ꝙ inter patrem, & filium, & spiritum sanctū non sit tanta distinctio, quanta est inter Deum, & equum: cum inter diuinas personas sit maior concordia, q̄ inter Deum & equum: quæ maior concordia non potest esse sine maiori distinctione personarum. In lib. de 7. arboribus.

Vigesimus octauus: ꝙ extra Deum differentia est maior in pluralitate, & concordia in vnitate, sed in Deo est æqualitas in differētia & vnitate. In lib. amati, & amici.

Vigesimus nonus: quòd inquantum filius in diuinis est distinctus à Patre & Spiritu sancto personaliter, potest esse incarnatus sine hoc ꝙ illi non sint incarnati: sed inquantum omnes tres personę sunt vna essentia, & natura, oportet ꝙ Pater & Spiritus sanctus sint ita ueraciter homo per

p incarnationē, sicut Filius. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus: ꝙ vnitas naturæ & essentiæ diuinæ facit stare æqualiter tres personas diuinas hominem deitatum. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus primus: ꝙ in persona filij Dei accepit natura humana participationem cum persona Dei patris, & Dei Spiritus sancti. In lib. de ecclesiasticis prouerbijs.

Trigesimus secundus: ꝙ tunc quando Filius Dei accepit humanam naturam, produxit personam hominem in sua persona: sic in amando esse hominem, sicut produxit cum Patre Spiritū sanctum. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus tertius: ꝙ esse humanum est nobilius esse quod Deus creauit, & homo melior creatura, quę sit: & sicut essentia diuina est summum esse in bonitate, ita Filius Dei fuit incarnatus in meliori esse, quod sit post diuinum esse. In lib. contempla.

Trigesimus quartus: ꝙ diuina natura, quæ est Filius Dei, voluit esse induta de humana natura, quę est Christus homo. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus quintus: ꝙ Deus pro humano genere saluando sine hoc quòd humanum genus nō petiuit veniam, volùit ei indulgere per incarnationem, quam accepit misericordia, quę est Deus. In lib. de 7. arboribus.

Trigesimus sextus: ꝙ si humana natura potuisset se elongare à diuina natura, & eam fugere, vt non incarnaret se in ea, fecisset: sed natura diuina accesit ad humanam naturam, & incarnauit se in illa. In lib. contempla.

Trigesimus septimus: ꝙ natura diuina in Christo vnita humanitati à peccato originali purificauit, custodiuit, & mundauit eius humanitatem, vt non esset in ea. In lib. contemplationum.

Trigesimus octauus: ꝙ in Christo sunt tres naturæ, scilicet diuina, anima rationalis, & corpus humanum: & propter quamlibet istarum naturarum est rex: nā propter naturam diuinam est rex diuinus, & æternus: propter animam rationalem est rex omnium spirituum creatorum & creabilium; sed propter corpus humanum est rex totius corporalis naturæ. In lib. de Benedicta tu.

Trigesimus nonus: ꝙ substantia Christi humanitatis distinguitur in tres res, scilicet, animā, corpus, & spiritum, qui exit à duobus, scilicet, à corpore & anima. In lib. contempla.

Quadragesimus: ꝙ anima Christi diligit suam formam, & suam materiā: quæ forma animę Christi est nobilior, pulchrior, melior, & honorabilior forma quæ sit; nec aliæ formæ aliarum creaturarum habent tantam virtutem, sicut habet sola forma animæ Christi: in qua propter eius pulchritudinem illi, qui sunt in paradiso, habent magnam gloriam. In lib. contempla.

Quadragesimus primus: ꝙ per Christum principaliter est mundus creatus de nihilo. In lib. de centum Dei nominibus.

Quadragesimus secundus: ꝙ diuina natura & humana in Christo, sunt magnæ in differentia, & concordia, & tā magnæ, quòd sicut est concordia maior, quàm alia concordia, quę sit inter creatorem & creaturam †; oportet quòd sit differentia maior inter diuinam naturam & humanā in Christo, quàm aliqua differentia, quæ sit inter creatorem & creaturam. In lib. de 7. arboribus. † Videturhic deesse dictio ita.

Quadragesimus tertius: quòd inter verbum diuinum & animam, quā assumpsit, est magna concordia per coniunctionem & vnionem; & ita magna, quòd verbum est anima, & homo, & homo est verbum cum omnibus partibus suis, & verbū conuertitur cum anima. In lib. super primo sententiarum, q. 7.

Quadragesimus quartus: ꝙ anima Christi est instrumentum, & verbū est agens, & ideo mediante anima Christi verbum comprehendit, & non immediate. In lib. 3. sententiarum, q. 17.

Quadragesimus quintus: ꝙ Christo ita fuit leue in die passionis suę dolores sustinere, sicut dicere. In lib. contemplationum.

Quadragesimus sextus: ꝙ tota humana natura Jesu Christi in passione pœnam habebat, & tota diuina natura pœnam eius sentiebat. In lib. de ecclesiasticis prouerb.

Quadragesimus septimus: quòd corpus Christi stans in cruce fuit mortuum, inquātum anima dimisit illud, & non fuit mortuum, inquantum deitas ab eo non recessit: nec coniunctio diuinæ naturæ & humanæ fuit diuisa: remānsit ergo Christus viuus, & mortuus: fuit mortuus secundum cursum naturalem, sed remansit viuus supra cursum naturalem. In lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus octauus: ꝙ mortuus fuit Christus homo secundum mortem humanam: sed remansit homo Deus, inquantū Deus remansit homo. In lib. de 7. arboribus.

Quadragesimus nonus: quòd resurrexit Christus propter hoc, vt esset homo coniunctus ex anima & corpore, sicut erat homo antequā moreretur; & quando fuit mortuus fuit homo, inquantum filius Dei erat homo. In lib. de 7. arboribus.

Quinquagesimus: quòd in cœlo imperiali sunt animæ sanctorum, & in illo vident Deum & contemplantur facie ad faciem, & oculo spirituali ad oculum; & in istis locis inferioribus nulla anima potest videre nec contemplari Deum sine medio, quod est species phantastica. Est ergo nobilior locus ille superior, quàm iste inferior; oportuit ergo quòd Christus ascenderit † corpus suum in altū. In lib. de 7. arboribus. † al. assumpserit

In quo videtur intelligere, quòd anima Christi vsq; post ascensionē non contemplabatur, nec contemplari potuit diuinam essentiam immediate, & facialiter.

Quinquagesimus primus: quòd Dei Filius est bonus ratione bonitatis beatę Mariæ, quæ est bona per naturam, & naturalem habet proprietatē, quòd est bona in seipsa intantum quòd non fecit peccatum mortale nec veniale, sed habet proprietatem per se ipsam faciendi bonum. In lib. de beata Maria.

Quinquagesimus secundus: quòd beata Maria relaxat peccatoribus culpas, & peccata; & potest plus peccatoribus indulgere, quā ipsi peccare, do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

natque virtutes & merita, fidem, ſpē, & charitatē, cum quibus habeant homines vitam æternam. In lib. de beata Maria.

Quinquageſimus tertius: quòd voluntas beatę Mariæ eſt contra iuſtitiam, quia non dilexit ſi lij ſui mortem, quem Deus cū iuſtitia interemit: & in hoc eſt ſtulta, & inobediens beatæ Mariæ voluntas. In lib. orationum.

Quinquageſimus quartus: quòd Papa eſt vicarius beati Petri. In lib. de 7. arboribus: & in lib. contempla.

Quinquageſimus quintus: quòd propter peccatum primi hominis totus mundus fuit corruptus, & quantum ad vegetabilia, & animalia, & alia creata ad ſeruitium hominis: immo etiam quantum ad dæmones, & etiam angelos. In lib. contemplat.

Quinquageſimus ſextus: ꝙ propter peccatum originale corpus hominis non eſt dignum, ꝙ ſumat vſum & ſeruitium, ac vitam de plantis, nec de animalibus brutis, quæ ſunt creaturę Dei; in quibus non habet ius aliquis, qui ſit contra Deū In lib. de articulis fidei.

Quinquageſimus ſeptimus: ꝙ quia anima rationalis eſt forma corporis, & mouet corpus ad accipiendam vitam de plantis, animalibus brutis, & aliis rebus ei neceſſarijs, mouet corpus iniuſte contra ius, & rationem. In lib. de articulis fidei. Et ꝙ ille, qui eſt in peccato, non habet ius in aliqua creatura. In lib. de eccleſiaſticis prouerbiis.

Quinquageſimus octauus: ꝙ poſt peccatum originale Deus & humanum genus fuerunt in magna contrarietate boni & mali, virtutis & vitij, veri & falſi: & illa contrarietas erat ita magna, ꝙ Deus in mundo populum non habebat. In lib. ſuper ſenten. q. 110.

Quinquageſimus nonus: ꝙ Deus conſentit, ꝙ homo faciat peccatum veniale, vt † non faciat peccatum mortale: aliàs magis diſtaret à diuina bonitate, & magnitudine per peccatum veniale, quàm per mortale: & ſic Deus non licentiaret hominem, ꝙ faceret peccatum veniale: quod eſt impoſsibile. In libro ſenten. q. 119.

† al. & non

Sexageſimus: ꝙ Deus peccatorem iuuare non poteſt, dum ſuum intelligibile & amabile ſunt infirma: & hoc quia participare non poteſt per ſuā bonitatem, & virtutem cum malitia; neque Deus contra iuſtitiam agere poteſt. In lib. ſuper 2. ſententiarum. q. 47.

Sexageſimus primus: ꝙ anima Iudæi & Sarraceni, qui credit eſſe in veritate, & non peccat mortaliter in peccato actuali non habebit pœnam ſpiritualem. In lib. de 7. arboribus.

Sexageſimus ſecundus: ꝙ nullus eſt homo ita vilis, nec ita peccator, qui qualibet hora, qua velit, nō poſsit eſſe Dei amicus, & familiaris. In lib. contemplationum.

Sexageſimus tertius: ꝙ homo non debet reclamare ad Deum ſi non diligit eum: & ꝙ ille facit magnam malignitatem, qui orat Deum ſine charitate. In lib. de eccleſiaſticis prouerbiis.

Sexageſimus quartus: ꝙ in faciendo bonū non oportet nos ſperare, ꝙ Deus incipiat, quia iam incœpit, quando nos creauit, & pro conſeruatione noſtra mundum nobis dedit, vt ei ſeruiamus, & eum honoremus. In lib. orationum, & in lib. de philoſophia amoris.

Sexageſimus quintus: ꝙ virtus eſt ita bona & quantitate magna, ꝙ omnis homo poteſt eam habere pro ſua volūtate. In lib. de philoſophia amoris. & in lib. de centum Dei nominibus.

Sexageſimus ſextus: ꝙ nullus homo eſt qui nō poſsit multiplicare amorē ſuum & velle, in quantum voluerit. In lib. contempla.

Sexageſimus ſeptimus: ꝙ de amore diuino quilibet poteſt habere quantum voluerit, & de Deo quilibet etiam poteſt habere, quantum voluerit. In lib. contemplationum, & in lib. de centum Dei nominibus.

Sexageſimus octauus: ꝙ quilibet homo poteſt Deum contemplari quantum vult, & vbi vult, & quando vult. In lib. contemplatio.

Sexageſimus nonus: ꝙ quilibet homo de charitate & ſpe poteſt habere quantum vult. In lib. contempla. & in lib. de 7. arboribus.

Septuageſimus: ꝙ homo poteſt venire ad ſaluationem per virtutes morales, & quòd quilibet homo poteſt habere de gloria paradiſi tantam quantam vult habere; & omni tempore, quo eſt in iſto mundo, poteſt eam ſibi procurare; & in omni loco in quo ſit, poteſt homo eam lucrari. In lib. de articulis fidei, & in lib. contemplationum.

Septuageſimus primus: quòd homo peccat, & eſt Deo inobediens, ſi non facit bonum quod intelligit: quod quidem poteſt facere, licet illud bonum facere non ſit ei mandatū. In lib. contempla.

Septuageſimus ſecundus: quòd qui non facit id bonum, quod poteſt facere, non videtur Deum multum diligere. In lib. contemplat. & in lib. de centum Dei nominibus.

Septuageſimus tertius: quòd tantum eſt imputandum omnipotenti bonum facere, & nolenti, quantum ſi faceret malum; quia homo potens facere bonum & nolens ſemper eſt in culpa. In lib. contempla.

Septuageſimus quartus: quòd qui nō facit totum poſſe ſuum ad conuertendum omnes infideles, errat, et debet timere Deum, et eſt ſine charitate. In lib. contempla.

Septuageſimus quintus: quòd Deus eſt ita firmus ad indulgendum, quòd nihil poteſt indulgētiam impedire niſi deſperatio. In lib. de centum Dei nominibus.

Septuageſimus ſextus: quòd Deus habet populo ſuo tantam charitatem, quòd quaſi omnes homines mundi erunt ſaluati: quia ſi plures eſſent damnati, quàm ſaluati, miſericordia Chriſti eſſet ſine magna charitate. In lib. de planctu.

Septuageſimus ſeptimus: quòd ſine charitate non poſſumus habere aliquam virtutem, ſicut ſine oculis non poſſumus videre. In lib. de doctrina puerili:

Septuageſimus octauus: quòd quia omnes homines eiuſdem ſpeciei ſunt: dignum eſt, quòd homo diligat proximum ſuum quantū ſeipſum; & ſi non facit, eius amor eſt falſus, & deordinatus: & hoc eſt Dei mandatum. In lib. contemplationum, & in lib. de 7. arboribus, & in alio de doctrina puerili.

Septuageſimus nonus: quòd illi, qui non diligunt pluuiæ multiplicitatem, vel paucitatem, vel ſterilitatem, ſeu ſiccitatem, caliditatem, & frigiditatem, & alia, quæ fiunt in mundo ſimilia, non diligunt opera diuina, ſed contrariantur diuinæ iuſtitiæ. In lib. contemplat.

Octuageſimus: quòd homo debet amare Deū quia bonus eſt, non autem propter vllam rem, quam ſibi donet; nec propter indulgere ſuū peccatum; nec propter hoc, quòd ipſe non ſit damnatus: & qui ſic voluerit orare, ſentiet ſe tam altum per ſuum amare, & per ſuum intelligere, & memorari, quòd non poterit altius aſcendere. In lib. de contritione, confeſsione, ſatisfactione, & oratione.

Octuageſimus primus: quòd illi, qui amant Deum propter hoc vt det eis gloriam cæleſtem, vel bona temporalia, & timent Deum propter hoc vt non det eis pœnam infernalem, vel labores temporales, faciunt de prima intentione ſecundā, & de ſecunda primam; & eorum intentio eſt peruerſa & falſa, & contra Dei intentionem: & non eſt vnus homo ſolus, qui fecerit tantum malum ſicut id, quod fecit Machometus, qui tot homines miſit in errorem; & tamen maius malum ſequitur cum homo non habet ad Deum primam intentionem, quàm ſit totum malum, quod fecit Machometus: quia maius bonum eſt in homine vno, qui fortiter diligit Deum per primam intentionem, quàm ſit malum in omnibus hominibus, qui ſunt damnati. In lib. intentionum.

Octuageſimus ſecundus: quòd ſi Deus dat homini de bonis huius mūdi, nec propter hoc, quia dat ſibi, & multiplicat bona, homo debet eum diligere plus: quia tantum debet eum diligere, quòd plus non poſsit eum diligere. In lib. de arte amatiua.

Octuageſimus tertius: quòd inconueniens eſt, quòd verus amor propter aliqua, quæ facit homini Deus multiplicet, ſeu minuat ſuū amare: quia poſtquam Deus initiauit hominem amare bonitate, magnitudine amore, & ſic de alijs, & homo contemplari Deum, non conuenit quòd contrarie † habeat poſſe in amare: immo oportet eſſe tā magna magnitudo initiandi contēplandi in amore, veſtito bonitate, magnitudine & durationē, & ſic de alijs, quòd non poſsit ſuum amare creſcere, nec minui: quia ſi poſsit creſcere & minui, iā initiare & contemplari nō intraret medium amoris. In lib. de arte amatiua.

† al. cōtrariū

Octuageſimus quartus: quòd tantum deſiderat & amat amicus, hoc eſt homo iuſtus, bonitatem, magnitudinem, & æternitatem ſui amati, hoc eſt Dei, quòd propter ſuum amorem ſe concordant bonitas, magnitudo, & æternitas in eſſe vnam eſſentiam, & naturam, & vnam & eandem rem in numéro in amico & amato. In lib. de arte amatiua.

Octuageſimus quintus: quòd amicus, & amatus (ſcilicet homo iuſtus & Deus) ſunt vna indiſtincta & inconfuſa eſſentia & natura, in bonitate & magnitudine, & æternitate. In lib. de arte amatiua.

Octuageſimus ſextus: quòd ſi amicus, hoc eſt homo iuſtus, non fuiſſet ipſa ſubſtantia ſui amati, hoc eſt Dei, & amatus non fuiſſet ipſa ſubſtantia ſui amici, iam eorum gloria non fuiſſet in magna concordia amoris. In lib. de arte amatiua.

Octuageſimus ſeptimus: quòd amicus & amatus, hoc eſt homo iuſtus, & Deus, in quibus non eſt paruus amor, ſed magnus: poſſunt eſſe, immo ſunt vna met eſſentia & natura diuina indiſtincta, & indiuiſibilis ſine vlla contrarietate, & diuerſitate eſſentiæ. In lib. de arte amatiua.

Hæc verba replicat frequenter in ſubſtantia & effectu, quòd amicus & amatus (per quos intelligit Deum dilectum, & hominem diligentem Deum) ſunt vna eſſentia in numero, vna natura, ſubſtantia vna, actualitas vna, æternitas vna, magnitudo ſine contrarietate & diuerſitate eſſentiæ indiuiſibilis, & indiſtincta. In lib. de arte amatiua.

Octuageſimus octauus: quòd de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto ſic eſt, quòd quilibet ſtat tā completus ſicut alius: & ſtant omnes tres vnus Deus non diſtincti in aliquo. Et qui ſic poteſt leuare ſuum orare, & poteſt tam longo tempore ſtare ſine imaginatione de vlla re temporali, nulla oratio tantum valet: quia homo ſtabit totus raptus ſuperius per Spiritum ſanctum, non curans de re, quę ſit hic; & ſuum orare erit ſic verum, quòd homo non poſsit addere in contemplando, nec deſiderando. In lib. de contritione, confeſsione, ſatisfactione, & oratione.

Octuageſimus nonus: quòd infanti, qui non vult aſſentire ſacramento confirmationis, non valet ſacramentum baptiſmatis. In lib. contemplationum.

Nonageſimus: quòd ſi homo non eſt confirmatus, & credit eſſe confirmatus, eſt à peccato originali mundatus ratione bonę intentionis, quæ conſumit culpam & peccatum. In libro contemplationum, & in libro de eccleſiaſticis prouerbiis.

Vbi dat intelligere, quòd peccatum originale non mundatur in baptiſmate, ſed in confirmatione; præſertim quia addit, ꝙ ſacramentum confirmationis eſt inuentum ad hoc, vt infantes per ſe promittant quod eorum patrini pro eis in baptiſmate promiſerunt, & tunc patrini a promiſſione, quam fecerunt, ſunt totaliter liberati. In libris prædictis, & etiam in lib. de doctrina puerili.

Nonageſimus primus: ꝙ quilibet eſt obligatus vt ſit in ordine matrimonii, vel religionis: quia omnis alius ſtatus diſcordat cum finali intē-

tione, propter quam quilibet est creatus. In lib. de doctrina puerili.

Nonagesimus secundus: quòd in matrimonio generatur homo cum sanctitate: & quòd matrimonium sic ligat, quòd nullus debet accedere ad vxorem suam, nisi causa prolis. In lib.de ecclesiasticis prouerbijs.

Nonagesimus tertius: quòd existentes in purgatorio non possunt Deum tantum diligere, sicut eum diligerent si illas pœnas non sustinerent. In lib. orationum.

Nonagesimus quartus: quòd sicut Deus pater non addit aliquid in filio generando in ęternitate: ita sacerdos non addit aliquid Christo, vniendo sibi substantiam, quam panis & eius accidentia dimittunt. In lib.de ecclesiasticis prouerbijs, vbi supponit quòd vniat.

Nonagesimus quintus: quòd sicut Dei filius non accipit additamentum per esse hominem, ita sacerdos facit, quòd sanguis, quem accepit Christus de Domina nostra, non accipit additamentum propter additionem, quam facit cum sanguine calicis. In lib.de ecclesiasticis prouerbijs. vbi supponit, quòd sanguis, quem Christus accepit de Domina nostra, & qui est in calice, sint duo sanguines distincti, post vniti.

Nonagesimus sextus: quòd omnes articuli fidei, & Ecclesiæ sacramẽta, ac potestas Papæ possunt probari, & probantur per rationes necessarias, demonstratiuas, & euidentes.

Et ipse Raymundus dicit se probare per rationes, quas adducit, quas dicit & reputat esse tales: sed homines inscij, & peccatores non intelligunt eius rationes. In lib. de articulis fidei. & in lib. contemplationum. In lib.de ecclesiasticis prouerbijs. & in lib.de planctu Raymundi.

Nonagesimus septimus: quòd fides est necessaria hominibus inscijs rusticis †ministralibus, h & non habentibus intellectum eleuatum, qui nesciunt cognoscere per rationem, & diligunt cognoscere per fidem: & quòd homines grosi ingenij, & illitterati, & inscij diligunt cognoscere articulos fidei per fidem, & non per rationem: & facilius trahuntur ad veritatem Christianorũ per fidem, quàm per rationem: sed homo subtilis facilius trahitur per rationem, quàm per fidem. In lib. contemplationum.

†Al. rudibus

Nonagesimus octauus: quòd ille qui cognoscit per fidem, ea quæ sunt fidei, potest decipi: sed ille qui cognoscit per rationem, non potest falli: nam fides potest errare, & non errare. Et si homo errat per fidem, non habet tantam culpam, sicut si erraret per rationẽ. Et sicut verius cognoscimus ea, quæ videmus, quàm ea, quæ palpamus: ita verius sumus dispositi ad cognoscendum veritatem per rationem, quàm per fidem. Sed sicut palpando aliquando inuenimus veritatem, ita etiã quandoque per fidem cognoscimus veritatem: sicut cæci, qui aliquando inueniunt quæ volunt, aliquando non. In lib.contempla.

Nonagesimus nonus: quòd interficientes†hęreticos sunt iniuriosi, & vitiosi in suo memorari, intelligere, atque velle: quia hæretici quando interficiuntur, moriuntur morte sensuali, & morte intellectuali: & Christus voluit, quòd eius discipuli & Apostoli essent homines simplices, & qui non interficerent infideles; propter hoc ne interficiendo eos sensualiter, morerentur etiam eorũ animæ: hæretici autem & infideles sunt eiusdem naturæ humanæ, sicut cęteri, pro qua humana natura filius Dei assumpsit carnem. In lib.contemplationum.

†Hunc errorem refellit S. Thomas 2.2.q. 64.ar. 2.& Alfons' Castrus lib. 2 de iusta hęret. punit. c. 12.& 13.

Centesimus articulus: quòd Deus contulit ipsi Raymundo Lull istam artem & doctrinam generalem in quodam monte†: qui sibi apparuit Crucifixus, & contulit eam sibi pro huius sæculi tenebris illustrandis, quæ est generalis ad omnem scientiam & naturalem, & medicinam, & ad iura; & valet specialiter ad destruendum errores. In prologo super lib.sententiarum; & in lib.de planctu Raymundi.

†Hunc montem Maioricenses, Randa vocant.

Quamplures, & quamplures alios articulos ponit in suis libris hęreticales, erroneos, temerarios, & periculosos, qui digni relatione & memoria non existũt: vtpote qui nulla ratione apparente vel colorata fulciuntur; sed potius temeritati, præsumptioni, voluntati proprię, & ignorantiæ multæ, & imperitiæ innituntur.

Horum [i] centum articulorum primus, in duobus codicibus, quorum tamen vnus ab alio est extractus, non inuenitur taliter totaliter: sed vt mihi videtur, qui satis legi, contuli, & per legi inuenitur æquipollenter, seu consequenter. Qui centum articuli à compilatione viginti Magistrorum prædictorum fuerunt abstracti.

De Lullistis, & eorum erroribus.

Iste Raymũdus Lull multos sequaces habuit, atque habet hodie, qui impudenter doctrinam suam, licet hæreticam & peruersam, atque ab ecclesia reprobatam, totis viribus sustinent & defendunt; & defendentes in errores varios incidũt: qui sequaces Lullistæ ab isto Raymundo Lull communiter appellantur.

Hæreses autem, & errores istorum Lullistarum isti sunt.

6. Primus error: quòd Raymundus Lull dogma suum non habuit per hominem, nec per studium, sed per reuelationem Iesu Christi, qui in insula Maioricarum in quodam monte sibi apparuit crucifixus, qui dominus Iesus ibi, illi dogma contulit ante dictum.

Secundus error: quòd doctrina Raymundi Lull excellit omnium aliorum doctrinam in bonitate & veritate, etiam Augustini.

Tertius error: quòd theologi nostri temporis moderni nihil sciunt de vera theologia.

Quartus error: quòd Deus veram theologiam à theologis moderni temporis propter peccata eorum abstulit, & eam Lullistis ipsis contulit.

Quintus error: quòd omnes doctrinæ destruẽtur, nisi doctrina Raymundi Lull, quæ perpetuò remanebit.

Sextus error: ꝙ tempore Antichristi nos theologi apostatabimus à fide, & tũc Lullistę ipsi per doctrinam istius Raymundi reducẽt Ecclesiã ad fidem catholicam.

Septimus, quòd doctrina veteris testamenti attribuitur Deo patri, doctrina noui testamenti Deo filio; sed doctrina Raymundi Lull Deo Spiritui sancto.

Octauus error: quòd doctrina Raymundi Lull non potest haberi nec per studium, neque per hominem, sed tantum per Spiritus sancti reuelationem.

Nonus error: quòd doctrina Raymundi Lull sic ab eius sectatoribus per Spiritus sancti reuelationem habetur, quòd in triginta, quadraginta, quinquaginta sexaginta horis habetur.

Decimus error: quòd doctrinam ipsius Raymundi Lull nullus intelligit, nec intelligere põt, nisi soli Lullistę ipsi.

Vndecimus error: ꝙ dominus Gregorius Papa xj. qui doctrinam Raymundi Lull in viginti eius voluminibus contentam, vt hæreticalem in ducentis articulis Auinione in Consistorio condemnauit, totamque generaliter vt suspectam uehementer de hæresi cunctis fidelibus interdixit; sacrum collegium, quod cõsensit; Cardinalis Hostiensis, qui commissarius in illa causa fuit; Magistri in Theologia vltra viginti, qui ad condemnationem prædictam consilium præstiterunt, isti doctrinam istam non intellexerunt, decepti sunt, & turpiter errauerunt.

Duodecimus error: ꝙ Raymundus prædictus est in cęlis beatus, & pro tali habendus à suis sectatoribus, & nominandus.

COMMENT. XXXIIII.

Omnes hæ quæstiones, in quibus particulares quorundam errores recensentur mirabilem habent fructum, & Theologis & Inquisitoribus pręsertim sunt ualde vtiles, ad quos spectat (vt supra monui) non modo catholicas ueritates nosse, sed etiã oppositas falsitates ĩtelligere, ut muneri suo rectius satisfaciant. Docet autem Eymericus qui fuerint dãnati, propter quid, item à quibus Romanis Pontificibus: nos singulorum historias breuiter more nostro recensebimus.

In primis tamen, idest, tum in hac quæstione, tum in alijs multis huius operis, in quibus Eymericus multorum errores & hæreses commemorat, diligenter obseruandum, eum non putare omnes articulos, quos enumerat uere hereticos esse: id enim manifeste falsum sæpe appareret, sed per errores latiori quadã verbi significatione comprehendit varios propositionũ in fide peccantium gradus, seu qualitates, de quibus breuiter egimus paulò ante super q.3. huius partis: nam & concilium Constantiense, & Martinus quintus in eodem concilio errores Ioãnis V vicleff, & Ioannis Husz damnant: nihilominus tamen non omnia eorum dogmata seu articuli damnantur, ut uere hæreticales, sed quidam ut blasphemi, quidam scãdalosi, quidam piarũ aurium offensiui, quidam denique aliarum qualitatũ, ut constat ex eodem concilio Constantiensi, sess. 15. & ex epist. Martini quinti relata in eodẽ concilio, sess. 45. & inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis in fine huius operis. ita prorsus Eymericus dũ articulos hęreticales nominat, aliarum qualitatũ propositiones nõ excludit. neque.n. vir tam doctus tam est imperitus.

a ¶ Et ante condemnationem statim dictorum errorum factam per Dominum Benedictum duodecimũ in extrauagãti, Benedictus Deus.] *Prius legebatur,* per dominum Benedictum vndecimũ, *ceterum ex his quæ diximus supra super dicta extrauaganti, Benedictus Deus, relata in hac 2. parte. pagina 127. cõstat apertissime eam Benedicti duodecimi esse: quare condemnatio facta per dictam extrauagantem omnino subsecuta est condemnationem factam hic per Ioannem xxij. cum Benedictus duodecimus post Ioannem xxij. Pontificatum gesserit.*

b ¶ Idem dominus Ioannes xxij. condemnauit, &c. postillam Fratris Petri Ioannis ordinis Fratrum Minorũ.] *Gabriel Prateolus lib. 14. c. 20. de vitis & sectis hæreticorum, ait hunc Petrum Ioãnem uixisse temporibus Cælestini Papę III. circa annum Domini MCXCIX. At Eymericus infra in hac 2. par. q. 15. eum insurrexisse in prouincia Narbonæ temporibus Clementis V. hoc est, circa annum Domini MCCCVI. testatur; quod ipsum asserere ẽt videtur non obscure Alfonsus Castrus lib. 2. aduersus hęreses, uerbo, Anima hæresi 1.*

Fuit Petrus Ioannes monachus ardinis Fratrum Minorum sancti Francisci natus in oppido quodam Ciriaco diœcesis Biterren. valdeque studuit doctrinę Abbatis Ioachim, de quo egimus supra parte 1. super cap. Damnamus. de summa trinit. cuius etiam Ioachim errores tenaciter sequebatur, quos late refert & confutat Guido Carmelita in summa de hęresibus tit. de heresibus Abbatis Ioachim, & Petri Ioannis. Hic Petrus commentarios scripsit in Apocalypsim, Euangelium Matthæi, & Epistolas Canonicas, quos hic Eymericus Apostillam, siue postillam uocat plenos, vt referunt doctores, somnijs, & mendacijs, ac vanitatibus, & hęresibut. Idẽ Prateolus præcitato loco scribit hunc Petrum Ioannem de iussu & mandato Cælestini Tertij post mortem exhumatum, & hęreticum omniũ sententia & calculo declaratum, & eius ossa rogo imposita ac cõbusta fuisse; quod tamen falsum esse videtur, cum nec tempore Cęlestini Tertij, ac nec multis quidem postea annis ortus fuerit hic Petrus: nam à Cælestino tertio usque ad Clementem V. centum annos intercessisse constat. Prateolus vero ideo fortassis in hoc deceptus est, quia cum apud Guidonem Carmelitam vidisset simul recenseri hæreses Abbatis Ioachim & Petri Ioannis, & Abbas Ioachim vixerit circa tempora Cęlestini tertij: putauit Petrũ Ioannem eisdem temporibus extitisse. Quare verius est cum tempore Clementis V. exortum circa annum Domini MCCCVI. & per Ioannem xxij. qui proxime in Pontificatu successit Clemeuti V. ad annos Domini MCCCXVI. condemnatam eius do-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etrinam, & errores, ac iubente eodem domino Papa Ioanne xxij. post mortem fuisse exhumatum & combustum, si vera sunt, quæ annotantur infra in hac 2. parte super q. 26. quę mihi non videntur à veritate abesse. Bernardus tamen Lutzemburgus in catalogo hæreticorum lib. 3. in verbo, Petrus Ioannes, *ait tẽpore Clemẽtis Sexti circa annos Dñi MCCCXLVI. de mandato eiusdem Pontificis post mortem hæreticum declaratum, exhumatum, & combustum fuisse hunc Petrum Ioannem.*

Iam illud etiam constat quosdam peculiares errores huius Petri Ioannis, videlicet, quòd paruulis in baptismo gratia et virtutes non conferantur: item ꝙ anima rationalis in quantum rationalis, non est forma corporis: item, quòd Christo viuenti, & non mortuo fuit lancea apertum latus: per Clementem V. in concilio Viennensi fuisse condemnatos, vt habetur in clemen. 1. de summa trinit. & fide catho. quos etiam refert Eymericus in variis locis huius 2. partis, & Guido Carmelita in summa de hęresibus, tit. de hæresibus Petri Ioannis, c. 1. 2. & 3. De eodẽ hoc Petro Ioanne agit rursus Eymericus infra in hac 2. parte. q. 15. & 26.

c ¶ Contentę in libello Fratris Michaelis de Cęsena hęretici Ministri Generalis ordinis Fratrum Minorum.] *Emersit Michael de Cæsena tempore domini Ioannis xxij. circa annos Domini Iesu Christi MCCCXVIII. fuit minister Generalis ordinis Fratrum Minorum superbia tumidus, non facile sanctorum dictis obtemperans: qui multos genuit proprios, & professus etiam est aliorum errores. Denique vsque adeo à via humilitatis, & limitibus modestiæ ac obedientię deflexit, vt etiam in summum Romanum Pontificem Ioannem xxij. acerbe fuerit inuectus. Hunc Michaelem Ioannes Papa xxij. ob insignes hęreses dignitate priuauit, & hæreticum declarauit, ceterum is noluit resipiscere, neque Ecclesiæ iudicio obtemperare: sicut constat ex extrauag. Ioãnis xxij. incipien.* Nuper in Consistorio publico. *quę habetur inter litteras Apostolicas, in fine huius voluminis, vbi multa de hoc diximus, & iterum infra in hac 2. parte super q. 15.*

d ¶ Aduertendum tamen, quòd ante condemnationem, &c.] *Sequentia vsque ad vers.* Postea dominus Papa Gregorius. *desunt in tribus codicibus manuscriptis Bononiensi, Sabellano, & Cardinalis de Gambara. ea habet solus Barcinonensis, quę quia instituto Eymerici conueniunt, non fuerunt omittenda.*

e ¶ Quidam frater Ioannes de Parma Italicus Monachus.] *Hic emersit circa annos Domini MCCL. post condemnatum libellum Abbatis Ioachim ab Innocentio III. in concilio Lateranensi anno Domini MCCXV. Hic fuit doctrinæ Abbatis Ioachim sectator tenacissimus: nec modo tuebatur errorem Ioachimi damnatum, sed plures etiam alios, quos refert hic Eymericus: hunc ergo Ioannem Alexan. IIII. damnat prope annum Domini MCCLVIII. de hoc Ioanne de Parma rursus agit Eymericus infra in hac 2. parte, quæst. 26. dum ait ab Alexandro IIII. condemnatum fuisse librum, Euangelium æternum appellatum. quo loco ostendimus alios libros erroneos præter hunc fuisse per Alexandrum IIII. damnatos.*

f ¶ Postea dominus Papa Gregorius xj. &c. interdixit & condemnauit doctrinam cuiusdã Raymundi Lull] *Prateolus lib. 16. de vitis & sectis hæreticorũ. c. 2. scribit Raymundum hũc Lullium floruisse tempore Alexandri IIII. Pontificis Romani circa annum Dñi MCCLX. de quo tametsi breuius, eadem illa scribunt Prateolus præcitato loco & Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum lib. 3. in verbo,* Raymundus Lulli, *quę hic copiosius recensẽt Eymericus. Rescriptum autem Pontificum, quo Raymundi tractatus interdicuntur, refert Eymericus paulo post in hac 2. parte, q. 26. quo loco continentur alia huc spectantia.*

g ¶ Quòd eam habuit in quodam monte, &c.] *Hunc montem Maioricenses hodie* Randa *vocãt. est autem propterea in ea insula valde celebris.*

h ¶ Ministralibus.] *Sabellanus,* Magisterialibus. *codex Cardinalis de Gambara,* Ministerialibus. *sed Barcinonen. & Bonon. melius habent,* Ministralibus. *est autem dictio Hispana, qua significantur mechanicarum artium artifices, quos Itali vocant* Artesani.

i ¶ Horum centum articulorũ primus, &c.] *Hæc quę sequuntur vsque ad quæstionem decimam, desunt in tribus codicibus manuscriptis; ea tamen habet Barcinonẽsis impressus, & propterea sunt etiam impressa.*

QVAESTIO X.

De hæresibus ab Inquisitoribus Aragoniæ damnatis de Domini Papæ mandato.

SVMMARIVM.

1 *Articulus hæreticalis de sanguine Christi condemnatus.*
2 *Articuli de Sacramento altaris, & de B. Virgine reprobati.*
3 *Hæreses vigintiduæ publice damnatę, & liber combustus.*

DEcima quęstio est: Hęreses seu errores condemnati extra curiam Romanam per Inquisitores Aragoniæ hæreticæ prauitatis auctoritate Apostolica & de expresso mandato domini nostri Papæ, qui sunt?

1. Ad hanc respondemus, quòd dominus Clemens vj. informatus per Fratrem Nicolaum Rosselli ordinis Fratrum Prędicatorum Inquisitorem in partibus Aragonię & Cataloniæ, postmodum vero tituli sancti Sixti presbyterum Cardinalem, quòd in Catalonia in ciuitate Barchinonę publice prædicabatur, quòd in sanguine a Christi sparso † in Parasceue non remanserat diuinitas, nec sanguis ille erat deificatus, habito solemni concilio magistrorum, & aliorum peritorum virorum, mandauit per suas patentes litteras dicto Inquisitori, quatenus dictum articulum vt hęreticalem & erroneũ, faceret publice reuocari, ac solemniter

† al aspersio

niter condemnaret: & sic ipse Inquisitor fecit in Ecclesia cathedrali publice Barchinone, dictum articulum vt vere hæreticalem publice condemnando.

2. Postmodum vero tempore domini Gregorij xj. frater Nicolaus b Eymerici ordinis Prędicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus Aragoniæ & Cataloniæ ante dictis, successor immediatus præfati Fratris Nicolai Roselli ad Cardinalatus apicem assumpti, informauit eundem dominum Gregorium, quòd in dictis partibus infrascripti articuli de sacramento altaris, & Beata Virgine publice prædicabantur: qui dominus Gregorius præhabito multorum consilio magistrorum, mandauit dicto Inquisitori, & prælatis omnibus partium prædictarum per suas litteras, de quibus agitur in prima parte huius operis, quatenus illos articulos interdicerent per sententiam excommunicationis in Ecclesiis cathedralibus partium prædictarum: quod & fecit. Articuli autem taliter condemnati sunt isti.

Habentur supra fo. 44.

Primus: quòd si hostia consecrata cadat, seu proijciatur in cloacam, lutum, seu alium turpem locum, quòd speciebus remanentibus, sub eis esse desinit corpus Christi, & redit substantia panis.

Secundus: ꝙ si hostia consecrata à mure corrodatur, seu à bruto sumatur, quòd remanentibus dictis speciebus sub eis desinit esse corpus Christi, & redit substantia panis.

Tertius: ꝙ si hostia consecrata à iusto vel peccatore sumatur, ꝙ dum species dentibus teritur, Christus ad cælum rapitur, & in ventrem hominis non traiicitur.

Quartus: ꝙ Beata Maria mater Christi in conceptione filii sui sic fuit gratia plena, ꝙ ex tunc in gratia non profecit, nec proficere potuit.

Quintus: ꝙ Spiritus sanctus in die Pentecostes veniens in Beatam Virginem Mariam, & Apostolos, gratiam nullam contulit Beatæ Marię, sed Apostolis: quia sic erat gratia plena, ꝙ in gratia proficere non valebat.

3. Consequenter vero idem dominus Gregorius xi. informatus per eundem Fratrem Nicolaũ Eymerici Inquisitorem, ꝙ in quibusdam c libellis oculariter eidem ostensis continebantur infrascripti articuli, habitoque super illis pluries consilio magistrorum in præsentia dominorum Card. sancti Eustachij, & sancti Angeli in palatio domini Papæ in Auinione, & de mandato eiusdem, tandem ipse dominus Papa per suas patentes litteras mandauit eidem Inquisitori, quatenus ipse Inquisitor cum domino Archiepiscopo Tarraconen. dictos articulos vt hęreticales, & vere erroneos cum suo libello publice condemnaret; ac cõdemnatis, dictum libellum traderet ignibus consumendum: & sic factum fuit. Hæreses autem & errores sunt isti.

Prima hęresis est: ꝙ peruersum dogma impijssimi Almarici, Arij, Sabellij, ꝙ aliorum hęreticorũ non est hæresis de se, nisi tantum apud illum, qui ipsum eligit animo pertinaci.

Secunda d hęresis est: quòd licitum est creaturas adorare & honorare, honore & adoratione latriæ absque peccato, immo meritorie inquantũ † sunt repręsentatiuę sui creatoris.

† In Bononiẽsi ita: si repręsentent suum creatorem.

Tertia e hęresis est: ꝙ licet dęmones adorare & honorare latria meritorie, si repręsentent suũ creatorem.

Quarta hęresis est: ꝙ non tantum absque vitio hęresis, immo etiam absque vllo peccato possunt f dęmones adorari dulia, nisi quia prohibitum est per Ecclesiam Dei.

Quinta hęresis est: quòd eque & melius potest sacrificans dęmoni excusari ab idolatria, quàm Christianus adorans imaginem Christi. vel sanctorum.

Sexta hęresis est: ꝙ de iure naturæ adoratio & sacrificium debentur dæmonibus.

Septima hæresis est: quòd qui victi supplicijs Deum negant † ore, sed corde adorant, non solum non peccant, immo sunt digni remuneratione.

† Vide quæ diximus supra p. 1. sup q. 9. cõm. 24.

Octaua g hęresis est: quòd laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicite credendum: sed sufficit sibi ista conclusio in genere, ꝙ credat omne illud quod credit sancta mater Ecclesia Dei: & ideo ꝙ si laicus teneat vel credat oppositum alicuius articuli ex ignorantia & tentatione diaboli, non peccat.

Nona hęresis est: quòd omnis inobediens præceptis Dei, vel Ecclesię, est hęreticus censendus.

Decima hęresis est: ꝙ omnis peccans mortaliter est proprijssime hęreticus.

Vndecima hęresis est: ꝙ omnis peccans, dum peccat, conformat suam uoluntatem voluntati diuinę.

Duodecima hęresis est: quòd † tantum placet Deo mala esse, q̃ bona.

† In Bonon. ita ꝙ tantum placent Deo mala, quantum bona.

Tertiadecima hęresis est: quòd tantum placuit Christo Iudę desperatio, quantum Petri contritio.

Quartadecima hęresis est: ꝙ nullum legis præceptum in hac vita potest a dimpleri.

Quintadecima hęresis est: ꝙ in hac vita à nullo viatore (vt viator est) charitas potest haberi, nec aliqua virtus.

Sextadecima est: ꝙ absq; charitate infusa Deus potest super omnia diligi meritorie, & absque ea haberi vita æterna de lege communi, & secundũ leges nunc currentes.

Decimaseptima hæresis est: ꝙ quis sine charitate non potest esse fidelis, & per consequens peccans mortaliter, & non habens charitatẽ, est propriissime hæreticus: quia peccat contra primum articulum fidei.

Decimaoctaua hęresis est: ꝙ omnis peccans, in eo ꝙ peccat, conformat suam voluntatem uoluntati diuinæ: & ꝙ homines æque conformant suam voluntatem voluntati diuinæ demerendo, sicut merendo; loquendo h de uoluntate beneplaciti Dei.

Decimanona hæresis est: quòd tantum placet Deo uoluntate beneplaciti Iudę desperatio, quãtũ Petri contritio: & tantũ aliquem esse infide

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem, quantum esse fidelem: & tantum mala esse, quantum bona.

Vigesima hæresis est: quòd secta iniqui Mahometi est æque catholica, sicut fides Iesu Christi.

Vigesimaprima hæresis est: quòd Christus, Apostoli, & omnes Angeli, & omnes beati sunt schismatici: & quòd perfectius est esse schismaticum, quàm catholicum.

Vigesimasecunda hæresis est: quòd solus Deus Pater est optimus; sed Dei Filius est bonus in primo gradu, Spiritus sanctus est bonus in secundo gradu: sed omnis creatura est bona in tertio gradu.

COMMENT. XXXV.

Quæ in hac quæstione cum precedentibus & subsequentibus traduntur, eò spectant, vt multos articulos hereticales, aut alterius generis tradat Eymericus vt euitentur: hoc enim est eius præcipuum institutum. Sed hoc est aduertendum, singulis fere sæculis pro qualitate hereticorum certas quasdam hæreses pullulare, quæ aliis temporibus omnino sint quasi sopitæ & extinctæ: vnde Eymericus (vt etiam in præfatione huius 2. par. dicebamus) eas in primis commemorat, quæ suo sæculo aut vigebant adhuc, aut nondum omnino erant extirpatæ: quod oportet animaduertere: ne quis auctorem aut reprehendat, aut miretur cur has adduxerit, alias vero omiserit: quamquam nullas potest dici omisisse, qui etiam antiquorum hereticorum errores numerauerit.

Singulis fere sæculis certas hæreses pullulare.

a ¶ Quod in sanguine Christi sparso in Parascue non remanserat diuinitas, &c.] *Sed vere velut hereticus vel iam olim à sanctis patribus explosus videtur talis articulus: illi enim iuxta catholicã veritatem aliud semper docuerunt. Augustinus super Ioan. c. 10. tract. 47. Ambrosius & alij, quos refert Magister sent. lib. 3. dist. 21. §. sicut Augustinus. & tradit luculenter sanctus Thomas 3 par q. 50. art. 2. & 3. vnde commune est & certissimum catholicorum dogma, videlicet, quòd Filius Dei Iesus Christus nunquam dimisit, quod semel assumpsit, ac sibi vniuit.*

Caro & anima Christi semel verbo vnita nunquam ab eo fuerunt separata.

Iam quantum ad sanguinem, qui de corpore Christi fluxit, spectat, id tenendum est iuxta catholicam fidem quod Beatus Thomas docet par. 3. quæst. 54. art. 2. ad 3, argumentum, & communiter Doctores theologi.

b ¶ Postmodum vero frater Nicolaus Eymerici.] *Quotiens de se loquitur auctor, modestiæ causa semper sub tertia persona se nominat.*

Quod vero asserit de his tribus articulis de recessu Christi ab speciebus sacramentalibus, supra abunde explicatum est par. 1. pag. 44. vbi affert condemnationem factam per Gregorium xj. & dixi ibidem copiose quæ ad hunc locum pertinent.

c ¶ Quod in quibusdam libellis ocularitèr, &c.] *Hos libellos hereticales ediderat quidam Raymundus Neophytus, vt colligitur ex Eymerico infra in hac 2. parte, quæst. 27. vbi dixi de isto Raymundo.*

d ¶ Secunda hæresis est, quòd licitum est creaturas adorare, &c.] *Isti omnes errores de adorandis dæmonibus, à magicis et incantatoribus orti sunt: nam hi vt tuerentur suam damnatam artem, quam raro exercent absque adoratione & sacrificijs dæmoni exhibitis, alium errorem de adorandis dæmonibus adiunxerunt, vt vel inde intelligas quàm sit vere dictũ à philosopho, Dato vno absurdo multa inde sequi. ijdem ferme articuli, aut sane his valde consimiles damnati sunt cõmuni sententia per Theologos Parisienses anno Domini MCCCXCVIII. legunturque in fine lib. Sententiarum Petri Lombardi in quibusdam libris recenter impressis, de quibus dicam copiosius infra in hac 2. parte super q 43.*

Errores de adorãdis dæmonibus variè orti.

e ¶ Tertia hæresis est, quòd licet dæmones adorare & honorare latria meritorie.] *Latria vel theosebia, cultus est qui soli debetur Deo. Magister & ceteri communiter Theologi lib. 3 sent. dist. 9. B. Thom. 2. 2. q. 84. art. 1. ad primum argumentum & q. 103. art. 3. glos. in clem. si dominum. de reliq. & venerat. sancto. glos. in c. venerabiles. de consec. dist. 3. Lapus in c. si canonici. de officio ord. lib. 6. & copiose Tabiẽ sis in sum. verbo, adorare. & Syluester verbo, latria. ex quibus intelliges quàm sint hęc impia, quæ de adoratione dæmonum traduntur.*

Quid latria & dulia.

f ¶ Quarta hæresis est, &c. possunt dæmones adorari dulia.] *Dulia cultus dicitur creaturis exhibitus, non simpliciter, sed propter aliquam excellentiam. ita Theologi, & B. Thomas locis proxime citatis, & adde quos citaui superiori adnotatione. De differentia vero utriusque adorationis præter citatos in proxima precedenti adnotatione, vide Archidiaconum in cap. Venerabiles. de consecra. dist. 3.*

g ¶ Octaua hæresis est: quòd laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicite credendum.] *hinc colliges optime concluisse Eymericum par. 1. q. 12. iuxta mentẽ Beati Thomæ, ea quæ principaliter ad fidem spectant, quales sunt fidei articuli, ab omnibus explicite tenenda esse, neque excusare prauam consuetudinem in cõtrarium, cum pauci sint qui explicite articulos sciant.*

h ¶ Loquendo de uoluntate beneplaciti Dei.] *Theologi lib. 1. senten. distinct. 45. voluntatem vere & proprie non metaphorice dictam, in Deo appellant voluntatem beneplaciti. item Beatus Thomas, & ibi Caietanus par. 1. q. 19. art. 11. quàm sit autem impium quod hic traditur de Deo volente malum culpæ, eleganter docet vterque Thomas par. 1. q. 19. art. 9. & Doctores scholastici lib. 1. senten. distin. 46.*

Voluntas beneplaciti in Deo, quę dicatur.

Olim vero Floriani hæretici inter alios hunc etiam profitebantur errorem, dicentes Deum creare mala; qui cum de malis culpę loquerentur, merito vt hæretici damnati sunt, vt scribit Turrecremata in cap. Quidam autem §. Floriani. 24. q. 3. contrarium asserebant Colluthiani, aientes Deum non facere mala: qui cum de malis pœne, & naturalibus defectibus id intelligerent, vt prędicato loco ait Turrecremata in §. Colluthiani. iure optimo hæretici habiti sunt. quare Sanctus Augustinus in libro de hęresibus, cap. 66. rectè ait vtrosque in his dogmatibus diuinis eloquijs resistere.

QVAE-

QVAESTIO XI.

De hæresibus damnatis ab Inquisitoribus Aragoniæ sine expresso mandato Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Arnaldus de Villanoua medicus celebris.*
2 *Arnaldi de Villanoua errores quamplures.*
3 *Petrus Olerij, & Bonanatus hæretici in Hispania.*
4 *Durandus de Baldach Gerunden. combustus.*
5 *Bonanatus princeps Begardorum impœnitens, & relapsus.*
6 *Iacobus Iusti Begardus immuratus.*
7 *Exhumata hæreticorum cadauera, & ipsi post mortem condemnati.*
8 *Berengarij Monachi Cistercien. error.*
9 *Nicolai de Calabria hæreses.*
10 *Bartholomęus Ianoueſius hęresiarcha.*
11 *Arnaldus Montauernij hereticus contumax.*

NOndecima quæstio est: Hæreses, & errores, & temeritates, & fallitates condemnatæ in prędictis partibus Cataloniæ & Aragoniæ per Inquisitores hæreticę prauitatis auctoritate Apostolica, licet non de expresso mandato domini nostri Papę super illis in speciali facto; qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, ꝙ tempore domini Papæ Clementis v. fuit in partibus illis quidã magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua: qui condidit multos libellos, in quibus erant quamplures inserte & multum periculosę hæreses & errores: quę Tarracone fuerunt condemnatæ per fratrem Ioannem de Longerio ordinis Fratrum Prædicatorum, & per dominũ Gaufredum de Crudillis † Præpositum in Ecclesia Tarraconen. Vicariumque in eadem, sede vacante: & hoc, anno domini MCCCXVII. Errores autem & hęreses à prędictis (vt prędicitur) condemnatæ cum magno consilio Theologorum istæ erant.

† forte, Cruylles

Errores Arnaldi de Villanoua.

2. Primus error: ꝙ natura humana à Deo assumpta est æqualis Deo in omnibus bonis suis: & ꝙ tam alta sit humanitas in Christo, quãtum deitas, & tantum possit.

Secundus error: ꝙ quàm cito anima Christi fuit vnita diuinitati, statim ipsa anima sciuit omnia, quæ deitas scit: quia aliàs (vt dicebat) non fuisset cum ea vna persona, præcipue quia scire est circunstantia pertinens ad suppositum individuale, & non ad naturam.

Tertius error: ꝙ Diabolus ingeniosè fecit totũ populum Christianum deuiare à veritate Domini nostri Iesu Christi; sicque suxit & euacuauit populum Christianum, ꝙ non dimisit in eo, nisi pellem, id est, apparentiam cultus ecclesiastici, quem fecit ex vsu: & fides quam habet, est talis, qualis est fides dæmonum. Et ꝙ totus populus Christianus ducitur in infernum. Et ꝙ Christiani per singulos status palam vita, & moribus, & affectibus ipsum abnegauerunt: & ꝙ in toto corpore Christi collegij vsque ad verticem à planta pedis, non solum viuit, sed regnat & imperat talis apostasia.

Quartus error est: ꝙ omnes claustrales sunt extra charitatem, & damnantur: & ꝙ omnes religiosi falsificant doctrinam Christi.

Quintus error est: ꝙ male fecerunt Doctores theologi, qui aliquid de philosophia posuerunt in suis operibus: studiũ philosophię, & philosophiã totaliter condemnando.

Sextus error: ꝙ reuelatio facta Cyrillo, est pretiosior cunctis scripturis sacris.

Septimus error: ꝙ opus misericordię plus placet Deo, quàm sacrificium altaris.

Octauus error est: ꝙ stabiliens capellanias, vel faciens celebrari Missas post mortem, non facit opus charitatis, nec ex hoc meretur vitã æternã.

Nonus error: ꝙ qui in vita sua scit multitudinem indigentium, & maxime amicorum Dei, & congregat, & retinet superflua ad stabiliendum capellanias, & ad perpetuandum Missas post mortem, ꝙ certum est, ꝙ talis cadit in ęternam condemnationem.

Decimus error: ꝙ in sacrificio altaris sacerdos offerens, vel offerri faciens, nihil Deo de suo offert, neque etiam voluntatem.

Vndecimus error: ꝙ in eleemosyna magis repræsentatur passio Christi, quàm in sacrificio altaris.

Duodecimus error, ꝙ in sacrificio Missę non laudatur Deus opere, sed solum ore.

Tertiusdecimus error: ꝙ in consultationibus Papalibus non est scientia nisi operum humanorum.

Quartusdecimus error: ꝙ nunquam Deus cõminatus est ęternam condemnationem peccantibus, sed malum exemplum præbentibus.

Qintusdecimus error & falsitas est: ꝙ anno ab incarnatione Domini MCCCXXXV. esset mũdi finis totaliter, & ex toto.

Petrus Olerij, & frater Bonanatus hæretici.

3 Item tempore domini Ioan. xxij. insurrexit in partibus antedictis in ciuitate Barchinon. quidã vocatus b Petrus Olerii de Maioricis oriundus, cum quibusdam complicibus suis, & presbytero quodam vocato fratre Bonanato: qui posuit multas de hæresibus & erroribus Begardorum infrascriptis, scilicet, de proprio & communi: & tandem Barchinon. per fratrem Bernardum de Podio Certoso Inquisitorem, cum Episcopo Barchinon. fuerunt eorum hęreses & errores condemnati, & ipsi traditi curię sęculari, & combusti.

Durandus de Baldach hæreticus.

4 Item tempore eiusdem domini Ioannis xxij. insurrexit in partibus illis in ciuitate Gerundensi quidam

Universidad de Deusto Biblioteca

quidā[f] vocatus Durandus de Baldach ciuis Gerundensis cum quodam suo complice, qui dogmatizauit hęreses & errores Begardorum, de proprio scilicet & communi: & vlterius, ꝙ matrimonium non erat, nisi meretricium occultatum: tandem Gerūdę pręsente domino Iacobo rege Aragonię bonæ memoriæ, eius hęreses fuerunt condemnatæ per dominum Episcopum Gerunden. de Villamarino & Fratrem Arnaldum Burgeti † Inquisitorem hęreticę prauitatis: & ipsi vt impęnitentes fuerunt traditi curię sæculari, & ignibus concremati.

† al. Burgnesij

Frater Bonanatus Begardorum dux in Catalonia.

5 Item tempore[a] domini Benedicti xij. insurrexerunt in eisdem partibus in Villafranca de Penedes, quamplures Begardi, quorum erat primicerius † & hæresiarcha prædictus presbyter, vocatus Frater Bonanatus: qui ante abiurauerat, postquam[e] traditus fuerat vt impęnitens sæculari curię, & iam ex vno latere assatus se finxerat pænitere. Iste cum prædictis posuerunt hęreses Begardorum: & tandem per dominum fratrem Dominicum Ferrarium de Apulia ordinis Prædicatorū Episcopum Barchinon. & fratrem Guillelmum Costa Inquisitorem hęreticæ prauitatis fuit eorū congregatio condemnata, & domus eorum habitationis in Villafranca diruta, & eorum hæreses condemnatæ: & dictus frater Bonanatus vt relapsus, & impænitens traditus curiæ sæculari, & ignibus consumatus, complicibus pænitentibus, & erroribus abiuratis.

† al. primus al. primitiu'

Domus hęreticorum diruta.

Iacobus Iusti hæreticus.

6 Item tempore Clementis vj. insurrexerunt in Partibus illis, videlicet in Valētia multi Begardi, quorum erat principalis quidam[f] vocatus frater Iacobus Iusti, qui dogmatizauerunt infrascriptas hęreses Begardorū: & inter alia, quòd condemnati religiosi, clerici, & laici pro dictis hæresibus tā per dominum dictum Clementem in curia, quā per Inquisitores in aliis mundi partibus erāt beati, & in cęlis martyres Iesu Christi: Et tandē hæreses eorum fuerunt Valentię condemnatę per fratrem Nicolaum Roselli prædictum Inquisitorem, & postmodum presbyterum Cardinalem: & per dominum Hugonem de Fenolete † Episcopum Valentinum.

† al. Fenouello

7 Et tres iam mortui, scilicet Guillelmus Gilaberti & Bartholomęus Fusterij, & quidam alius fuerunt exhumati, & vt impænitentes hæretici condemnati. Et dictus frater Iacobus Iusti dictis hęresibus abiuratis extitit immuratus, & ibi mortuus.

Berengarius hæreticus.

8 Item tempore domini Innocentii Papæ vj. insurrexerunt in partibus antedictis, videlicet[g] in Monte albo quidam, qui ausi sunt dogmatizare, ꝙ omnia de genere bonorum, quæ fienda sunt, sunt fienda Dei puro amore, & non ex alia causa, nec spe mercedis ęternæ. Iste error ibi inualuit, cuius auctor[h] fuit frater Berengarius † de Monte Falcone ordinis Cisterciensium de Monasterio Populeti: tandem iste error fuit condemnatus solemniter, & publice per Fratrem Sancium Archiepiscopum Tarracon. ordinis Fratrum Minorum: & per dominum Fratrem Nicolaum Roselli Inquisitorem de ordine Fratrū Prędicatorū.

† al. Beningerius

Nicolaus de Calabria, & eius errores.

9 Item tempore eiusdem domini Innocentii Papæ vj. insurrexit in partibus illis, videlicet in Barchinona, quidam[i] vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus, sed in Hispania conuersatus. Iste publicauit subscriptas hæreses & errores, qui fuerunt condemnati Barchinone solemniter & publice per prædictum Fratrem Nicolaum Eymerici in illis partibus Inquisitorem: & per dominum Arnaldum de Busquetis Vicarium illis diebus domini Episcopi Barchinon. Errores autem & hæreses isti erant.

Primus error quem posuit, est: ꝙ quidam Hispanus hæresiarcha magnus, vocatus Gondisaluus de episcopatu Conxensi oriundus, erat Dei filius in cęlis ęternaliter generatus, licet videretur patrem & matrem in terris habuisse.

Secundus error: ꝙ dictus Gondisaluus nunquam moreretur, sed viueret in æternum.

Tertius error: ꝙ Spiritus sanctus debebat futuris temporibus incarnari; & tunc ipse Gondisaluus totum mundum conuerteret.

Quartus error: ꝙ in die iudicij Gondisaluus ille oraret pro omnibus mortuis in peccato mortali, & damnatis in inferno; & eius precibus liberarentur & saluarentur.

Quintus error: ꝙ in homine sunt tria: ànima, quam formauit Deus pater: corpus, quod formauit Deus filius: & spiritus, quem creauit Spiritus sanctus, adducens illud, Formauit Deus hominē de limo terræ, & spirauit spiraculum vitę, & factus est in animam viuentem. Quamplura alia posuit hæreticalia, erronea, falsa, temeraria, & periculosa, propter quæ vt relapsus traditus est brachio sæculari.

Bartholomæus Ianouesius, & eius errores.

10 Item tempore domini Vrbani Papę v. insurrexit in partibus antedictis, videlicet in Barchinona, quidam[k] vocatus Bartholomęus Ianouesius, de insula Maioricarum oriundus, qui libellū cōdidit ac publicauit, in quo multæ hæreses, errores, temeritates, & falsitates de Antichristo, & eius tempore ponebantur, quas cum suo libello dominus Berengarius † Daril † Episcopus Barchinon. & dictus Frater Nicolaus Eymerici Inquisitor, de magno consilio multorum magistrorum in theologia, in sede † Barchinon. publice cōdemnauerunt, & libellum ibidem tradi fecerunt ignibus comburēdum, ipso Bartholomęo publi-

ce pæni-

† al. Beringerius † al. de Aril

† Id est, in Ecclesia cathedrali.

ce pænitente, & errores publice abiurante. Hæreses autem & errores, ac falsitates, & temeritates in genere istę sunt.

Primus error & falsitas: ꝙ præfigebat certum tempus aduentus Antichristi, in quo per totum mundum sui discipuli apparerent, scilicet in die Pentecostes de anno Domini MCCCLX.

Secundus error & falsitas: ꝙ tempore Antichristi cessaret sacrificium in Ecclesia, & alia ecclesiastica sacramenta.

Tertius error & hæresis est: ꝙ Christiani habentes vsum liberi arbitrij, qui peruerterētur per Antichristum, sic starent immobiliter in erroribus Antichristi, quòd nunquam conuerterentur, nec conuerti possent ad fidem Christi: quia character, quem Antichristus eis faceret in fronte, vel in manu, haberet tantam efficaciam in animabus eorum, quòd in illius erroribus faceret eos immobiliter perpetuo permanere: & consequenter, quòd omnes tales Christiani certitudinaliter damnarentur, & in igne de cælo misso etiam corporaliter morerentur.

Quartus error & falsitas: ꝙ pueri paruuli Christianorum, & etiam Iudęi, Sarraceni, & infideles ceteri tam paruuli, quàm adulti per Antichristum peruersi, post mortem Antichristi omnes conuerterentur ad fidem Christi, sed non aliquis adultus de Christianis peruersis: & finaliter tota Ecclesia Dei esset de conuersis Iudæorum, Sarracenorum, & infidelium ceterorū. Quamplura alia erronea, falsa, & temeraria, & fatua posuit, quæ relatione digna non existunt.

Frater Arnaldus Montanerius hęreticus, & eius errores.

11 Item tempore dominorum Innocentij vj. & Vrbani v. & Gregorij xj. fuit quidam de ordine Fratrum Minorum in partibus antedictis, videlicet in Villa Podij Ceritani, † diœcesis Vrgelen. vocatus[l] Frater Arnaldus Montauernij †, qui publice prædicabat, & defensabat infrascriptas hęreses & errores: Et quia dictus Frater Arnaldus prędictas hæreses noluit abiurare, licet finxerit se velle facere, sed fugit: & citatus responsurus super illis, non comparuit, & stetit in tali pertinacia per annos xix. tandem prędictus Frater Nicolaus Eymerici Inquisitor (consultato primitus domino Papa Vrbano v. & demum Gregorio xj.) & dominus prædictus Berengarius Darili, † tunc Episcopus Vrgelñ. dictum fratrem Arnaldum pertinacem hæreticum in Sede † Vrgelli publice declararunt, & eius hæreses & errores publice condemnarunt. Hæreses autem & errores huius hęretici isti erant.

† Vulgo, Puig Cerdan. † al. Mōtanerij. † al. Montanarij

† al. de Aril.

† Vox Catalana, id est, in tēplo maximo, seu cathedrali Ecclesia.

Prima hæresis est: quòd dominus Iesus Christus, & eius Apostoli nihil habuerunt in proprio nec in communi.

Secunda hæresis est: ꝙ nullus potest damnari, qui deferat habitum beati Francisci.

Tertia hęresis siue error est: ꝙ beatus Franciscus semel † in anno descendit ad purgatorium, & extrahit inde animas illorum, qui in hac vita fuerunt de ordine suo, seu ordinibus per eundem institutis, & ducit ad paradisum.

† In bonon. ita: omni anno semel.

Quartus error: quòd ordo beati Francisci in perpetuum duraret.

COMMENT. XXXVI.

Cum dicit hic Eymericus se agere de heresibus damnatis per Inquisitores Aragoniæ sine expresso Papæ mandato, non intelligas Inquisitores propria auctoritate posse definire dubia circa fidem. Id enim Romani Pontificis munus est, cap. quotiens. 24. q. 1. cap maiores. de baptis. & eius effectu. sed hoc vult, Aragoniæ Inquisitores sine expresso Papæ mandato declarasse hæreses iam damnatas, & iussisse vt iuxta sanctiones Canonicas earum punirentur auctores. de quo dixi supra in hac 2. parte super c. ad abolendam. vers. vel singuli episcopi.

Quid sit Inquisitores damnare hæreses.

a ¶ Quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanoua.] *Hic emersit circa annos Domini MCCCX. libellos, quos edidit hæreticos numerat Eymericus paulo post q. 28. huius 2. partis. hic cum nollet se intra medicinę terminos continere, dum temere vult etiam Theologiam profiteri, misere labitur. Alchimiam etiam profitebatur: in qua tantum se profecisse iactabat, vt laminas aureas ea arte confectas, diceret omnibus se daturum explorandas, vt scribit Cassanęus in catalogo gloriæ mundi, par. 11. consideratione 40. Ceterum ea omnia arte dæmonum, cum quibus familiaritatem habuisse dicitur, constare creduntur: nam hoc est huic hominum generi valde familiare. vt ex chymica professione ad dęmonum inuocationes & pactiones accedant, vt docuit Eymericus 3. par. tit. de signis, quibus Necromantici hęretici cognoscuntur num. 115. sed hoc eam distinctionem recipit, quam ibi attuli, scilicet par. 3. vers. Alchimistę, vt in pluribus.*

Arnaldus de Villanoua hęreticus.

Alchymistarum incommodum.

De hoc Arnaldo de Villanoua eadem quę hic scribit Eymericus, recensent Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum lib. 2. verbo, Arnaldus de Villanoua. & Gabriel Prateolus lib. 1. cap. 69. de vitis & sectis hęreticorum.

b ¶ Quidam vocatus Petrus Olerij.] *Emersit hic Petrus Olerius ad annos Domini MCCCXX sequebatur cum Bonanato, de quo mox dicemus, hæreses Begardorum, de quibus copiose agit Eymericus paulo post, quæst. 15. huius 2. partis. cum de hoc hæretico differit Bernardus Lutzemburgus in catalogo hęreticorum, lib. 3. verbo, Petrus Olerij, penitus consentit cum Eymerico in hoc loco.*

c ¶ Quidam vocatus Durandus de Baldach.] *Idem scribit Bernardus Lutzemburgus in catalogo hęreticorum lib. 2. verbo, Durandus de Baldach. Emersit autem eiusdem Domini Ioannis XXII. tempore, idest, circa annos Domini MCCCXXIII.*

Cauendus est ergo Prateolus, qui lib. 4. de sectis hæreticorum, cap. 18. cum de hoc differit, mire labitur, dicens hunc vixisse temporibus Henrici VI. Imperatoris, & Paschalis II. Romani Pontificis, circa annum Domini MCXVII.

Iam in codice Bononien. & in altero Cardinalis de Gambara, pro Durando, legitur, Ducandus.

d ¶ Item tempore Domini Benedicti XII insurre-

surre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

surrexerunt in eisdē partibus in Villafranca de Penedes quamplures Begardi, quorum erat primicerius, & c. frater Bonanatus.] *in codice Barcinonensi impresso scriptum est hunc Bonanatum tempore Beneedicti vndecimi insurrexisse; quod non est verisimile, cum Bonanatus post Petrum Olerium potissimum congregationi Begardorum, quę in Villafranca de Penedes orta est, præfuerit, & Petrus Olerius vnà cum Bonanato tempore Ioannis XXII. extiterit, qui post Benedictum XI. Pontificatum gessit, Clemente V. interposito: quare verius & certius habet codex Bononiensis, Bonanatū videlicet tēpore Benedicti duodecimi insurrexisse, qui post Ioannē XXII. regnauit ad años Dñi MCCCXXXIIII. De hoc Bonanato nemo plura quàm hic Eymericus, quem omnino sequuntur Bernardus Lutzemburgus in catalogo hęreticorū li. 2. ver.* Bonanatus. *et Prateolus lib. 2. cap. 30. de sectis hęreticorum.*

Id vero oppidum quod hic dicitur Villafranca de Penedes situm est inter Barcinon. & Tarracon in recto itinere, quò itur à ciuitate Tarracō ad Barcinon. vulgo hodie vocatur, Villafranca de Panades.

Traditus curiæ sæculari si dicat se velle pœnitere an recipiendus.

c ¶ Postquam traditus fuerat vt impœnitens sæculari curię, & iam ex vno latere assatus, se finxerat pœnitere.] *Olim ita quandoque fieri solitum erat: sed hodie recipiendus non esset ad misericordiā, qui semel esset curię sæculari traditus, etiamsi promitteret conuersionem: quoniam huiusmodi conuersiones non presumuntur fieri de corde non ficto per dolorem peccatorum, sed per metum presentis & vrentis ignis: & experientia sepe docuit hos hominum ita receptos deteriores fieri. Et quamquam postquam traditi semel sunt curiæ sęculari summo iure, si dicant velle conuerti, dummodo sint relapsi, recipi possint, quia nullo iure id prohibetur: nihilominus tamen tutius est & securius vt nullo modo audiantur. immo in Hispania, nouissima quadam Madriliania instructione anno Domini MDLXI. cap. 44. salubriter cautum est, vt raro recipiantur etiam illi, qui ante sententiæ prolationem in tabulato conuertuntur. & tametsi ibi de negatinis sit sermo, idem in impœnitentibus locum habere debet, qui errores & confessos & probatos noluerunt detestari: & hæc plane sententia valde mihi æqua semper visa est, cum antequam producantur illi, qui tradendi sunt curiæ sęculari, omnis sit adhibita diligentia vt conuertantur, iuxta consilium Calderini, tit. de hæret. cons. 2. Palacium Rubium in allegatione de hęresi, §. 4. & Simancam de catho. inst. tit. 48. num. 32. & sanciuit valde prudenter concilium Biterrense, cap. 17. vt dixi supra in hac 2. parte super concilio Tarraconen. §.* Hęretici perseuerantes. *& quod hic tradit Eymericus, iterum repetit 3. par. in 10. & 12. modo processum fidei terminandi, in fine; vbi sentit huiusmodi homines de benignitate posse recipi: id tamen nullo iure esse cautum, & valde periculosum esse huiusmodi homines recipere. Mea hęc est sententia, tales nullo modo esse recipiendos: Et pro hac sententia faciunt tradita per Zanchinum tract. de hęret. cap. 16. num. 4.*

f ¶ Quidam vocatus frater Iacobus Iusti.] *Idē Lutzemburgus in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo, Iacobus Iusti, & Prateolus lib. 9. cap. 4. de sectis hæreticorum. vixit autem hic Iustus iniuste circa annos Dñi MCCCXLIIII. quidquid dicat Prateolus: nam Pontificatus Domini Clementis VI. in hæc tempora incidit.*

g ¶ Videlicet in monte Aibo.] *Voces vulgares sæpe latinitate donat auctor, vnde parit quandoque difficultatem. hic locus celebris est in principatu Catalonię vulgo dictus Montblanch.*

h ¶ Cuius auctor fuit frater Berengarius de Montefalcone.] *Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara,* Benegrius. *Sabellanus,* Benigerius, *sed melius,* Berengarius, *Prateolus lib. 2. de sectis hæreticorum, cap. 37. hunc vocat,* Bugaurium: *sed parum refert. hic emersit circa annos Domini MCCCLII. Quod vero hic dicit de monasterio Populeti: id hodie in prouincia Cataloniæ longe est ditissimum, dictum vulgo* Poblet: *cuius frequens est mentio in iure canonico sub nomine Populeti.*

i ¶ Quidam vocatus Nicolaus, de Calabria oriundus.] *Hic emersit circa annos Domini MCCCLII. homo sultissimus, de quo nemo plura quàm hic Eymericus; quem sequitur Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo, Nicolaus de Calabria.*

k ¶ Quidam vocatus Bartholomæus Ianuensius.] *In Bononiensi. & Sabellano,* Ianuensis. *in codice Cardinalis de Gambara,* Ianuelli. *& male, noluimus recedere à Barcinonensi impresso. Emersit autē hic nebulo circa annos Domini MCCCLXIII. de hoc eadem quę hic ab Eymerico, tradit Prateolus lib. 2. cap. 11. de sectis hæreticorum.*

l ¶ Vocatus frater Arnaldus Montauernii.] *Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara* Montanern, *Sabellanus* Montanari: *sed noluimus discedere à Barcinonensi impresso. hic emersit ad annos Domini MCCCLII. is ortus est, vt ait Eymericus, in villa Podij Ceretani, quod oppidum hodie Catalani vocant,* Puix Cerdan. *nobile in ea prouincia.*

QVAESTIO XI.

De hæresibus pseudoapostolorum in Lombardia.

SVMMARIVM.

1 *Geraldus Segarelli, & Dulcinus hęresiarchę.*
2 *Habitus & mores eorum.*
3 *Errores viginti Pseudoapostolorum.*
4 *Litterę Honorij IIII. condemnatorię huiusmodi sectę.*

VOdecima a quęstio est: Hæreses & errores Pseudoapostolorū, qui insurrexerunt in partibus Lombardię, ibiq; sunt per prælatos & Inquisitores condemnatę; qui sunt?

1. Ad hanc respondemus, quòd temporibus dominorum Honorii IIII. Bonifacii VIII. Nicolai IIII. & Clementis V. in partibus Lombardię, videlicet in episcopatibus Parmensi & Nouariēsi, hac in partibus circumuicinis insurrexērūt duo

duo mali hęresiarchæ, scilicet Geraldus b Segarelli Parmensis, & Dulcinus c Nouariensis, qui totam terram illam suis infra positis erroribus implentes, congregationem quandam fecerunt, quā Apostolos vocauerunt, qui sub nullius obedientia viuebant, sed tantū se esse subiectos soli Deo, & nulli homini, & vitam sequi Apostolorum singulariter asserebant.

2. Isti publice mendicabant: Christi Apostolos se vocabant: in plateis & vicis ea, quæ sibi apponebantur, publice manducabant: pœnitentiam per vicos & plateas prędicabant cum mantello, albo ad collum per modum pallij eleuato, & tunica alba, ac longis crinibus: aliquando vtendo ad pedes soleis, aliquando nudis pedibus incedebāt, & à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes; singularem se vitam ducere Apostolicam simulabant: virus hęresum seminabant, ac plures & quamplures inficiebant: postmodum vero eorum vita & status per dominum Honorium IIII. condemnata sunt per suas patentes litteras infra positas. Tandem post quadraginta fere annos, quibus eorum error in Lombardia inualuit, dictus Gerardus d per episcopum Parmensem, & Inquisitorem fratrem Manfredū ordinis Prædicatorum tempore Bonifacij VIII. fuit vt hæresiarcha publice condemnatus, & etiā concrematus xviij. die Mensis Iulij, anno Domini MCCC. Et post e annos octo ipse Dulcinus tanquam hæresiarcha, & Margarita tanquam hęretica eius consors in scelere & errore fuerunt publice membratim dilaniati, & postmodum concremati: & finaliter pro maiori parte cum magna diligentia prælatorum illarum partium, & Inquisitorum hæreticæ prauitatis ordinis Prędicatorū, ipsorum secta Pseudoapostolorum fuit ab illis finibus extirpata, etiam congregato f exercitu magno Crucis signaculo insignito, & collata per dominum Clementem V. indulgentia generali.

3. Hæreses autem & errores ipsorum Geraldi & Dulcini hęresiarcharum, & eorum sequacium Pseudoapostolorum, isti sunt.

Dulcini & Geraldi hæreses.

Primus error est: ꝙ tota auctoritas à domino Iesu Christo tradita & collata Ecclesiæ Romanę, est omnino euacuata, & iamdudum cessauit, propter malitiam prælatorum: & ꝙ Ecclesia Romana, quam tenent Papa, & Cardinales, & clerici, & religiosi, non est Ecclesia Dei, sed reprobata Ecclesia, quę perseuerat hodie sine fructu.

Secundus error: ꝙ Romana Ecclesia est illa meretrix, quæ à fide Christi apostatauit, de qua

Apoc. 17. scribit Ioannes in Apocalypsi.

Tertius error: ꝙ tota illa potestas spiritualis, quam Christus dedit Ecclesię ab initio, est translata in sectam illorum, qui dicuntur Apostoli, seu de ordine Apostolorum: quam sectam vocant congregationem spiritualem, à Deo missam & electam in istis diebus nouissimis; & ipsi, & nulli alij (vt dicunt) habent potestatem, quam habuit beatus Petrus Apostolus.

Quartus error: quòd Geraldus Segarelli de Parma prædictus, qui fuit g principium huius sectæ & auctor, fuit noua planta, pullulans in radice fidei: in qua Deus cœpit reducere Ecclesiam suā ad conuersationem, & perfectionem, & vitam & statum, & paupertatem Ecclesiæ primitiuæ, in illo statu, in quo Christus commisit Ecclesiam beato Petro Apostolo.

Quintus error: quòd ipsi soli, qui dicuntur Apostoli de prædicta secta seu congregatione: sunt Ecclesia Dei, & sunt in illa perfectione, in qua fuerunt primi Apostoli Christi: & ideo non tenentur alicui homini obedire, nec summo Pontifici, nec alicui: quia eorum regula, quæ fuit à Christo immediate, libera est, & † perfectissima vita.

† al. & perfectissimam vitam habet.

Sextus error: quòd nec Papa, nec aliquis alius potest eis præcipere, quòd deserant statum illum, seu vitam tantę perfectionis, nec etiam potest eos excommunicare.

Septimus error est: ꝙ de quolibet statu & ordine potest quilibet licite transire ad eorum vitam, & statum, seu ordinem, siue sit religiosus, siue sæcularis: ita quòd vir sine consensu vxoris, & vxor sine consensu viri potest relinquere statum matrimonij, & aduolare ad ordinem ipsorum: & quòd nullus prælatus Ecclesię Romanæ potest separare matrimonium: sed ipsi possunt.

Octauus error: quòd nullus de vita, seu statu, vel ordine ipsorum potest licite intrare alium ordinem, seu regulam, sine peccato mortali; nec potest se supponere obedientiæ hominis cuiuscūque: quia hoc esset descēdere à vita perfectissima ad minus perfectam.

Nonus error est: ꝙ nullus potest saluari nec intrare regnum cęlorum, nisi sit de statu seu ordine ipsorum; quia extra statum, seu ordinem illum deinceps nullus saluabitur.

Decimus error: ꝙ omnes qui persequuntur eos, peccant mortaliter, & sunt in statu damnationis & perditionis.

Vndecimus error: ꝙ nullus Papa Romanę Ecclesiæ potest aliquem absoluere à peccatis; nisi esset ita sanctus, sicut fuit beatus Petrus Apostolus viuendo in omnimoda paupertate sine proprio, & in humilitate, non faciendo guerras, nec aliquē persequendo, sed permittendo viuere quemlibet in sua libertate.

Duodecimus error est: quòd omnes prælati Romanæ Ecclesiæ tam maiores, quàm minores à tempore sancti Siluestri, postquam declinauerunt à modo viuendi priorum sanctorum, sunt præuaricatores, & seductores, excepto fratre Petro de Marone, qui fuit Papa Cælestinus appellatus †.

† al. Apostolicus.

Tertiusdecimus error est: quòd omnes ordines religiosorum, & sacerdotum, diaconorum, & subdiaconorum, & prælatorum sunt ad fidei catholicæ detrimentum.

Quartusdecimus: quòd laici non tenentur, nec debent dare decimas alicui sacerdoti, seu prælato Romanę Ecclesię, qui non sit in tanta perfectione, & in tanta paupertate, in quanta fuerunt primi Apostoli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli. Et ideo dicunt, quòd decimæ non debent dari, nisi ipsis, qui dicuntur Apostoli, & sunt pauperes Christi. A

Quintus decimus error est: ꝙ quilibet homo, & quælibet mulier, nudi simul possunt licite iacere sine omni peccato, in vno & eodem lecto: & licite tangere mutuo vnus alterum in omni parte sui, & osculari se inuicem sine omni peccato: & quòd coniungere ventrem suum cum ventre mulieris ad nutum, si quis stimuletur carnaliter, vt cesset tentatio, non est peccatum.

Sextus decimus error est: ꝙ iacere cum muliere, & non commisceri carnaliter, magis est, quàm resuscitare mortuum. B

Decimus septimus error est: ꝙ perfectior vita est viuere sine voto, quàm cum voto.

Decimus octauus error est: ꝙ ecclesia consecrata non plus valet ad orandum Deum, quàm stabulum equorum, vel porcorum.

Decimus nonus error est: ꝙ ita bene potest Christus adorari in nemoribus, sicut in ecclesiis,
† al. est vel † melius.

Vigesimus error est: quòd pro nulla causa, nec in aliquo casu debet homo iurare nisi pro articulis fidei, & omnia alia possunt celari: Et quancumque iurent dicere veritatem coram prælatis, seu Inquisitoribus, non tenentur defendere verbo, seu voce, sed solum in mente retinere: Et ꝙ in nullo tenentur respondere veritatem, nisi de his, quæ verbaliter continentur in articulis fidei seu præceptis: & si de aliis requirantur, licet eis sine peccato mortali mentiri, & veritatem suæ sectæ negare ore, dummodo teneant eam in corde, ad hoc vt euadant potestatem Inquisitorum; sed debent respondere tergiuersando, colorando, seu palliando quocunque modo possint pertransire. Si tamen non possent aliter mortem euadere, tunc in tali casu, aperte debent profiteri, & defendere in omnibus, & per omnia prędictā doctrinam suam, & mori in ea patienter & constanter: & nulliatenus aliquos de socijs suis, vel credentibus reuelare. D

Propter quod, prædictos errores in fide, & nonnullos alios in dictis Pseudoapostolis adinuentos, ac plurimas etiam, quas faciebant in simplicibus deceptiones, & cum mulieribus, quas secum ducebant, inhonestates, eos & eorum ordinem dominus Papa Honorius IIII. condemnauit per litteras suas tenoris sequentis.

4. Litterę Honorii IIII. quibus condemnatur secta Pseudoapostolorum.

OLim felicis recordationis Papa Gregorius X. prædecessor noster, in concilio Lugdunen. omnes religiones & ordines Mendicantium, adinuentos post generale Lateranense concilium, qui nullam confirmationem sedis Apostolicæ meruerunt, perpetuę prohibitioni subiecit: & quatenus processerant, reuocauit. Verum sicut ad nostri apostolatus auditum, fama querula deferente, peruenit, quidam qui post generale, & ante Lugdunen. prædicta concilia, sub nomine ordinis Apostolorum, habitum nouæ religionis assumpserunt quamquam nullam aliquando confirmationem sedis Apostolicæ meruissent, prohibitionis ac reuocationis prædictæ, temerarij præsumptores eundem habitum, seu ei consimilem sub eodem nomine vsque hodie deferētes, quàm plures etiam alij, assumpto post dictum Lugdunen. concilium, huiusmodi habitu, per diuersas mundi partes mendicando discurrere non verentur, facientes ea, quę non condecent, in animarū suarum periculum, & graue scandalum plurimorum: præsertim cum nonnulli, prauitatis hæreticæ vitio laborantes, sub huiusmodi habitu sint inuenti. C

Nos igitur volentes, talium præuaricatorum insolentem audaciam refrænari, & prędictam, non tam religionem, quàm pernitiosam sectam penitus aboleri, ne forte fidelium simplices, falsa sanctitatis eorum imagine seducantur, vniuersitati vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus quoscumque de prędictis in vestris ciuitatibus & dioecesibus inueniri contigerit, eos ad deponendum huiusmodi habitum, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellatis; monentes eosdem, vt si religiosam vitam ducere cupiunt, ad aliquam se transferant de religionibus approbatis. Quòd si aliqui eorum censuram prædictam contempserint, vos contra ipsos ad pœnam carceris, seu aliam prout expedire videbitis, procedatis, inuocato aduersus eos, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Ceterum vt prædicti eo facilius à sua insolentia compescantur, quo magis à Christi fidelibus abiici se viderint & contemni: Volumus nihilominus, quòd huiusmodi processum nostrum, in vestrarum ciuitatum & dioecesum terminis, iteratis vicibus publicantes, ac facientes per aliquos publicari, eosdem populos auctoritate nostra moneatis, & inducatis attente; ne aliquem de prędictis præfatum habitum deferentibus, recipere præsumant in hospitio, vel eis aliquas eleemosynas largiantur; nec ad deferendum habitum illum, seu ei consimilem, impendant consilium, auxilium, vel fauorem. Datum Romę apud sanctam Sabinam. v. Idus Martii, Pontificatus nostri anno primo. Sub anno Dominicæ incarnationis MCCLXXXV. E

Ad instar ergo Domini Honorij IIII. Nicolaus Papa IIII. vniuersis ecclesiarum prælatis, consimiles litteras destinauit, sub anno Domini MCCXC. Pontificatus sui anno III.

COMMENT. XXXVII.

a *REcensuit hactenus errores in Hispania condemnatos, nunc de illis qui in Italia repressi* Duleinus & Segarelli hęretici in Italia.

presi sunt, sermonem instituit: ac primum orditur ab hęresibus Pseudoapostolorum. Hi ducibus Geraldo Segarello & Dulcino multas Italiæ ciuitates in Insubria falsis dogmatibus infecerunt. Vocati sunt autem Pseudoapostoli, quia cum Apostolorum vitā & mores imitari se dicerent, longe tamen ab eorum sanctitate & doctrina discedebant. A

De his copiose scribit Guido Carmelita in summa de hęresibus, tit. de hęresibus Pseudoapostolorum, vbi eorum errores recenset, & confutat: atque horum sectam inuentam fuisse circa annum Domini MCCLX. à Geraldo Segarello de Parma: cui in secta successit Dulcinus Nouariensis. Segarelli quoque discipulum fuisse Dulcinum testatur Bernardus Luxemburgus in catalogo hęreticorū, lib. 2. & eum tempore Clementis Quinti Romani Pōtificis ortum scribunt Luxemburgus in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo Dulcinus. & Gabriel Prateolus, lib. 4. de vitis & sectis hæreticorum, cap. 17. Eymer. hic vtriusque hęresiarchæ, idest, Segarelli, & Dulcini tempora exortum, & incrementa, & finem siue interitum coniungens, eos insurrexisse scribit temporibus Honorij IIII. Bonifacij VIII. Nicolai IIII. & Clementis V. hoc est ab anno MCCLXXXV. vsque ad annos MCCCVI. parum plus vel minus. B

b ¶ Scilicet Geraldus Segarelli Parmensis, † *In codice Bononien. & in eo, qui est Cardinalis de Gambara* Pergamensis, *legitur, non Parmensis. ceterū Guido Carmelita & Luxemburgus prędicta locis eū Parmensem fuisse testantur, & Parmēsem fuisse indicant sequentia loca huius quæstionis.*

In prioribus editionibus huius operis non licuit nobis certius aliquid de hoc Geraldo memorię prodere, quàm nostri hic indicant commentarij: sunt enim quædam fœcula valde obscura, & ignorationis tenebris multū inuoluta ex defectu historiæ. Sed cū nuper in bibliotheca Illustrissimi & Reuerendissimi Iacobus Sabellus Cardinalis Inquisitionalis Inquisitor supremus. *Iacobi Sabelli Cardinalis Inquisitoris supremi in vniuersa Christiana republica, repertus esset liber manuscriptus, q res gestas i multis Italię vrbibus, superioribus seculis continebat, inter cetera copiose eius libri auctor Frater Salimbenus de Adam Parmensis ordinis Minorum S. Francisci, initia, progressus, & incrementa huius Segarelli describit.* P. Salimbin de Adam Segalelli initia copiose scribit.

Ex eo auctore certum annum annotare, in quem potissimum Segarelli & sequacium (qui se Apostolos appellarunt) initia inciderint, omnino est difficile: sed quantum coniectura assequi possemus, is fuit annus Domini 1246.

Quis igitur & qualis fuerit is Geraldus (quē Salimbenus Gherardinum Segalellum vocat) & quale illius secta habuerit initium, his verbis ille docet: Iſtorū principiū fuit in Parma, cum enim in ordine Fratrum Minorū habitarē in Parmensi conuentu, sacerdos & pdicator existēs, venit quidam iuuenis natione Parmensis, de vili progenie ortus, illiteratus & laicus, idiota & stultus, cui nomē Gherardinus Segalellus, & petijt, vt à Fratribꝰ Minoribus reciperetur in ordine, qui cū non exaudiretur ab eis, tota die quando poterat, moraba tur in Ecclesia Fratrum, & cogitabat, quod portea stultizando impleuit: nam super coopertorij lampadis societatis & fraternitatis Beati Francisci depicti erant Apostoli circumcirca cum soleis in pedibus, & cum mantellis circa scapulas inuoluti, sicut traditio pictorū ab antiquis accepit, & vsus ad modernos deduxit, vbi iste contemplabatur: & excogitato consilio, postquam capillos nutriuit, & barbam, accepit soleas Fratrum Minorum & cordam: & fecit sibi fieri de bixeto vestitum, & mantellum album de stagmine forti, quod circa collum & scapulas inuolutū portabat, credens per hoc Apostolorū habitū demōstrare; & vēdita domuncula sua, & accepto pretio stetit super lapidē, super quem antiquitus Potestates Parmenses concionari solebant, & habens denariorum sacculum, non disperfit, & dedit pauperibus, nec congregationi pauperum affabilem se fecit; sed vocatis ribaldis, qui ibi prope in platea ludebant, sparsit inter illos alta voce dicendo: Quicunque vult accipiat, & habeat sibi. Collegerunt itaque valde cito ribaldi denarios illos, & iuerūt, & luserunt ad taxillos, & isto audiente, qui dederat, blasphemauerunt Deum viuentem. *hactenus Salimbenus.* B

Additque præterea, Segalellum, vt filio Dei inter homines agenti assimilaretur, circuncidi voluisse, & fœcijs inuolutum in cunabulis iacuisse, et lac, mammasque cuiusdam stultæ mulieris suxisse, multisque diebus solum cum nullum socium habuisset, Parmę habitasse, donec Robertum quendam, qui fuerat famulus Fratrum Minorum, sibi comitem adiūxerit, ac mirantibus Parmensibus ambos per ciuitatem discurrisse, inde vero subito vsque ad trigesimum numerum creuisse. C

Segalellus vltā p omnia agit otiosā.

Quoniam vero Segalellus otiosus per omnia esse, nec vllam suscipere volebat impurę congregationis curam, quidam Guido Putaggius etiam Parmensis, qui eidem iam sectæ nomen dederat, primum locum sibi arrogauit, & ceteris dominatus fuit. hunc cum ferre non possent, quendam Matthæum eligentes sibi præfecerunt, & propterea ingens orta est inter eos contentio, cum multas iam repleuissent Italiæ vrbes, easque malis moribus & damnata doctrina infecissent. D

Diſſidiū inter Segalelli ſectatores.

Contigit primum horum dissidium an. 1275. Faventiæ, vbi tunc Segalellus degebat, ibique res valde perpetrauit obscęnas; erant enim omnes magistrum Segalellum imitantes, impudici, incontinentes, & libidinibus omnis generis valde dediti, quæ causa multiplicādæ sectæ opportuna fuit, sicut semper esse consuenit in omni fere secta & hæresi amplificanda; vt in libris de causis vnde hæreses oriantur, copiose probauimus. Hinc dispersi sunt pseudoapostoli per vniuersam fere Europam, ceterum Segalellus Parmę, quæ fuerat eius patria, remansit. E

Segalellus quis, & quale eius initium.

Opizo de sācto Vitali Parmensis Episcopus illustri familia genitus Segalellum comprehendi iubet.

Fuit ea tempestate Parmensis Episcopus Opizo de sancto Vitali Domini Innocentij Papę IIII. ex sorore nepos, vir auita nobilitate & familiæ Illustri progenie conspicuus, quem maiorum splendorem eadem de sancto Vitali familia Parmæ etiam nunc retinet, & propria virtute conseruat: is Opizo cum multa Segalelli & sequatium flagitia, & nefandas præsertim libidines intellexisset, Segalellum capi, &

carcere

Universidad de Deusto
Biblioteca

carcere occlusum custodiri iubet. & quantum coniectura explorare licet, id factum est an, Domini circiter 1280. Segalellus interim amentiam finxit, ideoque carcere eductus in episcopali palatio morionum & parasitorum more habitauit & victitauit. denique anno 1286. idem Opizo Episcopus exploratis & plenius intellectis Segalelli & pseudoapostolorum scelcribus e ciuitate Parmensi, & toto Episcopatu expulit.

Segalellus Parma & toto eius Episcopatu exulat.

Quid postmodum Segalellus egerit, aut quò se contulerit, non explicat liber Salimbeni, quoniam multa ei iniuria ustustatis folia desunt, ex his tamē quæ hoc loco Eymericus retexisset, non obscure colligitur, Segalellum non longe à Parma recessisse, aut vel ad eam, vel ad partes circumuicinas reuersum fuisse; cum idem Opizo Episcopus Parmensis, & Inquisitor Manfredus, xiiij. annis post expulsionē transactis, Segalellum ceperint, condemnauerint, & combusserint. nempe die 18. Iulij an Domini 1300. quo tempore Dominus Bonifacius Papa VIII. Sedi Apostolicæ præerat. Atque ex his accipiūt declarationis lumen, quę breuiter de Segalelli exortu memorat hic Eymericus.

Segalellus capitur, damnatur & combutitur.

Neque his quæ hactenus diximus de Segalelli initijs, quę in annum fere Domini 1246. incidisse scripsimus, obstant quę in principio huius quæstionis idem Eymericus narrat, nempe Segalellum & Dulcinum temporibus Honorij IIII. hoc est ad an. Domini 1285. insurrexisse: quoniam vt alias obseruauimus, sæpe auctores de vitis & sectis hæreticorum scribētes, eos aiunt exortos eo tempore, quo iam vel magnum incrementum susceperunt, vel innotescere & hæresim in publicum prodere ceperunt: omnes enim fere hæresiarchæ latitant prius, hæreses suas astute componunt, inde ad eas docendas viam præmuniunt, postremo in publicum proferunt. Cum itaque ista Segalelli & pseudoapostolorum hæresis non statim susceperit incrementum, neque Ecclesię innotuerit, non mirum si Eymericus ita scripserit de eorum exortu.

Segalelli initia cur Eymericus ad an. Dñi 1285. retulerit.

Mirum autem est quàm esset stultus & vanus Segalellus, quàm imperiti & turpes eius sequaces & imitatores, qui vt Salimbenus (qui eos vidit & audiuit) prudenter scripsit, falsissime se Apostolos esse dicebant, cum longe à vita & moribus discederent Apostolorum: cum nec ad prædicandum, nec ad ecclesiasticū officium decātandum, nec ad Missas celebrandas, nec ad confessiones audiendas, nec ad artes, & disciplinas liberales docendas, vtiles essent: sed continuo discurrebāt per vicos & plateas inuisendo fœminas, & decipiendo quas poterant, & cum eisdem carnaliter se commiscendo.

Segalellus & eius sectatores ad opera bona erant inutiles.

Equidem initia, progressus, vita, & mores non modo istorum, sed omnium hæreticorum quot quot fuerunt aut futuri sunt, efficacissima ad eos plene confutandos argumenta submministrant, vita enim, mores, conuersatio, doctrina & denique actiones eorum cum paulo diligentius inspiciuntur, valde à Christiana pietate & Ecclesię catholicę ritu discrepare inueniuntur. Si quę vero bona in ipsis quandoque apparent, ficta sunt, & ea secundum speciem bona videntur, non secus ac chymicum aurum vel argentum, vel gemmæ, quę tametsi verum aurum, & argentum, aut gemmæ videantur, non tamen sunt.

Hæreticorū actiones etsi bonæ videantur, nō tamē sunt.

¶ Et dulcinus Nouarien sis.] *Dulcini huius hæresiarchæ creberrima extat mentio in libris Iurisconsultorum, qui circa ea tempora & paulo post floruerunt.*

Huius quoque acta, initia, incremēta & exitum in vetusto reperta archiuo, Vercellensis Inquisitor nuper nobis transmisit, quorum summā in proxima futura editione in lectoris gratiā edemus.

Illud autem quod de hoc hæretico affert valde singulare auctor quidam innominatus in tractatu de forma procedendi contra Inquisitos de hæresi in Rub. De hæreticis credentibus, &c. *num. 6. non est hic omittēdum: ait enim hunc Dulcinum, antequam curiæ seculari traderetur, se excusasse dicendo, quòd ea quæ prædicauerat & docuerat contra fidem & bonos mores, dixerat, non quia ita crederet, sed propter multa commoda, & delectabilia temporalia, & propter vanam gloriam, & propter dominium quod ex tali doctrina habebat. ceterum hæc vana excusatio eum non iuuit, quominus traderetur curiæ seculari: nec facile sunt huiusmodi hæreticorum excusationes admittendæ, vt dixi infra par. 3. tit. de forma examinationis testium.*

Vana Dulcini excusatio

¶ Dictus Gerardus per episcopum Parmensem.] *In codice Cardinalis de Gambara, Pergamensem. & Bononiensis corruptissime habet, Parien. sed Barcinonen. & Sabellanus veram lectionem habent, vt ex proxime relata historia constat, is autem Episcopus Parmensis, fuit Opizo de sancto Vitali, vt docuit Salimbenus, qui eodem tempore floruit.*

¶ Et post octo annos ipse Dulcinus tamquam hæresiarcha, &c.] *cum his quæ tradit hic Eymericus conueniunt quæ scribit Bernardinus Corius in historia Mediolanensi, par. 2. anno MCCCVII. cuius hæc sunt verba à nobis latine reddita:* Hoc tempore frater Dulcinus hæreticus Mediolano fugiens, ad vicinos Nouarię montes se se recepit. ceterum ab Inquisitore hæreticę prauitatis inquisitus, vnà cum Margareta eius cōcubina hęretica, & plerisq; alijs captus fuit, & Vercellas deductus ibidem combustus extitit. *hęc ille.*

¶ Etiam congregato exercitu magno Crucis signaculo insignito.] *Vt hic locus intelligatur, historia de his hæreticis breuiter est mihi enarranda. Dulcinus ergo, de quo est sermo, tam pudendæ ac effrenatę libidinis extitit, vt ad sex millia vtriusque sexus sub charitatis specie & deceperit, & cohabitare docuerit. Hi Alpes incolentes in omnem luxuriam prolabebantur: Adeo quidem vt hęc pestis per duorum aut trium annorum spacium multos corruperit: tanta quidem vi, vt summus Pontifex Clemēs V. ad tantum malum sedandum Inquisitores ordinis Prędicatorum eò destinare decreuerit, qui Dulcinum & suos complices à tam nefario scelere aut reuocarent, aut diligenti & accurata disquisitione facta ad eum referrent, num ita se res haberet, sicut à multis fide dignis nuntijs audierat: qui cum reuersi essent, ac Pontifici summo retulissent quę viderant, & audierant; cognitis nefandis sceleribus & impuritatibus, contra tantam impietatem Crucia-*

da ab eodem summo Pontifice indicta fuit, & magnæ ac liberales indulgentię promulgatæ, quas consequerentur qui se tam pio bello contra tam nefarios homines accingerent. Collectus est itaque exercitus & illuc missus cum Apostolico legato, cumque ad loca, in quibus pseudoapostoli habitabant, peruenissent, & repentino bello essent aggressus, eos partim inedia & frigore partim armis oppressit exercitus catholicus Crucesignatorum: captusque fuit Dulcinus & Margareta indeque puniti sicut narrat hic Eymericus, & nos quoq; apertius paulo ante retulimus.

Singuli autem Crucesignati magno protegendę fidei desiderio excitati propriis impensis ibant in bellum: nam inter cetera hoc vouebant: vnde Inquisitores tunc tametsi pauperes & mendici intrepide in hæreticos animaduertebant. Huc spectat textus in cap. excommunicamus. §. catholici. extra de hæret.

¶ Qui fuit principium et auctor huius sectę.] *Post hęc verba in codice Cardinalis de Gambara additur hęc:* Qui, vt Dulcinus dicit et asserit, fuit noua planta, etc. *Barcinonensis ita:* Qui fuit præcipuus huius sectæ actor: *sed Bononiensis & Sabellani lectionem secuti sumus, vt est impressus.*

¶ Vigesimus error est: quòd pro nulla causa, etc.] *Codices hic sunt varij: Sabellanus & Bononiensis prope conueniūt cum Barcinonensi impresso, sed codex Cardinalis de Gambara hunc articulum ita habet:* Quòd pro nulla causa nec in aliquo casu debet iurare homo, nisi pro articulis fidei vel præceptis Dei, & omnia alia potest celare. Et quantumcūque iuret dicere veritatem coram prælatis seu Inquisitoribus, non tenetur respondere de aliquo alio, nec reuelare doctrinā suam, siue errores suos, nec tenetur defendere verbo seu voce, sed semper corde tenere. Si tamen cogatur iurare metu mortis, in eo casu debet iurare verbo seu voce solum, & in mente retinere. Et quod in nullo casu tenetur respondere veritatem, nisi de his, quę verbaliter continētur in articulis fidei, seu præceptis: & si de alijs requiratur, licet ei sine peccato mortali mentiri, & veritatem suę sectæ negare ore, dummodo teneat eam in corde, ad hoc vt euadat potestatem Inquisitorum; sed debet respondere inficiando, vel negando, seu palliando, quocunq; modo tergiuersando, colorādo, seu palliando quomodocunque possit pertrāsire, &c. *Hūc errorē à Panperibus de Lugduno seu Valdensibus acceperūt Pseudoapostoli: nā Pseudoapostoli ger mē sunt Valdensiū. hoc tamē, quod de iuramēto horū hic dicitur, lumen accipiet ex summa fratris Iuoneti, par. 5. c. 2. cuius fragmētum extat in vetusto illo codice membranaceo manuscripto bibliothecę Vaticanę, vbi plene agitur de secta Valdensium is ergo agens de dispensatione eorum in iuramento ita habet:*

Iniqua dispensatio Valdensium in iuramento.

Diffinierunt olim nō iurare omnino, sed quia per hoc facilius deprehendebantur & condemnabātur caute dispensauerunt modo iurare, pro se vel pro alio à morte liberando vel defendendo. Cum autem iurare compelluntur, aut palliatis verbis iurant, ne putentur iurasse, sed fictè agunt huiusmodi & diuersis modis: aut si cogūtur ab aliquo iurare, refundunt peccatum in Christum, vt

ipsi videantur immunes: aut si iurant per se timore mortis, proponunt facere pœnitentiam, vt pro quatuordecim periurijs teneantur vnum attrahere ad sectam suam pro satisfactione peccati. *hæc ibi.*

¶ Tenoris sequentis.] *In codice Cardinalis de Gambara additur solita Pontificis præfatio in hunc modum.*

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus Patribus, vniuersis patribus Archiepiscopis & Episcopis, ac dilectis filijs cathedralium ecclesiarum electis & vicarijs earundem, ad quos litteræ istæ peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Huius extranagantis meminit Turrecremata in summa de ecclesia lib. 4 par. 2. c 37. quo loco refert etiam Pseudoapostolorum errores.

QVAESTIO XIII.

De hæresibus Manichæorum in Italia exortorum.

SVMMARIVM.

1 *Quo tempore noui Manichæi emerserint.*
2 *S. Petrus Martyr pro fide ab illis occisus.*
3 *Recensiorum Manichęorum errores.*
4 *Manichęorum figmenta de sacramentis.*

TErtiadecima quęstio est: Hereses, & errores Manichęorum, qui insurrexerunt in partibus Italiæ, & ibi sunt per prælatos & Inquisitores condēnati, qui sunt?

1. Ad hanc respondemus, quòd tempore Domini Innocentij Papæ III. in partibus Italiæ, videlicet in archiepiscopatu Mediolanensi, & aliis partibus circumuicinis a insurrexit quidam dictus Manes, à quo & eius sequaces Manichæi dicti sunt, qui multas hereses & errores publice diuulgarunt, & publice ac impudenter in Italia prædicarunt.

2. Pro quarum b extirpatione frater Petrus de Verona ordinis Prędicatorum, Inquisitor in partibus antedictis, ab ipsis Manichęis hęreticis est gladijs interfectus, ac martyrizatus: & post eodem anno sui martyrii sanctorum catalogo aggregatus, ac per sanctam Ecclesiam canonizatus; & hodie claret multis miraculis gloriosus.

Istorum autem Manichæorum hæreses & errores sunt isti.

3. Primus c error est: q̄ duos Deos, aut duos dominos asserunt, & fatentur. Benignum Deum videlicet, & malignum creatorē omnium rerū visibilium, & corporaliū: asserentes non esse facta hęc à Deo patre celesti, quem dicunt Deum benignū; sed à diabolo malo, & Satana, quem ipsi vocant deum malignum, & dominum huius sæculi, & principem huius mundi; sicque ponunt duos

Universidad de Deusto
Biblioteca

creatores, Deum videlicet, & diabolum; & duas creationes, vnam ſcilicet corporalium, & viſibilium; aliam inuiſibilium, & incorporalium.

Secundus error eſt: quòd fingunt duas eſſe eccleſias, vnam benignam, quam dicunt eſſe ſectam ſuam, eamque aſſerunt eccleſiam Ieſu Chriſti: aliam vero eccleſiam vocant malignam, quam dicunt eſſe Romanam Eccleſiam, eamque impudenter appellant matrem fornicationum, Babylonem magnam meretricem, & baſilicam diaboli, et Satanæ ſynagogam.

Tertius error eſt: quòd omnes gradus, & ordines, & ordinationes eccleſiaſticas †, & ſtatuta deſpiciunt, & deprauant, & omnes qui fidem eius tenent, appellant hæreticos & errantes, nec aliquem poſſe ſaluari in fide Romanæ Eccleſiæ dogmatizant.

† al. Eccleſiæ ſanctæ

Quartus error eſt: quòd omnia ſacramenta Romanę Eccleſię, domini noſtri Ieſu Chriſti, videlicet Euchariſtiæ ſeu altaris, & baptiſmi, qui ſitin aqua materiali, necnon confirmationis, & ordinis, & extremæ vnctionis, & pœnitentię, & matrimonij inter virum & mulierem: omnia & ſingula aſſerunt eſſe inania, & vana: & confingunt, tãquam ſimiæ quędam alia loco ipſorum, quæ quaſi ſimilia videantur.

4. Quintus error eſt: quòd confingunt loco baptiſmi ſancti in aqua baptiſmum alium ſpirituale; quem vocant conſolamentum Spiritus ſancti: quando ſcilicet recipiunt aliquam perſonam in ſanitate, vel in infirmitate ad ſectam, vel ad ordinem ſuum per impoſitionem manuum, ſecundum ritum ſuum execrabilem.

Sextus error eſt; quòd loco conſecrati panis Euchariſtiæ corporis Chriſti confingunt quendã panem, quem appellant panem benedictum, ſeu panem ſanctæ orationis: quem in principio miſſæ ſuę, tenendo in manibus, ſecundum ritum ſuum, benedicunt, & frangunt, & diſtribunt aſsiſtentibus credentibus ſuis.

Septimus error eſt: quòd loco ſacramenti pœnitentiæ, dicunt eſſe veram pœnitentiam, ſuſcipere & tenere ſectam & ordinem ſuum; & ſuſcipientibus dictam ſectam & ordinem, ſiue in ſanitate, ſiue in infirmitate, dicunt omnia peccata eſſe dimiſſa, & tales eſſe abſolutos ab omnibus peccatis ſuis, ſine alia quacunq; ſatisfactione, & abſq; etiã reſtitutione, ſi haberent aliquid de alieno, dummodo ſeruent ſectam & ordinem illum: aſſerentes ſe ſuper his habere poteſtatem eandem, & tantam quantam habuerunt Petrus & Paulus, & alij Apoſtoli Domini noſtri Ieſu Chriſti: dicentes confeſsionem peccatorum, quæ fit ſacerdotibus Romanæ Eccleſiæ, nihil valere penitus ad ſalutem: nec Papam, nec aliquem alium de Romana Eccleſia habere poteſtatem abſoluendi aliquẽ à peccatis.

Octauus f error eſt: quòd loco ſacramenti matrimonij carnalis inter virum & mulierem confingunt eſſe ſpirituale matrimonium inter animam & Deum, quando videlicet ipſi hæretici Perfecti, ſeu conſolati recipiunt aliquem ad ſectam, & ordinem ſuum.

Nonus error eſt: q̃ incarnationem Domini noſtri Ieſu Chriſti ex Maria ſemper Virgine negãt; aſſerentes ipſum non habuiſſe verum corpus humanum, nec veram carnem hominis, ſicut habent ceteri homines ex natura humana: nec vere fuiſſe paſſum & mortuum in cruce: nec vere reſurrexiſſe à mortuis: nec vere aſcendiſſe ad cęlum in corpore & carne humana; ſed omnia in ſimilitudinẽ facta fuiſſe.

Decimus error eſt: q̃ Beatam Virginem Mariam, negant fuiſſe veram matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti: negant g etiam fuiſſe mulierem carnalem. Sed ſectam ſuam & ordinem ſuum dicunt eſſe Mariam, Virginem, veram pœnitentiã, caſtam, & Virginem, quę generat filios Dei, quando recipiuntur ad eandem ſectam & ordinem.

Vndecimus error eſt: quòd negant reſurrectionem corporum humanorum futuram, loco eius confingentes quædam ſpiritualia corpora, & quendam interiorem hominem, in quibus & quolibet dicunt reſurrectionem futuram eſſe intelligendam.

Duodecimus error eſt: quia dicunt, quòd nunquam debet homo comedere carnes, nec tangere eas, nec caſeum, nec oua, nec aliquid, quod naſcatur ex carne per viam generationis, ſeu coitus: ſicut ipſi faciunt.

Tertius decimus h error eſt: q̃ dicunt & credunt, quòd in animalibus brutis, & etiam in auibus, ſunt ſpiritus illi, qui recedunt de corporibus hominum, quando non ſunt recepti ad ſectam & ordinem ſuum per impoſitionem manuum ipſorum, ſecundum ritum eorum; & quòd tranſeunt de vno corpore in aliud corpus: quare non comedunt i ipſi aliquod animal, nec aliquod volatile, nec occidunt.

Quartus decimus error eſt: quia dicunt, q̃ nunquam debet homo tangere aliquam mulierem.

Prædicti Manichęi faciunt congregationem, quam vocant, la conuinenza, pro eo q̃ habent illi de congregatione inter ſe multa pacta, atque ſeruãt, quę ſunt peruerſa & iniqua, & Eccleſię Dei & Reipublicæ multum nociua.

Prędicta ſecta Manichęorum propter eorum prędictos errores, fuit per ſanctam Romanam Eccleſiam condemnata, & condemnatur 24. q. 3. c. quidam autem hęretici. vt in ſexta quęſtione prędicta habitum eſt. Supra fol. 243.

COMMENT. XXXVIII.

QVę hac quęſtione commemorat Eymericus de nouis Manichęis in Italia exortis, falſa videri alicui poſſent: quoniam tempore Innocentij Papę III. videlicet circa annos Domini M CC. nulli hæretici Manichæi vocati Italiam infeſtarunt, ſed Cathari, Leoniſtæ, & ſi qui fuerunt alij huius ſectæ imitatores. Rurſus quia quæ hic dicuntur ab Eymerico de Manichæis & erroribus eorum, Catharis illius ætatis penitus conueniunt; vnde fit, vt lapſus hic auctor videatur. Sed non eſt plane ita, tum quia etſi Catharis hæc conue-

Quomodo accipienda ſint de Manichæis tradit Eymericus;

ueniant, & ceteris eius furfuris hæreticis, de Manichęis etiam accipienda ſunt: quoniam Cathari antiquorum Manichęorum errores penitus ſequebantur, quibus & alios nouos adiungebant: vnde Eymericus re ipſa inſpecta, non Catharos, ſed Manichæos appellauit, quia hi per omnia Manichæorum inſaniam imbiberant. tum quia ſæculo etiam horum hęreticorum vtraque appellatio & Manichęorum & Catharorum, præſertim apud viros doctos in vſu erat. Eymericus vero antiquam appellationem eſt ſecutus, cum ſub ea illius ætatis hęretici comprehenderentur: & plane errores, quos hic commemorat auctor, partim vetuſtiorum ſunt Manichęorum, partim recentiorum: qui antiquorum ſunt velut noti omittentur à nobis; qui recẽtiorum apertius explicabantur: nam difficilius noſcuntur quę non ſunt paſſim monumentis litterarum prodita.

De his autem nouis Manichęis ſeu verius Catharis, eorumque erroribus agit Guido Carmelita in ſumma de hæreſibus tit. de hęreſibus Catharorum, & Bernardinus Corius in hiſtoria Mediolanenſi parte 2. anno M CC XXX III. & M CC L II. & alibi ex quo intelliges vera eſſe quę de horum in exortu partibus Mediolanenſibus ſcribit hic Eymericus.

Iam hi Cathari (vt teſtatur frater Raynerius ordinis Prædicatorum in ſumma, quam de eis ſcripſit, quę manuſcripta apud nos extat) in tres partes ſiue ſectas principales diuiſi erant: nam quidam dicebantur Albanenſes, alij Concorrezenſes, alij vero Bagnolenſes, de quibus dicemus opportunis locis.

Qui Manichæus, & qua inter antea appellatus.

a ¶ Inſurrexit quidam dictus Manes, &c.] *In codice Bononienſi*, Manens. *nec male: nam Theodoritus in lib. hęreticarum fabularum Manichæos de Manente dictos ait. Manes autem ſeu Manens priuſquam errorem ſuum diuulgaret, vt ait B. Auguſtinus in lib. de hęreſib. cap. 46. Vrbicus dicebatur, ſiue Cubricus, vt ſcribit ſanctus Epiphanius hęreſi 66. Theodoritus Scythianum, Philaſtrius Turbonem appellat. Suidæ eius vitam & facta egregie eſt proſecutus. Beatus Auguſtinus in lib. de hęreſibus to. 6. cap. 46. Manichęos dixit dictos fuiſſe à verbo greco, quod ſignificat inſaniam fundere. quod Manichæi fugientes, Manichæos per duplex, n, quaſi manna & diuinitatem fundentes ſe ipſos iactabant vt, verbi lenocinio rudiores ad ſe homines pertraherent. Hi in tres partes fuerunt olim diſtributi, alij auctoris nomen mordicus retinuerunt: alij Macarij, tertij Cathariſtę ſiue purificatores dicti ſunt ab Auguſtino loco citato; ex quibus etiam apparet non inepte Eymericum hic Catharos vocaſſe Manichęos, cum & Cathari ſeu Cathariſtę de ea familia eſſent: quando autem fuerint condemnati, dicam in fine huius quæſtionis.*

Horum autem nouorum Manichæorum ſiue Catharorum auctorem fuiſſe quendam dictum Manetem, qui tempore Innocentij III. inſurrexerit, vt hic ſcribit Eymericus, mihi nondum conſtitit.

SANCTI PETRI MARtyris hiſtoria.

[PRO quarum extirpatione frater Petrus de Verona ordinis prædicatorum, &c.]

Breuiter hic mihi pauca quædam dicenda erunt in gratiam Inquiſitorum de B. Petro Martyre Inquiſitorum principe, & acri hæreticorum hoſte, vt vitam & mores eius intuiti diſcamus pro fidei catholicæ defenſione humiliter & fortiter ſanguinem profundere. Hic ergo vir ſanctus cum protinus ab incunte ætate ſingularis probitatis & ſanctitatis præbuiſſet ſpecimen, relictis mundi huius fallacis inſidiis, aduertens nõ eſſe tutum cum ſcorpionibus, hoc eſt, cũ hæreticis habitare (nam ex parentibus hæreſi deprauatis traxit originem) ſacram ordinis Prædicatorum religionem profeſſus eſt, in qua multa probitate & doctrina claruit ſpacio multorum annorum. denique cum anno M CCLII. ſedis Apoſtolicæ auctoritate eſſet Inquiſitor in partibus Mediolano ſubiectis: cumque eodem anno Mediolanum pergeret, relicta ciuitate Como, ad extirpandam hæreticam prauitatem, quidam de ipſorum hęreticorum credentibus prece illorum inductus & pretio, in itinere eum inuadens multis impreſsis vulneribus crudeliter iugulauit. Memoriæ proditum eſt, pridie eius diei quàm eſſet interfectus, ſublatis ad cælum oculis, fuſis lacrymis gemebundum humiliter à Domino poſtulaſſe, vt non ſineret eum ex hac luce migrare, niſi ſumpto pro Chriſto paſsionis calice: cuius orationem exauditam fuiſſe apertiſſime ſequentis diei effectus demonſtrauit. quo interfecto perductum fuit ſacrum illius corpus Mediolanum, ſepultumque ad ſanctũ Euſtorgium, vbi adeo claruit miraculis, vt hæreticos non minus vicerit, ac ſtrauerit occiſus, quàm antea fecerit viuens. Cum itaque multis miraculis clareret, Innocentius IIII. cunctis rite celebratis, ac obſeruatis ſacroſanctę Eccleſiæ Romanæ ritibus Petrum Martyrem nondum exacto poſt martyrium anno primo, viij. Calendas Aprilis Peruſij in catalogum Sanctorum retulit: extatque hodie huius apotheoſis, ſeu canonizationis authen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticum rescriptum in libro priuil. ordin. Prædicat. fol. 26. pag. 2. Innocentio autem quarto vita functo, Alexander quartus ad Pontificiam sedem euectus protinus sui Pontificatus initio, anno uidelicet Domini MCCLIIII. Petrum etiam Martyrem egregio commendauit encomio, & canonizationem ab Innocentio celebratam confirmauit rescripto incipiente: Magna magnalia de Beato Petro Martyre. *quod habetur in lib. priuil. ordin. Prædicato. fol. 33.*

Huius sancti viri vitam scripsit Thomas Lentinus Patriarcha Hierosolymitanus, qui eodem tempore floruit. eam refert Laurentius Surius tomo 2. de probatis sanctorum historijs, die 29. Aprilis.

Illud memoria dignum est, quod scribit Bernardinus Corius in historia Mediolanensi parte 2. anno MCCXXXIII. nempe fratrem Petrum Veronensem auctoritate Apostolica Inquisitorem, statuisse & ordinasse, vt inter cetera statuta reipublicæ Mediolanensis, multa quoque ponerentur & obseruarentur contra hæreticam prauitatem, quæ breuitatis causa nunc omitto: refert autem ea præcitato loco Bernardinus Corius. idem vero in eadem historia Mediolan. parte 2. anno Domini MCCLII. minutissime prosequitur factionem credentium hæreticorum, qui ad occidendum Petrum Martyrem coniurarunt, vbi luculenter totum hunc tractatum ponit ob oculos, cum nominibus coniuratorum, patientia Martyris, & miraculis, & ceteris, quæ interitum eius antecesserunt, & subsecuta sunt.

Postremo sciendum est, Romæ die 29. Aprilis huius Beati Petri Martyris festum duplex, & de eo capellam solemnem in Ecclesia sanctæ Mariæ supra Mineruam, à Reuerendissimis dominis Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus, & alijs sanctæ Inquisitionis officialibus singulis annis celebrari, ex instituto pij Papæ V. anno Domini MDLXIX. Sixtus vero V. Pont. Max anno incarnationis Dominicæ 1586. idibus Aprilis, eiusdem diem natalem sub eodem duplici officio ab omnibus ecclesiasticis celebrari & recitari iussit constitutione quadã incipien. Sanctorum Christi militum.

c ¶ Primus error est: quòd duos deos, &c.] *De Cathari etiam siue recentiores Manichæi eundem errorem mordicus defendebant, vt intelligas vere scripsisse Tertullianum in libro de præscriptio. hæreticorum, ca. 1. nullam fuisse tam turpem hæresim, quam labentibus sæculis alij non excitarint, secutique fuerint.*

Quod vero recentiores Manichæi, seu Cathari de duobus deis seu principijs impie fabulantur, non est vno modo inter eos receptum: nam Belazmansa Veronensis, qui fuit princeps horum hæreticorum in Italia circa annos Domini MCCXXV. & Ioannes de Lugio Bergomensis, qui eisdem fere temporibus vixit, valde inter se dissidebant, vt latissime docuit frater Raynerius de ordine Prædicatorum, in summa, quam anno Domini MCCL. scripsit de Catharis & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno, quam vidimus in vetusto illo codice manuscripto bibliothecæ Vaticanæ, & manuscriptam nunc habemus, in qua singillatim omnia horum dogmata persequitur quæ nos hic breuitatis causa omittimus, alibi forsan commodius traduturi.

Belazmansa & Ioãnes de Lugio Cathorum duces in Italia.

d ¶ Tertius error est: quòd omnes gradus, & ordines, & ordinationes Ecclesiæ sanctæ, & statuta decipiunt & depranant.] *Ita Barcinonenses, Bononienses, & Sabellanus. Vnde velle videntur, quòd omnia sacramenta, cæremoniæ & leges Ecclesiæ fideles & catholicos decipiunt, depranant, & corrumpunt: qui sensus satis aperte colligitur ex sequentibus erroribus, quibus Cathari, seu Manichæi reiectis Ecclesiæ sacramentis, alia ipsorum loco substituebant, vt mox dicemus ex summa fratris Raynerij de erroribus Catharorum. In Directorio tamen Cardinalis de Gambara legitur*, desipiunt et depranant. *qui etiam sensus optime potest eorum sententiæ conuenire: nam Cathari & Ecclesiastica sacramenta & ritus desipiunt, hoc est, asspernantur. item etiam & depranant, quoniam loco verorum falsa sacramenta, & cæremonias substituunt.*

e ¶ Et confingunt tamquàm simię, quædam alia loco ipsorum, quę quasi similia videantur.] *Tres errores, quos nunc prosequitur Eymericus, videlicet, 5. 6. & 7. ad sacramenta Catharorum spectant, quæ mihi breuiter sunt declaranda, vt & hic & alia iuris loca de sacramentis, & consolatione Catharorum loquentia intelligantur, & præsertim cap filij. de hæret. lib. 6. & cap. 19. Concilij Narbonensis.*

Quatuor recentiorũ Catharorũ inania sacramenta.

Sciendum ergo est, hos recentiores Manichæos, seu Catharos (vt in predicta summa docet frater Raynerius) reiectis veris Ecclesię sacramentis, quatuor sibi sacramenta inania, illicita, & sacrilega confinxisse, videlicet, manus impositionem, panis benedictionem, pœnitentiam, & ordinem.

Manus impositio uocatur ab eis consolamentum, & spiritualis baptismus, seu baptismus Spiritus sancti: sine qua secundum eos, nec mortale dimittitur, nec Spiritus sanctus alicui datur: sed per eam solummodo ab eis factam, vtrumque conferri mentiuntur.

Catharorum consolamentum.

Hęc autem manus impositio hoc ritu absoluitur apud eos. eorum prepositus (de quo mox dicemus) cum aliquis ex ipsis incidit in peccatum, aut ad sectam eorum conuertitur, per manus impositionem consolamentum daturus librum Euangeliorũ, vel totius noui testamenti tenet ante pectus suum: is vero qui consolamentum est recepturus, vbi coram Catharis confessus est in genere dicens se esse peccatorem, et humiliter accedere ad petendam veniam, tũc prepositus absolutione peracta ponit predictum librum supra caput illius, & ceteri Cathari qui adsunt, manum dextram, & incipiunt suo ordine dicere Dominicam orationem. hoc ritu consolamentum & peccatorum remissionem dicunt se conferre, quam non habent miseri Cathari: de qua extat insignis locus in Concilio Narbonẽsi, cap. 19. in hęc verba: Si confolationes eorum, vbi eum quem confolantur, in hæreticum recipientes per impositionem manuum se saluare proditionaliter

naliter mentiuntur: aut seruitio eorundem, vbi maiore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum quasi sub generali confessione, remissionem intelligunt fieri peccatorum.

Panis benedictio Cathatorum.

Alterum eorum sacrilegum sacramentum est panis benedictio. hæc est quædam fractio panis, quam ipsi quotidie faciunt tam in prandio quàm in cœna. fit autem hoc modo: cum ingressi sunt ad mensam Cathari, siue Catharæ, omnes dicunt orationem Dominicam: interim qui prior est apud eos professione vel ordine, tenet panem vnum, vel plures si necesse foret ad præsentem multitudinem saturandam, & dicendo: Gratia Domini nostri Iesu Christi sit semper cum omnibus nobis, *frangit panem seu panes, & distribuit omnibus discumbentibus non solum Catharis, sed etiam credentibus suis, adulteris, latronibus, & homicidis: atque in hoc differunt à Pauperibus de Lugduno; nam illi solum semel in anno conficiunt, seu benedicunt, vt suo loco dicemus.*

Falsa Catharorum pœnitentia.

Tertium sacramentum est pœnitentia, quam sine vllo peccatorum dolore faciunt in hunc modum singulis mensibus semel tantum, si commode possunt, confessionem faciunt de peccatis venialibus, hoc ritu: vnus pro omnibus loquens alta voce, ceteris inclinatis in terra coram prelato tenente librum ante pectus suum dicit ita: Nos venimus coram Deo & vobis ad confitendum peccata nostra, quia multum peccauimus in verbo, & opere, & visione, & cogitatione. *& ceteris huiusmodi. Quòd si quis eorum incidit in peccatum, quod iuxta opiniones eorum sit mortale, tunc illud confiteri oportet, & non alia, & recipere iterum manus impositionem à prælato suo, & ab vno alio ad minus cum eo. Hæc autem omnia absoluunt Cathari absque lachrymis, contritione, & vlla satisfactione: vnde facile colligas, quàm sit inanis & vana eorum pœnitentia, cum diuinæ litteræ & lugenda peccata, & male ablata restituenda, & in particulari peccata confitenda apertissime testentur.*

Catharorũ ordo.

Denique vltimum eorum sacramentum est ordo. Catharorum seu recentiorum Manichæorum ordines quatuor sunt. ille qui est in primo & maximo ordine constitutus vocatur Episcopus; ille qui est in secundo, Filius maior; qui est in tertio, Filius minor; qui in quarto & vltimo, dicitur Diaconus: ceteri qui sunt sine ordinibus inter eos vocantur Christiani & Christianæ. Episcopi munus est principem semper tenere locum in omnibus, quæ ab ipsis fiunt, videlicet in impositione manus, in fractione panis, & in orando. idem seruat Filius maior absente Episcopo, & Filius minor absente Episcopo, & Filio maiore. Ad Diaconum vero spectat audire confessionem venialium, & impingere pro illis absolutionem, quod officium illi vocant, Carregare seruitium. *de quo breuiter meminit Concilium Narbonense, cap. 19.*

Dixi breuiter in gratiam lectorum quæ necessaria sunt ad intelligenda ea, quæ hoc loco tanguntur ab Eymerico paulo obscurius, ne vllus in hoc auctore obscuritati locus relictus esse videatur; ea non sunt inania putanda, cum multa inde iuris loca de hæreticis loquentia lucem accipiant, in primis Concilium Biterrense & Narbonense, in quibus horum sæpe fit mentio.

f ¶ Octauus, quòd loco sacramenti matrimonij carnalis inter virum & mulierem, confingunt esse spirituale matrimonium, &c.] *Obserua hic quàm caute loquatur Eymericus iuxta errores Catharorum. neque enim dicit, quòd loco sacramenti matrimonij carnalis constituant aliud sacramentum matrimonij spiritualis: nam Cathari quatuor tantum faciunt sacramenta, de quibus diximus: de matrimonio vero carnali sentiunt omnes Cathari, id semper fuisse mortale peccatum, & quod non punietur quis grauius in futuro propter adulterium, vel incestum, quàm propter legitimum coniugium: neque etiã ob hoc quisquam grauius plectitur apud eos: ita docet Raynerius in summa de Catharis, & Leonistis, quæ hic Eymericum non latuerunt.*

Errores Manichæorum de matrimonio carnali.

g ¶ Negant etiam fuisse mulierem carnalem.] *Hic existimo claudendam esse periodum: nam Cathari non dicebant Mariam fuisse sectam suam, vt constat ex summa Rayneri, sed Belazmansa Catharorum dux asserebat Dei filium non assumpsisse humanam naturam in veritate, sed eius simile in beata Virgine, quam dicebat fuisse Angelum. qua periodo absoluta, sequitur mox,* sed sectam suam, &c. *quasi Maria virgo, quam constituunt fuisse Angelum, præfigurarit sectam suam. & adstipulatur codex Cardinalis de Gambara in quo, loco illius dictionis,* Sed, *legitur,* Secundum, *ita:* Secundum sectam suam, & ordinem suum dicunt esse Mariã Virginem, veram pœnitentiam, castam, & Virginem, quæ genuerat filios Dei, &c.

Error Belazmansæ de beata Virgine.

h ¶ Tertius decimus, &c. quòd in animalibus brutis, & etiam in anibus sunt spiritus illi, qui recedunt de corporibus hominum, &c.] *Hoc ipsum scripsit de vetustis Manichęis beatus Augustinus in libro de hęresibus tom. 6. cap. 46. his verbis, ex quibus hic locus lumen accipiet:* Animas auditorum suorum in electos reuolui arbitrantur, aut feliciore compendio in escas electorum suorum, vt iam inde purgatæ in nulla corpora reuertantur. Ceteras autem animas, & in pecora redire arbitrantur, & in omnia, quæ radicibus fixa sunt, atque aluntur in terra. *hæc ille.*

Manichęorũ error de trãsmigratione animarũ in varia corpora.

i ¶ Quare non comedunt ipsi aliquod animal; nec aliquod volatile, nec occidunt.] *Hic error de Pythagoreorum schola prodijsse videtur, qui & à carnibus abstinendum omnino prædicabant, vt copiose docet Ouidius libro 15. Metamorph. Iuuenalis satyra 15. & Laertius de vitis Philosophorum. Cur autem Manichæi carnibus non vescerentur, causam tradit B. Augustinus præcitato loco his verbis:* Nec vescuntur tamen carnibus, tamquàm de mortuis, vel occisis fugerit diuina substantia, tantumque, ac tale inde remanserit, quòd iam diguum nõ sit in electorum ventre purgari. *hæc Augustinus. ex quo multum potest hæc quæstio illustrari.*

Cur Manichæi carnibꝰ nõ vescerentur.

Iam Eymericus hic paucissimos recensuit Manichęorum, seu Catharorum recentiorum errores, cum multo plures ab illis assererentur, non tamen eodem consensu: quia vt in principio huius quæstionis dicebam, Belazmansa & Ioannes de Lugio, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

horum principes fuerunt in Italia valde inter se diſſidebant. Eymericus vero inſigniores quaſdam eorũ hæreſes numerauit.

Quando dãnati Manichæi tam ueteres quàm recentiores.

K ¶ Prædicta ſecta Manichæorum fuit per ſanctam Romanam Eccleſiam condemnata. *Non dicit à quo fuerint Manichæi damnati, cæterum ſi de uetuſtis Manichæis loquamur, ſæpius damnati ſunt, & repreſſi per uiros ſanctos & ſummos Romanos Pontifices. in eos enim inuehitur Auguſtinus in libris contra Fauſtum Manichæum. Vincentius Lyrinenſis, Titus Boſtræ, & Diodorus Metropolis Ciliciæ Epiſcopi, Gregorius Laodicenſis, & Euſebius, & in Decretis Siricij Papæ reſcriptum extat quorundam Epiſcoporum, quo etiam inſania Manichæorum comprimitur; & Anaſtaſius Papa primus, qui ſedit anno Domini CCCC. Epiſtola quadam decretali prima, c. 3. multa contra Manichæos ſtatuit, condemnans eos. Et leges quoque ciuiles ſeuere in eos animaduertunt. l. Manichæos. C. de hæret. Iam tempore Pij Secundi Ioannes Turrecremata Pontificis iuſſu tractatum collegit quinquaginta ueritatum contra quinquaginta errores Manichæorum. Damnatis autem uetuſtis Manichæis, ceteri quoque, qui eos ſequuntur, damnati cenſentur.*

Quòd ſi de recenſioribus Catharis, ſeu Manichæis damnationem poſtules, eam fecit primum Alexander Papa III. in concilio Lateranenſi cap. 27. anno Domini MCLXXX. quo tempore iam oriri cæperant Cathari: poſtea vero Gregorius Papa Nonus anno Domini MCCXXXVI. & habetur in capit. excommunicamus 2. extra de hæretic.

QVAESTIO XIIII.

De hæreſibus Valdenſium.

SVMMARIVM.

1 *Valdenſium, ſeu Pauperum de Lugduno origo.*
2 *Valdenſes varijs nominibus appellati: & quare.*
3 *Valdenſium hæreſes uiginti.*

Vartadecima quæſtio eſt: Hæreſes & errores Valdenſium, ſeu Pauperum de Lugduno, uel Inzabbatatorum (quod idem eſt) qui inſurrexerunt in partibus Franciæ, ibidem per prælatos & Inquiſitores condemnatæ, & adhuc frequentius condemnantur, qui ſunt?

1 Ad hanc [a] reſpondemus, quòd tempore domini Gregorij Papæ IX. & circa annum Domini MCCLXX. inſurrexit [b] in partibus Gallicanis, in Archiepiſcopatu & ciuitate Lugdunenſi quidam vocatus Valdentius ſeu Valdenſis, qui relictis omnibus propoſuit ſeruare Euangelicam paupertatem, ſicut Apoſtoli ſeruarunt: qui plures ſibi adhærentes habuit, & congregationem magnam virorum & mulierum fecit. Hi hereſes & errores infraſcriptos ſecrete & publicè dogmatizauerunt: & tãdem Archiepiſcopum & Eccleſiam metuentes, inde fugerunt per partes Franciæ, & Italię diſperſi: quamplures complices habuerunt, multumque creueruut, & vſq; hodie errores ſuos hinc inde ſeminauerunt.

2 Hi enim vocantur Valdenſes à Valdenſe eorum magiſtro errorum & auctore. Vocantur ét Pauperes de Lugduno à ciuitate Lugdunenſi, vnde traxerunt originem, & quia vitam elegerunt pauperem. Vocantur, vlterius Inzabbatati, quia in eorum ſecta magis perfecti in zabata eorũ, ſeu ſotulari, ſignum ᵈ ſpeciale diſtinctum, ad modũ ſcuti, publice deferebant.

Errores [c] autem & hæreſes iſtorum Valdenſium iſti ſunt.

3 Primus error & hæreſis eſt: ꝙ ipſi non ſunt ſubiecti Romano Pontifici, nec aliis prælatis Romanę Eccleſię: aſſerentes, ꝙ eos Eccleſia perſequitur, & condemnat indebite & iniuſte.

Secundus error & hæreſis eſt: ꝙ non poſſunt excommunicari à Romano Pontifice, nec ab aliis prælatis Eccleſiæ, nec ei tenentur obedire, ét vbi mandet, ꝙ dictam eorum ſectam deſerant, & abiurent.

Tertius error & hæreſis eſt: quòd iurare in iudicio, ſiue extra iudiciũ, pro quacunq; cauſa, & in quocunq; caſu, eſt illicitũ, & mortale peccatum.

Quartus error & hæreſis eſt: quòd deierare in iudicio coram iudicibus fidei, de dicenda † verita te, & reuelandis complicibus ſuis in hac ſecta, nõ eſt illicitum, nec peccatum; immo licitum, atque ſanctum. † al. de celan da,

Quintus error & hæreſis eſt: ꝙ iudicare hominem ad ſupplicium, vel ad mortem in nullo caſu eſt licitum, immo ſemper peccatum mortale.

Sextus error & hæreſis eſt: ꝙ decretales Eccleſiæ & conſtitutiones domini Papę de ieiuniis, & feſtis colendis, non ſunt obſeruandę; ſed refutandæ, & totaliter condemnandæ.

Septimus error eſt: quòd ipſi Valdenſes quantumcunque ſint illiterati, nec ab Epiſcopis Romanę Eccleſiæ ad ſacrum aliquem ordinem promoti, tam viri quàm mulieres habent poteſtatem à Deo ſolo, ſicut Apoſtoli habuerunt audiendi confeſſiones in foro pœnitentiali virorum, & mulierum, & pœnitentias iniungendi, etiam ſalutares.

Octauus error eſt: quòd indulgentiæ, quæ à Romano Pontifice, ſeu aliis Prælatis Eccleſiæ conferuntur, nullius ſunt valoris, efficaciæ, ſeu virtutis.

Nonus error et hęreſis eſt: ꝙ in ſacramento altaris panis non tranſubſtantiatur in verum Chriſti corpus, nec vinum in ſanguinem, ſi ſacerdos conſecrans ſit peccator.

Decimus error & hæreſis eſt: quòd omnis homo eſt peccator, niſi ſit de ſecta eorum; & conſequenter quòd nullus celebrans, vere conficit corpus Chriſti, niſi ſit de ſecta eorum, & credens erroribus eorundem.

Vndecimus error & hæreſis eſt: ꝙ quilibet ſine ſit laicus, ſiue ſit clericus, ſiue ſit vir, ſiue ſit mulier, dumtamen ſit de ſecta eorum, poteſt vere conſecrare et conficere corpus Chriſti.

Duodecimus error et hæresis eſt: quòd omnis

nis vir, & omnis mulier, de ſecta eorum eſt uere ſacerdos.

Tertiusdecimus error eſt: ꝙ animę decedentium, ſtatim vt decedunt, euolant ad Paradiſum, vel ad cœlum, & deſcendunt damnati ad infernũ: nec aliquis intrat purgatorium.

Quartusdecimus error & hæreſis eſt: ꝙ purgatorium nihil eſt, & ꝙ Miſſę, eleemoſynæ, orationes, & ſuffragia, & alia, quæ fiunt in Romana Eccleſia pro defunctis, nihil eis proſunt, nec prodeſſe poſſunt.

Quintusdecimus error & hæreſis eſt: ꝙ ſancti, qui ſunt in cœlo, orationes noſtras non audiunt vnquam, nec exaudiunt; nec pro nobis ad Deum orant, quia non eſt licitum eos orare, nec eorum ſuffragia implorare, nec pro eorum reuerentia feſta celebrare; ſed miracula eorum, quę à gentibus recitantur, tãquam falſa, & ficticia reprobare, nec fidem illis dare oportet.

Sextusdecimus error & hęreſis eſt: ꝙ melius eſt ſatisfieri libidini, quocunque actu turpi, quàm carnis ſtimulis fatigari; ſed eſt (vt dicunt, & ipſi faciunt) in tenebris licitum, quemlibet cum qualibet indiſtincte carnaliter commiſceri, quandocunque & quotieſcunque carnalibus deſideriis ſtimulentur.

Decimuſeptimus error & hęreſis eſt: ꝙ ſymbolo fidei non eſt ſtandum, nec credendum, nec pro oratione dicendum, cum ſit per Romanam Eccleſiam (vt dicunt) ordinatum.

Decimusoctauus error & hæreſis eſt: ꝙ nec ſalutatio angelica, ſcilicet, Aue Maria, nec orationes quæcunque alię ſunt admittendę, nec dicendę, quantumcunque per Romanam Eccleſiam fuerint ordinatæ, niſi tantum, Pater noſter: cum hęc oratio ſola per Chriſtum fuerit ordinata.

Decimusnonus error & hæreſis eſt: ꝙ ipſi ſũt ſucceſſores Apoſtolorum in Euangelica paupertate, & cognoſcunt melius fidei veritatem, quàm prelati clerici, ſeu religioſi de Eccleſia Romana: & ꝙ eis, & non illis eſt credendum.

Vigeſimus error & hæreſis eſt: ꝙ Papa, Epiſcopi, & Prelati, qui habent diuitias huius mundi, & ſanctitatem Apoſtolorum non imitantur, non ſunt Eccleſiæ Dei veri paſtores, vel gubernatores: ſed lupi rapaces, & deuoratores: nec talibus Chriſtus dignatus eſt Eccleſiam cõmittere ſponſam ſuam: quia eis non eſt credendum, nec obediendum; ſed ipsis ſolis Valdensibus, qui habent à ſolo Deo celebrandi, confeſsiones audiendi, & pœnitentias imponendi, plenariam poteſtatem, ſiue mulieres fuerint, ſiue mares.

Propter [f] huiuſmodi errores & hęreſes iſtorum Valdensium, ſeu Pauperum de Lugduno, proceſſu temporis dominus Gregorius Papa IX. ipſos Valdenſes, ſeu Pauperes de Lugduno, aliàs vocatos Inzabbatatos, excommunicauit, anathematizauit, & condemnauit, vt patet extra de hęreticis in 5. lib. c. excommunicamus 2. vbi ſic dicitur: Excommuuicamus, & anathematizamus vniuerſos hęreticos, Catharos, Patharenos, Pauperes de Lugduno, &c.

COMMENT. XXXIX.

a AD hanc reſpondemus, quòd tempore domini Gregorij Papę Noni, circa annum Domini MCCLXX.] *Hoc loco codices ſunt varij: Barcinonenſis enim, & Directorium Cardinalis de Gambara, habent ita:* tempore Gregorij Papæ Noni circa annum Domini MCCLXX. *ſed hoc falſum eſt: nam Gregorius Nonus, anno Domini MCCXXVII. floruit. & illud tempus Gregorio Decimo omnino conuenit: is enim ſedit anno Domini MCCLXXI. Directorium Cardinalis Sabelli ita habet:* tempore Hadriani Quarti, circa annum Domini MCLVII. *quod uidetur verius: nam plerique ſcriptores tradunt, Valdenſes, ſiue Pauperes de Lugduno exortos temporibus Alexandri III. circa annos uidelicet Domini MCLX. qui proxime ſucceſſit Hadriano Quarto, quatuor ſolum annis interpoſitis. his adſtipulatur Raphael Volaterranus, qui in commentarijs ſuis Vrbanis lib. 20. cap. 2. tradit, Valdenſes ſub Hadriano quarto, auctore Valdone excitatos. & Guido Carmelita in ſumma tit. de hereſibus Valdenſium ait, ſectam Valdenſium incœpiſſe circa annum Domini MCLXX. Itaque in Barcinonenſi proculdubio eſt mendum, quod, quamuis non ſit immutatum, adnotatum eſt tamen.*

Quo tẽpore fuerint exorti Valdẽſes.

Nec obſtat à Gregorio Nono longo poſt tempore anathemate percuſſos in cap. excommunicamus. el 2. de hæret. ſub nomine Pauperum de Lugduno: quoniam horum ſecta multis annis durauit, eiuſque reliquiæ vſque ad Gregorium Nonum & vlterius peruenerunt: ideo cum ceteris excommunicati ſunt.

† nominat

Iam in codice Bononienſi corruptiſſime legitur: tempore Domini Gregorij Papæ Noni, & circa annum Domini MCLXX. *cum conſtet Gregorium Nonum, ut dixi, anno Domini MCCXXVII. floruiſſe. nec deſunt qui dicant eos temporibus Innocentij III. exortos, ut ſequens Commentarius docet.*

b ¶ Inſurrexit in partibus Gallicanis in ciuitate Lugdunensi quidam uocatus Valdentius: ſeu Valdensis.] *Ita Barcinonenſis impreſſus. in Sabellano*, Valdesius: *in codice Cardinalis de Gambara*, Valdenius: *in Bononienſi*, Valdenius. *Guido Carmelita in ſumma de hæreſibus, tit. de hæreſibus Valdenſium in principio ait, Valdenſium ſectę principium dediſſe quendam ciuem Lugdunenſem nomine Valdenſium ſeu Valdenſem. Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum, in verbo: pauperes de Lugduno. & Prateolus lib. 14. de ſectis hereticorum, c. 13. & lib. 19. c. 12. Valdonem uocat hunc ciuem Lugdunenſem, qui principiũ huic ſectæ dedit.*

Valdenſium prima initia & cauſę.

De origine autem horum hæreticorum multi ſcripſerunt, nemo tamen diſtinctius quàm frater quidam Iuonetus, qui eorum temporibus floruiſſe videtur: is enim in ſumma, parte 5. cap. 2. (quod fragmentum extat in peruetuſto illo codice membranaceo manuſcripto bibliothecæ Vaticanæ. fol. 72. col. 1.) de hoc ita ſcribit. Ortus illius ſectę, quę

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur Poure de Lyon, siue Pauperes de Lugduno, sicut à diuersis audiui, & à quibusdam ipsorũ, qui uidebantur ad fidem reuersi dum eorum interessem examinationibus, sic se fertur habuisse.

Apud Lugdunum fuerunt quidam simplices laici, qui quodam spiritu inflammati, & supra ceteros de se præsumentes, iactabant se omnino velle viuere secundum Euangelicam doctrinam, & illam ad litteram perfecte seruare: postulantes autem à domino Papa Innocentio III. hanc viuendi formam, auctoritate sua sibi & suis sequacibus confirmari, adhuc recognoscentes primatũ apud ipsum residere Apostolicæ potestatis: postea cœperunt ex se, vt plenius se Christi discipulos, & Apostolorum successores ostenderent, & etiã sibi, officium prædicationis iactanter assumere, dicentes Christum præcepisse discipulis suis Euãgelium prædicare. & quia sensu proprio verba Euangelij interpretari presumpserunt, videntes nullos alios Euãgelium iuxta litteram seruare: quod se facere uelle iactauerunt, se solos Christi ueros imitatores esse dixerunt; cumque Ecclesia videret eos officium prædicationis usurpare, quod eis commissum non fuerat, cum essent idiotę & laici, prohibuit & debuit: & nolentes obedire, excommunicauit. Illi autem contempserunt in hoc claues Ecclesiæ, dicentes, clericos hoc facere per inuidiam, quia viderent eos meliores esse, & melius docere, & maiorem ex hoc populi fauorem habere, cum pro bono & perfecto opere nullus debeat, aut possit excommunicari, quale est docere fidem & doctrinam Christi; & quòd nullus debeat huiusmodi † tantum bonum prohibenti aliquatenus obedire, & illam excommunicationem reputabant sibi æternam benedictionem, gloriantes se Apostolorum successores, quòd sicut illi pro doctrina Euangelij à scribis & Pharisæis, extra synagogas eiecti, maledictioni eorum & percussioni subiacebant, ita & ipsi à clericis similia paterentur, sic superba præsumptio palliatæ sanctitatis, & à sanctitate singularitatis, cæcitatem induxit hęreticæ prauitatis: cum Euangelica perfectio magis doceat humiliter obedire Doctoribus & rectoribus Ecclesiæ, quàm per amorem singularitatis, se scindere à catholica vnitate. *hactenus ille.*

† homini

Ex his tota hęc quæstio ualde illustratur. item docemur paulo recentiores esse Valdenses, cum Iuonetus hic, cui magna fides habenda est, cum non longe ab illis temporibus uixerit, dicat eos exortos temporibus Innocentij III. nempe circa annos Domini MCC. à quo tempore non valde discedit Lutzemburgus, qui in catalogo hæreticorum, uerbo, pauperes de Lugduno, scribit eorum hęresim incœpisse anno Domini MCCXVIII. & plane non leui coniectura ducor ad credendum hanc opinionem veram esse: quoniam in Epistolarum regesto impresso Innocentij III. lib. 2. fol. 409. Epistola extat, cuius initium est. Ea est. *qua committit quibusdam Abbatibus, vt animaduertant in eos, qui officium prædicationis temere vsurpabant. quam habes in bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctissimæ Inquisitionis, in principio.*

¶ Vocantur vlterius Inzabbatati, quia in eorũ secta magis Perfecti in zabata eorum seu sotulari, &c.] *Variarum appellationum causas tradit auctor: & inter eos qui dicantur Perfecti abunde docui supra in hac 2. parte super Concilio Tarraconen si, versi. Perfecti vero hæretici.*

Inzabbatati

Inzabbatati dicti sunt à zabata, quod est pedis indumentum ex corio confectum, hoc Itali, scarpa, Hispani, zapato, vocant.

Inzabbatati vnde dicti.

¶ Signum speciale distinctum ad modũ scuti publice deferebant.] *alibi legitur,* signum singulare, *mihi reponendum uidetur,* signum circulare, *propter illa verba:* ad modum scuti. *sed omnes fere codices hic,* speciale, *habent.*

¶ Errores autem & hęresis istorum Valdensium isti sunt.] *Errores Valdensium recenset & cõfutat Guido Carmelita in summa de hæresibus, titu. de hæresibus Valdesium. nonnullos etiam commemorat sanctus Antoninus in summa par. 4. tit. xj. c. 7. §. 2. & Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum, verbo: pauperes de Lugduno. & Prateolus lib. 14. c. 13. de sectis hæreticorum. & Aeneas Siluius de origine Bohemorũ, c. 35. Eymericus hic xx. tantum eorum errores commemorat: sed frater Iuonetus in summa illa sæpe citata, par. 5. c. 2. plusquam xxx illorum hæreses affert. eorum habitus pulchre describit Eymericus par. 3. n. 112. tit. de signis, per quę Valdenses cognoscuntur.*

¶ Propter huiusmodi errores & hęreses, &c. processu temporis dominus Gregorius Papa Nonus, &c. condemnauit in c. excommunicamus 2. de hæret.] *Ex his verbis credo inductum esse mendum in principio huius quęstionis, cum dicat hic Eymericus, Gregorium Nonum eos condemnasse; sed considerare oportuit illa verba,* processu temporis, *quę indicant apertissime auctorem non sensisse eos tempore Gregorij Noni exortos. Facta est autẽ hæc condemnatio per Gregorium Nonum anno Domini MCCXXXVI. per bullam incip.* Excommunicamus. *quam habes in bullario litterarum Apostolicarum pro officio sanctę Inquisitionis: sed ante Gregorium, alij Romani Pont. eos anathemate percusserunt, ut constat ex prędictis.*

Quoniam vero, vt docet Eymericus initio huius quęstionis, Valdenses metu pœnarum proprijs relictis sedibus in varias prouincias se contulerunt, & ad Hispaniã profecti sunt, & in regnis regis Aragonũ conati sunt latere, & suas hęreses paulatim docere. Ceterum Alfonsus Rex Aragonum pius & catholicus, maiores suos imitatus, qui nũquam in eis regnis hęreses viuere passi sunt, sed debitam Romanæ Ecclesiæ obedientiam & fidelitatem præstiterunt, edicto cauit, vt Valdenses & ceteri cuiuslibet sectę hæretici è regnis suis exularent. Id edictum ex bibliotheca Illustrissimi Iulij Antonij Sanctorij Cardinalis sanctę Seuerinæ vnius ex Inquisitoribus generalibus in tota Repub. Christiana, quòd nobis singulari benignitate exhibuit, eò libentius apponendum curaui, quia gratum futurum lectoribus ob notitiam antiquitatis existimo, & ut intelligatur Principum cura in exterminandis hæreticis. habet autem ita:

Valdensium in varias mundi partes profectio.

Regum Aragoniæ cura in pellendis hæreticis.

EDI-

EDICTVM REGIS ILDEFONSI contra hęreticos Valdenses, vt exeant de regno suo.

Ex processu dissolutionis Ecclesiarum Oscen. & Iaccen. & erectionis Balbastrensis inter iura producta pro ciuitate & Ecclesia Iaccen. fol. 759.

Ildefonsus Dei gratia rex Aragonum, Comes Barchinonæ, Marchio Prouincię, Vniuersis Archiepiscopis, Episcopis, & ceteris Ecclesiarum Dei Prelatis, Comitibus, Vicecomitibus, Militibus, & Vniuersis populis in regno & in potestate sua constitutis, Salutem, & integram Christianę religionis obseruantiam.

Qvoniam Deus populo suo nos præesse voluit, dignum est & iustum, vt de saluatione & defensione eiusdem populi continuam pro viribus nostris geramus solicitudinem. Quapropter præcedentium nostrorum imitatores, & iure canonibus obtemperantes, qui hæreticos à conspectu Dei, & catholicorum omnium abiectos, vbique damnandos, atque persequendos censuerunt, Valdenses videlicet, siue Inzabbatatos, qui alio nomine se vocãt Pauperes de Lugduno, & omnes alios hæreticos, quorum non est numerus, a sancta Ecclesia anathematizatos, ab omni regno nostro & potestatiuo, tanquam inimicos crucis Christi, Christianæque religionis violatores, & nostros & regni publicos hostes, exire ac fugere præcipimus. Si quis igitur ab hac die, & deinceps prædictos Valdenses & Zapatatos, alios ve hæreticos cuiuscunque fuerint professionis, in domibus suis recipere, vel horum funestam prędicationem aliquo loco audire, vel his cibum, vel aliud aliquod beneficium largiri præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & nostram se nouerit incurrisse, bonisque suis absque appellationis remedio confiscandis, se tanquam reum criminis læsæ maiestatis puniendum. Et hoc nostrum edictum, & perpetuam constitutionem per omnes ciuitates, castella, & villas regni nostri & dominationis, ac per omnes terras potestatis nostrę Dominicis diebus recitari ab Episcopis, ceterisque Ecclesiarum rectoribus, atque à Vicarijs, Baliuis, Iustitijs, Merinis, & Zenalmedinis, omnibusque populis obseruari & prædictam pœnam transgressoribus inferẽdam mandamus. Notandum etiam, quia si qua persona nobilis, aut ignobilis aliquos sæpe dictorum nefandorum, quibus iam per triduum edictum nostrũ innotescere constiterit, alicubi regionum nostrarum inuenerit, non prorsus, aut cito tamen exeũtes, sed potius contumaciter commorantes, aut deambulantes omne malum, dedecus, & grauamen, quod his, præter solummodo læsionem mortis, aut membrorum detruncationem intulerit, gratum & acceptum erit in oculis nostris, & nullam in pœnam pertimescat quoquomodo incurrere; sed potius gratiam nostram se nouerit promereri. Damus autem nefandis illis inducias (quamuis quodammodo propter debitum, & contra rationem fieri videatur) vsque in crastinũ Sanctorum omnium, quo vel egressi fuerint de terra nostra, vel egredi incepœrint; deinde spoliandis, cædendis, ac fustigandis, & turpiter, & male tractandis.

Signum ✠ Ildefonsi Regis Aragonũ Comitis Barchinonis, Marchionis Prouincię. Signum ✠ Petri regis Aragonum, & Comitis Barchinonis in originali huius chartę. & signum Domini Regimundi Archiepiscopi Tarraconensis, & Domini G. Episcopi Tirassonensis, & Domini R. Episcopi Iaccensis. & fuit facta charta illa apud Illerdam à Gulielmo de Bassia regio Notario, Anno Domini MCXCIIII. *Fuit collationata cũ originali. Ita est Martinus de Scribas notarius.*

QVAESTIO XV.

De hæresibus Begardorum, & Beguinorum.

SVMMARIVM.

1 *Petrus Ioãnes hæresiarcha caput Begardorum.*
2 *Michael de Cæsena sectator Petri Ioannis.*
3 *Begardorum & Beguinorum errores.*
4 *Hæretici pro martyribus habiti à suis.*
5 *Beguinorum maledicta contra Rom. Pontificẽ.*
6 *Litterę Ioannis Papę xxij. in quibus damnatur eorum doctrina.*

Vintadecima quæstio est: Hæreses & errores Begardorum, Beguinorum, Fraticellorum, vel Fratrum de pœnitentia de tertio ordine beati Francisci

Universidad de Deusto
Biblioteca

sci (quod idem est) qui insurrexerunt in prouincia Prouincię, & in prouincijs Narbonæ, Tholosæ, Carcassonæ, Sicilię insula, & Calabria, Tusciæ, Alamaniæ, & alijs diuersis mundi partibus, & adhuc damnabiliter perseuerant in dictis partibus, condemnatæ per prælatos & Inquisitores, & quæ quotidie condemnantur, quinam sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod tempore domini Clementis V. insurrexit in prouincia Narbonę homo quidam vocatus frater Petrus Ioannis de ordine fratrum Minorum, de villa, quę dicitur Ciriacum, diœcesis Biterrensium, dus. Hic quamplures hæreses & errores in dicta prouincia verbis, ac scriptis pariter publicauit, & quamplures ad se traxit. Hic condidit, dum viueret, Postillam super Apocalypsim, Postillam super Canonicas, Postillam super Matthæum, quendam tractatum de mendicitate, & quendam alium de dispensationibus, in quibus libris, præsertim in Postilla super Apocalypsim, quamplures hæreses & errores inseruit: vt supra patuit in quæstione 9. vbi recitantur. Ex cuius fratris Petri Ioannis prauis verbis, & informationibus, factis suis, familiaribus dum viueret: & etiam ex eius prædictis libellis & Postillis: & præsertim super Apocalypsim (quæ remanserunt post eius mortem, & remanent hodie apud Begardos, licet per Ecclesiam condemnatæ.

2 Et ex proprijs inuentionibus eius sequacium, vtpote fratris Michaelis de Cæsena hęretici, dicti ordinis Minorum Generalis Ministri, & nonnullorum aliorum multorum eiusdem ordinis, hereses & errores, ac abominationes, & blasphemiæ contra sanctam Ecclesiam pullularunt, & quam plurimum creuerunt, & hodie crescũt. Et quamplures in Catalonia, & in Narbona, Biterris, Tholosa, Montepessulano, Capitestagni, Lunello, Marsilia, Calabria, Sicilia, Tuscia, Alamania: ac modernis temporibus Auinione, existente ibi Romana curia tempore Clementis Papæ VI. & Innocentij VI. ac in Viterbio tempore Vrbani Papę V. fuerunt vt pertinaces hęretici damnati, & ignibus concremati.

Hæreses autem & errores Begardorum, Beguinorum, Fraticellorum, vel Fratrum de pœnitentia de tertio ordine beati Francisci, isti sunt.

3 Primus error & hæresis est: quòd Dominus Iesus Christus inquantum fuit homo, & eius Apostoli nihil habuerunt in proprio, nec etiam in communi: quia fuerunt perfecti pauperes in hoc mundo.

Secundus error & hæresis est: quòd dicunt hanc esse perfectam Euangelicam paupertatem, videlicet nihil habere in proprio, nec in communi.

Tertius error & hæresis est: quòd habere aliquid in communi diminuit de perfectione Euangelicæ paupertatis.

Quartus error & hęresis est: quòd Apostoli sine diminutione perfectionis eorum, et sine peccato, non potuerũt habere aliquid, nec in proprio nec in communi.

Quintus error et hæresis est: quòd dicere et credere, ac alterere contrarium prædictorum, est hæreticum.

Sextus error est: ꝙ regula beati Francisci, est ilIa vita Iesu Christi, quã Christus seruauit in hoc mundo, et quam Apostolis suis tradidit, et imposuit obseruandam.

Septimus error est: ꝙ sanctus Franciscus, tradidit fratribus sui ordinis in regula sua supradictam Euangelicam paupertatem, ita quòd professores dictæ regulę nihil possunt habere nec in proprio nec in communi.

Octauus error est: quia dicunt, quòd beatus Franciscus post Christum, & eius matrem (& aliqui addunt, post Apostolos) fuit summus & præcipuus obseruator vitę & regulæ Euangelicę, ac renouator eius in isto statu sexto Ecclesiæ, in quo dicunt iam nos esse.

Nonus error & hęresis est: ꝙ regula sancti Francisci dicunt esse Euangelium Christi, ac vnum & idem esse cum Euangelio Christi.

Decimus error est: quòd quicumque impugnant, vel contradicunt in aliquo regulæ sancti Francisci (quam dicunt esse Euangelium) impugnant, & contradicunt Euangelio Christi, & per consequens errant, & sunt hæretici, si in hoc perseuerant.

Vndecimus error est: quòd sicut Papa, vel aliquis alius, non potest aliquid immutare in Euangelio, nec addere, nec subtrahere ex eodem: ita non potest aliquid immutare in prædicta regula, nec addere, nec subtrahere ex eadem, quantum ad vota, seu consilia Euangelica, ac præcepta cõtenta in ipsa.

Duodecimus error est: quia dicunt, quòd Papa non potest dictam regulam Euangelicam sancti Francisci cassare, vel immutare; nec tollere ordinem sancti Francisci, quem Euangelicum ordinem esse dicunt. Idem dicunt de tertia eius regula.

Tertius decimus error est: quia dicunt, quòd Papa non potest facere constitutionem vel decretalem, per quam dispenset ac concedat fratribus Minoribus, quòd possint habere bladum, vel vinum ad seruandum in communi in granariis vel cellariis, pro tempore futuro ad suum vsum, seu victum necessarium: & quòd hoc esset facere cõtra Euangelicam regulam sancti Francisci, & Euangelium Christi.

Vide concilium Tridentinum Sess. 25. de Regularibus, cap. 3.

Quartus decimus error & hæresis est: quoniã dicunt, quòd dominus Papa Ioan. xxij. faciendo quandam constitutionem, quę incipit: Quorundã † in qua dicitur concedere, ac dispensare cum fratribus Minoribus, quòd possint congregare vinum & bladum in granarijs, vel cellarijs pro tempore futuro ad arbitrium prelatorum ordinis ipsorum, fecit contra Euangelicam paupertatem, & per consequens (vt aiunt) contra Euangeliũ Christi: & ideo dicunt, ꝙ factus est hæreticus: & quòd ex hoc perdidit potestatem Papalem ligandi & soluendi, & alia faciendi, si in hoc perseuerauerit; et ꝙ prælati per eum facti ex quo dictam constitutionem fecit, non habent aliquam ecclesiasticã iurisdictionem, seu potestatem,

† Hæc habetur inter extrauag. Ioannis xxii, tit. de verborum signif.

Quin-

Quintus decimus error & hæresis est: quòd omnes prælati & alij, qui eidem domino Papæ in dicta constitutione facienda consenserunt, ac consentiunt scienter, ex hoc facti sunt hæretici, si in hoc pertinaciter perseuerent: & quòd omnem potestatem seu iurisdictionem ecclesiasticã perdiderunt.

Sextus decimus error est: quia dicunt quòd omnes fratres Minores, qui dictam constitutionem fieri procurarunt, ac qui eidem consentiunt, & eam recipiunt, vel ea utuntur, ex hoc hæretici sunt effecti.

Decimus septimus error est: quia dicunt, ꝙ dominus Papa non potest facere secũdum Deũ, quòd aliquis frater Minor etiam de licentia ipsius Papę, transeat ad aliam religionem, seu ordinem, vbi ipse frater Minor, sicut & alij fratres eiusdem ordinis habeant aliquas diuitias in cõmuni. Quia vt dicunt, hoc esset descendere a maiori & altiori gradu, seu statu perfectionis virtutis, ad minorẽ et inferiorem: & hoc esset destituere & non constituere: & potestas Papę est data solum in constructionem, & non in destructionem.

Decimus octauus error est: quòd si aliquis frater Minor factus fuerit Episcopus †, vel Cardinalis, vel etiam Papa, tenetur seruare votũ paupertatis à se prius factum, secundum regulam sancti Francisci.

† Vide S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 8.

Decimus nonus error & hęresis est: quia dicunt quòd perfectior status qui sit in Ecclesia Dei, est status ordinis fratrum Minorum, qui paupertatem Euangelicam vouerunt, & promiserunt; nec status prælatorum ad perfectionem eius pertingit: sed illi prælati, qui de ordine fratrum Minorum assumuntur, vbi paupertatem Euangelicam promiserunt, ad quam seruandam sunt perpetuo obligati, ad eandem perfectionem pertingunt, si votum seruauerint à se prius factum.

4 Vigesimus error est: quia dicunt quòd illi quatuor fratres Minores, qui sub anno Domini MCCCXVIII. apud Marsiliam per Inquisitorem hæreticæ prauitatis, qui etiam erat de ordine fratrum Minorum, fuerunt velut hæretici condemnati (ex hoc, vt ipsi dicunt, quòd volebãt seruare, & tenere puritatem, & veritatem, & paupertatem regulæ dictæ sancti Francisci, & quia nolebant assentire in laxationem regulæ, nec recipere dispensationem prędicti domini Papę factam super illam, nec sibi nec alijs super hoc obedire) fuerunt condemnati iniuste, pro veritate Euangelicę regulę defendenda: & ideo dicunt ipsos non fuisse hęreticos, sed catholicos, & etiam martyres glorioso, ipsorumque implorant orationes & suffragia apud Deum.

Hęretici pro Martyribus habiti à suis.

Vigesimus primus error est: quia dicunt multi ex eis se credere, eos esse non minores martyres, nec minoris meriti apud Deũ, quàm sanctos Laurentium & Vincentium martyres.

Vigesimus secundus error est: quòd quidam ex ipsis dicunt, quòd in ipsis quatuor fratribus Minoribus, fuit Christus iterum spiritualiter Crucifixus, tanquam in quatuor brachijs crucis cum paupertas Christi, & vita eius fuerint in ipsis condemnatæ.

Vigesimus tertius error est: quia dicunt, ꝙ si dominus noster Papa mandauit, ac consensit, ꝙ prædicti quatuor fratres Minores fuerint per Inquisitorem velut hæretici condemnati, ex hoc ipse factus est hęreticus; & maior etiam inter alios, cum deberet ipse, sicut caput Ecclesię, perfectionem Euangelicam defendere: & ideo (vt dicunt) Papalem perdidit potestatem, nec etiam credunt ipsum esse Papam: & quòd non est ei obediendum in aliquo à fidelibus, & quòd ex tunc vacauit Papatus.

Vigesimus quartus error & hæresis est: quia dicunt, quòd omnes illi Beguini vulgariter appellati, qui seipsos fratres de pœnitentia, de tertio ordine sancti Francisci appellant, qui in istis tribus annis precedentibus, videlicet ab anno Domini MCCCXVIII. vel circa, fuerunt per iudicium Prælatorum, & Inquisitorem hęreticę prauitatis velut hęretici condemnati in prouincia Narbonę, & in Capite stagni, & Biterris, & apud Lodonam, & in diœcesi Agatan. & apud Lunellum, & Magolon. diœcesi. qui credebant prædictos quatuor fratres Minores esse sanctos martyres, & credebant, & tenebant, & sentiebant, sicut ipsi de paupertate Euangelica, & de potestate Papę, videlicet quòd eam perdidit, & quòd sit factus hęreticus, & quòd etiam Prelati & Inquisitores, qui dictos fratres persecuti fuerunt, ex hoc facti sunt hęretici; & quòd doctrina fratris Petri Ioannis, olim tota erat vera & catholica: & quòd ecclesia carnalis, scilicet Romana Ecclesia, erat Babylon meretrix magna, destruenda, & deiicienda, sicut olim destructa fuit synagoga Iudęorum incipiente ecclesia primitiua; tales etenim Beguini, quamuis prędicta omnia crederent & defenderent, fuerunt (vt dicunt) iniuste condemnati, & pro veritate defendenda, & non fuerunt hęretici; sed catholici, & dicunt eos esse coram Deo martyres glorioso.

Vigesimus quintus error: quia dicunt, ꝙ Ecclesia Dei adhuc recognoscet, ꝙ dicti quatuor fratres Minores, & dicti Beguini, qui fuerunt velut hęretici condemnati, sunt sancti martyres, & de eis fiet solemne festum in Ecclesia, sicut de alijs magnis martyribus.

Vigesimus sextus error: quia dicunt, ꝙ Prelati & Inquisitores, qui ipsos iudicauerunt & condẽnauerunt velut hęreticos, & etiam omnes illi, qui consenserunt ac consentiunt scienter, in condemnationibus eorum, ex hoc facti sunt hęretici, si in hoc perseuerant; & ex hoc perdiderunt ecclesiasticam potestatem ligandi & soluendi, & administrandi ecclesiastica sacramenta: nec est eis obediendum à fidelibus Christianis.

Vigesimus septimus error est: quia dicunt, ꝙ omnes & singuli prędicti, quos dicunt esse factos hæreticos propter prędicta, non sunt de Ecclesia Dei, nec de numero fidelium: sed sunt extra Ecclesiam, si in hoc perseuerant.

Vigesimus octauus error est: quia dicũt, quòd omnes illi, qui tenent & credunt sicut ipsi Beguini, seu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni, seu fratres pauperes de tertio ordine, credunt A & tenent de prædictis omnibus; & sicut tenuerũt et crediderunt illi, qui fuerunt veluti hæretici cõdemnati, et etiam alij fideles, qui non sunt de tertio ordine, siue sint clerici, aut religiosi, aut laici, qui credunt aut tenent de prædictis sicut ipsi Beguini; omnes inquam tales (vt aiunt) sunt Ecclesia Dei, ac de Ecclesia Dei, & intra Ecclesiam Dei viuunt.

Vigesimus nonus error est: ꝙ multi Beguini & Beguinæ, ac etiam credentes ipsorum erroribus, recollegerunt occulte ossa combusta, & cineres prædictorum combustorum, qui fuerunt velut hæretici condemnati, ad conseruandum sibi pro B reliquijs & tanquam reliquias sanctorum osculabantur, & venerabantur, sicut aliorum sanctorum ob deuotionem & reuerentiam eorundem: sicut compertum extitit & inuentum per inquisitionẽ & confessionem, ac confessiones, ac depositiones quorundam Beguinorum receptas in iudicio, qui talia secum habebant, & alios habere & habuisse viderant, & sciebant; sicut quoque † nos inquirentes de talibus reliquiis apud eos inuentis, palpauimus, & vidimus, & fide probauimus oculata.

† al. quandoque

Trigesimus error est: quòd aliqui ex Beguinis C scripserunt, & notarunt nomina prædictorum condemnatorum, & dies siue Calendas, in quibus passi fuerunt sicut martyres (vt ipsi asserunt) secundum quòd Ecclesia Dei, de sanctis & iustis martyribus facere consueuit; & nomina eorum adnotauerunt in suis Calendarijs, & in suis inuocant litanijs.

Trigesimus primus error est: quòd Papa non potest dispensare cum aliqua persona in voto virginitatis seu castitatis, etiam si votum id fuerit simplex, & non solemne, quantumcumque etiam ex tali dispensatione sequeretur aliquod magnum bonum ciuitatis †: puta reformatio pacis alicuius D prouinciæ siue regni: vel conuersio vnius gẽtis ad fidem Christi: quia persona, cum qua dispensaretur, de maiori & altiori gradu perfectionis suę descenderet ad minorem.

† al. communitatis

Trigesimus secundus error est: quia dicunt ꝙ si omnes mulieres essent mortuę, exceptavna, quę vouisset castitatem vel virginitatem Deo; & etiã si genus humanum deficeret, nisi talis mulier cõtraheret, Papa non posset cum tali muliere dispensare: nec talis mulier teneretur obedire Papæ præcipienti vt contraheret; & si obediret, mortaliter peccaret: & si propter hoc excõmunicaretur per Papam, talis excommunicatio esset iniusta, & eã non ligaret; & si sustineret propter hoc mortem, E esset martyr.

Trigesimus tertius error est: quia dicunt, ꝙ nõ tenentur iurare coram Prælatis & Inquisitoribus, quamuis delati sint de secta & hæresi Beguinorũ, ad respondendum eis, nisi solum de fide, ac articulis fidei.

Trigesimus quartus error & hęresis est: quia dicunt, quòd si excommunicarentur propter hoc, quia recusant iurare simpliciter & absolute de veritate dicenda in iudicio de requisitis, nisi tantum de articulis fidei, & præceptis, ac sacramentis; & quia nolunt de alijs respondere, & quia recusant suos complices reuelare, quòd talis excommunicatio est iniusta, & quòd non ligat eos.

Trigesimus quintus error est: quia dicunt ꝙ Papa non potest secundum Deũ inhibere Beguinis, etiam per sententiam excommunicationis, ꝙ non viuant de mendicitate, quamuis possent labo rare, & de arte sua victum sibi congruum procurare; nec tenentur sibi obedire: & si propter hoc condemnarentur ad mortem, dicunt quòd essent martyres gloriosi.

Trigesimus sextus error est: quia dicunt, & asseuerant, quòd tota doctrina & scriptura fratris Petri Ioannis olim de ordine fratrum Minorum, est vera & catholica, & eandem credunt & dicũt fuisse ei à Domino reuelatam, & dicunt fratrem Petrum Ioannis hoc ipsum, dum viuebat, suis familiaribus reuelasse.

Trigesimus septimus error est: ꝙ fratrem Petrum Ioannem communiter vocant sanctum Petrum non canonizatum, quia dicunt ita eum esse martyrem.

Trigesimus octauus error est: quia dicunt, cũ esse ita magnum doctorem, quòd ab Apostolis & Euangelistis citra, non fuit aliquis maior eo: & aliqui addunt, quòd fuit maior in sanctitate & doctrina.

Trigesimus nonus error & hæresis est: quia dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petrum Ioannem veritatem tenuisse & dixisse, in eo quod dixit et tenuit, quòd Christus, viuebat, quando fuit pendens in cruce, in latere lanceatus dicentes, quòd anima Christi secundum rei veritatem, adhuc erat in corpore; sed quia Christus erat multum exinanitus, ideo aspicientibus mortuus videbatur: Ioannes autem Euangelista, ideo dicit eum tunc esse mortuum, quia mortuus apparebat: Matthęus autem Euangelista scripsit, quòd Christus tunc viuus erat, quia secundum rei veritatem ita erat, sed Ecclesia abrasit hoc de Euangelio Matthęi, ne Ioanni Euangelistę contrarius videretur.

Quadragesimus error est: quia dicunt, quòd scriptura et doctrina prędicti fratris Petri Ioannis sunt magis necessariæ Ecclesię Dei pro isto tempore finali, quàm aliquæ aliæ scripturæ quorumcunque Doctorum et Sanctorum, exceptis scripturis Apostolorum, et Euangelistarum: quia (vt dicunt) ipse magis declarat, et dat intelligere malitiam Antichristi, et discipulorum eius, videlicet pharisæorum, quos dicunt esse prælatos, et religiosos moderni temporis.

Quadragesimus primus error est: quia dicunt, quòd illi, qui non recipiunt doctrinam eius, sunt cæci: et illi, qui reprobant eius doctrinam, et condemnant, sunt hæretici.

Quadragesimus secundus error est: quia dicunt, quòd si Papa condemnaret doctrinam vel scripturam fratris Petri Ioannis condemnando eã esset hereticus. quia condemnaret vitam et doctrinam Christi.

Quadra-

Quadragesimus tertius error est: quia dicunt A (prout inueniunt in Postilla fratris Petri prædicti super Apocalypsim) Ecclesiam carnalem, per quam intelligunt Romanam Ecclesiam, non solum pro ipsa Roma, sed quantum se extendit Romani Imperii latitudo, esse illam Babylonem meretricem magnam, de qua loquitur Ioannes in Apocalypsi. Et de ipsa exponunt & intelligũt, quæ leguntur ibidem, videlicet, quòd ipsa est ebria de sanguine martyrum Iesu Christi: & exponũt de sanguine illorum quatuor fratrum Minorum, qui fuerunt apud Marsiliam combusti vt hæretici condemnati; & de sanguine Beguinorum de tertio ordine, qui fuerunt in istis retro annis tanquã B hęretici condemnati & cõbusti in prouincia Narbonen. sicut superius plenius continetur, quos asserunt esse martyres Iesu Christi.

Apoſt. 17.

Quadragesimus [4] quartus error est: quia dogmatizant, ꝙ ecclesia carnalis, videlicet Romana Ecclesia, ante prędicationem Antichristi est destruenda per bella, quæ contra ipsam faciet Fredericus Rex Sicilię, qui tunc regnabat cum complicibus suis, qui vocantur decem Reges, qui intelliguntur per decem cornua bestiæ, de quibus scribitur in Apocalypsi. Et quædam alia de Rege Frederico contra Regem Francię, & Regem Robertum. Et circa hoc fabulabantur † multa alia C tam erronea, quàm insana.

Apoc. 17.

† al. ponebãt

Quadragesimus quintus error est: quia isti dogmatizant, quòd in fine sexti status Ecclesię, (in quo statu dicunt nos esse) qui incœpit à sancto Francisco citra; prædicta Ecclesia carnalis, Babylon meretrix magna, est reiicienda à Christo, sicut reiecta fuit synagoga Iudæorum, quia crucifixit Christum: Quia carnalis Ecclesia crucifigit & persequitur vitã Christi, in illis fratribus, quos vocant pauperes & spirituales, ordinis sancti Frãcisci; exponendo tam de primo, quàm de tertio ordine, & persecutione, quæ facta est contra eos in prouincia Prouinciæ, & in prouincia Narbon. D de qua in superioribus est peractum †.

† al. Pertractum.

Quadragesimus sextus error est: quia dogmatizant, quòd sicut reiecta synagoga à Christo, fuerunt pauci viri electi per eum, per quos fuit fundata Christi Ecclesia primitiua, quantum ad primũ statũ Ecclesię, ita reiecta & destructa carnali Ecclesia Romana in sexto statu Ecclesiæ: nunc etiã remanebunt pauci viri electi spirituales, pauperes Euangelici, quorum maior pars (vt aiunt) erit de vtroque ordine sancti Francisci, videlicet de primo & de tertio, per quos fundabitur Ecclesia spiritualis, quę erit humilis & benigna in septimo & vltimo statu, qui incipiet mortuo Antichristo. E

Quadragesimus septimus error est: quia dogmatizant, quòd omnes religiones seu ordines destruentur in persecutione Antichristi, excepto ordine sancti Francisci, quem distinguunt in tres partes; quarum vnam dicunt esse communitatem ordinis; & secundam dicunt esse illos, qui appellati sunt Fraticelli in Italia, & tertiam dicunt esse tam in fratribus, quos vocant spirituales, seruantibus puritatem † regulę sancti Francisci, quàm in fratribus de tertio ordine eisdem adhęrẽtibus.

† al. pauperta tem.

Et primę duæ partes (vt aiunt) destruentur, & tertia remanebit vsque ad finem mundi duratura: quia (vt aiunt) beato Francisco sic fuit à Deo promissum.

Quadragesimus octauus error est: quia dogmatizant esse duplicem Antichristum, videlicet vnum spiritualem seu mysticum, & alium realem maiorem Antichristum; & primum dicunt esse prępreparatorem vię secundi: & dicunt esse primum Antichristum illum Papam, sub quo fiet, & sub quo iam fit (vt aiunt) persecutio, & condemnatio eorundem.

Quadragesimus nonus error est: quòd determinãt tempus, infra quod maior veniet Antichristus, & incipiet prędicare, & finiet cursum suum: quem Antichristum iam dicunt esse natum, & finiet (secundum quosdam ex eis) cursũ suũ, circa annum, quo computabatur incarnatio Domini anno MCCCXXXV.

Quinquagesimus error est: quia dogmatizãt, quòd illi viri spirituales, quos vocant euãgelicos, in quibus, & per quos fundabitur ecclesia, mortuo Antichristo, prędicabunt xij. tribubus Israel, & conuertentur de qualibet tribu, duodecim millia, qui simul congregati erunt cẽtum quadraginta quattuor millia: & hæc erit militia signata per Angelum habentem signum Dei uiui: & exponunt de Beato Francisco, qui habuit stigmata vulnerum Christi. Quę militia signata primo pugnabit cum Antichristo, & per eum occidetur ante aduentum Heliæ & Enoch.

Quinquagesimus primus error est: quia dicũt quòd tempore persecutionis Antichristi, ita affligentur Christiani carnales, ꝙ disperati dicent, ꝙ si Christus esset Deus, non permitteret, ꝙ Christiani tanta paterentur mala; & sic desperati apostatabunt à fide, & morientur. Sed Deus abscondet prædictos viros spirituales electos, ne per Antichristũ & ministros suos valeant inueniri; & tunc Ecclesia reducetur ad numerum personarum, in quo numero fuit fundata Ecclesia primitiua, ita ꝙ vix remanebũt xii. in quibus etiam fundabitur, & in quibus infundetur Spiritus sanctus in æquali vel in maiori abundantia, quàm fuerit infusus super Apostolos in Ecclesia primitiua.

Quinquagesimus secũdus error est: quia dicũt, ꝙ post mortem Antichristi, dicti viri spirituales conuertent totum mundum ad fidem Christi, & totus mundus erit bonus & benignus: ita ꝙ nulla malitia vel peccatum erit in hominibus illius status, nisi forte peccata venialia in aliquibus: Et omnia erunt communia quo ad vsum, & nõ erit aliquis, qui offendat alium, vel sollicitet ad peccatum: quia maximus amor erit inter omnes, & erit tunc vnum ouile & vnus pastor: Et talis omniũ status & conditio durabit (secundum aliquos ex ipsis) per centum annos: deinde deficiente amore, paulatim subingredietur malitia, & intantum excrescet paulatim, ꝙ Christus propter excessũ dictę malitię, quasi cogetur venire ad generale iudicium omnium.

5 Quinquagesimus tertius error est: quia ignominiosę & grauiter obloquuntur contra dominum

num Papam Vicarium Iesu Christi, quem sicut insani mente, & schismatici vocant, & dicunt esse mysticum Antichristum, maioris Antichristi prę cursorem, & præparatorem viæ eius.

Quinquagesimus quartus error est: quòd vocant eum lupum rapacem, à fidelibus euitandum, & prophetam luscum, seu cęcum: & Caiphan Pontificem, qui Christum condemnauit: & Herodem, qui Christum illudendo derisit: quia vt dicunt, ipse condemnat vitam Christi, & deridet Christum in pauperibus suis.

Quinquagesimus quintus error est: quia dicũt ipsum Papam esse aprum de silua, & singularem ferum, exterminantem & destruentem maceriam seu clausuram Ecclesiæ Dei: ita vt in eam possint ingredi canes & porci, id est, homines, qui perfectionem vitæ Euangelicæ dilacerant atque conculcant: & dicunt, ꝙ plus facit de malo in Ecclesia, quàm omnes hęretici præcedentes: quia tempore hæreticorum manebat Ecclesia in statu suo; nunc vero tempore eius, carnalis Ecclesia destruetur, quia ipse solus cum duobus Cardinalibus fugiet, & latitabit, & morietur præ tristitia & dolore.

Et quia prædicti errores fundantur originaliter in paupertate Euangelica, quam dicebant esse mendaciter, ꝙ Christus & eus Apostoli non habuerunt aliquid in proprio, nec in communi: & ꝙ in his quibus vtebantur, non habebant aliquod ius, sed solummodo simplicem vsum facti; ideo dominus Ioannes XXII. declarauit contrarium esse uerum & catholicum; & ista duo esse hæreticalia, & condidit de consilio fratrum extrauagantem, Cum inter nonnullos. tenoris sequentis.

De proprio & communi Extrauagantes Domini Ioannis xxij.

† Hęc habetur inter extrauag. Ioan. xxii. ti. d verbo. sig. c. 4.

CVm c inter † nonnullos viros scholasticos sæpe cõtingat in dubium reuocari, vtrum pertinaciter affirmare redẽptorem nostrum & dominum Iesum Christum, eiusque Apostolos in speciali non habuisse aliqua nec in communi etiã, hæreticum sit censendum. diuersis diuersa & aduersa etiã sentientibus circa illud: Nos huic concertationi finem imponere cupientes, assertionem huiusmodi pertinacem, cum scripturæ sacræ (quæ in plerisq; locis ipsos nonnulla habuisse asserit) contradicat expresse, ipsamque scripturam sacram, per quam utique fidei orthodoxæ probantur articuli, quo ad præmissa fermentum aperte supponat continere mendacii, ac per consequens, quantum in ea est, eius in totum fidem euacuans, fidem catholicam reddat, eius probationem adimens, dubiam & incertam: deinceps erroneam fore censendam, & hæreticam: de fratrum nostrorum cõsilio, hoc perpetuo declaramus edicto.

Rursus in posterum pertinaciter affirmare, ꝙ Redemptori nostro prædicto, eiusque Apostolis in his, quæ ipsos habuisse scriptura sacra testatur, nequaquam ius ipsis vtendi competierit; nec illa uendendi, seu donãdi ius habuerint, aut ex ipsis alia acquirendi, quæ tamen ipsos de præmissis fecisse scriptura sacra testatur, seu ipsos potuisse facere supponit expresse: cum talis assertio ipsorum usum & gesta euidenter includat, in præmissis non iusta; quod vtique de vsu, gestis, seu factis redemptoris nostri Dei filii sentire nefas est, sacræ scripturę contrarium, & doctrinæ catholicæ inimicum: assertionem ipsam pertinacem de fratrum nostrorum consilio deinceps erroneam fore censendam merito, ac hæreticam declaramus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum declarationum infringere, uel ausu ei temerario contraire. Si quis autem hoc attentare voluerit, seu præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinion. ij. Idus Nouembris, Pontificatus nostri anno septimo.

Et quia prædictæ constitutioni, Cum inter nonnullos. dictus frater Michael de Cæsena Minister Generalis fratrum Minorum hæreticus, cõtradixit, patenter, publice, & impudenter cum suis complicibus mendaciter asserendo, quòd Romanus Pontifex constitutionem, Cum inter. prædictam, non potuit condidisse: Idem dominus Ioannes XXII. constitutionem edidit, quę incipit: Ad conditorem † canonum. in qua clarissime ostendit, quòd constitutionem potuit facere antedictam.

Contra errores Michaelis de Cæsena constit. dum.

†Habetur in extraua. eiusdem, De uerbo. sig. c. 3.

Verum quia † ille hæreticus Michael antedictus, cum quampluribus sociis suis, etiam dictę constitutioni, Ad conditorem. etiam detrahebat: & ambas, Cum inter. &, Ad conditorem. pariter condemnabat: Idem dominus Ioannes tertiã constitutionem edidit, quæ incipit: Quia quorundã mentes. in qua constitutione vtramque, Cum inter. & Ad conditorem canonum. confirmauit, & errores duos prædictos de proprio & communi fortius extirpauit, & verbis etiam aliis vsus fuit, vnde dicitur sic,

Extrauagans Ioannis xxij. Quia quorundam.

† Hæc habetur titulo de uerbo. sig. e. fo. ii. fin.

QVia † quorundam mentes: & infra. Nos itaque ne fabricatores mendaciorum huiusmodi, ac etiam assertores, de tam

tam pestifera, erronea, & damnata doctrina, confutatione, ac confusione utique omni digna, gloriari ualeant, & alios trahere in errorem, cum ausu nefando, ac petulantia improba, ausi defendere publice fuerint damnatam per constitutionẽ prædictam hęresim, ac etiam probare, uidelicet, ꝙ Christus & eius Apostoli in his, quæ habuisse leguntur, tantum habuerint absq; iure aliquo simplicem vsum facti: ex quo (si verum esset) sequeretur vsum Christi fuisse non iustum: quod profecto blasphemiam continet, & catholicæ fidei inimicũ; cum hoc de pertinaci animositate ac erronea non sit dubium processisse: omnes & singulos; qui uerbo ac scripto per se, uel per alium, seu alios talia publice præsumpserunt, ipsos quoque, qui eos instruxerũt in talibus, & ut præmissa facerent, docuerunt, in damnatam incidisse hæresim, ac ut hæreticos uitãdos fore, de fratrum nostrorum consilio declaramus. Si quis autem damnatas per constitutionem, Cum inter. prædictam, hæreses, uel ipsarum alteram deinceps scienter verbo, vel scripto defendere, uel approbare præsumpserit, de fratrum eorundẽ consilio decernimus, vt tanquam hęreticus ab omnibus euidenter habeatur. Adhuc, ꝙ constitutionem nostram, Ad conditorem canonum. supradictam. insano ausu impugnare nisi sunt (sicut fertur) districtius de eorundem fratrũ consilio inhibemus, ne quisquam contra diffinita, ordinata, seu facta per ipsam, verbo, vel scripto scienter approbet aliquid, vel defendat. Si quis vero contra præsumpserit, tanquam contumax & rebellis Romanæ Ecclesię ab omnibus habeatur. Nulli ergo, &c. Datum Auinion. quarto idus Nouemb. Pontificatus nostri anno nono.

Et quia prædictis duobus erroribus in dictis duabus constitutionibus condemnatis, super materia de proprio & communi, adhuc in prouincia Tarraconen. nonnulli Begardi, & fratres Minores, solo nomine religiosi, a conuersatione aliorum ordinum † fratrum, vita & moribus dissidentes, præfatos condemnatos errores, in dicta prouincia Tarraconen. adhuc defendebant: Ideo dominus Ioannes prædictus, Archiepiscopo Tarraconen. eiusque suffraganeis, & Inquisitoribus illarum partium hæreticæ prauitatis, iterũ dictos errores, ac fratres eorum defensores vt hæreticos condemnando, ac tales publicari mandando, gratiis & indulgẽtiis sui ordinis priuando, ac eos Prælatis & Inquisitoribus subiiciendo, litteras destinauit tenoris sequentis.

† al. ordinis

Alia constitutio Ioan. XXII. super eodem.

IOannes Episcopus seruus seruorũ Dei, venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarraconen. eiusque suffraganeis, & dilectis filiis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Tarraconæ auctoritate Apostolica deputatis, salutem, &c.

QVIA nonnunquam unius impunitas: & infra. Et quia indignum est, vt eius, à cuius se obedientia subtrahunt, quemque † impugnare temere fatagunt, priuilegiis perfruantur: ipsos omnibus & singulis, tã exemptionis, quàm aliis quibuscũque priuilegiis, gratiis & libertatibus, & immunitatibus, tam ordinibus suis, quàm personis & locis ipsorum, sub quacunq; forma, vel expressione uerborum, ab Apostolica sede concessis, auctoriate Apostolica omnino priuamus. Et pręter pœnas alias contra talia præsumentes inflictas, quibus ipsos subiacere uolumus, priuatos perpetuo, & ordinariorum locorum iurisdictioni ordinariæ, quo ad causas omnes, & omnia alia decernimus manere subiectos. Quocirca discretioni uestrę per Apostolica scripta in virtute sanctæ obedientiæ districtius iniungendo mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis & festiuis, de quibus uideritis expedire, tales excommunicatos, hæreticos, & schismaticos (vt prædicitur) eisdem priuilegiis, gratiis, libertatibus, & immunitatibus priuatos, uos fratres Archiepiscope & Suffraganei faciatis in Ecclesijs uestrarum ciuitatum, & diœcesum publice nuntiari: ac uos, vestrique uices gerentes, uestra ordinaria: & uos filii Inquisitores auctoritate Apostolica aduersus eos, quos in præmissis, uel circa ea, summarie, simpliciter, & de plano in eisdem ciuitatibus, & diœcesibus reperietis deliquisse, tã quam contra hęreticos & schismaticos, ad captionem, inquisitionem, correctionem, & punitionẽ, iuxta sanctiones canonicas, adeo diligenter procedere studeatis, quòd extirpatis de finibus uestris hæresibus huiusmodi, catholica fides illibata remaneat in hac parte. Datum Auinione, &c.

† al. quãque

COMMEN. XL.

MVltis nominibus vocantur hi hæretici, nempe Begardi, Fraticelli, Fratres de paupere uita, & Bizochi, vt constat ex quadam extrauaganti Ioãnis XXII. incipiente, Sancta Romana. *quam affert*

fert auctor Repertorij Inquisitorum, verbo, Beatæ tertiæ regulæ. per quam horum secta condemnatur.

a ¶ Ad hanc respondemus, quòd tempore domini Clementis V. insurrexit in prouincia Narbonæ homo quidam vocatus Petrus Ioannes.] De Begardorum origine siue initio non est multum varia auctorum sententia: nam Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Beguinorum in principio, scribit eorum sectam detectam fuisse circa annum Domini M. CCCXV.

Begardorum secta quãdo inceperit.

Eymericus hic, qui aliquot annis post Guidonem Carmelitam floruit, non multum ab eo differt, dum Begardos, seu Beguinos tempore Clementis Papæ V. insurrexisse potissimũ significat, nempe circa annos B Domini MCCCX. quorum auctorem constituere videtur Fratrem Petrum Ioannem, de quo diximus supra quæst. 9. huius 2. partis.

Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo Bergardi, exortos eos scribit sub Ioanne Papa XXII. circa annũ Dni MCCCXXXI.

Gabriel Prateolus, lib. 6. cap. 13. de vitis & sectis hæreticorum agens de Fraticellis, & lib. 8. cap. 11. agens de Hermanno Italo, ait hunc Hermannum auctorem fuisse hæresis Fraticellorum, seu Beguinorum, & eos ortos fuisse temporibus Benedicti Vndecimi Pontificis maximi circa annum Domini MCCCIIII.

Horum sententiæ vere indicari possunt: nam qui minora tempora constituunt, de primo eorum exortu loqui putandi sunt: qui vero media tempora narrant, de eorum incremento: qui autem maiora, de eorum statu & damnatione agere intelligi possunt. Nam cum sæpe contingat, hereticorum sectas non statim suscipere incrementum, sed sua habere exigua initia, inde vero magis ac magis pullulare, incrementaque suscipere: fit inde, vt scriptores & historici de eisdem hæreticis loquentes interdum circa tempora varij quodammodo videantur, cum tamen non sint: nam quidam exortum primum, alij incrementum, alij denique condemnationem eorum respicientes, dicunt hoc aut illo tempore extitisse: vnde si quæ quãdoque varietas circa hæc apud graues auctores inueniatur, prædicto modo conciliari potest, nisi aliud euidenti ratione, aut coniectura concludatur.

Ex his ergo constat Begardorum sectam circa tẽpora Clementis V. & Ioannis XXII. Romanorum Pontificum exortam fuisse, aut saltem detectam: quã ijdem Pontifices Apostolica auctoritate sæpe repressa ac condemnauerunt: nam sectam Begardorũ, præsertim de Alemania, & eorum errores primum condemnauit Clemens V. in concilio Viennensi, & refertur in Clement. 1. de religio. domib. & in Clemen. Ad nostrum. de hæreti. inde Ioannes XXII. qui Clementi V. in põtificatu successit Begardos seu Fraticellos vbique existentes multis constitutionibus condemnauit, sed præcipue per quandam extrauagantem incipien. Sancta Romana. quę habetur inter eius extrauagantes, tit. de religios. domi. Pontificatus sui anno secundo, nempe, anno Domini M CCCXVIII. & refert auctor Repertorij Inquisitorum, verbo: Beatæ tertiæ regulæ. & Eymericus quęsti. seq. in fine.

Horum hæreticorum errores præter Eymericum hic, refert & confutat Guido Carmelita in summa, tit. de hæresibus Beguinorum, & Aluarus Pelagius, lib. 2. cap. 52. de planctu Ecclesiæ. confutat etiã errores Beguinorum seu Begardorum, de quibus agitur in Clemen. Ad nostrum. de hæretic. Recensent eos præterea Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo, Bergardi. Turrecremata in summa de Eccles. lib. 4. parte 2. cap. 36. Beatus Antoninus in summa, parte 4. tit. 11. cap. 7. §. 4. & 5. & Prateolus, lib. 2. de vitis & sectis hæreticorum, cap. 17. tametsi his locis potissimum agant de erroribus Begardorum condemnatis in dicta Clemen. Ad nostrum. de hæretic. adde Repertorium Inquisitorum verbo, Bergardi, & verbo, Beguinæ.

b ¶ Frigosimus nonus error, & hæresis est: quia dicunt aliqui ex eis, eundem fratrem Petrũ Ioannem veritatem tenuisse & dixisse, in eo quod dixit & tenuit, quòd Christus viuebat quando fuit pendens in cruce in latere lanceatus.] Hic error, vt alibi diximus, damnatus est in concilio Viennensi, & habetur in Clemen. 1. de summa trinit. & fide cathol. refert quoque Eymericus supra in hac 2. parte quæst. 7. num. 7. versi. secũda hæresis. & quæst. 9. num. 2. vers. prima hæresis.

C c. ¶ Matthæus autem Euangelista scripsit, quòd Christus tunc viuus erat, quia secundum rei veritatem ita erat, sed Ecclesia abrasit hoc de Euangelio Matthei, ne Ioanni Euangelistæ contrarius videretur.] Hæc est insignis & impudentissima blasphemia: neque enim contrarium vnquam scripsit Matthæus, cum solus Ioannes de lanceatione lateris Christi pendentis in cruce egerit: neque catholica Ecclesia id abrasit, aut correxit, vt vere etiam docet Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Petri Ioannis, cap. 2. in fine. Sed vsitatus mos est hereticorum, vt ad tuendos errores suos facile confingant quicquid libet, addendo, aut detrahẽdo sacris litteris, sicut late ostendimus, lib. 2. de causis vnde hæreses oriantur. De qua re singularis extat locus apud Tertullianũ in libro de præscriptionibus hereticorum in hęc verba: Ista hæresis non recipit quasdam scripturas: Et si quas recipit, adiectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui interuertit. Et si recipit, non recipit integras: Et si aliquatenus integras præstat, nihilominus diuersas expositiones commentata conuertit †. hactenus Tertullianus. †al. cõnectit

Iam eadem hæc blasphemia diligenter est præcauenda, atque delenda è plerisque voluminibus iuris canonici recenter impressis, velut ex his quę impressa sunt Antuerpiæ anno Domini M D LXXII. in officina Philippi Nutij, in quibus super Clemen. 1. de summa Trinit. & fide cathol. recentior quidam vel imperitus, vel non vere catholicus, dum totius Clementinę conatur argumẽtum enarrare; sæpe inculcat hanc blasphemiã videlicet, sanctum Matthęũ contrarium scripsisse de lanceatione lateris Christi, his, quę diuinitus narrauit sanctus Ioannes.

d ¶ Quadragesimus quartus error est, quia dogmatizant quòd Ecclesia carnalis, &c.] Ita habet codex Barcinonensis impressus. in tribus vero manu scriptis

scriptis paulo aliter legitur in hunc modum: Quia dogmatizabant olim, quòd Ecclesia carnalis, videlicet Romana Ecclesia ante prędicationẽ Antichristi destruenda erat per bella, quæ contra ipsam faceret Fredericus Rex Siciliæ, qui tũc regnabat cum complicibus suis, &c.

c ¶ Cum inter nonnullos.] Vt apertius intelligantur quę tradit Eymericus tum in hac, tum in sequentibus quæstionibus de condemnatione Fraticellorum, seu Fratrum de paupere vita, breuiter mihi enarranda sunt illa, quæ tunc à Fraticellis gerebantur. Sciendum ergo est, Fraticellos tempore Ioannis XXII. multum inualuisse in partibus Italię, necnon in Insula Sicilię, Comitatu Prouinciæ Narbonen. & Tholosan. ciuitatibus & diœcesibus & prouincijs, alijsque diuersis locis, sicut constat ex quadam extra uaganti Domini Ioannis XXII. incipien. Sancta Romana. quę habetur inter eius extrauagantes, tit. de religio. domi. adeo vt congregationes & conuenticula facerent, superiores sibi constituerent (quos Ministros, seu Custodes, vel Guardianos, aut alijs nominibus appellabant) plurimos ad suam sectam reciperent, domos & habitacula construerent, ac si essent de religionibus approbatis. His incommodis longe lateque patentibus occurrere volens dominus Papa Ioannes XXII. Auinione tertio calẽdas Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, id est, anno salutis MCCCXVIII. die 30. mensis Decembris, prędictam extrauagantem incipien. Sancta Romana. edidit, per quam Fraticellorum, seu Beguinorum sectam penitus condemnauit. inde vero paucis post diebus, id est, die 23. Ianuarij, Pontificatus sui anno secundo, qui incidit in initium anni salutis MCCCXIX. contra eosdem Fraticellos et Henricum de Ceua, quem sibi constituerant Ministrum Generalem, aliam constitutionem dedit, incipien. Gloriosam Ecclesiam. cuius fragmentum quoddam affert Eymericus quæstione sequẽti. in qua eorum commemorantur errores præcipui, & breuiter ac eleganter confutantur, ac mandatur insuper vt Henricus de Ceua, & eius complices caperẽtur, ac legitime punirentur. Hęc extrauagans refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio Sanctæ Inquisitionis.

Extrauagans Sancta Romana edita anno 1318.

Extrauagans Gloriosã Ecclesiam edita an. 1319.

Ceterum quoniam impij Fraticellorum conatus non omnino fuerant repressi, immo multi non modo ex congregatione et ordine Fraticellorum inter quos fuit Guilielmus OKam Anglicus, sed etiã alij aperte profitebantur errorem, qui dicit, Christum & Apostolos non habuisse aliquid in speciali, nec etiam in communi: & illum, qui falsò quoque asserit, Christo et eius Discipulis, in his quę ipsos habuisse scriptura testatur, nullum ius ipsis vtendi competiuisse, nec illa vendendi, aut donandi ius habuisse; propterea idem dominus Ioannes XXII. secundo idus Nouembris, Pontificatus sui anno septimo, id est, anno salutis MCCCXXIII. tertiam fecit, incipien. Cum inter nonnullos. per quam damnat errores paulo antea relatos: & quia huic constitutioni, Cũ inter nonnullos, vt hic scribit Eymericus, Michael de Cęsena Minister Generalis Fratrum Minorum hereticus, contradixit patenter, publice, & impudenter cum suis complicibus (inter quos primum sibi in scelere nefario vendicabat locum Guilielmus OKam, qui contra hanc decretalem est debacchatus, dicens septem ex ea colligi errores, cum tamen totidem hæresibus se cum suis maculatum esse ostenderit) ideo dominus Ioannes aliam constitutionem edidit incipien. Ad conditorem. in qua plenissime declarat quicquid de dominio rerum, quæ ad Fratres Minores perueniebant, & de simplici vsu facti dubitari poterat, ut tandem omnis errorum obnubilatio ab eorum animis tolleretur. Edita autem fuit extrauagans incipiens, Ad conditorem. sexto idus Decembris, Pontificatus Domini Ioannis XXII. anno septimo, idest, anno salutis MCCC XXII. facta vero est hæc constitutio, Ad conditorem. omnino post constitutionem, Cum inter nonnullos. vt constat ex tempore, quo utraq; data fuit, licet in codicibus iuris canonici impressis, constitutio, Ad conditorem. ponatur ante constitutionem, Cum inter nonnullos. cum reuera constitutio, Cũ inter nonnullos. præcedere debuisset: nam in eodem anno septimo prior est mensis Nouember, quo data fuit constitutio, Cum inter. quàm mensis Decembe, quo data fuit constitutio, Ad conditorem. et Eymericus hic cum de his constitutionibus agit, rectam temporis seriem sequitur, vt constat.

Extrauagãs Ad cõditorẽ quando fuerit edita.

Attamen quia idem ille Michael de Cęsena magna complicũ caterua stipatus, de quibus paulo post dicemus, proxime relatas constitutiones acriter mordebat, atque totis viribus & verbis & scriptis impugnabat, propterea dominus Ioannes XXII. item Auinione, quarto idus Nouembris, pontificatus sui anno nono, hoc est, anno salutis MCCCXXV. aliam constitutionem publicauit incipien. Quia quorundam. in qua confirmauit constitutionem, Cum inter nonnullos. & constitutionem, Ad conditorẽ. Item prędictos errores de proprio & cõi fortius extirpauit, & obiectionibus aduersariorum plene respondit, & tandem contradictores tanquam contumaces, & Ramanę Ecclesiæ rebelles & esse, & ab omnibus haberi debere declarauit.

Michael de Cęsena impudenter in uehitur in cõstitutiões Papales.

Constitutio Quia quorũ dam.

Tres autem hę constitutiones nempe, Cum inter nonnullos. Ad conditorem, &, Quia quorundam. impressæ referuntur inter extrauagantes Ioãnis XXII. de verb. sig.

Cumque hi errores de proprio & communi tanquam hæretici ex diuinis scripturis, & argumentis solidissimis in his tribus Decretalibus contentis merito essent per Romanum Pontificem condemnati, hæretici illi & rebelles, qui eos tuebantur, ausi sunt ẽt Auinione in consistorio suo, in faciem resistere, et appellare, & rursus Pisis in Italia, & adhuc in ciuitate Mondensi in superiore Germania appellationes suas solenniter publicare, & dominum Ioannem XXII. non Papam, sed apostatam & hæreticum nuncupare. Michael enim de Cæsena prędictus Generalis Minoritarum, etiamsi in congregatione Parisiensi anno MCCCXXVIII. depositus, ausus est tamen rebellem cernicem erigere se pro Generali & catholico prædicando, Papam autem pro apostata, & hæretico, & sic ipso iure deposito, & ad hoc litteras impietatis suæ modo ad capitulum Fratrum Minorum, nunc ad Lodouicum IIII. Bauarum assertum Imperatorem, & alios destinare, & omnia

Michael de Cæsena impudenter in uehitur in Pontificem.

Præcipui Fraticellorum errores.

Constitutio Cũ inter nõ nullos, quando fuerit edita.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Michaelis de ..iena fautoris.

& omnia contra Papam, imo contra Euangelicam veritatem hac in re moliri. Et habuit fautores, qui pro ipso, & cum ipso contra Romanam sedem similiter pugnarunt, multos: sed inter eos præcipuus fuit Guilielmus OKam Anglicus, qui multa & dixit et scripsit contra Romanum Pontificem, potestatē eius & Romanæ sedis gloriam & auctoritatem, quantū potuit, minuendo. Adhæserant eidem Michaeli præter OKam, Bonagratia de Pergamo, conuersus, & Henricus de Chalem, qui multa tum amicitia, tum etiam errorum ac hæresium concordia cum Michaele coniuncti erant. Eisdem erroribus subscripserūt per id tempus nonnulli theologastri, qui apud imperitam plebem inanis gloriæ nomen aucupabantur, in quibus memoratur Marsilius de Menandrino Paduanus, non ille, qui late scripsit de medicina, sed alius quidam, qui adhæsit Lodouico Bauaro, ut scribit Zabarella in cap. Venerabilem. §. Verum. extra de elect. & in clemen. Exiui. §. Proinde. de verbo. signifi. (contra quem scribit luculenter Albertus Pighius lib. 5. Hierarchiæ eccleſiaſt. cap. 1. & multis seq.) item Ioannes de Ianduno homo philosophiæ gloria tumens, quem habuit familiarem, & in hoc errore consiliarium Lodouicus Bauariæ Dux, & huius sectæ fautor, ut constat ex processu contra hunc Lodouicum facto per Clementem sextum Pontificē maximum.

Cum autem dominus Ioannes XXII. decretalem illam edidisset, quæ incipit: Quia quorundam: *detractores illi & rebelles rursus in ea octodecim prætensos errores notauerunt, quorum quinque videlicet 3. 5. 6. 13. & 14. ius tantum ciuile concernunt: in quibus totidem errores se habere palam profitebantur: interim dominus Ioannes XVII. vt nullam intentatam relinqueret uiam, qua velut pius pater posset errantes ad lumen adducere veritatis,*

Constitutio Quia uir reprobus.

aliam publicauit decretalem incipien. Quia uir reprobus Michael. *quæ non est impressa, nec adhuc peruenit ad manus meas, in qua pleniſſime impijs eorum appellationibus respondit, ueritates catholicas, quas in alijs extrauagantibus definierat, firmiter stabiliendo, & errores contrarios confutando. Atque in hac rursus decretali truces illi Ecclesiæ rebelles triginta duos prætensos errores mendaciter notauerunt, exceptis aliquibus, uideliset 18. 19. 20. 23. 24. & 28.*

Cum uero post multas blasphemias vbique verbis & scriptis contra constitutiones domini Papæ et sedem Apostolicam prolatas, Michael de Cesena, qui iam fuerat omni dignitate priuatus Guilielmus OKam, & Bonagratia de Pergamo conuersus, iussi essent non recedere à ciuitate Auinionen. ad quam fuerant perducti, vbi tunc curia Pontificia residebat, illi clam arrepta fuga ad præsentiam Petri de Coruario in Antipapam assumpti, & Lodouici de Bauaria pro Imperatore se gerentis suos gressus dirigere festinarunt, atque in Alemanię partibus nō sunt veriti hæreses publice prædicare. Quare dominus Ioannes XXII. Auinione quarto idus Ianuarij pontificatus sui anno quintodecimo, ideſt, anno salutis MCCCXXXI. contra eosdem fugitiuos quendam processum publicauit, cuius initium: Nuper in consistorio publico. *quo citantur peremptorie illi ipsi rebelles, ut personaliter comparerent ad audiendam sententiam, prout excessus exigeret delinquentium. huiusmodi autem processus in fine huius operis habetur impressus inter litteras Apostolicas pro officio Inquisitionis.*

Iam illud scire oportet, tempore Ioannis XXII. multos viros pios & doctos contra Fraticellorum errores & verbis & scriptis graniter decertasse, & Pontificiam auctoritatem & potestatem defendisse, in quibus fuit Augustinus Triumphus de Ancona Augustinianus, uir sanctitate & doctrina insignis, in summa de potestate ecclesiastica, quā domino Ioāni Papę XXII. nuncupauit: Guilielmus de Cremona eiusdem ordinis, & alij, quorum opera de hac re partim impressa circumferuntur, partim uero manuscripta adhuc seruantur, virorum doctorum diligentia, ut spero proxime edenda.

Hunc vero Augustinum de Ancona in priore editione horum commentariorum super hac ipsa quæstione, dixeram à Michaele de Cæsena tractum fuisse cum aliis in errorem Fraticellorum, Ceterum eam infamię notam, tum falso impositam fuisse tanto uiro comperi, cum loca eiusdem Augustini in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 78. & 79. diligentius & attentius perlegerem; quibus mature consideratis animaduerti, cum à Fraticellorum errore procul abfuisse, & quæ tradit cum recta doctorum sententia conuenire, sicut admoui in summa eiusdē Augustini Romę impressa an. Dom. MDLXXXII. in principio quęstionis 78. Mouit autem me tunc ut in eam sententiam descenderem, quoddam additamē tum, quod præfixum erat prędictę extrauaganti Ioānis XXII. incipienti, Cum inter nonnullos. *in aliquot voluminibus iuris canonici in breuiori forma cum glossis recenter impressis, Ceterum, vt dixi, id falsum esse deprehendi, postquam diligentius rem cōsideraui: sed ad rem reuertor.*

Fraticelli non modo Ioanni XXII. quamdiu vixit, impudentissime restiterunt, sed etiam Benedicto duodecimo eius successori: quē (quia erat sacræ theologiæ doctor) peiorem & dammabiliorem medacissime proclamabant, negantes esse Pontificem, sed hæresiarcham palam esse asserentes per fucatas rationes plurimos decipiebant, ita vt in diuersis mundi partibus multum duraverit Fraticellorum secta, ut testatur Zabarella in clemen. Exiui. §. proinde de verbor. signifi. & Sanctus Antoninus in summa, parte 4. tit. xi. cap. 7. §. 5. quibus locis nonnulla afferunt, quæ hanc historiam de Fraticellis poterunt illustrare: quam propterea paulo fusius duximus enarrandam, quoniam & pauca ab historicis, et absque vllo fere ordine commemorantur, tum etiam quoniam quæ in his tribus quæstionibus, videlicet 15. 16. & 17. traduntur ab Eymerico, vix sine harum rerum, quas adduximus, cognitione percipi possunt.

QVAESTIO XVI.

De erroribus Henrici de Sena.

SVMMARIVM.

1 *Henricus de Sena apostata caput Beghinorum.*
2 *Beghinorum*

2 *Beghinorum errores quinq; dānati à Ioan. xxij.*
3 *Secta Beguinorum prorsus damnatur.*
4 *Beguinorum excusationes friuolæ.*
5 *Titulo tertij ordinis S. Frāciſci ſe ſe Beguini palliare atque honeſtare nitebantur.*

Extadecima quæstio est: Hęreses & errores Henrici de Sena, ordinis fratrum Minorum Generalis ficti Ministri, non veri ordinis beati Frāciſci, sed fictitij: qui fratrum [b] à communi statu ordinis dissidentium in partibus Tusciæ, & in insula regni Sicilię caput fuit; qui sunt?

1 Ad hanc [c] respondemus, quòd post condemnationem prędictarum duarum hęresum, & errorum de proprio, & communi, factam per dictum dominum Ioannem XXIJ. in constitutionibus, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam mētes. quamplures fratres Minores in partibus Tusciæ, & in insula regni Sicilię, dictis duabus constitutionibus non obtemperantes, sed eas potius cōdemnantes, à communi statu ordinis beati Francisci vita & moribus, ac etiam aliqualiter habitu dissidentes, ac totaliter deuiantes, sibi Henricum de Sena dicti veri ordinis sancti Francisci, cum prędictis suis complicibus fugitiuum, & apostatam, in Ministrum Generalem talis peruersę suæ congregationis, & ordinis elegerunt, sibique præfecerunt magis in idolum, quàm prælatum. Qui pariter Ministros, Custodes, Guardianos, temeritate consimili eligere præsumpserunt, plurimos ad eorum sectam recipere, sicque receptis licentiam prædicandi, confessiones audiendi, concedere ausi sunt: ac sic in hæreses & errores plurimos inciderunt. Quorum quidem statum, cum suis erroribus quinque, de quibus actum est supra eadem parte secunda, quęst. 8. idem dominus Ioannes pariter condemnauit, ac eos capi mandauit per suam cōstitutionem, quæ incipit: Gloriosam. quæ est tenoris sequentis.

Extrauagans Ioan. xxij. qua dānantur errores Henrici de Sena, & sequacium suorum.

GLoriosam [d] Ecclesiam: & infra.

Et ne aliquid prædictarū blasphemiarum tolerabile videatur, aut dubium: de plurimis eorum erroribus, aliquos nō latere, & perinde nocere valeant, præsentibus duximus adnotandos.

2 Primus itaque error, qui de istorum officina tenebrosa prorūpit, duas fingit Ecclesias, vnam carnalem diuitijs pressam, effluętem diuitiis, sceleribus maculatam, cui Romanū præsulem, aliosque inferiores prælatos dominari asserūt: Aliam spiritualem, fragilitate mundam, virtute decoram, paupertate succinctam: in qua ipsi soli, eorumque complices continentur: Cui etiā ipsi spiritualis vitæ merito (si qua fides est adhibenda mendacijs) principantur.

Secundus error, quo prædictorum insolentium consciencia maculatur, Venerabiles Ecclesiæ sacerdotes, aliosque ministros, sic iurisdictionis & ordinis clamitat auctoritate desertos, vt nec sententias ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere: Illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatos, quos à sua perfidia viderint alienos: quia apud ipsos solos (vt ipsi somniant) sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic auctoritas perseuerat. In qua [e] re Donatistarum sequuntur errorē: qui olim facto schismate, ab vnitate Ecclesiæ recedentes, ita in sua secta Dei gratiam dixerunt esse coactam, vt nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum scelere maculatus.

Tertius [f] istorum error in Valdensium errore coniurat, quoniam & hi & illi in nullum eueuntum asserunt fore iurandum: dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui, & pœna teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi. Quorum blasphemias pietas Christiana condemnans, non leuitate mota, sed vtilitate aut necessitate coacta, veritatē præteritorum, atque præsentium, & certitudinem futurorum, iurisiurandi religione confirmat: certissime tenens, quòd nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, qui peccatum non fecit, sed peccatum omne sua passione damnauit: Iurauit etenim Dominus, iurauit & apostolus Paulus: suæ operationis exemplo monstrātes, ad hoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facilitas frequentiam, frequentia consuetudinem, consuetudo periurium introducat. Bonum est ergo iuramentum, per quod veritas rerum diuino testimonio confirmatur: Sed malum est illi, qui eo male vtitur: & à malo infirmitatis humanæ est, vt aliquis verum perferens, iurare cogatur.

Quarto [g] huiusmodi impiorū blasphemia, de prædictorum Valdēsium venenato fonte prorumpens, sacerdotes rite etiā & legitime secundū formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta confingit.

Quintus error sic istorum hominū mē-

tes obcęcat, vt Euãgelium Christi in se solus, hoc in tempore asserant esse completum: quod hactenus (vt ipsi somniãt) obtectum fuerat, immo prorsus extinctum.

Multa sunt alia, quę isti præsumptuosi homines contra coniugii venerabile sacramentum garrire dicuntur: Multa quæ de cursu temporum, & fine sęculi somniant: Multa quæ de Antichristi aduentu (quem iam instare asserunt) flebili uanitate diuulgant. Quæ omnia quia partim hæretica, partim insana, partim fabulosa cognoscimus, damnanda potius cũ suis auctoribus, quàm stylo prosequenda, aut refellenda censemus.

Et quia post prędicta adhuc insurrexit peruersa quædam eorum Begardorum, & Beguinorum congregatio, incidentium in errores & hęreses le uiter supra dictas: ideo idem dominus noster Papa Ioan. xxij. damnauit istam congregationem, & statum eorum per consimilem constitutionẽ, quę incipit: Sancta Romana. tenoris sequentis.

3 Extrauagans Ioannis xxii. qua Begardi, & Beguini damnantur.

†Habetur inter extrauag. Io. xxij. tit. de relig. domi. hæc aũt impressa est iuxta ueritatem ipsiusmet cõstitutiõis originalis, quã habuim⁹ sub pendẽti plũbo.

SAncta [h] Romana † atque vniuersalis Ecclesia, cui auctore Domino licet immeriti præsidemus, sicut religiosa & pia uota benigno fauore prosequitur, sic superstitiosos conatus insolentium hominũ detestatur: videlicet ne sub ouina pelle gregem Dominicum truculentia lupi rapacis inuadat, sub pietatis imagine virus hęreticę prauitatis obrepat, & sub prętextu conuersationis angelicæ incautis mentibus spiritus malignus illudat. Cuius rei gratia sacris est canonibus interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, vel habitum nouæ religionis assumat. Sed quicunque ad religionem uenire voluerit, ingrediatur unam de religionibus approbatis. Nonnulli tamen profanæ multitudinis viri, qui vulgariter Fraticelli, seu Fratres de paupere vita, ac Bizochi, siue Beghini, uel aliis nominibus nuncupantur in partibus Italiæ, necnon in insula Siciliæ, Comitatu prouinciæ, Narbonẽ. & Tholosan. ciuitatibus, & dioecesibus & Prouinciis, aliisque diuersis cismarinis, & vltramarinis partibus contra dictos canones habitum nouę religionis assumere, cõgregationes [i] & cõuenticulas facere, & superiores sibipsis eligere, quos Ministros, seu Custodes, vel Guardianos, aut nominibus aliis appellant: plurimos ad eorum sectam recipere, loca etiã de nouo construere, seu constructa recipere, in quibus habitant in communi, publice mendicare, quasi eorum secta foret una de religionibus p sedem Apostolicam approbatis, temeritate damnabili præsumpserunt, & pręsumũt etiam incessanter.

4 Et ut ipsorum error, ueritas, & impietas, religio reputetur: Plurimi eorum regulam ordinis fratrum Minorum, quam sanctus Franciscus instituit, se profiteri, & ad litteram obseruare confingunt: quamquã sub obediẽtia Generalis, uel Prouincialiũ Ministrorum ipsius ordinis nõ morentur. Prætendentes se à sanctæ memoriæ Cælestino Papa V. prædecessore nostro huiusmodi status seu uitæ priuilegium habuisse. quod tamen etiam si ostenderent, non ualeret: cum bonæ memorię Bonifacius Papa VIII. prædecessor noster, ex certis causis rationabilibus omnia priuilegia ab ipso Cęlestino prædecessore cõcessa, quæ per ipsum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus uacuarit, dictumque vitæ priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum. Quidam autem eorum dictum habitum, & uiuendi ritum à quibusdam Episcopis, seu eorum superioribus, uel aliis Ecclesiarum Prælatis se recepisse prętendunt, quos nec eis recipere, nec prædictis [k] Episcopis, uel eorum superioribus, seu aliis Ecclesiarum Prælatis concedere licuit contra formam Concilii generalis.

5 Nonnulli ẽt ex ipsis asserẽtes se esse de Tertio ordine beati Francisci, pœnitẽtium uocato, prędictum statum & ritum eorum sub uelamine talis nominis satagunt palliare: cum tamen in regula ipsius Tertii ordinis, talis uiuendi ritus nullatenus sit concessus. Et quia in errorum barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios Patrũ diffinitionibus anteponunt. ipsorum quãplurimi sicut fide digna relatione percipimus, à veritate catholicæ fidei deuiantes, ecclesiastica sacramenta despiciunt, ac errores alios studeant multipliciter seminare. Cum itaque talium damnanda temeritas in eiusdem fidei detrimentum, fidelium scandalum, præfati Minorum, & aliorum ordinum opprobrium, & etiam suarum & aliarum multarum animarum perniciem redundare noscatur: Nos sectam, ritum, & statum huiusmodi: Non obstantibus præmissis eorum excusationibus,

nibus, quas friuolas reputamus, & quicquid per eos communiter, uel diuisim, sub religionis, conuentus, collegii, seu congregationis nomine, uel colore attentatũ extitit, uel existit, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate Apostolica, nullius fuisse & esse decernimus firmitatis: & quatenus de facto processerunt, de consilio & auctoritate præmissis reuocamus omnino, ac perpetuæ prohibitioni subiicimus, & ab Ecclesia Dei penitus abolemus. Eisdem personis, & aliis quibuscunque sub pœna excommunicationis (quam eas si secus fecerint, incurrere uolumus ipso facto) iniungentes expresse: ne statum, siue sectam, & ritum huiusmodi ab ipsis assumptum, sectentur ulterius, uel ipsum de nouo assumere quoquomodo præsumant.

Episcopos quoque & eorum superiores, & etiam alios Prælatos quoscunque, qui prædictis personis, vel aliis ritum viuendi, & habitum supradictos, præter specialem Apostolicæ sedis auctoritatem deinceps concesserint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipso iure decernimus subiacere. Dignum est enim ut adulterinas plantationes, quas non pater cęlestis, sed humanæ temeritatis audacia plantat, Apostolici culminis censura diuellat, nec patiatur in agro Dominico peruersę congregationis uepres excrescere, cui proprium est diuina opitulante gratia, uirtutes serere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, subiectionis, abolitionis, uoluntatis, iniunctionis & constitutionum infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Auinion. iij. Kalen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno Secundo.

COMMEN. XLI.

a Hæreses & errores Henrici de Sena.] *Hic Henricus sicut constat ex extrauaganti domini Ioannis xxij. incipien.* Glorioſam Eccleſiam. *quæ in fine huius operis est impressa inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis, vocabatur Henricus de Ceua. Emersit autem Henricus in ipso statim initio Pontificatus Ioannis xxij. ad annos Domini MCCCXVI. vt clarius ex his, quæ paulopost dicemus, apparebit.*

b ¶ Qui fratrum à communi statu ordinis, &c.] *Hic locus in omnibus codicibus erat penitus depravatus, ita vt nullus omnino sensus posset sanus colligi: nos tamen ex responsione Eymerici ita emendauimus ut est impressus.*

c ¶ Ad hanc respondemus, quòd post condemnationem prædictarum duarum hęresum, &c, factam in constitutionibus, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam mentes. quamplures fratres, &c.] *Nõ video quomodo possim tueri Eymericum dicentem hoc loco multos Fratres Minores, hoc est, Fraticellos sibi constituisse Ministrum Generalem Henricum de Ceua, postquam dominus Ioãnes xxij. edidit constitutiones incipien.* Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam. *& propterea insuper editam fuisse constitutionem incipientem,* Glorioſam Eccleſiam. *per quam Fraticellorum errores pariter condemnauit, ac eos capi mãdauit: non inquam video, quomodo eum tueri possim, cum constet apertissime, ex tempore, quo publicatæ, seu datę sunt prædictæ extrauagantes, illam quæ incipit:* Glorioſam Eccleſiam. *editam fuisse Pontificatus domini Ioannis xxij. anno Secundo, decimo Kalendas Februarij, quod tempus vt in commentario proxime præcedentis quæstionis late diximus, incidit in initium anni Salutis MCCCXIX. constitutionem vero incipientem,* Cum inter nonnullos. *publicatam fuisse anno septimo Pontificatus Ioannis xxij. hoc est, anno Domini MCCCXXIII. & illam, quę incipit,* Quia quorundam. *editam fuisse Pontificatus eiusdem Ioannis anno Nono, id est, Anno Salutis MCCCXXV.*

Rursus in alio quoque videtur Eymericus in hac quæstione, memoria lapsus: nam postquam retulit fragmentum ex constitutione incipiente, Glorioſam Eccleſiam. *ait constitutionem, cuius initium est,* Sancta Romana. *latam fuisse post prædicta, & condemnata in constitutione,* Glorioſam Eccleſiã. *quod tamen non est verum: cum constitutio,* Sancta Romana. *edita fuerit aliquot diebus priusquam ederetur constitutio,* Glorioſam Eccleſiam. *nempe tertio Kalen. Ianuarij Pontificatus Ioannis xxij. anno Secundo, id est, die xxx. mensis Decembris, anno Salutis MCCCXVIII.*

Res ergo hęc de exortu, & condemnatione Fraticellorum, & Henrici de Ceua, & Michaelis de Cæsena p diuersas constitutiones domini Ioannis xxij. facta, ita se habuit seruata serie & ordine temporũ ex ipsismet constitutionibus collecto, quemadmodũ copiose docuimus supra super quæstione proxime præcedenti: quę omnino videnda sunt, ut hęc apertius intelligantur. Hic vero lapsus facile condonandus est tanto viro, cum in chronologijs & serie temporũ facile erretur.

e Iam quę in hac quæstione cõmemorat auctor multo facilius percipientur, si legantur integrę hæ constitutiones, incipientes, Glorioſam Eccleſiam. &, Sancta Romana.

d ¶ Glorioſam Eccleſiam: & infra.] *Eymericus hic ex constitutione hac solum deprompsit ac retulit Fraticellorum errores, omissis eorum confutationibus ex diuina scriptura petitis. est autem hęc constitutio valde elegans, & doctissima, sicut res ipsa indicat, quæ vt dixi integra refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio*

sanctæ Inquisitionis.

Donatistarũ error qualis.

e ¶ In qua re Donatistarum sequuntur errorẽ, qui olim, &c.] *Donatiani vel Donatistæ dicũtur ab Augustino in libro de hæresibus, cap. 69. quos Philastrius in catalogo hæsum Montanistas quoq; appellari scribit, & Parmenianos à Parmenione quodam, qui eorum successit erroribus atque falsitati.*

Hunc vero errorem, quo Hëricus & eius sequaces seu Fraticelli falso asserebant Ecclesiã Dei apud ipsos solos remansisse, Donatistarum fuisse indicat apertissime B. Augustinus in libro de hæresibus, cap. 69. in hæc verba: Donatiani vel Donatistæ sunt, qui primum propter Donatum contra suam voluntatem Cæcilianum Ecclesiæ Carthaginensis Episcopum factum schisma fecerunt, obijcientes ei crimina non probata, & maxime quòd à traditoribus diuinarum scripturarũ fuerit ordinatus. Sed post causam cum eo dictam atque finitam, falsitatis rei deprehensi, pertinaci dissensione firmata, in hæresim schisma verterunt: tanquam Ecclesia Christi propter crimina Cęciliani, seu vera, seu quòd magis apparuit Iudicibus, falsa, de toto terrarum orbe perierit, vbi futura promissa est, atque in Africa Donati parte remanserit, in aliis terrarum partibus quasi contagione communionis extincta. *hactenus Beatus Augustinus: vt vel hinc discamus, raras, aut nullas olim fuisse hæreses, quas renascentes hæretici labentibus sæculis non excitarint. Emerserunt autem olim Donatistæ circa tempora Liberij Papæ, anno fere Domini CCCLVIII. Horum errores & schismata Optatus Afer Episcopus Mileuitanus sex libris aduersus Parmenianum grauiter confutauit. eum videto.*

Donatistæ quando exorti.

f ¶ Tertius istorum error in Valdensium errore coniurat: quoniam & hi & illi in nullum euentum asserunt fore iurandum.] *Diuus Bonauentura lib. 3. sentent. distinct. 39. nunquam licere iurare, Manichęorum dixit fuisse errorem: sed Guido Carmelita in summa de hæresibus, tit. de hæresibus Valdensium. cap. 2. Valdensibus tantum tribuit: quod videtur verius. hæresis autem est asserere nunquam licere iurare; cum Deuteron. 6. dicatur:* Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. *sed de hac re copiose beatus Thomas 2. 2. quæst. 89. art. 2. & Sotus lib. 8. de iustitia & iure. q. 1. art. 2. Repertorium Inquisitorum verbo, iuramentum. & Tabiensis in sum. verbo, iurare. & Martinus Nauarrus in Enchyridio, seu Manuali cõfessariorum, cap. 12. num. 4.*

Error Valdẽsium, nũquã esse iurãdũ.

g ¶ Quarta huiusmodi impiorum blasphemia de prædictorum Valdẽsium venenato fonte prorumpens, Sacerdotes rite etiam & legitime ordinatos quibuslibet criminibus pressos, non posse conficere.] *Hoc fensisse Valdẽses aperte docet Eymericus supra q. 14 versi. decimus. error. addit amplius frater Raymerius ord. Prædicat. in summa de Catharis, eos sentire, nullum aliud sacramentũ posse confici à ministro existenti in peccato mortali, vnde ob hanc insignem dubitationem in magno periculo omnes, inquit, olim hi hæretici versabantur. sed non fuerunt primi Valdenses huius erroris inuentores: nam & Donatistę olim idem asseruerunt, quem*

Error Valdẽsium à ministro peccatore nullũ posse confici sacramentum.

A *errorem grauiter refellit beatus Augustinus in libris de baptismo contra Donatistas, & lib. 2. contra Parmenianum & lib. 2. contra Petilianum cap. 30. Sacramentum enim gratiæ dat Deus per malos, ipsam tamen gratiam per se ipsum.*

Neque de hac veritate licet dubitare. c. quod quidam. 1. q. 1. tandem hoc definiuit Concilium Tridentinum, sessio. 7. de sacramentis in genere, cano. 12. & sess. 7. de baptismo, cano. 4. Confiteantur itaque plane sacerdotes peccatores, quicunque illi fuerint, vera Ecclesię sacramenta, dummodo omnia, quę ad essentiam sacramentorum spectant, seruauerint. Concilium Tridentinum d. cano. 12. sess. 7. de sacramẽtis in genere.

B h ¶ Sancta Romana, &c.] *Legitur inter extrauagantes Ioan. xxij. tit. de religio. domi. c. sancta Romana. & in Repertorio Inquisitorum verbo,* beatæ tertiæ Regulæ. *fuit autem edita hæc Decretalis eo anno quo diximus paulo antea.*

i ¶ Congregationes, & conuenticulas facere.] *In causis religiosis à priuatis hominib⁹ celebrari cõuenticula prohibitum est. l. cõuenticulam. C. de Episcopis & cleri. l. 1. ff. de collegiis illicit. facit text. in cap. coniurationum. 11. q. 1. & in cap. excommunicamus. clem. 1. de hæret. §. adiicimus. Neque caret* Priuatæ congregationes de rebus religionis quatenus permittantur.

C *hæresis suspicione tales de religione priuatæ congregationes, nec permittiab Episcopis, vel Inquisitoribus debent, maxime si de nocte fiant, quod tempus magnis sceleribus est opportunius.*

Academiæ tamen, seu litterariæ exercitationes, quę solent in illustribus Italiæ Vrbibus, in priuatis nobilium & Doctorum domibus de multiplici scientiarum genere celebrari: in quibus sæpe etiam de rebus theologicis disseritur, cum in bonum finem celebrentur, exerceaturque ibi litteratorum ingenia, & multa alia commoda oriantur, permitti possunt. argumento d. l. 1. §. Sed religionis. ff. de colleg. illicitis. & §. si quis de parentibus. authent. vt cum de appellat. cognos. l. magistros. C. de professo. & medi. lib. 10. & argumento eorum, quæ notant Innocentius, & Hostiensis cap. 1. de Iudæis. & in c. dilecta. de excessibus prælato.

In his Academijs curandũ est, vt litterariæ exercitationes à Catholicis, & prudentibus, & litteratis habeantur: aliter enim periculi est, ne cum theologia permisceatur errores. Rursus in his etiam priuatis Academiarum disputationibus, & lectionibus ea sunt omnino seruanda, quæ diximus supra par. 1. super quæst. 10.

k ¶ Nec prędictis Episcopis, vel eorum superioribus, seu aliis Ecclesiarum prælatis concedere licuit, contra formã concilij generalis.] *Innocentius III. in concilio generali Lateranen. Romæ habito anno Domini MCCXV. cap. 13. ita cauit:* Ne nimia religionũ diuersitas grauem in Ecclesia Dei confusionem inducat, firmiter prohibemus, nè quis de cętero nouam religionem inueniat. Sed quicunque voluerit ad religionem conuerti, vnã de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum fundare de nouo, regulã & institutionem accipiat de religionibus approbatis. *hæc ibi. quod refertur in c. vlt. de religio. domi.*

Nouas religiões approbare Papæ munus est, nõ Episcoporũ.

Hic vero locus, quem interpretamur, aperte indicat

dicat non esse munus Episcoporum, aut aliorum prælatorum Romano Pontifice inferiorum nouas inducere religiones, aut nouis inductis auctoritatem dare, easue confirmare. hoc enim ad solum Papam spectat, cum ad communes, seu vniuersales Ecclesiæ catholicæ mores pertineat. plurimum enim refert, quo ritu, qua forma, quibusque institutis Deus Optimus Maximus colatur.

QVAESTIO XVII.

De obiectis Fraticellorum cõtra Cõstitutiones Ioan. xxii. cum responsionibus ad illa.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones Ioan. xxij. à Beguinis seu Fraticellis reiectę.*
2 *Sexdecim Fraticellorum obiecta pro defensione suorum errorum.*
3 *Baptizati ab hæreticis quãdo rebaptizãdi sint, & quando non.*
4 *Romanorum Pontificum statuta quandoque iussiis de causis variantur.*
5 *Nicolaus Papa iij. ab hæresis crimine defensus.*
6 *Romana Ecclesia ab errore in fide immunis.*
7 *Veniens contra determinationem Papæ quando sit hæreticus.*
8 *Ioannes xxij à nota inconstantię excusatur.*
9 *A Romanis Pontificibus definita non sunt omnia irreuocabilia.*
10 *Error venialis sanctitati non repugnat.*

D Ecimaseptima quæstio est: Hæreses & errores, qui per nonnullos aduersarios ueritatis (opponentes se dictis determinationibus factis per dictum dominum Ioannem Papam XXII. de proprio & communi) asseruntur mendaciter atque falsę; qui sunt.

1 Ad hanc respondemus, quòd post prædictas determinationes factas de proprio & communi in constitutionibus, Cum inter. &, Quia quorundam. quamplures pseudofratres Mìnores à communi vita, & moribus ordinis fratrum Minorum sancti Francisci deuiantes dixerunt, ac falso asseruerunt, infrascriptas hæreses & errores sequi ex dictis constitutionibus: quas [a] dominus Benedictus xij. dum esset Cardinalis, recollegit, atq; soluit per modum qui sequitur luculenter.

2 Primo quidem asserunt pro sui erroris fundamento: quòd Apostoli, & religiosi vitam Apostolorum sequentes, nõ habuerunt, nec habent in rebus usu consumptibilibus, nec in non consumptibilibus usu, aliquod ius dominij, vel proprietatis, aut ius vtendi in speciali, vel in communi: sed tantum simplicem vsum facti, dominio & proprietate talium rerum penes alium remanente.

Ad istud [b] respondet dominus Benedictus, & dicit, quòd prædictum fundamentum hæreticum esse, declaratum est: prout in decretali, Cùm

A inter nonnullos. continetur: quia (vt diligenter cõsideranti apparet) contrariatur diuinæ scripturæ, sanctorum Patrum doctrinę, & consuetudini totius Ecclesiæ.

3 Secundo [c] dicunt: quòd prędictam paupertatem fuisse Christi & Apostolorum, determinauit dominus Nicolaus Papa III. in §. Porro abdicatio proprietatis omnium rerum, &c. in constitutione, Exiit.

Respondet, quòd licet illud in constitutione dicta contineatur; tamen ex scriptura diuina verũ esse ibi non ostenditur, sed solummodo narratur. Et tamen iam nos ostendimus, quòd contrarium

B haberi potest ex scriptura Apostolica & Euangelica: ex qua scriptura motus dominus noster Papa Ioannes declarauit dictam assertionem (si pertinax esset) hæreticam esse, sicut contrariam diuinæ scripturæ. Nec hoc asserit simpliciter & determinate dominus Nicolaus, qui dictam constitutionem fecit; sed solummodo hoc dicit incidenter, & narratiue. Posito etiam ꝙ determinatiue diceret, non obstat, cum contrarium inueniatur in scriptura diuina, si diligenter attendatur: & nunc est per Ecclesiam determinatum: & patet etiã ex supra inductis in tractatu prædicto.

Tertio dicunt: ꝙ in his, quæ pertinent ad fidẽ,

C vel mores, determinatum semel per summum Põtificem, non potest per alium reuocari: talis autẽ est assertio domini Nicolai de Christi & Apostolorum paupertate.

Respondet, [d] quòd falsum est: nam Petrum, qui non ambulabat recte ad veritatẽ Euangelii, reprehendit & correxit Paulus: vt patet ad Galat. 2. Et tamen non erat illi par, sed inferior. Item Stephanus [e] Papa determinauit, quòd nullus baptizatus per quoscunque hæreticos, ueniens ad Ecclesiam catholicam rebaptizaretur: Sanctus autem Cyprianus cum multis Episcopis in Africa celebrans cõcilium, determinauit oppositum,

D videlicet, quòd baptizati à quibuscunque hæreticis, si ad Ecclesiam catholicam veniant, sunt baptizandi: reprobans in hoc Stephanum Papam, ut patet in Cypriani epistolis ad Iubaianum, ad Stephanum, & Pompeium. Concilium [f] autem Nicęnum vtranque opinionem Sancti Cypriani, & Stephani Papæ correxit, determinando quòd baptizati ab hęreticis non seruantibus formã Ecclesiæ, venientes ad Ecclesiam baptizentur: ab aliis vero hęreticis baptizati, non rebaptizentur: vt non sit contra articulum fidei. Et vnum baptisma.

4 Item per [g] multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quòd matrimonium factum

E infra septimum gradum consanguinitatis, debet separari; & quòd coitus cum muliere, quę erat infra gradum dictum, erat incestuosus: vt patet 35. quæst. 3. cap. Nullum. Hoc autem reuocatum est per alios, vt patet extra de consan. & affi. cap. Non debet. vnde nunc licet in sexto & septimo gradu consanguinitatis matrimonium fieri: vnde si aliquis mulierem in dictis gradibus existentem carnaliter cognoscat, non committit incestum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item extra de eo qui cognouit consanguineã vxoris sue. c. Discretionem tuam dicitur, ꝙ cum quidam legitime matrimonium contraxisset cũ quadam, quam antequam carnaliter cognouisset, consanguineo suo tradidit renitentem, cum qua ille matrimonium contraxit, & carnaliter eam cognouit, cum ipsa vellet postea reuerti ad priorem maritum, & super hoc dubitaretur, an fieri deberet: Papa respondet, quòd licet quidam prædecessor eius aliter determinauerit, ipse tamen dicit: si mulier omnino hoc vult, licite põt & debet priori viro restitui. Et tamen manente determinatione prædecessoris dicti Papæ, Ecclesia reputasset incestum, si talis mulier carnaliter coniungeretur cum priori marito.

Item, extra de sponsa duorum, c. Licet. dicitur, quòd quidam prædecessores domini Alexandri tertii iudicauerunt, quòd si inter virum & vxorem legitime matrimonium per uerba de præsenti expresse esset contractum, siue iuramento interposito, siue non: si postea mulier nuberet alteri, à quo carnaliter cognita esset; non debebat separari ab isto secundo: & tamẽ Alexander Papa ibi dicit contrarium, scilicet quòd debet separari à secundo, & restitui primo: Et sic patet, quòd primi Romani Pontifices male senserunt de separatione, & indissolubilitate matrimonij. Ex quibus constat, quòd illud, quod circa fidem & mores male determinatum est per vnum Papam, vel concilium, potest per alium, perspecta melius veritate, corrigi & emendari. Ideo non est mirum, si dominus Ioannes diligenti deliberatione cum multis peritis in Theologia, & in vtroque iure, habita, reuocauit quę male dixerat dominus Nicolaus de Christi & Apostolorum paupertate.

Quarto dicunt: quòd si contenta in prædicta decretali, Exiit. sint falsa & hæreticalia, sequitur quod Papa Nicolaus errauit in fide catholica, & hæreticus fuit.

5 Respondet [h], quòd non: quia dum voluntas non sit in crimine, si ex defectu humanæ intelligentiæ error contingat, non est simpliciter culpabilis error, taliter quod debeat pro errore damnabili reputari, vt patet in Petro, quem Paulus reprehendit: & in Cypriano martyre, quem sic excusat Augustinus libro de baptismo contra Donatistas.

Tom. 2. epi. 80. in fin. Item quia dicit Augustinus in epistola ad Hesychium: Error vitandus est, quantum ab homine uitari potest, sed mihi quisquam non videtur errare, cum aliquid nescire se scit; sed cum putat se scire quod nescit. Nicolaus autem faciens decretalem, Exiit. non videbatur, quòd putaret se contra veritatem fidei ac morum determinare certitudinaliter, quod scientia requirit; quia dixit, ꝙ si aliquod dubium in sua declaratione insurgeret. non per quoscunque, sed per Romanum Pontificem declarari haberet: multum autem dubitabile erat id, quod dixerat de paupertate Christi & Apostolorum: & an vsus in omnibus rebus possit separari à dominio, & proprietate: Ideo potuit, & debuit dominus Ioan. illud dubium declarare, cũ contrarium ex scriptura diuina & legali posset deduci. Et sic dominus Nicolaus non erravit in fide simpliciter: quia non putauit, vel putabat se scire quod nesciebat, sed putabat se nescire quod non sciebat: Alioquin frustra & sine causa, si crederet se scire prædicta, aliquem correctorem, vel emendatorem vellet habere: cum illud quod veraciter scitur sic esse, sit impossibile aliter se habere. Et ita ipse non errauit perniciose, nec Ecclesia sequens eum: quia sub declaratione & correctione auctoritatis Apostolicæ sedis, illa quæ dixit, asserut; propter quod eius error venialis, & humanus fuit; nec error simpliciter debet dici, vt patet per dictum Augustini supra inductum. Et similiter disputans excusat beatum Petrum.

Quinto asserunt: quòd dicta decretalis. Exiit. fuit per vniuersalem & sanctam Ecclesiam approbata, & in Concilio generali Vienen. confirmata.

Respõdet, ꝙ nunquam fuit approbata per vniuersalem Ecclesiam aliter, nisi vt communes constitutiones Papales. Nec fuit approbata, nec improbata in prędicto concilio, nec dominus Clemens quintus in decretali, Exiui de Paradiso. dixit, ꝙ dictam decretalem, Exiit. concilium generale approbauerit, vel confirmauerit.

6 Sexto dicunt: ꝙ sequitur totam Romanã Ecclesiam multis annis in fide errasse: quod est contra articulum fidei: Credo in vnam sanctam catholicam, & Apostolicam Ecclesiam.

Respondet [i], quòd non est imputandus error Ecclesiæ catholicę, si aliquid diffiniat Papa, vel Ecclesia, seu Concilium generale, non pertines ad fidem & mores, quod pro tunc quando diffiniebatur, non facta plena discussione, fuit diffinitum: quod tamen postea per diligentem inquisitionem sacram, apparet contrarium esse ueritati. Frequenter enim contingit, quòd multa prius determinata per concilia, vel per Papam, sunt postea reuocata, sicut patet per supradicta: & maxime in talibus, vbi sacra scriptura non loquitur omnino clare & expresse: vnde in talibus licet absque nota hæreticæ prauitatis opinari contraria, ante Ecclesię determinationem sub articulis fidei positam. Vnde sicut in domino Nicolao non fuit error perniciosus, sed uenialis ex causis supra dictis: ita nec in sequentibus eum ante determinationem domini Ioannis. Quòd autem fuerit peccatum veniale in Ecclesia circa præsentem materiam, vel aliam, non est inconueniens. Nam cum dicit Apostolus ad Ephes. 5. ꝙ Christus exhibuit sibi Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, debet intelligi de Ecclesia triumphante, non de militãte, vt dicit Augustinus lib. retractationum.

Septimo [k] dicunt in decretali, Exiit. contineri: quòd in rebus temporalibus est considerare proprietatem, possessionem, vsufructum, ius vtendi, & simplicem vsum facti, & ultimo tanquam necessario eget vita mortalium, licet aliis carere possit; quia nulla potest esse professio, quæ à se vsum necessariæ sustentationis excludat: qui inquam vsus non iuris, sed facti tantummodo nomen habens, quod facti tantum est, in vtẽdo prębet vtentibus, nihil autem iuris.

Respondet immo ꝙ non valet: quia quo ad illa, dicta decretalis est correcta & emendata rationabiliter per illum qui potest; & ita cum ex statuto correcto & emendato, quo ad illa, quę sũt correcta & emendata arguant, eorum dicta non concludunt.

Octauo, dicunt: quòd multi Romani Pontifices in rebus temporalibus vsu consumptibilibus, & non consumptibilibus vsu, quæ fratribus Minoribus offeruntur, dantur, vel concedũtur; dominium Romanæ Ecclesiæ seruauerunt, vsu tantummodo simplicis facti ipsis fratribus derelicto.

Respondet, quòd hæc fecerunt alij summi Pontifices de rebus, quę non consumuntur vsu: dominus autem Nicolaus fecit hoc de omnibus rebus, supponens tamen dictum suum correctioni Romani Pontificis: Et sic dominus Ioannes tam ex auctoritate iuris, quàm ex auctoritate eidem reseruata per dictum suum prędecessorem, contrarium multis rationibus ostendit, & determinauit.

Nono dicunt: quòd Romanus Pontifex diffiniuit carentiam talis dominij esse sanctam & meritoriam: & quòd Christus & Apostoli viam perfectionis ostendentes, abdicationem huiusmodi dominij docuerunt: & quòd carentia talis dominij non est infructuosa domino, cum sit meritoria ad æterna, & professioni pauperum opportuna.

Respondet [m], quòd illud quod hic dicunt correctum est rationabiliter per illum, qui hoc corrigere poterat & debebat, ostendendo esse impossibile in talibus rebus vsum facti separari à dominio: & quòd si separaretur dominium esset verbale, simulatum, & ænigmaticum.

7 Decimo dicunt: ꝙ veniens contra determinatiõ Papę, & Romanę Ecclesię, est hęreticus cẽsendus, propter quod non licuit alicui diffinire contrarium determinationi domini Nicolai.

Respondet [n], quòd illud non est verum; nisi determinatio Ecclesiæ contineatur in scriptura diuina, vel ex ipsa euidenter & necessariò concludatur: vel nisi Ecclesia expresse determinet, quòd tale quid sit tenendum sicut pertinens ad fidei articulum, determinans quòd dicentes & tenentes contrarium, sicut hęretici sunt habendi. Quod autem dixit dominus Nicolaus de Christi paupertate, & separatione dominij, &c. non continetur in scriptura diuina, nec potest concludi ex ea, nec fuit positum sub articulis fidei.

8 Vndecimo dicunt: quòd dominus Ioan. seipsum condemnat reprobando, reuocando, & contrarium faciendo eorum, quæ de Christi & Apostolorum paupertate decretalis, Exijt. continet: quia ipse antea pronunciauerat decretalem, Exijt. &, Exiui. salubriter editas, lucidas, multaque maturitate digestas: prout in constitutione per eum edita, quę incipit, Quorundam. deprehenditur euidenter.

Respondet, quòd non valet, quia dominus Ioan. in constitutione, Quorundam. quæstionem de Christi & Apostolorum paupertate, & insę parabilitate dominij ab vsu, non accipit determinandam: sed solum duos articulos, scilicet de vestibus fratrum, & de congregando blado, vino, & alijs necessarijs in granarijs & cellarijs: & in istis duobus articulis dicit, quòd vult declarationes dubias addere declarationibus dominorum Nicolai Tertij †, & Clementis V. & sic verba generalia, quæ in prologo dictæ constitutionis, Quorundam. premittuntur, ad certos articulos in narratione restringuntur, vt patet intuenti eam. Et posito & iã quòd ista verba, quę isti ponunt, tunc dixerit quantum ad omnia contenta in dicta constitutione, Exijt. quando nondũ quæstio de Christi paupertate erat ventilata; non est inconueniẽs, si postea diligentius veritate quęsita, & reperto fore verum contrarium eorum, quę dixerat dominus Nicolaus, dominus Ioannes dictum suum correxerit, asserendo, & determinando contenta de paupertate Euangelica in decretali, Exijt. non esse solida nec vera. Sic enim & sancti, quod prius dixerant, frequenter posterius correxerunt, quando veritas magis incœpit per disputationes vel collationes scripturarum eis apparere: nec erubuerũt sua dicta corrigere, vt patet per Augustinum in suo libro Retractationum, & in secunda epistola ad Marcellinum.

† Suspicor hunc esse Nicolaũ IIII. vt plene dixi in commentario huius quæstionis.

Duodecimo dicunt: ꝙ si Papa Ioannes potuit reuocare prędicta determinata per dominum Nicolaũ, eadem ratione summus Põtifex potest omnes diffinitiones suorum prædecessorum reuocare, & contrariũ constituere: ex quo totius fidei, & auctoritatis Ecclesiæ destructio sequeretur.

9 Respondet, quòd non valet, quia non sequitur, si aliqua diffinita inconsulte in materia absolute non pertinente ad fidem & ad mores possunt & debent reuocari, ergo omnia: cum arguatur à particulari ad vniuersale; quod fieri non debet: Quia vniuersalis conclusio non sequitur, nisi ad præmissas vniuersales. Item ea quæ euidenter & manifeste continentur in sacra scriptura, vel ex ea de necessitate concluduntur, sunt omnia inconcussa stabilitate firmata: nec reuocari possunt, nec eorũ contraria statui per quemcunque; vt dicit Augustinus in 2. lib. de baptismo, & Gelasius [o] Papa in epistola ad Episcopos Dardanię: De numero autem talium, non sunt ea, quæ dixit de paupertate Nicolaus Papa: nec vnquam pertinuerunt simpliciter ad fidem, vel ad mores, cum contrarium esset verum & catholicum, vt in suis, determinationibus dominus Ioannes Papa euidenter ostendit.

Tertiodecimo [p] dicunt: quòd secundum hoc in decretali, Exijt. erratum fuit in doctrina, & vita Christi, & Apostolorum.

Respondet, quòd verum est, non tamen errore pernicioso; cum adhuc ad plenum veritas discussa non fuisset, sicut nunc est; sed errore veniali: Sicut Augustinus declarat de Cypriano, & de Petro per Paulum correcto.

Non enim fuit voluntas in crimine, sed defectus humanæ intelligentiæ: Potissime quia dominus

Universidad de Deusto Biblioteca

minus Nicolaus dicta sua supposuit correctioni sedis Apostolicæ.

Quartodecimo dicunt: quòd sequeretur, quòd in approbatione status regulę fratrum Minorum Ecclesia errauerit.

Respondet, quòd non sequitur; tum quia ante constitutionem, Exijt, status Minorum † fuit approbatus; tum quia regula eorum non dicit, ꝙ nihil habeant in proprio, nec in communi: nec dicit quòd non habeant aliquod ius vtendi: nec dicit, quòd solum sint contenti simplici vsu facti, ad quæ eos restringit constitutio, Exijt. Quæ ostensa est quantum ad hoc, imposibilis & irrationabilis, per Dominum Ioannem in suis constitutionibus. Sed dicit regula prædicta: quòd viuant sine proprio, & quòd nihil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem. Quæ verba possunt verificari, si habeant in communi: nam solummodo prohibet quòd fratres habeant proprium, sicut regulę Basilij, Augustini & Benedicti.

† al. eor

Quintodecimo dicunt sequi, ꝙ in Concilio, dictam decretalem approbante, erratum fuit.

Respondet, quòd in nullo Concilio generali decretalis, Exiit. fuit cõfirmata vel approbata: nec hoc poterit ostendi: & maxime cum constitutio, Exiui de Paradiso. non fuerit facta in Concilio generali Vienen. sed post Concilium in Auinion. vt habet fide digna multorum relatio.

Sextodecimo ꝗ dicunt: ꝙ secundum hoc errauit Ecclesia, aliquos Sanctos de ordine fratrũ Minorum, qui in hac vita & doctrina diem clauserũt extremum, canonizando pro Sanctis.

Respondet, quòd nec illi, nec alij errabant simpliciter, errore damnabili: sed secundum quid, errore veniali, constitutione, Exijt. nondum correcta per eum, qui poterat: ideo canonizari, alijs suffragantibus meritis, potuerunt: Sicut dicit beatus Augustinus de sancto Cypriano lib. de baptismo contra Donatistas, c. 17. & 18. quòd ille vir sanctus aliter de baptismo sentiens, quàm res se habebat, quod postea diligentissima deliberatione retractatum est, in catholica veritate permansit, & charitatis vbertate compensatum est, & pasionis falce purgatum. Et consimiliter dici potest de Sãctis ordinis fratrum Minorum canonizatis, si doctrinam decretalis, Exiit. tenuerunt, antequam per Ecclesiam correcta & emendata fuisset.

COMMENT. XLII.

Argumentũ quæstionis 17. de obiectis Fraticellorum.

VT hæc quæstio intelligatur, obseruandum est, sicut etiam diximus paulo antea super q. 15. ꝙ postquam Ioannes *Papa XXII. edidit decretalem incipientem,* Quia quorundam. *aduersus Fraticellos, eorumque duces, illi contra acrius in Pontificem Romanum insurgentes, decem & octo errores in ea contineri dixerunt, quorum quinque, nempe.* 3. 5. 6. 13. *&* 14. *ius ciuile tantum respiciebant. cumque idẽ dominus Papa* Ioannes *eorum impijs appellationibus & calumnijs respondisset in Decretali incipiente,* Quia vir reprobus Michael. *quæ non est impressa, iterum ijdem impij in ea triginta duos errores fal-*

A *so asseruerunt contineri. nec modo* Ioanni *XXII. quamdiu vixit restiterunt, sed etiã Benedicto XII. eius successori impudenter maledixerunt, subtracto iustę obedientię debito quem Benedictum (quia professione Theologus erat) peiorem & damnabiliorem* Ioanne *XXII. esse clamabant, asserentes eum hęresiarcham, negantesque Pontificem: quod cum & scriptis editis, & publicis disputationibus impie profiterentur, multos in suum errorem quotidie pertrahebant, & propterea eorum secta plurimum inualuit, qui cum multis summi Pontificis* Ioannis *extrauagantibus essent damnati, vt ex superioribus constat, nec vellent resipiscere: multi ab Episcopis et*
B *Inquisitoribus propterea comprehensi, non deserentes conceptum errorem, comburi se passi sunt, vt testatur Cardinalis in clem. Exiui. §. proinde. de verbo. signifi. & B. Antoninus in sum. par. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5.*

In hac rerum perturbatione ceteris impudentius debacchatus est in Romanum Pontificem Guilermus O Kam, qui quodam libro de potestate Pontificis, q. 8. non erubuit dicere circiter nonaginta errores ad minus Ioannem *XXII. protulisse.*

Guiliermi Okã impudentia.

Ex omnibus his Fraticellorum erroribus & obiectionibus, qui diu olim Ecclesiam perturbarunt, Eymericus in hac q. sexdecim tantummodo recẽset, adhibitis solutionibus Benedicti XII. qui antequam
C *crearetur Pontifex, eisdem satisfecit. atque hoc est huius quæstionis argumentum.*

Animaduertendum est tamen in his Benedicti solutionibus multa contineri dubia partim, incerta partim; partim denique falsa, quæ nec debeant, nec possint præteriri sine animaduersione. & propterea nos paulo diligentius rem perscrutantes diuino præsidio muniti, quod nobis adesse propitium humiliter deprecamur, veritatem ipsam quoad fieri poterit, ostendere conabimur.

a ¶ Quas dominus Benedictus duodecimus dũ esset Cardinalis, recollegit, atque soluit, &c.] *Eas-*
D *dem ferme difficultates & obiectiones diluerunt postea insignes theologi Antoninus par. 4. tit. 12. cap. 4.* Ioannes *Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 2. c. 112. Melchior Canus, lib. 6. c. 8. de locis Theologicis. & alij, quos mox suis locis referemus; ex quibus, sanctorum Patrum dictis & Ecclesię recepta doctrina nitentes, veriora colligemus & certiora, vt omnes defficultatum nebulæ clara verę doctrinæ luce dissoluantur.*

Qui responderint erroribus Fraticellorum.

b ¶ Adistud respondet dominus Benedictus, &c.] *Summa solutionis est, in extrauaganti,* Cum inter nonnullos. *Ioannem XXII. definiuisse Christum, & Apostolos habuisse aliqua in communi.*
E *quod verissimum est, vt patet in principio eius extrauagantis ibi:* Nos huic concertationi. *quam habes apud Eymericum supra par. 2. q. 15. nam asserere Christum & Apostolos nihil habuisse nec in speciali neque in communi, diuinę scripturæ contradicit expressè, ait ibidem dominus* Papa Ioannes: *& vt obiter aliquid in medium proferam ad ostendendum hoc esse verum primum Matth. 2. scribitur, Magos obtulisse Christo aurum, thus, & myrrham, rei autem oblatę dominium acquiritur, cap. statuimus. 16. q. 1. cap. omnis Christianus. de consecra-*

cra. dist. 1. l. vlt. C. *de sacro. eccl. Et Matth. c. 17. scribitur,* Christum *pręcepisse Petro, vt didrachma vel staterem daret illis, qui nomine Cæsaris exigebant tributum. habuit ergo eius rei dominium, quod in illos transtulit, cum dare sit accipientis facere. l. vbi autem. ff. de verb. oblig. l. si ita. §. 1. ff. de contrahen. empt. Et* Ioan. *cap. 12. & 13. Iudam loculos habuisse dicitur, quibus ea quæ mittebantur, portabat. cap. exemplum. 12. q. 1. denique multa sunt in sacris litteris, quæ comprobant hanc veritatem, vt copiose docet glossa in dicta extrauaganti,* Cum inter nonnullos. *in principio, verbo, asserit.* A

c ¶ Secundo dicunt, quòd prędictam paupertatem fuisse Christi & Apostolorum determinauit dominus Nicolaus Papa III. in constitutio. Exijt. §. porro.] *Habetur hęc constitutio in cap. Exijt. de verb. signifi. lib 6. Iam in multis codicibus hęc constitutio tribuitur Nicolao III. quibus consentire videtur Platina in vita huius Pontificis, dicens eum adeo ordinis Minorum ob contemptum rerum humanarum fuisse amatorem, vt ipse etiam Decretali epistola quędam ipsius ordinis ambigua declarauerit. Sed ego verius arbitror constitutionem, Exijt. Nicolai IIII. esse, tum quia in aliquot manuscriptis exemplaribus, lib. 6. Decretalium in principio dictę constitutionis Nicolaus IIII. est pręnotatus. Tum etiam quia is fuit de ordine Minorum, vnde verisimilius est regulæ sui ordinis dubia declarasse. Tum postremo quoniam in extrauaganti domini* Ioannis *XXII. incipiente:* Gloriosam Ecclesiam. *quę in fine huius operis habetur impressa inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis, videtur constitutio, Exijt. tribui Nicolao IIII. per quam declarauit plurimas dubitationes, quę circa regulam beati Francisci contingere poterant. In ea constitutione inter cætera hęc continentur:* Dicimus, quòd abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, non tam in speciali, quàm etiam in communi propter Deum meritoria est & sancta: quam & Christus vitam perfectionis ostendens, verbo docuit, & exemplo firmauit: quamque primi fundatores militantis Ecclesiæ, prout ab ipso fonte hauserant, volentes perfecte viuere, per doctrinę & vitę exempla in eos desiuarunt. *hactenus ibi. His potissimum verbis vtebantur Fraticelli ad probandum* Ioannem *XXII. errasse in dicta extrauaganti:* Cum inter nonnullos. *cum hoc loco Nicolaus aperte sentire videatur, Christum & Apostolos nihil habuisse. quam ob rem si hęc duo dicta conciliauerimus, nullus fere manebit amplius in hac difficultate obscuritatis & dubitationis scrupulus: quia omnes obiectiones, quas hic affert Eymericus, hoc in primis agunt, vt doceant* Ioannem *XXII. errasse, cum definierit contra Nicolaum.*

Quantum ergo ad secundam hanc obiectionem attinet. Benedictus hoc loco duas affert solutiones, Prima est, nihil definiuisse Nicolaum, sed incidenter locutum fuisse de Christi & Apostolorum paupertate. Altera est, quòd tametsi ex proposito fuisset locutus, nihilominus hoc non obstaret: quia contrarium deducitur ex sacris litteris. Non tamen admittit Benedictus, Papam contra scripturam sacrã

A *sanciuisse, sed posito, inquit, supple, & non concesso, quòd determinatiue diceret, hoc non obstaret, id est, non propterea esset recedendum à veritate in diuinis scripturis expressa.* Nã licet nos, *inquit diuus Paulus ad Gal. cap. 1.* aut Angelus de cælo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. *quem locum beatus Thomas exponens, dicit:* Euangelicæ doctrinę auctoritas habet, vt quicunque contra illam dicunt, excludendi, & repellendi sint. *hęc ille.*

Dictum est autem, posito & non concesso, quia tanta fuit vis orationis Christi, *qui rogauit pro Petro, vt eius fides non deficeret, & iussit vt suos ipse*
B *fratres confirmaret, vt nullus vnquã Romanus Pontifex inueniatur errasse in iudicio fidei, videlicet in declarando quid sit credendum vel non credendum: neque in hoc errare potest propter assistentiam Spiritus sancti, vt enim subtiliter & vere deducit Caietanus in opusculo de auctoritate Papę, cap. 11. cũ ad Papã pertineat quæstiones fidei determinare, & statuere quid ex fide tenendum sit vnicuique fideliũ, quidue tamquam hęreticum respuẽdum, si in his definiendis ipse errare posset, inde plane cõsequeretur, quòd tota pariter Ecclesia à recta fide posset aberrare: quęcunque enim Sedes Apostolica Romana fidelibus credenda proponit, ea ab omnibus recipi ne-*
C *cesse est: & qui aliter docet & sentit de fide & sacramentis, quàm Romana Ecclesia, hęreticus censetur, cap. ad abolendam. de hæret.*

Sed iam duo hęc responsa concilicmus, Ac omissis multis placet nobis conciliatio Ioannis de Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib. 2. cap. 112. in solutione ad decimum argumẽtum, quem sequitur Melchior Canus, *lib. 6. cap. 8. de locis theologicis ad 6. argumentum, & summa verę solutionis est, Nicolaum IIII. & Ioannem XXII. inter se non pugnare, immo declarationem seu definitionem vtriusque summe inter se conuenire, quoniam Christus vt ex contextibus Euangeliorum, & sanctorum Patrum*
D *expositionibus colligitur, duas paupertates ordinauit congruentes diuersis statibus perfectorum. Primam competentem illis, qui prędicaturi mittendi erant in Iudæam ad annuntiandum regis aduẽtum. & hęc paupertas nihil proprium habere permittebat nec in communi nec in speciali, & de hac accipitur illud Matth. 10.* Nolite possidere aurum, nec argentum, &c. *Quo loco ait diuus Hieronymus, ideo hęc Dominũ pręcepisse, ne causa lucri potius quàm salutis prędicare viderentur.*

Definitiões Nicolai iiii. & Ioan. xxii. de Christi & Apostolorũ paupertate conciliatur.

Altera fuit paupertas competens illis, qui fixi erant mansuri in congregatione, cuius proprium est nihil habere in particulari, bene tamen in communi;
E *de hac Actuum, cap. 4. scribitur:* Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum quę possidebat, suum esse dicebat, sed erant eis omnia communia. *hęc ibi. Vtramque hanc paupertatem Christus habuit. quodam enim tempore primam tenuit, nihil penitus habens nec in particulari nec in communi, sed illis vescebatur, quæ sibi pie à pijs offerebantur, qui ipsum sequebantur; de quo Lucę, cap. 8. exemplum extat. Secundam paupertatem approbauit verbo & exemplo, Lucæ cap. 22. cum dixit:* Quãdo misi vos sine

sacculo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& pera, & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis? *& paulo post*: Sed nunc qui habet sacculũ, tollat similiter & peram, &c. *Iam hęc secunda pauertas, quæ aliquid in communi possidere permittit, non repugnat perfectioni Euangelicę, vt grauiter etiam docuit & copiose Beatus Thomas 2.2. quæst. 188. art. 7. Primam ergo paupertatem intuitus Nicolaus Christum omnia abdicasse & in communi & in particulari asseruit: sed & præterea concedit Christum aliqua in communi habuisse aliquando: Siquidem in dicta constit. Exijt. subiungit.* Nec his quisquam putet obsistere, quòd interdum Christus dicitur loculos habuisse, &c. *Secundam respiciens Papa Ioannes scripturæ sacræ repugnare decreuit, & hæreticum esse dixit, asserere, Christum & Apostolos nihil in communi aut in particulari possedisse. hęc summa est veræ solutionis. Aliã paulo difficiliorem & fusiorem commemorat Beatus Antoninus 4. par. tit. 12. c. 4. §. 23. quam libenter omitto. & ex hac solutione diluuntur fere omnes obiectiones Fraticellorum, quas in hac quæstione Eymericus commemorat. quas libenter omitteremus, nisi falsæ quandoq; Benedicti solutiones aliud suaderent.*

Determinatũ semel per vnum Papã tanquam de fide, non potest per aliũ reuocari.

d ¶ Respondet, quòd falsum est: nam Petrum qui non ambulabat, &c.] *In solutione huius tertię obiectionis aperte negat Benedictus determinatum semel per summum Pontificem, etiamsi ad fidem vel mores pertineat, non posse per alium reuocari; quod nititur ostendere multis exemplis vsque ad quartam oppositionem: in quo vehementer est lapsus, si id sensit quod eius verba præseferunt, videlicet, quod semel ab vno Romano Pontifice determinatum tamquam ad fidem spectans, id possit ab alio reuocari: quoniam vt optime tradit Caietanus in Apologia de auctoritate Papę, & concilij, par. 2. c. 13. determinatio Papæ in iudicio fidei formaliter, scilicet, definiendo quid credendum sit vel non credendum, ligat omnes personas Ecclesiæ, atq; ita personã propriam & successorum ad recipiendã determinationẽ semel de fide factam: nec video quomodo possit vir tantus excusari: quare ne quis auctoritate eius ductus labatur, expendenda erunt mihi singula paulo diligentius: & quantum ad hunc locũ attinet, grauissima fuit olim concertatio inter Beatũ Hieronymum, & Diuum Augustinum, nunquid vere an simulate Paulus Petrum reprehenderit, quod à Theologis Scholasticis multis solet disceptari, lib. 4. senten. dist. 3. vbi Sotus q. vnica, art. 2. vers. secunda conclusio amplius. idem tractat hoc copiosius, lib. 2. de iust. & iure, q. 5. art. 4. vers. de tertio vero mẽbro. & Adrianus in 4. dist. 1. & breuiter sanctus Thomas 2.2. q. 33. art. 4. ad 2. argumentũ. & plane quidquid sit de eius historiæ ac facti intelligentia, hoc est certissimum, nihil statuisse ibi Petrum, quod ad communem fidem & mores Ecclesiæ pertineret, neq; nutasse in catholica religione: ac proinde hoc primum exemplum non potest commode applicari ad id institutũ, quod Benedictus contemplabatur. Retineamus ergo supradictã solutionem, quam ex Turrecremata commemorauimus, & dicamus, Nicolaum nihil illic de fide definire, neque aduersari his, quæ à Ioanne fuerant definita.*

Cõcilio Carthaginẽsi prouinciali determinanti baptizatos ab hæreticis rebaptizandos grauiter resistit Stephan' Papa.

e ¶ Item Stephanus Papa determinauit, &c.] *Admonet hic locus, vt paulo exactius referam historiam, cuius in eo fit mentio, vt validius etiam refellatur hæc falsa Benedicti solutio, putantis Stephanum Papam correctum à Cypriano, & vtrunq; à concilio Niceno emendatum.*

Sciendum est ergo, Cyprianum Carthaginensem episcopum tempore Stephani Papę circa annum Domini CCLVI. Carthagine concilium prouinciale coegisse, in quo decreuit baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos, cui subscripserunt plusquam octoginta episcopi ex prouincia Africana, Numidia, & Mauritania. Huic decreto grauiter restitit Stephanus Papa, cui obtemperauit veritate manifestius cognita Cyprianus cum reliquis catholicis. Sed quoniã res est grauissima, ne mihi sine pignore credatur, duo potissimum antiquorum Patrum testimonia proferam: vnum erit Vincentij Lyrinensis alterum Beati Hieronymi. ergo Vincentius Lyrinensis, in aureo illo libello aduersus profanas hęresum nouationes scripto, de hac re ita ait: Quondam igitur venerabilis memoriæ Agrippinus Carthaginensis Episcopus, primus omnium mortalium contra diuinum canonem, contra vniuersalis Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium consacerdotum, contra morem ac institutа maiorum rebaptizandum esse censebat. Quæ præsumptio tantum mali inuexit, vt non solum hereticis omnibus formam sacrilegij, sed etiam quibusdam catholicis occasionem præbuerit erroris. Cum ergo vndique ad nouitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquauersum sacerdotes pro suo quisque studio reniterentur: tunc beatæ memoriæ Papa Stephanus, Apostolicæ sedis Antistes, cum ceteris quidem collegis suis, sed tamen præ ceteris restitit: dignum, vt opinor, existimans, si reliquos omnes tantum fidei deuotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Denique in epistola, quę tunc ad Africam missa est, idem his verbis sanxit: Nihil nouandum, nisi quod traditum est. Intelligebat etenim vir sanctus & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, nisi vt omnia, qua fide à Patribus susceptа forent, eadem fide filijs consignarentur: nosque religionem, non qua vellemus ducere, sed potius qua illa duceret, sequi oportere: idque esse proprium Christianę modestię & grauitatis, non sua posteris tradere, sed à Maioribus accepta seruare. Quis ergo tunc uniuersi negotii exitus? quis vtique nisi usitatus & solitus? rerenta est scilicet Antiquitas & explosa Nouitas. *& paucis interiectis:* Postremo ipsius Africani concilij, siue decreti, quę uires? donante Deo, nullę: sed vniuersa tamquam somnia, tamquam fabulę, tamquam superflua abolita, antiquata, calcata sunt. *hactenus ille. Quibus adiungit multa alia in eandem sententiam, et præcipue de retractatione Cypriani, quæ breuitatis gratia missa facio.*

2. Hieron. mus.

Iam Beatus Hieronymus extremo fere Dialogo aduersus Luciferianos ita habet: Conatus est & Beatus Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena: & idcirco hæreticorum baptismа reprobans, ad Stephanum tunc Romę urbis

vrbis Episcopum, qui à Beato Petro vicesimus sextus fuit, super hac re Africanam synodum direxit, sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo statuerunt, ad antiquam consuetudinem reuoluti, nouum emisere decretum. Quid facimus? ita & nobis Maiores nostri, & illi sui tradidere Maiores. *hactenus D. Hieronymus. Ex quibus clare constat, non Stephanum Papam à Cypriano vt hic asserit Benedictus, sed Cyprianum ab Stephano fuisse reprobatum, atque correctum. quod ipsum docuit etiam Eusebius, lib. 7. historiæ ecclesiasticę, cap. 3. & 4.*

Intellectus concilij Nicæni statuentis, reuertentes ab hæreticis rebaptizandos.

Ex his ergo constat errasse concilium Carthaginense prouinciale sub Cypriano celebratum, cum decreuit eos, qui apud hæreticos baptizati sunt, cum conuersi ad Ecclesiam venerint, baptizandos esse omnino: neque id concilium recepit tunc, neque vnquam aliàs approbauit sancta catholica & Apostolica Romana Ecclesia aliarum omnium magistra.

f ¶ Concilium autem Nicænum vtramque opinionem sancti Cypriani & Stephani Pepę correxit.] *Hic est alius insignis etiam lapsus, qui animaduersione prorsus indiget. In concilio Nicæno primo c. 19. cautum est his verbis:* Si qui confugerint ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cathaphrygis, statutum est rebaptizari eos debere. *hæc ibi. Propterea vero ita sanciuit; quoniam Pauliani hęretici à Paulo Samosateno exorti, non baptizabant in forma Ecclesię consueta: et ideo oportebat eos, qui reuertebantur ad fidem, baptizare. non ergo correxit concilium Stephani Papę decretum. sed per omnia cum ipso consensit.*

Quòd vero Paulianistę seu Cataphrygę non baptizarent in forma Ecclesię consueta, luculenter docet beatus Gregorius, lib. 9. Epistolarum, epistola 61. incipiente: Quia charitati. *in hęc verba:* Hi vero hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiani & Cataphrygæ; quia & illi Christum Dominum non credunt, & isti sanctum Spiritum peruerso sensu esse quendam prauum Montanum credunt, quorum similes multi sunt, & alij, cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur: quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sanctæ Trinitatis nomine minime perceperũt. nec potest hoc ipsum baptisma dici iteratum, quod sicut dictum est, in Trinitatis nomine non erat datum. *hactenus Beatus Gregorius. & refertur in cap. Hi vero. de consecrat. distin. 4. & apud Iuonem par. 1. cap. 153.*

g ¶ Item per multos Romanos Pontifices determinatum fuit, quòd matrimonium, &c.] *Hic ponit Benedictus tria exempla, quibus conatur ostendere posse à posterioribus reuocari, quę à præcedentibus Romanis Pontificibus statuta fuissent, quod in his, quę ad mores pertinent, ac regimen populi Christiani verissime dicitur, nullamque habet difficultatem: nec enim debet reprehensibile iudicari, vt dicitur in cap. non debet. de consanguinit. & affinit. si secundum varietatem temporum statuta varientur humana. Et in sacra Tridentina synodo, sessione 21. cap. 2. declaratur, hanc potestatem in Ecclesia perpetuo fuisse, vt in sacramentorũ dispensatione, salua illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quę suscipientium vtilitati, seu sacramentorum veneration pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. & ita aliquando gradus affinitatis & cõsanguinitatis impedientes & dirimentes contractum matrimonij lãgius protendebantur: & nouissime sancta Tridentina synodus, sessio. 25. multa circa matrimonium & eius impedimenta constituit, diuersa ab his, quę in sacris canonibus erant prius sancita.*

In priuatis etiam negotijs & causis particularium personarum, & in his quę sunt facti, nedum Romanos Pontifices citra fidei iacturam posse diuersa statuere fatemur, sed interdum etiam falli, & posteriores acutius perspexisse, & rectius determinasse quàm priores: in his enim locum habet illud Diui Augustini lib. 2. de baptismo contra Donatistas, cap. 3. vbi cum docuisset sacrã scripturã indubitabilis esse certitudinis, de concilijs tum prouincialibus tum generalibus subdit, dicens: Et ipsa concilia, quæ per singulas regiones vel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum auctoritati, quæ fiunt ex vniuerso orbe Christiano, sine vllis ambagibus cedere, ipsaque plenaria sępe priora posterioribus emendari, cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine vllo typo sacrilegę superbiæ, sine vlla inflata ceruice arrogantię, sine vlla contentione liuidæ inuidię, cum sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana. *hæc ille. Eodem spectat insignis illa sententia Nicolai Papæ I. in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est:* Proposueramus. *non procul à fine in hęc verba:* Ergo de iudicio Romani pręsulis non retractando, quia nec mos exigit, quod diximus comprobato. Non negamus eiusdem sedis sententiam posse in melius commutari: cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu grauium necessitatum: dispensatorie quiddam ordinare decreuit. *hęc ibi.*

In definitionibus credendorum, certum est Apostolicę sedis iudicium.

Ceterum in definitione fidei & credendorum, ex directione & assistentia Spiritus sancti, firmum & incorruptum est Apostolicæ Sedis iudicium: neque à posterioribus Romanis Pontificibus mutata vnquam fuerunt vel mutari possunt quæ semel de fide iudicialiter sancita fuerunt tanquam credenda ab omnibus Christi fidelibus. Quæ vero à Benedicto hoc loco recensentur exempla ex allegatis canonibus cõtra hęc nihil faciunt, & ad ea cumulate respondent Caietanus in Apologia de auctoritate Papę & concilij, par. 2. cap. 13. Melchior Canus lib. 6. c. 8. de locis theologicis, & alij, quos breuitatis causa omittimus, & ad eos lectorem remittimus.

h ¶ Respondet quòd non, quia dum voluntas non sit in crimine, &c.] *Tametsi negare potuisset Benedictus haberi aliquid hereticum in decretali, Exijt. Nicolai IIII. (iam enim ostensum est ex verbis illius, Nicolaum concedere quòd Christus loculos habuerit) vel quòd in ea vllus error contineatur vt de fide propositus: attamen merito negat, quod ex illo assumpto deducitur, nempe quòd inde*

conse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequeretur Nicolaum fuisse hæreticum, cum ex defectu humanæ intelligentiæ labi potuerit, quomodo autem error & ignorantia excuset ab hæresi, copiosè diximus super q.7. par.1.

i ¶ Respondet, quòd non est imputandus error, &c. frequenter enim contingit, quòd multa prius determinata per Concilia, vel per Papam sunt postea reuocata.] *Hæc sententia vera est, dummodo rectè intelligatur: quod vt fiat, obseruanda est diligenter distinctio sana & catholica quã affert de hac re edisserens Beatus Thomas quodlibeto 9. art.16, quem sequitur S. Antoninus par. 3. tit.12. cap.8.§.2. videlicet, ex illis quę à Pontifice Romano definiuntur, quędam spectare ad priuatas personas & particularia negotia: alia vero ad fidẽ & vniuersales Ecclesię mores in necessarijs ad salutem: & in his postremis nullo modo Papa, aut concilium auctoritate Papę confirmatum errare potest: quoniam Spiritus veritatis in his definiẽdis semper assistens promissus est, vt omnes catholici vno ore testãtur, traditque præ ceteris Melchior Canus lib. 5.cap.5. de locis theologicis, vers. alter vero scrupulus. & Blasius Nauarrus lib.2. cap. 9. de sacro Ecclesię principatu: neque de his intelligit Benedictus in hac sua responsione, cum dicit:* Frequenter enim contingit, &c. *Quod satis indicant illa eius verba initio solutionis posita:* Si aliquid diffiniat Papa, vel Ecclesia, seu concilium generale, non pertinens ad fidem & mores. *In his enim, quæ ad fidem & vniuersales mores spectant, iudicialiter definiendis, Papam, vel Ecclesiam errare posse falsum est. & de stabilitate & firmitate horũ iudiciorum notatu dignissimũ extat Gelasij dictum ad Episcopos Dardaniæ, quod paulo inferius adduximus hac ipsa quęstione in responsione ad 12.oppositionẽ. id enim ostendit quàm firma sint de his Ecclesię iudicia: quod etiam probat eleganter Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib.3. cap.58.*

In illis vero, quę priuatas personas & facta respiciunt, decipi Papa quandoque potest, præsertim cum in his humano testimonio vtatur, quod sæpe falsum est & incertum. ita & vere docuit etiã Blasius Nauarrus præceptor noster eruditus, lib.2. cap.10. de sacro Ecclesię principatu, & tradidit Turrecremata in summa de Ecclesia, lib.2. cap.112. circa finem, vers. tum etiam: id quod expresse mihi sensisse videtur Innocentius Papa in cap. à nobis. el. 2. de sent.excom. ibi: Iudiciũ Dei veritati, quę non fallit nec fallitur semper innititur: iudicium autem Ecclesię nonnũquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli. *hęc ibi.*

Rursus illud addo, summos Pontifices nõ semper respondere definiendo, sed cõsultos interdum veluti priuatos & particulares Doctores sentire.

Postremo adiungo, non protinus esse fidei dogma censendum quidquid in voluminibus iuris canonici continetur, vt optime docet Melchior Canus, lib.5. cap.penult. de locis theologicis. & lib.6.cap.8. vnde sæpe in his contingit statuta per vnum, per alios aut immutata aut reuocata absque vllo fidei præiudicio reperiri: quoniam hęc directe ad fidem non spectãt, neque ad vniuersales Ecclesię mores.

Breuius respondere potuisset Benedictus, audaciter asserendo, ineptissime & vanissime inferri quòd Romana Ecclesia in fide errauerit tẽpore Nicolai Papæ, cum in constitutione, Exiit. nihil de fide statuatur.

k ¶ Septimo dicunt, &c. qui inquam vsus non iuris, &c.] *Hic locus in omnibus codicibus erat deprauatus. eum nos re ipsa considerata, ex natura dubitationis, quæ tractatur, correximus vt esi impressus. tum etiam ex contextu in dicto cap. Exijt. vers. nec per hoc. de verbo.signif.lib.6.*

l ¶ Octauo dicunt, &c. Respondet quòd hæc secerunt alij summi Pontifices de rebus, quę non consumuntur vsu, &c.] *Melius poterat respondere dicendo, quòd Ioannes XXII. in extrauag. Ad cõditorẽ canonum. de verb.signif. §. quod autem. apertissime declarat, non fuisse intẽtionem Nicolai in rebus vsu consumptibilibus reseruare dominium Romanę Ecclesię: ipsis autem fratribus concedere simplicem vsum facti, sciunctum ab omni iure vtendi, quia is fuisset illicitus, ac verba quidem Ioãnis huic Benedicti solutioni repugnare vidẽtur præcitato loco, & nostram confirmare. habent enim ita:* Quod autem dominium Romanæ Ecclesiæ reseruatum simplex censeri debeat, ex hoc patet, quòd ex illo nullum eidẽ Ecclesiæ temporale obuenit hactenus commodum, nec speratur, quòd obuenire debeat in futurum: cum nec intentio reseruãtis, nec fratrum ipsorum fuerit, quòd ad quemcunque alium quàm ad Fratres, dictarum rerum perueniret compendiũ: quod proculdubio modus vtendi Fratrum ipsorum, & Romanæ Ecclesię subsecuta patientia euidenter declarauit. Et q talis intentio fuerit ordinantis: & ex hoc patet, quòd illarum rerum sibi & Ecclesiæ Romanę dominium dumtaxat retinuit, quarum vsum facti, liceret habere ordini, vel fratribus antedictis, &c. *Ex quibus sane videtur hoc loco male dicere Benedictus, quòd Nicolaus id fecerit de omnibus rebus.*

m ¶ Nono dicunt, &c. Respondet, quòd illud quod hic dicunt, &c.] *Ego declaratum potius dixerim per Ioan. XXII. in dicta Extrauag. Ad cõditorem canonum. §. quod autem dominium. vers. talis autem dominij carentia. vbi optima glossa in verbo non efficit.*

n ¶ Decimo dicunt, &c. Respondet, quòd illud non est verum, nisi determinatio Ecclesiæ contineatũr in scriptura diuina, &c.] *Breuius & verius responderi poterat, nihil quod vt de fide fuerit à Nicolao definitum, immutatum vel emendatũ fuisse à domino Ioanne: sed in multis expositam ac declaratam fuisse mentem Nicolai per Ioãnem Papam XXII. vt series & verba rescriptorum apertissime testantur.*

Atque hoc etiam ipsum dicere possumus ad soluendam obiectionem 11. & 12. vt & verbositatem ac incertitudinem, & falsitatis etiam ambages rectius subterfugiamus.

o ¶ Et Gelasius Papa in epistola ad Episcopos Dardanię.] *Est autẽ singularis huius epistolæ doctrina, qua ostenditur, Acacium à Sede Apostolica competenter fuisse damnatum. incipit ea epistola:* Valde mirati sumus. *Scripsit eam Gelasius circa annum Domini CCCCXCIII. is locum cuius hic meminit Benedictus, ita habet:* Quapropter stultitiam respuentes inanium querelarum, perquirere vos oportet ab ipsis beatis Apostolis, & considerare prudenter: quoniam Patres nostri, catholici videlicet doctique Pontifices, in vnaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica atque Apostolica secundum scripturarum tramitem, prædicationemque maiorum facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum voluerint deinceps firmumque constare: nec in cadẽ hac causa denuo, quæ prefixa fuerant, retractari qualibet recenti præsumptione permiserint: sapientissime peruidentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum, ac semper iisdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur.

p ¶ Tertio decimo, &c.] *In solutione huius obiectionis facile concedit Benedictus errasse Nicolaum, quod minime erat concedendum. ideo retineamus superiorem Turrecrematæ solutionem: & quæ sæpius dicta sunt à nobis. Eadem ratione satisfacies decimę quartę obiectioni, & decimę quintæ: nusquam enim erratum est exponendo mentem Domini Nicolai, prout intelligendam esse Dominus Ioannes docuit.*

q ¶ Sexto decimo dicunt, quòd secundum hoc errauit Ecclesia, aliquos canonizando pro Sanctis.] *Ideo fieri potest, vt non errauerint, qui definitionem Nicolai sequebantur, quoniam forsan optime eam intelligebant iuxta adductam à nobis pertactis distinctionem.*

Ad hæc, si in re difficili allucinati fuissent, non propterea hæretici erant, nec potuit Ecclesia errare referendo eos in numerum Sanctorum. hoc enim impium est asserere: scire enim quos debeamus religione colere, multum refert ad communes Ecclesię mores, vt optime docet Melchior Canus lib. 5. c.5. de locis theologicis, vers. in moribus non toti Ecclesiæ communibus. & Blasius Nauarrus, lib.2.c.10. de sacro Ecclesiæ principatu, circa finem. Antoninus 3. par. tit.12.c.8.§.2. Caietanus in opusculo de indulgentijs ad Iulium, c.8. Beatus Thomas quodlibeto 9. arti. vlti. Tabiensis in sum. uerbo, canonizatio. nu. 4. & Sylueſter nu.2. Couarruuias, lib.1. variar. resolut. c.10. nu.13. & Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiast. q.14. art.4.

Qui autem diceret, posse Papam errare in canonizatione Sanctorum, saltem velut temerarius puniri posset per iudices ecclesiasticos, ita Melchior Canus præcitato loco.

Canonizatio vero Sanctorum per traditionem habetur in Ecclesia Dei, vt collegi ex synodo Nicæna secunda, actione 3. §. his itaque sex synodis. aduersus impium Molinæum in additione ad Decium super Rub. de constit. in secunda lectura, verbo, sanctorum. & tradit Melchior Canus lib. 3. c. 3. de locis theologicis.

Eorum quę à Papa determinatur duo sunt genera, & quæ ea sint.

Certissima sedis Apostolicę iudicia.

In canonizatione Sanctorum non potest Ecclesia errare.

QVAESTIO XVIII.

De erroribus Græcorum.

SVMMARIVM.

1 *Hereses duę recentiorum Græcorum.*
2 *Dicta Sanctorum reuerenter sunt exponenda.*
3 *Dicta S. Athanasii male sonantia exposita à S. Thoma.*
4 *Articuli in S. Cyrillo obscuriores, &c.*
5 *Gregorij Nazanzeni & Basilij loca aliquot pie accipienda.*

De scismaticis. fol 36

DEcima octaua quęstio est: Hereses & errores Græcorum, quę vsque hodie perseuerant: qui sunt?

Ad hanc respondemus, quòd sunt isti.

1 Primus, quòd Spiritus sanctus non procedit à Patre, & Filio, sed à solo Patre.

Secundus, q corpus Christi non potest conficiin azymo, sed tantummodo in fermentato. Et in istis duobus erroribus non assenserunt sancti doctores Græcorum Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nazanzenus, Basilius, Chrysostomus; nec Græcorum sancti Patres alij.

2 Est tamen verum, q nonnulli sancti Doctores Græcorum posuerunt quamplures articulos non admittendos, loquentes incaute, & † erronee: Qui articuli licet vt stant, sint falsi, & quamplures erronei; tamen possunt exponi, vt facit sanctus Thomas, respondendo ad dictos articulos de mãdato domini Vrbani IIII. in libro †, qui intitulatur: Contra errores Græcorum: vbi dicit, q propter dictorũ Doctorum dignitatem, non sunt cõdemnandi, sed reuerenter exponendi. Et licet sint plures, tamen principales, & peius sonantes sunt hi, qui sequuntur.

† al. & erroribus nondũ exortis

† Est opus. 1. tomo. 17.

D 3 Primus: quòd in diuinis, essentia est genita in filio.

Secundus: quòd in diuinis essentia est spirata in Spiritu sancto.

Tertius: quòd Spiritus sanctus non misit Filium.

Quartus: q a Filius Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia.

Quintus: quòd homo fuit assumptus à Filio Dei.

Sextus: quòd creatura creatori non cooperatur.

Prędictos articulos ponit Athanasius, in tertio
E sermone gestorum Nicæni concilij.

Septimus: q Spiritus sanctus est imago Filij.

Octauus est: q Filius est in Patre, tanquam in propria sua imagine.

Nonus: quòd diuina essentia increata, est concepta & nata de Maria.

Decimus: quòd diuina essentia, seu diuinitas, facta est homo.

Vndecimus: q Deus fecit hominem Deum.

Duodecimus: quòd à Christo fuit amota imago primi parentis.

Tertius

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertius decimus: ꝙ qui semel blasphemauit, impossibile est non blasphemare.

Quartus decimus: quòd fides non est nobis ministrata per Angelos.

Hos articulos ponit Athanasius in epistola, ad Serapionem.

4 Quintus decimus: ꝙ Iesus Christus dicitur filius paternę essentiæ.

Sextus decimus: ꝙ quę sũt naturaliter propria Dei patris, sunt propria Dei filij.

Decimus septimus: quod nomine Christi intelligitur Spiritus sanctus.

Decimus octauus: quòd docente Paulo, Seraphim addiscunt.

Decimus nonus: ꝙ quando Moyses dixit de hominis formatione, quòd Deus inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, quòd istud spiramen seu spiraculũ, non fuit anima rationalis; quia tunc fuisset anima de Dei essentia: sed intelligitur, quòd fuit Spiritus sanctus homini inspiratus.

Hos articulos posuit Cyrillus in li. thesaurorũ.

5 Vigesimus: quòd Spiritus sanctus est in medio Patris & Filij.

Hunc articulum ponit Gregorius Nazãzenus, in sermone de Epiphania.

Vigesimus primus: quòd Spiritus sanctus est verbum Filij.

Hunc articulum ponit Basilius in sermone de Spiritu sancto.

Vigesimus secundus: ꝙ Spiritus sanctus per Filium operatur.

Vigesimus tertius: ꝙ in Angelis, quo ad naturã non dicimus secundum, nec tertium.

Hos articulos ponit Basilius cõtra Eunomiũ.

COMMENT. XLIII.

Græcorum arrogãtia & in ecclesiam latinam inuidia.

Græci tametsi initio nascentis Ecclesię catholicam fuerint amplexi fidem, & viros quamplures sanctitate & doctrina clarissimos habuerint: tamen labentibus sæculis ita eorum arrogantia creuit, vt Ecclesiæ Latinæ inuidentes, summo Romano Pontifici obedire recusarint, & schismate facto ab Ecclesia Latina defciuerint, multasque in eam iniurias intulerint, quas recenset Leo Papa nonus epistola quadam contra inauditas præsumptiones Michaelis & Acridani episcoporum, cap. 29. & eiusdem epistolę, cap. 8. dicit, Græcos diuersis temporibus, diuerso errore, ad corrumpendam catholicæ matris Ecclesiæ virginitatem nonaginta & eo amplius hæreses peperisse.

Ecclesiæ Romanę in Græcos singularis benignitas.

Hos sępe Ecclesia Romana conata est in viam veritatis reuocare, vt abunde legitur in concilio Florentino sub Eugenio IIII. sessio. 3. Eisdem reducẽdis ad Ecclesię vnitatem incubuerunt diuersi Romani Pontifices Innocentius III. Gregorius X. & Eugenius IIII. Hi tempore Eugenij IIII. circa annos Domini MCCCCXXXII. in concilio Florentino Ecclesię Latinæ vniuntur, vt sessione vltima eius concilij scriptum est: idque post Eymerici & Beati Thomę tempora. ceterum ea vnio diu non duranit.

Quanta vero animi acerbitate essent Græci contra Latinos tametsi ex multis perspicere licet, maxime tamen constat ex concilio Lateranen. sub Innocentio III. cap. 4. nam si quandoque sacerdotes Latini super eorum altaria celebrassent, non prius ipsi sacrificare volebant in ipsis, quàm ea tanquam per hoc inquinata lauissent. Quin & baptizatos à Latinis ipsi ausu temerario rebaptizare præsumebant. quod refertur in cap. licet Græcos. extra de baptis. & eius effectu.

Iam quantum attinet ad errores Græcorum, quos hic commemorat Eymericus, eos copiose refert & in sensu catholico explicat Beatus Thomas opusculo quodam contra errores Græcorum inscripto, quod est primum tomi 17. inter opera sancti Thomæ, cuius hic quoque mentionem facit auctor. ac multi quidem ex his declarati, sicut docet sanctus Thomas, errores non sunt.

Ceterum ijdem Græci, præsertim nostris seculis proximiores, multos alios grauissimos errores pepererunt, quos bene interpretari non licet: cum & purgatorium negent, & secundas nuptias damnent, & simplicem fornicationem dicant non esse peccatum, & alios multos impie profiteantur, quos refert & cõfutat Guido Carmelita in summa de hęresibus, tit. de hęresibus Græcorum. commemorant etiam Græcorum errores Beatus Antoninus 3. par. histor. tit. 22. c. 11. §. 1. Arnaldus Albertinus in Rubrica de hæret. lib. 6. q. 12. circa finem. Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo: Græci. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, q. 25. art. 5. & 6. & Prateolus lib. 7. de vitis & sectis hæreticorum, c. 15.

Filium Dei assũpsisse humanã naturam bifariã potest intelligi.

a ¶ Quartus quòd filius Dei assumpsit humanam naturam in sua essentia.] Hic articulus dupli cem sensum habere potest. Vnus est, quòd Filius Dei assumpsit naturam humanam in sua essentia, id est, perfectam ex corpore & anima constantem; & hoc est verum, catholicum, ac secundum fidem tenendũ, iuxta illud Athanasii in regula suę confessionis: Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens. traduntque copiose Theologi scholastici, lib. 3. senten. dist. 2.

Alter sensus esse potest, quem hic crederem damnari. scilicet, Filius Dei assumpsit humanam naturã in sua essentia, quasi vnio naturæ humanæ & diuinæ facta sit in essentia ad tertiam quandam naturam constituendam, quod est falsum, vt scribunt Theologi, lib. 3. senten. dist. 5. natura enim humana personę Filij Dei vnita fuit primo & per se, non naturæ & essentiæ diuinę, inde natura diuina humanæ naturę in Filio vnita fuit, vt vere & subtiliter explicat Magister præcitato loco. §. nos autem.

QVAESTIO XIX.

De erroribus Tartarorum.

SVMMARIVM.

1 Tartari multifariam distincti.
2 Ex eis quidam patrię adeundę desiderio se ipsos necant.
3 Alij litteras etiam, quas defuncti perferant, ad amicis accipiunt.

Decima

Decima nona quęstio est: Hęreses & errores Tartarorum; qui sunt?

Ad hanc respondemus, quòd Tartari cum sint plurimi, in suis erroribus sunt distincti.

1 Quidam namque sunt, qui ex toto sequuntur errores Sarracenorum, & sunt vere Sarraceni: quidam autem qui non. Et isti etiam non sunt in erroribus vniformes: nam eorum quidam adorant lunam in speciali: quidam autem eorum adorant in generali illud animal, quod eis prius mane occurrit, siue sit canis, siue asinus, siue homo, seu aliud qualecũque: Et cum qualibet die de maneidem animal non occurrat, nec omnibus etiam eadem die idem animal occurrat, sed vnũ animal vni homini, & aliud alteri: ideo differenter sibi Deum constituunt & adorant.

Al. Propriã

2 Quidam eorum, cum sunt extra terram suam captiui, & desiderant redire ad terram suam †, suspendunt se, seu precipitant se, vel aliter interimũt se credentes se redire ad partes suas, & ad patriam naturalem per modum prędictum.

3 Quidam vero, qui magis reputantur perfecti, congregatis parentibus & amicis, seu magis coniunctis, & receptis diuersis litteris à diuersis, quæ diriguntur amicis & coniunctis eorum defunctis publice cum illis litteris lętanter & gaudiose faciunt se comburi, credẽtes per talem combustionem, & genus mortis ire ad paradisum, & ad consortium beatorum.

Isti Tartari vt plurimum sunt homines bestiales: nec vetus testamentum, nec nouum admittentes, nec alijs scientijs intendentes, sed brutaliter conuiuentes.

COMMENT. XLIIII.

Qui Tartari & quales eorum errores & mores.

Tartarorum errores, & sequentium in proximis quæstionibus, qui fidem Christianam non sunt professi, eo consilio enumerat Eymericus, quo diximus supra super q. 4. huius partis.

a ¶ Ad hanc respondemus, quòd Tartari cum sint plurimi, &c.] Nouitia videtur Tartarorum vox, & paucis ab hinc sęculis nata; nemo enim veterum hac vsus legitur appellatione. Sũt autem Tartari populi partis Sarmatiæ Europeæ. Stephanus populos Scythiæ iuxta Danubium, in Mœoticã paludẽ vergentes asserit. Hos Græci Sauromatas, Romani Sarmatas, appellabant.

Horum variæ sunt appellationes ex diuersis ritibus sumptæ: nam quidam Geloni, alij Getæ, alij Antropophagi, alij aliis nominibus vocantur: quod indicat hic erudite Eymericus iuxta historiæ veritatem. de quibus videto Plinium lib. 4. c. 12. Strabonem lib. 11. & Pomponium Melam libro 2. de situ orbis, c. 1. & cum duę sint Sarmatiæ teste Ptolemęo lib. 3. vna in Europa, altera in Asia, in Europea Olbia est, quam nunc Russiam multi & Tartariam esse credunt.

Apud hos ergo Tartaros reliquiæ multæ Scythicorum morum adhuc inueniuntur, quorum multos hic enumerat Eymericus, quibus (vt hic locus fiat illustrior) non pigebit in gratiam lectorum alios adiungere ritus, quos partim ex antiquioribus, partim ex recentioribus scriptoribus breuissime collegimus.

Vagantur ergo Tartari nullas certas habentes sedes: victum habent immundissimum: nam non operiunt mensas mantilibus, nec manutergijs vtuntur, cum manus non lauent, nec corpora, nec vestimenta. Quidam eorum panem non edunt, neque olera, neque legumina, sed animalium omnium carnibus vescuntur, canum etiam & cattorum & murium grandiusculorum. Captorum inimicorum corpora ad crudelitatem suam ostentandam, et vindicandi desiderium ad ignem quandoque assant. Tam viri quàm femine vno fere vestitu induuntur. Scelus magnum habetur apud eos, si cibi aliquid aut potus perire permittatur. in hostem quem vicerunt, sunt crudelissimi, cuius e cadauere fluentem sanguinem sępe sugunt & ingurgitant. Potentiores seruum vnum in vita eligunt, atque eauterio suo inustum secum tumulari faciunt, vt eo in alio mundo velut famulo vtantur, qualis Deus sit optimus ignorant, atque ita sępe quisque suo arbitratu Deum conflituit.

Alios innumerabiles habent ritus fœdissimos & valde obscœnos, quos hic veluti parerga libenter resecamus: nam & in bello, & in pace, & in coniugijs & ceteris actionibus ineundis, mira prorsus & nefanda quędam obseruant, quæ longum esset recensere, nec sunt huius instituti.

De moribus vero ac ritibus Tartarorum copiosissime scribit Sanctus Antoninus in 3. parte historiali tit. 19. cap. 8. §. 1. & multis sequentibus, & §. 21. eiusdem capitis 8. ait regem Tartarorũ circa annos Dom. MCCXLV. cum multis proceribus regni sui, ac magna populi parte conuersum fuisse ad fidem Domini nostri Iesu Christi.

Certe hoc nobis exploratum est, Innocentium Papam IIII. anno Domini MCCLIIII. multa priuilegia concessisse Fratribus ordinis Prędicatorum, qui ad prædicandum Euãgelium missi fuerant ad terras Sarracenorum, Tartarorum, & aliorum infidelium, ut constat ex eius rescripti incipiente: Cũ hora iam vndecima. quod habetur in libro priuilegiorum ordinis Prædicatorum, folio 30. Eadem autem priuilegia cõcessit Alexãder IIII. anno Dñi MCCLVIII. Fratribus ordinis Minorum in eisdem terris prędicantibus, sicut apparet ex rescripto Alexãdri IIII. eiusdem initij & tenoris, quod est impressum in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis.

QVAESTIO. XX.

De Turcorum erroribus.

Vigesima quæstio est: Hæreses & errores Turcorum, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quòd Turci communiter sunt Sarraceni, & eorum erroribus inuoluuntur; aliam † in speciali nullam sectam habent, nec errorem specialem; sed varij varijs erroribus in suis mentibus captiuantur.

† al. aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENT. XLV.

Qui Turci & quales mores eorum.

MIrandum non est, eo quod Eymericus hic Turcos vocauerit, non Turcas nam Eustathius Turcos etiam appellat his verbis: Post Scythas, qui mari Cronio vicini Caspium accolunt, Vnni sunt, quos Simocatus historiarū conditor à Persis vocari Turcos existimat, ad oriētem vernum spectantes. *hæc ille. Tradit Cælius lib.12. c.6. lectio. antiquarum.*

Turcarum autem siue Turcorum non est nomen nouum, vt quidam opinātur, cum Pomponius Mela longe supra mille annos Turcarum meminerit lib.1. de situ orbis, c.21. non procul à fine ibi: Turcęq; vastas siluas occupant, aluntur q; venando.

Num autem Turcæ, quos Christiani hodie crudeles patimur hostes, descenderint ab illis Turcis, quorum Mela præcitato loco meminit, quantumuis inter nomina conueniat, dubitant nonnulli, & originem recensent, quę nos libenter breuitatis gratia missa facimus.

Si quis autem hęc intelligere cupit, eos legat, qui de Turcorum rebus scripserunt, & breuiter sanctū Antoninum parte 2. histor. tit.16. cap.4. §.5. hoc est exploratum parum hodie, aut nihil differre Turcos & Sarracenos.

Hi olim more patrio, vt Arabes intonsi & impexi incedebant, vt ait Cælius lib.5. c.8. Vnde huic genti mos fuerit gestandi fascias. tradit idem Cælius lib.24. c.6. sed de his plura Benedictus Rhambertus in itinerario ad Constantinopolim, & Egnatius de Romanis principibus, & Paulus Iouius.

Et de superstitione Turcarum, eorūque sacerdotum videto tractatum de moribus & consuetudinibus Turcarum nuper editum per quendam Bartholomæum Peregrinum, & copiose etiam in c. cædit. in clement. de Iudęis, & Sarracenis. vbi glossa in verbo, Zabazala. quę hanc quæstionem & sequentem illustrat.

Denique quanta sit horum barbarorum in Christianos scuitia, docet eleganter Simon Begnius oratione quadam habita in concilio Lateranensi sub Iulio Secundo Pont. Max.

QVAESTIO XXI.

De erroribus Sarracenorum.

SVMMARIVM.

1 *Sarraceni vnde sic appellati sint.*
2 *Sarracenorum errores.*
3 *Mahometes à suis propheta habitus.*

VIgesimaprima quæstio est: Hæreses & errores Sarracenorum; qui sunt?

1 Ad hanc [a] respōdemus, quòd Sarraceni à Sarra, & Agareni ab Agar, secundum veritatem prius dicti sunt; qui idem sunt in re, sed distincti in nomine, à Mahometo [b] errores suos nefandissimos pertraxerunt.

2 Isti [c] nec vetus totum testamentum, nec nouum recipiunt: Baptismum renuunt: circumcisionem admittunt: Beatam Mariam Matrē Christi Virginem concepisse, & absque viri † semine, ac sanctam & perfectam esse dominam asserunt: Christum eius filium non Deum, sed purum hominem, licet iustum & sanctum esse † dicunt: ipsum mortuum fuisse, & consequenter resurrexisse, non credunt: Sacramenta ecclesiastica, nisi matrimonium, non admittunt: Articulos fidei, nisi mundi creationem, respuunt.

†Al. vitili.

†al. etiam.

Mahometum perfidum, fuisse sanctum Dei prophetam prædicant, & attollunt. Per lotionem manuum, pedum, & partium exteriorum corporis, etiam pudendorum, credunt mundari à peccatorum maculis, atque mentis inquinamentis. Et nonnulli eorum minus ratione vigentes, credunt paradisum in alia vita consistere in esu mellis, & potu lactis fluuij currentis, atque frequenti concubitu virginum puellarum.

COMMENT. XLVI.

Qui Sarraceni, & vnde dicti.

a AD hanc respondemus, quòd Sarraceni à Sarra, & Agareni ab Agar.] *Et Agareni proculdubio sunt dicendi ab Agar ancilla Abrahæ. Ipsi tamen hanc appellationē velut humilem & indecoram respuunt, & Sarracenos se vocant ab Sara eiusdem Abrahæ vxore. horum progenitores per Apostolorum prędicationem fidem catholicam olim susceperunt, à qua tamen impie desciuerunt, vt statim subiungam. hodie fere vna voce Turcę appellātur, & nobiscum immania & iniusta bella gerunt.*

De his multa tractat ius canonicū tit. de Iudęis & Sarracenis, & leges septipartitæ Hispaniæ par. 7. tit.25. l.1.2. & multis seq. Agit etiam Iosephus lib.1. antiquitat. cap. 20. & diuus Hieronymus ad Dardanum. idem super Esaiam, cap. 21. super illud: Auferetur omnis gloria Cedar. *Socrates lib. 4. histo. eccle. cap. 29. Sozomenus lib.6. c.38. Theodoritus lib.4. cap.23. Beatus Thomas lib.1. contra gentiles, cap.6. Antoninus par.4. tit.11. cap.6. §.1. & alij ex antiquioribus. Ex recentioribus vero Couarruuias lib. 4. cap. 9. varia. resolut. Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum lib.2. verbo. Mahometus, Albertinus super rubrica de hæret. lib.6. quæst.2. num.52. & multis seq. & quæst. 3. & 4. Prateolus lib.1. cap. 17. de sectis hereticorum, auctor Repertorij inquisitorum in verbo, Sarracenus. Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 1. num.10. cum sequent. Simancas de instit. catho. tit. 39. de Mahometanis. Albertinus tract. de agnoscassertio. q.13. num.31. & amplius Eymericus hac eadem par. quæst. 45.*

Tametsi vero Eymericus duas quæstiones distinctas posuerit de Turcis & Sarracenis, tamen ijdem nunc quoad errores esse videntur & Sarracenorum seu Mahometanorum nomine accipimus Mauros, Turcas, & reliquos barbaros qui impium illum impostorem Mahometem colunt.

Mahometis origo & genus.

b ¶ A Mahometo errores suos nefandissimos pertraxerunt.] *Fuit Mahometes Arabs genere, vt tradunt fere omnes præcitati: quod etiam testatur Faccius vetustus ille poeta Florentinus lib. 5. cap. 10. dum ait:*

Di vil prosapia pouero & soletto,
Nacque costui nel Arabico seno,
Abdimonepoli fu il suo padre detto.

De quo etiam amplius Antonius Beuter Valentinus lib.1. Chronicorum Hispanię, c.29.

Hic Mahometes inter populares suos Arabes sub Heraclio Imperatore, circa annos Dñi DCXII. militauit, de cuius exortu & fraudibus Ioannes Zonaras tomo. 3. annalium in Heraclio ita scribit: In eodem triumphali ex Persia reditu Mahometus Sarracenorum princeps Imperatorem conuenit. Ei principatus non ex nobilitate generis contigerat: Nam cum pauper esset, locupleti cuidam viduæ mercede seruierat, quam prestigijs quibusdam in amorem sui pellectam, vxorem duxerat. Sed quia comitiali morbo laborabat, & ex interuallis impetu illius mali prostratus, mente alienabatur: dominæ suę vxorique & mœrori & pudori fuit. Ceterum homo improbus Monachum se nequiorem nactus, ob peruersam religionem Byzantio exactum: illius instinctu, vxori ait Archangelum Gabrielem de cęlo ad se descendentem, diuina quædam arcanaque sibi reuelare: cuius conspectum, quia ferre non posset, se oborta ex metu vertigine humi procumbere. Ea verba testimonio dolosi Monachi confirmabantur, qui mulieri dicebat, omnino Gabrielem ad omnes Prophetas mitti solere. Ex eo mulier abolito dedecore, ac potius Prophetę coniugio glorians, fabulam istam inter ceteras mulieres spargit. Sic impurus ille apud suos populares, Prophetę nomen consecutus, & vxoris mortuæ hæreditate locupletatus, Ismaelitice gentis princeps, doctor & legislator est habitus, cum alios verbis seduxisset, alios Imperium detrectantes stricto gladio sibi cedere coegisset. Iam enim manum non contemnendam fecerat. Is igitur ex Aethribo progressus Imperatorem conuenit, & regionem ad habitandum petitam accepit. Cumque omnes populares suos ad hunc modum deceptos subegisset, Syriam direptionibus vexauit, & multas Romanorum prouincias euastauit. Ex eo tempore gens Ismaelitarum Romanorum terram incursare, & prædari nunquam destitit. *hactenus Zonaras. cui consentit Sanctus Antoninus par. 4. tit. xj. cap. 6. §. 1. & communiter omnes boni historici.*

Vnde nullo pacto verum est quòd scribit. glos. in clement. Cedit. de Iud. & Sara. in verbo: Machometum. *dicens ipsum nutritum fuisse à quodam clerico nobili Romano, qui cum tempore Bonifacij Papę Quarti quædam petita impetrare non potuisset, apostatauit à fide, & Mahometum conueniens, eum nutriuit. Rursus id etiam est fabulosum, quod quidam tradunt, videlicet Mahometum fuisse quendam Clericū Christianum de Bononia ciuitate Italię oriundum, qui postea à fide catholica apostatauerit.*

Tametsi autem perfidus hic Mahometus hereticus non fuerit, cum Christianam religionem nunquam susceperit, nec fuerit baptizatus, merito tamen ab aliquibus velut à Lutzemburgo & Prateolo inter hæreticos numeratur. nam omne heresum venenum quod diabolus in multos sparsim hereticos olim disseminauit, in hunc impurum & bestialem Mahometum simul comprehensum videtur euomuisse: cum omnium fere hęresiarcharum errores in suo Alcorano proponat suę sectę hominibus credendos, vt eleganter docet Frater Ricoldus ordinis Prædicatorum in libro, quem inscripsit, Confutatio legis Mahometicę.

Hic ergo Mahometes nouam sectam excogitat, in ea componenda, vt quidam tradunt, decem socios habuit, septem Arabes, Christianos tres, qui à fide recesserant, quorum princeps Sergius Monachus Arianus fuisse memoratur, qui librum legum nomine superbissimo Alcoranum appellatum, ideſt, lectionem inchoauit, & Ioannes Nestorianus, quibus superuenit Iudæus Thalmudista. Ac talia quidem fuerunt huius initia.

Qui confutarint Mahometis errores,

Mahometis errores multi confutarunt, Beatus Thomas opusculo quodam 3. incipien. Beatus Petrus Apostolus tom. 17. Ricoldus ordinis Prædicatorum. Bernardus Perez Valentinus libro quodam, cui titulum fecit Antialcoran. Pius Papa secundus epistola quadam ad Mahometem Turcarum principem. Bartholomęus Vngarus. Ioannes Turrecremata tractatu quodam inscripto. Contra principales errores perfidi Mahometi & Turcorum, qui manuscriptus seruatur Romæ in bibliotheca Vaticana. Armacanus lib.18. de erroribus Armenorum, Nicolaus Cussa, & Ludouicus Viues Valētinus lib.4. de veritate fidei Christianæ, & alij, qui & dogmata Sarracenorum referunt, & confutant. ea ideo recenset Eymericus, quoniam multarum hęresum & malorum causa fuerunt. de quo late Prateolus lib.11. c.3. de sectis hereticorum, & dixi copiose in libris de pœnis hæreticorum.

c ¶ Isti nec vetus totum testamentum, &c.] *In Barcinonensi impresso, & Sabellano, deerat illa dictio,* totum, *quam suppleuimus ex Bononiensi, & codice Cardinalis de Gambara. videbatur autem necessaria: quoniam Sarraceni multa recipiunt ex veteri testamento, vt mundi creationem, prophetas, & id genus pleraque alia.*

Sed de hac re vide distinctionem legis Hispanę septipartitæ, tit. 25. l. 1. par. 7. quam nunc gratia breuitatis non expendo.

QVAESTIO XXII.

De Iudęorum erroribus.

SVMMARIVM.

1 *Iudęi vnde dicti, & quos libros recipiant.*
2 *Quæ sit eorum de Christo sententia.*
3 *Iustitiam ex lege veteri se consequi credunt.*

VIgesimasecūda quęstio est: Errores & hæreses Iudæorum; quę sunt?

1 Ad hanc [a] respondemus, quòd Iudæi à Iuda filio Iacob sic dicti, quinque libros Moysi, & libros Regum, & Prophetarum de antiquo testamento recipiunt: Testamentum nouum respuunt: Baptismum non, sed circuncisionem admittunt: Sacramenta Ecclesiæ, nisi matrimonium, contemnunt: Articulos fidei, nisi creationis mundi, non credunt.

Universidad de Deusto Biblioteca

2 Dominum, nostrum Iesum Christum esse, & fuisse purum hominem, ac prophetam deceptorem, & detestabilem blasphemantes, mendaciter, fallaciter, ac damnabiliter proferunt. Christum seu Messiam in lege promissum, qui iam venit, non agnoscentes, venturum pronuntiant, desiderant, & affectant.

3 Per solam legem veterem se iustificari existimant, & saluari: cum tamen secundum veritatem irrefragabilem fidei orthodoxę, non sit aliud nomen sub cælo datum hominibus, nisi nomen Domini nostri Iesu Christi, in quo oporteat nos saluos fieri, teste Apostolo Petro.

COMMENT. XLVII.

Opportunius recenset Eymericus aliquot Iudæorum errores, quàm aliorum, de quibus egit hactenus: quoniam eorum infidelitas proximius accedit ad hęresim; cum Christianæ fidei in figura suscepte omnino renitantur, vt ait Beatus Thomas 2.2.q.10.art.6.

Num.1.

a ¶ Ad hanc respondemus, quòd Iudęi à Iuda, &c.] *Est autem Iudas Hebraice, Latine confessio; sed Iudęi nominis proprietatem per scelus, cum filium Dei non agnoscant, amiserunt, vt eleganter scribit Beatus Clemens lib.2.c.64. constitutionum Apostolicarum.*

Num.2.

b ¶ Dominum Nostrum Iesum Christum, prophetam deceptorem & detestabilem blasphemantes.] *Quantum sit Iudęorum odium in Christum, & impietas in Christianos, docent passim veterũ monumenta, ac in primis Nicephorus lib.4.c.6. historię ecclesiasticę & lib.14.c.16. & Beatus Clemens lib.2.c.64. constituit. Apostolicarum. & Zonaras tomo.3. annalium in Imperio Heraclij.*

Ab his multas hęreses profluxisse testatur Origenes homilia quadam in Matthęum, & Nicephorus lib.14.cap.14. historiæ ecclesiasticæ narrat eos Alexandria pulsos à Cyrillo, vt liberaret hæresibus ciuitatem, & ab Hispanijs patrum memoria, ob eandem causam à Ferdinando Quinto Rege Catholico eiectos scimus. De his in iure canonico titulus extat de Iudæis. vbi multas etiam eorum impietates in Christianos licet contemplari: plurima quoque de Iudæis & contra Iudæos statuuntur lib.12. legum Visigothorum (quas sanctus Isidorus recognouit) tit. 2. & 3. Item in legibus Hispanię septipartitis, par. 7. tit.24. per totum.

Qui confutarint Iudęorum errores.

Iudæorum errores multi recensent & confutant, ex antiquis frequenter Hieronymus, Augustinus, et reliqui Patres, cum se offert occasio in exponendis sacris litteris, quas ipsorum Rabini, ne de Christo, qui iã venit loqui videantur, contorquent & deprauant. & Isidorus Episcopus Hispalensis. Cyprianus duobus libris contra Iudęos. Tertullianus item in libro aduersus Iudæos. Athanasius in libro de Incarnatione verbi. Chrysostomus in orationibus aduersus Iudęos. Iustinus martyr Dialogo cum Triphone aduersus Iudæos. Paulus Burgensis in Scrutinio scripturarũ. Porchetus in libro inscripto, Victoria cõtra Iudęos. Rabbi Samuel de aduentu Messiæ. Iulianus Pomerius aduersus Iudæos. Petrus Bles Archidiaconus Bathoniensis contra Iudæos. Guido Carmelita in summa de hęresibus tit. de hæresibus Iudæorum. Arnaldus Albertinus super Rubrica de hæret. lib. 6.q.12. multos refert & refutat Iudęorum errores. item Iacobus de Valentia in quęstionibus contra Iudęos, & Nicolaus de Lyra in quodlibetis, quęstiones item edidit aduersus Iudæos. Petrus Brutus Episcopus Catharensis opere inscripto, Victoria contra Iudæos. & copiose Petrus Galatinus in opere erudito contra Iudæos. Ludouicus Viues lib.3. de veritate fidei Christianæ. Sixtus lib.2. tom.1. littera T. bibliothecę sanctæ, plurimos etiam refert Iudæorum errores ex libris Thalmud excerptos. Andreas Tiraquellus de iure primogenitorum, q.66. & copiose Finus Hadrianus in flagello cõtra Iudæos. Denique multas Iudæorum & Rabinorum fraudes ac imposturas nouissime detexit Leo Castrus in disputatione de translatione sacrę scripturę pręfixa ad Esaiæ commentarios, præsertim c. 17.19. 20.22. & aliquot sequentibus. item Prateolus lib.9. c.31. de sectis hæreticorum.

Summorum Pontificum benignitas erga Iudęos.

Insignem vero Iudæorũ perfidiam sæpe respicientes Romani Pontifices, multis modis conati sunt eos ad viam veritatis reducere, proposita illis Euangelij veritate, ac sublatis libris, quorũ lectione perfidiores fierent et deteriores, vt cõstat ex rescripto Innocẽtij IIII. incipiente, Impia Iudæorum. *& alio Nicolai incipiente:* Vineam Soreth. *Quę curauimus imprimenda in Bullario litterarum Apostolicarum.*

Et eadem sollicitudine Gregorius XIII. singulis hebdomadis Romę die sabbati fidei Christianę veritatem Iudęis hic commorantibus proponendam curauit, ne vllum salutis remediũ, & beneficij salutaris genus eis deesse videatur.

Iudęi autem delinquentes multis modis potestati Inquisitorum subijciuntur: quod quando contingat, dicam cum Eymerico infra hac 2.par. q.46. de quo etiam extat domini Gregorij Papę XIII. extrauagans, cuius initium est: Antiqua Iudęorum. *impressa in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis.*

Inter Iudæos olim variæ sectæ viguerunt.

Postremo cum de erroribus Iudæorum agitur, obseruandum hic est quod admonui supra in hac 2. parte super quæst.5. de erroribus ab ipso Christo damnatis, videlicet inter Iudęos varias olim viguisse sectas, ac peculiares quosdam errores vnamquamque tenuisse, sicut docet sanctus Epiphanius lib.1. tomo.1. contra hæreses, hęresi.14.15. & aliquot sequẽtibus, & Beatus Clemens Papa.I. lib.6. constitutionum Apostolicarum, cap.6. & Eusebius lib.4. cap.21. historię ecclesiasticę & Isidorus lib.8. Etymolg. cap.4. & Beatus Antoninus in summa, parte 4. tit. xj. cap.6. §.1.

QVAEST. XXIII.

De libris hęreticis, seu apocryphis, de quibus in Decretis.

Vigesimatertia quæstio est: Libri[a] hæreticales, erronei, seu apocryphi, de quibus agitur in Decretis per Ecclesiam condemnati; qui sunt?

† Cap. Sancta. 15. dist. §. In primis. iuxta emendationem factam Decreti Romæ editi anno 1582.

Ad hanc respõdemus, quòd tales libri enumerantur in Decretis †, vbi sic dicitur.

In primis[b] Ariminẽsem synodum, à Constantio Cæsare, Constantini filio, congregatam, mediante Tauro præfecto, extunc & nunc, & vsque in ęternum confitemur esse damnatam. Item Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri octo †, apocryphum. Actus nomine Andreæ Apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomę Apostoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddęi, apocryphum. Euangelium nomine Thomę Apostoli, quo vtuntur Manichęi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabę, apocryphũ. Euangelium nomine Bartholomęi Apostoli, apocriphum. Euangelium nomine Andreę Apostoli, apocryphum. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quæ falsauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de Natiuitate Saluatoris, & de S. Maria, & d̃ obstetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur Fundamentum, apocryphus. Liber, q̃ appellatur Thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur De filiabus Adę vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo, Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur Actus Theclæ & Pauli Apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xysti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quę appellatur Pauli Apostoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Thomæ Apostoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur Transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur Pęnitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hęreticis cum dracone post diluuiũ pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur Testamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur Pęnitẽtia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur Pænitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur Pęnitentia Iamnis & Mambrę, apocryph⁹. Liber, q̃ appellatur Sortes Apostolorũ, apocryphus. Liber Lusanæ †, apocryphus. Liber canonum Apostolorũ, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & beati Ambrosij nomine pręsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani † siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha †. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuscula Casiani, presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiensis †, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij †, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarum regem, apocrypha. Passio Georgij apocrypha. Passio Cyrici & Iulittæ apocrypha. Scriptura, quæ appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Pilacteria omnia, quę non Angelorum, vt illi confingunt, sed dęmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. Hęc & omnia his similia, quę Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus, & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscęnissimis sequacibus, Apollinaris, Valẽtinus, siue Manichæus, Faustus †, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius †, Donatus, Eusthathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus †, & Latiensis, Cęlestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lãpedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus & alius Petrus, è quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiam maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, necnon & omnes hæreses †, quas ipsi eorumque discipuli siue schismatici, docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum etiam ab omni Romana & Apostolica Ecclesia eliminata, atq; cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

† decẽ. orig.
† al. Efiti⁹. al. Hesychius
† al. Lentius. al. Leutius
† vel, abest ab orig.
† al. Sixti
† id est Assumptio
† al. Iob. ori.
† qui appellatur Laus Apostolorum.
† apocrypha.
Opuscula Lactantii, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha. orig.
† Opuscula Cõmodiani, apocrypha.
† Opuscula Tatii Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobii, apocrypha. Opuscula Tyconii, apocrypha.
† al. Pitabionensis.
† al. Frumenti cęci
† Africanus Orig.
† al. Calistus
† Iulianus Celanensis, Cælestinus, & c. orig.
† Orig. Priscillianus ab Hispãia, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus, Vnicus Lampetius,
† hæretici, eorumque discipuli. orig.

COMMENT. XLVIII.

Quia non modo ex erroribus diuersarum gentium & sectarum hæreses oriuntur, quas præcauere, ac extirpare oportet, verum etiam ex libris hæreticis, & falsa dogmata continentibus; ideo Eymericus post diuersarum gentium errores, de libris hęreticis & apocryphis instituit disputationem in multis sequentibus quęstionibus, ac primum orditur ab illis, qui damnantur in Decretis.

a ¶ Libri hæreticales, erronei, seu apocryphi.] *Qui libri ad fidem stabiliendam, seu (vt Eymericus loquitur) plantandam, spectant, retulit supra par.1. c. Sãcta Romana. de quibus dixi supra eadem prima parte: nunc eos refert, qui fidem violare possunt, vel incertorum sunt auctorum, vel leuem habent in Ecclesia auctoritatem, idque ex decreto Gelasii primi, edito Romæ an. Domini CCCCXCIIII. quod refert etiam Gratianus in c. Sancta. 15. dist. §. ceterum quę ab hæreticis. & alij decretorum compilatores, vt Burchardus lib.3. decretorum, c.221. & Iuo Carnotensis par.4. c.65.*

Quot sint genera librorũ de religione tractantium.

Quo autem apertius hęc quęstio tota intelligatur, obseruandum est, tria esse genera librorum ad religionem spectantium, seu de rebus religionis tractantium, Canonicos, qui ab Ecclesia recipiuntur ad ædificationem fidelium, ex quibus sumitur efficax argumentum ad probandum ea, quæ fidei sunt, scripti Deo immediate inspirante, & manum calamumque diuinorum scriptorum in singulis etiam minimis adtemperante, de quibus Beatus Augustinus lib. 11. cap. 3. de Ciuitate Dei ait ita: Hic prius per Prophetas, deinde per se ipsum, postea per Apostolos quantum satis esse iudicauit, locutus, etiam scripturam condidit, quæ Canonica nominatur eminentissime au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoritatis,cui fidē habem⁹ de his rebus,quas ignorare nō expedit,nec per nos ipsos nosse idonei sumus.*hęc ille.Idē Augustl.lib.13. confessio. c.15. & epistola 7. ad Marcellinum. & epistola 19. ad Hieronymum, & lib.1. de doctrina Christiana, cap. 37. & lib.2.de baptismo contra Donatistas,cap.3.Ioannes Aekius in Enchyridio cap.1.Driedon lib.1.cap. 1.& lib.4. cap.4. de dogmatibus ecclesiastii. Alfonsus Castrus lib.1.aduersus hęreses.cap.2. Melchior Canus lib.1.de locis theologicis,cap.1.6.7.& 8.Couarruuias lib.4. cap.14. varia.resolutio.*

Quot sint autem libri canonici,quorum nonnullos impudenter hæretici impugnant, ponit concilium Tridentinum, sessione 4. in decreto, de canonicis scripturis.

Qui libri agiographi.

*Alij sunt,quos Theologi Agiographos in Ecclesia vocant: quos eadem Ecclesia approbauit, vt publice quidem ad ędificationem fidelium moresque cōponendos legerentur,non tamen habent firmam fidē, & indubitatam auctoritatem: & hos enumerat Gelasius in 2.parte sui Decreti,ibi,*Iam nunc,*& Burchardus lib.3. decretorum cap.220. Iuo Carnotensis par.4.c 64. Gratianus in d. c. Sancta Romana.*Iam nunc.15.distinct. & de his videtur loqui Diuus Augustinus lib.18. cap.38. de Ciuitate Dei. agitque plene Couarruuias lib.4. cap.16. varia.resolut. &* alij, *& in hoc genere librorum reponuntur sanctorum Patrum scripta, vt Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Chrysostomi, & ceterorum tam Gręcorum quàm Latinorum, quorum insignis probitas & eruditio cum sanctitate coniuncta valde emicat in Ecclesia Dei: & quanta sit eorum auctoritas, ostendit copiosę Melchior Canus lib. 7. de locis theologicis.*

Qui libri & quot modis dicātur apocryphi.

Supersunt iam tandem tertij generis libri,de quibus hic Eymericus, quos Doctores vocant apocryphos,de quibus Driedon lib.1.de dogmatibus ecclesiasticis cap.4.& lib.4.c.1. & Couarruuias lib.4. c.17. varia.resolut. & Decretorum architecti locis ferme prędictis.

Tametsi vero multis modis liber apocryphus dici possit, vt ait Turrecremata in cap. Sancta Romana. 15. distinct. quæst.6. num.18.& 19. Primum quoniam eius incognitus sit auctor, quamuis nihil contrarium fidei contineat; rursus vel quia extra canonem feratur: nam hunc vocat Hieronymus apocryphum in prologo in libros Regum: tamen quantum ad hanc quæstionem attinet, bifariam Eymericus hic ex Gelasio appellat libros apocryphos. Vno modo eos, qui ab hæreticis sunt conscripti aduersus fidem catholicam, quos omnino damnat, vetans penitus ne legantur: & hos verius dixeris hæreticos, vt optime admonet Couarruuias prędicato loco: Alio modo dicit apocryphos eos,qui modicam leuissimamque habent auctoritatem, quos sancti Patres non approbarunt nominatim, quamuis nec expresse reiecerint, nec Ecclesia permisit, vt publice in templis legerentur: habent enim multa falsa veris admixta, vt optime explicat Melchior Canus lib.11. cap.6. de locis theologicis, vers. prima lex. circa finem.

Ex his tamen multos constat fuisse lectos ab antiquis Patribus, vt colligitur ex Beato Hieronymo in A *epistola 7. ad Lætam, dum ait:* Caueat omnia apocrypha, & si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerētiam legere voluerit, sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaque his admixta vitiosa: & grandis esse prudentię aurum in luto quærere. *hæc ille. Et has duas postremas significationes intuitus Eymericus prudenter proponit quæstionem de libris hæreticis, erroneis, seu apocryphis.*

b ¶ In primis Ariminensem synodum.] *Erat tota hęc quæstio in omnibus Directorijs prorsus deprauata, atq; etiam in vulgatis Gratiani codicibus vnde sumpta fuerat. eā imprimi curauimus iuxta Decretum Gelasij, quod nunc legitur in 2. tom. conciliorum Colonienſis editionis, fol.319. & Decretum Gratiani nuper Romæ editum,anno M D LXXXII.*

B *Si quis autem singula, quę in hoc decreto de libris apocryphis continentur, nosse desiderat, legat Couarruuiam lib.4.c.17.varia.resolut. vbi totam hāc quæstionem illustrat,quæ persequi non est nostrę breuitatis, aut instituti.*

Index librorum prohibitorum.

Illud hic tandem monebo, huic Decreto Gelasij prohibitorum librorum, respondere nunc etiam in repub. Christiana Indices, quibus damnata doctrinæ libri adnotantur, quos Romani Pontificis auctoritate viri docti Romæ conficiunt,nullum fere librorum genus omittentes, quorum dogmata non expendant.

C *Iam de materia librorum prohibitorum copiose diximus supra in hac 2.parte in principio super cap. Fraternitatis, de hęret.*

QVAESTIO XXIIII.

De libris damnatis in Decretalibus.

VIgesima quarta quæstio est: Libri hęreticales, & erronei, de quibus agitur in Decretalibus per Ecclesiā cōdemnati; qui sunt?

D Ad hanc a respondemus,quòd alibi in Decretalibus, libri tales non apparent per Ecclesiam condemnati, nisi in maiori volumine: extra de sum. trinit. & fide cath.c. Damnamus. vbi sic dicitur: Damnamus igitur, & reprobamus libellū seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magistrum Petrum Lombardū de vnitate seu essentia trinitatis. Rela. supra fol.4.

COMMENT. XLIX.

E a AD hanc respondemus, quòd alibi in Decretalibus, &c.] *Materiam huius quæstionis sub alijs verbis tractauit Eymericus supra in hac 2.parte,quæst.7.agens de erroribus damnatis in Decretalibus; de quo argumento vide Sanctum Antoninum in summa.par.4.tit.11.cap.7.§.2.& Turrecrematam in summa de Eccle.lib.4.par.2.cap.35.*

Iam in Decretalibus præter hunc libellū siue tractatum Abbatis Ioachim, damnata quoque sunt capitula Cælestij atque Pelagij hęreticorū in cap. Fraternitatis. de hæret.de quo abunde diximus supra in hac 2. parte, super dicto cap. Fraternitatis.

QVAE-

QVAESTIO XXV.

De libris damnatis in Extrauagantibus.

VIgesimaquinta quæstio est: Libri hæreticales seu erronei,de quibus agitur in Extrauagantibus per Ecclesiam condemnati;qui sunt?

Ad hanc a respondemus, q̄ in extrauagantibus nullus liber apparet,ut talis condemnatus,nisi in extrauaganti domini Ioannis Papę XXII. quę incipit,Quia vir reprobus.in qua libelli quidam, quos contra constitutiones prædictas,Cum inter.&,Quia quorundam. de proprio & communi condiderat,& ad studia generalia miserat, ac in valuis Ecclesiarum, & alijs locis affigi fecerat frater Michael de Cæsena hæreticus prædictus, dudum Generalis Minister ordinis fratrum Minorum,tanquam hęreticales cum suo auctore hęretico condemnantur.

COMMENT. L.

a AD hanc respondemus,q̄ in Extrauagantibus nullus liber apparet,&c.] *De hac quoq; tractatione copiose egit auctor supra sub alijs termi nis.q.8.& sanctus Antoninus in sum.p.4. tit. xi. c. 7.§.5.& Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4.parte 2.c.37.*

Hęc aūt extrauagans incipiens, Quia uir reprobus.*cuius hic meminit Eymericus, nondum est impressa,nec peruenit adhuc ad manus nostras.*

Quantum vero attinet ad hunc Michaelem de Cæsena hæreticum,plenissime de eo egimus cum Eymerico supra in hac 2.parte,q.15.vnde quęstio hæc lumen declarationis accipiet.

QVAESTIO. XXVI.

De libris damnatis à diuersis Romanis pontificibus.

SVMMARIVM.

1 *Libri Petri Ioannis damnati à Ioan. XXII.*
2 *Alexander* IIII.*damnauit lib.inscrip. Euangelium ęternum.*
3 *Opuscula xx. Raymundi Lull. prohibita.*
4 *Litteræ Gregorij XI. de prohibitione dictorum librorum.*

E VIgesimasexta quęstio est: Libri hæreticales seu erronei, per diuersos summos Pontifices, de fratrū suorum consilio, post mortem illorum, qui libros huiusmodi ediderunt,damnati;qui sunt?

1 Ad hanc a respondemus, quòd dominus Ioannes Papa XXII. Auinione residens, informatus b de peruersa doctrina fratris Petri Ioannis de ordine fratrum Minorum, cum magno consilio multorum in Theologia Magistrorum, & doctorum, condēnauit dicti fratris Petri A Ioannis,de quo actum est supra,hos libros vt vere hæreticales, scilicet, postillam super Apocalypsim:postillam super Matthęum:postillam super Canonicas,propter errores contentos in eis,& hęreses,quæ recitantur supra q.9.

2 Ante prædictorum librorum condemnationē factam per prædictum dominum Ioānem XXII. dominus Alexander IIII. condemnauit librum appellatum,Euangelium æternum, propter hęreses & errores,quæ recitantur supra q.9.

3 Post quem dominus Gregorius XI.condemnauit xx. volumina cuiusdam Raymundi Lulli, propter plures hęreses & errores, quę recitantur B supra q.9. Libri autem condemnati & combusti per dominum Papam prædictum isti erant:Liber de philosophia amoris. liber de centum Dei nominibus. liber contemplationum.liber de vij. arboribus, liber de Ecclesiasticis prouerbijs. liber de confessione,contritione, satisfactione, & oratione.liber de orationibus.liber amati & amici.liber de benedicta tu.liber de beata Maria. liber de articulis fidei. liber de doctrina puerili. liber de planctu Raymundi.liber de intentionibus. liber de arte amatiua. liber de tentatione. liber de oratione;& est alius à prædicto. liber de anima, liber sententiarum.liber apostolicon.

C Prædicta autem viginti volumina sunt condemnata per Bullam domini Papæ Gregorij XI. tenoris sequentis.

4 Bulla Gregorij Papæ XI.qua condemnantur viginti volumina Raymundi Lull, & cetera eiusdē opera interdicuntur.

D GRegorius Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus Archiepiscopo Tarracon. eiusque suffraganeis: Salutem & Apostolicam benedictionem.

Conservationi d puritatis catholicæ fidei, quam multi nequā filij scelerati suis falsis assertionibus maculare nitentes, inter triticum purū agri Dominici pestiferū semen zizaniæ seminant,cum ad nostrum præcipue spectet officium, vt euellamus praua, & destruamus peruersa, prouidere E salubriter, & animarum illaqueationibus obuiare confestim plenis desiderijs affectantes,opportuna in his,quæ possumus, remedia, studio pastoralis sollicitudinis adhibemus. Dudum siquidem dilectus filius Nicolaus Eymerici ordinis fratrum Prædicatorum professor, in sacra theologia magister,in regnis Aragonię,Valentię & Maioricarum Inquisitor hæreticę pra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitatis, nobis expoſuit, ſe in regnis eiſdem inueniſſe viginti volumina diuerſorum librorum, in vulgari ſcriptorum, à quodam Raymundo Lull ciue Maioricarum editorum, in quibus (vt ipſi Inquiſitori videbatur) multi continebantur errores, & hereſes manifeſtę: & quòd nonnulli de prædictis, & alijs regnis, libris vtebãtur eiſdem, & eorum doctrinæ dabant fidem non modicam in grande ſuarum periculum animarum: ſupplicauitque nobis Inquiſitor ipſe, vt (ne ſimplices deciperentur ex libris ipſis) dignaremur in hac parte de opportuno remedio prouidere: Nos autem cupientes animarum iam forſan imbutarum, & quæ imbui poſſent ex peruerſo dogmate dictorum librorum, periculis celeriter obuiare, dictos libros per venerabilem fratrem noſtrum Petrum epiſcopum Hoſtienſem, & per quamplures etiam vltra vigenum numerum in eadem theologia magiſtros, examinari fecimus diligenter per quorum relationem tãdem habuimus, quòd ipſi dictos libros omnes cum multa diligentia legerant, & examinauerant, & quod vltra ducentos † articulos erroneos & hæreticales inuenerant in eiſdem: ſuper quibus inter eoſdem Epiſcopum & magiſtros, ſępius & demum coram nobis habita diſputatione ſolemni, ipſos articulos (quos ad vitãdum prolixitatis tędium, & horribilitatem eorum, haberi volumus præſentibus pro expreſſis) erroneos & manifeſte hæreticales, de ipſorum Epiſcopi & magiſtrorum concordi conſilio, cenſuimus reputandos. Cum autem, ſicut Inquiſitoris præfati continebat aſſertio, in prædictis regnis alij libri, qui aſſeruntur editi à iam dicto Raymundo, reperiri dicantur, in quibus huiuſmodi iã reperti, & alij errores & hereſes creduntur probabiliter contineri: Nos volentes de huiuſmodi alijs libris & eorum doctrina informari plenarie, & ſuper eis prouidere ſalubriter, ne fideles in errores huiuſmodi damnabiliter prolabantur; fraternitati veſtræ de fratrum noſtrorum conſilio, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus diebus Dominicis & feſtiuis, in ſingulis Eccleſiis veſtris cathedralibus, ac curatis, necnon religioſorum quorũcunque ordinum, exemptorum & non exemptorum, etiam Ciſtercienſis, Carthuſienſis, Cluniacenſis, Pręmoſtratẽſis, Grandimotenſis, ſanctorum Benedicti & Auguſtini, ac fratrum Prædicatorum, Minorũ, & Eremitarum eiuſdem ſancti Auguſtini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum veſtrarum ciuitatum & dioœceſum, intra miſſarum ſolemnia exiſtentibus populis ad diuina, & in prædicationibus per vos vel † alios, quamcito commode poteritis, faciatis proponi, quòd omnes & ſingulæ perſonæ vtriuſque ſexus, cuiuſcunque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, earundem veſtrarum ciuitatum & dioœceſum, ſeu commorantes in eis, habentes libros quoſcunque à præfato Raymundo editos (vt præfertur) ipſos infra vnius menſis ſpatium, vobis aſſignare: & illi qui ſciunt alias perſonas libros eoſdem habentes, eas vobis reuelare ac nominare procurẽt: voſque libros recipi faciatis eoſdẽ, quos cum habueritis, quamcito commode poteritis, curetis nobis fideliter deſtinare, vt ipſos ſimili examini ſubiicere valeamus. Ceterum quia doctrina, ſeu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinatorum reperitur erronea, hæreticalis, & periculoſa nimium animabus; & vehemens ſuſpicio eſt habenda, quòd in aliis libris editis a dicto Raymundo ſimiles uel alij (vt præfertur) contineantur errores, vobis mandamus, quòd omnibus & ſingulis eiſdem perſonis veſtrarum ciuitatum & dioœceſum, doctrinam ſeu potius dogmatizationem, & vſum huiuſmodi librorum interdicere ſtudeatis, donec ſuper his per ſedem Apoſtolicam aliud fuerit ordinatum. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, cõpeſcendo: Non obſtantibus, ſi aliquibus communiter, uel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quòd interdici, ſuſpendi, vel excommunicari: aut extra vel vltra certa loca, ad iudicium uocari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & quibuſlibet exemptionibus, & aliis priuilegiis & litteris Apoſtolicis, quibuſcunque locis, perſonis, vel ordinibus, ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum ab eadem ſede conceſſis, de quibus eorũque totis tenoribus, etiam de verbo ad verbum in noſtris litteris mentio ſit habẽda: & per quæ præſentis mandati noſtri effectus valeat quomodolibet impediri. Inſuper volumus, quòd per te frater Archiepiſcope tenor præſentium ſub tuo, vel officialis

† in codice Sabellano legitur: quadringentos.

† al. & alios

cialis tui ſigillo, ad tuos fratres ſuffraganeos tranſmittatur, cui per vos adhiberi volumus, velut ipſis originalibus plenam fidem. Datum Auinione viij. Kalend. Februarij, Pontificatus noſtri anno VI.

COMMENT. LI.

a VIgeſima ſexta quæſtio eſt: libri, &c. Ad hanc reſpondemus, &c.]

Hęc quæſtio in Barcinonenſi impreſſo mutila videtur & imperfecta, ſi cum ceteris exemplaribus conferatur, vbi paulo fuſius cõcipitur, vt mox ſubiũgam: non tamen eſt viſum ab impreſſo recedere. Ceterum quia aliorum codicũ magna eſt auctoritas, eorum lectionem hic apponere placuit: Bononienſis ergo, Sabellanus, & codex Cardinalis de Gambara manuſcripti ita habent.

Ad hanc reſpondemus, quòd Papa Innocentius III. condemnauit libellum ſeu tractatum, quem ediderat Ioachim contra magiſtrum Petrũ Lombardum, tamquam hæreticalem; & hoc poſt mortem eiuſdem Ioachim Abbatis, vt patet extra de ſum. trinit. & fide catho. cap. Damnamus. Poſtque tempore Ioannis Papæ XXII. frater Petrus Ioannis de ordine fratrũ Minorum oriundus de Villa, quæ dicitur Ceriacum, dioœceſis Biterren. in Theologia lector famoſus, mortuus eſt, & ſepultus in eccleſia fratrum Minorum ciuitatis Narbonen. quo mortuo quidam eum ſanctum, quidam eum hęreticum fratres eiuſdem ordinis palam, & publice prædicabant. propter quod ſimplices decepti, quamplures de Catalonia, Carcaſſona, Toloſa, & Prouincia ad eius tumulum confluebant: prudentes vero huiuſmodi ſubſannabant, cumque & per iſtos & per illos hęc fuiſſent expoſita prędicto † domino Ioanni XXII. Papæ: iſti petentes quòd vti hęreticus cõdemnaretur; illi vero q̃ prout ſanctus, ſanctorũ † catalogo aſcriberetur; ipſe dominus Papa ſe plenius informauit, & tandem reperit, quòd dictus frater Petrus Ioannis dum viueret, ediderat poſtillam ſuper Apocalypſim hęreſibus & blaſphemijs conſperſam intolerabilibus; & præuia diligenti examinatione Magiſtrorum in Theologia, & Doctorum in iure, eandem tandem vt hęreticalem de conſilio fratrum ſuorum publice condemnauit: Ac etiam poſtillas ſuper Matthæum, & ſuper Canonicas per eundem editas in forma. Cuius poſtillæ ſuper Apocalypſim hęreſes, blaſphemiæ, & errores habentur ſupra hac parte 2. q. 9. Quibus condemnatis idem dominus Papa Ioannes fecit exhumari oſſa dicti fratris Petri Ioãnis, & omnia tam cereas imagines, quàm pannos per manus ſimplicium ad eius tumulũ deducta, Narbonæ fecit publice concremari. Aliqui tamẽ volunt dicere, q̃ licet oſſa fuerint exhumata, non tamen cum prędictis cõcremata, ſed Auinionem deducta, & de nocte in Rhodanum proiecta, pro eo quia repertum extitit, quòd libros ſuos prędictos ſuppoſuerat correctioni ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ.

† al. prędicto domino noſtro Papæ. † al. ꝛcatorũ

Hoc ſum. moper: notandum.

Tempore quoque domini Gregorij Papæ XI. prædictus frater Nicolaus Eymerici præſentauit eidem domino Papę viginti libros à quodã Raymũdo Lull dudum defuncto, ciue Maioricarum editos, qui dominus Papa præuia diligenti examinatione Magiſtrorum in Theologia viginti & vltra, eos de fratrum ſuorum conſilio propter quãplures ibi repertas hęreſes & errores publice condemnauit, vt hęc omnia & errores ipſi plene patent ſupra parte 2. q. 9.

Libri autem hęreticales prædicti ſunt iſti:

Liber qui intitulatur. De doctrina puerili, & incipit: *Deus vol quens cuytem.*

Liber qui intitulatur: De articulis fidei, & incipit:

Liber qui intitulatur: De arte generali, ſeu de ſeptem arboribus, & incipit:

Liber qui intitulatur: De centum Dei nominibus, & incipit:

Liber qui intitulatur: De eccleſiaſticis prouerbiis, & incipit:

Liber qui intitulatur: De sãcta Maria, & incipit:

Liber qui intitulatur: De benedicta tu, & incipit:

Liber qui intitulatur: De planctu ſanctæ Mariæ, & incipit:

Liber qui intitulatur: De arte amatiua, & incipit:

Liber qui intitulatur: De amato & amico, & incipit:

Liber qui intitulatur: De Euaſt & Blanquerna, & incipit:

Liber qui intitulatur, liber Intentionum, & incipit:

Liber qui intitulatur, liber Orationũ, & eſt alius à prędicto, & incipit:

Liber qui intitulatur: De Philoſophia amoris, & incipit:

Liber qui intitulatur: De anima, & incipit:

Liber qui intitulatur: Liber de oratione, & incipit:

Liber qui intitulatur, Liber contemplationum, alius à prędicto, & incipit:

Liber qui intitulatur: De contritione, confeſſione, ſatisfactione, tentatione, & oratione, & incipit:

Liber qui intitulatur: quæſtiones ſuper quatuor libros ſententiarum, & incipit:

Liber qui intitulatur: Planctus Raymundi Lull, & incipit:

Ita in tribus manuſcriptis, vt dixi, quæ breuius continentur in Barcinonenſi, à quo non eſt viſum recedere: tamen varietas obſeruanda fuit.

b ¶ Informatus de peruerſa doctrina fratris Petri Ioannis.] *Quis fuerit hic Petrus Ioãnis, & quo tempore vixerit, abunde diximus ſupra ſuper quæſtione 9. huius 2. partis: ea ſunt ergo ad memoriam reuocanda, vt hic locus apertius intelligatur.*

c ¶ Dominus Alexander IIII. condemnauit librum appellatum, Euangelium æternum.] *Idem docuit Eymericus ſupra in hac 2. parte, quæſt. 9. nu. 4. §. Aduertendum tamen. vbi etiam dixi, quæ hunc locum illuſtrabunt.*

Rurſus obſeruandum eſt, vt ſcribit ſanctus Antoninus

toninus in summa, par. 4. tit. 11. cap. 7. §. 5. & Turrecremata in summa de Ecclesia, lib. 4. parte 2. cap. 37. Alexandrum IIII. per quandam extrauagantem incipien. Quidam scripturæ sacræ. *damnasse quendam libellum Gulielmi de sancto amore, inscriptum,* De periculis nouissimorum temporum. *quem ille ediderat contra statum religiosorum Mendicantium. item alios quosdam libellos detractione & erroribus plenos, editos à magistris quibusdam Parisiensibus contra eosdem ordines Mendicantes: quos damnauit idem dominus Alexander IIII. per extrauagan. incipien.* Ex alto fuisse conspicimus. *& per aliam extrauag. incipien.* Cum olim. *ac Beatus etiam Thomas, vt præcitato loco refert sanctus Antoninus eos errores, editis contra ipsos libris, efficaciter confutauit.*

d ¶ Conseruationi puritatis, &c.] *Solus Barcinonensis impressus habet hanc Gregorij bullam hoc loco insertam, in Bononiensi autem & Sabellano reperitur in fine secundæ partis. est autem hæc bulla anni sexti, vt apparet ex Data.*

Sed obseruandum hic est, ante condemnationem librorum Raymundi Lull factam per hanc extrauagantem pontificatus domini Gregorij anno sexto, alia præcessisse velut præparatoria ad condemnationem faciendâ, vt apparet ex Regesto domini Gregorij XI. quod in Vaticana bibliotheca Romæ seruatur. Nam in 2. volumine Regesti anni II. fol. 131. litteræ Gregorij Papæ XI. extant ad Archiepiscopum Tarraconen. incipien. Nuper dilecto filio. *quibus præcipitur prædicto Archiepiscopo, vt sibi faciat exhiberi libros Raymundi Lull, in quibus quamplurimi errores dicebantur contineri, vt eos comburat & coburi faciat, si præuia cognitione ita esse reperiat. Datæ autem fuerunt huiusmodi litteræ apud pontem Sorgiæ Auinionen. diœces. nonis Iunij, Pontificatus Gregorij XI. anno II.*

Item in 2. volumine Regesti anni IIII. *fol. 201. referuntur aliæ litteræ eiusdem domini Gregorij incipien.* Ad audientiam. *quibus præcipitur officialibus Episcopi Barcinonen. vt diligenter transmittant ad dominum Papam, librũ quendam Raymundi Lull in pergamenis, & in vulgari Catalonico scriptum, in quo similiter plurimi errores scripti perhibebantur. Datæ vero fuerunt hæ litteræ apud Villanouam Auinionen. diœces. tertio calend. Octobris, Pontificatus domini Gregorij XI. anno IIII.*

QVAESTIO XXVII.

De libris damnatis de mandato speciali domini Papæ.

VIgesima septima quæstio est: Libri hæreticales, & erronei de mandato speciali domini Papæ, extra curiam; auctoritate Apostolica condemnati, qui sunt?

Ad hanc respondemus, quòd tempore domini Gregorij Papæ XI. dominus Petrus Archiepiscopus Tarraconen. & frater Nicolaus Eymerici de ordine Prædicatorum, Inquisitor Aragoniæ, vt vere hæreticales & erroneos, quendam libellum de dæmonum inuocatione, qui incipit: Misericordia & ueritas. & quendam alium, qui incipit: Vtrum quilibet infidelis tã diuinis, quàm Apostolicis canonibus teneatur obedire: & quædam alia opuscula, ut omnia hæreticalia & erronea, edita b per quendam Raymũdum Neophitum, sententialiter condemnarunt, propter hæreses & errores in eis contentos, qui recitantur supra † q. 10. † In hac eadem parte.

COMMENT. LII.

Quanta sit Episcoporũ & Inquisitorum iurisdictio in prohibendis libris.

a DE mandato speciali domini Papæ condemnati, &c.] *Hic videtur indicari non potuisse Episcopum & Inquisitorem condemnare hos libros nisi mandatum habuissent speciale à sede Apostolica, quod videtur dubium; cum eorum in hac re ut in ceteris ad fidem spectantibus non mediocris sit iurisdictio. ergo vt res hæc, quæ cognitu est dignissima, & valde etiam necessaria radicitus intelligatur, breuiter mihi hoc loco est dicendum, quanta sit iudicum ecclesiasticorum in hac re iurisdictio.*

Ac primum quidem Episcopi & Inquisitores dãnare possunt & prohibere in suis diœcesibus libros omnes, qui continent dogmata expresse condemnata per Ecclesiam, tametsi ab auctoribus nominatim nõ condemnatis compositi sint. & ratio in promptu est: quoniam quæ semel damnata sunt, absque noua condemnatione prohiberi possunt, ne nouis semper disputationibus, quę salubriter sunt semel sancita, perturbentur, & in dubium reuocentur, ut dixit Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ, quem retuli supra par. 1. super l. nemo clericus. C. de summa trinit. vers. nam & iniuriam facit.

Rursus Episcopi & Inquisitores prohibere etiam possunt in suis diœcesibus libros de hæresi suspectos ob quamcumque hæresis suspicionem, tametsi sint à catholicis auctoribus editi: cum enim possint procedere aduersus quosuis homines saltem ad inquirendum, etiam ob leues probabiles tamen hæresis suspiciones, ut volunt auctor Repertorij verbo. suspectus. §. item nota. & Matthæus Afflictus in constit. incõsutilem, & Carrerius tract. de hæret. num. 116. & alij, quos retuli infra in hac 2. parte super quæst. 55. profecto multo magis poterunt agere in libros suspectos. eosque prohibere, qui continent propositiones suspectas: quia libri fortiores neruos habent ad nocendum quàm homines; cum qui eos legunt firmius eis insistant, quàm qui homines loquentes audiũt. Item quia viuæ hæreticorum voces vix vnam ciuitatem replere possunt, libri autem cum facile hinc & inde transuehantur, non modo unam ciuitatem, sed & regna & prouincias inficiunt. sunt enim velut perpetui quidam fontes hæresum virus copiose emittentes.

Ad hæc, Inquisitores & Episcopi absque mandato speciali summi Pontificis *ex propria iurisdictione possunt prohibere libros non modo suspectas continentes propositiones, vt proxime dixi; uerum etiam scandalosas, periculosas, erroneas, hæresim sapientes, à fide catholica quauis ratione discrepantes, & Christianę pietati, ac bonis moribus non conformes: quod cauit Paulus Papa tertius rescripto quodam incipiente,* In Apostolici culminis. *quod in fine huius operis in bullario litterarum Apostolicarum cura-*

uerauimus imprimendum. Si enim Inquisitores inquirere possunt & compescere, ac coercere eos, qui prædictas propositiones ausi fuerint prædicare, sane multo magis prohibere poterunt libros ista continentes, qui non semel aut iterum, sed semper de die de nocteque prædicant, & auribus lectorum iteratis vicibus talia dogmata inculcant.

Libri Astrologiæ iudiciariæ, & poetici nõ facile permittẽdi.

Inter hos libros facile referri possunt multi ex illis, qui de Astrologia iudiciaria tractant, item de Chiromantia, & aliis diuinãdi modis, in quibus multa passim sunt temeraria, incerta, à religione & Christiana pietate aliena, nimium astris tribuentia, & libero hominis arbitrio plurimũ detrahentia: hi enim aut prorsus prohiberi: aut non nisi quàm emendatissimi permitti deberẽt in commercium hominũ venire; quo nomine iam B. Clemens lib. 2. cap. 66. constitutionum Apostolicarum, cauendos penitus à viris Christianis iubebat superstitiosos Græcos.

Huc etiam referri possunt multi ex poetis tam antiquis quàm recentioribus, qui multa docent obscœna, & bonis moribus penitus aduersa, quos propterea iam olim Maximus Plato in sua repub. viuere nõ patiebatur: sunt enim tales iuuentutis corruptores, & cum parasitis & lenonibus merito coercẽdi, quorum ars eò tandem euasit, vt nihil ferme scribant nisi quod ad lasciuiam & turpem amorem pertineat. Hos ergo si iam editi sint, prohibere poterunt Episcopi & Inquisitores in suis diœcesibus; quod si non sint editi, eos imprimi non permittant: quoniam talium librorum lectio multorum peccatorum causa esse solet.

Iam quod dixi de libris suspectas, aut erroneas propositiones continentibus, idem dictum vellem de libris habẽtibus ancipites, dubias, seu ambiguas propositiones, quę duplicem sensum habere possunt: hereticum vnum, alterum catholicum, de quibus Albertinus tract. de agnoscen. assertio. q. 34. num. 50. hi enim tandiu prohiberi poterũt ab Inquisitoribus, quandiu non fuerint illæ ancipites propositiones declaratæ in sensu catholico; in quo etiam diligẽter est animaduertendum in libris imprimendis, ne tales propositiones contineant.

Sed neque illos libros vel tractatus, aut imprimi, aut publicari, & vendi in suis diœcesibus permittẽt, in quibus propositiones, disputationes, aut controuersiæ continentur, & diffiniuntur contra communẽ theologorum sententiam, aut receptum & vsitatum sentiendi morẽ, in his præsertim rebus, quæ ad theologiam, fidem, mores, sacramenta, potestatem prælatorum & ministrorum Ecclesiæ spectant: tametsi enim quędam sint dogmata & propositiones, quæ summo iure & subtilitate defendi possint, tutius tamen est ab his abstinere: nam iuuare aut prodesse nõ possunt, obesse vero interdum plurimum solent. Ac nec permittendum quidem esset, vt similia libere in scholis legerentur, & iuuenibus proponerentur, quorum ingenia sæpe amplecti magis solent, quę magis à communi via recedunt.

Idem prorsus iudicium est de libris & tractatibus quorundam inutilibus & infrugiferis, aut qui de rebus leuibus, vel ridiculis tractant: hos enim me iudice, non deberent Episcopi permittere, vt in suis diœcesibus imprimerentur, aut distraherentur. in his tamen omnibus prudentia & iudicio opus est.

Denique ex quibuscũque causis Inquisitores procedere possunt contra homines, quia nocere sua doctrina possunt, ex eisdem poterunt etiã in libros inquirere ex data sibi potestate & iurisdictione animaduertendi in hæreticos.

Quod si in libris tales reperiantur propositiones, de quibus nondum constet an fidei repugnent, nec ne; tunc etiamsi auctores publicare suos libros vellent, prohiberi poterunt per Inquisitores, & libri suspendi donec superiores iudices decernãt re cognita, quid facto opus sit. argumento, c. Inquisitores. de hæret. lib. 6. Quibus à nobis assertis plurimum suffragatur id quod in Indice, librorum prohibitorum, in fine Regu. x. his verbis exprimitur: Liberum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus secundum facultatem quam habent, eos etiam libros, qui his regulis permitti videtur prohibere, si hoc in suis regnis, aut prouinciis, vel diœcesibus expedire iudicauerint. *hactenus ibi.*

b ¶ Edita per quendam Raymũdum Neophytum.] *Hic Raymundus, sicut constat ex Regesto domini Gregorij XI. loco quem mox adducemus, dicebatur Raymundus de Tarraga, qui cum prius esset Hebræus conuersus ad fidem Christi factus est monachus ordinis Prædicatorum: ceterum vt res ipsa demonstrauit, non mutauit mores, etsi religionẽ mutauerit. Vixit autem hic Raymundus circa tempora Gregorij XI. ad annos Domini MCCCLXXII. extátque in vnico volumine Regesti anni primi Gregorij XI. fol. 225. litteræ Papæ Gregorij ad Archiepiscopum Tarraconensem & Nicolaum Eymericũ Inquisitorem in regno Aragonum, quibus præcipitur, vt inquirant & procedant contra Raymundum de Tarraga ordinis fratrum Prædicatorum tenentem quosdam hæreticales errores, & eum puniant. Rursus in secũdo volumine Regesti anni secundi fol. 191. rescriptum quoque habetur eiusdem Domini Gregorij XI. incipien.* Dudum ad audientiam. *per quod committitur Archiepiscopo Tarraconen. & Nicolao Eymerico Inquisitori, vt omnes libros huius Raymundi sibi faciant exhiberi, atque comburi. iam hęc Raymundi opuscula, quot & quales errores continerent, docet idem Eymericus supra in hac 2. parte quæst. 10. num. 3.*

Illud vero obseruandum est diligenter, quod auctor docet in hac quæstione, videlicet, libellũ de Dæmonum inuocatione editum fuisse per hunc Raymundum Neophytum, in quo plane decepti mihi videntur Bernardus Lutzemburgus in catalogo hereticorum, lib. 3. verbo, Raymundus Lulli. *& Prateolus, lib. 16. cap. 2. de vitis & sectis hereticorum, asserentes libellum de Dæmonum inuocatione editum fuisse a Raymundo Lull. & sane suspicor hos auctores fuisse allucinatos ex nominis similitudine.*

Postremo, Raymundus hic de Tarraga dictus est Neophytus quasi noua planta seu germen. Dicunturque illi Neophyti, qui non nascuntur ex originarijs Christianis, sed ad fidem catholicam conuertuntur, de quibus Beatus Gregorius, lib. 4. Regesti epistola 51. siue cap. 95. & lib. 7. epist. 110. & Gratianus in cap. sicut Neophytus. 48. dist.

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAEST. XXVIII.

De libris damnatis ab Inquisitoribus Aragoniæ.

SVMMARIVM.

1 *Arnaldus de Villanoua libros in Theologia scripsit.*
2 *Libri eiusdem multi damnati, & qui.*
3 *Gondisalui Virginale liber condemnatus.*
4 *Liber de inuocationibus dæmonum publice combustus.*
5 *Bartholomæi Ianoues De aduentu Antichristi libri damnati.*

VIgesimaoctaua quæstio est: Libri hæreticales & erronei, per Inquisitores Catalonię, & Aragonię, cum prælatis illarum partium condemnati; qui sunt?

1 Ad hanc [a] respondemus, quòd tempore domini Clementis Papæ quinti, fuit in partibus Catalonię quidam magnus medicus, uocatus magister Arnaldus de Villanoua, qui de Theologia cõdidit multos libros, quos tanquam falsos & erroneos auctoritate Apostolica, licet non de expresso mandato domini nostri Papæ frater Ioãnes de Longerio ordinis Prædicatorũ Inquisitor in partibus antedictis, & Gaufredus de Crudillis † Vicarius Ecclesiæ Tarraconen. sede vacante, sententialiter condemnarunt.

† Forte Cruylles.

Libri autem condemnati per eos, isti sunt.

2 Libellus, qui intitulatur: De humilitate & patientia Iesu Christi, & incipit: Si l'amor natural.

Libellus, qui intitulatur: De fine mũdi, & incipit: Entes per vostres letres.

Libellus, qui intitulatur: Informatio Beguinorum, seu lectio Narbon. & incipit: Tots aquells.

† al. uel charitatem. Libellus, qui intitulatur: Ad priorissam, uel † de charitate, & incipit: Beneyt sia, e loat Iesu Christ.

Libellus, qui intitulatur: Apologia. & incipit: Ad ea quæ per vestras.

Libellus seu littera, quæ incipit: Domino suo charissimo.

Libellus, qui intitulatur: Denunciatio facta coram domino Episcopo Gerunden. & incipit: Coram vobis.

Libellus, qui intitulatur: De eleemosyna & sacrificio, & incipit: Al catholich Inquisidor.

Liber qui incipit: Perço com molts desigen saber.

Libellus, qui incipit: Alia informatio Beguinorũ, & incipit: Als cultiuadors.

Libellus, qui incipit: Dauant uos senyer en Iachme per la gratia de Deu Rey D'Arago.

Libellus, qui incipit: Quant fuy Auinio.

† al. Benedictum Libellus, qui intitulatur: Responsio contra Bernardum † Ricardi.

Isti libelli fuerunt condemnati propter multos A errores in eis repertos, qui recitantur supra q. 11.

3 Post [b] tempore domini Innocentij Papæ VI. fuit in partibus Catalonię, videlicet Barchinone quidam vocatus Nicolaus de Calabria, discipulus in erroribus cuiusdam Gondisalui: diœcesis Conchensis in Hispania. Hi duo, s. Gondisaluus dictando, & Nicolaus scribendo; dæmone, dicto Gondisaluo, visibiliter apparente, & docente, condiderunt quendam librum errorum & hæresum, quem Virginale † vocauerunt: hunc librum dictus frater Nicolaus Eymerici Inquisitor prædictus, & Vicarius Episcopi Barchinonensis, Arnaldus de Buschetis (dicto Nicolao B primitus vt relapso tradito brachio sæculari, & combusto) sententialiter condemnarunt propter hæreses & errores in eo contentos, quę recitantur supra q. 11.

† Sabellanus & nono. Codices, Virgilianum habent.

4 Item tempore eiusdem Innocentij Papæ VI. idem frater Nicolaus Eymerici Inquisitor, & Arnaldus de Buschetis condemnarunt publice Barchin. & comburi [c] fecerunt quendam magnum & grossum librum dæmonum inuocationum in septem partes distinctum, qui intitulatur: liber Salomonis; in quo erant scripta sacrificia, orationes, oblationes, & nefaria quamplurima fieri dæmonibus consultata.

C 5 Item tempore domini Vrbani Papæ V. Episcopus Barchinon. frater Berengarius de † Ril: & frater Nicolaus Eymerici, prædictos duos libellos de aduentu Antichristi, quos [d] ediderat quidam Bartholomęus Ianoues de insula Minoricarum, in Sede † Barchinon. vt hęreticales & erroneos sententialiter condemnarunt, & publice comburi fecerunt propter hæreses & errores in eis contentos, quæ recitantur supra quæstione 11.

† Forte, de Aril.

† Ideſt, in ecclesia cathedrali.

COMMENT. LIII.

D a QVòd tempore domini Clementis Papæ V. fuit in partibus Cataloniæ quidam magnus medicus, &c. Arnaldus de Villanoua.] *De hoc Arnaldo de Villanoua eadem quæ hic recensentur, dixerat Eymericus pauloante quæst. 11. huius partis, vbi dixi. illic autem errores huius Arnaldi retulit Eymericus: hic vero libros eius & opuscula recensęt, in quibus illi errores continebantur. vide Bernardum Lutzemburgũ in catalogo hæreticorũ, lib. 2. uerbo,* Arnaldus de Villanoua. *& Prateolũ, lib. 1. de uitis & sectis hęreticorum, cap. 69.*

b ¶ Post, tempore domini Innocentii Papę VI. fuit, &c. quidam vocatus Nicolaus de Calabria.] *De hoc item Nicolao de Calabria & Gondissaluo eadem hæc scribit Eymericus supra in hac 2. parte, q. 11. n. 9. & Lutzemburgus in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo:* Nicolaus de Calabria.

E *Iam librum hunc hæresibus plenum, quem asserit hic Eymericus à Nicolao de Calabria & Gondissaluo fuisse compositum, verisimilius est Virginale, quàm Virgilianum fuisse ab eis nominatum: quia mos est vsitatus hęrcticorum libris à se editis, uel deprauatis optimos & honorificos titulos facere, vt facilius decipiant incautos, sicut copiosè ostendimus lib.*

lib. 2. de causis, vnde hæreses oriuntur.

c ¶ Et comburi fecerunt quędam magnum & grossum librum dæmonum inuocationum.] *Extitit superioribus sæculis in Hispania inter infideles Arabes, qui circa annos Domini DCCXIIII. tranato Herculeo freto Hispaniam occuparunt, & Iudæos, qui ibidem degebant, frequens superstitio de consulendis dæmonibus: est enim hæc gens magno pere huic illicito studio dedita, qui eam artem de inuocandis dæmonibus in scripta redigebant, & quasi hęreditariam suis posteris relinquebant. multi autem ex his, qui sacro baptismate erant abluti, etiam eandem superstitionem sequebantur, & ea scripta retinebant contra expressas canonum iussiones. ea vix aboleri potuerũt, donec ab Hispania Hebræi pulsi sunt, & baptizati Sarraceni, & officium Inquisitionis diligenter exercęri cœptum. fiebat autem per huiusmodi nefarias inuocationes prorsus mira quędam, & pene incredibilia, vt sæpe à meis maioribus audiuisse me memini.*

Arabum & Iudæorũ gẽs superstitiosa.

Qui vero hæc exercent, proculdubio subduntur Inquisitorum iurisdictioni: quia cum hę inuocationes raro fiant sine sacrificio dæmoni exhibito, hæresim sapiunt manifestę, iuxta textum cum glossa in verbo, saperent. in cap. accusatus. §. sane. de hæreticis. lib. 6. docet que eleganter Eymericus quæstione proxime sequenti, itę amplius q. 43. huius 2. partis. C

d ¶ Quos ediderat quidam Bartholomæus Ianoues.] *De hoc item Bartholomæo Ianouesio vna cum Eymerico egimus supra in hac 2. parte. q. 11. adde Prateolum, lib. 2. cap. 11. de vitis & sectis hæreticorum. & Bernardum Lutzemburgum in catalogo hæreticorum, lib. 2. verbo,* Bartholomęus Ianouesius.

QVAESTIO. XXIX.

De libris in Italia & Gallia damnatis.

SVMMARIVM.

1 *Dulcini epistolę duæ condemnatę cum ipso auctore.*
2 *Libri diuinationum, Necromantię, Chiromantię, &c. reprobati.*

VIgesimanona quęstio est: Libri hęreticales & erronei, per Inquisitores in Italia & Francia, & aliis mundi partibus condemnati; qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quòd temporibus dominorum Honorij Papę IIII. & Nicolai IIII. Episcopus Parmensis, & frater Manfredus ordinis prædicatorum Inquisitor in illis partibus Italię, duas [a] epistolas cuiusdam Dulcini Nouariensis ut hæreticales (ipso Dulcino ut hæretico concremato) sententialiter condemnarunt, propter hæreses & errores in illis contentos, quę recitantur supra q. 12.

2 Item in partibus Gallicanis, uidelicet Parisiis, Episcopi Parisien. & Senonen, ac Inquisitor A de ordine prædicatorũ, de magno consilio magistrorum in Theologia, & in decretis doctorum vt erroneos & sacrilegos, & blasphemos sententialiter [b] condemnarunt omnes libros diuinationum & sortium †, scilicet Libros [c] necromantię. Libros Geomantię. Libros Pyromantiæ. Libros Hydromantię. Libros Chiromantiæ. Libros decem annulorũ veneris. Libros tot Greci, & Germinię † Babylonenſis. Libros quatuor speculorũ, eorundem. Libros imaginum Tobię Bantricat † Libros imaginum Ptolemæi. Libros Hermetis magi ad Aristotelem, quem librum, dicunt † Aros, ideſt, Gabrielem docuisse à Deo, in B quo sunt horribiles inuocationes, & fumigationes detestabiles. In omnibus enim istis libris sunt pacta & fœdera cum dæmonibus, & inuocationes, & sacrificia, tacite uel expresse, quæ [d] exhibere dęmonibus sapit hæresim manifeste, ut dicitur infra q. 43.

† al. fortilegiorum.

† al. Gerium.

† al. Benecricat.

† al. dixit

COMMENT. LIIII.

a DVas epistolas cuiusdam Dulcini Nouariẽsis.] *De Dulcino copiosè diximus cum Emerico supra q. 12. huius 2. partis.*

b ¶ Sententialiter condemnauerunt omnes libros diuinationũ & sortium.] *Facta videtur hęc condemnatio, vt constat ex serie huius quęstionis circa annos Domini MCCXC. Rursus anno Domini MCCCXCVIII. Parisiis Theologorum schola intuita in vniuersa fere Gallia superstitiones, dæmonum inuocationes, & sortilegia non sine magna fidelium pernicie abundare, decretum edidit, quo damnantur XXVIII. articuli partim hæreticales, partim erronei, partim vero blasphemi, quos hic breuitatis gratia omitto: leguntur tamen in calce sententiarum Petri Lombardi, & eos refero infero q. 43. huius 2. partis.*

Diuinatiões omni iure prohibitę.

D *Diuinationes autem omni iure prohibitas esse copiosè docuimus in libris de pœnis hæreticorum. leges diuinę eas magnopere detestantur, Leuit. ca. 19. & 20. & Deuteronom. cap. 18. Item iura canonica detestantur & puniunt acerbe. Concilium Ancyranum, cap. 23. concilium Laodicenum can. 36. sancti Patres vno ore damnant, quorum de hac re dicta recitat Gratianus 26. q. 5. per totum. & Iuo Carnotẽsis, par. 11. & Burchardus, lib. 10. decretorum. & summi Pontifices multis locis, in primis vero in Decretalibus tit. de sortilegijs. ac de his vitandis insignis extat locus apud beatum Clementem, lib. 2. ca. 66. constit. Apostolicarum, in hæc verba;* Fugite quoque incantationes, ariolationes, vaticinia, lu- E strationes, aruspicina, auguria, necromantiam, inuocationis, quoniam scriptum est: Non erit augurium in Iacob, neque uaticinium in Israel, & rursum, Augurium peccatum est, & alibi. Hon augurabimini, & ariolationes, diuinationes & Pythones non sequemini: lustratores non acquiretis. iõ monet Ieremias dicens: Secundum vias gentium ne ambulaueritis, & à signis cæli ne timueritis, *hactenus Clemens.*

Num. 23.

Deut. 18.

Ierem. 10.

Diuinatiõis libri comburendi.

Iam diuinationum libros olim comburendos decreuerunt pij Imperatores, vt constat ex l. Mathematicos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

maticos, C. de epiſco. audientia. idem prorſus libri pulſi ſunt in Indice librorũ prohibitorum Pij IIII. in hęc uerba: Libri omnes, & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, ſiue in quibus continentur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes artis magicæ, prorſus reiiciũrur. *hęc ibi.*

c ¶ Scilicet libros Necromantiæ, libros Geomantiæ, &c.] *Varro ſcripſit diuinationum quatuor eſſe genera. per terram vnde Geomantia, per aquam vnde Hydromantia, per aerem vnde Aeromantia, per ignem vnde Pyromantia. cap. igitur. 26. q. 3. ſed multas alias excogitauerunt Magi dæmonum arte, ab omnibus fere rebus petitas. in primis vero à corpore humano, & ſingulis eius partibus; ex quibus quę per mortuorum cadauera quaſi excitata & ad uitam reuocata contingit, Necromantia dicitur. canec mirum. 26. q. 5. quæ per lineas manuum chiromantia, ceteras longum eſſet recenſere, quę licet huius eſſent loci, non tamen ſunt inſtitutæ noſtrę breuitatis. eas copioſe ſumus perſecuti in libris de pœnis hæreticorum, ubi tam vetera quàm noua diuinandi genera recenſuimus, oſtendentes quantum ſingulæ diſtent à vero, & qualem hæreſis ſuſpicionem contrahant, qui illis vtuntur.*

d ¶ Quę exhibere dæmonibus ſapit hęreſim manifeſte.] *Et propterea earum tunc punitio & cognitio ad Inquiſitores ſpectabit. cap. accuſatus. §. ſane. de hæret. lib. 6. Quo modo autem cognoſcendum ſit, quando diuinationes & ſortilegia ſapiant manifeſtam hęreſim, & qualis ſortilegorum pœna, dixi infra ſuper q. 42. huius partis. uide interim Zanchinũ tract. de hæret. c. 22.*

QVAESTIO XXX.

De ui nominis, Hæreticus.

RIgeſima quæſtio eſt: Hęreticus ex ui nominis, quis dicendus eſt?

Ad hanc [a] reſpondemus, quòd ſicut ab eremo dicitur eremita, ſic ab hæreſi dicitur hęreticus, ſeu hęretica. Hæreſis autem, ut dictum eſt ſupra q. 1. triplicitèr etymologizatur. Et primo ab eligo eligis, ſecundum Iſidorum & Papam: & inde dicitur hęreticus quaſi electiuus. Secundo ab adhęreo, adhęres, ſecundum Hugu. & inde dicitur hęreticus quaſi adhæſiuus. Tertio ab ercíſcor, ris, ſecundũ Iſidorum, quod idem eſt, q. diuido, dis: & inde dicitur hęreticus quaſi diuiſiuus. Ex his patet, q. hęreticus ex ui nominis, dicitur quaſi electiuus, quaſi adhęſiuus, & quaſi diuiſiuus: Nam doctrinã falſam & peruerſum primo eligit: poſt illi electę pertinaciter adhęret: per quę ab aliis ſane ſapientibus diuiditur & elongatur.

COMMENT. LV.

[a] AD hanc reſpondemus, quòd ſicut ab eremo dicitur eremita.] *De Etymologia huius nominis, hæreticus, eandem fere omnino habuit diſputationem Eymericus ſupra in hac 2. p. q. 1. quo loco nos quid ſentiẽdum videretur plene diximus. Huiuſmodi autem Etymologiæ quamuis hęreſis, & hominis hæretici naturam explicent, verę tamen non ſunt. Sed uidenda omnino quę in prędicta quæſt. 1. ſcripſimus.*

QVAEST. XXXI.

Quot modis in iure quis dicatur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Hęreticus in iure dicitur omnis excommunicatus.*
2 *Item quilibet Simoniacus.*
3 *Ad hæc quiſquis contra Romanam Eccleſiam agit.*
4 *Et qui errat in expoſitione ſacræ ſcripturæ.*
5 *Nouę ſectę auctor vel ſectator.*
6 *Male ſentiens de ſacramentis Eccleſię.*
7 *Errans circa articulos fidei.*
8 *Poſtremum, qui dubius eſt in fide.*

RIgeſima prima quæſtio eſt: Hęreticus in iure quis & quot modis, & extenſo nomine dicendus eſt?

Ad hanc [a] reſpondemus, q. hęreticus extenſo nomine, octo modis ſumitur.

1 Nam primo dicitur hæreticus, quilibet excõmunicatus. 4. q. 1. Quòd autem.

2 Secundo dicitur hęreticus, quilibet ſimoniacus. 1. q. 1. Quiſquis.

3 Tertio dicitur hęreticus, qui aduerſus Romanam Eccleſiam agit, & eius dignitatem à Domino traditam auferre conatur, diſt. 22. Omnes.

4 Quarto dicitur hæreticus, quicunque errat in expoſitione ſacrę ſcripturæ. 24. q. 1. Hęreticus.

5 Quinto dicitur hęreticus, quicunque conſiuit nouam ſectam, uel conſictam ſequitur. 24. q. 1. Hæreticus.

6 Sexto dicitur hæreticus, quicunque malę ſentit de Eccleſię ſacramentis, de hęret. Ad abolendam.

7 Septimo dicitur hæreticus, quicunque aliter ſentit de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia. 24. q. 1. Hęc eſt fides.

8 Octauo dicitur hæreticus, quicunque eſt in fide dubius. de hæret. cap. Dubius.

His concordat Hoſtiẽſis. Ioan. And. in nouella, & Bernardus ſupra cap. Firmiſſime, extra de hęret. & alii notatores †.

† Ideſt, glo-ſatores.

Quotmodis quis dicatur hæreticus.

COMMENT. LVI.

AD hanc reſpondemus, quòd hæreticus extenſo nomine, octo modis dicitur.] *Explicata ui & natura nominis, hæreticus, quot modis hæreticus quis dicatur, oſtendit Eymericus: octo autem modos refert quibus aliquis hæreticus dici poſſit, extenſo tamen nomine, id eſt, in lata ſignificatione: at Turrecremata in ſumma de Eccleſia, lib. 4. par. 2. cap. 12. duodecim modos enumerat. totidẽ recenſet Tabienſis in ſumma verbo, hæreticus, nu. 1. & Conradus Brunus, lib. 1. de hęret. cap. 2. multos item refert Paulus Grillandus tract. de hęret. q. 2. & Gondiſſaluus tract. de hæret. q. 1. & Zanchius de hęret. cap. 2. vbi numerat decem modos. Plurimos affert Carrerius tract. de hęret. num. 6. & multis ſequentibus. inter hos tamen modos multi ſunt improprij. & quamuis horum labor non prorſus videatur vanus & inutilis, non tamen eſt valde neceſſarius, cum omnis hæreticus ad octo illa capita reduci poſſit, quæ poſuimus ſupra in hac 2. parte ſuper quæſt. 2. Canoniſtę vero communiter enumerant hos modos, quibus quis poteſt dici hæreticus, in cap. firmiſſime. extra de hęret. vbi gloſ. in verbo, hæreticum. plurimos item affert Repertorium Inquiſitorum verbo, hęreticus.*

QVAESTIO XXXII.

Quis proprie & vere dicatur hæreticus.

SVMMARIVM.

1 *Hęreticum proprie duo conſtituunt, & quæ.*
2 *Duo requiruntur, vt quis ſit catholicus.*
3 *Quę ſint illa, in quibus errare cum pertinacia facit hęreticum.*
4 *Indirecte ad fidem pertinent contenta in ſacra ſcriptura.*
5 *Et quę ab Eccleſia definita ſũt, vt fide credẽda.*
6 *Tria in genere credenda ab omni Chriſtiano.*
7 *Pertinacia in voluntate perficit rationem hęretici.*
8 *Pertinacia errantis in fide duobus modis cognoſcitur.*
9 *Hęreticus quis proprie dicendus.*

RIgeſima ſecunda quęſtio eſt. Hęreticus proprie, ſtricte, & in rei veritate, ac ſecundnm theologiam, atque iura; quis dicendus eſt, & cenſendus?

† al. faciunt nominẽ eſſe hæreticum.

1 Ad hanc reſpondemus [a], quòd duo ſunt quæ faciunt † aliquem hęreticum proprię & completiue. Primũ ſe tenet ex parte intellectus, & iſtud eſt initiatiuum, & diſpoſitiuum: hoc eſt, vt eorum, quę ſunt fidei, ſit error in mente, ſiue in intellectu. Secundum ſe tenet ex parte voluntatis ſeu affectus: & iſtud eſt perfectiuum & completiuum: & hoc eſt, vt de illo errore credendo ſit pertinacia in voluntate: vbi enim hęc duo concurrunt, hęreticum perfecte faciunt.

2 Sicut enim ad eſſe catholicum duo requiruntur, ſcilicet eorũ quæ fidei ſunt credentia in mente, & in credendo firma adhęſio in voluntate: & ſi vnum horum deeſt, catholicus nõ eſt: Ita per oppoſitũ, ad hoc quòd aliquis ſit hęreticus, duo oportet ineſſe, ſcilicet, quòd eorum, quę ſunt fidei habeat errorem in mente, & quòd de tali errore credendo, habeat pertinaciam in voluntate: & ſi vnum eorum deeſſet, hæreticus proprie & perfecte quis non foret. His concordat ſanctus Thom. in 4. ſententiarum †, & alij theologi & iuriſtæ. † diſt. 13. q. 2. artic. 1.

3 Quæ autem (loquendo de primo) ſint illa, quę fidei ſunt, & à quolibet catholico explicitè vel implicite credenda ſunt, & quorum error in mente cum pertinacia in voluntate faciunt hęreticum, (vt prędicitur) declarant doctores theologi, & pręſertim ſanctus Tho. 1. parte ſummæ, queſt. 32. art. 4. & 2. 2. q. 11. art. 2. dicentes, quòd ſunt duo in genere, ſed tria in ſpecie. Nam [b] ad fidem quędam pertinent directe, quędam indirecte: directe quidem, vt articuli fidei, qui ſunt Chriſtianę religionis ſeminaria, & in ſacra theologia prima principia; & hęc à quolibet catholico, tanquam vera & catholica ſunt ſupponenda, ac etiam explicite vel implicite credenda, attentis catholicorum ſtatu, officio, & conditione, vt dictum eſt ſupra in parte 1. q. 4. & 12.

4 Indirecte vero ad fidem pertinent tanquam credenda omnia illa, ad quorum abnegationem, & corruptionem, ſequitur abnegatio & corruptio fidei articulorum, & ſunt duo: Primum eſt, omnia ea, quæ ſunt in ſacra ſcriptura, quorum libri canonici appellantur, hoc eſt, quę in Biblia [c] continẽtur, quę à Spiritu ſancto credimus firmiter reuelata. Vnde [d] quibus libris dicit Auguſtinus in epiſtola ad Hieronymum, & recitatur 9. diſt. † Ego ſolis eis ſcriptorum libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum auctorẽ eorum erraſſe aliquid firmiter credam: alios autem ita lego, vt quãtalibet ſanctitate polleant, nõ ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt. † cap. Ego ſolis. Ad abnegationem, ſeu corruptionem, aut in toto vel in parte iſtorum ſacrorum librorum ſequitur corruptio articulorum, cum in dictis libris articuli contineantur. Nam ſi quis non crederet omnibus contentis in dictis libris, conſequenter indirecte poſſet idem ſentire de articulis. Nam ſi Spiritus ſanctus non reuelauit, aut ſi reuelauit non verum dixit in vna parte, conſequenter nec in alia.

5 Secundum quod ad fidem pertinet indirecte eſt, omnia quę ſunt per Dei Eccleſiam determinata vt fide tenenda, ſiue in quatuor conciliis, ſiue in conſtitutionibus poſt factis vt fide tenendis: quæ quidem declarantur ad fidem pertinere, quia in dictis libris canonicis videntur contineri.

6 Ex quibus patet, quòd tria ſunt à fideli mente credenda, ſcilicet articuli fidei: ſacra ſcriptura, hoc eſt libri canonici in Biblia contenti: & ea quę ſunt per Eccleſiam determinata vt fide tamen tenenda, vt dicit Auguſtinus in ſecundo libro de baptiſmo: Et per [e] conſequens prędictorum oppoſitum pertinaciter affirmans, hereticus eſt habendus: Et in probationem huius, hereſes recollectę, & hęretici nominati ſunt. 24. q. 3. cap. Quidam hęretici. Nam quidã eorum ſuis hęreſibus contradicũt fidei articulis: quidã ſacris ſcripturis, videlicet libris prædictis canonicis: quidam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidam sacris canonibus, & declarationibus per Ecclesiam factis ut fide tenendis: quare concluditur quo ad primum, ꝙ habere alicuius istorum trium errorem in mente, facit hæreticum initiatiue & dispositiue.

7 Loquendo uero ᵘ de secundo, quæ scilicet est illa pertinacia in uolu ntate, quę habentem errorem illorum, quę sunt fidei, in mente, facit hæreticum perfectiue & cõpletiue, declaratur ex verbis beati Thomæ: ubi prius, ꝙ aliquis ʰ dicitur habere pertinaciam in uoluntate duobus modis, siue in duobus casibus.

8 Primus est, quãdo à iudice fidei quis uocatus, vtpote à domino nostro Papa, uel eius inquisitore ab eo delegato, seu ab ipso Episcopo ordinario, informatur ab eodem iudice, & clare ad oculum sibi ostenditur, ꝙ illud, quod tenet, est contra articulum fidei, vel prędictam scripturam, uel determinationem Ecclesiæ vt de fide factam: & nihilominus perseuerat in suo errore, tunc pandit clare se habere pertinaciam in voluntate. Secundus casus est, & magis pertinacię ostẽsiuus, quãdo quis post deprehensionem sui erroris, ad mandatum iudicis fidei antedicti non vult ab eo errore resilire, illum abiurando, & satisfactionem congruam exhibendo. Iste casus patet clare extra de hæret. cap. Ad abolendam. §. prędicti. Quare cõcluditur quoad secundum, quòd habere pertinaciam in uoluntate illorum quæ sunt fidei, quorum habet errorem in mente, facit hęreticũ completiue.

9 Ex quibus liquet clare, quòd proprie hæreticus est ille, qui habet eorum quę sunt fidei, errorẽ in mẽte, & pertinaciam in uoluntate: quod clare ostenditur, quando post deprehensionem erroris ea renuit abiurare.

COMMENT. LVII.

Postquam superiori quæstione docuit quot modis possit quis uocari hęreticus, inter quos, vt monui, nonnulli sunt improprij, nunc exactissima diligẽtia demonstrat, quis uere & proprie hæreticus dicatur, repetens fontes & initia vnde hęresis error oriatur.

Quot requiratur, vt quis dicatur hæreticus.

a ¶ Ad hanc respondemus, quòd duo sunt quæ faciunt aliquem hæreticum.] *Sed huic dicto uidetur aduersari communis Theologorum & Canonistarum sententia, qui ad minus tria postulãt, ut quis uere & proprie hæreticus dicatur; primum ut fidẽ catholicam sit professus, id est, ut sit baptizatus: alterum, error in intellectu eorum quę fidei sunt: tertium, pertinacia in uoluntate. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 7. de iusta hęret. punitio. Tabiensis in sum. uerbo, hæreticus. nu. 1. uersi. unde ad hoc quod proprie, & copiosius ibidem. §. 25 num. 26. uersi. vigesimoquinto notandum, quòd hæresis. Simancas de cathol. instit. tit. 31. num. 4. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 2. nu. 2. ubi quinque dicit exigi, quę ad hęc tria reduci possunt. Couarruuias lib. 3. ca. 1. num. 2. uaria. resolut. versi. hinc sane deducitur. Conradus Brunus lib. 1. c. 2. de hęret. Antoninus in sum. par. 2. tit. 12. cap. 5. §. 1. Ioannes Rolas tract. de hæret. par. 1. num. 40. cum sequent. Melchior Canus lib. 12. c. 8. de locis Theologicis, & alij quos libens omitto, quę non inepte inferri possunt ex beato Thoma 2. 2. q. 11. art. 2. ex cuius sententia optime colligit hoc loco Eymericus, initium hęresis proficisci ex errore intellectus, seu mentis: complementum uero esse à pertinacia, qua quis obdurato animo repugnat ueritati catholicæ obedire.*

Ceterum quamuis primum illud requisitum ad cõstituẽdum hominem hæreticum omiserit Eymericus, non est reprehendendus; quia id supposuit uelut manifestum: exploratissimum enim est apud eruditos, neminem posse esse uere & proprie hæreticum, nisi sit prius per baptismum Christianam religionem professus.

b ¶ Nam ad fidem quædam pertinent directe, quædam indirecte.] *Idem tradidit Eymericus par. 1. q. 7. & q. 12. hic. uero occasione nouę disputationis repetiuit. Hæc paucis mutatis, sententia tamen prorsus eadem seruata, transtulit hinc in suam summam Tabiensis uerbo, hęreticus. §. 25. nu. 26.*

c ¶ Hoc est quæ in Biblia continentur.] *Biblia plurali numero per excellentiam dicuntur libri sacri, seu canonici, quorum auctor est Deus, de quibus dixi supra hac parte super q. 23.*

d ¶ De quibus libris dicit Augustinus in epistola ad Hieronymum.] *Habetur hæc epistola in 2. tomo operum diui Augustini, estque epistola nu. 19. et quoniam sæpe meminit Eymericus huius loci, quę truncatum sæpe citat ex Gratiano cap. ego solis. dist. 9. placuit ex ipsius Augustini fonte integrum referre. habet autem ita:* Ego enim fateor charitati tuę, solis eis scripturarum libris, qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam: Ac si aliquid in eis offendero litteris, quod uideatur contrarium veritati, nihil aliud quàm uel mendosum esse codicem, uel interpretem non assecutum esse quod dictum est, uel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaque prępolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi uel per illos auctores Canonicos, uel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerũt. *hęc ille.*

e ¶ Quia in dictis libris canonicis videntur cõtineri.] *Ita emendaui contra omnes. nam in Bononiensi & Sabellano, Canonibus legebatur, in codice Cardinalis de Gambara* Canones, *sed perperam, ex quibus nulla constabat sententia. sensus autem huius loci est: Quæ sunt per Ecclesiam definita vt de fide tenenda, ad fidem pertinent, quia in dictis libris canonicis videntur contineri. nam licet expresse non contineantur in ipsis libris sacris, tamen Ecclesia definiẽdo aliquid, auctoritate librorũ sacrorum nitebatur, quorum auctoritas, ut dixi super q. 23. huius partis, necessarium prębet argumentum ad definiẽdum ea, quæ fidei sunt.*

f ¶ Et per consequens prædictorum oppositum pertinaciter affirmans hęreticus est habendus.] *Idem dixit supra q. 2. Nihilominus tamen multis aliis modis aliquis dici potest uere & proprie hæreticus, vt dixi supra super quæst. 2. huius 2. partis. ni si dicamus illos omnes ad hos tres posse reduci.*

Nemo hęreticus sine pertinacia.

g ¶ Loquendo vero de secundo, quę scilicet est illa pertinacia in voluntate.] *Pertinaciam requiri in voluntate, vt quis vere & proprie hęreticus dicatur, communis est Theologorum & Iurisperitorum sententia, vt probant fere omnes, quos citaui initio huius commentarij, & colligitur non obscure ex verbis beati Thomæ in sum. par. 1. q. 32. art. 4. ibi:* Et circa hæc opinari falsum, hoc ipso inducit hęresim: maxime si pertinacia adiungatur. *idem scribit ibidem Bartholomæus Torres Episcopus Caurien sis. & iterum diuus Thomas 2. 2. quæst. 11. art. 2. ad 3. argumentum. Simancas de catho. instit. tit. 48. num. 1. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 9. de iusta hęreti. punitio. Locatus in opere iudiciali, verbo, hęreticus. num. 18. & copiose Albertinus tract. de agnoscen. assert. quæst. 29. & alij, quos in re facili omitto libenter.*

Quid pertinacia, & quis pertinax.

Est autem pertinacia finitima perseuerãtiæ: quia vtraque in rebus cœptis persistit: sed perseuerantia occupatur in bono, pertinacia vero in malo. ita Alfonsus & Simancas prędictis locis.

Pertinax vero est, qui id temere pertendit, quod debet dimittere, vt indicat Melchior Canus lib. 12. cap. 9. de locis theologicis, versi. at quid pertinacia sit. vel pertinax est qui persistit in errore, quem sub reatu mortalis culpæ deserere tenetur. Ita Alfonsus lib. 1. cap. 9. in principio, de iusta hęreticorum punitione. quæ vero ad hunc locum attinent de pertinacia & pertinace in causa hęresis copiose, subtiliter, & eleganter more suo explicat Melchior Canus loco proxime citato.

h ¶ Quòd aliquis dicitur habere pertinaciam in voluntate duobus modis.] *Hi duo modi hoc loco ab Eymerico relati generales sunt. sub quibus forte multi alij possunt contineri, quibus pertinacia male credentium non obscure detegitur: neque his solum modis quis dicitur pertinax: nam Gerson par. 1. operum suorum tractatu quodam de pertinacia alios numerat. & glossa in etrauaganti Ioan. xxij. incipiente,* Cum inter nonnullos. *de verb. signifi. verbo, pertinaciter, il primo, septem recenset. & Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. par. 2. cap. 16. recenset viginti pertinaciæ modos, quos repetit Alfonsus Gherrerus in thesauro religionis Christianæ, tit. de hęret. num. 20. cum seq. adde Albertinum tract. de agnos. asser. quæst. 3. nume. 13. & seq. & copiosius eodem tract. q. 30. vbi fuse recenset 19. modos conuincendi aliquem de pertinacia. & multos etiam refert Simancas de catho. instit. tit. 48. num. 7. & sequentibus.*

Quot modis quis detegatur pertinax

Cum vero hic Eymericus dicit duob. modis quẽpiam habere pertinaciam in voluntate, perinde est ac si diceret, duobus modis detegi latentem voluntatis pertinaciam, de quibus vide quę dixi supra par. 1. super quæst. 12. versi. si autem negat coram iudice fidei. vbi ostendi veram esse hanc Eymerici doctrinam, & monitioni Inquisitorum in causis fidei necessario parendum, cum sufficienter ostendunt aliquid catholicę fidei repugnare, & hęreticum dogma esse.

QVAESTIO XXXIII.

De hæreticis tum manifestis tum secretis.

SUMMARIUM.

1 *Manifesti hæretici quinam dicantur.*
2 *Et qui secreti.*

TRigesimatertia quæstio est. Hæretici ª manifesti & secreti, qui & quot modis dicendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, ꝙ istam quæstionem proposuerunt canonici seu capitulum Sedis Ecclesię Tholosanæ domino Innocen. Papæ III. quibus respondet per hæc verba, vt patet extra de verborum significatione, libro 5. cap. super quibusdam. vbi sic dicitur: Sup quibusdã mãdatorũ articulis: Et infra. Tua deuotio postulauit à nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti. Super quo tibi duximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem catholicam publice prædicant, aut profitentur, seu defendunt eorum † errorem, vel qui coram prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super hęretica prauitate.

† Dicto, eorum, deest in antiquis codicib. Gregoriania.

2 Hæretici ᵇ vero secreti per oppositum dicendi sunt, qui eorum, quę sunt fidei, habent errorẽ in mẽte, & proponũt habere pertinaciã in volũtate: sed tamen verbo, vel facto exterius nõ ostẽdunt.

COMMENT. LVIII.

De hęreticis manifestis qui differuerint.

ª Haeretici manifesti.] *De hæreticis manifestis agunt Hostiensis, Zabarella, Panormitanus, Antonius de Butrio, & cõiter canonistę in c. super quibusdam. extra de verbo. signif. Bernardus Lutzemburgus in catalogo hęreticorum lib. 1. c. 12. Repertorium Inquisitorum verbo: hęreticus. §. quis dicatur hęreticus manifestus. & copiose Arnaldus Albertinus tract. de agnos. assert. q. 29. Locatus in opere iudiciali verbo, hęreticus. nu. 24. & alij.*

Nec indiget longa disputatione tractatio hæc de manifestis hęreticis, qui scilicet manifesti dicantur, cum Romanus Pontifex id aperte definierit in dicto cap. super quibusdam. de verbor. signif. quod adducit hic Eymericus: Et summa est, quinque vel sex modis dici posse aliquem hæreticum manifestum.

Hęretici manifesti qui & quot modis dicantur.

Primo, is intelligitur manifestus hęreticus, qui cõtra fidem catholicam publice prædicat, quod potest contingere multis modis, vt docet Albertinus tract. de agnoscen. assert. quæst. 29. nu. 8. & seq.

Secundo, hæreticus manifestus accipitur ille, qui profitetur errorem hęreticorum fidei contrarium: talis enim professio à voluntate firma solet procedere, quare non est mirum, si inter manifestos hęreticos cõputentur, & pertinaces etiam censeantur, qui hęreticales profitentur errores.

Tertio, vocatur hæreticus manifestus, qui vel suum proprium, vel aliorum hæreticorum defendit, siue tuetur errorem. imo vero qui aliorum defen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit errorem catholicę fidei inimicum damnabilior est eo, qui errat, nec hæreticus solum sed etiam hæresiarcha dicendus est, cap. qui aliorum. 24. q. 3.

Zabarella in dicto cap. super quibusdam. de verb. signif. hos duos modos pro uno & eodem accipere videtur, dum notat paria esse profiteri, uel defendere errorem.

Quarto, is quoque inter manifestos hæreticos numerandus est, qui coram prælatis seu iudicibus fidei, Episcopis videlicet aut Inquisitoribus iudicialiter conuictus est de hæretica prauitate. Conuictum autē accipere debemus eum, de cuius hæresi cōstat per legitimam probationem, quę facit rem manifestā, cap. cum olim. de verb. signifi.

Quinto, manifestius hæreticus etiam dicitur, qui coram fidei iudicibus hęresim iudicialiter cōfitetur, ex qua confessione fit manifestum & notorium, talē confitentem habuisse errorem in mente cum adhęsione voluntatis. manifestum enim etiam est quod constat in iudicio per confessionem, vt in dicto c. cū olim. de verb. signif.

Sexto & postremo dicitur aliquis manifestus seu notorius hæreticus, qui per eosdem iudices ecclesiasticos condemnatus est de hęretica prauitate; sententia. n. iudicis notorium facit, cap. vestra. & cap. vlt. de cohabet. cler. & mulier. cap. vlt. de tempor. ordi. l. emptorem. ff. de actio. em. & uend. & notat gloss. in dicto cap. cum olim. de verb. signifi. in verbo, confessionem.

Quid conferat intellige re qui sint hęretici manifesti.

Atque ex his innotescit qui sint hęretici manifesti. cuius rei notitia multas vtilitates parere potest, in quibus illa vna est non spernenda, ut cum cauetur vel sancitur per leges vel statuta. vt manifesti hæretici expugnentur, intelligatur quid nomine manifesto rum hęreticorum sit accipiendum.

b ¶ Hæretici uero secreti per oppositum, &c.] *De hæreticis secretis alibi dicetur copiosius, quorū tractatio non potest breuiter absolui, ut perfectè intelligatur.*

QVAEST. XXXIIII.

De hęreticis affirmatiuis, & negatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Hęretici affirmatiui qui censeantur.*
2 *Et qui negatiui.*
3 *Hæretici negatiui, ut impœnitentes condemnandi sunt.*

RIgesimaquarta quęstio est: Hæretici negatiui, & affirmatiui, qui dicendi sunt?

1 Ad hanc [a] respondemus, quòd hæretici affirmatiui dicti sunt, qui habent eorum quæ sunt fidei, errorem in mente: & verbo [b] uel facto ostendunt, se modis prędictis habere pertinaciam in voluntate.

2 Negatiui [c] vero hæretici dicti sunt, qui coram iudice fidei per testes legitimos de aliqua hęresi, uel errore, quos nolunt, uel non possunt repellere, rite siue iuste conuicti sunt: sed non cōfessi,

A immo in negatiua constanter † perseuerant: uerbo fidem catholicam profitentur, & detestantur etiam verbo hęreticam prauitatem. † al. semper

3 Hi enim [d] quamdiu in huiusmodi negatione persistunt, licet aliàs conuersationem bonam prętendāt, hæretici absque dubio sunt censendi: Euidenter nanque impœnitens est, qui peccatū, de quo conuincitur, diffitetur. Et hæc est sententia Hostien. in summa, titulo de hæret. §. qualiter deprehendatur quis in heresim. vbi dicit sic: Aduerte tamen sane intelligendo, quia vocatus, aut confitetur errorem suum, aut negat; si confitetur. & infra. Si autem negauerit, & conuictus fuerit, condemnari debet per ecclesiasticum iudicē, ad quem illud pertinet; ut dicitur eod. tit. Ad abolēdam. respon. 1. & §. 1. & notaui infra eo. tit. §. qualiter deuitetur, & hoc prędictis potestatibus sæcularibus, uel eorum baliuis, ut animaduersione debita puniatur. vt eo. tit. Excōmunicamus itaque. respondeo. 1. Ī hæc Hostien. de hoc plus infra parte tertia.

B

COMMENT. LIX.

C a AD hanc respondemus, quod hæretici affirmatiui dicti sunt, &c.] *Idem per omnia auctor Repertorij Inquisito. verbo, hæreticus. §. hęreticus affirmatiuus. & Campegius apud Zanchinum trac. de hęret. c. 12. & Vmbertus Locatus in opere iudiciali uerbo, hæreticus. n. 24. versi. horum etiam hæreticorum. & alij. Est autē optima descriptio hæretici affirmatiui, & in his iudicandis Inquisitores, aut nullam, aut perexiguam habent difficultatem, cum eorum delicta statim se sensibus insinuent.*

b ¶ Et uerbo, uel facto ostendunt se modis prędictis habere pertinaciam in uoluntate.] *Multum sunt notanda hæc verba: et uerbo, uel facto, quibus non obscure videtur indicare Eymericus affirmatiuos hęreticos dici posse, non modo ex verbis, verum etiam ex factis, quasi facta interiorem animi credulitatem & intentionem prę se ferant. l. 1. §. dinus Adrianus. ff. ad l. Corneliam. de sicar.* D

Grauissima autē est & valde anceps hæc quæstio: An is sit puniendus vt hæreticus, qui facta hæreticalia committit, quam tractat Albertinus tract. de agnos. assert. q. 32. n. 17. & q. 34. n. 53. & q. 36. n. 18. & latissime Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 1. n. 276. & multis sequentibus.

An qui facta hæreticalia cōmittit, sit puniēdus vt hęreticus.

Ac primum quidem plurimum refert intelligere, an quis sponte, uel coactè facta hęreticalia commiserit. Si per coactionē & metum fecit, quid sit sentiēdum copiosè docui supra par. 1. super q. 9. quod non est hic iterum inutiliter repetendum. E

Si uero sponte quis facta hæreticalia committat, vt intelligatur, quando in eum uelut in hæreticum sit procedendum, facta distinguenda sunt. Quædam enim sunt facta ex quibus uiolentæ oriuntur suspiciones, ut cum quis de hæresi infamatus, aut suspectus tempore mortis petit consolationem ab hæreticis iuxta consuetudinem eorum, & similia de quibus diximus infra par. 3. tit. de signis quibus diuersarum

Facta ex quibus oriuntur violentæ suspiciones.

sarum sectarum hęretici cognosci possint. atque hæc si quis cōmittat præsumptione iuris & de iure. cōtra quam non admittitur regulariter probatio, censetur hęreticus, & habere præsumitur pertinaciam in uoluntate, de quibus potest vere hic locus accipi.

Facta secūdi generis, in quibus error exprimitur manifestè.

His factis proxima sunt illa, in quibus error exprimitur manifestè, quę nullo modo possunt in bonā partem accipi, vt dęmones adorare, idolis gennua flectere, reuerentiam hęreticis suo more exhibere, communionem ab eis iuxta ritum suum accipere, se more Iudęorum circumcidere, Mahometo diuinum cultū præstare, & similia.

Alia denique sunt facta, in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis: vt hæreticos visitare, alimoniā eis præstare, comitari, defendere eorum personas, et similia.

Facta tertii generis ī quibus non intercenit ritus infidelitatis.

Si de secundis factis sit sermo, vera mihi videtur sententia eorum qui dicunt, contra eos qui talia committunt sponte, posse procedi velut contra hæreticos, quamuis de intentione eorum formaliter non constaret: quoniam interpretatione, siue iuris præsumptione intentio infidelitatis in illis actibus concurrit. ita Albertinus & vere præcitatis locis: nam cum factum suapte natura est damnatum & malum, præsumitur mala intentione factum. l. si non conuity. C. de iniurijs. ca. 1. de præsumptio. optime Panormitanus in c. cum te. nu. 29. de re iud. & in c. ad hęc 1. num. 3. de appellatio. facit textus in l. nam ludus. & l. item Mela. ff. ad l. Aquiliam. atque de his factis credere etiam posse hunc Eymerici locum intelligi dum dicit, hæreticos affirmatiuos ex factis posse deprehēdi: nam hæc quoque facta pro manifesta probatione habentur, cum ex eis oriantur iuris præsumptiones: legum autem præsumptiones veræ & propriæ probationes dicuntur. l. fi. in fine. ff. de probat. Iason in l. 1. nu. 9. C. de testamen. milit. & in l. licet Imperator. nu. 8. ff. de legat. 1. Et Archidiaconus in cap. quicunque. de hęret. lib. 6. versi. credentes. optime ait ea indicia siue facta, quę ad bonum retorqueri nō possunt, nec ad aliud nisi ad illud quod expresse indicant, pro probationibus habenda esse: & ideo perspicuę vocantur insidiæ, l. dolum. C. de dolo. A

Ac de his proculdubio factis est etiam accipiēda sententia eorum qui autumant, eum velut negatiuū tradendum esse curiæ seculari, qui factum hæreticale confitetur, prauam autem intentionem negat: de quo articulo nihil nunc statuo: est enim perdifficilis, nec nostrę breuitatis, de quo latissime Ioānes Rojas tract. de haret. par. 1. nu. 276. & multis seq.

Iam hoc est diligentissime obseruandum, quod quāuis ex his factis fictione iuris præsumatur hęresis vel apostasia, nihilominus tamen cum ea præsumptio solum sit præsumptio iuris, aduersus eam probatio in contrarium admitti poterit, iuxta doctrinam Bartoli, Iasonis, & aliorum in l. licet. ff. de leg. 1. & dixi plene infra in hac 2. parte, super quæst. 55. nam qui dęmones adorauit, aut ob amorem, aut ob cupiditatem habendi thesauros, se feciße dicere poterit: & qui ceteros ritus infidelitatis patrauit, ob cōmoda tēporalia id feciße dicere poterit absque vllo mētis errore: quamuis, ut uerum fatear, difficulter hęc possunt perfuaderi, nec iudices debent huiusmodi excusationes admittere nisi cum exquisitissima considera B

Cōmittētes facta hæreticalia seu apostatica, qualiter reconcilientur.

Vide Ioan. Rojā tract. de hære. p. 1. n. 108. & seq.

tione: quis enim facile credat à volente & non coacto hęc absq; errore mentis fuisse perpetrata? C

Sed videamus quomodo recipi debeant, qui facta hęc hęreticalia & apostatica committunt. & omissa nunc longa, ac nimis exquisita disceptatione, in his recipiendis, ac reconciliandis usu sacri & supremi tribunalis hæc praxis recepta summo iudicio esse videtur: si committentes talia facta sponte compareāt, & dicant se non credidisse ita faciendum esse, sed fidem in corde retinuisse, tunc abiurant vt vehemēter suspecti, & alię penitentiæ salutares ipsis imponuntur. Quod si dicant & feciße & ita faciendum credidisse, abiurant tunc vt formaliter hęretici uel apostatæ. & grauius puniūtur, maxime si sponte, aut nullo inducto metu, aut leui metu incusso hęreticalia vel apostatica facta commiserunt.

Quòd si non compareant sponte, & confitentur facta hęreticalia uel apostatica, prauam autem intentionem negant: tunc super intentione torquentur, vt intelligatur, an reuera ita crediderint necne: & si post torturam legitime adhibitam in negatiua persistunt, dicentes se non habuisse prauam intentionem, tunc similiter abiurant ut uehementer suspecti. & verisimile sit eos non habuisse prauam intentionem, qui per grauem metum talia commiserunt. Si uero intentionem prauam, seu mentis errorem confitētur: tunc tamquam formales hæretici uel apostatę abiurare compelluntur, si reuerti uelint ad Ecclesia Catholicæ unitatem: & graues item pœnitentię illis imponuntur. D

Ceterum ut grauius uel mitius puniantur, considerandæ est qualitas metus illati, & personę delinquētis, an iuuenis vel vir: an doctus uel imperitus: an laicus vel clericus seu religiosus, & similes circunstantię, quę delicta solent minuere, uel aggrauare.

Sane illi, quę cum non sponte venerint, confessi fuerint prauam intentionem, & mentis errorem, si reuerti uoluerint, postquam hæresim uel apostasiam abiurauerint, de iure ad perpetuum carcerem sunt damnandi. cap. excommunicamus. el 2. §. Si qui autem, extra de hęret. E

Iam si de illis factis sit sermo, in quibus nihil apparet de ritu infidelitatis. quāuis ex illis suspicio hęresis oriatur, at tamen nec hæresis, nec hæreseos credentia inde nascitur, & ob id in eos, qui talia facta committunt, non poterit procedi tanquam contra hæreticos, aut hæreticorum credētes, sed solum tanquā contra suspectos; cum ea facta interdum patrentur ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, interdum uero pecunia interueniente, ut optime docuit Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 9. quem per omnia sequitur Eymericus par te 2. q. 50. nu. 4. ubi scripsimus cumulate.

Et ex hac accurata factorum distinctione, quæ à paucis fortassis tam dilucide tradita est, potest facile intelligi qualis hæresis suspicio à delinquentibus, & committentibus hęc, uel illa facta contrahatur, præsertim cum sponte ea committunt, ut dixi.

c ¶ Negatiui uero hæretici, &c.] *De negatiuis hæreticis agunt illi, quos initio huius commentarij citaui. item Repertorium Inquisitorum verbo, negatiua. et Simancas de catho. instit. tit. 48. n. 25. in-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

super omnes illi, quos longa serie retuli apud Eymericum 3.par. super 12. modo processum fidei terminandi. num:207.

Negat'ui hæretici difficulter cognoscuntur.

In his autem cognoscendis & iudicandis grauis est difficultas: nam cum hi negent, contra vero testes dicta vel facta eorum contra eos affirment; non facile potest iudicium exerceri: qua tamen ratione horum causæ tractari debeant, ne quid iniustum, aut incautum committatur, prudentissime & plenissime more suo docet Eymericus 3.par.in 12.modo processum fidei terminandi, nu.207. & sequentibus, vbi dicemus copiose.

d ¶ Hi enim quandiu in huiusmodi negatione persistunt, &c.] idem repetiuit Eymericus 3. par. in 12.modo processum fidei terminandi, vbi nos plenissime ostendimus hanc sentẽtiam & veram esse & communi voto receptam, quam præter cetera probãt euidenter concilium Biterrense cap.9.& concilium Narbonense c.26.neque huiusmodi negatiui excusabuntur per protestationem quo minus tradi debeant curiæ seculari, vt pręcitato loco ostendimus.

Sed in hac quæstione illa est pręcipua difficultas dirimenda, quam à paucis è nostris in hac causa tractatam video; An illi negatiui dici possint, qui de dictis vel factis hęreticalibus, vetustis tamen & diu commissis conuincuntur, aut potius in his obliuio sit præsumenda: nam si obliuio præsumatur, non censebũtur negatiui, cum proprie ea dicamur negare quę recordamur, & propterea non tradentur curię seculari. Quæstio hęc frequens est & valde vtilis, & maximi in primis momenti, cum de vita hominis agatur, totaque pendet ab illa altera difficultate, quãto tempore præsumatur induci obliuio.

An q̃ de antiquis dictis, vel factis hæreticalib. cõuincuntur, sint negatiui.

In his ergo breuiter more nostro certiora tradentes, primum statuendum est, in arduis & horrendis factis non esse præsumendã obliuionem: nam vt Plinius affirmat, in rebus arduis non lęditur, aut alteratur memoria. Aymo consi.134.nu.31. Masuerus apud Iasonem in l.seruũ.C.de seruis fugit. quod expresse cautum inuenio instruct.quadam Hispalen. anno MCCCCLXXXIIII.c.13.ibi: En actos graues y señalados, en los quales no se presume oluido. idest, in factis grauibus & insignibus, in quibus non præsumitur obliuio. quamobrem si quis Lutheranorum more templa sacra diruisset, aut deleuisset imagines Sanctorum, aut hęreticas propositiones ex proposito pręddicasset, aut scripsisset, tametsi longum tempus post hęc facinora transiuisset, non excusaretur dicens se oblitum esse, quominus velut negatiuus hæreticus esset tractandus: nam in factis huiusmodi proprijs non est facile credenda obliuio, quamuis alias etiam spatio aliquot annorum in facto proprio inducta præsumatur.l. si arbiter.ff. de probat.l.3.§. duæ autem.ff. de Carbo. edicto.l.peregre. ff.de acq. posses. Grammaticus decis.60.incipien.in causa excellentis, nu.7. & seq. atque hoc ipsum puto statuendum in factis, aut dictis solitis & consuetis, licet ardua non sint: nam nec in his præsumenda est obliuio. Idem sentias de factis semper comitantibus delinquentem, vt si quis libenter passus sit se circumcidi, & de hoc conuincatur, non poterit opponere obliuionis exceptionem.

In ceteris vero causis, quæ insignes & arduæ non A sunt, quãtum tempus exigatur ad hoc vt obliuio inducta præsumatur, non satis conuenit inter Doctores: nam multi in l.si de eo.ff.de acq. possess. & in l. furtum.ff.de vsucap.& in l.licet.vbi Bald.& Ang. C.de acq.possess.& Bar.in l.ex consensu.§.eum qui. de appell.per decẽnium induci obliuionem autumãt. Innoc.in c.2.de restit.in integrum.& Bal.in l.seruũ fugitiuum. C.de seruis fugitiuis. non requiri decennium ad inducendam obliuionem putant, nullum tamen tempus taxant. Sed Accur.in d.l.furtum.verbo, vel longo. & Inno. in c. querelam. de electio. & Saly in d.l.seruum fugitiuum. C.de seruis fugit. & Bal.in l.2.C.de seruit.& aqua. & Cynus in l.1. C. B vbi causa stat.& alij asserunt hoc arbitrio iudicantium esse relinquendum: & hanc opinionem vocat magis communem Iason in d.l.seruum fugitiuum.C. de seruis fugit.nu.46. quem sequitur Ioannes Rojas tract.de hęr par.1.nu.90. & seq. quia quando tempus non est à iure præfinitum, id iudicantis arbitrio relinquitur, inspectis personarum & causarum circunstantijs.l.1.ff.de iure deliberan. Tiraquellus in l. si vnquam.verbo, omnia vel partem aliquam, nu.51. & sequen.C.de reuocan. donatio.

In factis uel dictis non arduis, quanto tempore præsumatur idu ci obliuio.

Tho.Grãmaticus cõs.47. incip. In cã honorabiliũ, n.20. ait ĩ teste cadere obliuionẽ spatio duorum annorũ & ẽt minori.

Ego ab hac communi sententia non recedo, nibilominus tamen hoc monendum diligentissime & perspiciendum existimo, quoniam res grauis est, & de C vita hominis agitur, vt Inquisitores cuncta rimentur, pendantque negotij seu delicti qualitatem: in primis vero delinquẽtis ingenium & naturam. sunt enim multi suapte natura obliuiosi & stupidi, sunt alij memorosi & factorum, ac dictorum tenaces, vnde in illis minori tempore præsumetur obliuio; nec propterea iudicabuntur negatiui, in his vero difficilius memoriæ lapsus creditur, ideoque si negent hæreses de quibus conuincuntur, non facile se tuebuntur, obliuionem allegando.

Ex his possumus colligere quid sit respondendum ad perdifficilem illam quęstionem: An sit negatiuus censendus, ac velut diminutus confitens & pertinax D damnandus, qui vel omnes hęreses, de quibus cõuincitur, vel omne delicti tempus, vel omnes complices non reuelat: nam si hęc recentia sint, in quibus non facile præsumatur obliuio, tanquam diminutus confitens & impænitens damnari poterit: secus autem erit agendum, quotiens quędam in his erunt paulo antiquiora & vetustiora, quæ facile à memoria recessisse credantur: vel si aliquæ alię causę subsint, vt grauis infirmitas, læsio capitis, negotia plurima, vel alia, ex quibus præsumi posit obliuio, ut luculenter & vere ostendit Thomas Grãmaticus in pręddicta decis. 60. num.7. uerisimile enim est, eum qui quasdam hęreses fatetur, & eas grauiores, & quos- E dam complices reuelat, pręsertim si coniunctos & amicissimos, cetera etiam fuisse dicturum si recordaretur. ita sentire videtur Simancas de catho. instit. tit.48.num.28.& Ioannes Rojas tractat. de hęret. par.1. assertio 22. quorum sententia & æquissima, & omnino tenenda mihi uidetur.

An sit negatiuus uel diminutus cõfitẽs, qui uel oẽs hæreses, vel omne delicti tempus uel oẽs cõplices non reuelat.

Contra uero his uelut diminutus confitens & negatiuus tradendus esset curiæ seculari, qui non fateretur omnes errores hęreticales, de quibus esset conuictus per testes omni exceptione maiores, si illi adeo recentes, aut graues essent, quorum uerisimiliter

similiter non posset credi oblitus: nam falsa pęnitentia est, cum de omnibus peccatis non agitur, nec licet dimidiam sperare veniam.c.quem pęnitet.de pænit.dist.1.c.omnis.extra de pęniten. & remissio. Simancas in Enchyridio, tit.61.num.4. Ioãnes Rojas tract. de hęret.par.2. assertio.21.cetera huc spectãtia facile nunc omitto, alibi fortassis commodius traditurus.

QVAESTIO XXXV.

De causis, ex quibus in genere aliqui dicantur hæretici.

SVMMARIVM.

1 *Tria in genere credenda sunt, & quæ.*
2 *Hæreses in triplici sunt genere.*
3 *Hæretici uel sentiunt contraria articulis fidei:*
4 *Vel contra sacram scripturam:*
5 *Vel contra definitionem Ecclesiæ de fide.*

TRigesima quinta quæstio est: Hęretici a, ex quibus & quot casus in genere sic dicendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, q̃ ut dictum est supra in prima parte. q.12. & in hac secunda.q.32. Credenda sunt in genere tria, scilicet articuli fidei, libri canonici, & constitutiones, seu canones ab Ecclesia decreti vt fide tenendi.

2 Et per oppositum hęreses sunt in triplici genere, s. quia uel obuiant fidei articulis: uel libris canonicis: uel constitutionibus per Ecclesiam factis ut de fide tenendis.

3 Et consequenter hęretici sunt, quicunq; sũt ex causis tribus in genere, s. vel quia defendunt errorem, qui est directe contra articulos fidei: vt defendentes Spiritum sanctum non procedere ab vtroque, uidelicet Patre & Filio: quod est contra illud, quod dicitur in symbolo Patrum, ubi dicitur: Qui ex Patre Filioque procedit †.

† Vide quæ diximus supra par.1. super symbolo Sanctorum Patrum.

4 Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra scripturam sacram, seu libros canonicos: vt defendentes mundum non incœpisse, sed ab ęterno fuisse: quod est contra illud quod dicitur Gen.1. In principio creauit Deus cælũ & terram.

5 Vel quia defendunt errorem, qui est directe contra constitutiones per Ecclesiam factas vt de fide; vt defendentes vsuram non esse peccatũ: qđ est contra c. Ex graui. in Clemen. de vsuris. seu q̃ Christus cũ Apostolis nihil habuit in proprio uel communi, quod est contra extrauagantẽ Domini Ioan.xxij. Cum inter. Quæ capitula sunt decreta vt fide tenenda, vt patet ibidem.

COMMENT. LX.

a HAeretici ex quibus & quot causis, &c.] *Materiam huius quæstionis copiose tractauimus supra in hac 2.parte, super q.2.vbi tradidimus plures generales regulas, ad dignoscendum ex quot* A *capitibus seu causis possit aliqua propositio dici hæretica, siue homo hęreticus; de quo item argumento agunt luculenter Turrecremata in summa de Ecclesia lib.4.par.2.cap.9.& multis seq. Melchior Canus lib.12. cap.7. de locis Theologicis, & Arnaldus Albertinus tract.de agnoscen.asser.q.5. et alij. quare ne actum agere uideamur, satis sit hæc admonuisse lectorem.*

QVAESTIO XXXVI.

B De hæreticis damnatis in toto iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici damnati, de quibus in Decretis.*
2 *Hæretici, de quibus in Decretalibus fit mentio.*
3 *Hęreticus damnatus in extrauag. Quia vir.*

TRigesima sexta quæstio est: Hæretici a per Ecclesiam condemnati, de quibus agitur in iure canonico; qui sunt?

C Ad hanc respondemus, quòd quidam hęretici apparent condemnati ex Decretis: quidam ex Decretalibus: quidam ex Extrauagantibus.

De hæreticis condemnatis in Decretis.

Ex decretis, dist.15.& 24.q.3.c. Quidam autem hæretici habentur isti. Simon magus, à quo Simoniani. Basilides, à quo Basilidiani. Nicolaus Diaconus, à quo Nicolaitæ. Gnostici. Carpocrates, à quo Carpocratiani. Cerinthus, à quo Cerinthiani. Nazarẹi. Ophitæ. Valentinus, à quo Va- D lentiniani. Appelles, à quo Apellitę. Archontiaci. Adamiani. Cainani. Sethiani. Melchisedechiani. Angelici. Apostolici. Cerdon quidam, à quo Cerdoniani. Marcion Stoicus, à quo Marcionistę. Artotyritæ. Aquarij. Seuerus, à quo Seueriani. Tatianus, à quo Tatiani. Alogij. Cataphrygi. Cathari. Paulus Samosatenus, à quo Pauliani. Hermogenes, à quo Hermogeniani. Manes, à quo Manichęi. Antropomorphitę. Hieracha, à quo Hierachitę. Nouatianus Romę vrbis presbyter, à quo Nouatiani. Montani. Hebion, à quo Hebionitę. Photinus Syrmii Episcopus, à quo Photiniani. Aerius, à quo Aeriani. Aetius, à quo Ae- E tiani: Iique Eunomiani ab Eunomio dialectico Aetii discipulo. Origenes, à quo Origeniani. Noetus, à quo Noetiani. Sabellius, à quo Sabelliani. Arius Alexandrinus presbyter, à quo Ariani. Macedonius Episcopus, à quo Macedoniani. Apollinaris, à quo Apollinaristę. Antidicomaritę. Metangismonitæ. Patritius, à quo Patritiani. Colluthus, à quo Colluthiani. Florinus, à quo Floriani, seu Floriniani. Donatus, à quo Donatistæ. Bonosus Episcopus, à quo Bonosiani, seu Bonosiaci. Circuncelliones. Priscil-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lianus, à quo Priscillianistæ. Lucifer Sardiniæ Epiſcopus, à quo Luciferiani. Iouinianus Monachus, à quo Iouinianiſtæ. Heluidius, à quo Heluidiani. Paternus, à quo Paterniani. Arabici, quia de Arabia. Tertullianus Africanus presbyter, à quo Tertullianiſtæ. Teſſareſcædecatitæ. Nyctages. Pelagius Monachus, à quo Pelagiani. Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus, à quo Neſtoriani. Sabbatius. Cœleſtius. Euſtathius. Iulianus Celanenſis. Cœleſtinus. Maximinus. Maximus. Vnicus. Lampetius. Eutyches. Petrus. alius Petrus. Acacius. Eutyches Conſtantinopolitanus abbas, à quo Eutychiani. Acephali. Theodoſius Alexandriæ Epiſcopus, à quo Theodoſiani. Gaianus Alexandriæ Epiſcopus, à quo Gaianitę. Agnoitę. Tritheitę.

Hæretici in Decretalibus condemnati.

1 Ex Decretalibus uero extra de hęret. c. Excommunicamus. 2. habentur iſti: Cathari: Patareni: Pauperes de Lugduno: Paſſagini: Ioſepini: Arnaldiſtæ: Speroniſtę.

De hęreticis per Extrauagantes condemnatis.

3 Ex Extrauagantibus autem nullus habetur ex nomine, niſi in extrauagante domini Ioānis xxii. Quia vir reprobus. vbi damnatur, ac frequenter hęreticus ibi nominatur frater Michael de Cęſena prędictus, ordinis fratrum Minorum quondā Generalis Miniſter: ſed poſtmodum propter hęreſim depoſitus, & condemnatus.

COMMENT. LXI.

1 HAeretici per Eccleſiam condemnati, de quibus agitur in iure canonico-] *De argumento ſiue materia huius quæſtionis copioſe diſſeruit Eymericus ſupra in hac eadem parte, q. 6. 7. & 8. quibus locis diximus quæ hanc quæſtionem illuſtrabunt. Et rurſus de Michaele de Cęſena, cuius meminit auctor in fine huius quæſtionis num. 3. egimus copioſe in hac 2. parte, ſuper q. 15.*

Iam hęc quæſtio in omnibus Directorij codicibus erat depraua ta, quam tamen ſuę integritati reſtituimus iuxta emendationem iuris canonici nuper Romæ impreſſi.

Cum uero auctor hic agit de hæreticis damnatis in toto iure canonico, intellige de damnatis nominatim & expreſſe ſub propriis nominibus, ut patet: nō aūt de dānatis in genere, de quibus agitur in multis locis iuris canonici. ſed præcipue in cap. excōicamus 1. & 2. & in cap. Ad abolendam. extra de hęret.

QVAEST. XXXVII.

De hęreticis in iure ciuili nominatis.

Rigeſima ſeptima quæſtio eſt: Hæretici condemnati per Eccleſiam, de quibus agitur in iure ciuili; qui ſunt? Ad hanc reſpondemus, quod C. de hęre. l. Ariani enumerantur quamplures hæretici de illis, qui etiam enumerantur 24. q. 3. cap. Quidam autem hęretici. de quibus eſt actum ſuprà q. proxima. Enumerantur [a] etiam ibi alij, de quibus non agitur in Decretis, nec Decretalibus, nec Extrauagantibus, & ſunt iſti: Pneumatomachi: [b] Papianiſtæ [c]: Papuzitæ [d]: Borboritæ [e]: Meſſaliani [f]: Euchytę, ſiue Euthouſiaſtę: Audiani: [g] Hydroparaſtatæ [h]: Taſcodrogitę [i]: Batrachitæ [k]: Marcelliani [l]: Encratiſtæ [m]: Apotacitę [n]: Saccophori [o].

COMMENT. LXII.

HAec quæſtio in omnibus exemplaribus erat omnino mendoſa & deprauata, recitabanturque in ea quædam nominum portenta nihil penitus ſignificātia, quam inſpecto Eymerici inſtituto reſtituimus ex l. Ariani. C. de hęret. cum enim Eymericus videret quoſdam in dicta l. Ariani, numerari hęreticos, qui in iure canonico non recenſentur, ut omnium notitia haberetur, eos hic inſtituit tantum recenſere ex iure ciuili, quorum mentio non uidebatur facta in iure canonico; ita nos eos tantum ſelegimus, qui Pontificio iure nō continerentur: atque ita inſtituto auctoris reſpondentes, quæſtionem ſuę reſtituimus integritati.

Monendi tamen ſumus hæreticos, qui hac quæſtione numerantur in iure canonico recenſeri nominibus diuerſis, tametſi re ipſa conueniant; ut ſequentia demonſtrabunt.

a ¶ Enumerantur etiam ibi alij de quibus non agitur in Decretis, &c.] *Non agitur ſub eiſdem nominibus & appellationibus, hęreſes tamen ibi numeratę his cōpetūt; nā ijdē hęretici aut ob diuerſas hęreſes, aut ob alias cās diuerſas appellatiōes sūt ſortiti.*

b ¶ Et ſunt iſti Pneumatomachi.] *Ita vocat Epiphanius hęreſi 74. vbi contra hos grauiter more ſuo diſſerit, et ita rectiſſime græco vocabulo appellātur, non* Pneumachomachori, *aut* Pneumachomacochi, *vt apud Lutzemburgum in catalogo hęreticorum: ita vero dicti ſunt quòd Spiritui ſancto aduerſentur, ſeu pugnent quodammodo contra Spiritum ſanctum, dum ipſum negant eſſe Deum. hi non differunt à Macedonianis, quos damnat ſynodus Conſtantinopolitana, vt dixi ſupra par. 1. ſuper cap. ſancta Romana. vnde Ioannes Damaſcenus,* Pneumatomachi, *inquit*, id eſt, cum Spiritu bellantes, aut Spiritus hoſtes, à Macedonio Spiritus hoſte nominati ſunt. *Spiritum autem ſanctum ab eis contumelijs affici, quem Deum eſſe negant Epiphanius præcitato loco docet his verbis:* In Spiritum ſanctum oēs hi blaſphemi ſunt: non connumerantes ipſum Patri et Filio in deitate. *hęc Epiphanius.*

c ¶ Papianiſtę.] *Sunt qui putēt dictos eſſe Papianiſtas à Papia Hieropolitano Epiſcopo Ioānis Euāgeliſtæ auditore, & Polycarpi condiſcipulo, de quo multa Euſebius lib. 3. c. vlt. hiſto. eccleſ. hunc Alfonſus Caſtrus lib. 1. aduerſus hereſes errori ſuo renuntiaſſe indicat, à quo non multū diſſentit Ioannes Picus in Apologia ſua, q. 7.*

Hęretici. qui hūc ſunt ſecuti Chiliaſtæ *dicti sūt, eo quòd poſt mille annos Chriſtum in terris in carne cum*

cum electis regnaturum iudaice arbitrarentur, vt referunt beatus Hieronymus & Trithemius.

Lutzemburgus in catalogo hęreticorum, verbo, Papianiſtæ. *ait hos eſſe de ſecta Manichæorum ponentium duo contraria principia.*

Pepizitę. d ¶ Pepuzitæ.] *Eoſdem vocat* Pepuzianos *Auguſtinus hæreſi 28. & Epiphanius hęreſi 49. hos Nicephorus lib. 12. c. 32. cum Montaniſtis, & Phrygibus coniungit. Epiphanius cum alijs. nam hęreſi 49. ita ſcribit:* Quintiliani, qui & Pepuziani appellantur, Artotyritęque, ac Priſcilliani, ijdē ſunt cum Phrygibus, & ex ipſis originem duxerunt. *hęc ille. Pepuzitis Pepuza ciuitas, ſeu villa nomen dedit, in qua Montanus, & Priſca & Maximilla, à quibus hi duxerunt originē, vixerunt. apud hos fœminæ dignitate ſacerdotali honorabantur.*

Horum alias neſandas & ſordidas opiniones refert Epiphanius præcitato loco, & Petrus Godofredus in l. Ariani. C. de hęret. cum his conſentiebant illi hęretici, qui pro vino, lac in calicibus conſecrabant, quos Iulius Primus in epiſtola ad Epiſcopos Ægypti miſſa, grauiter confutauit.

Borboritę. e ¶ Borboritæ.] *Hos* Borborianos *appellat Epiphanius hęreſi 26. quorum & alia ibi refert portētoſa nomina: nam ijdē* Gnoſtici *dicuntur, &* Coddiani, *&* Stratiotici, *&* Phiobionitę, *&* Zacchęi, *&* Barbelitæ, *hos Borboritas partē eſſe Manichęici furoris teſtatur Imperator in l. quoniā. C. de hęret. ibi:* Exceptis ſcilicet his, quos vel Manichaicus furor, cuius partem & Borboritas eſſe manifeſtū eſt. *de his plura Epiphanius præcitato loco, & alij quos omitto conſulto.*

Meſſaliani. f ¶ Meſſaliani.] *Meſſaliani, ſiue* Maſſaliani, Euchytæ, *ſiue* Enthouſiaſtæ, *ijdem ſunt, vt colligitur ex concilio primo Conſtantinopolitano, cuius canones habes in primo conciliorum tomo. pag. 620. vbi damnati ſunt, de quibus ita ibi:* Venientes ad nos pientiſſimi & religioſiſſimi Epiſcopi Valerianus & Amphilochius propoſuerunt in communi cōſiderandum de Meſſalianitis, hoc eſt, Euchytis, vel Enthuſiaſtis, qui in Pamphilia verſantur, vel quocūque nomine contaminatiſſima hęreſis uocatur. *hæc ibi. Beatus Auguſtinus in catalogo hæreſeon, hęreſi 57. Meſſalianos vocat* Pſallianos *ſiue Euchytas. Euchitæ autē ſeu Enthuſiaſtæ dicti ſunt ab orando & ſacrificando, vt præcitati ſcribunt: horum enim præcipua hæreſis fuit ſemper abſque vlla intermiſſione orandū eſſe, & ad omnia ſufficere orationem. de his multa etiam Nicephorus lib. 11. cap. 14. & Caſſiodorus in tripar. hiſt. lib. 7. cap. 11. & Theodoritus lib. 4. cap. 10. hiſtoriæ eccleſiaſt. De his neſanda etiam multa commemorat Michael Pſellus in libro de dęmonibus, quem refert Petrus Godofredus in l. Ariani. C. de hęret. ea nos breuitatis gratia omittimus.*

Audiani. g ¶ Audiani.] *Hos Epiphanius hęreſi 70.* Audianos, *ſiue* Odianos *vocat, & beatus Auguſtinus in catalogo ipſo, nu. 50.* Vadianos, *ſiue* Antropomorphitas. *hi ab Audio quodā, qui fuit tēporibus Arij, duxerunt originem. Is Audius, ſiue Audeus fatue intelligens illud quod ſcriptum eſt:* Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: *humanam formam putauit habere diuinitatem, &*

corporis partibus eſſe diſtinctam, non reſpiciens diuinæ ſcripturę ſenſum. & qui ita putabant inter illos, proprie Antropomorphitę *vocati ſunt: eorundem alius error erat, dānare facile Epiſcopos quòd eſſent diuites, & alijs de cauſis. De his multa quoque Nicephorus lib. 11. hiſtor. eccleſiaſt. cap. 14. & lib. 13. cap. 10. & Theodoritus lib. 4. cap. 9.*

Hydroparaſtatæ. h ¶ Hydroparaſtatę.] *Alias* Hydroparaſtæ, *hos ex ipſo nomine conijcere licet eos fuiſſe, quos* Aquarios *appellat Iſidorus, & Gratianus 24. q. 3. cap. quidam autem. quia ſolam aquā offerrent in calice ſacramēti, apud Epiphanium hęreſi 46. illi qui à Tatiano orti vinum reprobabant,* Tatiani *dicti ſunt, ſed Theodoritus lib. 1. hęreticarum fabularū,* Hydroparaſtatas *vocat. qui* Encratitis *adnumerātur. de Aquarijs Auguſtinus in lib. de hęret. c. 64.*

Taſcodrogitę. i ¶ Taſcodrogitę.] *Conſtitutione ſecunda nouellarum legum Theodoſij Auguſti. hi* Aſcodrogitę, *ſeu* Aſcodrogi *appellantur. Epiphanius hęreſi 48.* Taſcodrugitas *vocat, & cum* Phrygaſtis ac Montaniſtis *coniungere videtur. hi cum ceteris eiuſdem ſectæ vetus & nouum teſtamentum recipiunt, ſed poſt prophetas, alios prophetas introducunt, nempe Montanum hęreticum, & Priſcillam, & Maximillam impuras fœminas.*

Batrachitę. k ¶ Batrachitę.] *Alias* Brachitę, *vt habet Alfonſus Caſtrus, lib. 2. aduerſus hereſes; ad Manichęos pertinēt nimium notos, vt ait Lutzemburgus in catalogo hæreticorum verbo,* Brachitæ. *] in his non facile percipias originem, aut appellationis rationem: ſunt enim vti exiſtimo vulgares, & barbaræ voces eo ſæculo notæ.*

Marcelliani. l ¶ Marcelliani.] *Marcelliani, ut ſcribit Epiphanius hęreſi 72. à Marcello quodam ex Ancyra Galatiæ urbe originē trahente appellati ſunt; hic Marcellus in principio cum Sabellio ſentire diffamatus eſt: ſed ſæpe conatus eſt ſe tutari, at à multis accuſatus eſt, quòd in eiſdem perſeueraret. fortaſſis ductus pœnitentia ſe aliquando correxit: nam pro ipſo orthodoxi quidam defenſiones ediderunt. ceterum Imperator in dicta l. Ariani. quam nunc interpretamur inter hereticos ponit Marcellianos. non deſunt qui putent Marcellianos dictos à Marcellina quadam ſocia ſectę Carpocratis, quę colebat imagines quidem Ieſu & Pauli, atq; Homeri poetę ſimul & Pythagoræ adorando, incenſumque ponendo, vt beatus Auguſtinus ſcripſit. rurſus de Marcello vide Nicephorum, lib. 8. c. 53. hiſtor. eccleſ.*

Encratiſtę. m ¶ Encratiſtę.] *Hos beatus Epiphanius hæreſi 46. & 47. & diuus Auguſtinus, tom. 6. lib. de hæreſibus, cap. 25.* Eneratitas *vocant. alij* Engratiſtas, *ſiue* Engratitas *appellant. ijdem dicuntur Tatiani à Tatiano quodam, à quo ſunt inſtituti. hi nuptias damnant, atque omnino pares eas faciūt ſcortationibus, ceteriſq; turpibus fornicationibus; omnem animatorum eſum euitant. Epiphanius Tatianos, & Encratitas ita diſcernit, vt Encratitas Tatiani ſchiſmaticos dicat. Damaſcenus vero Encratitas quaſdam Tatiani reliquias eſſe dicit.*

Apotacitæ. n ¶ Apotacitę.] *In multis codicibus loco huius vocis* Apotacitæ, *legitur* Carpocratitæ, *ſed nos conſulto Carpocratitarum vocem omiſimus, vt inſtituto Eymerici deſeruiremus, qui eos hic hęreticos*

instituit numerare, quos in iure canonico non inuenerat enumeratos. constat autem Carpocratitas. siue Carpocratianos nominatos esse in iure canonico, cap. quidam autem. 24. q. 3. & retulit Eymericus supra par. 2. q. 6. Apotactitas *beatus Augustinus hæresi 40.* Apostolicos, & Apotactitas *appellat; Epiphanius uero hæresi 61.* Apostolicos, seu Apotactticos. *eosdem Damascenus uocat* Apotacticos, *ideſt, secretos uel selectos: hi enim Apotacticos tantum, hoc est, secretos ab alijs recipiebant, utentes coniugibus detestabantur, & eos reprehendebant, qui res proprias possiderent. ijdem ad Encratitas accedunt; quamuis alia etiam præter eos sentirent, & docerent.*

Saccophori. ¶ Saccophori.] *Hoc solum loco memini me legisse* Saccophoros, *nulli enim ueterum, quos ego viderim, aliquorum hæreticorũ meminere, sub hac uoce. quidam textus habent,* Sacrophoros. *Bernardus Lutzemburgus & ipse hunc locum citans in catalogo hæreticorum* Saccopharos *ac vt in alijs eius libris est videre,* Saccophatos, *appellat, ac de perfidia Manichæorum esse dicit. itaque cum sint tot lectiones, nihil certi statui potest, & forte quę est absurdior, verior est, cum huiusmodi appellationes sæpe vulgares sint et barbarę. Petrus Godofredus in l. Ariani. C. de hæret. postquam hæc retulerat, addit fortassis legendum* Siphori, *qui leguntur in definitionibus ecclesiasticorum dogmatum, cap. 52. & dicuntur tingi non in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, & ijdem esse Bonosiani noti. Hęc hactenus ideo paulo diligentius referre placuit, ut hi hæretici, qui ignobiliores sunt, & minus cogniti saltem ex nomine innotescerent.*

QVAESTIO XXXVIII.

De hæreticis in Romana curia, & extra damnatis à Delegatis Papæ.

RIgesima octaua quęstio est: Hæretici a condemnati per delegatos domini nostri Papę, siue in curia Romana, siue extra, magis famosi; qui sunt?

Ad hanc respondemus, quòd tempore domini Clementis VI. per dominum Cardinalem Albũ, delegatum in negotiis fidei, fuerunt condemnati tanquam hæretici pertinaces in Auinione, vbi tũc Romana curia residebat, ac etiã concremati, duo fratres Minores: quorum vnus vocabatur frater Petrus Castilionis, & alter frater Nicho.

Post tempore domini Papæ Inno. VI. fuerunt condemnati per eundem dominum Cardinalem Album, alii duo fratres minores ibidem Auinione tamquam hæretici pertinaces, & etiam concremati, traditi curię sęculari; quorum vnus vocabatur frater Mauritius, & alter frater Ioannes de Narbona.

Post tempore Vrbani Papę V. fuerunt etiã nouem fratres de ordine B. Francisci, (quorũ quidã fuerunt fratres Minores, quidam Fraticelli de tertio ordine in Viterbio, ubi tunc Romana curia residebat) tanquam pertinaces hæretici condemnati, & arsi, traditi brachio sæculari: quorum nomina in processibus continentur.

Extra autem Romanam curiam, fuerunt quãplures alii nostris temporibus condemnati tãquã hæretici pertinaces. Nam tempore domini Papę Bonifacij VIII. fuit per Episcopum Parmẽsem, & per fratrem Manfredum Inquisitorem, de ordine Prędicatorum Geraldus Segarellus tanquam famosus hæreticus condemnatus, & crematus in ciuitate Parmensi in Italia.

Et post tempore domini Clementis Papæ V. Dulcinus Nouariensis famosus hæreticus in eisdẽ partibus ut pertinax hæreticus cõdẽnatus pariter & combustus cum Margarita consorte sua.

Post tempore prędicti domini Ioan. XXII. in Marsilia per Episcopum, & Inquisitorem de ordine fratrũ Minorũm, fuerunt condemnati & cremati tanquam hæretici pertinaces quatuor fratres Minores, quorum nomina memorię non habentur; sed inde factis processibus continentur.

Post quorum combustionem quamplures Beguini fuerunt vt hæretici condemnati in Lunello, in Narbona, in Capite stagni, Biterris, & diuersis aliis partibus Prouincię Narbonæ: quia asserebãt prædictos quatuor fratres Minores cõbustos, martyres Christi, credentes erroribus eorundẽ.

Tempore domini Clem. VI. in ciuitate Biterris de mãdato eiusdẽ fuit exhumatus frater Petri Ioãnes de ordine fratrũ Minorũ, & post mortẽ hęreticus cõdẽnatus, & ossa eius tracta & cõbusta.

In Catalonia etiam fuerunt concremati ut hæretici Beguardi aliqui, scilicet Durandus de Baldacho Gerunden. & Petrus Olerii Maioricen. Bonanatus Barchin. Guilermus Gilberti. Valẽtinus, & frater Arnaldus Montanerii de ordine fratrum Minorum, de villa Podii Ceritani †: hic nõ fuit combustus, sed in absentia pertinax hæreticus cõdemnatus, de quibus omnibus dictum est supra.

† Hic locus hodie in Catalonia vulgo dicitur: Puix cerdan.

Multi alii sunt hęretici in diuersis mundi partibus, & præsertim in Carcassona, & Tholosa, & Sede Vrgelli, ac comitatus Castri boni, finibus condemnati: quorum nomina memorię non habentur, licet in processibus reperiantur, quę discutere esset longum.

COMMENT. LXIII.

a HAeretici condemnati per delegatos; &c.] *Historiam eorum, qui in hac quæstione cõmorantur, copiosè explicauimus cũ Eymerico supra in hac 2. par. q. 9. 10. 11. & seq. ex quibus patefiet, quo quisque tempore ex his hæreticis vixerit, quid senserit, qualemue exitum habuerit: ac propterea ne eadem inutiliter hic repetantur, loca indicasse erit satis, unde eorum notitia haberi possit.*

QVAESTIO XXXIX.

Qui dicendi sint Hæresiarchæ.

RIgesima nona quæstio est: Hæreticorum hęresiarchæ; qui dicendi sunt?

Ad hanc respondemus, quòd sicut patriarcha

patriarcha dicitur princeps patrum, sic & hæresiarcha princeps hæreticorũ, ab archos, quod est princeps, & hæresi, quasi princeps i hęresi, seu hæresum vel hæreticorum: & inde dicitur hęresiarcha quasi princeps hæresis, seu hæreticorũ, sicut & patriarcha princeps patrum. Illi autem (vt dictum est supra q. 32.) dicuntur hæretici & proprie, qui habent errorem eorum quæ sunt fidei in mente, & pertinaciam in voluntate: Igitur illi proprie dicuntur hæresiarchæ, qui non solum habent eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & pertinaciam in voluntate: verum etiam huiusmodi errorem adinuenerunt, seu confinxerunt: vel a adinuentum & confictum alios docuerunt, & magistri erroris effecti sunt: iuxta illud quod habetur 24. q. 3. cap. Qui aliorum. vbi sic dicitur: Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant: quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat & confirmat: vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est.

COMMENT. LXIIII.

Qui dicãtur hæresiarchę.

EYmericus ideo de Hæresiarchis quæstionem peculiarem instituit, quoniam tametsi hæretici sint, grauius tamen errant, quod oportuit nouisse Inquisitores: Ex vi autem nominis colligit Hæresiarchas proprie vocari eos, qui aut hæreses inuenerunt, aut inuentas alios docuerunt.

Quę autem hic commemorat Eymericus, refert etiam hinc proculdubio mutuatus auctor Repertorij inquisitorum, verbo, Heresiarcha. §. item dicendum. & Locatur in opere iudiciali verbo, hæreticus. nu. 23. & verbo, scriptura. nu. 7.

De Hæresiarchis seu errorum magistris agit etiã Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 23. & q. 30. nu. 60. & Simancas de catho instit. tit. 47. nu. 54. & sequent. Idẽ in enchyridio tit. 59. de dogmatistis. copiosè Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assertio. 43. & alij, quos proximè referam.

Hęresiarchas multis nominibus appellant nostri, nempe magistros errorum, dogmatistas, seu dogmatizatores, & concilium Biterrense, c. 16. vocat hæreticos Perfectos, vt mox dicam.

An hæresiarchæ etiamsi conuertãtur tradi debeãt curiæ sęculari.

a ¶ Vel adinuentum & confictum alios docuerunt, & magistri erroris effecti sunt.] *Et propterea grauius peccant Hęresiarchę, quàm alij hæretici, ideoque etiam acrius puniri debent.*

Sed illud hic in primis opportune quæritur: vtrũ illi soli Hęresiarchæ dicendi sint, qui errores adinuenerunt, seu confinxerunt, an illi etiam qui inuentos iam & confictos ab alijs, alios docuerunt, & publicè vel occultè prædicauerunt? Et profectò illos quoque & esse, & dicendos esse Hæresiarchas puto, qui errores ab alijs inuentos et excogitatos docent & prædicãt siue publicè siue secretò. et hęc videtur esse expressa Eymerici sententia hoc loco ibi: vel adiuuentum & confictum alios docuerunt, & magistri erroris effecti sunt, *& hoc etiã non obscurè colligitur ex c. Qui aliorum 24. q. 3. quo vtitur hic Eymericus, & ex his quæ docet Albertinus tract. de agnoscen. assert. q. 30. nu. 60. iam si solum illi dicendi essent Hæresiarchę, qui errores seu hæreses inueniunt & confingunt, quidem pauciſsimi, aut nulli nostris sęculis essent Hęresiarchę: cum paucas aut nullas de nouo hæreses inueniant, et confingant, sed veterum hæreticorum dogmata excitent & sequantur ac doceant, paucis vel additis, vel detractis.*

Vtilis autem est huius quæstionis solutio & notitia ad intelligendas leges & statuta de Hæresiarchis loquentia, vt sciatur quid nomine Hęresiarcharum intelligi debeat.

An autem ijdem Hæresiarchę sine misericordia tradi debeant curiæ sęculari, etiamsi conuerti velint, quæstio est satis controuersa, quã supra par. 1. et par. 2. promisi me hoc loco explicaturum.

Ac primum quidem Iacobus Simancas de catho. *instit. tit. 47. nu. 54. & multis sequentibus. idem in enchyridio tit. 59 rationibus non vulgaribus contendit, hæresiarchas, seu dogmatistas curiæ sęculari tradẽdos esse: quod ipsum audacter affirmat faciendum Ioan. Rojas tract. de hęret. par. 2. assertio. 43. & docuit iam ante ipsos Repertorium inquisitorum verbo, docere. tum quia leges pontificiæ, quæ hæreticos pœnitentes recipiunt, non sunt ad eos trahendæ, qui multis mortibus digni sunt: tũ quia ita melius consuletur saluti reipub. postremo quoniam, quando lex de aliquo crimine simpliciter loquitur, seruanda nõ est, cum alia concurrunt delicta & circunstantiæ aggrauantes. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. l. si adulterium cum incestu. l. vim passam. ff. ad l. Iuliam de adul. perinde esse censendũ de dogmatista, in quo plura concurrunt delicta, quàm in hæretico simpliciter, cum dogmatista errores conceptos doceat alios.*

Hæc sententia, spectata horum temporum conditione miserrima, quibus nihil non impium audent, hæretici, cum ad imum scelerum peruenerint, absque vllo errore meo iudicio obseruari posset, & fortassis me iudice, nullus Hęresiarcha etiam si conuersionem non fictam ostenderet, euitaret vltimum supplicium: at quia Ecclesia benigna est & clemens nullo adhuc Pontificio iure cauit, vt dogmatistę curiæ sęculari indistincte tradantur, immò concilium Biterrense, c. 16. si conuerti voluerint, benignè recipiendos docet his verbis: Perfectos hæreticos seu vestitos coram discretis aliquibus & fidelibus examinetis secreto, ipsos ad conuersionem prout poteritis inducentes, et conuerti volentibus vos exhibeatis fauorabiles et benignos, cum per tales multum fuerit illuminatum negotium et promotum: ac ipsorum pœnitentias pro qualitate conuersionis et meriti mitigetis, vel quantum vobis visum fuerit, deferatis. *hęc ibi. Idem sancitum est in concilio Tarraconensi relat. pag. 221. in hæc verba:* Perfecti vero hæretici si cõuerti voluerint, et dogmatizantes, absolutione prębabita, et abiuratione facta, perpetuo carceri intrudantur. *hactenus ibi. Perfectos autem hæreticos eosdem esse cum dogmatistis abunde explicui supra in hac parte super eodem concilio Tarraconen.*

Concilii Biterrensis sententiade dogmatistis.

Notanda est autem causa, quam tradit concilium Biterrense, cur dogmatistæ recipi debeant. Per tales

Universidad de Deusto
Biblioteca

jes enim, *inquit*, multum est negotium illuminatum & promotum. *Idque ob varias causas. Primum, quia ijdem illi dogmatistæ si vere conuertantur, & deceptis prædicent, multos eorum facile conuertent. Ad hęc, cum melius intelligant errores & fraudes deceptorum, quas ipsi docuerunt, cõmodius vel scribendo, vel eloquendo eas refutant. Postremo, quoniam dogmatistæ vere conuersi & publice pœnitentes sunt veluti limpidum pœnitentię & humilitatis speculum, in quod peccatores intuentes & conuertuntur, & in officio continentur.*

Hoc vero tum præsipue obseruandum esset cum Hæresiarcha magnę auctoritatis, doctrinæ, aut dignitatis foret, qui facile speraretur sua auctoritate multos conuersurus.

Præterea, si paulo diligentius inspiciamus seriem textus in cap. ad abolendam. de hæret. exæquare videtur Pontifex, eos qui docent, & credunt hæreses, ibi: Aliter sentire, aut docere non metuunt. *& postea subditur clausula generalis:* Nisi cõtinuo post deprehensionem erroris, ad fidei catholicę vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium episcopi regionis illius publice consenserint abiurare, & satisfactionem congruam exhibere. *Cui plane textui non potest commoda assignari responsio.*

Et hanc sententiã de recipiendis Heresiarchis seu dogmatistis apertissime profitetur Eymericus infra par. 3. nu. 136. & n. 137. & n. 188. vbi eũ qui prædicauit hæreses admittit ad abiurationẽ. Et Berengarium, quem constat fuisse Hæresiarcham ante aliquot sæcula conuerti volentem, receptũ fuisse ad gremiũ Ecclesiæ scimus. cap. Ego Berengarius. de cõsec. dist. 2. de quo dixi plura supra in hac 2. par. super q. 6.

Item hęc sententia de recipiendis Hęresiarchis conuerti volentibus, tunc maxime locum habere posset, cum Hęresiarchæ sponte, non inquisiti, nec nominatim citati aut vocati accederent ad confitendũ peccatum suum, & misericordiam implorandam: tunc enim facilius eis parcendum crederem: cum mitius semper agi debeat cum sponte venientibus & confessis, quàm cum accusatis & conuictis. glossa in cap. de hoc. de simonia.

Non obstant rationes in contrarium adductę, quibus vno verbo possumus satisfacere dicentes, in rebus magnis qualis est hæc, in qua hominis uita uertitur, nihil esse facile statuendum, quod non sit iure cautum: nullo autem iure pontificio sancitũ est, dogmatistas relinquendos esse curiæ sęculari, immo quę nos paulo antea cõmemorauimus contrariũ docent.

Iam leges ciuiles, quibus huiusmodi homines ultimo supplicio affici iubentur. l. quicũque. C. de hęret. l. eum qui seruum. C. de apostatis. l. fin. C. de Iudeis. l. 2. C. ne sacrum baptis. iteretur. nunc in hoc crimine quod mere ecclesiasticum est, locum nõ habent: nam tunc demum illis utendum est, cum è foro ecclesiastico fuerint pulsi hi scelerati.

Prudentia adhibẽda in recipiẽdis hę resiarchis.

Tametsi autem hęc ita se habeant in recipiendis Hęresiarchis prudẽtissimi esse debent Inquisitores: solent enim maiori ex parte fictę & fraudulentę esse horum cõuersiones, quos postquam semel excęcauit Satan, & inanis gloriæ, quam potissimum huiusmodi hominum genus affectat, stimulis agitantur; ideo plerunque resipiscere puro corde simulant, vt in concepto errore perseuerent, & amplius decipiant.

Cum vero ad gremium Ecclesię recepti fuerint, grauissimæ pœnitentiæ sunt illis iniungendæ, nec mitigandæ, nisi post longum tempus, & post manifestissima veræ pœnitentiæ, conuersionis, & humilitatis signa, vt eleganter indicat præcitatum concilium Biterrense.

Quibus Hæresiarchis nõ parcendum.

Illos autem Hęresiarchas ego nullo pacto recipiẽdos putarem, qui post longũ tempus, frequentesque admonitiones & cohortationes vix cõuerti posse videntur, & maxime instanti tempore, quo tradendi sunt curię sęculari: hos enim metus mortis potius quàm studium veritatis ad petẽdam misericordiam videtur inducere.

Neque illis omnino indulgendum censerem, qui præceptis, comminationibus, pœnis, præmijs, promissionibus iuratis, aut alijs similibus modis, conantur aliquẽ seu aliquos arctare seu cogere ad hęresim contrahendam, vel contractam pertinaciter defendẽdam. Hi enim grauissime peccant vt docet Albertinus de agnosc. assert. quæst. 30. nu. 60. & propterea merito crederem hos omnino fore tradendos curię sęculari, & vltimo supplicio plectendos. l. eum qui. C. de apostatis. facit l. 2. C. ne sanctum baptis. iteretur.

Postremo id mihi maxime probatur, quod docuit Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 68. & seq. illis dogmatistis, qui regibus, principibus, reginæ, aut filijs filiabusue regum hęreses aut persuaserunt, aut persuadere conati sunt, nullo modo parcendum esse: quia cũ crimine hæresis maiestatis lęsę delictum coniunxerunt: & qui principes deprauare aut corrumpere tentat, in totam rempub. machinatur, cum tales futuri sunt subditi, quales fuerint magistratus.

Nec huic sententię obstat concilium Biterrense proxime citatum, quoniam receptissima est iurisperitorum & notissima regula, licere interdum propter immanitatem facinorum leges transgredi, & à communibus iuris regulis discedere. Innocentius in c. 1. de constit. quem ibidem sequitur Hostiensis. Archidiaconus in cap. qui bona. 17. q. 1. & ceteri longo ordine relati per Tiraquellum tract. de pœnis tẽperan. aut remitten. causa 49. num. 16. & 26.

QVAESTIO XL.

De hæreticis impœnitentibus, pœnitentibus, & relapsis.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici pertinaces seu impœnitentes qui sint.*
2 *Hærerici pœnitentes.*
3 *Hęretici relapsi proprie qui dicantur.*
4 *Lapsus in hæresim post abiurationem de vehementi consetur relapsus.*
5 *Et qui lapsus est in hæresim aliam ab abiurata, si generaliter omnem hęresim abiurauit.*
6 *Et qui cum abiurasset vt hæreticus, postea hęreticis fauet.*

Quadragesima quæstio est: Qui dicuntur hęretici impœnitentes, qui hæretici pœnitentes, & qui hęretici relapsi, seu relabentes?

1 Ad hanc respondemus, quòd illi dicuntur hæretici pertinaces & impœnitentes, qui habent eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & pertinaciam in voluntate; sic, quòd quamuis eis per iudices fidei ostendatur, quòd errant in fide, & mandetur eis per eosdem quòd resiliant ab errore, et illum abiurent, & satisfactionem exhibeãt competentem, nolunt obtemperare: immo perseuerant pertinaciter & contumaciter in errore: Et tales sunt vt hæretici pertinaces & impœnitentes brachio sęculari tradendi, animaduersione debita puniendi. Hæc patent extra de hęret. cap. Ad abolendam. §. præsenti.

Hæretici pœnitentes qui sint.

2 Hęretici vero pœnitentes dicuntur illi, qui etsi aliquando habuerunt eorum quæ sunt fidei, errorem in mente, & ad tempus, facto, verbo, vel proposito pertinaciam in voluntate: tamen postmodum ad se reducti, & sui miserti, ac saniori cõsilio edocti, ab errore cordis resilierunt, & opere illum abiurarunt, & ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris satisfactionem congruam exhibuerũt. Hæc patent eod. tit. de hęret. c. Ad abolendam. §. præsenti. allegato.

Qui sint hæretici relapsi

3 Hęretici autẽ relapsi, seu relabentes illi dicũtur proprie, qui postquã vt hęretici pœnitentes hęresim abiurarunt, & lapsi in hęresim extiterũt: sed per abiurationem surrexerunt: iterũ ad hęresim reuertũtur, & in hęresim relabuntur. Isti enim postquã plene & clare cõstiterit de eorũ lapsu; sine audientia quacunq. (posito etiã quòd pœniteãt, & fidẽ catholicã profiteãtur, ac eis humiliter petẽtib⁹. sacraméta Pœnitẽtiæ & Eucharistię concedantur, iuxta c. Super eo. extra de hæret. lib. 6.) tradẽdi sũt tamẽ vt relapsi, brachio sæculari, animaduersione debita puniẽdi: iuxta c. Accusatus. de hęret. lib. 6.

Relapsi quot modis dicantur.

4 Relabi autẽ dicuntur, et cõsequẽter relapsi in tribus casibus. Primus est, quãdo crimine hæresis plene non probato, quis vt vehementer suspectus hæresim in iudicio abiurauit; si postea in hæresim incidat, quadam iuris fictione iudicatur relapsus: iuxta cap. Accusatus. in principio, de hęret. lib. 6. Secus si abiurauit vt leuiter suspectus, quia tũc si incidat; post, pœna relapsorum non punitur.

5 Secundus casus est, quãdo quis in vnã speciẽ hęresis cõmisit, et generaliter et simpliciter hęresim abiurauit, si post in quancunq. speciẽ hæresis incidat, relapsus veraciter iudicat: iuxta c. allegat. Accusatus. §. eũ vero. Secus si tãtũ vnã hęresis speciẽ abiurauit: tunc enim si in aliã non abiuratã incidat secundũ Io. And. relapsus nõ existit: licet Archid.[d] et Io. Monachus teneãt ibi cõtrariũ; quorũ opinio est nimiũ rigorosa, vt videbit infra in parte tertia, vbi agit de officij inquisitionis practica.

6 Tertius casus est, quãdo quis in aliquã hæresim lapsus fuit, quã etiã abiurauit: si post abiuratiõnẽ hęreticos recipiat: deducat: defẽdat: visitet, siue associet: ac dona vel munera eis donet, vel mittat: seu fauorem eis impẽdat, qui excusari non possit, debet relapsus merito iudicari, iuxta capitulum allegatũ, Accusatus. §. ille quoque. De his plenius dicetur infra, cum agetur de practica.

COMMENT. LXV.

2 AD hanc respondemus, quòd illi dicũtur hęretici pertinaces et impœnitentes.] *Eymericus hac quęstione solũ ostendit qui dicãtur impœnitẽtes, pœnitẽtes, & relapsi: nã qua ratione sit cũ his agẽdũ, plene ostendit 3. par. in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi, vt ipsemet indicat in hac q.*

De hæreticis impœnitentibus qui scripserint.

Ac de impœnitẽtibus seu pertinacibus hæreticis insignis extat locus in cõcilio Biterrẽsi, c. 17. et in eodẽ concilio, c. 6. 7. 8. et 9. Agunt copiosè Repert. Inquisit. verbo, pertinax. glos. in extrauagã. 1oã. XXII. incipien. cum inter. *tit. de verb. signific. uerbo, pertinaciter. Canus lib. 12. c. 9. de locis theolog. Alfonsus. lib. 1. c. 9. de iusta hęret punitio. Auctor inominatus in tract. de forma procedendi contra Inquisitos de hæresi in rubrica, De hæreticis impœnitẽtibus. Iulius Clarus §. hæresis. vers. et nota. cũ alijs sequen. Carrerius tract. de hæret. nu. 4. Albertinus tract. de agnosc. assertio. q. 3. Locatus in opere iudiciali verbo, pœna. nu. 8. Simãcas de catho. inst. tit. 48. idẽ in enchyridio tit. 30. Ioãnes Rojas tract. de hæret. par. 2. assert. 45. Zãchinus de hæret. c. 16. et ibi Cãpegius. Turrecre. in summa de Eccles. lib. 4. par. 2. c. 16. Bernardus Comẽsis in lucerna verbo, pertinax. et alij multis locis.*

In his pertinacibus hęc regula est obseruãda: diu sunt detinendi, & sępius monendi ut conuertantur: quod si noluerint pœnitere, tradendi sunt absque misericordia curię sæculari.

Quo mortis genere affici endi hæretici traditicuriæ sæculari.

Sed quo mortis genere sint afficiẽdi per ministros sæculares quærũt nonnulli. et Alfonsus Castrus, lib. 2. c. 12. de iusta hæret. punitio. parũ referre ait, an gladio, igni, vel alio supplicio vitã finiãt: sed Hostiẽsis in c. ad abolendam. de hæret. hęreticos comburendos omnino contẽdit; cui cõsentiũt Petrus Godofredus in l. 4. C. de hæret. et Couarruias, lib. 2. varia. resolutio. c. 10. nu. 10. et Iulius Clarus. § hęresis. verb scias tamẽ. et vniuersalis reipub. Christianę cõsuetudo, quod Federici lege cautum est, quæ incipit: Inconsutilẽ. *§. 4. vbi ita scriptum est:* Præsentis nostrę legis edicto damnatos mortẽ pati Patarenos, aliosq. hæreticos quocunq. nomine cẽseãtur, decernimus, quã affectant: Vt viui in cõspectu hominũ cõburãtur, flãmarũ cõmissi iudicio. *hæc ibi. Ac viuos etiam comburendos tradũt Simãcas de catho. instit. tit. 48. nu. 6. et Ioan. Rojas tract. de hęret. par. 2. assertione 45.*

Viui comburendi hæretici.

Sed cũ uiui cremãtur, hoc est omnino præcipiẽdũ, vt lingua eorũ alligetur, et ipiũ os obstruatur, ne si libere loq possit, audiẽtes impijs blasphemijs offẽdãt.

Quot autẽ modis impœnitẽtia, aut pertinacia detegatur, multi docent, quos retuli supra hac parte super q. 32. atq. hæc de impœnitentibus quantũ ad hũc locum spectat: nam cetera, par. 3. dicenda sunt.

Pœnitentes hęretici qui dicantur.

b ¶ Hæretici vero pœnitentes dicuntur illi, &c.] *Ex cognitione impœnitentiũ pœnitentes facile intelliguntur: hi etiã dicuntur conuersi, redeuntes, recõciliati, resipiscẽtes, et similibus appellationibus de his Repert. Inquisit. verbo, rediẽs. copiosè Grillandus tract. de hæret. q. 5. & auctor innominatus tract. de forma procedendi cõtra Inquisitos de hæresi in rubrica. De hæreticis*

Universidad de Deusto Biblioteca

A hæreticis redeuntibus et conuerſis. et Simãcas de catho. inſtit. tit. 47. idẽ in enchyridio tit. 58. plene Guido Fulcodius in cõſultationibus ad Inquiſitores q.15. c. 19. 20. 21. & 22. Iulius Clarus §. hęreſis. verſ. ſcias tamẽ. Alfonſus Caſtrus lib. 1. c. 21. & 22. de iuſta hęret. punitione. Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. aſſertio. 16. Zanchinus de hæret. c. 20. & alij varijs locis. de his redeuntibus ac pænitentijs eorũ inſignia extant decreta in concilio Toloſano, c. 9. 10. & 11. & in concilio Narbonenſi, c. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. & in cõcilio Biterrenſi, c. 5. & 25. & alibi ſepe.

Redeuntes ab hęreſi qualiter olim reciperẽtur & punirentur, luculenter explicat concilium Agathenſe circa tempora Cęleſtini Papę I. celebratum, c. 60. B *quod gratia breuitatis omitto, id tamen ſuo loco & tempore multum iuuare poteſt.*

Duplex redeuntium genus.

Horum redeuntium duplex potiſſimum eſt genus, quidam enim ſponte veniunt, aut intra tẽpus gratię, nõ citati aut vocati nominatim, nec ſpecialiter inquiſiti: alij vero redeunt poſt deprehenſionem, citationẽ, & Inquiſitionem, ac ſæpe poſt multas monitiones.

Qui primo modo reuertuntur, mitiſſime ſunt tractandi, & ſi peccatũ fuerit occultũ occulta eſt etiã pęnitentia iniungenda: abiurare tamen debẽt errores, et ad alia ſe obligare, quæ tradit elegãter conciliũ Biterrenſe, c. 5. his verbis: Talibus infra tẽpus gratię ſpõte C ac plene confitentibus, & ad eccleſiaſticã ſe redire dicẽtibus vnitatem, beneficiũ iuxta formam Eccleſię abſolutionis impendatis, faciẽtes videlicet ipſos abiurare omnẽ hęreſim extollẽtẽ ſe aduerſus ſanctã & Romanã Eccleſiã, & fidẽ orthodoxã quibuſcunq. nominibus cenſeatur: & iurare quòd fidẽ catholicã, quã eadẽ ſacroſancta Romana tenet Eccleſia & prędicat ſeruabunt pariter & defendent: & hęreticos cuiuſcunq. ſectę Veſtitos pariter & condẽnatos, credentes, receptatores, defenſores, & fautores eorum perſequentur pro viribus, inueſtigando, accuſando, & capiẽdo, vel ſaltẽ eos Inquiſitoribus, ſeu alijs fidelibꝰ, qui eos op- D portunius capere velint & valeãt bona fide manifeſtando. Et ꝙ ſuper his quæ inuenti ſunt vel fuerint in eodem crimine deliquiſſe, ſtabunt mandatis Inquiſitorum & Eccleſiæ, ac pænitentiam, quę ſibi fuerit quandocunque per ipſos iniuncta, recipient & implebunt, pro ea recipienda & implenda bona ſua omnia Inquiſitioni & Eccleſiæ ſolemniter obligantes. *hactenus ibi.*

Qui non ſpõte reuertũtur acrius puniẽdi.

Ceteris vero qui non ſponte reuertuntur, acriores ſunt imponendæ pænitentiæ: nã mitius agitur cũ ſponte confeſſis, quàm cũ conuictis, et quodammodo coactis. his quales pęnitentiæ iniũgi debeãt, pręſcribi nõ poteſt. hoc enim arbitrio Inquiſitorum relinquitur, in E *quo quẽ modũ ſeruare oporteat, tradit conciliũ Narbonenſe c. 5. his verbis:* Hoc quidem ita perſtringimus, non vt vos pænitentias prętaxatas, oẽs vbiq; vel omnes omnibus imponatis, ſed vt eas ſecundũ diſcretionẽ vobis traditã à Domino, pro culparũ, & perſonarum, locorũ & tẽporũ, & aliarũ circũſtãtiarũ qualitate ita caute ac prouide diſpenſetis, vt ſiue plectendo, ſiue ignoſcẽdo vita culpabilũ corrigatur: vel ſaltẽ valeat apparere, quis in tenebris ambulet, quis in luce: quis vere ſit pænitẽs, quis ficte cõuerſus; nec inde veris catholicis ſcandalum generetur, nec prætextu ſcandali, ſeu alio quantũ in vobis fuerit, defendi poſſit hæreſis ſeu nutriri. *hæc ibi. Idẽ tradit Guido Fulcodius in conſultationibus ad Inquiſitores. q. 15. c. 21. & 22. in ſpecie vero quid cuique reuertenti ſit iniungendum docẽt pręcitati, dicemuſque nos cum Eymerico 3. par. in prioribus modis proceſſum fidei terminandi.*

Qui ab hęreſi reuertũtur nõ facile admittendi ad religionem.

Illud hoc loco pro corollario adiungã, caueri in cõcilio Narbonenſi, c. 18. ne qui ab hęreſi reuertuntur, cũ grauiter fuerint culpabiles, ad religionẽ admittãtur: ait enim ita: Ne autẽ per tales religionis ſimplicitas corrũpatur, nullum de præfatis culpabilibus religionẽ quancumq. ingredi, niſi ex Domini Papę vel eius legati indulgẽtia permittatis. Et ſi qui ſine ipſorũ & veſtri licentia poſt inchoatã inquiſitionem, vel ſi etiã ante, nõ tamẽ confeſſi & canonice abſoluti, ingreſſi fuerint, reuocetis. *hęc ibi.*

Reconciliati ſua peccata ſacerdoti cõfiteantur.

Poſtremo id recõciliati animaduertãt oportet, vt poſtquam ab Inquiſitoribus iudicialiter ſũt abſoluti, eadẽ crimina proprio parocho cõfiteãtur. Adrianus lib. 4. ſent. de confeſſione, q. 4. Ioannes Rojas *& alij per eũ citati tract. de hæret. parte 2. aſſertio. 36. quod eſt in Hiſpanijs cautũ inſtructione quadã Madriliana anni MDLXI. c. 71. ibi:* y abſuelto iudicialmente, el confeſſor le abſoluera ſacramentalmente: *hoc eſt, poſtquam pænitens fuerit iudicialiter abſolutus, eum ſacerdos abſoluet ſacramentaliter.*

c ¶ Hęretici autẽ relapſi, &c.] *De relapſis plenius differit Eymericus in fine huius partis. q. vlt. vbi dicam. ideo autem obiter auctor hoc loco de relapſis diſſeruit, quoniam relapſi interdum ſunt pertinaces, interdum vero pænitentes, de quibus proprie in hac quæſtione inſtituerat diſputare.*

Qui vnã ſolam hæreſim abiurat, incidens in aliã, an ſit relapſus.

d ¶ Licet Archidiaconus & Ioannes Monachus teneant ibi contrariũ.] *Queſtio huius loci talis eſt: An qui vnã ſolũ hæreſim abiurauit, ſi poſtea incidat in aliam diuerſam, relapſus cenſeatur. gloſ. Ioã. And. in c. accuſatus. de hæret. lib. 6. verbo. ſimpliciter. non eſſe relapſum contendit. Archid. vero, quẽ ſequũtur Geminianus, Frãcus & alij in dicto c. accuſatus. §. eũ uero. de hæret. lib. 6. relapſum eſſe ſcribunt. eos ſequitur Zanchinus tract. de hæret. c. 16. num. 2. & Gondiſſaluus tract. de hæret. q. 20. num. 6. & alij.*

Sane perſpecta verborũ ꝓprietate verior eſt Ioã. And. opinio: at conſiderata æquitate & natura hęreſum, quæ inuicem ſunt connexæ. c. excommunicamus 1. et 2. de hæret. opinio Archidiaconi præualet.

Sed hæc queſtio non eſt longius diſceptanda; nam hodie locum non habet, cum qui nunc reuertuntur, licet in vna hęreſi deliquerint, omnẽ hæreſim abiurẽt, quod vere tradũt pręcitati, et dixi alibi plenius. vide etiam Simancam de catho. inſtit. tit. 1. num. 12.

QVAESTIO XLI.

De blaſphemis.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemorũ duplex genꝰ, & qui mere blaſphemi.*
2 *Blaſpemi hæreticales Inquiſitorum iudicio ſubijciuntur.*
3 *Blaſphemi hæreticales quando ſint curiæ ſæculari tradendi.*
4 *Et quãdo cogẽdi ad abiurandũ hęreſes prolatas.*

5 *Quando*

5 *Quando habendi vehementer ſuſpecti de hęreſi.* A
6 *Quando leuiter tantum.*
7 *Excuſationes quorundam reijciuntur.*
8 *Metus mortis nõ excuſat ab hęreſi, vel apoſtaſia.*
9 *Ebrietas quos & qñ excuſet à crimine patrato.*

QVadrageſima prima quęſtio eſt: Blaſphemi, an hęretici ſeu ſuſpecti de hęreſi ſint habẽdi, ſic vt Inquiſitoris hæreticorũ iudicio ſint ſubiecti? Ad hanc reſpondemus, ꝙ ſunt duo hic videnda, ſecundum ꝙ duo in quæſtione ſunt quæſita. Primũ ęſt: an blaſphemi Inquiſitoris hæreticorum iudicio ſint ſubiecti. Secundũ: B poſito quòd ſic, an ſicut hęretici, vel vt ſuſpecti de hęreſi ſint puniendi.

Mere blaſphemi non hæretici.

1 Quantum [a] ad primũ conſiderandũ eſt, quòd blaſphemi ſunt in duplici genere, quidam qui articulis fidei nõ obuiant quoquomodo, vtpote malũ Deo, vel beatę Virgini imprecãtes, eiſdẽ maledicẽtes, vel gratias Deo non exhibẽtes; ſed ingratitudine agitati, oppoſitũ gratiarũ: & iſti dicũtur mere blaſphemi. Et de iſtis loquitur lib. 5. tit. de maledicis & blaſphemis, diſtinctus contra tit. de hęret. Nec de iſtis ſe habet intromittere Inquiſitor; ſed debet eos relinquere ſuis iudicibus puniẽdos.

blaſphemi hęreticales.

2 Quidam ſunt alij, qui cõtra fidei articulos ver- C ba ſua proferunt, & eos agitant de directo, vtpote qui Dei omnipotentiam infringũt, dicentes Deũ tempus clarum, vel huiuſmodi factibilia non poſſe facere; quod eſt cõtra primum fidei articulũ: qui eſt, Credere in vnũ Deũ patrẽ omnipotẽtem: Vel qui beatę Mariæ virginis matris Dei pudicitiã tollunt, dicentes, eam meretricem, vel verba ęquipollentia in effectu: quod eſt cõtra articulũ fidei: qui eſt credere Filium Dei cõceptum de Spiritu ſancto, natũ fore ex Maria virgine: & tales ſic directe articulos fidei agitãtes, dicuntur blaſphemi, non mere, ſed hęreticales blaſphemi; & iſti ad tit. de hęret. reducuntur. Et iſti hęreticorum, vel D ſuſpectorum de hęreſi legibus iudicãtur, & tales blaſphemi Inquiſitorum iudicio ſunt ſubiecti.

3 Quantum ad ſecundum cõſiderandum eſt, ꝙ tales blaſphemi verba hęreticalia euomẽtes, poſtquam fuerunt in huiuſmodi per iudices fidei deprehenſi, ſi in talibus verbis hęreticalibus volunt ſtare, & pertinaciter defenſare, hęretici ſunt habẽdi, & tradẽdi vt tales curię ſęculari: iuxta cap. Ad abolendã. §. præſenti. de hæret. lib. 5. Si autem nõ volũt ſtare nec pertinaciter defenſare, ſed ad arbitrium iudicis fidei, volunt cũ effectu iſtas hęreſes reuocare, & ſatiſfactionem congruam exhibere, non ſunt hęretici iudicãdi: iuxta cap. allatum, Ad E abolendam. ſed ad miſericordiam admittendi.

blaſphemi hæreticales, an teneantur abiurare.

An autẽ tales debeant arctari ad abiurandũ hęreſes antedictas: & ſi ſic, an tanquã pænitentes hęretici, vel tanquã ſuſpecti de hæreſi: & ſi tãquã ſuſpecti, an tanquã vehemẽter, vel leuiter ſuſpecti.

4 Conſiderandum eſt, ꝙ ſi proceſſus meritis diligenter actitatis inueniãtur habuiſſe in mẽte eorum, quæ ſunt fidei, errorem: ita vt aliquãdo crediderint hæreſes mente, quas protulerunt ore, tenentur errores, vt deprehenſi in hæreſim, abiurare: iuxta alleg. cap. Ad abolendã, ſic quòd ſi relabãtur, pœna relapſis debita puniantur: iuxta. cap. Accuſatus. de hæret. lib. 6.

De blaſphemo hęreticali vicibus geminatis.

5 Si autem non inueniãtur in hæreſim taliter deprehenſi, ſed inueniantur pluries & frequenter in ludo, & extra ludũ, & ad leuem turbationis motũ in tales hæreſes prorupiſſe; & non cõſtat clare de mala credentia in mente, debent arctari ad abiurãdum vt vehemẽter ſuſpecti, propter frequentiã habituatam, quæ ſuſpectos vehementer de hæreſi illos reddit: iuxta cap. Accuſatus. in principio.

6 Si autem non frequenter, ſed raro: nec longo tempore, ſed pauco; & non extra ludũ, ſed in ludo tantũ; tunc eo caſu videntur abiurare debere vt leuiter ſuſpecti: iuxta idem cap. Accuſatus.

7 Nec prodeſt quicquã, ꝙ ad excuſandũ excuſationes in peccatis ponitur à nonnullis, ꝙ verba huiuſmodi hæreticalia euomentes, mouẽtur ad proferendum ſola turbatione, & furia, & nõ aſſertione firma & credentia: & ideo ꝙ aliter proferũt, & aliter credunt; proferũt peruerſe, ſed credunt catholice: nam furia & turbatio huiuſmodi totaliter non excuſat: Patet primo, quia maior in mẽte ſequitur cõmotio & turbatio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprij, quàm ex perditione vnius oboli, ſeu denarij argẽtei vel aurei: adorantes [b] aũt Mahometũ, idolum, ſeu dęmonẽ metu mortis, & trucidatione corporis proprij, vel famis, nõ excuſatur ĩ foro interiori à peccato. Vnde Augu.† de bono cõiugali, & recitatẽ 32. q. 4. c. Sicut ſatius eſt mori fame quàm veſci idolothytis.

† Auguſtin. de bono cõiugali c. 16.

8 Nec [c] excuſatur ĩ foro exteriori ab idololatria, & apoſtaſia à fide, & ꝑ conſequẽs ab hęreſi, ſecũdũ Ray. tit. de apoſta. q. 7. §. circa iſtos. Metus. n. mortis pro fidei defenſatione & cõfeſſione, quantũ ad verũ † catholicũ, non eſt metus cadẽs in cõſtantẽ virũ, quinimmo nec metus mortis pro peccato mortali ẽt minimo ꝑpetrãdo, vt tenẽt Theologi doctores, & maxime S. Tho. qui hoc tenet, non ſolũ de peccato mortali, immo ẽt veniali, in 1. quodlib. art. 9. vbi de hoc quæſtionẽ facit in terminis ſpecialẽ: & etiã Auguſt. †, & recitatur. 22. q. 2. cap. Ne quis. Si ergo turbatio & cõmotio ex metu mortis, & trucidatione corporis proprij nõ excuſat idolũ, ſeu dæmonẽ adorantem ab hęreſi, quia eſt contra primum articulũ fidei; quomodo excuſabit turbatio & cõmotio ex ꝑditione vnius denarij vel conſimilis rei ab hæreſi, contra articulum fidei, hæreſes euomentẽ? Nequaquã. Nunquid eſt maior cõmotio ex vicina morte, quàm ex aduerſa ſorte; & maior perditio perſonæ, quàm pecunię? & maior mentis turbatio de hiatu vltimo, quàm in ludo? Si ergo non excuſatur quis ab hęreſi in caſu illo, excuſabitur ne in iſto? Non.

† al. virum.

† Pſal. 5. verſ. Perdes oẽs qui locũtur, &c.

9 Rurſus ſecundũ Auguſt. ſuper Gen. ad litterã: Noe poſt diluuium inebriatus, excuſatur † a peccato, & a tãto, & a toto: quia vinum nõ nouerat, nec eius virtutẽ ſciebat, & ideo cauere non expediebat: Sed Lot inebriatus a prima filia, & cũ eadem fornicatus, excuſatur a tanto, ſed nõ a toto: quia vinum nouerat, & eius fortitudinẽ ſciebat: & cauere expediebat †: & ideo ab ebrietate minime excuſatur. Sed quia cõſequentiã ebrietatis ad luxu-

† S.Th. 2.2. q.150. ar. 4. Albertin. de agnoſ. aſſert. q.30. nu.13.

† al. debebat.

Universidad de Deusto Biblioteca

luxuriam expertus nõ fuerat, nec sciebat; ideo ab incestu aliqualiter excusatur, sed non à toto. Sed quando secundo à secunda filia inebriatus est, & concubuit cum eadem, non excusatur à toto, nec à tãto: quia vinum & eius virtutem, et inclinationem ebrietatis ad luxuriam expertus in se fuerat; et ideo cauere multum sibi debebat: et ideo de secundo incestu non excusatur; sed egit & vt ebriosus, & vt incestuosus. Si ergo iste non excusatur a secunda, nec a prima ebrietate: quia virtutem vini nouerat, & non cauit; nec excusatur a secundo incestu, quia consequentiam ebrietatis ad luxuriam expertus extiterat, & nõ fugit: excusabitur iste qui ludit, & consequenter turbationem ex ludo in se & in alijs expertus extitit, & ex turbatione verba hæreticalia euomere se, vel alios frequenter intuitus fuit: & ideo cauere ludum, et omnem occasionem debuit, nec fecit, sed vtique perquisiuit: nũquid iste excusabitur? Reuera non.

Rursus, aliquis frequẽter et sciẽter se inebriat, et inebriatus frequenter personam regis inuadit, et hæreses seminat: nunquid iste, prȩsertim si frequenter se inebriat, et ita agit vt supra suspectus de crimine lȩsæ maiestatis, et hȩreticæ prauitatis erit, quòd scienter hoc egerit, an excusabitur? Nõ: sed magis suspectus habebitur quòd hoc seriose egerit. et nunquid nõ maior est turbatio mẽtis ex calore vini, quàm ex feruore ludi? ergo si ibi non euadit Inquisitoris iudicium, nec hic.

Et ita patet, quòd licet blasphemi meri cadant sub titulo de maledicis, et non de hæreticis, et hi Inquisitoris hȩreticorum iudicio non subdantur: tamen blasphemi hȩreticales fidei articulos agitãtes, trahuntur et cadunt sub tit. de hȩret. et per cõsequens eorum inquisitio, iudicium, et punitio ad Inquisitores noscitur pertinere.

COMMENT. LXVI.

HAc quæstione Eymericus diligentissime tractat materiam de blasphemis, cũ ad Inquisitorum iudicium quandoque pertinere possint.

De blasphemis & corũ pœnis q̃ scripserint.

De blasphemiæ vitio, quod hodie in Christiana repub. non sine magna eius pernicie est frequentissimũ, ac de pœnis blasphemorum, & ad quem iudicem spectet eos punire, late tradunt Doctores in c.2. de maledicis, & in c. si canonici. §. ceterum. de offi. ord. lib. 6. vterq. Thomas 2.2. q 13. Mõtaluus in l.1. tit. 28. partitæ 7. Couarruuias in c. quẽuis pactũ. in 1. par. relectionis. §. 7. Multa Menochius lib. 2. de arbitrarijs iudicũ, cẽturia 4. casu 375. Repert. Inquisit. verbo, blasphemus. Alfõsus lib. 1. c. 12. de iusta hȩret. punitio. Simãcas de catho. instit. tit. 8. idem in enchyridio tit. 9. Tabiensis in sum. verbo, blasphemia. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 27. per totũ. idem q. 6. nu. 14. et q. 22. nu. 63. vbi docet quando spectet ad Inquisitores blasphemos punire. Squillacẽsis tract. de fide catho. c. 16. Conrradus Brunus, lib. 5. de hȩret. c. 20. Iulius Clarus. § blasphemia. Carrerius tract. de hæret. nu. 26. Põzinibius tract. de Lamijs. nu. 86. Ioãnes Rojas tract. de hȩret. par. 2. assertione 12. Grãmaticus decis. 50. incipien. Marcus Spatarius. *Boerius decisione. 301. incipien.* Præsuppono quot modis. *Sotus lib. 8. de iust. & iure q. 2. art. 3. Diaz in pract.* A *crimi. c. 103. Antonius Gomez tomo 3. variar. resolut. c. 1. nu. 1. & seq. et c. 2. nu. 2. Antoninus in summa, parte 2. tit. 8. c. 7. & alij pleriq; pluribus alijs locis, sed hi copiosius & diligentius rem edisserunt.*

a ¶ Quantum ad primũ considerandũ est, quòd blasphemi sunt in duplici genere, etc.] *Summa huius disputationis hæc est: Ex his qui blasphemãt quidã nõ proferũt blasphemias hæreticales, & hi nõ spectant ad tractatum de hæreticis, neq. iudicio Inquisitorũ supponuntur: alij vero blasphemias hæreticales euomunt, & propterea Inquisitorũ iudicio subdũtur.*

Blasphemiæ hæreticales ad Inquisitores spectant.

Hȩc distinctio vera est, et cõmuniter à nostris nũc recepta, quam sequuntur Alfonsus Castrus lib. 1. c. B *12. de iusta hȩret. punit. ibi:* Blasphemia autem, quȩ habet quandã cum hȩresi vicinitatem, vel connexionẽ, hȩc merito ad Inquisitores ptinet, vt de illa inquirant, iudicent, et puniant. *hȩc ille. Idem tradũt Albertinus, Simãcas, Cõrradus Brunus, Couarruuias, Ioãnes Rojas, et nõnulli alij prȩcitatis locis, asserẽtes, quòd quẽadmodũ sortilegia hȩreticalia seu sapientia hȩresim manifeste, spectãt ad Inquisitores, ita etiã et blasphemiæ hæreticales. idẽ cautũ esse uidetur ĩ Hispania Hispalẽsi quadã instructione an. MD. c. 4. & alia Madriliana an. MDLXI. c. 65. ibi:* o, por blasphemias qualificadas. *& c. 73. ibi:* como sõ blasphemias hȩreticales nõ muy qualificadas.

Quæ dicantur hȩreticales blasphemiæ.

C *Quoniam vero tota difficultas hic posita est in cognoscẽdis blasphemijs hȩreticalibus, ut inde intelligatur quando possint hȩreticæ prauitatis* Inquisitores *contra tales procedere, id breuiter explicare conuenit.* Ioannes Roj*as tract. de hæret.* par. 2. *assertione 12. ait, hæreticales blasphemias esse, quæ habent significationẽ infidelitatis, et fidei abnegationem, & directe opponuntur fidei confessioni: quare receptum est has blasphemias esse hæreticales: abnego Deum: non credo in Deum: Discredo de Deo: renego fidem: vel Crucem Domini Iesu Christi: vel chrisma quod fronte recepi: vel puritatem Virginis Mariȩ.*

Eymericus hic nu. 2. nõ obscure significat eas dici D *blasphemias hæreticales, quæ cõtra fidei articulos directe proferuntur; quȩ sentẽtia mihi magnopere probatur. Quicunque ergo ore impuro atque blasphemo articulos fidei oppugnat, is hȩreticalis blasphemus censendus est, & ad iudicium Inquisitorum spectat.*

Blasphemiarũ grauitas quomodo cõsideranda.

Blasphemiæ vero ex qualitate verborum ac personarum, item ex circunstantijs temporum et locorum censendæ sunt magis vel minus nefariæ ac horrendȩ.

Illæ vero inter maximas blasphemias cõputandæ sunt, quȩ contra sacratissimã Mariam Virginem matrem Dei prolatȩ fuerint: has enim diuina etiã vltio grauiter coercet, vt prȩter alia memorabile illud docet exemplum, quod refert Nicephorus lib. 18. c. 33. E *historiȩ ecclesiasticæ.*

Aliæ autẽ blasphemiæ non censentur hȩreticales, quales sunt illȩ, quȩ Deo vel Sanctis imprecantur, et per quas quodãmodo illis cõuitia inferũtur: harũ infinitus est numerus, quarũ multas referũt expẽdũtque illi, quos initio adduximus, et has quoque grauiter esse p̃ suos iudices coercẽdas paulopost dicemus.

Cur blasphemiæ aliquæ spectent ad sanctum officium.

Illud quæsitum est: cur blasphemiȩ aliquæ ad iudicium Inquisitorum pertineant, cum regulariter blasphemãtes aliud animo sentiãt, quàm dicãt. Sed huic difficultati respondetur, quòd tametsi is qui blasphemat, non sentiat verum esse quod dicit, attamen dicẽdo & blasphemando induit personã sentiẽtis ita rem habere vt dicit: & cum per actũ exteriorem infidelitatis indicium ostendat, propterea quædam blasphemiȩ iudicium fidei iurisdictioni subijciũtur, vt intelligant an blasphemi quandoque ita sentiant ut dicũt.

Qualiter autẽ procedendum sit cõtra blasphemos diligenter et accurate præscribit in hac quȩstione Eymericus: omisit tñ nominatĩ recẽsere pœnas blasphemis ĩponi solitas, quas nos hic breuiter adiũgemus.

Variȩ blasphemorum pœnæ.

Blasphemi olim veteri lege pœna mortis puniebãtur, nam Leuitici c. 24. ita scriptum est: Qui blasphemauerit nomen Domini, morte morietur: Lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi: siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit.

Iure itẽ ciuili Blasphemi pœna mortis puniũtur, authent. vt non luxurien. cõtra naturã § præterea. quæ pœna tũc locũ habet, cũ quis ex consuetudine et incorrigibilitate Deũ blasphemat, vt Cynus, Baldus, et Salicetus adnotarũt ĩ l. 2. C. de rebus credit. et Alexãder consil. 233. incip. Ponderatis his. *lib. 6. pro quo facit decisio Delphinalis 508. incipien.* Queritur de pȩna.

In Hispania iure regio Partitarũ varie puniũ blasphemus, sicut cõstat ex partita 7. tit. 28. quo loco Rex Alfõsus diligẽtissime pœnas aduersus blasphemos distinxit, atq; cõstituit. Ac in singulis quoq; ciuitatibus bene cõstitutis, per statuta muncipalia conscriptȩ pœnæ sunt contra blasphemos: nec vlla fuit vnquã gens tam immanis & barbara, quæ nõ putauerit grauiter plectẽdos eos, qui contra sua numina blasphemarẽt.

Iure Põtificio blasphemia, pęnitẽtia publica coercetur, et si fuerit blasphemus laicus, iudici sȩculari iniungitur vt eũ puniat pœna pecuniaria, c. 2. de Maledicis. At quia pœna dicti c. 2. de Maledicis, laicos tantũ, non clericos comprehendebat, secundũ Ioannẽ And. et Panormitanũ ibidẽ, propterea in cõcilio Lateranen. sub Iulio II. cœpto, & sub Leone X. cõtinuato sessio. 9. in bulla incip. Supernȩ dispositionis. §. Ad abolẽdã. *varias pœnas statuit Ecclesia cõtra blasphemos tã clericos, quàm laicos. & Iulius itẽ Papa III. seuerum edidit rescriptũ cõtra blasphemos anno Domini MDLIIII. cuius initiũ est:* In multis deprauatis. *Et postremo Pius V. Pont. Max. in bulla incipien.* Cũ primum Apostolatus officiũ. *plene etiã cauit de pœnis tam laicorũ quàm clericorũ blasphemantium, quæ omnia breuitatis gratia omitto.*

Blasphemi hæreticales quibus pœnis afficiantur.

Ceterũ in his prouincijs vbi per Inquisitores blasphemi hæreticales puniũtur, his pœnis plecti solẽt, vt Simancas & Ioannes Rojas testantur prȩcitatis locis: nã si blasphemia sit atrox, et blasphemus sit plebeius, infami mitra conspicuus alligata lingua, et sine pallio ĩ publicũ ducitur spectaculũ, flagellis cæditur, et in exiliũ mittitur: Quòd si nobilis sit, et honestior, sine mitra producitur: in monasteriũ ad certum tempus truditur: pecuniariam mulctam soluit: & ob suspicionem abiurare quandoque compellitur.

In leuioribus blasphemijs mitius agitur Inquisitorũ arbitrio, sed hæ pœnȩ imponi solẽt: nam Inquisitores blasphemũ damnant, vt aliquo die festo dũ sacra peragũtur, stet capite nudo, sine pallio, sine calceis nudis pedibus, chorda succinctus, & cereũ ardentẽ mano gerat: tandem absolutis sacris legitur sententia, qua illi sæpe indicuntur ieiunia, et pecuniaria pœna.

A b ¶ Adorantes autem Mahometum, etc. nõ excusantur in foro interiori a peccato.] *Et ratio huius sentẽtiæ esse potest illa, quam mox subdit auctor: quoniam metus mortis pro fidei defensione & confessione non est metus cadens in virum constantem.*

An autem qui metu vel alia causa cõmittit exterius aliquid hæreticale, vel apostaticũ, sed tamẽ fidẽ interius retinet, sit excommunicatus, aut alias censuras incurrat, quȩsitũ est à multis. Et Caietanus. 2.2. q. 94. art. 1. incurrere asserit. contra sentiunt Archid. in c. 1. de sum. trinit. & fide catho. lib. 6. in fine. verbo, negare. Syluester *in summa verbo, hæresis. 1. q. 6. nu. 9. Tabiensis verbo, Apostasia. §. 3. nu. 6. &* B *verbo, hȩreticus. §. 2. nu. 3.* Rosella *verbo, hȩreticus. §. Si vero hoc facit. & §. seq.*

Et quãuis in foro conscietiæ excommunicatus nõ sit: secus autẽ iudicatur in foro exteriori, et proinde qui talia facta committunt, et Ecclesiæ reconciliãtur per iudices ecclesiasticos, & à censuris absoluuntur.

Qui metu mortis hæreticalia dicũt, vel faciunt, quandoque ab hæresi nõ excusantur.

c ¶ Nec excusatur in foro exteriori ab idololatria, &c.] *Idem repetiuit Eymericus paulopost q. 49. nu. 5. cuius sententiam oppugnare videntur quæ scripsimus supra parte 1. super q. 9. §.* Sed iam alterum. *vbi eos non esse hæreticos diximus, qui metu mortis aliquid hæreticale dixerunt vel fecerunt.*

Sed hæc Eymerici sententia vera videtur de iuris C *(vt aiunt) rigore nonnullis concurrẽtibus, videlicet, vt qui fidẽ metu mortis abnegat, probe causam fidei ĩtelligat: peritus sit: ut Theologus, Monachus, Episcopus, & similes personæ conspicuæ, quibus eam prædicare quasi ex officio incũbat. Rursus vt eã abenegent, vbi facile periculũ euadere poterãt: aut ubi maxime eã p̃fiteri tenebãtur. diutiusq̃ ĩ tali apostasia p̃durãt, nec statim nacta opportunitate reuertũtur, et Ecclesiæ recõciliari deposcũt. siue quãdo nõ ipsi se ipsos p̃diderũt, sed aliorũ testimonio legitime cõuĩcũtur, nec metũ p̃bãt, nec alia, quȩ ad sui excusationẽ adducũt.*

Et iuxta hæc intelligẽda & moderanda censeo ea, quæ tradit Albertinus de agnoscen. assertio. q. 8. nu. D *12. & q. 30. nu. 3. & xj et Simancas de catho. instit. tit. 32. de idololatria. nu. 7. docentes ex facto hȩretico, qualis est adoratio idolorum, vel Mahometis, statim habendum esse, id facientem, hæreticum.*

QVAESTIO XLII.

De Sortilegis & Diuinatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatorum ac Sortilegorum duplex genus.*
2 *Sortilegi & diuinatores meri, qui sint.*
3 *Sortilegi hȩreticales Inquisitorũ iudicio subiecti.*
4 *Dep̃hẽsi fecisse hæreticalia, ut hȩretici sũt habẽdi.*
E 5 *Sortilegia, vel diuinationes manifeste sapientia hæresim.*
6 *Suspecti tãtum iuxta qualitatem suspicionis abiurare debent.*
7 *In dubio, an sortilegia sapiãt hæresim, q̃d faciẽdũ.*

QVadragesimasecũda quȩstio est: Sortilegi et diuinatores an hæretici, vel suspecti de hȩresi sint habendi; ita q̃ Inquisitoris hæreticorum iudicio sint subiecti?

Ad hanc respondemus, quòd duo sunt hic videnda

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendâ ſecundũ quòd in quæſtione duo ſunt quę-
ſita. Primum eſt, an diuinatores & ſortilegi Inqui
ſitoris hęreticorum iudicio ſint ſubiecti. Secun-
dum, poſito quòd ſic, an ſicut hęretici, vel vt ſu-
ſpecti de hęreſi ſint habendi.

1 Quantum ad primum conſiderandum, quòd
ſicut in proxima quæſtione diſtinctum eſt de bla
ſphemis, ſic & hic diſtinguendum eſt de diuina-
toribus & ſortilegis, ſcilicet quòd diuinatores &
ſortilegi ſunt in duplici genere.

Meri ſortilegi & diuinatores q ſint.

2 Quidam ſunt ſortilegi & diuinatores tueri, ſi-
cut ſunt [a] qui agũt mere ex arte chiromantiæ, qui
ex manus lineamentis diuinant, & iudicant de ef-
fectibus naturalibus & conditionibus hominis:
uel qui ex æqualitate vel inequalitate feſtucarum
aliquid preſens, ſed † abſconſum ab eis iudicant †
diuinãdo, & cõſimiles: & iſti cadũt in tit. de ſorti.
& diui. & de iſtis nõ ſe habet intromittere Inqui
ſitor per frequenter allegatum c. Accuſatus. Et de
his loquitur c. Ex tuarũ. extra de ſortileg. vbi di-
citur, q̃ Vlricus presbyter cũ quodã infami, hoc
eſt, diuinatore (dicit gloſſa) ad ſecretũ locũ perre-
xit, non ea intentione vt dęmonẽ inuocaret: quaſi
dicat, quia hoc fuiſſet hæreticum: ſed [b] vt cum in-
ſpectione aſtrolabij furtum quoddam inueniret:
quaſi dicat, qđ eſt mere diuinatio, vel ſortilegiũ.

† ſeu † indicant.

Sortilegi & diuinatores quãdo hæretici.

3 Quidam [c] autem alij ſunt ſortilegi & diuinato-
res non meri, ſed ad hęreſes contracti, vt ſunt dę-
monibus honorem latriæ vel duliæ impendentes,
puerum rebaptizantes, vel ſimilia facientes: & hoc
pro diuinando futura, ſeu cordis intima penetrã-
do: quæ quidẽ ſapiunt hęreſim manifeſte. Et ta-
les ſortilegi & diuinatores Inquiſitoris iudicium
non euadunt, ſed hęreticorum legibus puniun-
tur, per allegatum c. Accuſatus.

4 Quantum [d] ad ſecundum conſiderandum eſt,
q̃ huiuſmodi ſortilegi & diuinatores, qui in ſuis
ſortilegijs & diuinationibus faciunt & admiſcent
aliqua, quę ſapiunt hęreſim manifeſte: ſi iſti tales
deprehendantur vel cõfeſsione propria: vel teſtiũ
productione legitima: vel facti euidentia (quibus
modis iuxta gloſ. in c. Ad abolendam. §. preſenti,
& verbo, deprehẽſus. quis proprie dicit deprehen
ſus) feciſſe ſortilegia, vel diuinationes, in quib. ad-
miſcuerunt aliqua, quę ſapiũt hęreſim manifeſte.

Quę ſortilegia uel diuinationes ſapiãt hæreſim manifeſtam.

5 Vt pote imagines baptizaſſe: vel puerũ rebapti
zaſſe: vel tactũ oleo ſacro inũxiſſe: vel caput de-
functi ſubfumigaſſe, & his ſimilia: tales vt hæreti-
ci ſunt habendi, ſic q̃ ſi voluerint pœnitere, & ab-
iurare huiuſmodi, quæ ſapiũt hæreſim manifeſte,
& ſatisfactionem congruam exhibere, ſunt per
iudices fidei ad miſericordiam admittendi: aliàs
ſi noluerint vt hęretici impœnitentes tradẽdi ſunt
curiæ ſæculari, animaduerſione debita puniendi:
iuxta alleg. c. Ad abolendam. §. preſenti. non quia
ſortilegi uel diuinatores meri ſint, ſed quia hære-
ticalia in talibus ſortilegiis & diuinationibus ad-
miſcentes, dicuntur ſortilegi hereticales.

6 Si autẽ clare non deprehenduntur incidiſſe in
huiuſmodi ſortilegia ſeu diuinationes ſapientes
hæreſim manifeſte, vtpote, quia nec fatentur, nec
conuincuntur, ſed ſunt indicia; tũc de indicijs eſt
videndum: Quia ſi ſunt talia, quæ inducant ſuſpi
cionẽ vehementem, debent abiurare huiuſmodi,
cum ſapiant hæreſim manifeſte, tanq̃ ſuſpecti de
hæreſi vehementer. Si autem ſunt leuia, & faciant
leuem preſumptionẽ, debent abiurare tanq̃ ſuſpe
cti leuiter: iuxta c. Accuſatus. ī prin. de hær. lib. 6.

Si autem nec apparent clare indicia, ſed tantũ
probatur clare infamia, tunc talibus eſt purgatio
canonica indicenda, iuxta c. Inter ſolicitudines.
extra de purg. cano.

7 In caſu [e], quo non appareat, q̃ illa, quæ admi-
ſcuerunt in ſortilegiis, vel diuinationibus, ſapiant
hęreſim manifeſte: ſed ſit dubiũ an talia admixta
hęreſim ſapiant; vtpote ſi ad orientem ſe conuer
tant: aliqua verba inuſitata †, & non intelligibi-
lia proferant, vel ſimilia; tunc de his non ſe habet
intromittere Inquiſitor: ſed debet tales dimittere
ſuis iudicibus puniẽdos, iuxta notata per Archid.
& Ioan. And. & Ioan. Monachum ſuper alleg. c.
Accuſatus. §. ſane. & verbo, manifeſte.

† al. extranea

COMMENT. LXVII.

*NVlla eſt fere hodie frequẽtior diſputatio, quàm
quę de Sortilegijs & Diuinationibus ſuſcipi-
tur ob vanas & inanium hominum ſuperſtitiones, et
opiniones, qui vt deſiderijs ſuis impie ſatisfaciãt,
non verentur grauiſſima hęc delicta, & quę lex Dei
acriter deteſtatur & punit, perpetrare.*

*Eſt autem late patens tractatio, quæ breui oratione
cõcludi nequit: fontes tamen vnde copioſe petatur,
indicabo, inde auctorem lumine interpretationis, vbi
opus fuerit, illuſtrabo.*

De ſortilegiis qui dicuntur.

*Ergo præter ea, quę ab Eymerico hac quæſtione et
ſequẽti de ſortilegijs traduntur, late de eadẽ re diſſe-
rit Grillandus integro tractatu de ſortilegijs. Zachi-
nus tract. de hęre. c. 22. & ibi copioſe Cãpegius. Spe-
culator & ibi Ioan. And. tit. de Sortilegijs. Repert.
Inquiſit. verbo: Sortilegia. et verbo: Diuinatores.
Tabien. in ſuma verbo: Sors. Silueſt. verbo: Diuina-
tio. verbo, Maleficium. & verbo, Superſtitio. Simã
cas de catho. inſtit. tit. 62. de Sortilegis. & tit. 63. de
ſuperſtitionibus. Albertinus tract. de agnoſ. aſſert.
q. 11. n. 3. & ſeq. Alfonſus lib. 1. de iuſta hęret. puni-
tione, c. 13. S. Thom. 2. 2. q. 95. Bernardinus Diaz in
pract. crimi. cano. c. 100. & 101. Albertus Pighius
lib. 8. de libero hominis arbi. c. 4. Locatus in opere iu
diciali, uerbo, Diuinationes. Squillacenſis tract. de
fide catho. c. 1. & multis ſeq. Bernardus Comenſis in
Lucerna Inquiſit. verbo, Sortilegi. Iam Decretorũ
Eccleſiaſticorũ collectores copioſiſſime etiã de hac re
egerunt colligentes ex probatis Concilijs & ſanctis
Patribus quęcunque aduerſus hæc hominũ monſtra
fancita ſunt. Gratianus 24. q. 5. per totũ. & 26. q. 7.
cap. non licet. c. ſi quis. c admoneant. & c. non obſer-
uetis. & illis locis latiſſime Archid. Turrecre. & ce-
teri interpretes. Iuo in ſuo Decreto par. 11. quę tota
eſt de auguribus, incantatoribus, ſortilegis, & pœ-
nis eorum. Burchardus toto lib. 10. decretorum. Ca-
noniſtę in Rub. & tit. de ſortilegijs. Iuris ciuilis in-
terpretes in Rub. & tit. C. de malef. & mathemat.
Idem in l. item apud Labeonẽ. §. ſi quis aſtrologus.
ff. de iniurijs. & alibi multis locis, tum Theologi,
tum aliarum artium profeſſores.*

a ¶ *Sicut ſunt qui agunt mere ex arte chiroman
tiæ.] Chiromantia, quę per manũ lineas diuinat, nõ
caret*

*caret ſuperſtitione, vt alibi fuſius docui, quę nõ ſunt
nũc noſtræ breuitatis: interim videdi Alfonſus lib. 1.
c. 13. de iuſta hęret. punitio. Grillandus tract. de
ſortilegijs, q. 3. nu. 14. Caſonus tract. 1. de indicijs
ex perſona, c. 6. num. 4. & hanc veriſſime & ple-
niſſime refutat Petrus Ciruelus in libro de reproba-
tione ſuperſtitionum, & alij.*

Aſtrologia iudiciaria in interrogatoria penitus ſuperſtitioſa.

b ¶ *Sed vt cum inſpectione aſtrolabij furtum
quoddã inueniret.] Hoc pertinet ad eam aſtrologię
iudiciarię partẽ, quam interrogatoriã vanitas aſtro-
logorum appellat, de qua eſt accipiendus. §. ſi quis a-
ſtrologus. in l. itẽ apud Labeonẽ. ff. de iniurijs. de hac
loquitur Ptolemæus in centiloquio, ſententia, 14. hãc
grauiter & vere refutat Petrus Ciruelus lib. 4. fon-
tis ſapientię, & Picus Mirandula lib. 4. c. 13. aduer-
ſus aſtrologos. Hæc ſumma ſit: Pars hęc aſtrologię iu
diciariæ, quæ interrogatoria vocatur, cum nulla nita
tur ratione naturali, tota ſuperſtitioſa eſt & illicita.
quę tũc ẽt ſapiet hęreſim, quãdo certò aliquid prænũ
tiare audebit, ex his quę naturaliter ſciri nõ poſsũt.*

c ¶ *Quidã autem alij ſunt ſortilegi & diuinato
res non meri, ſed ad hæreſes contracti, &c.] Idẽ re
ferunt illi quos initio huius quæſtionis citaui. eſt quę
nobilis vera, & cõis hęc diſtinctio, ſed tota difficul-
tas poſita eſt in cognoſcendo, quę ſortilegia, & diui-
nationes ſapiant hæreſim manifeſte, quod eſt hic à me
breuiter dicendum.*

*Primum ergo, omnia illa ſortilegia ſapiunt mani-
feſtam hæreſim, quę cum aliquo dicto vel facto hære
ticali exercẽtur, ut ſi quis ī ſortilegio amatorio Deũ
abnegaret, & Eccleſiæ ſacramenta: aut in eodem ſor
tilegio Eccleſię ſacramenta admiſceret.*

*Itẽ illa ſortilegia, diuinationes, ſeu maleficia ſapiũt
hæreſim manifeſte, & reddunt operantem de hæreſi
ſuſpectũ, & eorũ cognitio et punitio ad Inquiſitorem
ſpectat, in quibus admiſcentur non modo Eccleſię ſa
cramẽta, uerũ ẽt res, quas Theologi appellant ſacra-
mentales: Alfonſus Caſtrus lib. 1. cap. 15. circa finẽ
de iuſta hęret. punit. & propterea hæc reddunt ope-
rantẽ ſuſpectũ: quoniã niſi is crederet talia ſacramẽ-
ta, aut ſacramentalia habere virtutem ad maleficio-
rũ operationẽ, nõ adhibuiſſet illa: vnde Inquiſitores
de credulitate curabũt hos diligenter interrogãdos,
& ſi intentionẽ negent, torquendi ſunt; & ſi eam non
fateantur, vt vehementer ſuſpecti abiurare debent.*

*Iã illa quoq; ſortilegia manifeſte hæreſim ſapere
videtur, in quibus ſortilegi & diuinatores rebus ſa-
ris abutũtur pro dæmonũ inuocatione. Barbatia cõ
ſil. 55. incip.* Caſus eſt talis: quidã pro inueniendo.
*volu. 1. eum ſequitur Bernardus Comenſis in Lucer
na Inquiſitorũ verbo, diuinatio. §. 2. quibus locis con
cludũt eã diuinationẽ, quæ ſit cum cãdela vel aqua
benedicta ad ſciendũ furta vel aliqua occulta, ſapere
hæreſim manifeſtam. His accedere uidentur Siman-
chas in Enchyridio violatę religionis, tit. 8. de his q̃
facere nequeũt Inquiſitores, n. 9. et Ioã. Rojas trac.
de hæret. p. 2. aſſert. 12. n. 167. ubi ea ſortilegia ma-
niſeſtam hæreſim ſapere dicunt, in quibus diuinato-
res rebus ſacris abutuntur.*

*Hinc cẽſeo iniuſte reprehẽdi Barbatiã à Iulio Cla
ro in. §. Hæreſis. verſ.* Succesſiue quæro. *propterea
quod dixerit ſapere hæreſim manifeſte ea Sortilegia,
quę fiunt ad ſciendũ furta: quoniã iudicio meo recte*

A *conſuluit Barbatia: nã vbi res ſacræ admiſcentur in
ſortilegio, ſiue res ſint, vt aqua benedicta, candelæ be
nedictæ, et ſimilia: ſiue verba, vt Euãgeliũ, Symbolu
fidei, Pater noſter, Aue Maria, aut Pſalmus aliquis
Dauidicus, aut verba ſacrę ſcripturę, aut alię ſãctę
orationes, iã fit ſortilegiũ qualificatũ, et manifeſtæ hę
reſis ſuſpicionẽ p̃ ſe ferẽs, et ob id ad Inquiſitores ſpe
ctat eius cognitio: ſecus aũt eſſet ſi talia non interue
nirẽt, nã tũc eſſet ſimplex ſortilegiũ, ut indicãt Squil
lacẽſis trac. de fid. catho. c. 12. et Repert. Inquiſi. ver
bo: ſapere hęreſim. & Old. cõſ. 210. incip.* Regularis
hẽt traditio. *et Gemin. conſi. 54. incip.* Quidam ſa-
cerdos. *in his tamen conſilijs multa ſunt quæ recipi*
B *facile non debent, quæ nos plenius alibi excuſimus.*

*Poſtremo generaliter oña illa crimina ſapiũt hęre
ſim manifeſte, q̃ natura ſua præ ſe ferunt aliquid, qđ
eſt hęreſis manifeſta, ut baptizare imagines, p̃ ſe fert
quod illæ ſunt capaces huius ſacramẽti, preces nefa-
rias dęmonibus fundere, aut illis ſacrificare: idolis
genua flectere, et ſimilia, præ ſe ferunt idololatriã, et
manifeſtã hęreſim ſapiũt, q̃is nullũ factũ per ſe ſit
hęreſis. Sylueſter in ſum. verbo, hæreſis 2. n. 4. Simã
cas de catho. inſtit. tit. 30. n. 15. quæ omnia ſubtiliter
attigiſſe hac quęſtione uidetur Eymericus.*

d ¶ *Quantum ad ſecundum, &c.] Hęc quę ſe-
quuntur uſq; ad n. 7. modũ præſcribũt, quẽ in ſortile
C gijs, & diuinatoribus examinãdis & iudicandis ob-
ſeruare debẽt Inquiſitores: quibus pro modo culpæ,
& qualitate ſuſpicionis, & infamiæ, abiuratio, aut
purgatio eſt imponenda.*

Quibus pœnis afficiantur ſortilegi.

*Sed amplius coerceri p̃nt anathemate, dignitatum
ſuſpẽſione, uerberibus, exilio, carcere monaſterij, aliſq;
quę ſupplicijs ſpectata perſonarũ qualitate. ca. illud.
26. q. 2. c. admoneãt. 26. q. 7. tradit Simãcas de ca-
tho. inſti. tit. 21. n. 23. addit Panor. ī c. 1. n. 2. de ſortil.
vltra pœnas iuris, ſortilegos infami indutos mitra in
publicũ produci, aut ſcalis alligatos cũ uituperatio-
ne prope Eccleſię fores conſtitui, & à diœceſi pelli.
26. q. 5. c. Epiſcopi. adde Romanum ſing. 260. incip.*
D Tu ſcis quòd iſti diuinatores.

Quãdo poſſit cognoſcere Inquiſitor an ſortilegia ſpectent ad ſuam iuriſdictionem.

e ¶ *In caſu quo non appareat, q̃ illa, &c. ſapiãt
hęreſim manifeſte, &c.] An autem hoc caſu cogno
ſcere poſſit Inquiſitor, an ſua ſit iuriſdictio, dubium
eſt: & gloſſa in c. accuſatus. §. ſane, uerbo, manifeſte.
quã ſequuntur ibi Archid. & alij. & Arelatanus
tracta. de hæret. notab. 3. Ioan. Rojas ſingulari fidei
110. & alij per ipſos allati, non poſſe Inquiſitorem
cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, autumant.*

*Ceterum in hac cauſa hęc eſt vera & cõis ſenten-
tia, Inquiſitores non poſſunt cognoſcere an ſortilegia
ſapiant hæreſim nec ne: ſed ubi conſtiterit hęreſim ſa
pere, ſi amplius dubitetur de illa qualitate, an mani-
feſtam hæreſim ſapiant: tunc ipſi hoc cognoſcere poſ
ſunt, & iudicare ac pronuntiare ſe iudices. Panor-
mitanus in dicto c. 1. nu. 4. in fine de ſortil. Bernar-
dus Comẽſis in lucerna, uerbo, Inquiſitor. §. 29. Squil
lacenſis de fide catho. cap. 56. Carrerius tract. de hę
ret. num. 24. & alij per ipſos citati: atque ita uiden-
tur, intelligendi gloſſ. & Doct. in dicto cap.
accuſatus. §. ſane. verbo, mani-
feſte. de hęreti.
lib. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO XLIII.

De inuocantibus Dæmones.

SVMMARIVM.

1 *Inuocatores dęmonum in triplici sunt differen.*
2 *Quidam latriæ cultum eis impendunt in suis inuocationibus.*
3 *Quidam vero duliæ, & qui sint isti.*
4 *Alij tertio quodam modo illos inuocant.*
5 *Inuocantes dæmones cum cultu latriæ, ut hęretici haberi puniríque debent.*
6 *Futura ab ariolis, & dęmonibus inquirere illicitum.*
7 *Dæmonum inuocatio coniunctã habet apostasiã à fide.*
8 *Canonistarũ sententia de inuocãtibus dęmones.*
9 *Extrauagans Ioannis xxij. edita contra tales.*
10 *Declaratio uerborum Glos. Ioan. And. & Ioã. Monachi.*
11 *Dęmoni exhibentes honorem duliæ, censendi sũt hęretici.*
12 *Dulię honor aliquando propter sanctitatem:*
13 *Aliquando propter potestatem ac iurisdictionẽ exhibetur.*
14 *De inuocatoribus tertij generis quid sentiendũ.*

VAdrageſimatertia quæſtio eſt: Dæmones inuocantes, an tanquam ſortilegi, uel tanquam hæretici ſeu ſuſpecti de hæreſi ſint habendi ſic, ꝙ Inquiſitoris hęreticorum iudicio ſunt ſubiecti?

Ad hanc reſpondemus, ꝙ ſecundum varietatẽ modi inuocandi ſumitur & uarietas queſtioni huiuſmodi reſpondendi.

1 Inuocantes [a] namque dæmones, quantum ad modum, trifarie variantur, vt apparet in libro, qui Salomoni inſcribitur, qui [b] tabula † Salomõis intitulatur: ſuper quo iurãt dęmones aduocati dicenda veritate, ſicut nos Chriſtiani ſup quatuor Dei Euangelia, & Iudęi ſuper legẽ Dei, quã dedit Moyſi: in quo libro poteſtas Luciferi & aliorum dæmonũ mendaciter eſt inſerta: & orationes neſariæ à dæmonibus reuelatę Lucifero, & aliis dęmonibus exhibendę. Apparet ẽt in libro, qui Honorio necromantico inſcribitur: qui Theſaurus necromantiæ à necromãticis appellatur. Quos [c] qui dem libros à necromanticis per me captis auulſi, & legi, & publice tradidi comburendos. Apparet ẽt & de facto in diuerſorum inuocatorum Dæmonum confeſsionibus, & aliis Inquiſitionis geſtis ꝑ me, & alios Inquiſitores hæreticę prauitatis.

2 In prædictis. n. & aliis nõnullis libris, & Inquiſitionibus apparet, ꝙ quidam dæmões inuocãtes, manifeſte exhibẽt honorẽ latrię dęmonibus inuocatis: vtpote eis ſacrificãdo: adorãdo: orationes execrabiles effundẽdo: ſe dæmonibus deuouendo: obedientiã promittendo: aliquid ſe facturos ꝑ dæmonibus aſſerendo: per talẽ dæmonẽ iurãdo: ꝑ nomẽ alicuius ſuperioris dæmonis iſtũ quẽ inuocant adiurãdo: laudes dæmonũ vel cantus in eius reuerentiã promẽdo: genuaflectendo: proſtrationes faciẽdo: caſtitatẽ [d] pro dæmonis reuerẽtia, vel monito obſeruando: ieiunãdo: uel carnẽ ſuã aliàs macerando: veſtibus nigris vel albis ꝑ dęmonis reuerẽtia, & artis monito induendo: per [e] characteres & ſigna, & ignota noſa obſecrando: luminaria accendẽdo: thurificando: de ambra, ligno aloes, & ſimilibus aromaticis † ſubfumigando: aues, vel aĩalia alia ĩmolando: ſanguinẽ propriũ ex ſe emittere ꝑ curando: aues vel alia aĩalia, ſeu eorũ partes cõburendo: ſal in ignẽ mittendo: holocauſtum de quouis faciendo. Oĩa. n. prædicta, & quãplura alia nefaria in prædictis inueniuntur à dæmonibus conſultata & cõcupita; in quibus ſ omnibus. & quolibet prædictorũ honor latriæ, ſi prædicta bene cõſiderentur, dæmonibus exhibetur. Si. n. bene antiquæ & nouæ legis ſacrificia Deo exhibita, contẽplentur, illico inuenietur, ꝙ ſupradicta non dęmonibus, ſed Deo ſunt ſolũmodo tanquã vera ſacrificia exhibẽda. Ecce primus modus dæmones inuocandi, vel aduocandi. Et iſto mõ ſacerdotes Baal ipſum inuocabãt, ſanguinem propriũ & animalia offerendo, vt legitur 4. Reg. 18. cap.

3 Quidã aũt dęmones inuocantes, exhibẽt dęmonibus inuocatis nõ honorẽ latriæ, ſed dulię: vtpote noſa dæmoniorum inter noſa ſpirituũ Beatorũ, vel Sanctorũ in ſuis quibuſdã nefariis orationibus miſcẽdo: mediatores ĩillis orationibus à Deo exaudiendis ponendo: cereos accendẽdo: & Deũ per eorum noſa uel merita obſecrando. Hæc. n. prędicta & multa alia execrabilia in prędictis libris inueniuntur cõſcripta †: in quibus honor duliæ dæmonibus exhibetur. Si enim modus Sãctos exorandi ab Eccleſia inſtitutus diligentius contẽpletur, videbitur ꝙ prædicta nõ ſunt dęmonibus, ſed Sanctis & Beatis ſpiritibus exhibenda. Ecce ſecundus modus dęmones inuocandi. Et iſto mõ Sarraceni inuocant Machometum tanquam Dei ſanctum, & nonnulli Begardi fratrem Petrũ Ioãnem, & alios per Eccleſiam condemnatos.

4 Quidam aũt dæmones inuocãtes, quædã faciũt inuocando, in quibus nõ apparet clare, ꝙ honorẽ nec latriæ nec dulię exhibeant dęmonibus inuocatis: vt circulũ in terra deſcribendo: puerũ in circulo ponẽdo: ſpeculum, enſem, amphorã, vel aliud corpus peruiũ † corã puero ſtatuendo, ipſo necromantico librum tenente, ac legẽte, & dæmonẽ inuocante, & ſimilia multa, ut prędicta ars, & talium multorum confeſsio ſatis docet. Ecce tertius modus dęmones iuuocãdi. Et iſto [h] mõ Saul per pythoniſſam, ſpiritum pythonicum inuocauit: in qua inuocatione nullus honor legitur itẽrueniſſe, nec dulię nec latriæ, vt legitur 1. Reg. 26.

Patet ergo ꝙ dæmones inuocantes tripliciter variantur. His ſuppoſitis ac pręmiſſis, tres ponuntur caſus, ſeu concluſiones ſecundum ꝙ tripliciter diſtinguuntur dæmones inuocantes.

5 Primus [i] caſus ſeu concluſio eſt: ꝙ ſi dæmones inuocantes exhibeant dæmonibus inuocatis honorẽ latriæ quoquo modo, & de hoc clare ſint conuicti iudicialiter, vel confeſſi: tales non ut ſortilegi, ſed vt hęretici iudicio Eccleſiæ ſunt habendi, & per [k] cõſequens ſi reſipiſcant, hęreſi primitus abiurata, ſunt vt pœnitentes hæretici perpetuo immurandi. Si autem noluerint deſiſtere, vel ſi dixerint ſe velle deſiſtere, & pœnitere, tamen noluerint abiurare, vel ſi abiuraverint, & poſtmodum relabantur, ſæculari ſunt iudicio relinquendi, vltimo ſuplicio puniendi, per omnia ſicut de aliis hęreticis iudicant canonicæ ſanctiones.

Hęc concluſio ſeu caſus poteſt deduci triplici ter. Primo ex dictis ſanctorum doctorum theologorum. Secundo ex dictis doctorum canoniſtarum. Tertio ex dictis Eccleſię determinationum.

Primo ex dictis Theologorum. Beatus namq; Aug. 10. de ciuitate Dei, loquens de ſacrificiis ſoli Deo & non dęmonibus exhibendis, dicit ſic: Videmus in omni republica obſeruari, quòd ſummum rectorem aliquo ſingulari ſigno honorant, quod qui alicui alteri offerret, crimine læſę maieſtatis obnoxius eſſet. Et ideo in lege diuina ſtatuitur pœna mortis his, qui diuinum honorem aliis exhibent. Exteriora ſacrificia ita ſunt ſigna interiorum, ſicut verba ſonãtia ſunt ſigna rerum: quo circa ſicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus uoces ſignificãtes, cui res ipſas in corde quas ſignificamus, offerimus: ita ſacrificantes non alteri viſibile ſacrificium offerẽdum eſſe nouerimus, quàm illi cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus.

Sacrificium certe nullus eſt, qui audeat dicere deberi, niſi ſoli Deo, dicente etiam Angelo Manue, qui uolebat ſibi offerre hœdum de capris ſic: ſi me cogis, non comedam panes tuos: ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Viſibile ſacrificium exterius, inuiſibilis ſacrificii interioris eſt ſignum: quis enim ſacrificare censuit, niſi illi, quem vt Deum ſciuit, aut credidit, aut finxit?

Ex quibus verbis Auguſtini clare patet, quòd ſacrificium ſoli Deo debetur: & qui alteri quàm Deo illud exhibet, ex eius facto oſtendit ſe credere illum eſſe Deum: quod eſt hæreticum. Qui igitur dęmonibus ſacrificium offerunt, dęmonem ſe habere in Deum, ac credere eſſe eorum uerũ Deũ exteriori facto profitentur, & oſtẽdunt: quare hęretici ſunt habendi.

Item Beatus Auguſtinus ſecundo de doctrina Chriſtiana, pręmiſſis multis diuinationum & inuocationum generibus dicit ita: Omnes igitur artifices † huiuſcemodi vel nugatorię uel noxiæ ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum & dęmonum, quaſi pacta quędam infidelis & doloſę amicitiæ conſtituta penitus ſunt repudianda & fugienda Chriſtiano: nõ quòd idolum ſit aliquid (vt Apoſtolus ait) ſed quia quæ immolant, dæmonibus, & non Deo immolant. Superſtitioſum eſt quicquid inſtitutum ab hominibus eſt ad facienda, & colenda idola pertinens, uel ad colendam ſicut Deum creaturam, partemue vllam creaturæ, vel ad conſultationes & pacta quædam ſignorum cum dæmonibus placita atque fœderata. hæc Auguſtinus. Ex his verbis Auguſtini patet, quòd dæmonibus ſacrificantes, Auguſtinus vocat infideles & ſuperſtitioſos: infidelitas autem, quæ accidit Chriſtianis, hęreſis eſt.

Superſtitio [l] etiam eſt vitium oppoſitum directo religioni Chriſtianę, ſeu latrię: ergo in

Chriſtiano hæreſis eſt; & per conſequens dęmonibus ſacrificantes hæretici habendi ſunt.

6 Sanctus Thomas in poſtilla ſuper Iſaiam ſuper iſto verbo: Ecce dominator dominus exercituum auferet ab Hieruſalem & Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ, fortem & virum bellatorem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, Iſaiæ 3. ca. ſuper iſto uerbo, ariolum, mouet quæſtionem: An inquirere futura ab ariolis ſit illicitum: & in fine loquens de ſcientia dęmoniorum, & quæ ſcire poſſunt, & quæ non, dicit ita: Tamen eſt ſemper peccatum inquirere ab eis, & apoſtaſia à fide, vt dicit Auguſtinus. hæc beatus Thomas. Et credo quòd intelligit dicere de illo verbo Auguſtini, quod recitatur 26. quæſ. 7. Non obſeruetis, quod ponitur infra, vbi expreſſe hoc dicit Auguſtinus. Ex quibus verbis apparet, ꝙ à dęmonibus futura inquirere eſt apoſtaſia à fide: ergo longe fortius ſacrificare, apoſtaſia autem à fide in Chriſtiano, hęreſis eſt: ergo apoſtata à fide hęreticus eſt. Igitur dęmonibus ſacrificans, vt apoſtata à fide Chriſti, & hęreticus habendus eſt.

Idem ſanctus Thomas 2. ſententiarum diſt. 7. articulo vltimo in corpore quæſtionis, vbi quærit: vtrum vti auxilio dæmonis ſit peccatum, dicit ſic: Reſpondeo, dicendum quòd ea, quæ ſunt ſupra facultatem humanę naturę à ſolo Deo requirenda ſunt: & ideo ſicut grauiter peccant qui illud, quod eſt Dei, creaturę impendunt per idolo latriæ cultum: ita etiam grauiter peccant qui ea, quę à Deo expetenda ſunt, auxilio dæmonum implorant: & huiuſmodi eſt vaticinatio de futuris, vt dicitur Iſaiæ 8. Nunquid non populus à Deo ſuo requirit viſionẽ pro vivis & mortuis, &c etera.

7 Et ſimiliter etiam in aliis operibus magicis, in quibus complementum operis ex virtute dæmonis expectatur: in omnibus enim eſt apoſtaſia à fide, propter pactum initum cum dęmone: vel verbotenus ſi inuocatio interſit: vel facto aliquo, etiam ſi ſacrificia deſint. Non enim poteſt homo duobus dominis ſeruire, vt dicitur Matth. 8. hæc beatus Thomas. Ex his clare patet, quòd dæmones inuocare & conſulere etiam ſine ſacrificio, apoſtaſia eſt à fide, & per conſequens hæreſis: longe ergo plus cum ſacrificio.

Dominus etiam Albertus doctor magnus ordinis fratrum Prædicatorum, qui fuit Archiepiſcopus Ratiſponen. ſuper 2. ſententiarum diſtinc. 7. articulo vltimo, in corpore quæſtionis, ubi quęritur: vtrum Magicis & Mathematicis intendere ſit peccatum, & apoſtaſia à fide, reſpondet ſic: Solutio, dicendum, quòd in talibus ſemper eſt apoſtaſia verbi, vel operis. Si enim inuocationes, coniurationes, ſacrificia, ſubfumigationes, & adorationes fiant, tunc aperte pactum initur cum dæmone; & tunc aperte eſt apoſtaſia ibi. oris. Si autem non fit, niſi opere ſimplici: tunc eſt apoſtaſia operis: quia illud opus expectatur à dæmone. Cum autem expectatur aliquid à dęmone, vel aliquid percipere per ipſum, ſemper eſt fidei contumelia, & ideo apoſtaſia. hęc Albertus.

S. Thomas.

Futura ab ariolis inquirere illicitũ eſt.

Inuocatio dęmonũ cõiunctam hẽt apoſtaſiam à fide.

Albertus Magnus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Petrus à Tarātasia.

Idem tenet dominus Petrus de Tarantasis ordinis Prædicatorum, qui postmodum fuit Papa Inno. V. dicens, super 2. sententiarum ead. dist. & articulo, quo quærit: vtrum liceat vti dæmonum ministerio, siue arte: addit tandem sic, respondēs ad tertium argumētum: Ad illud de libro, Respōdeo, ꝙ quamuis liber perditus ab homine requiri possit, non tamen à dæmone; quia dęmon interrogatus, non respondet super talibus, nisi per quædā pacta, & venerationes, & adiurationes, & inuocationes illicitas. hęc ille.

An liceat vti dæmonū ministerio, siue arte.

Bonauētura. Alex. de Ales

Et dominus Petrus de Bonauentura, qui fuit Cardinalis, & etiam Alexander de Ales de ordine fratrum Minorum, omnes prædictis assentiunt super 2. sententiarum dist. 7. & nonnulli alii magistri in Theologia: Et specialiter dominus Frater Guido, de ordine Beatę Mariæ de Carmelo Episcopus Maioricensis, & post Elnensis, qui ad mandatum domini Ioannis Papę xxij. quęstionem super hoc edidit specialem.

Ioā. And. Relat. supra. fol. 185.

8 Secundo probatur hęc eadem cōclusio ex dictis doctorum Canonistarum. Nam Ioānes And. super c. Accusatus. §. sane. & verbo, Saperent. extra de hæret. lib. 6. dicit ita: Saperent. sicut est circa aras idolorum nefarias preces emittere: sacrificia offerre: dæmones consulere: eorumque responsa suscipere. 26. quęst. 2. c. Ii qui. & quęst. 4. c. Igitur. uel associant sibi propter sortes exercendas hęreticos: uel faciūt prędicta cum sanguine, uel corpore Christi: uel in sortibus (vt possint habere responsa) puerum rebaptizant: uel his similia. hæc Ioan. And.

Archidiaconus. Rela. f. 202.

Archidiaconus vero super eod. c. & §. sane. super eod. uerbo. Saperent. vt 26. q. 4. c. 1. circa principium. uers. Arioli. Vt quando aliqua faciunt, ut habeant responsa à dęmonibus, ut ibi, & ead. causa q. 2. Ii qui. Nam tales multo magis peccant, q̄ in casu posito supra eod. cap. §. ille. Et magis hoc uidetur hæreticum, quàm illud. hęc Archidiaconus.

Io. Monachus.

Ioannes autem Monachus super eod. c & §. & vers. Saperent. dicit ita: Saperent. sicut circa aras idolorum nefarias pręces emittere: sacrificia offerre: dęmones consulere: eorum responsa accipere. 26. q. 2. c. Ii qui. & c. Igitur. ead. causa. q. 4. uersic. Arioli. Et est ratio; nā si adorare hæreticos est hæreticum. §. Ille. supra eod. cap. & hoc non est propter personam, sed propter vitium: ergo adorare dęmonem erit maius peccatum: iuxta illud: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. argum. C. de sacros. Eccl. authen. multo magis. hęc Ioannes Monachus.

Authen. Multo magis.

Et idem Oldradus in compilatione quęstionū, quam fecit in conclio 210. quęstione, qua quærit: an Ioannes de † Poliaco, qui dedit ⁿ pocula amatoria mulieri, sit suspectus de hæresi uehementer, in responsione quęstionis dicit sic: Nunc ergo uidendum est; an dare pocula amatoria mulieri hęresim sapiat manifeste. Et videtur quòd sortilegia simplicia: uel etiam pocula amatoria; uel propter conscientiam, hostiam non consecratam ut consecratam sumere, hęresim non sapiant manifeste, vt apparet ex criminum distinctione, & pœnarū

†al. de Perrimacho.

A impositione: & de primo apparet, extra de sortileg. in rubro & nigro: quæ rubrica separata ponitur à rubrica de hęret. & habetur expresse extra de hęret. lib. 6. c. Accusatus. §. sane. De secundo habetur extra de cele. Miss. c. De homine. De tertio habetur. ff. de pœnis. l. Si quis. §. qui abortionis. Imagines uero facere ad amorē mulierū procurandum, magis uidetur superstitiosum quàm hæreticum: licet hoc indubitanter secundū August. lib. 10. de ciuitate Dei, ad dæmones pertineat ludificatores animarum sibi subditarum: sicut etiam tradit S. Thom. de Aquino 2.2. q. 96. in tit. de superstitionibus obseruantiarum, artic. 2.

B Dęmonia uero inuocare; eis nefarias preces emittere: & funesta sacrificia offerre: hisque celebritatibus eorum respōsa expetere †, uidetur hęresim sapere manifestam, vt 26. q. 4. Igitur genus diuinationis. & infra: Inuocare uero dæmonia, & eorū responsa expetere ad sciendū futura, & hoc hæresim sapit manifeste: quia creaturæ attribuitur qđ est proprium creatori, iuxta illud Isaiæ, cap. 41. Annunciate nobis quę uentura sunt in futurum, & sciemus quia dii vos estis. Si uero ᵒ dęmones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris: tunc quia inuocatur ad illud, quod est proprium eis, scilicet tentare (vnde Saluator in E- C uangelio eum tentatorem nominat) licet hoc facere sit turpe, fœdum, & mortale peccatum: tamen non censētur hæresim sapere manifeste: si inuocatio procedit per modum Imperij, non adorationis. Si enim adorare hęreticum, est hæreticum, vel sapit hęresim manifeste, & hoc non est propter personam, sed propter uitium: ergo vbi erit maius vitium, sicut est in adoratione diaboli, maius erit peccatum, ut habetur extra de hæret. lib. 6. cap. Accusatus. §. sane. & ibi not. per Ioannem Monachum. hęc dominus Oldradus.

†.al exposcere.

Propriū dæmonis tētare

Mat. c. 4.

Guillermus.

Guillermus de monte Lauduno super antedi- D cto uerbo, Saperent. dicit ita: Saperent. sicut sacrificia offerre dęmonibus, uel quia prędicta committunt cum corpore Christi, vel sanguine. 26. q. 2. Ii qui.

Bartholomeus Raym.

Bartholomęus Raymundi super eod. verbo, Saperent. dicit ita: Saperent. vt quia idola adorant, uel dæmones. 26. q. 4. Igitur.

Tertio, eadem conclusio, seu casus probatur ex dictis Ecclesiæ determinationum. nam 26. quęst. 5. cap. Episcopi. dicitur sic: Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant, ut perniciosam & à diabolo inuentam sortilegam, et magicam artem ex parochiis suis E penitus eradicent: et si aliquem uirum, aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiiciant. ait enim Apostolus: Hæreticum hominem post primam, et secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est. Subuersi sunt et à diabolo capti tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt. Et ideo à tali peste decet mundari sancta Ecclesia.

Ad Tit. 3.

Ex his apparet, quòd magicā artem sectantes

& exercentes, vt hęretici sunt habendi & uitandi: A aliàs auctoritas Apostoli introducta prædicta: Hæreticum hominem post primam & secundā correptionem deuita: tanquam impertinēs ad propositum esset inducta. Sed dæmones inuocantes, & eisdem sacrificantes, magicam artem sunt in hoc sectantes, & exercentes: ergo ut hæretici sūt ab Ecclesia Dei habendi & uitandi. Et sequitur: Illud etiam non est omittendum, quòd quædam sceleratæ mulieres, retro post satanam conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt, & profitentur se nocturnis ᵠ horis cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum, equitare su- B per quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestę noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus velut dominę obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hę solæ in perfidia sua periissent, & non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent: nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deū arbitratur. Quapropter sacerdotes per Ecclesias sibi commissas, populo Dei omni instantia prædicare debent, ut nouerint hæc omnino fal C sa esse, & non à diuino, sed à ʳ maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. hęc ibi.

Ex his apparet, quòd prædictæ sceleratæ mulieres, in perfidia perseuerant, à recta via deuiant atque fide, & earum mentibus infidelibus dæmones se obiiciunt & deludunt. Si ergo istæ mulieres, de quibus non constat, quòd sacrificia offerāt dęmonibus inuocatis, perfidę & infideles, & à recta via deuiantes in pręfato decreto in concilio ˢ Anquirensi dictę & habitę sunt; & per cōsequēs, si baptizatæ sunt, vt hęreticæ habendæ sunt: quia Christianum à recta via & fide deuiare, & infide- D litatem recipere, est proprie hæreticare: quanto magis Christiani, honorem latriæ exhibentes & sacrificantes dęmonibus inuocatis, dicendi & habendi sunt perfidi, à recta fide deuii, & infideles in delitate Christianorum, quę est hæresis; & per cōsequens hęretici sunt habendi? Reuera sic. Et 24. q. 3. c. Quidam hęretici. vbi sectę hæreticorum, & eorum nomina numerantur †, dicitur sic: Ophitæ, à colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur: colunt enim serpentem. & eod. cap. Caiani inde sic apellati, quoniam Cain adorant. & eod. cap. Angelici vocati, quia angelos colunt. Si ergo colentes serpentes, Cain, seu Angelos, hę- E retici sunt iudicati: non longe melius dęmones colentes, adorantes, vel sacrificantes hæretici sunt cēsendi? Reuera sic. Quanto enim magis creatura elongatur à perfectione diuina, tanto est grauius scelus, ei honorem latriæ impendere. Et cum dæmones (etsi non ratione naturæ, saltem ratione culpæ) magis elongentur à Deo, quàm aliæ creaturę, idcirco grauius est eos adorare. Et cum Angelos colere sit hęresis scelus, & tales sint per allegatum cap. inter hæreticos computati, multo

Relat. f. 243.

†al. nominātur.

A fortius dæmones, colere, adorare, uel quouis modo alio sacrificare sapit hæresim manifeste: & per consequens tales scelus huiusmodi perpetrantes vt hęretici sunt ab Ecclesia iudicandi.

Hanc conclusionem seu casum determinat dominus Ioannes Papa xxij. in extrauagante: Super illius specula. tenoris sequentis.

9 Extrauagans Ioannis xxii. contra Magos, magicasq. superstitiones.

B

SVper ᵗ illius specula, quamuis immeriti, eius fauente clementia, qui primum hominem humani quidē generis protoplasti, terrenis pręlatum, diuinis virtutibus adornatum, conformem & cōsimilem imagini suæ fecit, reuocauit profugum legem dando, ac demnm liberauit captiuum, reinuenit perditum, & redemit venditū merito suæ passionis, ut contemplaremur ex illa super filios hominum, qui Christia- C nę religionis cultu Deum intelligunt & requirunt: dolenter aduertimus, quod etiā cum nostrorum turbatione uiscerum cogitamus, quamplures esse solo nomine Christianos, qui relicto primo veritatis lumine, tanta erroris caligine obnubilātur, quòd cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum inferno: dæmonibus namque immolant: hos adorant: fabricant, ac fabricari procurant imagines: annulum ᵘ vel speculum, uel phialam, uel rem quamcunque aliam magice ad dæmones inibi alli- D gandos ab his petunt, responsa ab his recipiunt, & pro implendis prauis suis desideriis auxilia postulant, pro re fœtidissima fœtidam exhibent seruitutem (proh dolor) huiusmodi morbus pestifer, nunc per mundum solito amplius cōualescens, successiue grauius inficit Christi gregem. Cū igitur ex debito suscepti pastoralis officii, oues oberrantes per deuia, teneamur ad caulas Christi reducere, & excludere à grege Dominico morbidas, ne alias cor- E rumpant: Hoc edicto in perpetuum ualituro, de consilio fratrum nostrorum, monemus omnes & singulos renatos fonte baptismatis, in virtute sanctę obedientiæ, & sub interminatione anathematis præcipientes eisdem, quòd nullus ipsorum, aliquid de peruersis dictis dogmatibus docere ac addiscere audeat: uel, quod execrabilius est, quomodolibet alio, in aliquo illis vti. Et quia dignum est, ꝙ hi, qui per sua

Universidad de Deusto
Biblioteca

opera peruersa spernunt Altissimum, pœnis suis pro culpis debitis percellantur †: Nos in omnes & singulos, qui contra nostra saluberrima monita & mandata facere de prędictis quicquam præsump erint, excommunicationis sententiam promulgamus, quam ipsos incurrere volumus ipso facto: statuentes firmiter, ꝙ præter pœnas prædictas, contra tales, qui admoniti de prædictis, seu prædictorum aliquo infra octo dies à monitione computandos præfata, à pręfatis non se correxerint, ad infligendas pœnas omnes & singulas, præter bonorum confiscationem dumtaxat, quas de iure merentur hæretici, per suos competentes iudices procedatur. Verum cum sit expediens, ꝙ ad hæc tam nefanda omnis uia, omnisque occasio præcludantur, de dictorum nostrorum fratrum consilio uniuersis præcipimus, & mandamus, ꝙ nullus eorum libellos, scripturas quascunque de præfatis dānatis erroribus quicquā continētes, habere, aut tenere, uel in ipsis studere præsumat; quin potius volumus, & in uirtute sanctæ obedientię cūctis præcipimus, ꝙ quicunq; de scripturis præfatis, uel libellis quicquam habuerint, infra octo dierum spatium ab huiusmodi edicti nostri notitia † computandum, totum, & in toto, & in qualibet sui parte abolere, & cōburere teneantur: alioquin uolumus, ꝙ incurrant sentētiam excōicationis ipso facto, processuri contra contemptores huiusmodi (cum constiterit) ad pœnas alias grauiores. Datum Auinione.

† al. honoratur

† al publicatione.

10 Hic autem considerandū est, quòd illa prædicta, quæ ponuntur à Ioan. And. & Ioan Monacho, & ab Archidiacono super cap. accusatus §. sane. & uerbo, Saperent. scilicet, ad aras idolorum nefarias preces emittere: funesta sacrificia offerre: responsa expetere, &c. et ea, quæ ponuntur ēt in extrauagante prædicta domini Ioan. xxii. Super illius specula. s. dæmones inuocare: adorare: sacrificia offerre, &c. non sunt sumenda, nec intelligenda copulatiue, vt omnia simul iuncta sapiant hęresim, & non aliàs: immo quodlibet illorum sapit hæresim manifeste. Qui enim Machometum in suum auxilium inuocaret, esto quòd aliud ei non faceret, manifeste in hæresim incideret. Similiter, qui in honorem eius aram sibi constitueret. Idem etiam consimiliter et de dęmone est dicendum: nam quodlibet illorum, scilicet inuocare: aram construere: sacrificare, & cetera, actus sunt latrię, qui soli domino Deo debent offerri. Si ergo aliquis illorum actuum fiat, in honorem diaboli vel Machometi, sapit heresim manifeste.

11 Secundus ² casus, seu conclusio est: quòd si dæmones inuocantes non exhibeant dæmoni-

A bus inuocatis honorem latriæ, sed exhibeant honorem hiperduliæ, uel duliæ, modo in antea explicato, & de hoc clare sunt confessi iudicialiter, vel conuicti: tales non ut sortilegi, sed vt hæretici iudicio Ecclesię sunt habendi: & per consequens si resipiscāt, errore & hæresi primitus abiurata, sūt perpetuo immurandi vt hęretici pænitentes. Si autem non resipiscant, sunt ut impænitentes hęretici feriendi: uel si abiurant, et relabantur, sunt plectendi per omnia sicut ceteri hęretici.

12 Hic casus seu conclusio, quamquam ex prima conclusione satis pateat antefacta, pōt nihilominus breuius sic conuinci: honor. n. duliæ alicui

B exhibetur dupliciter, uel duplici de causa: prima est, in signum sanctitatis; & hac de causa Abrahā, Lot; et Manue, Angelos adorarunt: vt de Abrahā patet Gē. 18. et de Lot Gen. 19. et de Manue. Iud. 13. Hac ēt de causa Assuerus Mardochęum, et Salmanasar Tobiā super alios honorarunt. de Assuero patet Hester 3. et de Salmanasar Tobiæ. 1. Hac etiam de causa Angeli beati et sancti, qui sunt in patria, à nobis adorantur, et honore duliæ festiuantur.

Ex quibus causis exhibeatur creaturis adoratio.

13 Secunda causa est, in signum gubernationis, iurisdictionis, et potestatis. Et hac de causa Nathan propheta, & Bersabee mater Salomonis, Da

C uid Regem adorarunt, ut patet 3. Regum 1. Hac etiam de causa Pontifices, Reges, & alii regimini pręsidentes, ut Dei uices in regimine gerentes, à suis subditis honore dulię uenerantur. Si ergo aliquis honorem duliæ exhiberet, facto se credere ostenderet, illum, cui talem honorem duliæ exhiberet, sanctum, & Dei amicum fore, uel gubernatorem, uel rectorem à Deo constitutum esse; & sic Deum in eo, tanquam in sibi charo & amico, vel in vicario suo principaliter honoraret. Nam cum sancto honor duliæ exhibetur, Deus in sancto principaliter honore latrię adoratur: et cū Pōtifex, Rex, vel regimini pręsidens, honore duliæ

D reueretur, Deus in suo Vicario honore latriæ ueneratur: & ideo in huiusmodi honoribus, qui sanctis & Ecclesiæ rectoribus exhibentur, & mundi principibus, non ipsi, sed Deus in ipsis principaliter veneratur. Exhibens ergo honorem duliæ dæmoni inuocato, ex hmōdi facto, & opere exterius, conuincitur se corde & mēte reputare, ac credere interius dæmonē fore sanctū; & Dei amicū, & ideo sanctitate venerandū; vel fore in mundo rectorem, & gubernatorem à Deo constitutum: & ideo iurisdictione & potestate reuerendum. Quorum duorum vtrunque plane est hæreticum & peruersum; quia sacræ scripturæ contrarium,

E & determinationibus Ecclesiæ absonum. Dæmō enim neq; sanctus, neque Dei amicus est, immo in culpa & malitia obstinatus est: neque in mundo à Deo gubernator, neque rector constitutus est; immo seruus captiuatus est, & falsator & deceptor, vt in sacris canonibus, & etiam præcedētibus constat plane †. Quare conuincitur ꝙ dæmonibus honorem dulię exhibentes, non vt sortilegi, sed vt hęretici sunt habendi, & hęreticorum ⁷ legibus non procul pulsis, aliis an fractibus feriendi.

† al. plane.

14 Ter-

14 Tertius ² casus, seu conclusio est: ꝙ si dęmones inuocantes, seu consulentes, talia peragant, & taliter, quòd in eorum inuocationibus & consultationibus non appareat manifeste, quòd aliquis honor latrię uel dulię exhibeatur dęmonibus inuocatis, modis explicatis in superioribus, vel aliis similibus quibuscunque, tales nihilominus, vt dicitur †, non ut sortilegi, sed vt hęretici iudicio Ecclesiæ sunt habendi. Quod sic patet: Inuocare. n. in sacra scriptura pro actu latrię sumitur: vnde gl. sup illud Gen. 4. Iste incępit inuocare nomē Domini, dicit sic: Inuocare, idem est, quòd colere & deprecari.

† al. videtur.

Et Ro. 10. Item glo. super illud Ioel. 2. Omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit, dicit sic: Inuocauerit se subiiciendo, & colendo. Et Papias exponens quid est inuocare, dicit sic: Inuocat, adorat, supplici prece poscit. Inuocare etiam vt actus latriæ à Deo præcipitur. Psalmus, Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me. Et Isaię 55. Quærite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Inuocare inter actus latrię enumeratur, & ponitur, unde Psal. Audi populus meus, & loquar Israel, non in sacrificiis arguam te: holocausta autem in conspectu tuo sunt semper: non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos: & enumeratis latrię actibus multis, dicit ita: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua, & inuoca me in die tribulationis. Inuocare, vt actus latriæ fieri dęmoni à Deo interdicitur: vnde Iudic. 10. Reliquistis me, & coluistis Deos alienos. ite & inuocate Deos, quos elegistis. Et 3. Regum 18. dixit Helias sacerdotibus Baal: Inuocate nomina Deorum vestrorum: & ego inuocabo nomen domini Dei mei. Quia ergo inuocare, pro actu latrię sumitur, & inter actus latriæ enumeratur & ponitur, & vt uerus actus latrię exhiberi Deo præcipitur, & ut actus latrię fieri dęmoni interdicitur: ergo si dęmon à Christiano inuocetur, ubi aliud non apparet, act⁹ latriæ dęmoni offertur; quod sapit hęresim manifeste, & tales ut hæretici sunt habendi, iuxta primam conclusionem: Nonne inuocantes Machometum sunt hæretici habendi? Vtique. & nūquid non plus inuocantes dæmones? Concordat Beatus Thomas ut dictum est supra in prima conclusione istius quæstionis; concludit nanque sic: In omnibus nanque est apostasia à fide, propter pactū initum cum dæmone; vel uerbotenus, si inuocatio intersit: uel facto aliquo, etiā si sacrificia desint: non enim potest homo duobus dominis seruire, ut dicitur Marci 8. hæc Thomas.

B

Psal. 49.

Psal. 49.

C

D

S. Tho.

E

Ad euidentiam autem tertiæ conclusionis est diligentius attendendum, quòd in inuocationib⁹ dæmonum, ad petitionem est acutius attendēdū: Nā si petitur quod excedit dæmonis facultatem, ut sunt futura, à Dei uel hominis arbitrio mere dependentia uel uoluntate: ut resuscitatio mortui, quod petiuit Saul per Pythonissam: uel certificatio mortis uel uitæ: qđ à Beelzebub petiit Ochozias, ut patet 4. Regum 1. uel hominem cogere

A ad peccatum, & similia: & tunc ex huiusmodi petitione heretici iudicantur: quia protestantur se credere, dęmonem fore Deum.

COMMENT. LXVIII.

QVę hæc quæstione traduntur, frequentia etiam sunt. & ab Inquisitoribus diligenter cognoscē da. cum inter cetera grauissima scelera, hoc etiam de inuocandis dæmonibus multos in repub. Christiana diuinę legis proditores inuaserit. Persequitur uero Eymericus hanc tractationem diligenter, quam tradunt ferme omnes qui contra hęreticos scribunt. Re

B *pertorium Inquisitorum verbo, dæmon. §. vtrum dæmones inuocantes. Locatus in opere iudiciali verbo, inuocare. & verbo, diuinationes. & verbo, apostasia. Tabiensis in summa verbo, inquisitor. §. 33. nu. 34. Zanchinus tract. de hæret. cap. 22. Albertinus de agnos. assert. q. 11. num. 4. & seq. Paulus Grillādus tract. de sortil. q. 10. & 11. Alfonsus Castrus, lib. 1. cap. 13. de iusta hęret. punitio. Simancas de catho. instit. tit. 21. Bernardinus Diaz in practica criminali canonica. cap. 100. & 101. Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum, uerbo, dęmones. §. 1. & 2. sanctus Antoninus in summa par. 2 tit. 12.*

C *c. 5. §. 1. Aegidius Romanus, lib. 2. sent. dist. 7. q. 3. ar. 3. & communiter theologi ead. dist. 7. & de materia huius quęstionis tractat plene Iacobus Sprenger in Malleo Maleficarum. B. Thomas 2. 2. q. 95. art. 4. Squillacensis tract. de fide catho. cap. 9. et 10. & Hispani habemus hanc tractationem in legibus septipartitis par. 7. tit. 23. sunt et alij qui hęc tractāt, sed hi copiosius.*

Cōtra inuocātes dæmones, qui scripserint.

Hęc damnata inuocandi dæmones consuetudo antiquissima est in orbe terrarum: & in Ecclesia Dei Elchesaitæ *quidam hæretici, qui circa annos Domini CCXL. exorti sunt, vt ait Nicephorus, lib. 5. ca. 24. histo. eccle. inuocationibus, incantamentisque dęmonum sunt vsi.*

Inuocare dæmones antiqua superstitio.

D a ¶ Inuocantes nanque dęmones quantum ad modum trifarie uariantur, &c.] *Totam hanc quæstionem, quę late patens est, complectitur auctor tribus assertionibus, & singulas copiose comprobat.*

Prima est: qui dęmones inuocant exhibentes eis honorem latriæ, qui est cultus soli Deo debitus, ut hęretici sunt habendi.

Secunda est: Inuocantes dęmones cum honore duliæ, qui est cultus Sanctis gloriosis debitus, etiā uelut hęretici sunt tractandi.

Postrema est: Qui dęmones quouis alio modo inuocant, etiamsi nullum eis cultum exhibeant, quia illis se supponere videntur, hęretici etiam sunt putan

E *di. de singulis agemus suis locis.*

b ¶ Qui tabula Salomonis intitulatur.] *ita Barcinonensis, & codex Cardinalis de Gambara. in Bononiensi*, qui tabulæ Salomonis intitulantur, *in Sabellano*, qui clauicula Salomonis intitulatur.

c ¶ Quos quidem libros à necromanticis per me captis auulsi & legi.] *Prodest ergo malos libros legere, vt errores refutentur eorum, & fraudes detegantur, ne nocere possint. c. Episcopus. 37. dist. per quos autem legi debeāt explicui supra in hac 2. parte super cap. Fraternitatis. de hæreticis. libri uero*

Mali libri quatenus legendi.

Universidad de Deusto Biblioteca

quorum hic meminit Eymericus, mali homines dictante sæpe dęmone scripserunt.

Dæmones bona quãdoq; consulũt, vt mala persuadeant.

d ¶ Castitatem pro dęmonis reuerentia, uel monito obseruando, ieiunando, &c.] *Neque hoc debet impossibile uideri: sæpe enim dęmones, item necromantici, & ceteri huius vetitę artis professores, vt facilius decipiant. bona fieri iubent, vt malis & illicitis admixtis fides adhibeatur; quoniã si omnia mala essent, quæ ab illis præciperentur, facile fraus detegeretur. his autem bonorum operum vmbris in primis capiuntur feminę, quibus & ob fragilitatem sexus, & curiositatem multum illudunt dæmones; est autem insignis hic Eymerici locus, & multis exemplis illustris, quæ nosse oporteat Inquisitores,*

Characteres, signa, & ignota nomina prohibita.

e ¶ Per characteres et signa, et ignota nomina obsecrando.] *Hæc nominatim prohiberi videntur in Leuitico ca. 19. dum cauetur ne figuræ aut stigmata fiant: quo intelligimus vetari, ne quis signa superstitiosa, aut imagines Astrologię, aut nomina ignota & characteres pingat: hæc enim omnia, ut ait Orig. lib. 3. in Iob, diaboli sunt seductiones; dęmonũ sunt irrisiones, idololatrię sunt fęx, animarum infatuatio, & cordium scandalum.*

f ¶ In quibus omnibus honor latriæ, &c.] *De adoratione latriæ & duliæ dixi supra super q. 10 huius partis, quæ sunt nunc in memoriam reuocãda, vt hæc quæstio percipiatur.*

Locus restitutus.

g ¶ Vel aliud corpus peruium.] *Hic locus in tribus codicibus erat deprauatus,* paruum *enim legebatur, restitutus est ex Bononiensi, in quo legebatur* peruium, *hoc est, clarum & lucidum. solent nanque quãdoque necromãtici lucidam ampullam, aut quid simile coram puero puellaue statuere, in quo dęmonũ arte apparent spectra & simulacra eorum quæ scire cupiunt, quæ ipsi non possint uidere, videntur tamen ab innocentibus pueris, & referuntur, estque hoc diuinandi genus hodie ualde frequens.*

h ¶ Et isto modo Saul per Pythonissam, et c.] *Valde difficilis est huius historię declaratio, cum absurdum videatur per Pythonicam diuinationẽ, quæ errori artis magicę deputanda est, Pythonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saulis impijssimi Regis. sed ueram declarationem habes in cap nec mirum. §. præterea quidam. 26. q. 5. & apud diuum Thomam 2. 2. q. 95. ar. 4. ad 2. argumentum.*

i ¶ Primus casus, seu conclusio est.] *Ratio potissima cur qui hoc primo modo dęmones inuocant, iudicantur hęretici, est, quoniam funesta offerre dęmonibus sacrificia: aut pacta cum eis inire: aut nefarijs precibus eos deprecari: aut similia in eorum exercere honorem sapiunt manifestam hæresim, & idololatriam prę se ferunt, & qui talia committunt, vt ait Alexander Alensis par. 2. q. 184. facile à dæmonibus trahuntur ad infidelitatem: in quam etiam sententiã consentire uidetur Caietanus 2. 2. q. 95. art. 4.*

Inuocantiũ dęmões quales pœnæ.

K ¶ Et per consequens si resipiscant, hæresi primitus abiurata: sunt ut pęnitentes hæretici perpetuo immurandi.] *Hi iure ciuili vltimo supplicio affici iubentur l. nullus. & l. nemo. C. de malefi. & mathe. quod ipsum Hispana quoque lege cauetur partita 7. tit. 23. l. 3. hanc tamen seueritatem Ecclesia benigne molliens mitiores pœnas in hos statuit, quales hic tradit Eymericus, & aliàs, de quibus egi superiori quæstione, uers. quantum ad secundum.*

Quid superstitio.

l ¶ Superstitio etiam est uitium oppositum de directo religioni Christianæ, seu latrię.] *Idem B. Thomas 2. 2. q. 92. art. 1.* Est, *inquit,* superstitio vitium religioni oppositum secundum excessum, nõ quia plus exhibeat in cultum diuinum quàm uera religio, sed quia exhibet cultum diuinum, vel cui non debet, vel eo modo quo non debet. *hęc Thomas quare non male dixit Gellius,* Superstitionem esse ineptam & importunam religionem.

Futura inquirere ab ariolis uel dæmonibus quãdo sapiat hæresi manifeste.

m ¶ An inquirere futura ab ariolis sit illicitum, &c.] *Ab ariolis & dæmonibus futura inquirere illicitum est, & hæresim sapit manifestã, quia dęmonibus tribuitur, quod solius Dei est. hinc valde prudẽter Gratianus in sum. 26. q. 5. scribit ita:* Est quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum consultationibus futura prædicere. & qui futura, quę ex Dei oraculo nunquam reuelata inueniuntur, vel dęmonum consultatione, vel quibuslibet prę stigiis inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt: futura enim præscire solius Dei est. *hęc ille. Idem sentit vterque Thomas 2. 2. q. 95. art. 4. Alfonsus Castrus, lib. 1. cap. 13. de iusta hæret. punitio. Paulus Grillandus tract. de sortil. q. 6. Simancas de catho. instit. tit. 21. num. 12. & alij. Qui ergo futura scire nititur inuocatis dęmonibus, hęreticus putandus est.*

Sed hoc eam distinctionem recipit, quam præcitato loco affert Alfonsus, & Ludouicus Carrerius tract. de hæret. nu. 23. & alij: nam si futura, quæ postulantur talia sint, quę dęmonis notitię subdantur, vt eclipsis, fertilitas terræ, aut sterilitas, et similia, quæ in causis naturalibus cõtinentur: qui interrogat, quamuis grauiter peccat, non putatur hæreticus, cũ dæmoni tribuat, quod sibi competat: secus si tẽtaret præscire futura, quę per naturam sciri non possunt, qualia sunt omnia, quæ à mero & libero hominis arbitrio pendent, quæque Deus in sua posuit potestate.

Pocula amatoria non flectũt liberam hominis uoluntatem.

n ¶ Qui dedit pocula amatoria mulieri, sit suspectus de hęresi uehementer.] *Grauis est hęc qõ, & valde vtilis, & frequens etiam nostris sæculis: solẽt enim qui turpibus amoribus capiuntur, pocula amatoria, quę Gręci* philtra *uocant, amantibus propinare, ut mentes eorum ad amorem inflamment, pudicumq; interdum animũ flectant. Hoc primum obseruãdũ est, nullã ĩ his sortilegijs amatorijs reperiri virtutẽ ad cõpellendã liberã hominis uoluntatẽ ad amãdũ. Paulus Grillãdus trac. de sortil. q. 3. n. 17. & seq. Alfonsus Castrus lib. 1. c. 15. de iusta hęret. punitio. & alij. apta .n. sunt potius ad inducendum furorem q̃ amorem, uel attestante Ouidio in amatorijs.*

lib. 2. de arte amandi.

Nec data profuerint pallentia philtra puellis,
Philtra nocent animis, uimq; furoris habent.

Propinantes pocula amatoria quãdo reddantur de hæresi suspecti.

Rursus id quoque animaduertendum, an in his poculis amatorijs misceantur sacramenta, ut hostia consecrata, uel sanguis Christi, aut res sacramentales, aut aliter sacræ, ut reliquiæ Martyrũ, Agnus Dei, aut alia huiusmodi, quę commemorat Paulus *Grillandus tract. de sortil. q. 10. num. 14. & seq. Nam si hęc interueniãt, operantem reddent de hęresi suspectum, ut scripsit Alfonsus lib. 1. de iusta hæret. punitio. cap. 15. circa finem. interrogãdusque est ab Inquisitoribus diligẽter, quid de his sentiat: nã si hæc credi*

derit

derit liberum arbitrium cogere posse, non modo vehementer de hæresi suspectus, sed vere hęreticus putandus erit, nisi per ignorãtiam aut aliter excusetur à crimine hæresis. Et circa hos illa obseruanda vidẽtur, quæ supra in hac 2. parte diximus super q. 34. cũ ageremus de recipiendis illis, qui facta hęreticalia vel apostatica commiserunt.

Inuocantes dæmones ob amorẽ quando sint suspecti.

o ¶ Si vero dęmones inuocentur ad tentandum pudicitiam mulieris, etc.] *Hæc est altera difficultas etiam valde frequens: sæpe enim amantes stimulis libidinis agitati dæmones inuocant, vt illi flectãt animum illius quam amant, in amorem turpem: & communis opinio est, talem inuocationem non sapere manifestam hæresim, quia dęmon tunc inuocatur ad id quod sibi competit, quod est tentare. Ioãnes And. ad Specul. tit. de sortilegijs in Rubrica. idem in cap. accusatus. §. sane. de hęret. lib. 6. & ibidem Geminianus, Francus, & alij. Carrerius tract. de hæret. num. 23 vbi alios citat in eandem sententiam.*

Verum plurimum refert intelligere quibus verbis fiat hęc inuocatio an imperatiuis, vt iubeo, præcipio, impero, constringo, & similibus; an vero deprecatiuis, vt precor, oro, obsecro, obtestor & alijs huiusmodi, vt ex Oldrado indicat hic Eymericus. nam si primo modo fiat, nulla hæresis interuenit manifesta: secus si secundo per verba deprecatiua, quæ adorationem includunt, quod sequitur auctor Repertorij inquisitorum verbo, dæmon. §. si enim dęmones. & Locatus in opere iudiciali verbo, apostasia. nu. 7. §. si vero dæmones. & iuxta hanc distinctionem vidimus aliquando iudicari.

Simancas de cathol. instit. tit. 21. nu. 13. quamuis hæc non videatur improbare: addit tamen, aduersus hos inuocatores inquiri posse, tanquam contra vehementer suspectos; hæc enim ad apostasiam, inquit, & infidelitatem spectant: quæ sententia accepta de illis qui verbis imperatiuis vtuntur, forte nimis est sæua, pręsertim cum amantes impetu amoris hęc faciant absque vllo sępissime intellectus errore. In his ergo personarum ratio plurimum est considerãda, ne quid durius in quemquam peccatorem in hoc sacro tribunali statuatur. Rem quidem valde illicitam cõmittunt quicunque dæmones inuocant quocunque modo inuocent, & propterea acerbissime sunt plectendi: at vt qualitas suspicionis grauioris, aut leuioris perpendatur, ad qualitatem personę delinquentis, & alias circunstantias recurrendum esse arbitror.

Bartholomæus Spineus apologia 4. in Ponzinibium contra Oldradum & communem distinctionem, quam paulo antea attulimus, constanter asserit, omnem inuocationem Dęmonum sapere hęresim manifeste: cui non repugno: cum inuocationem proprie accipiat, quam pręcesserunt varij cultus, & nefariæ obseruationes ac reuerentię Dæmonibus exhibitæ: quasi secus sit dicendum cum simpliciter Dęmones vocantur.

Intellectus cap. episcopi 26. q. 5.

p ¶ Tertio eadem conclusio seu casus probatur, &c. nam 26. q. 5. cap. episcopi.] *Huius cap. intellectus valde est difficilis, tametsi non inepte ab Eymerico huic instituto de quo differit, accomodetur; videndi præ alijs ad eum intelligendum Paulus Grillandus tract. de sortilegis, q. 7. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 16. de iusta hęret. punitio. Ponzinibius tract. de lamijs q. 2. nu. 43, 44. & 61. Albertinus de agnos. assertio. q. 24. nu. 24. vers. non obstant. Bernardus Comensis in disputatione de strigibus adiecta in fine lucernæ inquisi. deniq; Syluester, & Spineus de strigibus.*

q ¶ Se nocturnis horis cum Diana Dea Paganorum.] *Videto Iuonem Carnotensem par. 11. cap. 54. & Burchardum lib. 10. decretorum, cap. 29. idem in concilio Agathensi, cap. 4. vbi feminę talia profitentes & credentes scopis prius cæsæ e parochijs pelli iubentur.*

Lamias corporaliter deferri communis est sentẽtia & vera.

r ¶ Sed à maligno spiritu talia phantasmata mẽtibus fidelium irrogari.] *Ex his potissimum verbis aduersus communem Theologorum & Canonistarũ sententiam colligebat Franciscus Ponzinibius tract. de lamijs, nu. 45. & multis seq. striges non deferri à dęmonibus corporaliter, sed is solus est in ea sententia, & contrarium asserunt vno ore omnes, quos citaui paulo antea, vers. tertio eadem conclusio. cum manifestis experimentis (quibus nemo nisi sensu careat posit contradicere) doceamur lamias sępe corporaliter deferri. sed Ponzinibio abunde satisfacit Spineus tract. de strigibus.*

s ¶ In concilio Anquirensi.] *Aliàs Acquirensi sicut in plerisque vetustis codicibus apud Gratianũ, & apud Burchardum lib. 10. Decret. c. 1: & Iuonem par. 11. c. 30. apud quos in aliquot codicibus legitur: Ancyrensi. Verumtamen in concilio Ancyrano Græco, aut Latino, neque impresso, neq; manuscripto hoc quod hic dicitur, est inuentum: licet qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam vetusto codice xvj. librorum partialium. fragmentum vero, quod proxime retulit Eymericus, fere habetur apud beatum Augustinum in libro de spiritu & anima, c. 28. vt docte annotatum est in Decreto nuper Romę edito, super c. Episcopi. 26. q. 5. quare iuxta hæc, non sunt Ecclesię determinationes, quæ Eymericus putat hic Ecclesiæ definitiones, cum non sint in concilio Anquirensi siue Acyrano, vt ipse existimat: magnę tamen sunt auctoritatis.*

t ¶ Super illius specula, quamuis immeriti.] *Eandem refert Repertoriũ inquisitorum verbo, Xorguinæ. §. & hãc quæstionem. vbi paulo aliter habetur principiũ ita:* Super illius specula: *& infra:* Meritis licet imparibus, eius fauente clementia, &c.

u ¶ Annulum, vel speculum, vel phialam, vel rem quamcunque aliam magice ad dęmones inibi alligandos.] *At non est modica difficultas, quæ hic proponitur, de alligandis, aut includendis dæmonibus in annulis, pyxidibus, vasculisue vitreis ad reddenda responsa, de qua eleganter beatus Augustinus lib. 21. c. 6. de Ciuitate Dei, & ibi Ludouicus Viues, & copiose Bartholomęus Sybilla in speculo peregrinarum quæstio. decade 3. cap. 8. quæst. 1. multa quoque Eusebius, lib. 5. de prępatione Euangelica, cap. 6. vbi tractat, quomodo dęmones coguntur ab hominibus. item eod. lib. cap. 7. 8. & 10.*

An dæmones compellantur ad inhabitandum vascula corporea.

In hac re sit hęc prima conclusio: Dęmones spiritus potẽtissimi nullo pacto cõpelli ab homine possunt ad intrandum & habitãdum alligati in his vasculis; multo minus cogi ad hoc possunt signis, herbis, aut quibusuis alijs characteribus: quia vt ait Iob *c. 41.*

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non est super terram potestas, quæ cõparetur eis. *Quòd si quandoque verbis aut characteribus ingredi videantur compelli, hoc fit vel à summo Deo: vel à bonis Angelis: vel fortasis à dæmonibus potentioribus ac superioribus: vel (quod verius puto) dæmones ipsi sponte veniunt, fingunt tamen se compelli, vt credentes decipiant.*

Sit secunda & postrema conclusio: Ars includendi dæmones in his vasis ac rebus corporeis, non est ars, sed pactio tacita vel expressa inter dæmones & homines perditissimos inita, qua pepigerunt, vt quotiens hoïes hęc vel illa signa & characteres facerent dæmones accederent ad eas imagines aut res, ex quibus responsa deceptis reddant; quod eleganter docuit Augustinus prędicato loco.

Dæmones quo consilio claudi se interdum patiãtur.

Quo autem consilio dæmones his rebus claudi ac gestari se patiantur, optime docet Henricus de Asia super Genesim his verbis notatu quidem dignis: Non ergo eum necromantice, vel magice compellis, aut in vinculis eum vt putas, tenes: sed hoc certum habe, quòd ipse simulat se captum; vt te capiat: se vinctũ, vt te vinciat; se tuo imperio subditum, vt te sibi subdat: à te inclusum, vt te finaliter concludat: fingit se tua arte, vel lapidi vel imagini alligatum, vt te funibus peccatorum alligatũ ad infernum perducat. *hęc ille.*

x ¶ Secundus casus, seu conclusio est, &c.] *Idem penitus hinc transcripsit auctor Repertorij inquisitorum verbo, dæmon. §. secundus casus. & Locatus in opere iudiciali verbo, apostasia. §. secundus casus. nu. 8. & seq. nec obscura videtur ratio, cur hęretici haberi debeant, qui honorem hyperduliæ aut duliæ exhibent dęmonibus invocatis: Nam se illis subijciunt, quod apostasiæ crimen non obscure præ se ferre videtur. Verum nec facile nec precipitanter veniendum est in hanc sententiam, sed plurimum spectanda est personarum qualitas & conditio, plurimũ etiam causa, ob quam invocant, et modus invocandi: nam hęc & augere & minuere culpam plerunq; possunt, vt alibi dictum est.*

y ¶ Et hæreticorum legibus non procul pulsis, aliis anfractibus feriendi.] *Hic locus in omnibus est depravatus: nam Barcinonensis habet ita:* Et hæreticorum legibus procul pulsis, aliis anfractibus feriendi. *Bononiensis ita:* Hæreticorum legibus non procul pulsis, illis anfratibus feriendi. *codex Cardinalis de Gambara ita:* illis à fratribus feriendi. *Sabellanus denique ita:* Et legibus hæreticorum non procul pulsis vltimo supplicio fouendi. *Quocunque modo legatur, hic est sensus: Eos qui hoc secundo modo dæmones adorant, proculdubio pœnis hæreticorum esse coercendos: quod tamen non est simpliciter accipiendum, sed tunc cũ rectè hęc fieri posse crediderint, nec conuerti voluerint: aliàs enim, vt proxime dicebamus, circunstantiæ sunt diligenter perpendendæ priusquam in hanc sententiam descendamus.*

z ¶ Tertius casus seu conclusio est, &c.] *Tertia hęc assertio multam habet difficultatem: neque enim videntur hęretici aut apostatę, qui hoc tertio modo invocant, cum nullum cultum dęmoni exhibere videantur. Hęc quęstio pendet ex illa: An dæmonum invocatio possit quandoque fieri absque eorum cultu, in qua breuiter cum Caietano 2. 2. q. 95. art. 4. dico, posse dęmones invocari absque cultu eis exhibito, vt cum requiritur ab illis, absque vlla reuerentia aliquid, quod ab ipsis præstari possit, quemadmodum requireretur ab homine potente nos adiuuare, semota omni cogitatione subijciendi se dæmonibus: & quoniam huiusmodi invocatio, quę fit absque vlla exteriori cultus & adorationis specie, indirecte spectat ad cultum dæmonum non ex intentione invocantis, sed ex institutione forsan & occulto pacto auctorum invocationum huiusmodi eum dęmonibus, ignorato ab invocante; ideo quamuis aliqua hæresis suspicio contraheretur ex huiusmodi invocatione (quod nunc nõ definio) at non incurreretur hęresis omnino, vt voluit hic Eymericus, præsertim ab eo, qui solum curiositate ductus, vel alio prauo affectu semel, vel bis quid tale faceret, neque ex professo eam artem profiteretur: & hoc modo videtur intelligendus hic Eymericus dum dicit:* Modis explicatis in superioribus. *constat autem in 3. modo invocandi dæmones, nu. 4. eum locutũ fuisse de eo in primis, qui hanc artem profitetur, dum dicit:* ipso necromante librũ tenente, ac legente.

An dęmonũ invocatio fieri possit absque eorum cultu.

Neque invocandi verbum significat semper actũ latrię exhibere rebus invocatis, cum, vt paulo antea docuimus, ex Caietano quandoque indicet auxilium requirere ab eo, qui potest nos iuuare, absq; vlla reuerentia. Quòd vero invocare quandoque non sit actus latrię, aperte docet diuus Augustinus in 3. tomo, lib. 1. locutionum circa finem in hęc verba: Iacob benedicens nepotes suos filios Ioseph, ait inter cetera: & inuocabitur in his nomen meum, & nomen patrum meorum: Vnde notandũ est, nõ solum exauditionem, sed etiam inuocationem dici aliquãdo, quę non Dei sed hominum sint. *hæc Augustinus. iam in iure inuocare manifestę significationis est. l. episcopale. C. de epis. audient. pro implorare auxiliũ, seu gladium ciuilis magistratus. c. 1. de offi. ord. Bart. l. vnica. ff. si quis ius dicen. non obtem.*

Verbum inuocandi non semper inclu dit actum latriæ.

Postremo vt nihil desideres eorum, quę ad hanc quęstionem spectant, inferenda hic est determinatio quædam facta per Almam facultatem theologicam Parisien. anno Domini MCCCXCVIII. vbi notantur omnes fere errores, & qualitates propositionum, quæ accidere possunt in hac materia inuocationis Dæmonum, & artis magicæ; quæ multam lucem huic disputationi afferre possũt. omissa ergo eius determinationis præfatione, articulorum condemnatio sequitur in hęc verba:

Est autem primus articulus: Quòd per artes magicas & maleficia, & inuocationes nefarias, quærere familiaritates & amicitias et auxilia Dæmonum, non sit idololatria. Error. Quoniam Dæmon aduersarius pertinax et implacabilis Dei & hominis iudicatur: nec est honoris, vel dominij cuiuscunque diuini vere seu participatiue, vel aptitudinaliter susceptiuus, vt aliæ creaturę rationales non damnatę: nec in signo ad placitum instituto, vt sunt imagines & templa. Deus in ipsis adoratur †.

† al. honoratur

Secundus articulus: Quòd dare, vel offerre vel promittere Dęmonibus qualemcumque ré, vt adimpleant desiderium hominis, aut in honorem

rem eorum aliquid oscular, vel portare, non sit idololatria. Error.

Articulus iij. Quòd inire pactum cum Dæmonibus tacitum vel expressum non sit idololatria, vel species idololatrię, vel apostasiæ. Error. Et intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus non debet à Deo vel natura rationabiliter expectari.

Articulus iiij. Quòd conari per artes magicas Dæmones in lapidibus, annulis, speculis, aut imaginibus nomine eorũ consecratis, vel potius execratis, includere, cogere, & arctare, vel eas velle vilificare, non sit idololatria. Error.

Articulus v. Quòd licitum est vti magicis artibus vel aliis quibuscunq; superstitionibus à Deo, & Ecclesia prohibitis pro quocunque bono fine. Error. Quia secundum Apostolum, non sunt facienda mala vt bona eueniant.

Articulus vj. Quòd licitum sit, aut etiã permittendum, maleficia maleficijs repellere. Error.

Articulus vij. Quòd aliquis cum aliquo possit dispensare in quocunque casu, vt talibus licite vtatur. Error.

Articulus viij. Quòd artes magicę & similes superstitiones & earum obseruationes sint ab Ecclesia irrationabiliter prohibitæ. Error.

Articulus ix. Quòd Deus per artes magicas & maleficia inducatur compellere Dęmones suis inuocationibus obedire. Error.

Articulus x. Quòd thurificationes & suffumigationes, quæ fiunt in talium artium & maleficorum exercitio, sunt † ad honorem Dei, & ei placeant. Error & blasphemia: quoniam Deus aliàs non prohiberet vel puniret.

† al. sint

Articulus xj. Quòd talibus & taliter vti, nõ est sacrificare seu immolare Dæmonibus, & ex consequenti damnabiliter idololatrare. Error.

Articulus xij. Quòd verba sancta & orationes quędam deuotę, & ieiunia & balneationes, & cõtinentia corporalis in pueris & alijs, & Missarum celebratio, & alia opera de genere bonorum, quæ fiũt pro exercendo huiusmodi artes, excusent eas à malo, & non potius accusent. Error. Nam per talia sacrę res, immo ipse Deus in Eucharistia Dęmonibus tentatur immolari: & hęc procurat Dæmon, vel quia vult in hoc honorari similis altissimo: vel ad fraudes suas occultandas: vel vt simplices illaqueet facilius, & damnabilius perdat.

Articulus xiij. Quòd sancti Prophetæ, & alij sancti per tales artes habuerunt suas prophetias, & miracula fecerunt, aut Dæmones expulerunt. Error & blasphemia.

Articulus xiiij. Quòd Deus per se immediate, vel per bonos Angelos talia maleficia sãctis hominibus reuelauerit. Error & blasphemia.

Articulus xv. Quòd possibile est per tales artes cogere liberum hominis arbitrium ad voluntatem seu desiderium alterius. Error. Et hoc conari facere est impium & nefarium.

Articulus xvj. Quòd ideo artes præfatæ bonæ sunt & à Deo, & quòd eas licet obseruare: quia per eas quandoque vel sæpe euenit sicut vtentes eis quęrunt vel prædicunt: vel quia bonum quandoque prouenit ex eis. Error.

Articulus xvij. Quòd per tales artes Dæmones veraciter coguntur & cõpelluntur & non potius ita se cogi fingunt ad seducẽdos homines. Error.

Articulus xviij. Quòd per tales artes & ritus impios per sortilegia, per carmina, & inuocationes Dęmonum, per quasdam inuultuationes †, & alia maleficia nullus unquam effectus ministerio Dęmonum subsequatur. Error. Nam talia quandoq; permittit Deus cõtingere: vt patuit in Magis Pharaonis, & alibi pluries: vel ad probationem fidelium, sicut habetur Deutero. xiij. vel in quorundã hominum dignam flagellationem: vel quia vtentes † seu consulentes propter malam fidem aut alia peccata nefanda † dati sunt in reprobum sensum, & demerentur sic illudi.

† al. insultationes.

† al. abutentes.

† al. nefaria

Articulus xix. Quòd boni Angeli includantur in lapidibus, & consecrent imagines vel vestimẽta, aut alia faciant, quæ in istis artibus continẽtur. Error & blasphemia.

Articulus xx. Quòd sanguis vpupę, uel hœdi, vel alterius animalis, uel pergamenum virgineum vel corium Leonis, & similia habeant efficaciam ad cogendos, vel repellendos Dæmones ministerio huiusmodi artium. Error.

Articulus xxj. Quòd imagines de ære vel de plumbo, vel auro, vel de cera alba uel rubea, vel alia materia, baptizatę, exorcizatę, & cõsecratę, seu potius execratæ secundum prædictas artes, & sub certis diebus, habeant virtutes mirabiles, quæ in libris talium artium recitantur. Error in fide, & philosophia naturali, & astrologia † vera.

† al. astronomia.

Articulus xxij. Quòd vti talibus, & fidem dare, non sit idololatria, & infidelitas. Error.

Articulus xxiij. Quòd aliqui Dęmones boni sunt, aliqui benigni, alij omnia scientes, alij nec saluati, nec damnati. Error.

Articulus xxiiij. Quòd suffumigationes, quæ fiunt in huiusmodi operationibus, conuertuntur in spiritus, aut quòd sint debitæ eis. Error.

Articulus xxv. Quòd vnus Dæmon sit rex orientis, & præsertim suo merito, alius occidentis, alius septentrionis, alius meridiei. Error.

Articulus xxvj. Quòd intelligẽtia motrix cæli influit in animam rationalem, sicut corpus cęli influit in corpus humanum. Error.

Articulus xxvij. Quòd cogitationes nostrę intellectuales, & volitiones nostræ interiores, immediate causentur à cælo: Et quod per aliquã traditionẽ magicam tales possint sciri: & quòd per illã de eis certitudinaliter iudicare sit licitum. Error.

Articulus xxviij. Quòd per quascunque artes magicas possumus deuenire ad visionem diuinę essentiæ, uel sanctorum spirituum. Error.

Acta sunt hęc & post maturam crebramq; inter nos & depuratos nostros examinationẽ cõclusa in nostra congregatione generali Parisiis apud sanctum Maturinum, de mane super hoc specialiter celebrata. anno Domini MCCCXCVIII. Die XIX. mensis Septembris. In cuius rei testimonium sigillum dictæ facultatis præsentibus literis duximus apponendum.

Hęc quidem habet prædicta condemnatio, quam asserit

Universidad de Deusto
Biblioteca

assert Ioannes Gerson tomo 1. operum, tractatu quodam de erroribus circa artem magicam.

Cum uero in fine singulorum articulorum additur dictio illa: Error. *per errorem accipere debemus non quamlibet falsitatem contra philosophiam naturalē, moralem, aut alias humanas artes, sed errorē & falsitatem contra veritatem fidei catholicæ quam nullo pacto recipit Christiana religio, iuxta id quod diximus supra in hac 2. parte super q. 3.*

Qui prædictos teneret articulos iudicio Inquisitorum supponeretur.

Quicunque ergo scienter aliquem ex his articulis teneret ac profiteretur, iudicio Inquisitorum hereticę prauitatis proculdubio esset subiectus: tametsi enim generalia studia veluti Parisiense, Salamanticense, Bononiense, aut similia non habeant potestatem B *iudicandi certo & infallibiliter de fide, ita vt eorum definitionibus omnino ab omnibus sit parendum: nec propterea dicenda sit hęretica aliqua propositio, quia definitioni alicuius Vniuersitatis contradicit, at suspecta saltem de hæresi eo nomine haberi poterit, q determinationi alicuius catholicæ & insignis academiæ, seu vniuersitatis opponatur, vt recte iudicio nostro docuit Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 5. de iusta hęret. punitione.*

Huc etiam spectat rescriptum Sixti IIII. incipiens: Nuntiatum est nobis. *& aliud Leonis X. incipiens:* Alias ad petitionem. *item aliud Hadriani VI. incipiens:* Dudum vti nobis exponi fecisti. *in quibus agitur de hoc argumento, quę in fine huius oris habentur impressa.*

QVAESTIO XLIIII.

De Christianis transeuntibus, vel redeuntibus ad ritum Iudęorum.

SVMMARIVM.

1 *Christiani transeuntes ad iudaismum vt hæretici sunt iudicandi:*
2 *Et horū fautores cēsendi fautores hęreticorum:*
3 *Etiam si iudęi sint, & ideo ab Inquisitoribus puniendi.*
4 *Nicolai IIII. littere contra prædictos.*
5 *Quo pacto intelligatur quis ad ritum Iudęorum transire.*
6 *Ritus redeuntium ad iudaismum.*
7 *Ritus transeuntiū à Christianismo ad Iudaismū.*

QVadragesima quarta quęstio est: Christiani, qui ad ritum redeūt seu transeunt Iudæorum, & Christiani & Iudæi, qui talibus, qui ad huiusmodi redierint vel transierint ritum dederunt consilium, auxilium, vel fauorem; an omnes isti sint velut hęretici iudicandi, sic quòd Inquisitoris hęreticorum sint subiecti iudicio?

Ad hanc respondemus, & dicimus tria.

1 Primum est: quòd Christiani, qui transeunt ad ritum Iudæorum, & conuersi ex Iudæis, effecti Christiani, qui postmodum ad dictum ritum exe crabilem reuerturntur, (quia illi dicuntur transire, & isti redire) tam isti, quàm illi, cum fidem abnegauerint Christi, ad quam se obligauerant in baptismo, hæretici sunt habendi, & vt tales iudicandi: ita [a] quòd si volunt redire à ritu Iudæorum, atque sectam abiurare, & satisfactionem congruam exhibere, vt pœnitentes hæretici sunt ad misericordiam admittendi: si autem nolint redire, & ritum Iudęorum atque sectam abiurare, & satisfactionem congruam exhibere, vt impœnitentes hæretici, per Prælatos & Inquisitores sęculari brachio sunt relinquendi, animaduersione debita puniendi. Et est casus planus de hęret. lib. 6. cap. Contra Christianos. Supra pag. 108.

2 Secundum est: q̄ Christiani, qui talibus, qui transierint, vel redierint ad dictum ritum execrabilem Iudęorum, præstiterunt consilium, auxiliū, vel fauorem, hęreticorum fautores sunt iudicandi. patet per allegatum cap. Contra Christianos. quod hoc dicit plane. Nam sic transeuntes & redeuntes sunt hæretici: ergo eis in hoc fauentes, hęreticorum sunt fautores.

3 Tertium [b] est: quòd Iudęi, qui talibus trāseūtibus vel redeuntibus dederunt ad hoc, consilium, auxilium, vel fauorem, quòd transirent vel redirēt ad prędictum ritum; tales [c] inquam Iudęi fautores hęreticorum sunt iudicandi: et vt tales per Prælatos et Inquisitores puniendi.

Et licet alleg. cap. Contra Christianos hoc nō dicat plane, loquitur tamen in genere de prędictorum fautoria, non exprimendo si Iudęi vel Christiani fuerint fautores huiusmodi. Tamē Nicolaus IIII. in extrauagante, Turbato corde. clarius hoc dicit loquens in specie de Iudęis: dicit enim sic.

4 TVrbato [d] corde audiuimus, & narramus, quod non solum quidam de iudaicæ cæcitatis errore, ad lumen fidei Christianę conuersi, ad priorem reuersi esse perfidiam dignoscuntur; verumetiam quamplurimi Christiani, veritatem catholicæ fidei abnegantes, se damnabiliter ad ritum iudaicum transtulerunt: quod tanto magis reprobum fore cognoscitur, quanto ex hoc Christi nomen sanctissimum, quadam familiari hostilitate, securius blasphematur. Cum autem huic pesti damnabili, congruis, & festinis deceat remediis obuiare, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos, auctoritate sedis Apostolicæ designatos, super pręmissis, tam per Christianos, quàm etiam per Iudæos, inquisita diligenter & sollicite veritate, cōtra omnes, quos talia inueneritis hactenus commisisse, ac committere in futurum, tanquam contra hęreticos, contra fautores quoque, receptatores, & defensores eorum, tanquā contra fautores, receptatores, & defensores hęreticorum procedere studeatis. Iudæos autem, qui Christianos vtriusque sexus, ad eorum ritum execrabilem induxerint, aut inueneritis de cetero inducentes, pœna debita puniatis: Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo; inuocato ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Datum Romę † Nonas Septembris, Pontificatus [e] nostri anno primo.

† al. Reate

5 Qualiter autem intelligatur, quòd quis rediat, vel transeat ad ritum Iudæorum, non est intelligendum secundum quod exponit Bartholomæus Raymūdi super allegato cap. Contra Christianos. scilicet, q̄ balneentur: & locus in quo fuit sanctum chrisma positum, abradatur, & similia, prout ponit: Nam hoc non est transire, vel redire ad ritum Iudæorum, sed viuere secundum ritum: vnde posito quòd Christianus, vel Iudæus ad fidem Christi conuersus sine prædicto ritu efficiatur Iudæus seruando eorū cæremonias, solemnitates, & festiuitates, & credat prout ceteri Iudęi; vere dicitur ad ritum Iudęorū transisse, vel rediisse.

Intelligendum ergo est, ad ritum iudæorum aliquem rediisse, vel transisse, cum eorum cæremonias obseruat: solemnitates eorum & festiuitates celebrat, & cetera facit, quæ iudæi communiter facere sunt assueti.

6 Qualis autem est ille ritus, secundum quem illi, qui prius fuerunt iudęi, & post Christiani, & iterum post redeūt ad iudaismum, seu iudęorum ritum: considerandum quòd talis est:

Ritus redeuntium ad iudaismum.

Nam ille siquidem qui debet reiudaizare, requiritur seu interrogatur ab aliquo ex iudæis præsentibus, si vult [f] facere טבילה Teuilà, in hebręo, quod est dictum in latino; si vult facere balneationem, seu lotionem, seu balneum in aqua currente, vt efficiatur Iudæus: Ille autem respondet, quòd sic: & tunc ille Iudæus, qui præest, dicit [g] eidem in hebręo: בעל תשובה baal teſſuua: quod est dictum in latino, reuertaris à statu peccati: & post hęc ille exuitur ex toto, & quandoque balneatur in aqua calida: & tunc iudæi fricant eum fortiter cum arena per totum corpus, sed maxime in frōte, & in pectore, & in manibus: in illis videlicet locis, in quibus in baptismo fuit positū sanctū chrisma: postmodum vero abraduntur omnes vngues illius de manibus & pedibus vsque ad sanguinē; Item radunt caput illius, & postmodum ponunt eum in aqua fluuii currentis, & faciunt illum sanere immersionem de capite, in aqua illa tribus vicibus, & post dictam immersionem dicunt orationem talem: Benedictus dominus Deus rex sæculorum, † qui præcepisti nobis sanctificari super istam aquam seu balneum: quod vocatur Teuilà in hebræo. Quo facto, ille egreditur de aqua, & induitur noua camisia, & braccis recentibus, & omnes iudęi presentes osculantur eum, & imponitur [h] nomen sibi communiter illud, quod prius habuerat ante baptismum.

† al. cælorum

Item ille, qui sic reiudaizatus est, requiritur, q̄ confiteatur legem Moysi, & promittat se eam tenere, & seruare, & secundum eam viuere de cetero. Item quòd abneget baptismum & fidē Christi & Christianorum; nec de cetero cā teneat, aut seruet; et ille ita promittit se seruare legem, et abnegat baptismum, et Christi fidem: postmodum vero datur eidem charta seu instrumentum testimoniale ad omnes alios iudæos, vt sic possint cū recipere, et confidere de eodem, et benefaciant ei: et extunc viuit, et conuersatur vt iudęus, et ingreditur scholam seu synagogam iudæorum.

7 Qualis autem est ille ritus, secundum quem illi qui aliàs non fuerunt iudęi, recipiuntur ad iudaismum, considerandum est, quòd est idem qui prius, nisi q̄ prædicti non circumciduntur, quia iam sunt: vnde [i] aliter circumciduntur iudæi pueros suos, et aliter Christianos, siue pueros siue adultos: quia circumcidendo christianos, adultos seu pueros, scindunt eis pellem desuper semiplene, et non per totum circulū, sicut faciunt in pueris suis iudęis: ad hoc vt sit distinctio inter eos.

COMMENT. LXIX.

De materia huius quęstionis agunt Canonistæ in cap. contra Christianos. de hęret. lib. 6 Ecatus in opere iudiciali verbo, apostata. nu. 3. vbi penitus sequitur hic Eymericum. idem per omnia Repertorium inquisitorum verbo, Reiudaizantes. & Calderinus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rubrica, De his qui condemnantur vt hæretici. Tabiensis in summa verbo, inquisitor. §. 31. 32. & 33. Squillacensis tract. de fide catho. cap. 46. & in legibus Hispaniæ septipartitis, par. 7. tit. 24. l. 7. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 23. de iusta hęret. punitio. Ioannes Rojas tract. de hęr. par. 1. num. 557. & sequen. Conradus Brunus lib. 4. de hęret. cap. 2. Gondissaluus tract. de hęret. q. 9. nu. 11. & alij quos omitto.

Reiudaizantes potestati Inquisitorū subduntur.

Ac de his nulla est dubitatio, quin iurisdictioni Inquisitorum subiiciantur: sunt. n. nō modo hæretici, nec rum & apostatę iudizandi, cum in totū deserant fidē Christi, & sectam penitus execrabilem, & omnino à religione Christiana diuersam profiteantur. de quibus propria disputatio est infra q. 49.

Iam quæ hac quæstione dicuntur de potestate Inquisitorum procedendi aduersus iudaizantes, locum habent etiamsi reiudaizantes fuissent baptizati dum essent infantes, aut metu mortis, dummodo non fuissent baptizati absolute coacti. textus in dicto c. contra Christianos. ibi: Etiamsi huiusmodi redeuntes dum erant infantes, aut mortis metu, non tamen absolute, aut precise coacti baptizati fuerunt. *hęc ibi notat que ibidem glossa, Geminianus, & alij. Bernardus in lucerna Inquisi. verbo, Iudæi. §. 2.*

Cum his tamen qui reiudaizant dum sunt infantes, mitius est agēdum, quàm cum adultis, quia ætati parcitur, vt dixi par. 1. super l. si quis. C. ne sanctum baptisiteretur. versi. sitamen crimine capax.

Locus emendatus.

a ¶ Ita quòd si volunt redire à ritu Iudęorum, etc.] *Barcinonensis impressus hic erat mutilus, nam post illa verba:* Hæretici sunt habendi, et vt tales iudicandi. *statim sequebatur:* Ita quòd si nolint redire, et ritum Iudæorum atque sectam abiurare, etc. *Nos tamen ex tribus manuscriptis illa supplemus.* Ita quòd si volunt redire à ritu Iudęorum atque sectam abiurare, et satisfactionē congruam exhibe-

Universidad de Deusto Biblioteca

exhibere, ut pænitentes hæretici sunt ad misericordiam admittendi.

Iudæi ratione delicti supponũtur iudicibus ecclesiasticis.

b ¶ Tertium est, quòd Iudæi, qui talibus transeuntibus, &c.] *Nam ratione delicti Iudæi subijciũtur foro Ecclesiæ, quamuis non sint de Ecclesia. idem tradũt Locatus verbo, Apostata, num.3. Bernardus Comensis in Lucerna* Inquisitor. *verb.* Iudęi. §.1. *Repertorium* Inquisi. *ver.* Iudęus. §. *item* Inquisitor. *versi. & ibi dicunt Doctores. quibus accedunt Ancharanus cons.15. incipien. Spiritualis Iudex. Calderinus cons.2. incipiente: Iudæus dolose. tit. de Iudæis. & Oldradus consil. 36. incipien. Infrascripti sunt articuli. Zabarella in clemen.2. §.1. de hęret. Cardinalis Alexandrinus in cap. nulla. dist.54. vbi expresse asserit,* Iudęos *in casibus, in quibus Christianis contrariantur, vel eos ad obseruandum suos ritus inducunt, iuri canonico & iudicibus Ecclesiasticis subiectos esse. Idem tenuit Imola in clemen. ex graui. de vsuris. versi. vlterius quæro, an* Iudęi *asserentes. & Campegius ad Zanchinum, cap.36. versi. Deliquit contra fidem nostram. & eleganter Squillacensis tract. de fide catho. cap.46. tradunt Ioannes Andr. Geminianus, Francus & ceteri communiter in cap. contra Christianos. de hæret. lib.6.*

Iam quot & quibus casibus Iudæi *& alij infideles subijciantur Inquisitorum potestati luculenter declarauit Sanctissimus dominus Gregorius Papa* C *XIII. rescripto quodam incipien. Antiqua* Iudęorũ. *anno Domini MDLXXXI.*

Iudæi inducentes Christianos ad iudaismum ut fautores hæreticorũ plecti possunt,

c ¶ Tales inquam Iudæi fautores hæreticorum sunt iudicandi, & vt tales per prelatos & Inquisitores puniendi.] *His verbis apertissime indicat Eymericus* Iudęos *inducentes Christianos ad iudaismum plectendos esse pœnis fautorum hæreticorum; quod non est absurdum: quãuis enim re vera proprie fautores hæreticorum dici non possint, cum in eos nõ cadat hæresis, nec propterea hæresis fautoria, quia baptizati non sunt; at large non modo fautores, verũ sectatores hęreticorum, seu verius apostatarum dici possunt, vt optime scripsit* Ioannes *And. in dicto c. contra Christianos.*

Franciscus Squillacensis *tract. de fide catho. cap.46. nu.2. in casu huius quęstionis pœna arbitraria puniendos dicit, ex quo pœna certa per leges non est statuta, p regulã in capitulo de causis, de offic. deleg. quod etiam videtur indicare rescriptum Nicolai* IIII. Turbato corde. *quod hic recitat Eymericus, in quo circa finem dicitur :* Pœna debita puniatis. *quamuis enim nomine pœnæ debitę, intelligamus pœnam à iure præscriptam : at vbi sancita non est, pœnam arbitrariam à iudice debite pensatis circunstantijs imponendam, accipimus. iudex enim legibus deficientibus, ne delicta maneant impunita, legibus sufficitur.*

Quibus pœnis plectendi Iudęi inducẽtes Christianos ad iudaismum.

Zanchinus tamen tract. de hęret. c.36. num.4. Repertorium Inquisit. *verbo,* Iudæus. §. *sed circa prædicta. Syluester in sum. verbo,* Iudæus. *quęst. 5. quatuor pœnas videntur numerare, priuationem communionis cum Christianis, pecuniariam, carceres, & verbera. quæ colliguntur ex c. ita quorundam. in fine. extra de* Iudęis. *ex c. postulasti. de Iudæis. ex c. in Archiepiscopatu. de rapto. & ex c. sępe. 28. q.1. neque ab his puto recedendum.*

A *Sed si atrox sit scelus à* Iudæo, *vel alio infideli contra fidem patratum, acrior pœna eis imponi poterit, ac etiam relinqui poterunt curiæ sæculari: nam quoties pœna relinquitur arbitrio iudicantis, si crimen sit ingens, iudex arbitrium extendere potest vsque ad mortem, vt est glossa communiter recepta in §, in summa. verbo, extraordinaria. Instit. de iniurijs. Decius in c. ex litteris. de constit. & alij quos omitto consulto. postea vero iudices sæculares vltimo supplicio eos afficient. argumento l.2. & l. ne quis Christianam. C. de iudæis.*

Illud hic non est omittendum, quod optime monet Squillacensis tract. de fide catho. cap.46. circa B *finem, quòd quando* Iudęi *in his causis ad fidem spectantibus sunt puniendi, non potest Episcopus sine* Inquisitore, *aut vice versa punire, sed simul interuenire debent, quemadmodum in condemnandis hæreticis cautum est in clemen.1. §. duro tamen. de hęret. & hęc sententia videtur mihi tutissima, & propterea penitus obseruanda.*

Num autem puniendus sit Iudæus *si transierit ad sectam* Sarracenorum *docet Oldradus consil. 51. incipien.* Iudęus *transiuit. cuius dicta ob breuitatem non expendo.*

Item an & qualiter sint puniendi Iudęi *si infideles alterius sectæ inducant ad* Iudaismum, *cautum* C *est à Ioanne Castellæ rege æra MCCCCXVIII. & refertur in collectione legum Hispaniæ Catholici Regis nostri Philippi* II. *lib.1. tit.1. de sum. trinit. & fide Catho. l.6.*

d ¶ Turbato corde.] *Refert etiam Campegius apud Zanchinum, c.36. vbi eam tribuit Gregorio X. & Repertorium verbo, Reiudaizantes. §. sed est quęstio. Sed nihil refert: potuit enim ita primum cauere Gregorius X. idemq; postea innouare Nicolaus IIII quod sępissime cõtingit. eiusdem quoque extrauagantis meminit Ioannes And. & alij in cap. contra Christianos. de hęret. lib.6.*

e ¶ Pontificatus nostri anno primo.] *Post hęc* D *verba, in tribus codicibus manuscriptis subsequitur hęc periodus:* Similes litteræ Apostolicæ habentur de Sarracenis mutatis mutandis, & incipiunt: Admodum. et sunt Gregorij. XI. *Sed nos secuti Barcinone impressum, ea omisimus, credentes adnotationẽ alicuius esse, quæ ex margine in contextum irrrepserit: nam illę litterę quęstione sequenti referuntur.*

Locus restitutus.

f ¶ Si vult facere Teuilà in Hebræo.] *Hic locus in omnibus codicibus erat deprauatus: nam Barcinonensis, Bononiẽsis, & codex Cardinalis de Gambara ita habent:* Si uult facere Tinila. *Sabellanus ita :* Si uult facere Tiuilam : *sed nos ex consuetudine & ritu Hebreorum ita correximus & restitui-* E *mus vt est impressus:* Si uult facere Teuilà: *obseruandum est autem, non quamcunque lotionem, qua Hebręi se solent lauare, aut purificare intra domũ suam, vocari* Teuilà, *sed solum eam quę fit in aqua currenti, & naturaliter scaturienti, quod etiam hodie vbique obseruant, presertim in purificandis feminis menstruo, aut menstrui quacunque significatione pollutis, nõ enim prius uiris iunguntur, quàm fecerint* Teuilà. *hic locus apud Vmbertum in opere iudiciali verbo,* Tinila, *eisdem verbis legitur etiam corruptę.*

Quid sit Teuila apud Hebræos.

g ¶ Dicit

Locus restitutus.

g ¶ Dicit eidem in Hebræo, Baal Tesciuua.] A *Hic quoque locus in omnibus exemplaribus erat mendosus, in Barcinonensi ita Baal* tusima. *in Bononiensi,* Cessiura. *in Sabellano,* Cesuira. *in codice Cardinalis de Gambara,* Cesura. *quem nos etiam edocti consuetudinem & linguam Hebręorum, ita restituimus vt est impressus. est autem hic modus dicendi consuetus & familiaris apud Hebræos, quo quadam animi lętitia indicant lætabundi hominem pænitentem & conuersum, cum relictis religione Christiana, aut nefarijs sectis ad legem reuertitur, seu conuertitur. hunc etiam locum corruptum inuenies apud Vmbertum Locatum in opere iudiciali, verbo, Tinila.*

Quid apud Hebręos Baal Tesciuua.

B

h ¶ Et imponitur nomen sibi communiter illud, quod prius habuerat ante baptismum.] *Si quis ergo* Iudæus *effectus Christianus retinet nomen iudaicum antiquum, ac eo post baptismum assumptum vtitur, ex hoc argueretur amor & affectus erga iudaismum, cumque approbare præsumeretur. ita docet valde singulariter Craueta consil. 73. incipien. Dicendum videretur. num.13. & sequen. quem sequitur Franciscus Viuius lib.2. communium opinionum, opinione 193. versi. & nomen turpe est demum tantæ infamiæ. ratio Crauetæ potissima est: quoniam valet, inquit, argumentum ex reliquijs præ-* C *cedentibus desumptum. argumento cap. accusatores. vbi glossa. 3. quęst. 5. Ioannes Anania consil. 17. faciunt tradita per Felynum in cap. quę in Ecclesiarum. de constit. quem retulit Iason l. si ita stipulatus. §. Grysogonus. de verbo. obligat. & huic opinioni assentior libentissime. qualis autem suspicio hinc oriatur, non põt à nobis certa regula definiri, sed personarũ & circunstantiarum habita ratione indagãdũ erit. Hæc autem suspicio tunc cessaret, cum in baptismo retineret* Iudęus, *cum efficitur Christianus, illud nomen, quo vocabatur existens* Iudæus, *vt si Ioseph, Simon, aut similibus etiam apud Christianos vsitatis vocaretur, eaque retineret: tunc enim ex hoc solo non insurgeret Iudaismi suspicio.*

Conuersi ad fidem & nomen & ritũ veterem dimittant.

D *His vero qui ad catholicam fidem conuertuntur siue ex* Iudęorum, *siue ex aliorum infidelium perfidia, iubendum est, ne nominibus antiquis, quibus in sua secta vtebantur, appellentur, sed vocentur nominibus vsitatis Christianorũ: quod cauit in Hispania Catholicus noster Rex Philippus* II. *in collectione legum Castellæ lib.8. tit.2.* delos Iudios y Moros. *l.13. §.10.*

Rursus præcipiendum est eisdem ne veteres suarum sectarum ritus obseruent. sicut dispositum est in concilio Lateranen sub Innocentio III. *c.70. & refertur in c. Quidam. extra de apostat.*

E *De originarijs seu antiquis Christianis quæsitum etiam est: An & ipsi talem suspicionem incurrant si nominibus* Iudęorum *appellentur? & sane iudicio meo consultius faciẽt, si nominibus Sanctorum noui testamenti vocentur: quod si nominibus* Iudæorum *penitus insolitis apud Christianos & inusitatis vtãtur, fortassis causam prębebunt saltẽ suspicandi quod ab Hebræis originem ducant.*

Hebręi vno modo circũcidunt omnes.

i ¶ Vnde aliter circũcidunt Iudęi pueros suos, & aliter Christianos, &c.] *In vetusto illo codice membraneo bibliothecę Vaticanę, quo sępe sum* A *vsus ad multos locos obscuros huius operis illustrandos, hæc prorsus leguntur, quæ hic tradit Eymericus de discrimine circuncisionis. ceterum à peritissimis Rabinis &* Iudæis *& conuersis ex* Iudęis *Romę dũ hęc scribo, accepi, hoc nusquã obseruari apud eos, nec scire se aliquando hęc fuisse obseruata: immo aiunt non putari vere* Iudęum *eum, cui tota præputij pellis circulariter abscisa non esset.*

QVAESTIO XLV.

De Christianis transeuntibus ad sectam Sarracenorum.

B

SVMMARIVM.

1 *A Christianismo ad Sarracenorum ritus deficiẽtes, hęretici sunt habendi.*
2 *Prestantes eis fauorem sunt hæreticorum fautores.*
3 *Atque vt tales puniri debent, etiam si Sarraceni fuerint.*
4 *Gregorij* XI. *litteræ de his omnibus puniendis.*

C Quadragesimaquĩta quęstio est: Christiani, qui ad ritum redeunt seu trãseunt Sarracenorum, & Christiani & Sarraceni, qui talibus, qui ad huiusmodi redierint, vel transierint ritum, dederunt consilium, auxilium, vel fauorẽ; an omnes isti sint velut hæretici iudicandi sic, q Inquisitoris hęreticorum iudicio sint subiecti?

Ad hanc respondemus, & dicimus tria sicut in quæstione de Iudęis proxime dicta.

1 Primum est: q tales transeuntes vel redeuntes ad ritum Sarracenorum, hęretici sunt habendi. argu. extra de hęret. lib.6. Contra Christianos. nam fidem Christi abnegarunt, & sectam peruersam Sarracenorum sibi elegerunt.

D 2 Secundum est: quòd Christiani eis pręstantes ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem, fautores hæreticorum sunt habẽdi, & ut tales per prelatos & Inquisitores puniendi. argu. alleg. c. Contra Christianos. Nam taliter transeuntes & redeuntes sunt hæretici: ergo eis pręstantes consilium, auxilium, & fauorem, hęreticorum sunt fautores ueri.

3 Tertium est: q Sarraceni pręstantes prędictis (vt transeant uel redeant ad talem ritum seu sectam) consilium, auxilium, uel fauorem, fautores hæreticorum sunt, & ut tales puniendi per prælatos & Inquisitores sunt, ut expresse determinat E dominus Gregorius Papa XI. in extrauagãte, Admodum dolenter. tenoris sequentis.

uide pag. 345 ibi ...

Extrauag. domini Gregorii xi.

4 ADmodum dolenter audiuimus, & narramus, quòd non solum quidã de Sarracenica impietate ad Christianam fidem conuersi, ad eandem sunt impietatẽ reuersi: verum etiam quamplurimi Christiani, veritatem fidei abnegantes, se damnabiliter ad Agarenorum perfidiam transtulerunt: quod tanto magis reprobum

fore

Universidad de Deusto
Biblioteca

fore cognoscitur, quanto ex hoc Christi nomẽ sanctissimum, quadam familiari hostilitate securius blasphematur. Cum autẽ huic pesti damnabili congruis & festinis deceat remedijs obuiare: Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirẽdum contra hæreticos, auctoritate sedis Apostolicæ designatos, super præmissis tam per Christianos, quàm etiam per Sarracenos inter Christianos morantes, inquisita diligenter & solicite veritate, contra omnes, quos talia inueneritis hactenus commisisse, & committere in futurum, tãquam contra hæreticos; contra fautores etiam, & receptatores, & defensores eorum, tanquam contra fautores receptatores & defẽsores hęreticorum procedere studeatis. Sarracenos quoque, q̃ Christianos vtriusque sexus, ad dictam eorum perfidiam induxerint, aut inueneritis de cetero inducẽtes, pœna debita puniatis: contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescẽdo; inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sęcularis. Datum apud Villam nouam Auinion. diœcesis. tertio Non. Augusti. Põtificatus nostri anno Secundo.

A *Iam extrauagantem Gregorij xj. quam refert hic Eymericus, recitat quoque Repertorium Inquisitorij verbo, Reiudaizantes.*

COMMENT. LXX.

De secta & erroribus Sarracenorum actum est supra cum Eymerico in hac eadem parte q. xxj. Hic breuiter disserit auctor de Christianis, qui ad eam sectam transeunt seu redeunt; quorum nostris sæculis magnus est numerus. notitia vero huius quæstionis tota pendet ex illis, quę dicta sunt in proxima præcedenti.

Et de materia quæstionis agunt Repertorium Inquisitorum verbo, Reiudaizantes §. supra visum est. Canonistæ in cap. contra Christianos. de hæret. lib. 6. Carrerius tract. de hæret. nu. 51. vers. item contrahitur hæresis per apostasiam. Simancas de catho. instit. tit. 39. de Maumetanis. & alij.

Qua pœna puniantur, quisequũtur sectam Sarracenorum.

Aduersus eos qui ex Christiana religione ad sectã Sarracenorum se transferũt, mortis pœna statuta est in l. 4. septipartita, par. 7. tit. 25. cui consone videtur l. hi qui. & l. eum qui. C. de apostatis.

Sed iure Pontificio, quo Inquisitores Apostolici vtuntur, huiusmodi desertores tanquam apostatę puniuntur, & si vere pœniteant & conuertantur ad gremium sanctę matris Ecclesiæ condonata eis vita, recipiuntur, sicut indicat hic Eymericus dicens, eos velut hęreticos esse habendos, de quo agemus copiosius infra in hac 2. parte, q. 49. de apostatis.

In his considerandа est culpa seu lapsus, vt mitius vel grauius puniri debeant: an scilicet ſponte, an contra, metu, tormentis, aut alijs causis inducti, eã sectam secuti fuerint.

B C D

QVAESTIO XLVI.

De infidelibus contra fidem Christianam delinquẽtibus, an iurisdictioni Inquisitorum subdantur.

SVMMARIVM.

B 1 *Contentorum in veteri testamento distinctio.*
2 *Iudęi in quibus à nobis defendendi.*
3 *Iudęis communia multa cum Christianis sunt.*
4 *Iudæi in quibus delinquendo puniri ab Inquisitoribus possint.*
5 *Iudęos & alios infideles ratione delicti effici de foro Ecclesię, multis probatur.*
6 *De potestate Papę super infidelibus.*
7 *Qua ratione Ecclesia quandoque bellum inferat infidelibus.*
8 *Rationes tenentium quòd Iudęorum punitio spectet tantum ad iudices sæculares.*
9 *Intellectus c. Postulasti. De Iudęis.*
C 10 *Quos blasphemos punire sit iudicis Ecclesiastici, & quos iudicis sęcularis.*
11 *In crimine hæresis iudicis ecclesiastici est cognoscere, sæcularis exequi.*
12 *Intellectus c. In Archiepiscopatu. De Raptor.*
13 *Ritus Iudęorum cur tolerati ab Ecclesia, non ita Sarracenorum.*
14 *Clemẽtinæ vnicæ, De Iudęis & Sarracenis, pulchra declaratio.*
15 *Iudæi ex quibus capitibus ab ecclesiastico iudicę puniri possint.*
16 *Epilogus totius quæstionis.*
17 *Narratur casus cuiusdam Iudęi, & Decretum Papę de illo consignando Inquisitori.*

QVadragesimasexta quæstio est: Iudęi & infideles ceteri, dęmones inuocantes, hęreses seminantes, seu aliàs circa vel contra fidem Christianam delinquẽtes, an hæretici sint habẽdi; ita vt Inquisitoris hæreticorũ iudicio sint subiecti?

1 Ad hanc respondemus, quòd in veteri testamento continentur multiplicia, à Iudęis vera esse extimata, quę se dicunt credere, & eis credendo inniti auctoritati diuinę vt infallibili veritati: Nam in dicto veteri testamento sunt quędam moralia, quędam legalia, quædam iudicialia, quædam cæremonialia quædam prophetalia, & quædam figuralia: quæ omnia sunt in genere duplicia: Nam quædam sunt in eis specialia, per quæ à nobis Christianis distinguuntur, & ipsi Iudæi sunt, & dicuntur; & à nobis Christianis infideles reputantur, & vere habentur.

2 Et si Iudæi in his discedant à priori eorũ credentia, licet hæretici sint in eorum perfidia, non tamen in fide Christiana; immo nobiscum tũc de nouo conueniunt, & ad nos conuertũtur: & ideo in his

E

Communia Christianis & Iudæis.

amplius erudiendi, fouendi, & defendendi.

3 Quædam alia sunt nobis Christianis, & Iudæis communia, per quæ à nobis Christianis non distinguuntur, nec Iudæi sunt nec habentur: vtpote, credere Deum vnum esse, & illum creatorẽ omnium, & similia. Et si Iudæi in his ab eorum priori credentia discedant, & ea abnegent esse vera, hęretici & in priori promissa fidelitate, & in eorum theologia seu lege, & communi Iudæorũ extimatione sunt, & habentur.

4 Et quia in his nobiscum conueniunt, & talia negare, est legem Christianam directe agitare; ideo à Christianis, & fidei Christi iudicibus Episcopis, & Inquisitoribus arctandi sunt ea credere; & fidem, quam Deo in his credendo promiserunt, firmiter obseruare. Si ergo [a] inueniantur Iudæi in his, quę nobis Christianis & eis sunt cõmunia, delinquere, verbo vel facto ea abnegando, vt si asserant verbo, Deum non vnum esse: vel facto, dæmonibus sacrificando: quod est facto asserere dæmonem fore Deũ, & similia perpetrare, præsertim in presentia Christianorum, debent vt hæretici in eorum lege, & vt fautores hæreticorum contra legem Christi, & inductores †, arctari & puniri per Episcopos, & Inquisitores iudices fidei. Si enim infantes Iudæorum, vel adulti per minas, vel per rerum suarum ablationem, vel verberationem, uel similem coactionem, uel etiam metu mortis coacti baptizati fuerint, & receperint fidem Christi, sunt cogendi quod promiserunt obseruare, vt habetur 45. distinct. cap. De Iudæis. & cap. Licet. & extra de hęret. lib. 6. Contra Christianos. quanto magis Iudæi, qui voluntarie de credendo predicta moralia, & illa predicta, per quæ à Christianis non distinguuntur, Deo fideiusserunt, debent arctari ad seruandum id, quod promiserunt? præsertim quia fidem Christianam receperunt in figura, ut dicit S. Thomas 2. 2. q. 10. artic. 5. & 6. Et quia Iudæi, inter cetera, adorare unum Deum, & illum solum promiserunt, iuxta illud Deuter. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies: & in his modernis temporibus, & antiquis frequentissime deliquerunt, saltem facto, quod est plus quàm verbo, idola colentes: eis sacrificia offerentes: dęmones inuocantes: ad aras idolorum eis preces nefarias effundentes: eisdem dæmonibus sacrificantes: responsa expectantes, & obtinentes: & nonnunquam Christianos verbo, facto, uel exemplo ad nefaria similia pertrahẽtes: Episcoporum & Inquisitorum pro talibus nefandis iudicium non euadunt, immo sunt ab eis acrius puniendi.

† Forsan de eis, ad paganismum, vel quid simile.

5 Quòd autem ita sit, quòd Iudęi, & infideles ceteri, dęmones inuocantes: hęreses seminantes: & similia peragentes, sint de foro iudicis ecclesiastici, & consequenter Inquisitoris hęreticorum, patet ex dictis doctorum Innocentij de vot. & uoti red. & Ioannis And. ibi. unde Innocen. ubi prius super cap. Quòd super his. dicit ita: Sed nũquid est licitũ inuadere terras infidelium? & infra. Bene tamen credimus, q̃ Papa, qui est Vicarius Iesu Christi potestatem habeat non tantum

Innocent.

A D E

A super Christianos, sed etiam super omnes infideles: cum enim Christus habuerit super omnes potestatem: unde in psal. † Deus iudicium tuum regi da, &c. non uideretur diligens paterfamilias, nili Vicario suo, quem in terra dimittebat, plenã potestatem super omnes dimisisset. Item ipse Petro & succesſoribus eius dedit claues regni cælorum, & dixit ei: Quodcunque ligaueris, &c. Item alibi: Pasce oues meas. supra de elect. Significasti. Omnes autẽ tam fideles quàm infideles, oues sunt Christi per creationẽ, licet non sint de ouili Ecclesiæ: & sic per prędicta apparet, quòd Papa super omnes habet iurisdictionem & potestatem

Potestas Papæ super infideles.
† Psal. 71.

B de iure, licet non de facto.

6 Vnde [b] per hanc potestatem, quam habet Papa, credo q̃ si Gentilis, qui non habet legem nisi naturæ, contra legem faciat, potest licite puniri per Papam. arg. Gen. 19. ubi habes, q̃ Sodomitę, qui contra legem naturæ peccabant, puniti sunt à Deo. Cum autem Dei iudicia sint nobis exemplaria, non video quare Papa, qui est Vicarius Iesu Christi, hoc non posit, & etiam debeat, dummodo facultas adsit: Et idem dico si colãt idola. Naturale. n. est, vnum & solum Deum creatorẽ colere, & non creaturas. Item Iudæos potest iudicare Papa, si contra legem suam faciant: & etiã

C in moralibus, si eorum prędati eos non puniant: & eodem modo si hęreses contra legem suã inueniãt. Et hac ratione [c] moti Papa Gregorius & Innocentius mandauerunt comburi libros tales, in quibus multæ continebantur hæreses & errores, & mandauerunt puniri illos, qui prædictas hæreses sequerentur, vel docerent.

De Christianis autem non est dubium, q̃ eos iudicare potest Papa, si contra legem Euangelicã faciant. Et licet Papa quandoque omittat pœnas iustas & debitas omnibus prædictis inferendas, vel quia facultatem non habet, vel propter pericula, vel scandala, quæ inde obueniunt, vel euenire timentur: potestas tamen hoc faciẽdi de iure

D est apud eum. & infra: Nec est contra 2. q. 1. Multi. vbi dicitur, q̃ non pertinet ad nos iudicare de his, quę foris sunt: quia intelligitur, q̃ non debemus eos iudicare, excommunicando vel compellendo ad fidem, ad quam sola Dei gratia vocantur. 45. dist. De Iudæis. hæc Innocentius.

Ioannes Andreas etiam in Nouella super cap. Quòd super his. dicit in effectu per omnia sicut Innocen. vbi supra. Idem Ioannes Andr. super cap. Ex graui. §. sane. & verbo, hęreticum, extra de vsuris. in Clemen. dicit ita: Non solum est hęreticus, male sentiens de articulis fidei, vel sacramentis Ecclesiæ, de hæreti. cap. Ad abolendam. in prin. sed etiam qui peruersum habet dogma, vel falsas vel nouas opiniones gignit, aut sequitur. 24. quæst. 3. cap. Hęreticus, aut si est contra determinationem † Ecclesię. eo. tit. cap. 3. & cap. Cum tu. in fi. Iudæi vero, qui dicunt hęc, inducentes auctoritatem Deuterono. 23. Non fœneraberis fratri tuo: pro quibus videtur facere 23. quæst. 4. Ab illo. non includuntur hac constitutione: quia non cadit in illos proprie hæresis, quæ diuisionem notat, quia ipsi nunquam in

Ioan. And.

† al. doctrinam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnitate fidei fuerunt. Item certum est, quòd peccant in articulis fidei, qui sapiũt humanitatẽ Christi, de quibus dicitur de sum.trin. Firmiter. & hoc scit Ecclesia: & illos sustinet, & nihil ad nos, &c. 2.q.1. Multi. de diuor.cap. Gaudemus. possent tamen super his per Ecclesiã compesci, si talia dogmatizarẽt inter Christianos, vt scripsi post Inno. & Hostien. de vot. & voti redempr. cap. Quod super his. ver. defensionem. sicut & in alijs casibus coercentur, qui notantur extra de Iudæis. cap. Iudei. hæc Ioan. And.

Paulus de Leazaris super eod. cap. concordat etiam cum prędictis.

S. Thomas. Beatus Thomas 2.2.q.10. art.9. in solutione secundi argumenti dicit sic: Ecclesia contra infideles non habet iudicium quo ad pœnam spiritualem eis infligendam: habet tamen iudicium super aliquos infideles quo ad temporalem pœnam infligendã: ad quòd pertinet, quod Ecclesia aliquãdo propter aliquas speciales culpas subtrahit aliquibus infidelibus communionem fidelium.

7 Idem sanctus Thomas ead.quæst.8.art.dicit sic: Infidelium quidam sunt, qui nunquam fidem susceperunt, sicut Gentiles & Iudæi, & tales nullo modo ad fidem compellendi sunt, vt ipsi credant, quia credere voluntatis est: Sunt tamen cõ †al. à fidelib. pellendi ab Ecclesia †, si facultas adsit, vt fidem non impediant, vel blasphemiis, vel malis persuasionibus, vel etiã apertis persecutionibus: & propter hoc fideles Christi frequenter contra infideles bellum mouent; non quidem vt eos ad credendum cogant (quia etiam si vincerent eos, & captiuos haberẽt, in eorum libertate relinquerẽt, an credere vellent) sed propter hoc, vt eos compescant, ne fidem Christi impediant.

Alij vero sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam profitentur, sicut hęretici, vel apostatæ: & tales sunt etiam corporaliter compellendi; vt impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt. Hæc beatus Thomas.

8 Nonnulli autem aduersarij veritatis, veritatem prędictam nituntur multipliciter impugnare, volentes probare, quòd cognitio & punitio Iudęorum, & Sarracenorum in & contra fidem delinquentium, pertineat non ad Episcopum, & Inquisitorem, sed tantum ad dominos temporales. Et primo probant per canones, secundo per leges.

Argumenta quib. quidã nituntur probare ĩfideles non esse per Ecclesiam puniendos. Per canones ĩpugnant quintupliciter & primo sic: Iudæus sic delinquens contra fidem, uel est de se de iurisdictione Episcopi, nel non: si sic, punit eum Episcopus, ut patet extra de Iudæis. cap. Postulasti. & punit[d] eum pecunia, uel pœna alia temporali: si non, punit eum dominus temporalis, ut patet per c. allegatum. Non ergo omnes Iudæos contra fidem agentes potest punire Episcopus; & per consequẽs minus ipse Inquisitor, cum ille sit ordinarius, & non iste.

Respõsio ad primũ argu. 9 Respondetur: q̃ cap. allegatum non loquitur de hęresi, uel de fide, de quibus cognoscere, est per cẽsuram ecclesiasticam prohibitus dominus temporalis, ut patet extra de hæret. lib.6.c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. sed loquitur de excessu, de quo in Iudæo conceditur per Ecclesiam domino temporali, q̃ possit cognoscere, & punire: dicit enim sic cap. allegatum: Postulasti qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quendam clericum uiolentas? Ad quod breuiter respondemus, q̃ si dictus Iudęus tuæ iurisdictionis existat, ipsum pœna pecuniaria punias, uel alia (secundum quòd conuenit) temporali, faciens læso satisfactionem congruam exhiberi: alioquin eius dominum moneas & inducas. vt passo iniuriam, & Ecclesiæ ab eo satisfieri faciat competenter: Quod si dominus eius neglexerit adimplere, tu Christianis omnibus per censuram ecclesiasticam interdicas, ne cum ipso Iudæo, antequam satisfaciat, præsumant commercia exercere.

Secundũ argumentum. Secundo sic arguitur: Si in contumeliam creatoris prorumpant Iudæi, puniuntur per principes temporales, ut patet extra de Iudęis. c. In nonnullis: Sed fidẽ Christi peruerso dogmate impugnare, uel aliàs in & contra fidem agere, est in contumeliam creatoris prorumpere: Igitur si Iudæi sic agitent cõtra fidẽ, non per Episcopũ & Inquisitorem debent puniri, sed per principes temporales.

Respõsio ad secundum argumentum. 10 Respondetur multipliciter: primo q̃ duplex est blasphemia & contumelia in Deum. quædam [e] est quę mere contumelia: quędam quę est hereticalis. prima non agitat articulum fidei, sed secũda. de prima loquitur tit. de maledic. secũda autem contrahitur ad titulum de hæret. & de prima loquitur hic, & non de secunda cap. allegatum: quia loquitur simpliciter, & non ad hęresim contrahendo. Nec sequitur, quòd si dominus Papa commisit & præcepit Principibus temporalibus, quòd puniant quendam Christianum, vel Iudæũ de prima, q̃ commiserit etiam de secunda: Et vbi hæc fecerit (quod non fecit) cõtrarium prędictis dominis temporalibus postmodum prędicepit. extra de hæret. lib.6. cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. antea allegato. vbi eis prędicit, quòd de fide & hęresi quoquo modo non iudicent, nec cognoscant.

Secundo respondetur, quòd cum dicitur in dicto cap. In nonnullis. prędicimus. quòd per principes sęculares prędictos huiusmodi animaduersione debita puniãtur: dominus Papa non excludit seipsum, quin possit iudicare & punire Iudęos contra fidem catholicam delinquentes, effectos de foro suo & Ecclesiæ, ratione criminis seu delicti. In foro autem ecclesiastico tales pœna pecuniaria vel temporali alia, citra effusionem sanguinis puniuntur: in foro autem sęculari pœna capitis plectuntur, quod notatur in hoc, quod dicitur, animaduersione debita puniantur, vt notat & exponit Hostien. In summa titu. De Iudęis. §. quid si Iudęus. dicit enim sic: Cum autem Iudæus Christianum blasphemans, vel in eum sæuiens puniatur, multo fortius si Deum blasphemauerit †, est per potestatem sęcularem pœna legitima feriendus, vt infra eo. cap. In nonnullis. §. vlti. Sed quæ est pœna hæc? dicunt quidam q̃ pecuniaria, vt infra eo. Postulasti. & hoc

† vide Leuit. cap. 24.

& hoc est uerum in foro ecclesiastico: sed in sæculari hoc non credo verum, immo legali, quæ est decapitatio, etiam in Christiano, ut dicam infra, de maledi. c. Qualiter quodlibet genus puniatur. & infra: & hoc significat Papa quando dixit: per potestatem sæcularem, cõdignę animaduersionis adiectione: animaduersio enim merum imperiũ denotat: vnde in hoc casu animaduertere, est animam à corpore vertere. ff. de iurisdict. om. iudi. l. 3. nec excusabit se aliquis cum iudice causa ludi. Quis. n. ludos appellet, ex quibus crimina oriuntur? ut in constitutione. ff. veteris. §. illud vero satis. nam ludus noxius in culpa est. ff. ad. l. Aquiliã. Nam ludus. ad hoc supra de prę sumpt. cap. 1. hæc Hostien.

11 Tertio respõdetur: quòd in crimine hæresis, iudicis ecclesiastici est cognoscere & iudicare; sed iudicis sęcularis est exequi & punire, vt patet extra de hęret. c. Ad abolendam. & c. Vergẽtis. & c. Excommunicamus. vtroque; sic in proposito Ecclesia iudicat: quod significatur in eo quod Papa in dicto c. In nonnullis. dicit: præcipimus, quòd præsumptores huiusmodi: sed dominus temporalis exequitur & punit, quod patet in eo, quod præcipit fieri per principes sæculares, tanquam per executores: & in eo quod dicit, quòd condignæ animaduersionis adiectione compescantur: pœna autem animaduersionis vltimum supplicium designatur, vt patet clare extra de hæret. c. Ad abolẽdam. c. Vergentis. & c. Excommunicamus. primo, & secundo.

Tertium argumentum. Tertio arguitur sic: Rex Sicilię commisit Episcopis, vt punirẽt Sarracenos, qui mulieribus Christianis & pueris paruulis abutebantur, vt patet extra, de rapt. c. In Archiepiscopatu. igitur si rex eis commisit, ergo Sarracenorum punitio directe pertinet ad principes sæculares.

Respõsio ad 3. argumẽtũ. 12 Respondetur: q̃ dominus Papa ibi, commissionem Episcopis factam per regem super Sarracenos narrat: sed eos procedere ex tali cõmissione non approbat: nec processerunt ex illa, sed propria potestate ordinaria. vnde dicit sic: Consultationi tuæ taliter respondemus: q̃ tales in iurisdictione tua existentes, pœna pecuniaria poteris mulctare, &c.

Potest & aliter responderi: q̃ ibi prędicti Episcopi in dictis excesibus processerunt ex commissione regia, & non potestate ordinaria: quia procedebant in casu, & de excessu (quia de venereo & damnato concubitu) in quo, & de quo potest cognoscere & punire dominus temporalis: secus autem est de fide, & crimine hæreticę prauitatis, de quo iudex sæcularis cognoscere prohibetur in allegato cap. Vt Inquisitionis. §. prohibemus.

4. argumẽtũ. Quarto arguitur sic: Alta voce & publice in terris Christianorum perfidum Machometum & sacrilegum inuocare: peregrinationes ad Sarracenum defunctum aliquem vt ad sanctum, palam & publice in eisdem terris facere: & tolerare, cedit in offensam, & in opprobrium fidei Christianę: Sed Sarracenos talia exercentes, mandat dominus Papa castigari per principes Christianos, &

A dominos temporales, vt patet extra de Iudęis & Sarracenis in Clem. Cedit. Non ergo cognitio & punitio Sarracenorum contra fidem Christianam delinquentium videtur ad Ecclesiam pertinere.

Respõsio ad 4. argumẽtũ. Respondetur: q̃ Iudæi & Sarraceni (vt dictum est prius) aliqua habent nobis & eis communia: vt credere vnum Deum: & illum fore creatorẽ; quod est commune nobis Christianis & Sarracenis, & Iudęis: uel credere Christum de Virgine natum: & illum fore Prophetam verum, & sanctum: quod est commune nobis & Sarracenis; & in talibus assentire, ab Ecclesia non reprobantur, immo tacite approbantur. Et si post dissentiant, B in lege seu potius in secta sua hæreticant directe, & in nostra indirecte. Et quia inquirere & cognoscere de huiusmodi Iudęis & Sarracenis sic delinquentibus, est de fide & hæresi inquirere & cognoscere (quod est prohibitum dominis temporalibus) ideo de huiusmodi habet iudex Ecclesiasticus cognoscere & iudicare: nec cap. Cedit. allegatum, (vt patet ex eius serie) loquitur de Sarracenis taliter delinquentibus contra fidem.

Quibus distinguitur Christiani à Iudęis, & Sarracenis. Habent etiam Iudęi & Sarraceni aliqua, quæ nobis Christianis & eis non sunt communia, sed distincta, per quę hi sunt & dicuntur Iudęi, & illi sunt & dicũtur Sarraceni, & per quę à nobis Christianis sunt distincti: vt Iudęi asserunt Christum C adhuc fore venturum, & legalia obseruanda: Sarraceni aũt asseuerant Christum venisse, tamen purum hominem fuisse, & Machometum perfidum, Christi nuntium, & Dei Prophetam sanctum extitisse: & in his Ecclesia eos non approbat, immo reprobat: sed licet reprobet, tamen tolerat: & ne eos quisquam ad profitendum fidem catholicam cogat, prohibet atque vetat, ut patet dist. 45. Qui sincera. sed si voluerint ab eorum talibus erroribus resilire, & Christi fidem suscipere, eos fouet, recipit, protegit & amplectitur, vt patet de Iud. & Sarra. c. Iudęi, siue Sarraceni. & in protestatione huiusmodi eorum errorum, ipsi Iudæi & Sarraceni exercent & obseruant execrabiles varios ritus suos; hi [f] in Synagogis, illi in Mesquitis. D

Ritus Iudęorum. 13 Hi autem ritus plurimum distinguuntur: nã ritus Iudæorum interdum fuerunt liciti, sed semper habuerunt, & habent significatiue & repræsẽtatiue aliquid veritatis. Nam olim in figura repræsentabant tunc futura; modo autem pręterita: nunc autem licet Iudæis mendaciter repręsentẽt futura, nobis autem dum per Iudęos fiunt, indicant pręterita: Sicut serpens æneus, qui adhuc in quibusdã Ecclesiis in Paschate super palum exaltatur, & agnus, qui immolatur, figurant nobis E Christianis pręterita: quia Christum in Cruce exaltatum, & Deo in ara crucis immolatum: sed olim sanctis Patribus designabant talia in Christo fore futura. Nam (vt dicit Christus Ioan. 3.) Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis: & ideo [g] ritus Iudęorum ab Ecclesia tolerantur: quia in illis habemus testimonium fidei Christianæ ab hostibus, & ab illis, qui foris sunt: immo Papa prohibet, quòd in eorum celebritatibus & festiuitatibus à Christianis nullatenus perturbentur; ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

patet extra de Iudeis & Sarra.cap.sicut Iudæi.

Ritus Sarracenorum.

Ritus autem Sarracenorum secundum suam totalitatem (quod dico propter circuncisionem) nec † fuerunt, nec sunt liciti: quia non continent veritatem, nec aliquam adducunt vtilitatem; ideo ab Ecclesia iure, vel constitutione nec approbantur, nec licentiantur, nec etiam tolerantur: licet in Mesquitis suis, vel eorum domibus, inter se quadam taciturnitate ab Ecclesia videantur tolerari: quia sic fieri nō prohibentur. Quòd autem istos execrabiles ritus nō faciant inter Christianos publice in loco eminenti: & proclament, & profiteantur Mahometum alta voce: & peregrinentur in multitudine, & publice ad sepulchrū Sarraceni, quem vt sanctū mendaciter colunt & adorant, fieri prohibet dominus Papa vt Iudex ecclesiasticus, & proprius in hac causa: vnde dicit †.

† al. nunquā

† In dicta Clemen. Cedit. §. cum autem. de Iudeis & Sarracenis.

Cum autem hęc in diuinæ maiestatis displicētia non sint vllatenus toleranda, sacro approbante cōcilio, ipsa in terris Christianorum fieri deinceps districtius inhibemus: præcipientes Principibus temporalibus (vt generalis iudex) ꝙ talia in eorum terris fieri non permittant.

14 Si autem fiant per modum, per quem fieri prohibentur, (hoc est publice & notorie, quod probatione & inquisitione non egeat, sed punitione) in isto casu presenti statuto, & ipso iure dominus noster Papa committit, & remittit eos (vt punitionem, & vltionē in eos exequatur) ad Principes seculares †: cum tales infideles publice Christum blasphemātes, animaduersionis vltione debeant castigari, vt dictum est in solutione immediate præcedentis argumenti: & patet extra de Iudæis, cap. In nonnullis. animaduersionis autem pœna decapitationem significat, vt dicit Hostien. & dictum est vbi prius: quæ pœna nō potest infligi per Ecclesiam. Quod bene designāt verba in §. finali. clem. prędictæ, Cedit. quę sunt talia: Ij vero, qui secus præsumpserint, taliter ob diuiuam reuerentiam castigentur ab ipsis (scilicet Principibus) ꝙ alij eorum exemplo perterriti, à præsumptione simili arceantur.

† al. temporales.

Argum. 5.

Quinto arguitur sic: Iudæi proprie non possunt esse hæretici, neque per consequens de hæresi suspecti; nam fidem Christianam nunquam moderni Iudei receperunt, & per cōsequens perdere eam non possunt: Episcopi autem & Inquisitores non sunt simul iudices, nisi in materia hæresis: Ergo de eis qualitercūque delinquentibus cognoscere non possunt.

Respōsio ad 5. argumen.

15 Respōsum est supra prolixe, quòd Iudæi hæreticorum fautores & receptatores, & defensores possunt esse clare: & ideo possunt puniri per Episcopos & Inquisitores plane: hæretici autem in lege nostra directe & proprie esse non possunt, nec suspecti, quia fidem Christi in re non receperunt; & sic ut tales puniri non possunt: hæretici autem in lege sua directe, & in lege nostra indirecte esse possunt; & hoc si credant, vel pertinaciter asserant contrarium eorum, quibus à nobis distincti non sunt, sed nobiscum conueniunt. vtpote, Deū non esse vnū, vel creatorē, &c. quibus assentire seu credere expresse vel tacite fideiuserunt in circuncisione, vel legis Moysi acceptatione: & ideo si deuiant, arcendi † sunt tenere quę fideiusserunt. De fide autem & hęresi nō habet cognoscere quoquo modo, nec diffinire dominus temporalis, sed tantum ecclesiasticus.

† arcēdi pro arcēdi & cogendi.

Possunt etiam contra fidem Christianā agere, ipsam prauo dogmate corrumpendo: malis persuasionibus impugnando: Christianos ad hæreses inducendo: de hęresibus informando: ad ritus eorū execrabiles prauis suggestionibus pertrahendo: nouas hęreses cōtra legem Christi inueniendo: scribendo & dogmatizando, & similia peragendo: de quibus non iudex sæcularis (cum sit prohibitus) sed ecclesiasticus habet de iure cognoscere & diffinire, vt dictum est supra.

Argu. ex 1a uli desumpta.

Per leges etiam veritas supradicta multipliciter impugnatur. Et primo sic: Iudei Romanis legibus iudicantur. patet C. de Iudæ. l. Iudæi. vbi dicitur sic: Iudæi Romano communi iure viuētes. & infra: Adeant solemni more iudicia, omnesq; Romanis legibus conferant, & excipiāt actiones. Ergo debēt iudicari Romanis legibus, quod pertinet ad Principes sæculares.

Respōsio ad 1. argumen.

Dicendum est, quòd Imperator in l. prędicta nihil aliud intendit, nisi ꝙ Iudæi, qui viuunt iure & statutis Romanorum, iudicentur Romanis legibus in ciuilibus, sicut & Christiani: & non legibus Mosaicis, nec à senibus Iudæorū; immo eos per eorum seniores prohibet iudicari, vt patet C. de Iud. l. Si qua. Ante enim aduentum Christi secundum legem Mosaicam in multis habebant immunitatem, quæ omnia rescinduntur. eo. tit. l. Iusio. & quędam iuxta legem suam instituerāt, quę non licent. C. eod. l. Nemo.

Argum. 2.

Secundo arguitur sic: Rectores prouinciarum debent prohibere Iudæos si faciunt aliqua in contemptum fidei Christianę. patet C. de Iud. l. Iudæos. vbi dicitur sic: Iudęos quosdam festiuitatis suę solemnia, ad pœnę quandam recordationē intendere, & sanctę crucis asimilatam speciem in contemptum Christianæ fidei sacrilega mente exercere, prouinciarū Rectores prohibeant. hęc ibi. glos. solemnia. puta coronam spineam, & crucem, non ergo ad Ecclesiam, sed ad dominos tēporales, Iudæos contra fidem delinquentes pertinet cognoscere, & punire.

Respōsio ad 2. argum.

Dicendum: quòd ex ista lege nihil aliud habetur, nisi quòd Rectores prouinciarum prohibeāt Iudęos, ne talia faciant contra fidem: nec per hoc Iudei fidem peruertebant, sed contemnebant, vnde in contemptum dicit: nec per hoc excluditur Ecclesia, ad quam de delinquentibus in fide pertinet iudicare, & non ad dominos temporales, vt patet extra de hęret. lib. 6. c. Vt inquisitionis. & §. prohibemus, sæpius allegato.

Argum. 3.

Tertio arguitur sic: Princeps sæcularis iudicat pœna sanguinis Iudæos, qui expugnant fidem Christi peruersa doctrina, vt patet C. de Iud. l. vlt. in fine, vbi dicitur sic: Cernat prętera bona sua proscripta mox pœnæ sanguinis destinādus, qui fidem alterius (ideſt Christi) expugnauerit peruersa doctrina. hęc ibi. Non ergo ad Ecclesiā pertinet Iudæos punire taliter delinquentes.

Dicen-

Respōsio ad 3. argumentum.

Dicendum est: ꝙ ex ista lege nihil aliud habetur, nisi ꝙ princeps sęcularis Iudęos expugnantes fidem, punit pœna sanguinis: hęc autem pœna est secundum iudicium sęculare; nec ex hoc excluditur iudicium Ecclesiæ, cuius est cognoscere & diffinire; sicut nec in hęreticis, in quos, & contra quos est eadem pœna secundum leges, vt patet C. de hæret. l. Manichęos. & l. Ariani. & tamen præcedit semper iudicium Ecclesiæ, vt patet C. de sum. trin. & fide catho. l. 1. in fi. & extra de hæret. c. Ad abolendā, &c. Vergentis. &c. Excommunicamus 1. & 2. Et Iudæi fidem Christi expugnātes eisdem legibus, quibus & hęretici iudicantur. C. de Iudæ. l. Cęlicolarum. vbi dicitur sic: Iudæi nisi ad Dei cultum venerationemque Christianam conuersi fuerint: his legibus, quibus præcipimus hęreticos adstringi, se quoq; nouerint adstringendos, hęc ibi. Constat autem ꝙ non adstringuntur eisdem legibus sicut hęretici, nisi expugnent fidē in peruerso dogmate seu peruersa doctrina sicut hæretici: tunc. n. eodem iudicio adstringuntur, vt patet C. de hæret. l. Quicunque. §. eos vero. vbi dicitur sic: Vltimo supplicio coerceantur qui illicita tentauerint docere. aliàs autem princeps sæcularis Iudęos sustinet, protegit, & defendit, vt patet eo. tit. l. Nullus.

Arg. 4.

Quarto arguitur sic: Occasione quęstionis hæresum nullus debet prouinciam commouere: sed prędes per se debet prouidere, in Authen. de man. prin. coll. 3. §. eos vero. vbi dicitur sic: Neque occasione religionis hęresumque quæstionis permittas alicui prouinciam commouere. Ergo si Iudæus expugnet fidem, nullus debet se intromittere nisi prędes.

Respōsio ad 4. argumen.

Dicendum: ꝙ ex lege illa nihil aliud habetur, nisi quòd iudex ecclesiasticus nō debet se intromittere de quęstione ciuili, occasione hęresum vel religionum: sed prędes debet prouidere super decisione talis quęstionis ciuilis; nec lex intendit quin iudex ecclesiasticus de hęresi debeat iudicare: & vbi lex hoc diceret vel intenderet, lex illa tanquam impediens inquisitionis officiū per Episcopum & Inquisitorē foret penitus retractanda, vt clare habetur extra de hęret. lib. 6. c. Statutum.

Eymer. 3. p. q. 34. Argum. 5.

Quinto arguitur sic: In crimine canonico prędes cum metropolitano habet discernere, & non metropolitanus per se, sed adiuncto prędide, vt patet in Authen. de manda. prin. §. si uero canonicum. Fidē autē per Iudęos vel Christianos expugnare falso dogmate, crimen est canonicum: Ergo de illo discernere pertinet nō solum ad Ecclesiam, immo etiam ad prædidem, non disiunctiue, sed copulatiue.

Respōsio ad 5. argum.

Dicendum, ꝙ (prout patet per verba legis subsequentia) illa quęstio nō erat pure canonica, sed habebat aliquid de ciuili. Dubitabāt. n. episcopi, in quo dubio aliquid erat de fide, & aliquid de tēporali iurisdictione, lex. n. dicit sic: Si uero canonicum sit quod quęritur, vnà cum metropolitano prouincię hoc disponere & discernere siue episcopi dubitent, siue alij quidā, & causæ dare Deo amabilem & decibilem terminum, qui & decenter orthodoxam custodiat fidem, & indemnitatem procuret fiscalibus. Ecce patet quòd dubitabant episcopi: in quo dubio aliquid erat de fide, & aliquid de fiscalibus; in quo casu metropolitanus & præses habebant discernere: aliàs. n. episcopi per se & sine metropolitano iudicāt in quæstione canonica, vt in matrimoniali, & alijs multis. In crimine. n. vere ecclesiastico, vt est crimen hæresis, iudex ecclesiasticus per se cognoscit & discernit: nec quo ad iudicium habet interuenire iudex ciuilis, vt patet in Authen. vt clerici apud proprios episcopos. §. si vero colla. 6. vbi dicitur sic: Si vero ecclesiasticū sit delictū, egens castigatione ecclesiastica, & mulcta, Deo amabilis episcopus hoc discernat; nihil cōicantibus clarissimis prouinciæ iudicibus. Neque. n. volumus talia negotia omnino scire ciuiles iudices: cum oporteat talia ecclesiastice examinari, & emēdari animas delinquentium per ecclesiasticam mulctam secundum diuinas & sacras regulas, quas etiam nostræ sequi non dedignantur leges. hęc ibi.

16 Non obstantibus igitur canonū & legum allegationibus, & impugnationibus antedictis, patet clare, ꝙ Iudęorum & aliorum infidelium fidē Christianā prauis dogmatibus impugnātium, seu aliàs modis prædictis contra fidem Christi delinquentium, & agentium, cognitio, iudicium & punitio pertinet de iure ad iudices ecclesiasticos: quia ad Episcopos & Inquisitores hęreticę prauitatis, & nō ad principes seu dominos temporales: licet executio pertineat ad ipsos iudices sæculares, quādo punitio transit in vindictam sanguinis; & sic delinquentes debeant animaduersione debita, hoc est vltimo supplicio castigari, prout in hęreticis de iure & consuetudine est fiendum.

Tabien. in sum. verbo, Inquisitor. § 33.

17 Propter huiusmodi rationes nonnulli aduersarij veritatis, tempore domini Vrbani Papæ V. opposuerunt se episcopo Barchinon. & dicto Inquisitori fratri Nicolao Eymerici in Aragonia, qui tenebant captum Astruchum de Piera Iudeū Barchinonen. conuictum pariter & confessum, ꝙ dæmones inuocauerat: sacrificauerat: responsa expectauerat, & habuerat: allegantes cōtra dictos Episcopum & Inquisitorem, Iudeū propter prędicta non esse de foro eorum, sed potius domini temporalis: & tādem dictus Iudæus fuit positus in sequestro, in posse domini Episcopi Ilerdēsis, & deducta causa in Romana curia, coram domino Gregorio Papa XI. & auditis partibus hinc & inde, demum idem dominus noster Papa Gregorius in publico consistorio mādauit dominis Cardinalibus Bononiñ. et Mutiñ, † quatenus scriberent et mandarent dicto domino Episcopo Ilerdensi, ꝙ infra terminum certum, dictum Iudeū antedictis Episcopo Barchinon. et fratri Nicolao Eymerici Inquisitori restituisset et assignasset realiter, et de facto: Qui antedicti domini Cardinales, eidem Episcopo Ilerden. hoc mandauerūt, per suas litteras tenoris sequentis.

† al. Morinen.

MIseratione diuina Guido Portuensis, & Aegidius Tusculanus Episcopi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, venerabili in Christo patri dño Episcopo

Ilerdensi salutem in Domino.

De mandato sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Gregorij diuina prouidẽtia Papæ XI. viuæ vocis oraculo nobis facto, tenore præsentium vobis præcipimus & mandamus, quatenus Astruchum de Piera Iudæum Barchinon. penes vos & in vestra custodia certis de causis (vt dicitur) existentem, venerabili in Christo patri domino episcopo Barchinon. & fratri Nicolao Eymerici Inquisitori hæreticæ prauitatis, in terris cismarinis regis Aragoniæ; vel ab eis certũ mandatum habentibus, infra sexdecim dierum spatium à præsentatione seu notificatione præsentiũ, vobis facta immediate sequentiũ tradatis, liberetis, & realiter assignetis.

Datum Auinione sub nostris sigillis, anno à natiuitate Domini MCCCLXXI. indictione IX. Die decima mẽsis Aprilis, Pontificatus prædicti domini nostri Papæ anno primo.

Iudæus quia dęmones inuocauit abiurauit.

Quo ⁱIudæo recuperato, pręfati Episcopus & Inquisitor eundem Iudęum Barchin. in ecclesia cathedrali, in festo Circuncisionis Dominicæ fecerunt publice abiurare, & eundem sententialiter carceri perpetuo manciparunt.

COMMENT. LXXI.

Quæstionis summa.

Tota hęc quæstio, quamuis late pateat, tribus tamen potissimum partibus velut certis cancellis clauditur.

In prima docet, Iudæos, ceterosque infideles aduersus catholicam fidem delinquentes per Episcopos & Inquisitores puniri posse.

In secunda diluit ea, quæ huic sententię secundũ speciem videntur aduersari, quod pręstat dum ait; Nonnulli autem aduersarij veritatis.

In postrema ibi: Non obstantibus igitur, *propositum concludens, auctoritate pontificia confirmat infideles in certis quibusdam causis iurisdictioni ecclesiasticorum iudicum supponi.*

Integram hanc quæstionem nullis pene mutatis transtulit Locatus in suum opus iudiciale, verbo, inuocare. à num. 2. vsque in finem. Idem fecit, pressius tamen, Tabien. in sum. verbo, Inquisitor. §. 32. & 33 multa huc spectantia tradit Repertorium inquisi. verbo, Iudæus. §. an & ex qua causa. & Zanchinus tract. de hęret. cap. 36 & ibi late in additionibus Campegius. Ioan. And. Innocentius & alij in cap. quod super his. de voto et voti redempt. Ancharanus consi 15. Calderinus consi. 2. tit. de Iudęis. vterque Thomas 2.2. q.10. art. 8. Fernandus Vasquius lib. 1. cõtrouersiarum illustriũ, cap. 24. Conradus Brunus lib 4 de hęret. cap. 2. Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 1. num. 557. & seq. Simancas de catho. instit. tit. 35 num. 10. & 11. idem in Enchyridio tit. 17. num. 2. & alij.

Iudæi delinquẽtes ĩ his quæ nobis & ipsis sunt cõmunia, per Ecclesiã puniri possunt.

a ¶ Si ergo inueniantur Iudęi in his, quę nobis Christianis & eis sunt communia, &c.] *Et hęc est communis sententia, quam tenẽt fere omnes pręcitati exceptis Cõrrado Bruno et Fernãdo Vasquio, in locis præcitatis: ceterum, vt ingenue dicam quod sentio, licet horum virorum non sit auctoritas contẽnenda, quos doctissimos esse constat: at cõmunis opinio eis pręponderare debet, & fauor fidei, quem cõis sententia tuetur, multum ponderis habere debuit apud ipsos. & eorum ratio potissima, videlicet, de his qui foris sunt nihil nostra referre, facile refellitur: quia cum in fidem cõem ipsis & nobis, aut in nostrã solũ delinquunt, ecclesiasticis iudicibus se subijciũt, nec foris tunc omnino ratione delicti ecclesiastici patrati censeri debent: hęc vero Eymerici doctrina tutissima est vbique, & valde secura, spectatis in primis circunstantijs, quas auctor prudentissime commemorat. videlicet, cum hęc delicta committunt in pręsentia Christianorum, & ꝙ quandoque ad similia malo suo exemplo Christianos pertrahunt.*

Sed hęc quæstio antea quidem vt apparet in disputatione posita, iam pontificia auctoritate declarata est à Gregorio XIII. Pontifice Maximo, extrauagãti quadam incipien. Antiqua Iudæorum improbitas. *in qua cum recensentur causę & casus, in quibus Inquisitores possunt procedere contra Iudęos, aut infideles, hunc de quo agimus primo loco enumerat in hęc verba:* Siquis Iudęus, aut infidelis in ijs, quę circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum, æternum, omnipotentẽ, creatorem omnium visibilium & inuisibilium, & similia non esse asseruerit, prędicauerit vel priuatim alicui insinuauerit, *Inquisitorum scilicet hęreticę prauitatis iudicio subiacebit, quam sentẽtiã iam olim professus fuerat Guido Carmelita in summa de hęresibus, tit. de hęresibus Iudæorum, cap. vlt. & nostris sęculis multi insignes viri, in quibus sunt Marquardus tract. de Iudæis par. 2. cap. 9. & Bursatus cõsil. 90. incipien.* An Iudęus. *lib. 1. & Lutzemburgus in catalogo hęreticorum verbo, Iudæus.*

b ¶ Vnde per hanc potestatem, quam habet Papa, credo quòd si Gentilis, &c. contra legem faciat, potest puniri licite per Papam.] *Idem tenent Hostiensis & alij cum* Innocentio *in dicto cap. quod super his. de voto. Repertorium Inquisito. verbo, Iudæus. §. item quando Iudæi. & Locatus verbo, inuocare. num. 6. & eleganter ac more suo copiose Alfonsus Castrus lib. 2. de iusta hęret. punitio. c. 14. versi. prima igitur belli causa. & seq.*

Gregorius Nonus Thalmud iussit comburi.

c ¶ Et hac ratione moti Papa Gregorius & Innocẽtius mãdauerunt comburi libros tales, &c.] *Hanc historiam breuiter indicat Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorum verbo, Iudæi. res ita se habet: Gregorius nonus circa annos Domini MCCXXX. intuitus blasphemias et impietates aduersus religionem Christianam contentas in Thalmudo, iussit eum librum comburi, quod factum est per cancellarium Parisiensem: Gregorio succedens Innocentius IIII. id factũ confirmat, addens vt ceteri similes libri, si qui superessent, diligenter inquirerentur & comburerentur: Rescriptum quo hęc cauit Innocentius incipit:* Impia Iudæorum perfidia. *quod hic libenter inseruissem, nisi curassem imprimendum inter litteras Apostolicas, habeturque in fine huius operis. idem Thalmud prohibetur in indice librorum prohibitorum: & iubetur comburi Romæ & vbique per Illustrissimos Cardinales Inquisitores, quorũ de hoc edictum habetur in bullario litterarum Apostolicarũ, item in fine huius operis.*

d ¶ Et punit eum pecunia, vel pœna alia temporali.] *Quibus pœnis afficiantur infideles in fidẽ peccantes, dixi plene supra super quæst. 44. versi. tales inquam Iudæi. illud hic adiungam, pecuniariã pœnam ceteris acerbiorem futuram Iudæis, est enim genus hominum auarissimum.*

Locus restitutus.

e ¶ Quędam quę est mere contumelia.] *Hic locus deprauatus erat, nec poterat omnino intelligi quid sibi auctor vellet. in Barcinonensi enim impresso ita legebatur:* Quædam quę est mere causalis. *in Sabellano ita:* Quædã quæ est mentalis. *sed Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara opem tulerunt, ex quibus est locus restitutus vt est impressus. qua restitutione facta vera est Eymerici solutio. & similem blasphemię distinctionem attulit auctor paulo antea quæst. 41. in principio. hanc obiectionẽ paulo aliter soluit Panormitanus in dicto cap. postulasti. de Iudæis. nume. 4. versi. puto respondendum, quem videto. adde ibidem Felynum.*

f ¶ Hi in synagogis, illi in Mesquitis.] *Quas nos dicimus* Ecclesias, *Hebræi* Synagogas, *Sarraceni* Mesquitas *vocant. cap. consuluit. de Iudæis. clem. cedit. §. 1. de Iudæis & Sarra. vbi glossa in verbo Mesquitis. In his autem si cupis scire quales ritus obseruent, legito quos citaui super quæst. 20. & 21. huiusmodi secundę partis.*

Ritus Iudęorum cur tolleret Ecclesia, non ita aliorũ infideliũ.

g ¶ Et ideo ritus Iudæorum ab Ecclesia tolerãtur, quia in illis habemus testimonium fidei Christianę.] *Elegans est hęc ratio, quam sumpsit Eymericus ex beato Thoma 2.2. q.10. art. 11. aliorum autem infidelium ritus multis sanctionibus inhibẽtur. l. 2. C. de paganis. l. 2. C. de sum. trinit. & fide catho. l. conuenticula. C. de episcopis & cleri. clement. vnica. de Iudæis. vbi Cardinalis nume. 3. & Ioannes Imolensis hanc discriminis rationem asserunt: quia Iudæi colunt vnum Deum & verum, Sarraceni vero Mahometum hominem facinorosum & nefandum: alij alias rationes afferunt, quas commemorat Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 1. num. 568. & sequentibus.*

Illud addiderim mouere beatum Thomam pręcitato loco, aliorum infidelium ritus posse quandoque tolerari, præsertim vero cum salus & conuersio eorum inde facilius speraretur.

Nomine animaduersionis, quando intelligatur vltimũ supplicium.

h ¶ Animaduersionis autem pœna decapitationem significat, &c.] *Hanc sententiam tunc veram esse crederem, cum adijceretur verbum,* seuerissima. *iuxta glossam in l. nemo. verbo, seuerissimis. C. de sum. trinit. & Felynum in cap. ex litteris. num. 22. de constitutio. vel grauissima, iuxta glossam in l. vnica. verbo, grauissima. C. nemini licere signum saluato. & in l. 2. C. de Eunuchis. verbo, pœna grauissima, vel similes voces, quę excessum significant, dictę à grãmaticis superlatiuę, ut acerrima, maxima, acerbissima. aliàs n. nomine animaduersionis, aut pœnæ simpliciter prolatę non puto significari pœnam mortis: sed arbitriũ esset iudicis punire vt vellet, spectata personarũ, et delicti qualitate, iuxta doctrinã glossę in cap. sane. verbo, punire. extra de celebra. missa. adde Corsetum in suis singula. verbo, pœna. 10.*

Obseruandum tamen est, quandoque nomine debitæ animaduersionis mortem intelligi. ca. excommunicamus. 1. de heret. & cap. vt inquisitionis. §. prohibemus. de heret. lib. 6. & tradit Felyn. in dicto cap. ex litteris. de constit. & Eymericus hac ipsa quæstione, in solutione quinti argumenti ex legibus desumpti, num. 16. in fine.

Iudæus quomodo abiurabit.

i ¶ Quo Iudęo recuperato, &c. eundem fecerunt publice abiurare.] *Sed quomodo abiurabit Iudæus, qui nũquam fidem recepit? Nam re vera huic deseruire non potest forma cap. ego Berengarius. de consecrat. dist. 2. nec alię vulgares abiurationum formulæ, quę illis solum competunt, qui fidem Catholicam sunt professi. abiurabit ergo in hunc modũ quotiens talis casus occurrerit:* Ego N. sacrosancta Dei lege posita coram me, & meis manibus tacta, iuro me credere corde, & ore profiteor illam veritatem ac fidem, quam lex Dei sacrosancta docet, tenet, & prædicat: ac in primis Deum esse inuocãdum, solumque adorandum; & per consequens detestor eum errorem, qui dicit dęmones esse aduocandos, eisque diuinos honores tribuendos: *aut similia, iuxta qualitatem errorum, quos aduersus fidem admisit. Iudęus enim non iurat super Euangelia, quibus non credit, nec abiurat hęresim, quæ in ipsum non cadit. ac perinde dicendum est de abiuratione, vt diximus de iuramento supra in hac 2. parte super cap. contra Christianos. §. Denique.*

QVAESTIO XLVII.

De excommunicatis animo pertinaci per annum manentibus in excommunicatione.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio pœna spiritualis est pro mortali culpa inflicta.*
2 *In causa fidei excommunicãtur aliqui in tribus casibus, & quibus.*
3 *Excommunicati præfati postquam per annum in tali excommunicatione sorducrint, vt heretici sunt condemnandi.*
4 *Hereticus quomodo condemnetur tam pœnitẽs, quàm impœnitens.*
5 *Consimili modo condemnandi sunt dicti excommunicati.*
6 *Excommunicati ob alias causas, per annum sic perseuerantes, hæresis suspicionem incurrunt.*
7 *Cum huiusmodi excommunicatis quo pacto sit procedendum.*
8 *Si citati tempore statuto non compareant, post annum quid agendum.*
9 *Et quid, si priusquam annus elabatur, compareant.*
10 *Et quid si intra terminum præscriptum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEptuagesima septima quæstio est: Excommunicati, qui in excõmunicatione per annum steterint animo contumaci seu pertinaci; an vt suspecti de hæresi, vel vt hæretici sint habendi sic, quòd Inquisitorum hæreticorũ iudicio sint subiecti?

1 Ad hanc respondemus, q̃ excommunicationis sententia quædã est pœna spiritualis, quæ sem per infligitur iudicio Ecclesiæ pro mortali culpa, quia pro contumacia, & inobedientia vel iuris vel iudicis. Hęc autem contumacia interdum est in causa fidei, interdum in causa alterius rei: & consequenter excommunicatio interdum fertur propter contumaciam in causa fidei, interdum fertur propter contumaciam in causa alterius rei.

De excõmunicatis in causa fidei.

2 Sunt igitur excommunicati in duplici genere: quidam namque sunt excommunicati in causa fidei; & hoc est in tribus casibus, quia vel pro eo quia fuerunt citati respõsuri de fide, & renuerunt respondere seu comparere, & vt cõtumaces in causa fidei non ipso iure, sed à iudice excõicantur, iuxta cap. Cum contumacia. de hæret. lib. 6.

Vel quia impedierũt officium Inquisitionis directe vel indirecte: seu ad hoc præstiterunt auxilium, consilium, vel fauorẽ: Et isti ipso iure sunt excommunicationis mucrone percussi, iuxta cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus.

Vel quia crediderũt, receptarunt, defensarunt, seu fauerunt hæreticis: isti etiam ipso iure sunt excommunicati, iuxta cap. Excommunicamus itaque. §. credentes.

3 Omnes isti excommunicati in causa fidei, si per annum steterint in illa excõmunicatione animo pertinaci, non vt suspecti de hæresi tantum, sed vt hæretici sunt cõdemnandi, vt patet de prædictis citatis in cap. Cum contumacia. De impedientibus patet etiã eo. tit. cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. De credentibus, receptatoribus, defensoribus & fautoribus eod. cap. Excommunicamus itaque. §. credentes. Isti omnes sunt vt hæretici condemnandi. Non dicit q̃ sint hæretici, quia fortasse non sunt, quia in veritate non habuerunt errorem in mẽte, nec pertinaciam in defensando errorem in voluntate, quæ faciunt hæreticum proprie: sed citati non comparuerunt timore: vel impediuerunt officium inquisitionis, seu fauerunt hæreticis fauore, seu pecuniæ amore: sed dicit q̃ sunt vt hæretici condemnandi. Nam sicut notat Archidiaconus super cap. Accusatus. de hæret. lib. 6. in verbo orta. in prin. excommunicatus in causa fidei, qui per annum sic stetit, & si in veritate [a] hæreticus non fit, ab Ecclesia tamen, quæ iudicat per exteriora, potest vt hæreticus condemnari.

Relat. supra fol. 200.

4 Sed videamus quomodo hæreticus condemnatur, & tunc videbitur quomodo talis excommunicatus debeat condemnari. Hæreticus namque sic condemnatur, quia vel vult ab erroribus resilire, & eos abiurare, & satisfactionem ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris cõgruam exhibere, vel non. Si sic, abiurat, iuxta cap. Ad abolendam. §. præsenti. de hæret. & carceri perpetuo per sententiam detruditur †, iuxta cap. Excommunicamus 2. §. si qui vero. Si autem non vult ab erroribus resilire, nec illos abiurare, nec satisfactionem ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris congruam exhibere, traditur vt impænitens brachio sęculari, animaduersione debita puniendus, iuxta allegatum cap. Ad abolendam. §. præsenti.

† al. mancipatur.

5 Pari forma est excommunicatus per annum in causa fidei, condemnandus: Nam si vult abiurare errores, pro quibus est citatus, de fide respõsurus, & excõicatus, vel impedimentum inquisitionis officij, seu fautoriam, receptationem, & defensionem, pro quibus fuit excõicatus, recipitur ad misericordiam, vt de pœnitẽtibus hæreticis statim est dictum †. Si autem non vult, tanquam impœnitens hæreticus & contumax est tradendus curiæ sęculari (vt de impœnitentibus hæreticis mox est dictum) vltimo [b] supplicio feriendus.

Quæst. 40. huius partis.

6 Quidam [c] vero sunt excommunicati non in causa fidei, sed pro contumacia in causa alterius rei: vtpote quia citati respõsuri super quibusdã articulis, qui non erant fidei, vel alia ex causa renuerunt comparere: vel quia istud vel illud infra certum tempus eis præfixum noluerunt restituere, & similia: siue sint excommunicati à iudice (vt dictum est) siue à iure; vt pote, quia clericum vulnerauerunt, vel similia: omnes isti sic pro cõtumacia non in causa fidei, sed alterius rei excõmunicati, si in illa excommunicatione stant per annum animo indurato, non carent scrupulo hæreticæ prauitatis; immo leuiter de hæresi statim efficiuntur suspecti; iuxta cap. Crauem. de pœnis. & argũ. de æta. & quali. Cum bonæ. Nec, vt dicit Hostien. in sum. tit. de hæret. §. qualiter quis deprehendatur in hęresim. facias vim in eo, quod decretales illæ prędictę loquuntur de biennio & triennio: narrant enim factum, quia sic contigerat; sed idem est etiam si per annum. Concordat glos. in cap. allegato; Grauem. de pœnis. super verbo, hæreticę prauitatis. & glos. in cap. Excommunicamus itaque. in §. qui autem. super verbo, condemnentur. de hæret. lib. 5. Concordat & Archidiaconus in c. Accusatus. lib. 6. tit. de hæreti. super verbo, orta. Concordat & Hostien. vbi supra. Omnes isti notant, quòd si quis per annum excommunicatus stetit pro cõtumacia in causa, quæ non sit fidei, efficitur suspectus leuiter de hæresi, & vt respõsurus de fide, potest citari.

7 Qualiter autem contra huiusmodi excõmunicatos per annum non in causa fidei, sit procedendum, consideraudum est, q̃ dñus Ennecus † Episcopus Gerundẽsis, & frater [d] Nicolaus Eymerici Inquisitor anno Dñi M CCCLXVIII. † congregauerunt solemne concilium tam Iuristarum, quàm personarum religiosarum peritarũ vt de concordi consilio daretur modus iuri consonus cõtra excommunicatos per plures annos per Episcopos & Inquisitores amodo procedendi: & habita diuturna collatione modus, qui sequitur, est inuentus, & approbatus, & in libro curiæ Episcopi insertus, ad habendam de eo memoriam in futurum. modus autem talis est:

† al. Henricus

† al. 1358.

Excommunicatus namque per vnum annum continuũ, vel per plures suspectus est de hæresi leuiter, ratione contumaciæ ad Ecclesiam tanto tẽpore continuatæ: vt patet per cap. Grauem. extra de pœnis. & per c. Cum bonæ de æta. & quali. & per notata per Hostien. in summa, tit. de hæret. §. qualiter quis deprehendatur in hęresim. Suspectus autẽ de hæresi, quatenus de fide respondeat, est citandus, vt videatur si ambulat in tenebris, vel in luce. Citetur ergo per Episcopum, vel Inquisitorẽ, vel eorum alterum respõsurus de fide: cui vt [e] compareat terminus cõgruus assignetur, infra quem, nisi comparuerit, sit excõicatus: in literis citationis ponatur hoc verbum; respõsurus de fide; iuxta notata per Archidiaconum in cap. Accusatus. de hæret. lib. 6. super verbo, orta. in principio. & iuxta notata per Hostien. in cap. Inter sollicitudines. de purg. cano. §. 1. Citatus igitur taliter, vel comparet infra terminũ, vel renuit comparere. Si renuit comparere, eo facto est excommunicaatus tanquam contumax in causa fidei; & consequenter aggrauatur, quia iam sit suspectus de hæresi vehementer, per cap. Cum contumacia. extra de hæret. lib. 6.

8 Tunc vel infra illum annũ comparet, vel nõ. Si non, tunc anno elapso est vt hæreticus condemnandus: transiuit enim suspicio leuis in vehemẽtem, & vehemens in violentam, vt patet in cap. allegato, Cum contumacia. de hæret. lib. 6. & per notata ibidem per Ioan. And. & Archidiaconũ. Taliter autem condemnandus vel ante sententiam rediit ad gremium Ecclesiæ paratus facere, quæ Ecclesia voluerit mandare: & tunc recipitur ad misericordiam, & recipitur vt hæreticus pœnitẽs ad abiurationem, & carcerem perpetuum; iuxta cap. Ad abolendam. §. præsenti. de hæret. lib. 5. & eod. tit. cap. excommunicamus 2.

Si autem redire noluerit, ut impœnitens hæreticus est relinquendus brachio sæculari, animaduersione debita puniẽdus, per allegatum cap. Ad abolendam. §. præsenti.

9 Si autem infra illum annum cõparuerit, quia excõicationem in causa fidei contumaciter sustinuit, abiurabit vt suspectus de hæresi vehementer, iuxta cap. Accusatus. in prin. de hæreti. lib. 6. Quo facto interrogabitur de fide, & articulis, pro quo ad respondendum primo citatus fuerat vt suspectus de hæresi leuiter: quia fuerat per vnum annum, vel plures annos in excommunicatione pro contumacia. Et tunc vel respondet catholice, vel non: Si non, fiet processus cõis per cap. Ad abolendam. extra de hæret. lib. 5. Si autem respondet catholice, dicetur sibi: Charissime, tu videris catholicus verbo, quia dicis q̃ credis quod Ecclesia mandat: sed contradicis facto, quia non facis prout Ecclesia tibi iubet, immo resistis eidẽ contumaciter. Quare vt videremus clare de tua credentia: & si ambulas in tenebris vel in luce, te [f] citari fecimus; sed comparere & respondere renuisti. Tunc attenta conditione personæ & negotij, pro quo est excommunicatus, qualitate: & attentis attendendis, assignabitur sibi tempus conueniens trium mensium, vel quatuor, vel plurium, & mandabitur sibi, & mandando monebitur, quatenus infra illud tempus faciat se absolui, aliàs ex tunc prout ex nunc, & econtra, excommunicationis sit vinculo innodatus. Tunc si paret mandato & monitioni, habebitur intentum: si autem non, & permiserit se incidere in dictam excommunicationem, sequetur processus prędictus: quia vel infra annum paruerit, vel non: & si sic, vel si non, fiat vt dictum est prius: & per prędictum modum procedetur in primo casu, scilicet, quando excommunicatus pro contumacia per vnum annum, vel plures citatus respõsurus de fide, noluerit comparere.

10 Si autem talis excommunicatus, & respõsurus de fide citatus, infra terminum comparuerit assignatum, fiet processus prędictus: nam interrogabitur de fide & articulis fidei. Et tũc vel respondebit catholice, vel non: Si non, fiet processus communis per cap. alleg. Ad abolendam. tam quam contra illum, qui in hęresim incidit manifeste; quia propria confessione. Si autem respondet catholice, procedetur vt dictũ est ante. Nam quia bene respondet verbo, sed contradixit facto, assignabitur (vt dictum est) competens tempus, & mandabitur eidem, & prrcipiendo monebitur, quatenus infra illud tempus, & ei tres terminos assignatos, vel vnum pro trino edicto, faciat se absolui; aliàs tanquam contumax in causa fidei sit excõicatus. Tunc vel permittit se noua excõmunicatione ligari non parendo, vel non: Si non, habetur intentum: nihilominus potest sibi indici abiuratio pro leui suspicione, quam incurrit; quia vltra quàm per annum sustinuit excommunicationem animo indurato. Si autem permittit se excommunicari non parendo, fiet vt dictum est; quia vel per annum sustinet dictam excõicationem, vel non: Si non, habetur intentum; sed abiurat vt suspectus de hæresi vehementer per cap. Cum contumacia. Si autem sustinet per annum animo indurato: vel ante sententiam paret, vel non: si sic, habetur intentum; sed recipitur ad misericordiam vt hæreticus pœnitens ad abiurationem, iuxta cap. Ad abolendã. de hæret. lib. 5. & carcerem perpetuum, iuxta cap. Excommunicamus 2. de hæret. lib. 5. licet [g] post sententiam in carcere possit dispensari, iuxta cap. Vt cõmissi. de hæret. lib. 6. Si autem ante sententiam non paret, tradetur per sententiam vt hæreticus impœnitens curiæ sęculari vltimo supplicio feriendus, vt in cap. alleg. Ad abolendam. Ecce modus contra excommunicatos pro cõtumacia vltra quàm per annum per Ecclesiam procedendi.

COMMENT. LXXII.

Quæ in his postremis quæstionibus traduntur, ab Eymerico vtilissima sunt, & vsu frequentia: ideoque diligentissime perscrutanda & intelligenda: quæ autem hac quæstione continentur singularia etiam sunt, & valde elaborata, de quibus videndi Zanchinus tract. de hæret. cap. 9. nu. 3. & seq. Locatus in opere iudiciali verbo, excommunicati. nume. 2. & seq. Repertorium Inquisitorum verbo, excommunicare. §. si suspectus. copiose. Archidiacon.

Materia huius quæstionis qui tractarint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus, Ioannes And. Geminianus. & Francus in cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. Panormitan. Felinus, & alij in cap. excõmunicamus 1. §. qui autem. de hæret. Simancas de catho. instit tit. 27. nu. 4. idẽ in Enchyridio tit. 55. late rursus Panormitanus, & cæteri in cap. grauem. de pœnis. Gondissaluus tract. de hæret. q. 9. num. 2. & alij.

In hac quæstione Eymericus luculenter præ ceteris docet quicquid in hac materia potest desiderari: quod iterum ad praxim reuocans, explicat 3. par. in vltimo modo processum fidei terminandi.

a ¶ Et si in veritate hæreticus non sit, ab Ecclesia tamen, &c. potest vt hæreticus condemnari.] *Idem obseruauit subtiliter, idẽ Eymericus 3. par. in vlti. modo processum fidei terminandi. nu. 112. vbi adduxi rationem discriminis vers. in secundo casu.*

b ¶ Vltimo supplicio feriendus.] *Hæc verba omissa erant in Barcinonensi impresso, quę sunt ex manuscriptis suppleta.*

Qui per annũ sustinet excõicationẽ suspectus fit de hæresi.

c ¶ Quidam vero sunt excommunicati non in causa fidei, &c.] *Nobilis est hæc distinctio, quam tradit etiam Abbas in dicto cap. grauem. de pœnis. num. 7. versi. dic tamen. idem indicat in cap. postulasti. de homicidio volunta. nume. 4. versi. secundo quæritur. Locatus in opere iudiciali verbo, excommunicati. num. 2. & dixi supra in hac 2 parte super dicto cap. grauem. & iuxta hanc Eymerici doctrinã intelligendum videtur decretum concilij Tridentini, sessio. 25. sub rub. de reformatione cap. 3. §. in causis quoque. statuẽtis inquiri posse in quemcunque persistentem per annum in excommunicatione, tanquã in suspectum de hæresi.*

Ex recepta tamen cõsuetudine sanctę Romanę & & generalis Inquisitionis intelligo non solere procedi cõtra excõmunicatos per annum, aut amplius, nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis.

Quo anno creatus fit Eymericus Inquisitor.

d ¶ Et frater Nicolaus Eymerici Inquisitor anno Domini MCCCLXVIII. *Ita Barcinonensis impressus, & codex Cardinalis de Gambara: sed in Sabellano & Bononiensi legitur* anno Domini MCCCLVIII. *& potuit quidem Eymericus iam eo anno fuisse creatus Inquisitor, cũ Nicolaus Rossell, cui ipse in hoc officio successit, ab Innocẽtio sexto, qui floruit anno Domini MCCCLII. creatus fuerit Cardinalis, vt dixi in vita Eymerici initio huius operis præfixa.*

Locus restitutus.

e ¶ Contra excommunicatos per plures annos, &c.] *Hic locus in omnibus codicibus erat mutilus & imperfectus, quem ita emendauimus vt est impressus ex codice Cardinalis de Gambara. ex his tamen quæ sequuntur apparet ita esse legendum:* Contra excommunicatos per vnum vel plures annos. *in Bononiensi & Sabelliano legitur*; Vt darent modum iurisdictionis. *sed sequentia indicant legendũ esse:* Modus iuri consonus.

Inquisitor terminũ taxat, intra quẽ veniant citati ad respondendum de fide.

f ¶ Cui vt compareat, terminus congruus assignetur.] *Indefinite dixit*, Congruus terminus assignetur. *nam in arbitrio Inquisitoris positum est terminum taxare, intra quem accedere quis debeat ad respondendum de fide. in assignatione huius termini habenda ratio est temporum, locorum, & personarum. & qualis sit huius rei modus & praxis, tradit eleganter Eymericus 3. par. tit. de forma citandi absentem, num. 131.*

g ¶ In litteris citationis ponatur hoc verbum, responsurus de fide.] *Hæc citatio verbalis est, quę fit per litteras, vel nuntium, in qua hoc est obseruandum: cum reus qui citatur non est contumax, aut facile capi potest, non est necesse addere verbum hoc,* Responsurus de fide: *sed generaliter ei præcipitur, vt se coram Inquisitoribus sistat. clem. 1. de hæret. Corradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 6. Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 12. quod si reus contumax fuerit effectus, nec facile capi potest, addendum est tunc in citatione verbum,* Responsurus de fide, *iuxta cap. cum contumacia. vbi Doctores de hæret. lib. 6. obseruata ea forma, quam tradit Eymericus* Verbum, responsurus de fide quando ponendum in citatione.

præcitato loco, & auctor quidam innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi in rub. de hæret. contumacibus. & in rub. de materia processuum inquisitionis. cætera tradidi infra, par. 3. num. 131. & super quæst. 42.

h ¶ Te citari fecimus, sed comparere, & respõdere renuisti.] *Hæc verba deerant in Barcinonensi impresso, & Bononiensi, & codice Cardinalis de Gãbara, quæ suppleuimus ex Sabellano, nam ad sensum persiciendum omnino desiderantur.*

In carcere in re communi inquisitores dispensant.

i ¶ Licet post sententiam in carcere possit dispẽsari.] *Dispensant autem in iure communi Inquisitores quilibet priuati per textum in cap. vt comissi. §. necnon. de hæret. lib. 6. sed hoc priuatis Hispaniæ inquisitoribus interdictum est per particulares inquisitionis eius prouinciæ instructiones, quibus cauetur vt solus Inquisitor generalis dispensare possit, Quãto autem tempore elapso dispensari possit, tradit Simãcas de catho. instit. tit. 16. nu. 21. & seq. et dixi copiose 3. par. super 10. modo processum fidei terminãdi, & alibi sæpius, quę cũ nõ sint huius loci, libenter omitto.*

QVAEST. XLVIII.

De Schismaticis.

SVMMARIVM.

2 *Differentia inter hæresim & schisma.*
2 *Diuidi ab Ecclesia bifariam contingit.*
3 *Schismatici aliqui non sunt hæretici, & qui.*
4 *Aliqui vere sunt hæretici & vt tales tractãdi.*

QVadragesima octaua quæstio est: Schismatici an hæretici sint habendi, vt Inquisitoris hæreticorum iudicio sint subiecti?

1 Ad hanc respõdemus, quòd inter schisma & hæresim est differentia, vt habetur 24. q. 3. cap. Inter hæresim. Nam schisma dicit diuisionẽ: hæresis autẽ errorem: vnde à schismate dicti sunt schismatici, quia ab Ecclesia diuisi.

2 Aliqui autẽ ab Ecclesia duobus modis possunt diuidi, loquẽdo de his, qui fidem receperũt: Quidam namque sunt diuisi ab Ecclesia quo ad obedientiam solam, nullum habentes de credendis errorem in mente, nec de defendendo errorem, pertinaciam in voluntate.

3 Et tales non sunt hæretici in re, nec habendi, post-

dĩ, postquam non habent errorem in mente, nec pertinaciam in voluntate; nec aliàs apparet, quòd male sapiant de articulis fidei, & Ecclesię sacramentis, seu ecclesiastica potestate; licet moti malitia, superbia, vel auaritia, seu aliàs deuient ab obedientia Ecclesiæ. Attamen licet isti non sint hæretici, sunt tamen multum ad hæresim dispositi, vt dicitur vbi prius. Nam in eo quòd se diuidunt ab Ecclesia, & nolunt ei obedire in agendis, leuiter prorumpunt, quòd non obediant in credendis.

4 Quidam b vero sunt diuisi ab Ecclesia nõ solũm quo ad obedientiam, verum etiã quo ad credentiam; quia nolunt credere determinationibus Ecclesiæ vt de fide factis: vt pote, cp Spiritus sanctus procedat à Patre, & Filio, vt Ecclesia determinauit de sum. trin. & fide catho. lib. 6. cap. vnico. & similibus. Et tales vt hæretici sunt habẽdi: quia habent, eorum quæ sunt fidei, & credere tenentur, errorem in mente, & pertinaciam in volũtate: cum c post deprehensionem erroris ad arbitriũ Ecclesię noluerint hæresim abiurare, & satisfactionem congruã exhibere, vt patet clare extra de hæret. lib. 5. cap. Ad abolendam. §. præsenti.

COMMENT. LXXIII.

De schismaticis qui scripserint.

DE materia huius quæstionis multis locis tractatur in iure canonico 24. q. 1. in pluribus capitibus. & ead. causa q. 3 & 7. q. 1. cap. denique. & 23. q. 3. & 12. q. 2. cap. alienationes. et 1. q. 7. qui in qualibet, & de consecr. dist. 4. cap. hi qui. cap. ostẽditur & multis alijs. copiose iuris canonici Interpretes in Decretalibus, Sexto, & Clemen. in titulis de schismaticis. fuse Turrecremata in sum. de Ecclesia, lib. 4. par. 1. per 15. capita. Beatus Thomas, & ibi Caietanus 2. 2. q. 39. Alexander Alensis par. 2. q. 182. Bonauentura lib. 4. sent. distinct. 13. & ibidem latius Gabriel Biel, & Petrus de Palude, & alij. Augustinus de Ancona in summa de potestate ecclesiastica, quæst. 25. Antoninus in sum. par. 2. titu. 3. cap. 11. Abbas & alij in cap. quia diligentia. de elect. Paulus Grillandus tract. de hæret. quæst. 2. nu. 6. & seq. Bernardinus Diaz in pract. crimin. cano. cap. 105. Palacius Rubius in tract. de Regno Nauarræ, par. 5, §. 7. Gondissaluus tract. de hæret. q. 7. Summistę omnes. & Repertorium Inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali verbo, schisma. Simancas de catho. instit. titu. 58. idem in enchyridio tit. 5. Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 1. nu. 498. & sequen. eleganter Conradus Brunus lib. 1. de hæreticis. cap. 16. idem toto libro secundo de hæreticis & schismaticis. & olim Optatus Episcopus Mileuitanus sex libros scripsit contra schisma Donatistarum, in quibus de hac materia agit vere, grauiter & copiose.

Quid schisma & qualis vox.

Est autem schisma illicita diuisio per inobedientiam ab vnitate Ecclesiæ facta. cap. loquitur. & cap. alienus 24. quæst. 1. ita præcitati.

Schisma vero vox græca est, & latine scissuram sonat, qua apud Christianos illicita ab Ecclesia separatio indicatur; peccatum enim schismatis directe & per se opponitur vnitati. & schismatici dicuntur qui subesse renuunt summo Pontifici, & qui membris Ecclesiæ ei subiectis cõmunicare recusant. beatus Thomas 2. 2. q. 39. art. 1.

Schismatici primi generis, tales leuiter de hæresi suspecti.

a ¶ Aliqui autẽ ab Ecclesia duobus modis possunt diuidi, &c.] *Hic locus est valde insignis de primo genere schismaticorum, quos dicit Eymericus superbia tumidos ab Ecclesia se separare, & propterea leuiter prorumpere in id quod non obediant in credendis, quasi dicat: ex hoc saltem se reddere de hæresi leuiter suspectos; quod est verisimum. nam hoc facto videntur profiteri quod extra Ecclesiam sit salus, quòd extra Ecclesiam sint vera sacramenta: vel quod summo Pontifici non sit parendum, quę valde sunt impia. Palacius Rubius tracta. de regno Nauarrę, par. 5. §. 7. quæ sententia verissima est accepta in primis de illis, qui scienter schisma profitentur.*

Quibus autem pœnis puniãtur schismatici huius primi generis, luculẽter docet Turrecremata in summa de Ecclesia, parte 1. cap. 8. & Palacius Rubius tract. de regno Nauarrę, par. 5. §. 7.

Hoc est certum, schismaticos primi generis ad vnitatem Ecclesiæ redeuntes abiurare debere schisma, & promittere satisfactionem ad mandatum Ecclesiæ, vt recipiantur: cuius abiurationis formulam præscripsit Turrecremata lib. 4. de Ecclesia, par. 1. cap. 15. adde Repertorium inquisitorum verbo, abiuratio. Abiurant vero schismatici iuxta dispositionem, cap. quotiens cordis. 1. q. 7.

Sed vlterius quęritur: An schismatici non modo abiurare debeant schisma, sed etiam suspicionem aliquam hæresis ex schismate contractam, & qualis ea suspicio sit. Hæc quæstio alterius difficultatis declarationem postulat, an scilicet in schismate semper insit hæresis, de qua agit glos. & doctores in cap. inter hæresim, 24. q. 3. glos. 24. quæst. 1. in summa. & in cap. non afferamus. 24. q. 1. quibus locis asserit glos. omne schisma habere hæresim annexam. Sane huius modi schismatici, qui ab unitate Ecclesiæ, & Romani Pontificis obedientia discedunt, quamuis in nullã hæresim a principio incidant, at hæreticis confines sunt, & parum ab illis distare uidentur: quare non carebunt hæresis suspicione, quam cũ schismate abiurabunt. ea uero suspicio maior uel minor censenda erit pro tẽporis diuturnitate, quo in schismate perseueratum est, extranagan. Ad certitudinem. de sent. excom. inter communes. Panormitanus in cap. quia diligentia. de elect. & pro alijs circumstantijs causarum & personarum. interdum ergo uel leuiter, ut hic indicat Eymericus, aliquando uero ut uehementer de hæresi suspecti abiurabunt schismatici redeuntes: aliàs autem ut hæretici formales, si errorem in mente habuisse detecti fuerint: quem uix quandoq; credibile est non habuisse, præsertim cum diu in schismate perstiterunt.

An schismatici post abiurationẽ remaneãt inhabiles ad beneficia.

Cognitu dignum est: An schismaticus, qui abiurato schismate ad Ecclesiæ reuertitur unitatem sit, habilis ad beneficia, & ad maiores Ecclesiæ dignitates, an dispẽsatione potius egeat? Et Antonio Butrio, Ioanni Imolæ & alijs in cap. quia diligentia. de elect. recte uisum est, talem de iure communi ineligibilem, inhabilem, & irregularẽ remanere: quia licet delictum per pœnitentiam & abiurationem sit

purga-

Universidad de Deusto
Biblioteca

purgatum, non tamen est sublatum impedimentum sine irregularitas ex delicto oborta: & propterea nisi dispensatum fuerit cum tali schismatico ad vnitatem Ecclesiæ reuerso, ad beneficia & dignitates ecclesiasticas promoueri non poterit. ac irregularē quoque remanere pronunciauit Maiolus lib.5. de irregularit. cap.46.

Sed quis cum schismaticis redeuntibus possit dispensare, fortassis non est facile aperto iure demonstrare. Mihi tamen multū placet Panormitani sententia in dicto cap. quia diligentia. de elect. disentis in hoc casu solum Papam posse dispensare. quod non obscure videtur indicare textus in dicto cap. quia diligētia. ibi: Eum dispensatiue permittimus cōfirmari.

Atque ex his consequitur minus recte dixisse Crauettam cons.293.inci. Ardua admodum. *n.10. sublato schismate per abiurationem eligi quem posse, ac si nunquam schismaticus fuisset, c. quia diligentia. de elect. quia reuera inhabilis remanet, vt dictū est. & textus in dicto cap. quia diligentia. aperte oppugnat Crauettę sententiam.*

An autem aliqui per ignorantiam possint ab hæresis suspicione excusari, licet in schismate versentur, non est huius loci late tractare. Non tamen ambigo posse quandoque simplices & imperitos, qui auctoritati maiorum credunt, quos recte sentire putant, excusari, vt dixi supra parte 1. super quæst.4.

Schismatici secūdi generis vere hæretici.

b ¶ Quidam vero sunt diuisi ab Ecclesia, &c.] *Et hi sunt hæretici consummati & veri, eodemque cum hæreticis iure censendi. Turrecremata lib.4. de Ecclesia, par.1. cap.4. & Conradus Brunus lib.1. de hæret. ca.16. atque in his postremis iudicandis & puniendis non est multa difficultas, cum per omnia sicut hæretici sint tractandi. Nam hi non solum à summo Pontifice, & ab Ecclesiæ vnitate discedunt. sed ita prætereà licere credunt: vel putantes non esse vnitatem in Ecclesia catholica: vel credentes non esse obediendum summo Ecclesiæ pastori.*

Denique tertij generis schismatici constitui possunt illi, qui aut probabili, aut insuperabili ignorantia ducti, putant aliquē esse Papam, qui non sit: quod solet contingere cum duo pluresue de papatu contendunt, non tamen constat quis eorum rite & canonice electus sit. qui ergo tunc obediunt non vero Pontifici putantes esse verum, aut non obediunt vero credentes non esse verum, schismatici, improprie tamen dici possunt. atque hi nec hæretici sunt, nec in aliquam iuris pœnam incurrunt: cum iustam excusationem habeant, & culpa careant. de qua re vide copiose Turrecrematam in summa de Ecclesia lib.4. par.1. cap.14. Iacobatium tract. de concilio, lib.7. art.1. Aluarum Pelagium, lib.1. de planctu Ecclesiæ, ca.65. & Canonistas in dicto cap quia diligentia. de elect.

Exorto autem schismate, & duobus vel pluribus de papatu contendentibus, quot & quibus modis sit ei occurrendum, eleganter explicat Zabarella consi. 150. incip. Quæritur autem.

a ¶ Cum post deprehensionem erroris, &c.] *Ita Barcinonenses, Bononienses & codex Cardinalis de Gambara: sed Sabellanus paulo aliter ita habet:* Cum post determinationem Ecclesiæ, errorem, de quo sunt deprehensi, ad eiusdem Ecclesię arbitrium noluerint abiurare, & satisfactionem cōgruam exhibere.

QVAEST. XLIX.

De Apostatis.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia triplex, & quę.*
2 *Apostatę ab ordine, & à statu regulari nō sunt hęretici.*
3 *Apostatę manentes in excommunicatione totū annum, fiunt suspecti de hęresi.*
4 *Apostatę à fide sunt hęretici.*
5 *Qui metu mortis fidem abnegant, vt pœnitentes hæretici recipiendi sunt, si reuertantur.*

Vadragesima nona quęstio est: Apostatæ an hęretici sint habendi sic, vt Inquisitoris hęreticorū iudicio sint subiecti?

1 Ad hanc respondemus, quòd est apostasia quædam ab ordine clericali: est apostasia à statu regulari: & est apostasia quædam à veritate Christianitatis & fidei.

2 Qui primo modo apostatant, à fide credēdorum ex hoc non deuiant: quare nec hęretici sunt nec iudicio Inquisitoris subiecti sunt. Qui secundo modo apostatant, ex eo quòd sic apostatant, etiam à fide non deuiant: quare nec hęretici sunt, nec iudicio Inquisitoris subiecti sunt.

3 Quia[a] vero tales apostatæ à regulari tramite excommunicati sunt, extra ne cler. vel mo. lib.6. Vt periculosa. si in excommunicatione illa & apostasia per annum animo indurato persistunt, quia redire ad religionem nolunt, nec tempus transferendi ad religionem illam, quam dimiserunt, vel ad aliā habent, nec obtinuerunt euidenter, de hęresi suspecti sunt, iuxta cap. Grauem. de pœnis. & de fide respōsuri, citari possunt: & potest procedi cōtra tales per Episcopum & Inquisitorem cōiunctim vel diuisim, prout dictum est supra parte ista. 2. quadragesima septima quęstione.

4 Qui[b] vero tertio modo apostatant, eo quòd sic apostatant, à fide etiam & ab Ecclesia totaliter deuiāt. Et tales hęretici, immo infideles habēdi sunt: & si[c] haberi possunt, de eis sicut de ceteris hęreticis est agendum: quia si nolunt resilire, vt heretici impœnitentes traduntur curiæ sęculari: si autem velint, recipiuntur ad misericordiam prout hęretici pœnitentes: iuxta c. Ad abolendā. §. presenti. lib.5. Concordat Ray. tit. de apostat. §. reuertentes. vbi dicit, q̄ reuertentes ab apostasiæ perfidia, cum fuerint hęretici, tanquam reuertentes ab hęresi sunt recipiendi.

5 Illi vero[d] qui metu mortis fidem abnegant, & erroribus † non sunt credentes, licet vere hæretici non sint, postquam non habent errorem in mente: iudicio tamen Ecclesiæ, quæ habet per exteriora de interioribus iudicare, hęretici habēdi sunt: & si reuertantur, vt pœnitentes hæretici recipiendi sunt. non enim metus mortis est metus cadens in constantem virum ad fidem Christi abnegandam; nam satius est mori, quàm abnegare, vel vesci idolothytis, vt dicit Augustinus ‡ & recitatur 32. quæst. 4. cap. Sicut. Concordat Raymundus tit. de apostat. §. circa istas. Et S. Thomas 2.2. quæst. 12. & Hostien. titu. de apostatis. §. qualiter.

In lib. de bono cōiugali cap.16.

† al. ita. & cororibus non credūt, licet in re hęretici non sint.

COMMENT. LXXIIII.

MVltis quæstionibus præcedentibus explicuit Eymericus quædam delicta, de quorum patratoribus dubitari poterat, an ad iurisdictionē Inquisitorum spectarent; nunc iam propius accedens ad causam hęresis, eos recenset, qui aut vere hæretici sunt, aut hęreticorum complices, agitq; in primis de apostatis, de quibus nulla est dubitatio quin sint hęretici, immo grauius quàm hæretici delinquunt.

Et de materia huius quæstionis copiose vterque Thomas 2.2.q.12. & in cap. non potest. 2. quæst. 7. cap. beatus. 3.q.4. cap. non obseruetis. 26. quæst. 7. cap. contra Christianos. de hęret. lib.6. & his locis Canonistæ. Innocentius, Abbas, & alij communiter in cap 1. de apostatis. Ioannes Anania in rub. de schismaticis. Alexander Ales par.2.q.183. Innocentius in cap. ex parte, el. 2. de tempo. ordinatio. Accursius, Bartolus, Faber, Salycetus, Baldus & alij communiter iuris ciuilis Interpretes. C. de apostatis. vbi copiose Petrus Godofredus in rubrica. Alfonsus Castrus lib.1. de iusta hæret. punitio. cap. 7. & cap. 23. Paulus Grillandus tract. de hęreti. q.2 Gondissaluus tract. de hære. q.5. & q.20. nu.2. Repertorium Inquisitorum, Locatus in opere iudiciali, Syluester & reliqui Summistę verbo, apostata. & verbo, apostasia. Petrus de Palude, & alij lib.4. sent. dist. 13. Simancas de catho. instit. tit.7. idem in enchyridio tit.4. Ioannes Rojas tract. de hęret. par.1. nu.484. & multis seq. Bernardinus Diaz in pract. crimin. cano. cap.104. Bernardus Comensis in lucerna verbo, apostata. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 44. & eleganter Melchior Canus lib.12. de locis theologicis, cap.9.

Quid apostasia & quid apostata.

Est autem Apostasia Græca vox, quę latine defectionem & retrocessionem sonat. & apostata proprie in tertia significatione, quam hic tradit Eymericus (quę propria est huius disputationis, nam cetera huc non pertinent) dicitur qui omnino à fide orthodoxa recedens, Iudaismum, Paganismum, seu Mahometicam sectam profitetur. talis olim fuit Iulianus Apostata. cap. non potest. 2.q.7. & cap. Iulianus. 11.q.3.

a ¶ Quia vero tales apostatæ à regulari tramite, &c.] *Et hęc sententia vera est ob rationem hic allatam ab auctore, iuxta doctrinam paulo antea explicatam. quæst. 47.*

Veruntamen quantum intelligo, Sanctum tribunal Romanæ & generalis Inquisitionis non consueuit procedere contra tales à regulari traditione apostatantes, ex eo solo q̄ relicto suæ religionis habitu vltra annū apostatent, nisi quid aliud admisceant, quod merito ad id tribunal referendum videatur.

Monachi & cleric. in ta-

Iam apostatæ à religione Monachali non solum fiunt de hęresi suspecti postquam per annū in excōicatione perstiterint, sed etiā ante annū, si relicta religione quam professi sunt, matrimonium contrahāt. Ioannes Anania in cap. ad abolendam. de hęret. nu. 27. Calderinus cons. 5. tit. de hęret. Simancas in enchyridio, tit. 12. nu. 1. Campegius in additionibus ad Zanchinum cap. 35. versi. idem quoque. & distinctionem, quam multi faciunt de hoc differentes, plurimum videlicet referre an contrahant publice, vel clam, merito reiiciunt aliqui ex præcitatis, neque ab hac sententia est recedendum.

cris constituti, matrimonium cōtrahentes suspecti fiūt de hęresi.

Atque hęc etiā sententia locum habet in clericis, qui sacris ordinibus sunt initiati: nam & hi si matrimonium cōtrabunt, suspecti in fide fiunt, & in eos possunt Inquisitores animaduertere. Palacius Rubius in cap. per vestras. de donatio. inter virum & vxo. §.18. nu.26. versi. ex quo meo iudicio. Simancas de catho. instit. tit.40. nu.12. & Bernardinus Diaz in practica criminali canonica, cap.74. versi. redditur præterea suspectus. & dixi copiose in lib. de priuilegijs Inquisitorum.

An apostasia & hęresis specie distinguātur.

b ¶ Qui vero tertio modo apostatant, &c.] *Grauis est quæstio: an apostata, & hæreticus ratione apostasię & hęresis specie distinguantur; id est, vtrū infidelitas hęretici, & apostatę sint duę infidelitates specie distinctæ. quæ difficultas subtilis est magis quàm vtilis, quam disseruit latissime apud Thomam 2.2.q.12. art.1. de eadem agit copiose Melchior Canus lib.12. cap. 9. de locis theologicis. mihi hęc sententia probatur: Apostasia non est species infidelitatis ab hæresi distincta, sed solum habet secum circunstantiam magis aggrauantem, nec differt ab hæresi nisi secundum magis & minus. atque hęc est nō obscura sententia beati Thomæ 2.2.q.12. art.1. in respōsione ad 3. argumentum.*

c ¶ Et si haberi possunt, de eis sicut de ceteris hæreticis est agendum.] *Idem tenuit non obscure Eymericus supra quæst.44. nu.1. atque hæc sententia de recipiendis apostatis si conuertantur, vera est & cōis, quam nominatim approbant Repertorium Inquisitorū verbo, apostasia. §. sed vtrum ea. sequitur per omnia Gondissaluus tract. de hęret. q.20. nu.2. Simancas de catho. instit. tit.7 num.4. & 5. idem in enchyridio tit.4. nu.2. & 3. & copiose Alfonsus Castrus lib.1. cap.23. de iusta hęret. punitio. Petrus de Palude in 4. sent. dist.13. q.3. Bernardus Comēsis in lucerna verbo, apostata. §.3. Melchior Canus lib.12. c.9. de locis theologicis. versi. secundū uero argum.*

Apostatæ si reuertantur, recipi debēt.

Et hanc sententiam aperte confirmant Pontificū & conciliorum decreta. Siricius Papa epistola 1. cap.3. ibi: Et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi, his quandiu viuunt agēda pœnitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda: quia docente Domino: Nolumus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. *hęc ibi. refert 1uo par.15. cap.143. concilium Eliberinū cap.46. conci. Arelat. c.23. refert. 1no par.15. c.144.*

Ezech. 18.

Atque hoc iure vtimur, contra quàm censuerit Nicolaus Arclatanus tract. de hæret. notabili 44. per l. hi qui. C. de apostatis. vbi pœna vltimi supplicij imponitur. sed in hoc crimine cum mere sit ecclesiasticum, cap. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret.

Universidad de Deusto Biblioteca

hæret.lib.6. ius Pontificium sequimur. & perperā pręcitato loco Arelatanus asseruit, iure canonico non esse contrarium dispositum, & propterea ius ciuile fore obseruandum, cum manifeste multis canonicis Decretis, vt ostendimus, cautum sit, apostatas redeuntes, ad misericordiam esse recipiendos, & vitam eis condonandam. ac vna quidem potissimum ratione, eaque viua & efficaci probari potest euidenter, apostatas fore recipiendos: quoniam si intelligerent nullum ipsis patere misericordiæ locum, vt mortem effugerent, nunquam ab infidelitate, quam semel sunt professi, reuerterentur. & hanc quæstionem copiose disputat Montaluus in legibus Hispanię septipartitis, par.7.tit.26.l.1.q.6. verbo, relapsi. versi. dubitant aliqui. vide in codice Theodosiano lib.16.tit.de hęret.l.41.

Apostatas pęnitentes non esse ab Ecclesia recipiendos, impie sensit olim Nouatus. 24.q.3.cap. Quidam autem. versi. Nouatiani. quē Fabianus Papa coacto Romę concilio sexaginta Episcoporū, condemnauit.

b ¶ Illi vero, qui motu mortis, &c.] *Qua ratione hoc accipi debeat, explicui supra in hac 2. parte. versi. nec excusatur, super quęst. 41. quod omnino videas. & de hac difficultate adde quę disserui par. 1. super quęst. 9.*

QVAESTIO L.

De Credentibus Hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Credentes hęreticorum sunt in duplici genere, & quidam sunt hęretici.*
2 *Iudicantur aliqui hęreticorum erroribus adhęrere, tum ex verbis tum ex factis.*
3 *Quibus factis pręsumatur quispiam credere erroribus hęreticorum.*
4 *Sunt alij credentes hęreticorum, nō quidem hæretici, sed suspecti.*
5 *Et his abiuratio vel purgatio est indicenda.*

QVinquagesima quæstio est: Hæreticorum credentes qui dicendi sunt; & si hęretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, ꝙ credētes hęreticorum sunt in duplici genere: quidam namque sunt hęreticorum credētes, qui credunt eorum erroribus. & hæresibus, & isti sunt excommunicati, iuxta c. Excommunicamus 1. §. credentes, de hære. lib.5. & etiam sunt hęretici; & tales habendi sunt, vt in eo. tit. c. Excommunicamus 2. in fi. vbi præmissis variis hæreticorum sectis dicitur sic: Credentes autem eorum erroribus hęreticos similiter iudicamus.

2 Iudicantur autem aliqui credere hæreticorū erroribus ex eorum verbis atque factis. Verbis quidem, vt confessione propria, dicendo se credere erroribus talium: Vel facti euidentia publice prædicando, seu defendendo illorum errores: Vel testium productione legitima, vt si conuincantur per testes, quòd errores taliū diuulgarunt,

A seu dogmatizarunt. de verbor. signifi. cap. Super quibusdam. vbi hæretici declarantur, qui publice prædicant, & profitentur, & defendunt errorē; Vel qui conuicti sunt per testes talia publicasse, & glos. ad idem super cap. Ad abolendam. §. præsenti. & verbo deprehensus.

Relat. supra fol. 118.

3 Factis a autē, vt si hæreticos adorauerint: (eorum verbis vtendo) reuerentiā eis suo more exhibuerint: cōsolationem vel communionem ab eis receperint, seu similia, quæ ad ritum eorū pertinent, perpetrauerint: sermones b eorum & prædicationes non tantum semel, vel bis, sed frequentius audierint; & similia egerint, per quæ eorum B animus, ꝙ credant eorum erroribus, apud iudicē per exteriora probabiliter conuincatur. Ex factis enim pręsumitur de affectu. ad hoc arg. 32.q.5. Qui viderit. & C. de dolo. l. Dolum. de bigamis. Nuper. nec refert etiam, an quis voluntatē suam verbis exprimat, aut factis. ff. de legibus. l. Contra legem. & notatur 20.q.1. Quem progenitores. immo plus est facto quàm verbo aliquid facere. argu. de appella. Dilecti. Magis c enim est standū factis, quàm verbis, vt docet Christus, Matth. 21.

Conuincuntur igitur aliqui esse credētes hęreticorum erroribus, verbis & factis; dico factis in quibus ritus hæreticorum exprimuntur.

C 4 Quidam d alij sunt hęreticorum credentes, de quibus non apparet clare, ꝙ credant eorum erroribus, sed videntur credere hęreticorum verbis, iussionibus & operibus; vtpote quia ad eorum dictum vadunt & veniunt: sermones eorum (licet raro) audiunt: litteras eorum hinc inde deferūt: eis seruiunt: libros suscipiunt, nec comburunt: alimoniam eis deferunt: ducatum prębent: eos visitant: & alia faciunt, in quibus de ritu hęreticorum nihil ostenditur.

5 Tales enim non iudicantur credentes hæreticorum hæresibus, nec hæretici sunt habendi; sed non carent suspicione vehementi vel leui, secun- D dum quòd maiora vel minora in eis indicia apparebunt: & consequēter e est eis abiuratio seu purgatio indicenda, iuxta cap. Excommunicamus 1. §. qui vero inuenti fuerint sola suspicione notabiles, &c. de hæret. lib.5. & eo. c. §. credentes. & cap. Accusatus. in princ. eod. tit. lib. 6. Sunt enim tales suspecti, quòd credant hęreticorum erroribus.

His concordat Archidiaconus in cap. Quicunque. super verbo, credentes. de hæretic. lib.6. Et Guido Fulcodius, postmodum Papa Clemens IIII. in consultationibus ad Inquisitores hæreticæ prauitatis, quęst.9.

E

COMMENT. LXXV.

DE credentibus, fautoribus, defensoribus, & receptatoribus hæreticorū obuia cuique extant Pontificum decreta in cap. excommunicamus 1. §. credentes. cap. si aduersus. vbi Doctores extra de hęret. & in cap. quicunque. §.1. & §. hęretici autem. de hæreti. lib. 6. vbi copiose Archidiaconus, Ioannes And. & alij. & in cap. in fidei fauorem. & in cap. vt officium. §.1. & in cap. vt commissi. §. fin. & in cap. statutum. §.1. & in cap. vt Inquisitionis. versi.

De credētib. fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum qui disseruerint.

versi. ita pro defensione fidei. de hęret. lib.6. Repertorium Inquisitorum verbo, credētes, fautores, &c. Zanchinus tract. de hæret. cap.3. & ibi Campegius. Turrecremata in sum. de Ecclesia. lib.4. par.2. cap. 21. Simancas de catho. instit. tit.15. idem in enchyridio. tit.13. Locatus verbo, credentes. Syluester in sum. verbo, hæresis I. §.10. Tabiensis in summa verbo, hęreticus. §.20. & 21. Alfonsus Castrus lib.1. cap.17. de iusta hæret. punitio. auctor quidam innominatus tract. de forma procedendi cōtra inquisitos de hæresi in rubrica, De hęreticis, credentibus, &c. idem eodem tracta. in rubrica, De pœnis hęreticorum & similium. Petrus de Palude lib.4. senten. dist.13. quęst.3. Conrradus Brunus lib.1. de hæreticis. cap.4. & alij, quos omitto consultò in re manifesta. quibus locis etiam de fautoribus, defensoribus, & alijs complicibus disserunt. de his etiam omnibus agit copiose Montaluus in legibus septipartitis Hispaniæ, l.1. tit.26.

Quomodo autem ex verbis cognoscantur credentes hæreticorū, apertissime docet hic Eymericus, nec vlla nostra indiget expositione.

In libro quodam peruetusto, in quo multa ad Inquisitionis officium spectantia continentur, eos dici credentes legimus, qui tantum fidem hęreticorum habent, sed non vitam.

Petrus de Palude lib.4. senten. dist.13. quæst.3. conclusione 7. ait, eos esse credentes, qui licet nulli hęresi explicite adhæreant, credunt tamen hęreticos esse bonos homines, & habere bonam fidem. habentes ergo perfidiam hęreticorum non explicitam, sed implicitam, credentes hęreticorum sunt iudicio Petri de Palude.

a ¶ Factis autē, vt si hęreticos adorauerint, &c.] *Multo facilius est cognoscere credentes hęreticorum ex verbis, quàm ex factis: ac propterea olim initio constitutę delegatę Inquisitionis valde dubitatum fuit, ex quibus culpis, vel causis, aut factis possent aliqui iudicari credētes hęreticorum, extatq; in vetusto illo libro manuscripto bibliotheca Vaticanæ, cuius sępe mentionem facio, consilium peritorū Auinionensium factum anno Domini MCCXXXV. quo singillatim traduntur culpæ, ex quibus credentes hęreticorum possint iudicari: sed copiosius & luculentius easdem declarauit concilium Narbonense cap. 29. cuius verba, etsi breuitati studeam, huc transferenda curaui, vt huic loco lux clarior afferatur. ait itaque ita:* Sane inter culpas, ex quibus credentes possunt iudicari, ne vlterius dubitetis, has esse firmiter arbitramur: Si reuerentiam fecerunt hęreticis, vbi credentes, orationes ipsorum implorantes, & bonos homines profitentes, quasi adorant illos: Si consolatione † eorum, vbi eū quem consolantur in hęreticum recipientes, per impositionem manuum se saluare proditionaliter mentiūtur: Aut seruitio eorundem, vbi maiore ipsorum librum tenente apertum, per ipsum quasi sub generali confessione remissionem intelligunt fieri peccatorum: Aut cœnæ Valdensium, vbi die cœnę mensa posita, & pane superposito, Valdensis vnus benedicens & frangens, dansque astantibus credit secundū damnabilem sectam cōficere corpus Christi: non causa prodendi, vel reprehen-

Ex quibus factis cognoscātur credentes hęreticorū.

† Vide † hūc locū quę dixi supra super q.13. §. Et confingunt. eum sequen.

A dendi eos, vel alia commendabili, seu excusabili, affuerunt: Si eisdem Valdensibus peccata sua cōfessi fuerint, vt solet & debet quis sacerdoti proprio cōfiteri: Si pacem ab hęreticis: seu Valdensibus, vel panē ab eis benedictū, à quocunq; sibi missum, vel datū, sciēter & damnabiliter receperunt: Si crediderunt eos in sua secta saluari posse, vel esse bonos, vel sāctos homines, vel Dei amicos, vel nuntios, vel bonæ conuersationis, vel vitæ: vel eorum persecutores peccare: vel si eos taliter † laudauerunt, vel si aliquo † qualicūque signo seu verbo, in eis se fidē & credentiā habuisse in iure, vel alibi sunt professi: Si eos libenter & pluries rece- B perunt, audierunt, visitauerunt, victualia, seu alia dederunt, seu miserūt eisdem orationes ab eis, vel Epistolas, vel Euangelia didicerunt: hęc.n. & similia, etsi non probent singula, multa iuuant, pręsertim cum Ioannes † dicat in epistola: Si quis venit ad vos, & hāc doctrinā non affert, nolite eum recipere in domo; nec aue ei dixeritis: qui .n. dicit illi, aue, cōicat operibus eius malignis. Hæc autem omnia intelligimus, cum hi qui sic culpabiles sunt inuenti, sciebāt illos, quibus, vel per quos ista fiebant, esse hęreticos, vel Valdenses: nec ignorabant, quòd sancta Ecclesia tales propter errores proprios sectasque suas damnabiles, ab vnitate C catholicæ fidei segregatos denuntiat, & excōmunicat, persequitur, atque damnat: nec dicēti se hoc ignorasse, leuiter est credendum. *hęc ibi. quę tametsi eius sæculi hæreticis competant, facile possunt ceteris accommodari, spectatis singulorum hæreticorū conditione, ritu, & cere monijs.*

† totaliter

† alio quocunque.

† Episto. 2. cap. 1.

Ignorantia quandoque excusat.

b ¶ Sermones eorum & prędicationes non tantum semel vel bis, sed frequentius audierint.] *Hic locus non est sine obseruatione omittēdus, pręsertim in eo quod dicit:* Non tantum semel, vel bis. *quoniā communis sententia est, eum qui semel tantum audit conciones hęreticorū, aut ad cōgregationes eorū proficiscitur, non putari credentem: nam ex vnico actu* D *non insurgit credentia, cum non videatur approbari quod postea euitatur. argumento l. qui contra. C. de incestis nupt. cap. constat. 1.q.1. cap. ex studijs, de præsumptio. secus tamē si bis vel pluries audiuisset, seu itauisset, quoniam ex actu geminato crimen ad consuetudinem trahi videtur. l. nemo. C. de Episcop. audient. cum similibus. ita Archidiaconus, Geminianus, Ioan. And. & alij in cap. quicunque. §. hęretici. verbo, credentes. de hęret. lib.6. Zanchinus tract. de hæret. cap.3. num.6. vers. sed pone. Repertorium Inquisitorum verbo, credentes. §. sed ponamus. & verbo, bis. & Nicolaus Arelatanus tract. de hęret. notabili 16. & ceteri communiter.*

An q̄ semel, vel bis audit conciones hęreticorum dicatur credēs.

E *Et quamuis hæc sit communis sententia, nihilominùs tamen non est contemnenda hoc loco Eymerici doctrina indicantis, ex vno, vel bino actu audiendi sermones hęreticorum non putari quem credentem, nisi pluries audiat: cui penitus consentit concilium Narbonēse paulo antea relatum, vbi* pluries *posuit, nulla facta mentione de vnico, vel gemino actu; idē voluerunt periti Auinionēses consilio quodā de hac re, edito anno Domini MCCXXXV. vbi ita scriptū est:* Similiter eos dicimus credentes, qui frequenter visitantes Valdenses: vel prædicationem eorum

Ex vno vel bino actu audiendi conciones hæreticorum, nō insurgit credentia.

rum

rum audientes: vel eos recipientes, seu aliàs benefacientes eisdē pacis osculum receperunt. *hæc ibi. quod existimo diligenter animaduertendū: quoniam cum credentes iudicentur hæretici, non videtur tutum ex geminato actu tantum crimen facile præsumere, præsertim si cum amplius potuerint frequentare, non frequentarint. nec obstat communis sententia, quia nullo expresso iure nititur.*

Atque ex his intelliges non esse facile admittendum quod scribit Campegius apud Zanchinum cap. 3. versi. quod autem hic dicit. vbi sub dubio relinquit, an qui semel audiuit cōciones hæreticorum, aut ad eorum iuit congregationem, debeat credens hæreticorum iudicari, nam non erit plane credens.

B *Sed plurimū refert intelligere quo pacto hæc fiāt: nam si quis catholicus in terris hæreticorum existēs semel, vel bis ad conciones vadat hæreticorum, non iudicabitur credens iuxta præfatam doctrinam. si autem in terris catholicorum occulta ab hæreticis conuenticula celebrari intelligat, etsi semel tantum vadat, nisi denuntiet Episcopo, vel Inquisitori, non carebit iudicio meo credentiæ suspicione: cum in hoc posteriori casu approbare cēseatur quod potuit auertere si iudicibus ecclesiasticis (vt debuit) indicasset. nisi considerata personæ qualitate per ignorantiam excusaretur.*

c ¶ Magis enim standū est factis, quàm verbis.] C *Ita est emendatus hic locus ex codice Cardinalis de Gambara: nam in Barcinonensi, Bononiensi & Sabellano præpostere legebatur ita:* Magis enim standum est verbis quàm factis. *& sane præcedentia satis indicant perinde esse legendum, vt est impressus: quod apertissime etiam colligitur ex citata Christi auctoritate Matth. 21. vbi scriptum est in hac verba:* Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: fili, vado hodie operare in vineam meam: ille autem respondens, ait; nolo: postea autem pœnitentia motus abiit. accedens autem ad alterum dixit similiter. at ille respondens, ait: eo Domine, & non iuit. quis ex duobus fecit voluntatem patris? dicunt ei; primus, &c. *quo loco aperte vult Christus concludere, in opere magis quàm in verbis cerni animum.*

Locus emendatus.

Factis magis standū quàm verbis.

Hoc ipsum indicant apertius quædam verba in codice Cardinalis de Gambara reperta, quæ in ceteris desiderantur. hæc videlicet: Argumento de appellatio. dilecti. vbi dicitur: Cum autem plus sit ad Sedem Apostolicam facto prouocare, quàm verbo. & glossa ibi: quoniam plus est facto demonstrare, quàm verbis dicere. *quę ideo sunt in hac impressione omissa, quoniam sine his sensus constare poterat.*

Præfatum vero axioma, quòd magis sit factis quàm verbis standū in hac hæresis materia, ex multis verum esse ostendit Albertinus tract. de agnoscen. assertio. q. 8. nu. 12. & q. 34. num. 53. & q. 36. nu. 18. & Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 1. num. 276. & multis sequentib. quibus locis concludunt, eum qui cōfitetur factum hæreticum, & prauam intentionem negat, velut impœnitentem curiæ sæculari esse relinquendum. de quo dixi alibi plenius: neque enim debet hęc sententia simpliciter vera putari, nisi & alia pleraque concurrant.

A d ¶ Quidam alij sunt hæreticorum credentes, de quibus non apparet clare, &c.] *Obseruandum est hic diligenter, eos solum ex factis dici proprie hæreticorum credentes, qui ea facta committunt, in quibus ritus hæreticorum cōtinentur: qui vero ea perpetrant, in quibus non est proprie ritus hæreticorū, licet suspicione hæresis, ob familiaritatē & obedientiam, quam hæreticis exhibent, non careant, non tamen iudicantur credētes. causam tradit Guido Fulcodius in dicta quæst. 9. quem hic citat Eymericus, dicens:* Verum si quis eos visitauit: alimoniam præbuit: ducatum præstitit, & similia, in quibus nihil de rii ipsorum expressum ostenditur, quāuis aliqui contrarium scripserint, nō credo quòd possit credens iudicari: nam hęc omnia fiunt interdum ex affectione carnali, interdum precibus amicorum, interdum pecunia interueniente. *hęc ille. Sunt autem quæ tradit Fulcodius ad hanc quęstionem intelligendam valde apta, quæ nos ob breuitatem omittimus.*

Ex quibus factis oriatur hæresis credentia.

e ¶ Et consequenter est eis abiuratio seu purgatio indicenda.] *Verissima est hæc Eymerici sententia, vt scilicet aduersus huiusmodi credentes, quos vltimo loco numerauit, procedatur velut contra suspectos, qui compellantur vel abiurare, vel se purgare, aut tormentis subijciantur: aliter enim non possunt excludere suspicionem hæresis, quam ex prægressis operibus contraxerunt; quod qualiter fieri debeat, alibi dictum est.*

QVÆST. LI.

De receptatoribus hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Recipientium hæreticos duplex genus est.*
2 *Receptatores hæreticorū quando culpa vacent, & quando non.*
D 3 *Qui proprie receptatores appellentur hæreticorum:*
4 *Et qui ex his hęretici habendi sint, qui vero tantum suspecti.*
5 *Hęreticorum receptores qui dicantur proprie:*
6 *Et quando cum culpa, & hæretici sint, quando non.*



VInquagesimaprima quæstio est: Hę reticorum receptatores qui dicendi sunt; & si hæretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, q recipientes hæreticos in domibus suis E sunt in duplici genere: Quidā namq; sunt, qui nō tantum semel, neque bis, sed pluries & frequēter hęreticos recipiunt: & isti proprie & secundum vim uocabuli dicuntur receptatores, à receptando, quod est uerbum frequentatiuum: & inde dicitur receptaculum domus vel hospitium, in quo hæretici frequenter & pluries conueniunt ad docendum, uel ad morandum.

2 Et tales a receptatores quādoque sunt sine culpa, utputa si ignoranter hoc factunt, ut quia eorū errores nesciunt, nec aliquid siniſtrū de eis unquā audie-

audierunt, nec suspicati sunt. Aliquando sunt in A culpa, vtpote quando eorum errores sciunt, & q Ecclesia pro illis eos persequitur, nō ignorant, & nihilominus eos latenter & frequenter receptant, ne ad manus Ecclesię perueniant.

3 Tales enim proprie sunt & dicuntur hæreticorum receptatores, & de talibus loquuntur iura: & isti tales sunt excommunicati, iuxta c. de hęret. Excōmunicamus 1. §. credentes. lib. 5.

4 Et si credāt ipsorum hęreticorum erroribus, hęretici sunt: quia credētes iudicari possunt, si cōstat. Si autem non, suspecti vehementer de tali hęresum credentia habendi sunt: & est eis abiuratio, & purgatio canonica indicenda, iuxta c. Excommunicamus 1. §. qui autem inuenti fuerint. de hæret. lib. 5. & c. Accusatus. eod. tit. lib. 6.

5 Quidam b autem non pluries & frequēter, sed tantum semel, vel bis hæreticos receperunt: & isti nō videntur proprie posse dici receptatores, quia non frequentarunt, sed receptores, quia eos receperunt, sed non receptarunt: licet Archidiaconus dicat contrarium in c. Quicunque. super verbo, receptatores. & etiā Guido Fulcodius prædictus in consultationibus ad Inquisitores hæreticę prauitatis. q. 11. qui volunt tales etiam dici & esse receptatores: de quo non est magna vis: nam nō de verbis curamus, sed de factis.

6 Isti enim siue dicantur receptores, siue receptatores, quandoque sunt in culpa, quandoq; non, vt statim de proprie receptatoribus dictum est. Nam si isti semel, vel bis receperunt latenter quos sciunt hæreticos esse, vt non perueniant ad manus Ecclesię; si credant eorum erroribus, credentes & hæretici sunt. Si autem hoc nō apparet, ex tali receptione vehementer, ne credāt eorum erroribus suspecti sunt, & excommunicati, vt de hæret. lib. 5. c. Excommunicamus 1. §. credentes. & est c eis abiuratio indicenda, vt dictum est statim, iuxta cap. Accusatus. in prin. His concordat concilium prouinciale Tarraconen. cui interfuit Frater Raymundus de Pegña forte, de quo supra parte ista secunda.

COMMENT. LXXVI.

DE materia huius quæstionis scribunt illi, quos initio superioris commentarij citaui eisdem fere locis, sed Zanchinus tract. de hæret. c. 6. Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 4. par. 2. c. 21. Locatus in opere iudiciali verbo, receptatio. qui hinc illa transcribit. Repertorium Inquisitorum verbo receptatores. Auctor quidā innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hęresi in rubrica, De hæreticis, credentibus, &c. nu. 14. Paulus Grillandus tract. de hęret. q. 9. nu. 1. & 2. Ludouicus Carrerius de hæret. nu. 163. & seq. Ioannes Rojas in singularibus fidei singulari 172. & alij.

Nemo dicit receptator nisi scienter receptet.

a ¶ Et tales receptatores quandoque sunt sine culpa, &c.] *Et ratio est: quoniam ignorantia eos excusat, quę in illis præsumitur, nisi probetur scientia. Petrus Godofredus in l. 4. C. de hęret. & propterea non incident in pœnas receptatorum. l. 1. C. de desertō. lib. 12. Bart. in l. 1. §. vlt. ff. de receptato. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 17. & alij. nemo enim dicitur in hac causa receptare nisi scienter. l. 1. ff. de receptato. l. 1. & 2. ff. de offic. præsid. & ideo cum suo genere receptare non sit malum, tota difficultas in hac causa posita est in probanda scientia, qua non probata, ius commune sequendum est. Bald. in l. dolum. C. de dolo.*

An receptator debeat probare ignorantiam, vel qui allegat scientiam.

An autem receptator teneatur probare ignorantiam vel accusator eius scientiam quæstio est non leuis: verius tamen est ei qui allegat scientiam, incumbere onus probandi. Accursius, Bar. & alij in l. 1. §. vlt. ff. de receptato. Ioannes Platea in l. 1. C. de desertō. lib. 12. Carrerius de hęret. nu. 170. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 18. & 19. de ignorantia vero credetur receptatori per suum iuramentum, vt præcitatis locis scribunt Carrerius & Simancas.

B *Hęc tamen sententia non procederet, quotiens hęreticus esset publice denuntiatus, & notorius: tunc enim scientia præsumeretur in receptante, non ignorantia. glossa & Bart. in l. 1. §. 1. ff. de recepta. Marsilius cons. 107. copiose Carrerius de hęret. nu. 170. vbi alios refert in hanc sententiam, quę cōmunis est, rationi consona, & amplectenda.*

Hinc cōsequitur nautas, caupones, stabularios, & similes, qui non tenentur aduentantiū mores perscrutari. l. 1. ff. de furtis aduer. naut. caup. & stabul. tunc demum teneri pœna receptatorū, cum publice dānatum aut denūtiatū hæreticum receptabunt: ita Locatus & verē i opere iudiciali verbo, receptatio, nu. 6.

C

Receptator dicit ex vno actu recipiendi.

b ¶ Quidam autem non pluries & frequenter, sed tantum semel vel bis hæreticos receperunt, &c.] *Omissa hoc loco exquisitiori verbi recipiendi, & receptandi significatione, vera sententia est in hac causa, ex vnica receptione aliquem dici hęreticorum receptatorem. Zanchinus tract. de hæret. c. 6. nu. 2. Repertorium Inquisitorū verbo, receptatores. §. sed circa hōc, Conradus Brunus lib. 1. de hęret. c. 4. in fine, & alij, estque communis sententia quidquid veteres quidā interpretes senserint: quod intellige quādo quis in agro, in domo, vel in alio loco suo receptaculum & hospitium præstat ijs, quos hereticos esse nouit, eo animo, vt iudicis manus effugiant. hi enim proprie & vere receptatores dicuntur in hac causa. Conradus Brunus lib. 1. de hęret. c. 4.*

Receptatores an de leui vel vehemēti abiurare debeant.

c ¶ Et est eis abiuratio indicenda, &c.] *Hanc autem abiurationis pœnitentiam patiuntur ob suspicionem hęresis, quam ex receptatione contraxerunt. An autem hęc abiuratio de leui tantum, vel vehementi fieri debeat, qualitas personarum recceptantium, & genus receptationis demonstrabunt; Eymericus hoc loco ex tali receptatione vehementē oriri hęresis suspicionem scribit, cuius sententia vera est pensatis illis circumstantijs, quas ipse hic breuiter commemorat.* E

Receptatorū pœnæ.

Receptatores vero hæreticorum alias pœnas patiuntur, de quibus in c. excommunicamus. §. credentes. de hęret. authen. credentes. C. de hæret. & copiose Carrerius tract de hæret. nu. 162. & multis sequent. Paulus Grillandus de hęret. q. 9. Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 14. & sequent. & alij.

Ac præter ceteras quidem pœnas receptatorum præcipuæ illæ sunt: nam postquam sunt excommunicatione notati, & in excessu huiusmodi persisten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, & hanno exponuntur, & in perpetuum relegan A
tur, & bona confiscata amittunt. Zanchinus tract.
de hæret. c. 17. num. 4. Federicus Imperator in l. Pa-
tarenorum, quæ est impressa in litteris Apostolicis,
in fine huius operis, atque ita etiam sanciuisse non
obscure videntur Innocentius IIII. & Clemens
IIII. in bulla incipiente: Ad extirpanda. *§. Qui-*
cunque autem. quam habes in bullario litterarum
Apostolicarum, in fine huius operis. In dispositione
enim eius §. receptatores. plane continentur, quam-
uis eorum expressa mentio non fiat: nam præter-
quam quod sub generalitate illorum verborum com-
prehendantur, ex eo satis euidenter videntur com-
prehensi, quia in defensores ibi pœna statuitur: qui B
vero receptat nihil aliud facit, quàm defendere &
fauere, vt etiam docuit Simancas de catho. instit. tit.
15. num. 14. quod verum est, cum præter simplicem
receptationem, & occultationem, etiam amplius vi
defendunt hæreticos, & prohibent catholicos mini-
stros, ne eos capiant.

Nunquid uero his pœnis liberentur consanguinei,
vxores, amici, fratres, patres, filij, & similes personæ
receptantes hæreticos sibi coniunctos, non est modica
controuersia, quam nunc omitto, cum Eymericus nul
lam eius mentionem faciat: de ea tamen cum eo di-
sputabo paulo post in hac 2. parte super q. 56. nu. 8.
vbi Eymericus sentire videtur huiusmodi receptа- C
tores mitius esse puniendos.

Iudei vero aut alij quilibet infideles, si apostа-
tas, aut hæreticos receptauerint, aut quomodoli-
bet defenderint, per Inquisitores puniendi sunt, si-
cut cauit dominus Gregorius Papa XIII. anno Do-
mini MDLXXXI. extrauagan. quadam inci-
pien. Antiqua Iudæorum. §. si quis. in hac verba:
Si quis Apostatas hæreticosue scienter domi suæ acceptauerit: aluerit: commeatu iuuerit: seu quo-
uis modo eis cibaria vbicunque præbuerit: aut do
na vel munera dederit: vel miserit: aut de loco ad
locum deduxerit: seu associauerit: vel deducēdos
seu associandos curauerit: aut sumptus minis̄tra-
uerit: duces comitesue illis adiunxerit: vel ne ab
eis perpetrata, deprehendi, aut inuestigari queant,
fecerit. Quique dictos Apostatas, aut hæreticos
scienter aliquo modo receptauerit, occultauerit,
defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel
fauorem quomodolibet præstiterit, *Inquisitorum*
scilicet iudicio subiacebit.

Sed quibus pœnis puniendi sint huiusmodi infide-
les contra fidem delinquentes, dictum est supra in
hac 2. parte super q. 44.

QVAESTIO LII.

De defensoribus hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Defensores hæreticorum in duplici sunt differentia.*
2 *Defendunt aliqui non errorem, sed personam.*
3 *Et hi pro modo defensionis suspecti de hæresi fiũt vehementer, aut leuiter.*

VInquagesimasecunda quæstio est: Hæreticorum defensores qui dicēdi sunt, & si hæretici dicendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quòd hæreticorum defensores sunt in du-
plici genere: quidam [a] namque sunt, qui defendũt hæreticorum errorem, & ij damnabiliores sunt il-
lis qui errant: & non solum hæretici, immo hæ-
siarchæ habendi sunt, vt patet 24. q. 3. Qui aliorũ. & de his defensoribus communiter non loquun-
tur iura, quia isti ab hæreticis non distinguuntur. & in his habet locum c. Ad abolendam. §. præsen-
ti. de hæret. lib. 5.

2 Quidam [b] alij sunt, qui non defendunt erro-
rem, sed personam errantem: vtpote illi, qui resi-
stunt viribus & potentia, ne hæretici ad manus iu-
dicis fidei veniant examinandi, vel puniendi, & si
milia: & tales sunt excommunicati, iuxta c. allega
tum, Excommunicamus 1. §. credentes.

3 Et tales hæretici non sunt, postquam errorem non defendunt. arg. de sum. trin. & fide catho. c. Damnamus. sed suspecti e de illorum hæretico-
rum erroribus sunt vehementer, vel leuiter secun
dum † defensionem, quam fecerunt: & debent [d] abiurare, iuxta c. Accusatus. frequenter alleg. de hæret. lib. 6.

† al. secun dum modũ defensionis.

His concordant Archidiaconus in c. Quicun-
que. super verbo, defensores. & Guido Fulcodius prædictus in consultationibus ad Inquisitores hæ
reticę prauitatis, q. 12. & prędictum concilium Tarraconense.

COMMENT. LXXVII.

DE materia etiam huius quæstionis videndi sunt
illi ipsi, quos paulo antea citaui initio q. 50. &
51. præterea Zanchinus tract. de hæret. cap. 4. Sima-
cas in enchyridio tit. 14. Locatus in opere iudiciali
verbo, defensores. Repertorium Inquisitorum ver-
bo, defensores. Bernardus Comensis in lucerna, ver-
bo, defensor. doctrina vero Eymerici in hac quæstio- D
ne vera & communis est.

Qui defendunt hæreticorum errores, hæretici sunt deteriores.

a ¶ Quidam namque sunt, qui defendunt hęreticorum errorem, &c.] *Idem penitus scribit Guido Fulcodius ab Eymerico hic citatus in consultatio*
nibus ad Inquisitores, q. 12. quem sequitur Archi-
diaconus in c. quicunque. de hæret. lib. 6. verbo, de-
fensores. relatus supra pag. 193. col. 2. nec de his est
difficultas; nam pari iure cum hæreticis censentur;
immo vero hæreticis sunt deteriores, cum pertinaces
videantur & hæretici manifesti, iuxta c. super qui-
busdam. de verb. signif. hi namque non modo errant, E
verum etiam offendicula errandi alijs parant, vt o-
ptime monet Conradus Brunus, lib. 1. de hæret. cap.
4. in fine. & Simancas de catho. instit. tit. 15. nu. 8.
quibus locis eadem tradunt, quæ hic Eymericus cō-
memorat.

Quibus modis quis defendat personam errantem.

b ¶ Quidam alij sunt, qui non defendunt errorem, sed personam errantem.] *Hoc autem con-*
tingere potest multis modis, quos tradunt Zanchi-
nus tract. de hæret. cap. 4. Simancas de catho. instit.
tit. 15. nu. 9. et Repertorium Inquisitorum, verbo, de-
fensores. §. 1. de quare insignis extat locus in bulla
Innocen-

Innocentij IIII. & Clemẽtis IIII. Ad extirpanda. A
§. quicunque. vbi & varia defensionis genera, & pœ
nę defensorũ luculenter traduntur his verbis: Qui-
cunque autem hęreticum vel hęreticam, captum
vel captam auferre de manibus capientium vel ca
pientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur: seu
prohibere aliquem intrare domum aliquam vel
turrem, seu locum aliquem ne capiatur, & inqui-
ratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatā per
Federicum tunc Imperatorem, publicatis bonis
omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa, à
qua prohibiti fuerint, sine spe reędificandi fundi-
tus destruatur, & bona quę ibi reperta fuerint, fiāt
capientium, ac si hęretici fuissent ibidem inuenti. B
hactenus Innocentius, quæ paulo explicatius tradit
rursus & confirmat Clemens IIII. relatus in bulla-
rio litterarum Apostolicarum. §. quicunque. in fine
huius operis.

Et sub his generalibus verbis comprehenduntur
omnes defendendi modi, qui in hac causa possunt cō
tingere: nam & cum armis et sine armis potest quis
defendere hæreticum: potest & clamoribus monen-
do illum vt fugiat: potest defendere illum in iudicio:
item extra iudicium: denique, vt vno verbo dicam,
quicunque officium Inquisitionis quacunque ratione
impediunt, hæreticorum defensores per consequen-
tiam dici possunt.

Qui se vel alium supponit pro hæretico, defensor est.

Iam vnus est casus singularis nullo modo hic prę C
tereundus, quo quis defensor hæreticorum dicitur,
cũ videlicet supponit alium hominem, vel etiam seip
sum pro illo hæretico, qui fuerat capiendus, de quo
in præfato rescripto In IIII. Ad extirpanda. §. si
quandoque. ita scriptum extat: Si quandoque ali-
qui vel aliquę nō hęretici pro captis hæreticis, ip-
sis non contradicentibus fuerint assignati, vel se
forsitan assignauerint, prædicti suppositi perpe-
tuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus
redire & assignari cogantur; & qui hunc dolum
fecerint, iuxta legem prędictam bonis omnibus
publicatis in perpetuum relegentur. *hęc ibi. Quod*
ipsum post Innocentiũ roborauit etiã Clemens IIII.
in bulla incipiente: Ad extirpanda. *§. si quando.*

Defensionis modi notandi.

c ¶ Sed suspecti de illorum hæreticorum erro-
ribus sunt vehementer vel leuiter secundum de-
fensionem quam fecerunt.] *Ita Barcinonensis, Bo-*
nonienſis & codex Cardinalis de Gambara, sed Sa
bellanus ita: Secundum modum defensionis.
Hic autem modus defensionis alius atque alius
rem dissimilem facit, & culpam nunc grauiorem:
nunc leniorem: nam grauius delinquit qui defendit
cum armis, quàm qui sine armis: grauius qui vi adi-
mit hæreticos de manibus capientium, quàm qui vo-
ce monet vt fugiant, ac sese à custodibus eripere co- E
nentur: & sic de ceteris, quæ sunt prudentissime con-
siderանda, vt gradus suspicionis notari possint, &
debitę pœnitentiæ iniũgi.

Pœnæ defendentium hæreticos.

d ¶ Et debent abiurare, &c.] *Hæc abiurationis*
pœna omnibus suspectis est communis. Sed defenso-
res hæreticorum alijs præterea pœnis plectuntur,
quas hic omisit Eymericus, de quibus Zanchinus
tract. de hæret. cap. 17. Tabiensis in sum. verbo, hæ-
reticus. §. 20. & 21. Gondissaluus tract. de hæret. q.
16, Ludouicus Carrerius de hæret. nu. 163. & seq.
Simancas de catho. iustit. tit. 15. nu. 10. & fere illi, A
quos citaui supra initio quæstionis 50. & dixi paulo
antea hac ipsa quęstione, vers. quidam alij sunt, ac
præter vetustas pœnas Federicus in l. Patarenorũ.
quam curauimus imprimendam in bullario litterа-
rum Apostolicarum in fine huius operis, quæ fuit ab
Innocẽtio IIII, et multis alijs summis Pontificibus
approbata, hęreticorum complices, hoc est, defenso-
res, receptatores, et quocunq; modo fautores bono-
rum confiscatione, & exilio punit: & ipsorum filios
infamia notat: & ab omnib. honoribus excludit, nisi
hęreticos reuelauerint: tũc enim his pœnis liberan-
tur.

Postremo Pius V. Pont. Max. rescripto quodã
incipiente: Si de protegendis. *quod est impressum*
in bullario litterarum Apostolicarum, in hæretico-
rum defensores grauissimas etiam statuit pœnas,
quas in multis casibus illic expressis incurrunt.

Iudæi præterea ac alij infideles, si prędictis, aut
alijs modis apostatas, vel hęreticos defenderint, à iu
dicibus fidei puniuntur, per extrauag. Domini Gre-
gorij Papæ XIII. incipien. Antiqua Iudæorũ. cuius
verba retulimus super quęstione proxime præceden-
ti in fine.

QVAEST. LIII.

De fautoribus hæreticorum.

SVMMARIVM.

1 *Publica auctoritate fungentes quomodo per omissionem hęreticis fauere censeantur:*
2 *Et quomodo per commissionem.*
3 *Priuatę personæ ex sola omissione non dicuntur hæreticorum fautores:*
4 *Sed commissione[c], & quę committendo.*
5 *Fautores hæreticorum excommunicationem, et alias pœnas incurrunt.*

VInquagesimatertia quæstio est: Hæ
reticorum fauores qui dicēdi sunt; & si hæretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, q̃ fauẽtes hæreticis sunt in duplici genere. Quidam [a] namque sunt, qui publica funguntur auctoritate, hoc est publicæ, personæ, vt domini temporales, eorum Balliui [b], Veguerji [c], & officia
les ceteri: & tales fauent, & fautores esse possunt hęreticorum duobus modis: quia interdũ omittẽ
do, interdum committendo: omittendo quidem ea facere circa hæreticos vel suspectos, infamatos vel credentes, receptatores, defensores, & fauto-
res, ad quę [d] ex eorum officio obligantur: cum ta- E
men ab Episcopis & Inquisitoribus, vel eorum al
tero requiruntur: vt pote, si eos non capiant: vel captos diligenter non custodiant: vel infra distri-
ctum suum ad locum, de quo eis mandabitur, nō deducant: ac executionem promptam de eis non faciant, & similia, vt patet extra de hær. lib. 6. c. Vt inquisitionis. in principio.

2 Committendo autem; vtpote, si captos huius modi absque Episcopi & Inquisitoris, vel alte-
rius ipsorum licentia, vel mandato, à carcere libe-
rent, vel processum, iudicium, vel sententiam eo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum directe vel indirecte impediant: & similia peragant, vt patet cap.alleg. Vt inquisitionis.§. prohibemus.omnes [c] isti fautores sunt, & etiam excommunicati ipso iure: in qua si per annum steterint animo pertinaci, extunc vt hæretici condenantur, vt clare patet cap.& §.alleg.

3 Quidam autem sunt, qui publica non funguntur auctoritate, sed sunt personæ priuatæ: & isti [f] non dicuntur fauere, nec fautores esse ex sola omissione: vnde si hæreticos non capiant, non dicuntur fauere, nec fautores esse: vel non custodiant, & similia, etiam si requisiti nõ faciant, quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur.

4 Dicuntur autem fauere & fautores esse commissione, vt si hæreticos seu captos pro hæresi, propria temeritate à carcere liberent: vel auxiliũ, consilium, vel fauorem ad liberandum præstent: vel liberatos talitèr associent, vt non capiantur: vel capientibus se opponunt: ac aliàs processum, iudicium, & sententiam in causa fidei directe vel indirecte impedire præsumant: vel ad impediendũ præstant consilium, auxilium, vel fauorem.

5 Omnes tales fautores sunt, & excommunicati sunt ipso iure; & duodecim [g] magnas pœnas incurrunt, vt patet extra de hæret.lib.5.cap. Excõmunicamus 1.§.credentes.& cap.alleg. Vt inquisitionis.§.prohibemus.in qua excommunicatione, si per annum steterint animo pertinaci, extũc sunt vt hæretici condemnandi, vt eo.cap.& §.alleg. Vt inquisitionis.§.prohibemus. Et nihilominus fautores sunt, & dici possunt prædicti omnes receptatores & defensores, de quibus est supra actum quæstionibus duabus proximis. Concordat [h] his Archid. super cap. Quicunque. & ver. fautores. de hæret.lib.6. Et Guido Fulcodius prædictus quæst.10.& prædictum concilium Tarraconen.

Qui sint fautores, & quot modis fauent.

Principum magna debet esse cura in pellendis hæreticis.

COMMET. LXXVIII.

DE fautoribus videndi sunt etiam illi, quos citaui in initijs superiorum quæstionum. glossa in clement.1.de pœnis, verbo, defensauerit. & amplius Repertorium inquisitorum, verbo, fautores. & Bernardus Comensis in lucerna, verbo, fautor. & verbo, defensor. & Locatus in opere iudiciali, verbo, fautores. & Zanchinus tract.de hæret. cap.5. & Bernardinus Diaz in practica crimi.cano.c.107. & alij passim.

Sunt autem fautores, vt nomen ipsum indicat, qui hæreticis fauorem præstant, & per omnia defensoribus ex quantur: nam qui hæreticis fauet, re vera eos defendit, ideoque quidquid in defensoribus statuitur, fautores comprehendit. Simancas de catho.instit.tit.15.nu.11.

Trifariam autem potest quis hæreticis fauere, omissione seu negligentia: facto seu cooperatione: demum consilio seu verbis, quæ qualia sint, optime explicat hoc loco Eymericus, & Zanchinus & Repertorium præcitatis locis.

[a] ¶ Quidam namque sunt, qui publica fungun- A
tur auctoritate, &c.] *Magistratus & principes quicunque Christiani, magnam curam & sollicitudinem adhibere debent in extirpandis pellendisq. hæreticis de suis regnis, ac dominijs, & in præstando Inquisitoribus omne consilium & fauorem ad hæreticos puniendos, & coercendos: cum enim Inquisitores hæreticæ prauitatis sint inermes, non poterunt hæreticos pellere, nisi à dominis temporalibus adiuuentur; ideoq; grauissima est culpa magistratuũ aut hæreticis fauentium, aut omittentium aduersus eos ea exercere quę sacri Canones & leges iubent.*

Horum ergo partes præcipuę in hac causa, vt omnem euitent infamiam, erunt, supprimere & extinguere suborientes hereses, & schismata: & omnia sua studia actionesque eo referre, ne sub eorum imperio hæreticorum augeatur improbitas, & catholicorum minuatur, aut perturbetur securitas & religio. quod facile consequentur, si vnà cum religiosis Episcopis & Inquisitoribus cauerint, ne cuique in republica sit liberum credere vt voluerit, aut nouas inducere de religione quæstiones, & cultus permittãt; sed ab Ecclesia catholica approbati omnino reneneãtur, vt olim iussum est in l. cunctos populos. C.de sum.trin.& fide catho.

Id quoque in primis obseruare debent catholici magistratus & principes, ne in sua consilia hæreticos admittant, exemplo Moysi, qui Numer. cap.16. Chore, Dathan, & Abyron aduersus se rebellantes expulit. cauitque iam olim concilium Tolosanum C
cap.16. quod retuli infra hac 2.parte super quæst. 57.in fine, sed de his plura Conradus Brunus lib.3. de hæret.cap.9.10.& 18. & Iacobus Simancas de catho.instit.tit.23. Quibus autẽ pœnis affici debeãt magistratus hæreticis fauentes, mox subiungam.

b ¶ Balliui.] *Balliuus vox vulgaris est apud Gallos seu Prouinciales, vt ait glos.in clemen.1.de pœnis verbo, Balliuus. qua iustitiarios seu locorum rectores significant, quorum meminit textus in cap. quoniã.in principio, & ibi Archidiaconus de immunit.eccl.lib.6. & iura passim in titulis de hæreticis.* Qui dicatur Balliui.

c ¶ Veguerii.] *Deerat hæc vox in codice Cardinalis de Gambara, in Sabellano, loco eius,* Vicarii *legebatur, sed Barcinonensis & Bononiensis optime habebant,* Veguerii. *quę vox Catalanorum est propria, qua significant magistratus quosdam in singulis ciuitatibus, gubernatoribus inferiores, quibus videtur similes antiqui prętores. hos* Veguerios *concilium Tarraconense relatum supra pag.220.* Iustitiarios *vocat.* Qui dicatur Veguerii.

d ¶ Ad quæ ex eorum officio obligantur.] *Quæ autem sint ea, ad quæ magistratus obligantur ex eorum officio, mox subiungit Eymericus, videlicet: ad requisitionem Inquisitorum hæreticos capere: captos custodire: ad locum destinatum deferre: damnatos sibi relictos punire: quę omnia continentur in c. vt inquisitionis.de hæret.lib.6. sed plenius in rescripto Innocentij IIII.& Clementis IIII. incipiente:* Ad extirpanda. *relato in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. quod est omnino videndum, vt hic locus intelligatur.* Ad quæ obligentur magistratus i causa hæresis.

e ¶ Omnes isti fautores sunt, & etiam excommunicati ipso iure, & c.] *Præter has pœnas alias etiam sentiunt domini temporales, si hæreticis fauisse, aut in terris suis morari passos fuisse aut dissimulasse conuincantur; quas præscripsit iam olim concilium Tolosanum cap.3.& 4.in hęc verba:* Magistratus hæreticis fauentes quibus pœnis plectantur.

Statuimus etiam, vt quicunque in terra sua de cetero permittet scienter morari hæreticũ, siue propter pecuniam, siue propter aliã quamcunq; causam, & fuerit inde confessus, aut cõuictus, amittat in perpetuum terrã suam, & corpus suũ sit in manu Domini ad faciendum inde quod debebit. A

Cap.4. Si autẽ de scientia conuictus nõ fuerit, & probata non fuerit negligẽtia dissoluta, vel frequẽter in terra sua inueniantur hæretici, vel super hoc sit diffamatus, pœnis legitimis puniatur. *hęc ibi.*

Eodem spectat rescriptum Pauli Papæ IIII. incipiẽs. Cum ex Apostolatus officio. *per quod graues, sed iustissimas tamen pœnas tulit contra dominos ecclesiasticos & temporales, qui in aliquã hæresim inciderint, seu schisma incurrerint, aut excitauerint. cum.n.hi alios docere, & illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debeant: præuaricando grauius ceteris peccãt: cum non solũ seipsos perdant, uerum etiã alios innumerabiles populos suæ curæ & regimini creditos, seu aliàs subditos, secum in perditionem, & puteum interitus trahant.*

Qua vero pœna sint afficiendi minores magistratus, qui in singulis locis præsident, si negligentes inueniantur in capiendis hæreticis, tradit idẽ concilium Tolosanũ c.6.in hac uerba: Balliuus vero, qui semper est residens, in loco cõtra quẽ præsumitur, nisi contra hæreticos valde sollicitus inueniatur & diligens, bona sua amittat, & de cetero nec ibi nec alibi constituatur Bailliuus. *hactenus concilium.* B

Quid obseruandum in puniẽdis magistratib⁹ de linquentibus circa fidem.

Ac in puniendis quidem magistratibus aut in fide, aut circa fidem delinquentibus, duo potissimum censeo obseruanda. Primum, vt grauissime puniantur, sicut iubent canonicæ sanctiones, quarum meminimus: quia hi auctoritate sua magis nocere possunt, quàm priuati delinquentes: nam, ut optime scripsit Fabius declamatio.3. Pernicioſissimus est malæ rei maximus quisque auctor. tradit copiose Tiraquellus tract. de pœnis temper. aut remitten. causa 51. num.97. Alterum est, ut priuati Inquisitores non sint faciles ad eos puniendos: quoniam fortasſis ob impotentiam propriam irritus esset eorum conatus, & ob potentiam magistratuum facile posset tumultus in populo excitari; ergo tutius est maiores Inquisitores, aut summum Pontificem consulere, ut alibi copioſius scripſimus. C

Magistratus ex sola omissione dicuntur fautores.

f ¶ Et isti non dicuntur fauere, nec fautores esse ex sola omissione, &c.] *Dissimilis ergo hominum conditio, diuersam causam constituit, & propterea magistratus sola omissione dicuntur fautores, quia non caret scrupulo occultæ societatis, qui manifesto facinori desinit obuiare: & qui crimina, quę potest emendare nõ corrigit, ipse committit. cap.qui potest. 23.q.3.cap.qui vitijs. 23.q.8. cap. ita corporis. 11. q.3. cap. negligere. 2.q.7. cap error. dist.83. cum similibus. & quantum scelus committãt magistratus negligentes punire hereticos, aut per dolum eis aliter fauentes, pulchre docet Petrus Godofredus in l. quicunque. C.de hæret. circa finem.* D

Priuati ex sola omissione quãdo dicantur fautores.

Priuati autem homines generaliter, propterea ex omissione non censentur hæreticorum fautores, quia non incumbit eis ex officio hæreticos capere, aut extirpare. ceterum hoc declaratione indiget, maxime propter sequentia Eymerici verba, nempe: Etiam si requisiti non faciant, quia non tenentur ad hoc, vel non tenebantur. A

Ergo priuati homines fautores hereticorum erũt, si cum eis incumberet ex officio eos indicare, vel comprehendere, hoc omiserint: tales sunt crucesignati, quos in Hispania familiares vocamus. Turrecremata in sum.de eccl.lib.4.par.2.cap.21. Repertorium inquisito. verbo, fautores. §.1. Simancas de catho. instit.tit.15.nu.13. & alij communiter.

Rursus si à magistratibus aliquid fuerit priuatis iniunctum aduersus hæreticos: Vt si, verbi gratia, eos requirant ad præstandum auxilium ad hæreticos capiendos, & sine causa, nõ impediti nolint eos adiuuare, fautores erunt. ita præcitati, & Conradus Brunus lib.1.de hæret.cap.4. quorum sententia vera est & communis. B

Postremo tam magistratum gerentes, quàm priuati, fautores hæreticorum dici possent ex omissione denuntiandi eos, cum omnes, hæreticos etiam occultos denuntiare episcopis seu Inquisitoribus, ac si necesse quoque fuerit, accusare teneantur. vterq; Thomas 2.2.q.68.art.1. Alexander Ales 3.par.q.42. Sotus lib.5.de iust. & iu.q.5.art.1. Cardinalis in c. si peccauerit.2.q.1.num.29. Conradus Brunus lib.1. de hæret.cap.7. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul.5. idem tractat. de hæret. par.2. assertione 3. Alfonsus Castrus lib.2.de iusta hæret. punitio. cap. 25. Simancas de catho. instit. tit.19. num.10. & seq. & alij. C

Tenentur autem omnes ad hæreticos reuelandos & denuntiandos sub pœna excommunicationis, vt late docuimus, super cap. qui alios. de hæret. relato supra in hac 2.par.pag.87.

Quando ex omissione de nũtiandi hæreticos nõ dicatur quis fautor.

At non videtur à ratione absonum quandoque vel metu, vel oblitione, uel alia probabili causa contingere posse, ut quis absque fautoriæ suspicione denuntiationem omittat: nam quid si, uerbi gratia, sola uxor sciat maritum diebus prohibitis uesci carnibus, aut alia hæreticalia committere, eumque cognoscat terribilem, qui facile eam aut interimeret, aut male tractaret, si denuntiaretur; dices ne hanc esse fautricem? ego plane ratione metus putarem excusandam. in ceteris idem est iudicium, plurimũque sunt singulę circumstantiæ ponderandæ. Non hęc dicimus ut hæreticis, quos odio habemus, faueamus, sed ut moneamus ex omissione denuntiationis hæreticorum non debere quemquam facile suspectũ haberi, uel hæreticorum fautorem censeri, nec Theologi, quos paulo antea nominaui, uidẽtur ab hac sẽtentia alieni. D

Quibus modis dicantur hæreticorum fautores, & quales fautoriæ gradus.

Iam si nosse cupis modos singulares quibus fautores hereticorum dici possunt, legito prę ceteris Turrecrematam lib.4.de Ecclesia, par.2.cap.21. ubi septem fautoriæ modos enumerat, quibus adiunge alios duos, quos retuli infra par.3. super q.113. sed nullus expressit luculentius quidquid ad cognoscendos singulos fautorum & fautoriæ gradus & modos attinet quàm concilium Narbonense cap.14.15.& 16. cuius doctrina, quoniam huic quæstioni magnam lucem affert, nullo modo fuit omittenda, habet autem ita: Plane inter fautores accipimus tam eos qui hæreticorum seu credentium extirpationem seu correctionem impediunt, quàm eos qui non E

Cap.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dant ad id operam, quam non possunt sine cul- A
pa omittere manifesta: ex diligenti tamen circun-
stantiarum consideratione, plus minusue contin-
git culpæ in talibus reperire: nam multum fauet
hæreticis siue credentibus, qui eos celat, cum pos-
sit & debeat indicare: plus qui eos occultando, seu
aliter ipsorum examinationem, vel incarceratio-
nem, vel punitionem malitiose nititur impedire;
plurimũ qui captos, vel incarceratos relaxat, præ-
ter Ecclesiæ voluntatem: seu cuius consilio, vel au
xilio, mandato, vel cura talia perpetrantur.

Cap. 15. Cuius criminis reus incomparabiliter est habe
dus ille, qui temporalem habẽs iurisdictionẽ præ-
fatos pestiferos hæreticos, seu rebelles ab Ecclesia B
denotatos persequi, & de sua terra uel prouincia
exterminare postponit, vel in eos animaduertere
sine mora: quippe nec caret scrupulo societatis
iniquę, qui tanto facinori sibi per denuntiationem
Ecclesię: seu aliter legitime manifesto, cũ teneatur, & posit, desinit obuiare: præsertim si ad hoc
faciendum, ẽt iuramento proprio se adstrinxit.

Cap. 16. Sed nec illi sunt immunes à crimine, qui, cum
se illis offert opportunitas loci & temporis, ac fa-
cultas hæreticos seu prænominatos rebelles capere,
capientesue iuuare nequiter prętermittunt: ma-
xime si de hoc fuerint à capiẽtibus, seu capere vo- C
lentibus requisiti. Et quoniam plures, & quasi in-
uestigabiles sunt modi nocendi, quibus hæretici,
eorumque credentes, atque fautores nituntur vi-
neam Domini Sabaoth demoliri, & eis est tã pru-
denter, q̃ viriliter occurrendum, curet vestra de-
uotio secundum datam à Domino gratiam, mala
illorum agnoscere, & salutarem apponere medici
nam, suppleatque discretio, quod scripto non pos
set facile comprehendi. *hactenus concilium.*

g ¶ Et duodecim magnas pœnas incurrunt.] *Has pœnas enumerat Hostien. in cap. excommunicamus 1. §. credentes nu. 3. relatus ab Eymerico supra in hac 2. parte quas etiam explicat Eymericus 3. p. d. q. 113. vsque ad q. 123. quibus locis plurima addimus huc spectantia.*

h ¶ Concordat his Archidiaconus, & c.] *Hæc usq; in finem huius q̃nis deerant in Barcinonensi impresso, quæ suppleuimus ex tribus manuscriptis.*

Quot & quibus indiciis cognoscãtur hęreticorum fautores. *Iam vt nihil desideretur eorum quę vtilia sunt ad cognoscendam perfecte hanc fautorum tractationẽ, libet hic addere quibus indicijs & signis potissimum cognoscantur, ergo in summa illa fratris Iuoneti, cuius fragmentum extat in sæpe citato codice membraneo bibliothecę Vaticanę, titulus extat,* Quomodo deprehendantur fautores hæreticorum. *quo loco quinque enumerat indicia in hæc verba:* Facile possunt deprehendi hæreticorum fautores, & hoc per quinque indicia satis probabilia.

Vnum: Quicunque clam visitant eos dum captiui tenentur, & susurrant cum eis, & victualia ministrant eis, suspecti sunt, q̃ eorum sint discipuli & fautores.

Secundum est: Qui valde lamentantur de eorũ deprehensione vel morte, videntur eorum amici spirituales fuisse dum viuerent. esse autem hæretico diu familiarem, & eius ignorare secreta, vix est credibile.

Tertium est: Quicunque causantur, q̃ iniuste sunt condemnati postquam aperte conuicti fuerint, uel etiam confessi de hæresi, apparet q̃ eorũ sectam approbant, & Ecclesiam reputent errare, quando eos damnat.

Quartum: Quicunque amarum vultum habẽt ad illos qui persequuntur hæreticos, vel prędicant contra hæresim efficaciter, sicut potest tum in oculis & naso, & aspectu talium notare, qui velit aduertere ista, q̃ non possunt rectis oculis aspicere, suspectum est valde q̃ odio habent illos, contra quos cor eorum ita amarescit, (quod etiã in vultu apparet) & diligunt illos de quorum exterminio tantum dolent.

Quintum est: Si aliqui furtiue inueniũtur ossa hæreticorũ combustorum nocte colligere quasi reliquias, dubium non est quin eos pro sanctis venerentur, quorum ossa pro sanctuario recondunt, & esse hæreticos, sicut illos. nullus. n. habet hæreticum pro sancto, nisi qui eius sectã credit esse sanctam, & talis hæreticus est sicut ille.

Hęc indicia vehementem faciunt præsumptionem contra illum de hæresi, etsi non plenam probationem ad condemnationem, nisi & alia concurrant argumenta, ex quibus liquido constaret, prædicta eos in fauorem hæresis fecisse. *hactenus Iuonetus. quæ quamuis incondito & insuaui stylo sint dicta, non tamen propterea sunt aspernanda: nã quod bonum est, non ex uerbis, quibus dicitur, sed ex natura sua, quocunque modo dicatur, pensandum est.*

QVAEST. LIIII.

De Impeditoribus officij inquisitionis.

SVMMARIVM.

D 1 *Impedire directe officium sanctæ Inquisitionis, qui nam dicantur.*
2 *Impedientes directe sanctum officium excommunicati quidem sunt, sed non ex hoc hæretici.*
3 *Quo pacto indirecte impediatur sanctum officium.*
4 *Explicatio cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6.*
5 *Contra omnes impeditores prefatos procedi potest tanquam contra fautores hęreticorum.*

E Vinquagesima quarta quęstio est: Impeditores officij Inquisitionis hę reticę prauitatis, qui sunt; & si hæretici dicendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quòd huiusmodi impeditores sunt in duplici genere: Quidam [a] nanque sunt, qui impediunt directe: vtpote, qui captos pro hæresis crimine à carcere propria temeritate liberant: uel processus Inquisitionis lacerant: testes in causa fidei pro eo quia testificati sunt, vulnerant: vel si dominus temporalis statuat, quòd nullus nisi

nisi ipse de hoc crimine cognoscat: & quod nul- A
lus nisi sibi de hoc crimine accusari possit: nec te
stificari, nisi coram eo, & similia: Isti impediunt
directe iuxta notata per Ioan. And. in ca. Statutũ.
super verbo, directe. de hæret. lib. 6. Et qui proces
sum, iudicium, vel sententiam in causa fidei dire-
cte impediunt: vel qui ad hæc agenda præstiterũt
consilium, auxilium, uel fauorem.

2 Et tales [b] licet sint multum culpabiles, non ta
men sunt ex hoc hęretici iudicandi: nisi aliter ap-
pareat, quòd haberent errorem in mente, & perti
naciam in voluntate. Sunt tamen ipso iure excom
municationis mucrone percussi, iuxta cap. Vt in- B
quisitionis. §. prohibemus. de hæret. in 6. sic q̃ si
in illa excõicatione stant per annum animo perti-
naci, extunc sunt vt hęretici condemnandi, vt pa-
tet cap. & §. alleg.

3 Quidam vero sunt, qui impediunt indirecte: C
vtpote, qui statuunt, q̃ nullus portet arma, nisi de
familia domini temporalis: nam consequenter q̃
sunt de familia Inquisitoris non possunt portare;
quod est indirecte impedire: Vel quòd nullus pos
sit capere aliquem, vel capi facere, nisi dominus
temporalis: nam consequenter qui sunt de fami-
lia Inquisitoris non possunt capere, & similia, iux
ta notata per Ioan. And. in cap. Statutum. super
uerbo, indirecte. & tales sunt minus culpabiles q̃
primi: nec sunt hæretici, sed sunt excommunicati,
iuxta allega. cap. Vt Inquisitionis. & etiam præ-
stantes ad hoc consilium, auxilium, vel fauorem.
Quòd si steterint in illa excommunicatione per
annum animo pertinaci, extunc sunt uelut hæreti
ci condemnandi per alleg. cap. Vt inquisitionis. in
§. prohibemus.

4 Quod est sic intelligendum, ut dictum est su D
pra q. 47. q̃ sicut hæretici si uelint redire, recipiũ
tur ad misericordiam errore primitus abiurato:
aliàs vt impænitentes traduntur curię sæculari, vt
patet per c. Ad abolendam. §. præsenti. sic tales [c],
qui vt impeditores fuerunt excommunicati, &
steterunt ut annum in illa excõmunicatione ani
mo pertinaci, si uolunt redire, abiurant impedimẽ
tum & fautoriam, & ad misericordiam admittun
tur: aliàs ut impœnitentes hęretici traduntur bra-
chio sæculari.

5 Et ubi [d] non stent per annũ, nihilominus con
tra omnes impeditores huiusmodi potest procedi, ut contra fautores hæreticorum, iuxta priuile-
gium domini Vrbani IIII. & Clemen. IIII. Alexandri, & aliorum summorum Pontificum ad In
quisitores hæreticæ prauitatis generaliter, quod in
cipit: Prę cunctis. in quo sic habetur: Ceterum si
forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunq; con
ditionis, huic negotio uobis commisso, se op-
ponere, seu illud præsumpserint aliquatenus im-
pedire, ut non possit procedi libere in eodem, im
mo nisi requisiti, illud fouerint, & iuxta officiũ
& posse suum singuli iuuerint studiose: contra [e] eos, tanquam contra hæreticorum fauto-
res & defensores, secundum sanctiones canoni-
cas, freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

COMMENT. LXXIX.

Quoniam qui impediunt sacrum Inquisitionis officium proxime accedunt ad fautores hęreticorum: ideo post disputationem de fautoribus, ad impeditores accedit auctor. & quemadmodum hęreticorum complices memorati, iurisdictioni Inquisitorum subijciuntur; ita quoque impeditores.

Decuit autem hanc potestatem Inquisitoribus tribuere aduersus impedientes officium Inquisitionis: nam nisi iudices fidei ab omni impedimento liberi essent, nõ possent commode hæreticam prauitatem extirpare. Quamobrem summi Romani Pontifices hęc intuentes, fauore fidei sacrum Inquisitionis officium ab omnibus impedimentis liberum constituerunt, vt longa oratione ostẽdit Camillus Campegius apud Zãchinum cap. 31. Inquisitores ꝓcedere pos sunt contra impeditores officii.

Ac de materia huius quęstionis copiose agit Zanchinus & Campegius præcitato loco. Repertorium inquisitorum verbo, impediens. & verbo, directe. Locatus in opere iudiciali uerbo, impedientes. nonnulla Turrecremata in sum de Ecclesia lib. 4. p. 2. c. 21. Simancas de catho instit. tit. 15. nu. 10. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor, §. 28. n. 29. Bernardus in Lucerna Inquisitorum, uerbo impedientes. §. 1. & aliquot seq. & alij, qui aut nulla, aut paucissima tradũt præter Eymericum hoc loco.

a ¶ Quidam namque sunt qui impediunt dire- C
cte.] *Directe quis agere & impedire dicitur, cum nõ circuitu uel per aliud medium, sed principaliter in id incumbit, ne fiat. Indirecte contra. quis gerit ac impedit in hac causa, qui insinuatione vtitur, aut alio medio nititur id ipsum euertere, unde in consequentiam oriatur impedimentum officij sanctæ Inquisitionis exẽpla quibus hic utitur Eymericus, idonea sũt in hac causa. eadem recenset glossa in ca. statutum 1. de hæret. lib. 6. verbo, directe. & verbo, indirecte quam citat hic Eymericus.* Quid directe impedire, & quid indirecte.

His autem modis impediendi directe & indirecte diligenter hic ab Eymerico explicatis, adde quòd solis minis & terroribus dicitur ẽt quis impedire officium. & iurisdictionem Inquisitionis. argument. c. 1. in principio extra de offic. deleg. & tradit Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum uerbo, impedientes §. 2.

b ¶ Et tales licet sint multum culpabiles, non tamen sunt hæretici iudicandi.] *Contrahunt tamen hęresis suspicionem ex impedimento, quod interposuerunt. Qualis autem sit hæc suspicio, ex qualitate personarum & impediendi modo pensanda erit. Eymericus vehementem suspicionem oriri putat infra hac p. 2. q. 56. nu. 2. vers. secundus casus est. de quo quid sentiam, dicam ibi.*

c ¶ Sic tales qui ut impeditores fuerunt excom municati, &c. si uolunt redire, abiurant impedimentum & fautoriam.] *Ex his verbis dirimitur quæstio illa anceps & sub difficilis, quam nobis proposuit Petrus Dusina sanctæ Romanæ generalis Inquisitionis assessor, vir iuris peritia clarus, & in causis fidei tractandis prudentissimus: An videlicet aliquo casu sustineri possit abiuratio generalis, non expressis particularibus erroribus & hæresibus: nam qui generaliter alicui fauendo,* Abiuratio omnis hæresis i genere quã doq; fieri potest, nulla hæresi in specie expressa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut etiam nulli fauendo, officium inquisitionis impedit, in nullam specificam & particularem hæresim videtur consentire, & propterea nullam in specie potest abiurare. sed in genere dicet, se detestari omnem hæresim, cuius suspicionem impediendo inquisitionis officium contraxit. Atque hæc est expressa Eymerici sententia hoc loco, & Repertorij Inquisitorum verbo. fautores. §. an impedientes.

In hac tamen difficultate, quę cõtemnenda nõ est, cum frequenter accidere possit. hoc amplius censeo obseruandum, ut inquiratur à reo qui impediuit officiũ Inquisitionis, uel alicui fauit adhibitis etiam tormentis, si ita causa eius & conditio postulauerit: An cum eo habeat familiaritatem, & cur ei faueat: nam si auxilium exhibitum in fauorem personę potius q̃ erroris tendere uideatur, sufficiet generalis abiuratio fautoriæ uel impedimenti, eo modo quo dictũ est: quòd si secus res habuerit; & aliqua alia concurrãt, ex quibus oriatur suspicio, eum qui exhibet fauorẽ, eosdem illos errores habere, quos profitetur ille, cui fauet; tunc preter generalem impedimenti & fautoriæ abiurationem cogendus videtur ad particulares errores abiurandos. Quem autem effectum operetur generalis hæc abiuratio fautoriæ uel impedimenti, dicam cum Eymerico infra hac parte 2. quæst. vlt. num. 7.

Ob quas rationes inquisitores possunt in impeditores animaduertere.

d ¶ Et ubi non stent per annum, nihilominus contra omnes impeditores huiusmodi potest procedi, &c.] Nec desunt rationes, quibus hæc doctrina, quę uera est & communis probari possit. Primũ, quia impedientes officium suspicionem hæresis et fautoriæ contrahunt. Rursus, quoniam si non possent Inquisitores punire impeditores sancti officij, nõ possent commode suum officium exercere. Ad hæc, quia ex quo mandata est Inquisitoribus iurisdictio, videtur quoque demandata coercitio. Præterea quia iudex omnia potest, quæ ad suam iurisdictionem exercendam pertinent, & sine quibus causa expediri nõ potest. cap. præterea cap. significasti. & cap. prudentiam. §. vlt. de offic. deleg. & glos. in cap. 1. verbo, impedire. de offic. deleg. Postremo, quoniam iudex potest punire excessus commissos contra suum officium. Zanchinus tract. de hæret. cap. 31. Repertorium Inquisitorum verbo, impediens. §. sed nunc quæritur.

c ¶ Contra eos tanquam contra hęreticorum fautores, & defensores, &c.] Inquisitores ergo punire possunt impedientes suum officium, postquam in eos procedere possunt, ut fusius docuit idem Eymericus. 3. p. q. 36. vbi addidi nonnulla in hanc sententiã.

De pœna impedientium Inquisitoris, officium.

At dubium est, quibus pœnis possint eos coercere; & Zanchinus tract. de hæret. cap. 31. nu. 7. et Repertorium Inquisit. verbo, impediens. §. nota quòd ista pœna. pœnam hanc arbitrio Inquisitorum imponendam esse voluerunt pensatis delicti & personarum qualitatibus, cum iure nihil cautum inueniatur. argumẽto l. 1. §. expilatores. ff. de effracto. cum notatis in cap. de causis. extra de officio delegati. in quam ẽt sententiam consentit Simancas de catho. instit. tit. 15. num. 10.

Ceterum hodie per Pium V. rescripto incipiente: Si de protegendis, impresso in Bullario litterarum Apostol. in fine huius operis, grauissimæ pœnæ decernũtur contra id genus impeditorum, qui fecerint aliqua ex ijs, quę illic exprimuntur. Iulij quoque III, extat rescriptum incipiens: Licet à diuersis. contra iudices sæculares in cognoscendo de crimine hæresis se ingerentes, quod est impressum in eodem Bullario,

QVAESTIO LV.

De suspectis de hæresi.

SVMMARIVM.

1 Suspicio de hæresi triplex, leuis, uehemens, maxima.
2 Leuis suspicio cur sic appellata.
3 Leuis suspicionis exempla.
4 Magna & uehemens suspicio quæ dicatur, & quare.
5 Suspicionis uehementis exempla.
6 Maxima & uiolenta suspicio, quæ sit.
7 Violentę suspicionis exemplum.
8 Suspectorum de hæresi triplex genus, & qui dicantur leuiter suspecti.
9 Leuiter suspecto iniungi potest purgatio canonica.
10 Vel iniungi abiuratio de leui
11 Suspecti uehementer qui dicantur.
12 Uehementer suspecto iniungẽda est abiuratio de uehementi, & ut hæresim omnem generatim abiuret.
13 Quid faciendum si post abiurationem relabatur.
14 Casus in quibus iudicatur relapsus quisquis post abiurationem de uehementi,
15 Quid agendum si uehementer suspectus de hæresi recuset abiurare.
16 Violenter suspecti habentur ut hæretici, & quinam tales reputentur.

D Vinquagesimaquinta quęstio est: Suspecti de hæresi quot modis, & quibus dicendi sunt; & si in casu hæretici habendi sunt?

1 Ad hanc [a] respondemus, q̃ in iure triplex suspicio de hæresi reperitur, prima est modica: secunda magna; tertia maxima.

2 Prima est [b] modica, quæ in iure vocatur suspicio leuis, ista habetur extra de hæret. lib. 6. cap. Accusatus, in prin. vbi dicitur sic: Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in hæresim relapsorum pœna puniri.

Et hęc suspicio dicitur modica siue leuis, tum E quia modica & leui defensione tollitur: tum quia ex modicis & leuibus oritur coniecturis: vnde dicitur modica à modicis indiciis: & dicitur leuis à leuibus coniecturis:

3 Vtpote, si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes: vel uita ac moribus à communi conuersatione fidelium deuiantes, vt patet extra de hæreticis, lib. 5. cap. Excommunicamus 1. in fine. & similia exercentes: tales namque leuiter de hęresi habentur suspecti: talia enim hæretici frequenter facere comprobantur. De huiusmodi leui suspicione de hæresi

resi habetur C. de hæret. l. 2. in fine. vbi dicitur sic: A Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus debent succumbere, qui vel leui argumento à iudicio catholicę religionis, & tramite detecti fuerint deuiare. Et huic sententię concordat Hostien. in summa. tit. de præsumptionibus. §. finali. vbi dicit sic: Et notandum, quòd quamuis hęretici leui argumento deteganturi: scilicet, ad hoc quòd suspecti habeantur, vt patet C. de hæret. l. 2. non tamen debent, &c.

4 Secunda e suspicio est magna, quæ in iure vocatur vehemens siue fortis; ita habetur extra de hæret. lib. 6. in prin. c. Accusatus. vbi sic habetur: Accusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna, & vehemens suspicio orta erat, &c. Ibi enim hæc coniunctio, et, non tenetur copulatiue, sed expositiue: Vt notat Ioan. And. ibidem. Vehemens autem idem est quod fortis, vt dicit Archidiaconus super alleg. cap. Accusatus. in verbo, vehemens. dicit enim ita: Dicunt Papias, & Hugutio quòd vehemens idem est quod fortis, siue grandis. Idem Greg. I. moralium super illo verbo Iob. 1. cap. Ventus vehemens irruit à regione deserti. Et glos. super illo verbo Actuũ 2. Factus est repente de cęlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis: dicit, Hoc est ventus fortis. Et in libro Catholicon appellato, qui est de dictionibus, & earum significationibus, dicitur ita: Vehemens dicitur fortis; vnde dicimus aliquem vehementem habere causam, cum habet fortem. hæc ibi. Ergo suspicio magna, dicitur vehemens siue fortis. Et hæc suspicio dicitur magna, vehemens, siue fortis, tum quia non nisi magnis, vehementibus & fortibus defensationibus repellitur: tum quia ex magnis, vehementibus ac fortibus oritur coniecturis, argumentis, & indicijs:

5 Vtpote, si aliqui comperiantur, qui eos, quos sciunt hęreticos fore, occultent: fauorẽ impendãt: associent: visitent: munera offerant: recipiant: defensent, & similia exercentes: tales nanque vehementer de hæresi sunt suspecti, ut patet per alleg. cap. Accusatus. §. illæ uero. & per notata ibidem per Archidiaconum, cum non sit dubium eos facere talia in fauorem hæreticę prauitatis.

6 Tertia [d] suspicio, hoc est maxima, in iure uocatur uiolenta, ut patet extra de hæret. lib. 6. cap. Cum contumacia. & cap. Accusatus, & per notata per Archidiaco. & Ioan. And. super c. Accusatus. super uerbo, uehemens. ubi sic dicunt: dicit uehemens, non tamen uiolenta. supra de præsumptionibus, cap. Litteras. De hac suspicione loquitur canon dist. 34. Quorundam. Et hæc præsumptio, seu suspicio dicitur uiolenta: tum quia uiolentat, cogit, & arctat iudicem ad credendum; nec [e] tergiuersatione † refellitur qualicunque: tũ quia ex uiolentis conuincentibus, atque coercentibus oritur coniecturis.

† al. defensatione repellitur.

7 Vtpote, si aliqui reperiantur, qui hæreticos adorauerint: seu eis reuerẽtiam suo more exhibuerint: consolationem uel communionem ab eis receperint: uel similia, quæ ad ritũ eorum pertinent, perpetrauerint: tales namque uiolenta suspicione de hæresi & hæreticorum credentia sunt conuicti per c. Filij. & per c. Accusatus. extra de hæret. lib. 6. & per notata per Archidiaconum super c. Quicunque hęreticos. in uerbo, credẽtes. extra de hæret. lib. 6. cum non sit dubium eos talia facere in credentiam hæreticę prauitatis.

8 Secundum hanc distinctionem dicendum, q̃ suspecti de hæresi sunt in triplici genere: nã quidam de hæresi sunt suspecti leuiter: quidam uehementer: quidam uiolenter. Leuiter sunt suspecti, qui talia leuia & modica peragunt, q̃ ex eis oritur leuis & modica suspicio contra eos de aliqua hæresi uel errore.

9 Et ubi [f] quis sic inuenitur de hæresi leuiter suspectus, nullatenus est hæreticus, nec habendus: sed debet sibi indici canonica purgatio, uel iniungi tanquam pro leui abiuratio: Quòd purgatio possit sibi indici, habetur extra de hæret. lib. 5. c. Excõmunicamus 1. in principio, ubi dicitur sic: Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles (suspicione probabili, hoc est leui, & quæ leuiter apparet, dicit Hostien. Jnisi iuxta consideration nem suspicionis, qualitatemque personæ, propriã innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur: & usque ad satisfactionem congruam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicationem perstiterint, extunc uelut hæretici condemnentur, hæc ibi. Et indicta sibi purgatione canonica, siue consentiat, siue non: siue deficiat, siue non; est per omnia iudicandum sicut de diffamato de hæresi, cui est purgatio canonica indicenda.

Pro leui suspicione indicitur purgatio.

10 Quòd autem abiuratio possit tali indici tanquam leuiter suspecto de hęresi, patet per c. Accusatus. in princ. ubi dicitur sic: Accusatus de hæresi vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & uehemens suspicio orta erat, si hęresim in iudicio abiurauit, & postea committit in ipsa, cẽseri debet quadam iurisfictione relapsus, licęt ante abiurationem suam hęresis crimen probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet in hęresim relapsorum pœna puniri. hæc ibi.

11 Quidam autem sunt suspecti uehementer: & sunt illi, qui talia uehementia et fortia peragunt, quòd ex eis oritur uehemens et magna suspicio contra eos de aliqua hæresi uel errore. Et ubi quis sic inuenitur de hæresi uehementer suspectus, nullatenus est hęreticus, nec potest ut hęreticus condemnari. Nullus [g] enim pro suspicione etiam uehementi est de tanto crimine condemnandus; vt expresse habetur extra de præsumpt. c. Litteras. §. quo circa. vbi dicitur sic: Mandamus quatenus, cũ propter solam suspicionem, quamuis uehementem, nolumus illum de tam graui crimine condemnari, &c.

Vehementer de hæresi suspecto iniungitur vt omnem hęresim generaliter abiuret.

12 Quid ergo fiet suspecto de hęresi uehemẽter? debet sibi mandari, quòd abiuret generaliter omnem hęresim, & specialiter eam, in quam commisit, tanquam uehementer suspectus, per cap. alleg. Accusatus. in principio, vt est dictum, & per cap.

Inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inter sollicitudines.extra de purg. cano. & per c. Litteras.extra de præsump.

13 Quòd si postmodum relabatur, vel in pristinâ, vel in aliam: vel eos, quos scit hæreticos associet: visitet: vel deducat: ac dona vel munera eis donet: vel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, etiam sine adoratione, ad modum scilicet, quo sancti uiri ab omnibus reuerentur & honorantur; relapsorum pœnam non euadat per alleg. cap. Accusatus. ubi dicitur sic: Eum uero qui in una hæresis specie uel secta cõmisit: aut in uno fidei articulo, seu Ecclesiæ sacramento errauit, & postmodum hæresim simpliciter, uel generaliter abiurauit: si extunc in aliam etiam hæresis speciẽ, siue sectam, aut alio articulo seu sacramento committat; uolumus ut relapsum in hæresim iudicari. Ille quoque, de cuius lapsu in hæresim ante abiurationem constiterat, uel nunc constat: si post illam hæreticos receptet: deducat: uisitet: siue associet: aut dona uel munera eis donet: uel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit, etiam sine adoratione (ut uerbis uestris utamur) merito debet iudicari relapsus: cum illum ex approbati à se prius erroris consequentia non sit dubium id fecisse. hæc ibi.

Relat. supra fol. 103.

14 Ex quibus uerbis apparet, quòd in tribus casibus in genere suspectus uehementer de hæresi, postquam abiurauerit, pœna plectitur relapsorũ. Primus quando relabitur in eandem & pristinam hæresim, de qua suspectus habitus fuerat uehemẽter. Secundus quando hæresim generaliter uel simpliciter abiurauit, & relabitur in aliam hæresim: esto quòd de ea antea nũquam suspectus habitus fuerit, nec delatus. Tertius quando hæreticos receptat: & eos deducit: & fauorem impendit: Et hic casus complectitur multos casus, & habet multos similes †, vt patet in alleg. §. eum vero. in c. Accusatus. frequentius repetito.

† al. sinus

15 Sed quid agetur, si aliquis suspectus de hæresi uehementer ad mandatum sui iudicis nõ consenserit continuo abiurare? nunquid tradetur sæcularis arbitrio Potestatis animaduersione debita puniendus, per c. Ad abolendam. §. præsenti vero? Respondetur quòd nequaquam, quia illud cap. & §. eius, expresse loquuntur non in suspectis, sed in deprehensis manifeste in hæresim, & conuictis, nam dicit sic: Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicunque manifeste fuerit in hæresi deprehensus, &c. Et rigorosius contra deprehẽsos manifeste, quàm contra suspectos tantummodo est agendum. Procedetur ergo contra talem præstatum per c. Excommunicamus. & per §. qui vero sola suspicione, & c. superius insertum, & excommunicabitur: in qua excommunicatione si per annum steterit, est vt hæreticus condemnandus per cap. alleg.

16 Quidam autem sunt suspecti violẽter: & sunt illi, qui talia violenta peragunt, quòd ex illis oritur violenta suspicio contra eos de aliqua hæresi vel errore: & vbi sic quis inuenitur de hæresi violenter suspectus, pro conuicto de hæresi, ac vt hæreticus est habendus: & sicut de deprehenso in hæresim est de eo per omnia iudicandum per c. Excommunicamus 1. §. qui uero. extra de hæret. lib. 5. & per c. Cum contumacia, & per c. Vt officiũ. Nam aut fatetur crimen, uel non: si sic, et uoluerit redire, et hæresim abiurare, ad pœnitentiam est recipiendus per c. Ad abolendam. & per c. Excommunicamus 2. §. fi. Quòd si non consenserit abiurare, tradendus est curiæ sæculari animaduersione debita puniendus per c. Ad abolendam. §. 1. allegatum. Si autem non fatetur crimẽ postquam est conuictus, nec consentit abiurare, est ut hæreticus impenitens condemnandus per c. alleg. Ad abolendam. uiolenta enim suspicio ad condemnandum sufficit, et probationem in contrariũ non admittit, ut habetur extra de præsumpt. c. Litteras. et cap. Asserte.

COMMENT. LXXX.

Hæc quæstio cum sequenti, in quibus de suspectis et suspicionibus in causa hæresis disseritur, tantam habet vtilitatem, vt sine earum cognitione nullus sit qui in sacro inquisitionis officio rectè munus suum siue iudicando siue consulendo possit exercere. tametsi vero Eymericus more suo & copiosè et dilucide loquatur, multa tamen à nobis cognitu valde necessaria addentur, & obscuriora quædam explicabũtur: sed prius fontes vnde hæc cognitio petatur, vt solitum est fieri, indicemus.

Quibus in locis de suspicionibus hæresis agatur.

Suspicionum meminit in hac causa textus in c. accusatus. §. 1. & in c. cum contumacia. vbi glossa & Doctores de hæret. lib. 6. & textus in c. ad abolendã. §. qui vero. & in c. excommunicamus. 1. §. qui autem. vbi optima glossa in verbo, condemnẽtur. & his locis pleniſſime Doctores extra de hæret. & in c. litteras. vbi Panormitanus & alij communiter de præsumptio. copiosè Alciatus tract. de præsumptio. Ioannes Milleus in fine practicæ criminalis, tract. de præsumptio. Auctor Repertorij verbo, præsumptio. et uerbo, suspectus. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 23. nu. 61. & q. 34. nu. 46. & 57. Auctor innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi in rubrica, De hæreticis, credentibus, & c. nu. 12. Simancas de catho. instit. tit. 30. idem in enchyridio tit. 40. & 41. Locatus in opere iudiciali. & Bernardus Comensis in lucerna verbo, præsumptio. & verbo, suspicio. & alij alijs locis. sed hi rem tractant diligentius & fusius.

Tametsi vero suspicio & præsumptio nonnunquã differant, nunc autem pro eodem vsurpantur.

Suspicio quid sit.

Suspicio autem opinio est mali alicuius ex signis, ex qua ad præsumptionem venitur, vt scripsit optime Bald. in authen. si quis. C. de adulter. non tamen vna sola suspicio inducit præsumptionem, sed plures suspiciones requiruntur, vt vere notauit Franciscus Brunus tract. de indicijs & tortura. q. 8. par. 2. nu. 4. & facit quod notat glossa in l. 2. §. 1. ff. de excusatio. tuto.

a ¶ Ad hanc rẽspondemus, quòd in iure triplex suspicio de hæresi reperitur, &c.] *Atque hæc sententia vera est, & communis: quoniam temerarię præsumptiones, quibus temere & sine iudicio aliquid suspicamur, ab arte reijciuntur; probabiles vero præsumptiones, aut suspiciones in hac causa*

causa ab alijs non omnino distinguuntur.

Præsumptio quid.

Est autem præsumptio (quantum ad hunc locum spectat) rei dubia coniectura verisimilis, quę ex natura rei, vel circunstantijs negotiorum, aut personarum proficiscitur; hanc (ceteris diuisionibus omissis) Iurisconsulti bifariam diuidunt: nam vnam faciunt præsumptionem iuris, quam vehemẽtem vocare possumus; alterã vero iuris & de iure, quæ violenta appellatur, de quibus mox dicemus: nam sine harum cognitione, hæc quæstio percipi non potest.

Suspicio lenis, ex qua non est faciendum in hoc crimine.

b ¶ Prima est modica, quæ in iure uocatur suspicio leuis.] *De hac scribunt præcitati, & eleganter Petrus Godofredus in l. 2. C. de hæret. §. hæreticorum autem. & Gerson in tract. de protestatione consideratione 12. optime de leui suspicione differens dicebat, eã prouenire ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur coniectura, qua cõcludi potest, non quidem frequẽter. sed raro seu casu, quòd talia dicens vel faciens hæreticus sit: quod deducitur leui consequẽtia, vt si quis ita argumẽtetur: Petrus dicerat frequenter, ergo non bene credit in Deum & ex hac suspicione non facile moueri debent Inquisitores ad aliquid, quod præsertim graue sit momenti in hac causa, vt dixi supra in hac 2. par. super c. excommunicamus. §. qui autem nam vt optime scripsit Simancas de catho. instit tit. 50. nu. 28. leuia signa mouere non debent animũ constantis viri ad suspicandum tam graue crimen sed potius interpretanda sunt in partem benigniorem.*

Suspicio vehemens,

c ¶ Secunda suspicio est magna, quæ in iure uocatur uehemens, &c.] *Hęc est præsumptio iuris tantum, quam Alciatus tract. de præsump. in principio. parte 3. ita definiebat.* Præsumptio iuris est probabilis coniectura ex certo signo proueniens, quæ alio non adducto, pro ueritate habetur. *Dixit*, alio non adducto: *quia contra hanc præsumptionem probatio in contrarium admittitur, at si nihil in contrarium probetur pro plena probatione haberi solet. Hæc omnia docet subtiliter hoc loco Eymericus nu. 4. & exempla huius præsumptionis commemorat nu. 5. de hac præsumptione est sermo in c. litteras. de præsumptio. relato ab Eymerico supra in hac 2. parte.*

Ex vehementi præsumptione nemo condemnãdus ut hæreticus.

Et ob hanc præsumptionem nemo debet velut conuictus de hæresi condemnari. quamuis vehementer suspectus de ea habeatur, & propterea sit acriter puniendus, vt paulopost dicemus. dixit item Alciatus: ex certo signo proueniens: *quoniam hęc vehemens suspicio seu præsumptio sumitur ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus capitur argumentum concludens frequenter, & vt in pluribus, quòd qui talia dicit vel facit, est hæreticus; vt si quis diebus prohibitis absque necessitate, & superioris facultate carnibus vescereturi; aut diceret propositiones fidei cõtrarias his quæ explicite scire debet: quãuis hæc interdum ab ingluuie & voracitate, & ab ignorantia absque vllo mentis errore prodire possint.*

Quare Ioannes Gerson tract. de protestatione cõsideratione 12. hanc præsumptionem ita describit: Vehemens suspicio prouenit ex signis exterioribus operum vel verborum, ex quibus cognitis accipitur argumentum concludens frequenter & vt in pluribus, quòd talia agens uel dicens est hæreticus: ut si quis neget explicite, palam, & publice ea quæ debet ex officio scire plusquam alij. Quãuis possit in rei ueritate negatio talis ex ignorantia prouenire, uel animi leuitate, non ex hæretica pruitate. *Hæc Gerson.*

Violenta suspicio.

d ¶ Tertia suspicio, hoc est maxima in iure uocatur uiolenta, &c.] *Hæc violenta præsumptio dicitur iuris, & de iure, quam ita possumus definire:* Præsumptio iuris & de iure est quędam legis dispositio aliquid præsumẽtis, & super præsumpto, tanquam sibi comperto & noto statuentis.

Nec contra hanc præsumptionem regulariter & directe admittitur probatio in contrarium quia cum ab apertis & violentis indicijs proficiscatur pro manifesta veritate habetur. c. is qui. de sponsal. c. quanto de præsumptio. l. 1. §. 1. C. de rei vxo. actione.

Vnde oria tur suspicio violenta.

Hæc præsumptio seu suspicio violenta, vt optime scribit Gerson tract. de protestatione, consideratione vltima, nascitur ex signis exterioribus operum aut verborum, ex quibus concludi solet efficaciter & fere semper. quòd talia dicẽs vel faciens est hæreticus, ut si quis transit, vel redit ad ritus Iudęorum. c. contra Christianos. de hæret. lib. 6. item si quis in causa fidei excommunicatus per anuum in excommunicatione animo pertinaci durauit: quia anno elapso vt hæreticus condemnatur. c. cum contumacia. de hæret. lib. 6. In his enim casibus à iure expressis violenta oritur suspicio contra ita delinquentes. Casus vero in iure nominatim præscripti, ex quibus oritur violenta præsumptio, refert Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 3. nu. 7. & q 30. nu. 2. quos dilucidius enumeramus infra parte 3. tit. de signis quibus diuersi hæretici cognosci possint.

Et huius quoq; præsumptionis appositissima sunt exempla, quæ Eymericus hic commemorat, nu. 7. & omnia fere illa, quæ retulimus ex concilio Narbonensi cap. 29. relato supra in hac 2. parte super q. 50. §. factis autem nam illa facta, indicia indubitata sunt, quæ ad aliud trahi nequeunt, quàm ad id quod indicant. quæ re vera sunt hęreticalia, ideoque pro veris probationibus sunt habenda Iura vero, quæ hic citat Eymericus, optime probant suum institutum, vt dixi infra 3. par. super q. 121.

e ¶ Nec tergiuersatione refellitur qualicũque.] In *Sabellano ita:* Nec defensatione repellitur qualicunque. *eadem est sententia.*

Obseruandum est autem non dici hic, nullo modo posse hanc præsumptionem violentam refelli aut purgari, sed non facile refelli: quia cum oriatur ex signis apertis operum aut verborum, difficilime potest cõtrarium probari. quamuis aliquando contrariũ probetur, vt dixi par. 3. super quæst. 121. quod est videndum. addę Gersonem tract. de protestatione, consideratione 12.

f ¶ Et ubi quis sic inuenitur de hæresi leuiter suspectus, etc. *sed debet sibi indici canonica purgatio, vel iniungi tanquam pro leui abiuratio.]*

Ex leuibus suspicionibꝰ contra quos potissimum procedi possit.

Quantum ad hunc locum attinet de iniungenda purgatione vel abiuratione pro suspicione leui, illud omnino putarem obseruandum, quod optime admonet Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 50. nu. 28. & seq. scilicet, periculosum esse ob leues suspiciones tra-

here

Universidad de Deusto
Biblioteca

here in iudicium hominem honestum & probum, eũque de fide interrogare. ergo personarum ratio habẽda erit: nam ex leuibus suspicionibus, probabilibus tamen, aduersus viles & improbos procedi poterit, vt intelligatur quid pectore gerant: contra probos vero & honestos non ita facile.

Atque ita crederem intelligendam communem sententiam Innoc. in c. sicut. de simo. Ioannis And. in c. vt officiũ. §. 1. Ancharani in c. accusatus. in prin. de hæret. lib. 6. Felini in c. litteras. de præsumptio. & aliorum asserentiũ ex leuibus suspicionibus, posse Inquisitores procedere in hoc crimine, de quo amplius disserui supra in hac 2. par. super c. excõmunicamus. §. qui autem. & infra par. 3. super q. 59.

B g ¶ Nullus enim pro suspicione etiam vehementi est de tanto crimine condemnandus.] *Et hoc est verissimum. nemo enim ex præsumptionibus & indicijs etiam indubitatis in criminalibus definitiue damnari debet. Gandinus tract. de malef. in rub. de præsumptio. & indicijs indubitatis. & disputat latissime Boerius decis. 164 incipien. Alia insuper. quod in hoc tribunali obseruari dicit. Cãpegius apud Zanchinum c. 11. vers. doctrinam hanc.*

Ex vehementibus suspicionibus nemo coercendus pœna ordinaria.

Sed hanc sententiam ita intelligo, vt nemo debeat ex vehementibus præsumptionibus puniri & damnari pœna criminis ordinaria, sed alia mitiori arbitrio iudicantis: quod optime admonuit Boerius in dicta decis. 164. n. 6. quod in hoc sacro tribunali frequẽtius quàm in ceteris obseruatur.

C h ¶ Sed quid agetur, si aliquis, etc. non consenserit continuo abiurare.] *Est hæc Eymerici doctrina omnibus numeris absoluta, & diligenter considerãda atque obseruanda. iam verbum illud*, continuo, *quomodo sit accipiendum, explicat auctor 3. par. q. 98. & dixi supra in hac 2. parte super cap. Ad abolendam. §. nisi continuo.*

Ob violentam præsumptionem pœna criminis ordinaria imponitur.

¶ Violenta enim suspicio ad condemnandum sufficit, & probationem in contrarium non admittit.] *Et ratio est, quam paulo antea docebamus, quoniam est præsumptio iuris & de iure, ex qua deuenitur etiam ad criminalem punitionem, et pœnam criminis ordinariam imponendam. in quam sententiam optime Eymericus allegat c. excommunicamus §. qui autem. de hæret. vbi glossa in verbo, coademnentur. & ibi Panormitanus nu. 6. tradit luculẽter Matheſilanus singul. 118. incipien. nota q. præsumptio. et Antonius Gomez tomo. 3. variar. resolut. c. 12. nu. 26. vers. aduertendum tamen. et Paulus Grillandus tract. de hæret. q. 10. nu. 2.*

Contra præsumptionẽ violẽtam in directa probatio admittitur.

Quamuis autẽ Eymericus hic dicat, violentã hãc præsumptionẽ non admittere probationem in contrarium, hoc intelligendum est regulariter; in hac tamen hæresis causa indirecta probatio admittitur, iuxta ea quæ diximus paulo antea. §. tertia suspicio. & vide Alciatum tract. de præsumpt. in principio, par. 2. tit. de præsumptione iuris & de iure, nu. 14. & seq.

QVAESTIO LVI.

De casibus vehementis suspicionis hæreseos in iure expressis.

SVMMARIVM.

1 *Vehementer suspectus de hæresi habendus est qui vocatus ad respondendum de fide, non cõparet in tempore assignato:*
2 *Et quicunque scienter impedit sanctæ Inquisitionis officium.*
3 *Item præstantes scienter consilium, auxiliũ, vel fauorem dictis impeditoribus.*
4 *Qui instruit hæreticos citatos, vt veritatẽ subticeant, & dicant falsitatem.*
5 *Excommunicatus ex causa fidei quocunque modo.*
6 *Fautor, Defensor, Receptator scienter hæreticorum.*
7 *Infamatus de hæresi ob familiaritatem cum his, quos hæreticos esse cognouit.*
8 *Scienter deducens, visitans, receptans hæreticos.*
9 *Conuictus de periurio vel mendacio iudicialiter in causa fidei:*
10 *Et qui dixit vel fecit sæpius aliquid cõtra fidẽ.*

D Vinquagesimasexta quæstio est: Casus in iure expressi, qui sunt; in quibus incidentes suspecti de hæresi vehementer habendi sunt?

Ad hanc respõdemus, q. sunt decẽ.

1 Primus casus est: q. quandocunque aliquis vocatur vt de fide respondeat, & parere subterfugit, aut contumaciter se absentat, infra competentem & assignatum terminũ non comparens, habendus est de hæresi suspectus vehementer. Hic casus patet per c. Cum contumacia. extra de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Cum contumacia in causa præsertim fidei suspicioni præsumptionem adiiciat vehementem, & cætera.

2 Secundus[a] casus est: quòd quicunque impedit inquisitionis officium directe vel indirecte, aut etiam quouis modo, & hoc scienter; vehementer suspectus de hæresi est habendus. Patet sic: Impediens inquisitionis officium iuxta casum expressatum, tanquam iuris contumax excõmunicationis est vinculo innodatus; quam si per annum sustinuerit animo pertinaci, ex tunc violenta suspicione conuictus, est vt hæreticus condemnãdus. Patet per c. Vt inquisitionis negotiũ. extra de hæret. lib. 6. §. vlt. Violenta autem suspicio non insurgit nisi ex suspicione præsupposita vehementi: Igitur omnes tales antequã annus transierit, postquam officium inquisitionis impediuerint, suspecti sunt habendi de hæresi vehementer. Rursum in priuilegio domini Papæ Vrbani Inquisitoribus Aragonię directo, quod incipit: Præcũctis nostrę mentis, &c. dicitur ita: Cæterum si forte, quod nõ credimus, aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt nõ possit procedi libere in eodem, immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiose; contra eos tanquam contra hæreticorum fautores & defensores, secundum sanctiones canonicas, freti Apostolica auctoritate, intrepide procedatis.

Habetur supra hac parte, fol. 129.

3 Tertius casus est: q. præstantes scienter auxilium, consilium, uel fauorem impedientibus inquisitionis

quisitionis negotium antefatum, suspecti de hæresi sunt habendi vehemẽter. Iste casus patet: Isti præstantes præfatis impedientibus auxilium, consilium vel fauorem, tanquam iuris & principalis iudicis mandati in causa fidei contumaces sicut & impedientes sæpe fati, excommunicationis laqueum non euadunt. patet per c. Vt inquisitionis negotium. in §. finali.

4 Quartus casus est: quòd quicunque instruxerit per Inquisitores citatos hæreticos, vel eorũ credentes, quòd subticeant veritatem, vel vt asserant falsitatẽ; suspecti de hæresi vehementer sunt habendi. Hic casus sic apparet: Fauere hæreticis in errore, seu aliquid facere in fauorem hæreticæ prauitatis, suspicionem de hæresi adijcit vehementem, vt patet ex præfato casu statim dicto: Tales autem sunt præfati instruentes citatos de celanda veritate, vel dicenda falsitate: Ergo suspecti sunt de hæresi vehementer. hoc patet ex c. Accusatus, in §. finali.

5 Quintus casus est: quòd omnis excommunicatus ex causa fidei, vtpote quia impedit inquisitionis negotium: vel citatus, contumaciter se absentat: vel instruit citatos de celanda veritate, vel dicenda falsitate: vel liberando captos pro hæretica prauitate: vel se fidei negotio opponendo: vel hæreticis fauendo: defensando: receptãdo: vel pur C gare se nolendo, vel alio quouis modo: quam excõicationem si sustinuerit per annum animo pertinaci, sit ipso iure vt hæreticus condemnandus: quòd quilibet talis de hæresi suspectus est vehementer. Hic casus apparet ex prædictis, & apparet specialiter ex duobus.

Primo, quia excommunicatio in causa fidei non incurritur, nisi propter contumaciam in eadẽ causa: contumacia autem in causa fidei indifferenter suspicioni præsumptionem adijcit vehementem: igitur tales de hæresi vehementer habendi sunt suspecti.

Secundo, quia violenta suspicio consurgit ex D vehementi, & eam præsupponit sicut superlatiuũ comparatiuum, vt dicit Ioan. And. super c. Cum contumacia. allegato frequentius. Si enim excommunicati in causa non fidei, si per annum steterint, possunt citari per Inquisitorem tanquam de fide leuiter suspecti, de fide responsuri, vt sciatur an ambulent in tenebris, vel in luce, quia videntur de sacramentis Ecclesiæ male sapere, vt dicit Hostien. in summa, tit. de hæret. §. qualiter deprehendatur. nonne longe plus excommunicati in causa fidei, & contumaces, etiam antequam annus transeat, suspecti sunt vehementer? præsertim cum si annus transierit, non leuiter suspecti, nec vehemẽter, sed violenter sunt suspecti ipso iure, & vt hæretici condemnandi?

6 Sextus casus est: quòd omnes hæreticorum fautores, & defensores & receptatores vehementer de hæresi sunt suspecti, vt patet supra casu statim posito. Hic casus sic apparet: Omnes excommunicati in † causa fidei & contumacia, vehemẽ ter sunt de hæresi suspecti, vt patet ex casu statim posito: Prædicti autem fautores hæreticorum, receptatores & defensores ex causa prædicta sunt

† al. ex

A excommunicati: patet ex c. Excommunicamus 1. §. credentes. vbi sic dicitur, extra de hæret. lib. 5. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere.

7 Septimus casus est: q. quicunq; propter agnitorum hæreticorum familiaritatem est de hæresi infamatus, ratione dictæ familiaritatis, vehemẽter de hæresi est suspectus. Hic casus patet ex cap. Inter sollicitudines. extra de purg. cano. Vbi appa ret, quòd ratione infamię de hæresi, fuit cuidam decano indicta purgatio canonica: & ratione hæreticorum familiaritatis abiuratio publica: & ratione scandali fuit priuatus beneficio, quousque scandalum sopiretur.

8 Octauus casus est: quòd quicumq; eos, quos scit hæreticos, scienter receptat: deducit: visitat, siue associat: ac dona seu munera eis dat, seu mittit: seu b aliàs fauorem eis impendit, qui excusari non possit, quin sit in fauorem magis culpę, quàm personæ: suspecti tales vehementer de hæresi sunt habendi, cum ex approbato à se errore non sit dubium id fecisse. Hic casus patet ex c. Accusatus, extra de hæret. lib. 6. §. ille quoque. vbi c manifeste apparet, quòd qui antea abiurauit, si etiam abiurauerit ex sola suspicione uehementi suspectus & non deprehensus, si prædicta hæreticis impendat, relapsus est iudicandus: Nonne ergo vbi non abiurauerit, lapsus uehementer erit præsumendus? si prædictus post abiurationem est præsumendus re lapsus, ante abiurationẽ non erit vehementer præsumendus lapsus? Re uera fortius.

9 Nonus casus est: q. quicunque in causa fidei iudicialiter est conuictus se negare dixisse quod antea affirmauit, uel quòd asseruit mandaciũ: uel commisit periurium, ex utroque prædictorum in causa fidei suspectus fit de hæresi uehemẽter. Hic casus apparet plene in cap. Litteras, extra de præsump. ubi recitatur, quòd quidam Guillermus nomine, confessus fuerat, quòd tam ipse, quàm frater suus hæresis uitio laborauerant: postea negauit, q. non dixerat de fratre suo, sed de seipso: & quia fratri fuit post indicta purgatio canonica, ipse Guillermus ipsum purgauit. Et ideo addit dominus Papa, quòd quia iste Guillermus quod ante dixerat, scilicet fratrem suum hæreticũ fuisse, negat se dixisse, cum postmodum ipsum fratrem de hæresi compurgauit; & ex consequentia dixisse mendacium, asserendo fratrem suum fuisse hæreticum, vel cõmisisse in Deum periurium, eum purgando, & iurando, se credere fratrem suum non fuisse hæreticum: habuit dictum G. suspectum de hæresi vehementer.

E 10 Decimus[d] casus habetur non directe in iure communi, sed priuato. Nam in consultationibus domini Archiepiscopi Tarraconen. & suffraganeorum, eius in concilio generali, cui, & in quibus interfuit frater Raymũdus de Pegnaforte, ad Inquisitores Aragoniæ hæreticæ prauitatis, talis fuit casus approbatus: quòd qui dicit, uel facit aliquid cõtra fidem, & hoc semel, suspectus sit leuiter de hæresi: qui autem bis uel ter, suspectus sit de hæresi uehementer: qui autem pluries, & frequenter, suspe-

Refertur supra fol. 220.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suſpectus ſit de hæreſi vehementiſsime. Iſti decē casus patent ex iuribus allegatis.

COMMENT. LXXXI.

TAmetſi valde laborioſum ſit in qualibet arte caſus ſingulares & indiuiduos præſcribere, cū iudiuidua ab arte repellantur, vt admonent philoſophi, nihilominus hic Eymericus, vt abſolutā tradat Inquiſitoribus eorum, quæ ad ſuum munus pertinēt cognitionem, etiam particulares caſus commemorat: non tamen omnes, qui contingere poſſunt: id enim impoſſibile eſſet, ſed eos tantum, qui variis iuris locis continentur. eoſdem retulit breuiter Cāpegius apud Zanchinum c.20.verſ.ſuſpecti. & Locatus in opere iudiciali verbo, ſuſpicio.nu.10.verſ.caſus autem. quo loco alios plures addit omnino Inquiſitoribus & cōſultoribus cognoſcendos.

a ¶ Secundus caſus eſt, quòd quicunque impedit inquiſitionis officium.] *Eymericus bifariam probat eos qui ſcienter directe vel indirecte impediūt inquiſitionis officium ſuſpectos vehementer eſſe habendos: Primo ratione, inde auctoritate. Ratio talis eſt: Qui impedit officium inquiſitionis, excommunicatus eſt, & elapſo anno fit ſuſpectus violēter, ergo prius vehementer ſuſpectus habēdus erit: nam ſuſpicio violenta non conſurgit ex leui, quāuis ab ea quādoque incipiat, ſed ex vehementi. Auctoritate vero ita probat: Urbanus ait, poſſe animaduerti in impeditores, velut in fautores & defenſores hæreticorū: fautores autem & defenſores vehementer ſuſpecti ſunt. ergo & impeditores.*

Impeditores S. Inquiſitionis ſunt vehementer ſuſpecti: quod aliquādo fallit.

Et quamquam hæc ſententia de ratione iuris ſtricta veriſſima ſit, nihilominus tamē ſaltem in illis, qui indirecte impediunt, temperanda videtur, conſiderata perſonarum, & factorum qualitate: nam ſi quis ratione affectionis potius quàm odij quod habeat cōtra fidem, aut ſacrū officium, conſanguineis aut amiciſſimis fauendo, Inquiſitores aut eorum officiales impediuerit, quamuis acriter ſit puniendus, forte tamen non eſt credendus vehementer ſuſpectus: & hoc præſertim haberet locū in illis, qui non adeo callent fidei cauſas, quales ſunt ruſtici & plebei. Quam ob rē antequam abiuratio de vehemēti talibus imponatur, propter periculum relabendi, & traditionis curię ſeculari, diligenter eſt perſonarum qualitas perpendenda.

Atque hæc eadem obſeruāda penitus exiſtimo in illis, qui præſtant auxilium, conſilium, vel fauorē impeditoribus ſacri officij, quos in tertio caſu, vehementer etiam ſuſpectos aſſerit Eymericus.

In quarto caſu nulla occurit difficultas: nam & veriſſima eſt Eymerici doctrina, et colligitur ex loco quem citat, quo ſpectat etiam illud Ambroſij lib.1. de officijs c.36. relatum in c.non in inferenda.23.q.3. Qui non repellit, *inquit*, à ſocio iniuriam ſi poteſt, tam eſt in vitio, quàm ille qui facit.

Receptantes & defendentes cōſanguineos, an mitius plectēdi in hoc crimine.

b ¶ Seu aliàs fauorem eis impendit, qui excuſari non poſſit, quin ſit in fauorē magis culpæ quàm perſonæ.] *Ex his verbis dirimitur quæſtio illa anceps & dubia: An qui receptant, & defendunt conſanguineos, ſeu aliter præſtant eis conſilium, auxiliū, & fauorem, in cauſa hæreſis mitius puniri debeant iuxta diſpoſitionem l.2.ff. de receptato. per quam in minoribus quibuſdam delictis non eſſe admodum ſeuere in hos homines animaduertendum ſcribit Paulus Iuriſconſ. in hæc verba:* Eos apud quos affinis vel cognatus latro conſeruatus eſt, neque abſoluendos, neque ſeuere admodum puniendos: non enim par eſt eorum delictum, & eorum, qui nihil ad ſe pertinentes latrones recipiunt. *hęc ibi. Quam legē in receptantibus conſanguineos hæreticos, aut alios complices in hoc crimine propter eius immanitatem noluerunt habere locū Repertorium Inquiſitorū verbo, receptatores, §. ſed tamen ſi receptatus. & Paulus Grillandus tract. de hæret. q.9.nu.2.*

Sed Zanchinus tract. de hæret. c.4.nu.3. & c.6. nu.3. & ibi Campegius, & Carrerius tract. de hæret. nu.167. & Locatus in opere iudiciali verbo, receptatores, nu.7. & Simācas de catho. inſtit. tit.15. nu.20. & 21. & Hieronymus Gigas tract. de crimine læſæ maieſtatis lib.3. tit. De pluribus et varijs queſtionibus. q.5. nu.3. & Andreas Tiraquel. tract. de pœnis temperan. aut remittēdis, cauſa 4.20. & 21. & alij locum habere prædictam legem etiam in receptantibus conſanguineos criminis læſę maieſtatis reos aſſeruerunt: quam ſententiam non obſcure tenet hic Eymericus: quia ratione ſanguinis et naturalis affectionis, non fidei cōtemptu, aut hæreſeos amore id feciſſe videntur. quamuis enim hæretici ſint, at iure naturę coniuncti ſunt, nec poſſumus facile iura naturę exuere, & propterea plurimū ei tribuendum eſt, & putādum eſt hos conſanguineos ſuos receptaſſe, non tamquam hæreticos, ſed tamquam conſanguineos. atque hęc ſententia mitior eſt & communior, ideoq; obſeruanda mihi videtur.

An qui receptant amicos non coniunctos, vel amantes mitius puniri debeant in hoc crimine.

Ceterum multa in hac cauſa conſiderare oportet. Primum eſt, quòd qui receptant conſanguineos, quāuis mitius puniri debeant, non tamen excuſantur à tota pœna, vt tradunt multi ex pręcitatis, indicant q; apertiſſime præfatæ leges verba, quia non ſunt penitus immunes à delicto.

Rurſus, conſanguineorum, ſeu coniunctorū ratio habenda erit: nam filius receptans patrem hæreticū, vxor virū, frater fratrem leuius puniendi ſunt, quàm ſi remotiores, ſiue alios non vſque adeo coniunctos receptaſſent, aut defendiſſent.

Poſtremo, vt hęc ſententia locū habeat, neceſſe eſt vt qui receptat, non participet in crimine cū receptatis: nam ſi particeps eiuſdem criminis fuerit, ordinaria pœna puniendus erit, vt late & vere probat Gādinus tract. de malef. tit. de furibus & latron. nu.13.

Nunquid autem eadem ſententia etiam locū habeat in receptantibus extraneos, amiciſſimos tamen, item amantes, dubium videtur: Tiraquellus tamen tract. de pœnis temperan. aut remitten. cauſa 4. & 22. non inepte contendit locum habere, quoniam amicitia, vt ait Valerius Maximus lib.14.c.7. vinculum potens eſt et prędualidum, neq; vlla ex parte ſanguinis viribus inferius: & amicitia ipſa veluti quædam fraternitas eſt. l. verum. ff. pro ſocio. notat Sozinus conſi.263. & Iaſon in l. quę dotis. ff. ſolu. matr.

Iam amore capti receptantes, mitius quoque videntur puniendi, cum amor immodicus furori equiparetur, ac interdum etiam furor appelletur. cap. cum in iuuentute. de præſcriptio. Cicero lib.4. Tuſculan.

ſculan. queſtion. & Baldus in l. precibus. C. de impub. et alijs ſubſtit. quem ſequitur Frāciſcus Curtius ſenior conſi.67. Sed ſi quis velit hanc ſententiam ſequi (qđ nō reprehenderim) amicitiæ & amoris qualitatem contemplari debet; neque enim quęuis amicitia, ſed maxima; nec quiuis amor. ſed ingens hoc leuioris pœnæ beneficium præſtabit.

Qui ſcienter receptat hæreticos ſuſpectus eſt vehementer.

c ¶ Vbi manifeſte apparet, quòd qui antea abiurauit, &c.] *Hic locus eſt obſcurus: ceterum ſi paulo diligentius ſeries inſpiciatur, hoc videtur eſſe Eymerici propoſitum: Quicunque ſcienter receptat hæreticos, & c. ſuſpectus eſt vehementer; quod ita probat: Qui prius abiurauit de vehementi aliquā hęreſim, ſi poſtea hæreticos receptet, relapſus iudicatur. c. accuſatus. §. ille quoque. de hæret. li.6. ergo qui iſta facit, ante abiurationem proculdubio cenſendus eſt vehementer lapſus, ſeu ſuſpectus, cum violenta præſumptio (vt alibi ſcripſit auctor) non oriatur niſi ex vehementi ſuſpicione.*

Vtquis putatur vt relapſus, necceſſe eſt conſtet ad minus de vno lapſu in manifeſtam hæreſim.

Iam Eymericus hic apertiſſime ſentit, eum qui ob vehementem ſuſpicionem abiurauit hęreſim, ſi poſtea cum hæreticis communicet, eo ipſo relapſum eſſe cēſendum: quod etiam aſſeruit paulo antea q.55.nu.14. verſi. tertius, quando hæreticos receptat. atque hanc ſententiam ſecundum ſuperficiem aſſerere videtur Alexander III. in c. accuſatus. §. ille quoque. de hæret. lib.6. quo etiā vtitur hoc loco Eymericus ad hoc adſtruendum.

Ceterum hæc ſententia tuta non eſt, nec vllo modo obſeruanda in praxi, cum ſit valde periculoſa: quoniam vt aliquis damnetur, et curiæ ſeculari tradatur velut relapſus, neceſſe eſt vt ſaltem ſemel de hęreſi relapſi plene conſtet in iudicio, quod apertiſſime etiā colligitur ex dicto c. accuſatus. §. ille quoque. vbi ſunt illa verba: Conſtiterat, vel nunc conſtat: *quæ nullo modo ſuſpicioni etiam vehementi poſſunt accōmodari. Cum itaque qui prius abiurauit de vehementi, de nulla hæreſi fuerit plene conuictus, nec poſtea conuincatur de hæreſi, ob id quia receptet, aut deducat hæreticos, hæc enim facta ſuſpicionem hæreſis, nō expreſſam hæreſim præſe ferunt, relinquitur omnino, vt hic nullo modo debeat cenſeri relapſus: atque hanc ſententiam ſequitur Alfonſus Caſtrus lib.2 de iuſta hęret. punitio. c.2. & apertiſsime Geminianus in dicto c. accuſatus. §. ille quoque. verſi. quæro an ſufficiat. quos laudat Simancas de catho. inſtit. tit. 57. nu.5. quibus libentiſſime ſubſcribo. quare cauendus eſt hic Eymerici locus.*

Qui non reuelat hæreticos, vehemēter hæreſi ſuſpectus fit.

d ¶ Decimus caſus habetur, &c.] *Præter hos decem caſus vehemētis ſuſpicionis, quos ex communi iure recenſuit Eymericus, ſunt & alij prope infiniti, qui nulla arte præſcribi poſſunt: quoniam facta & dicta ex quibus vehemens ſuſpicio oriri poteſt, nullis adhuc ſunt limitibus circumſcripta. multos tamē caſus ſingulares vehementis ſuſpicionis præter hos decē enumerauit Vmbertus Locatus in opere iudiciali verbo. ſuſpicio. nu.19. & ſequentibus. & Zanchinus tract. de hęret. c.35. quos libenter omitto, cum obuij paſſim extent horum auctorum ſcripta.*

Illis ex Ioanne Rojas ſingul.5. num.6. & 7. & nu.17. & 18. addi poteſt ſequens: Qui non reuelat hæreticos proprijs iudicibus, ſaltem vehementer redditur de hæreſi ſuſpectus. *dixit, ſaltem, quoniā*

Alfonſus Caſtrus lib.2. cap.25. in prin. de iuſta hæret. punitio. non reuelantem hęreticos, violēter dicit eſſe ſuſpectum: quod eſt nimis crudele, nec vllo prorſus iure nititur: neque ſententiam hanc Alfonſi, neque Ioānis Rojas arbitror ſecure amplectendam indiſtincte, cum multis modis qui nō reuelat hęreticos excuſari poſſit, vt dixi ſupra ſuper quæſt.53. §. at non videtur. Tunc autem ſententia Ioannis de Rojas locum habere poſſet, cum nulla adeſſet probabilis cauſa cur non reuelaret, vel in iudicio interrogatus eos ſcienter celauerit, iuxta doctrinam Zanchini tract. de hęret. c.5. nu.4.

De eo qui retinet libros prohibitos, quem nonnulli vehementer ſuſpectum eſſe dicunt, quid ſentiam, dixi in principio huius partis ſuper c. fraternitatis. §. ſed alter caſus.

Binas nuptias contrahens ſuſpectus eſt de hæreſi.

De eo qui viuente prima vxore legitima, aliam vxorem accepit, an iuriſdictioni Inquiſitorum ſubijciatur, recte quærit Repertorium Inquiſitorum verbo, contrahens. & latiſſime Albertinus tract. de agnoſ. aſſert. q.23. & Simācas de catho. inſtit. tit.40. Equidē qui ſcienter cum pluribus ſimul matrimoniū contrahit, recte ab Inquiſitoribus Apoſtolicis iudicatur, quia male ſentire videtur de ſacramento matrimonij, & propterea vt vehementer ſuſpecti ſolēt tales regulariter abiurare. ſed multa quandoque ſolent ſuſpicionem leuem efficere, interdum etiam omnem ſuſpicionem excludere quod eſt iudicanti diligenter obſeruandum.

Suſpectus eſt q. ad peccandum ſollicitat confitentem in ſacramento cōfeſſionis.

Ille quoque grauiter peccat, nec leuem contrahit malæ credentiæ ſuſpicionem, qui in ſacramento confeſſionis vel ad venerem, vel ad quęque flagitia ſeu peccata prouocat cōfitentem: & propterea iure etiā optimo iudicio Inquiſitorū ſubiectus eſt. Sed in hoc multa ſunt capita & circunſtantiæ conſiderādæ, quę gratia breuitatis omitto.

In extrauaganti Ioannis xxij. incipien. Ad noſtrum. tit. de regular. inter communes. vehementer de hęreſi ſuſpecti arguuntur religioſi, qui in partibus vltramarinis abſque ſuperiorum licentia commorantes detrahunt Sanctę Romanę Eccleſię conſtitutionibus & alia multa à fide deuia in ſuis ſermonibus & ſecretis collocutionibus euomere inſanis auſibus non verentur.

Quę indicia faciant vehementem hæreſis ſuſpicionem.

Iam vt vno verbo complectar ea, quæ vehementer reddunt aliquem de hęreſi ſuſpectum, dico vniuerſa illa indicia vehemētem hęreſis arguere ſuſpicionem, quę frequenter & facile ſolent hæreſim ſecum ferre: vt ſi quis ſciens matrimonium contrahat cum hæreticis amicitiam cum eis ineat: ad eos confugiat: litteras aut nuntios ad eos mittat: aut alio quouis modo, qui probabili ratione excuſari nō poſſit, hereticos recipiat: defendat. excuſet: laudet, et ſimilia: hæc enim indicia frequēter hæreſim inducunt, ac facile indicāt aliquem mentis errorem; & propterea ſuſpicionem includent vehementem.

Poſtremo vnū hoc præ ceteris habeant Inquiſitores ante oculos, ne facile credant hunc vel illum eſſe vehementer ſuſpectum, quia in hoc vel illo auctore reperiant ex tali, vel tali cauſa oriri vehementem ſuſpicionem: nam plurimum ſemper ſunt & perſonarum & cauſarum circunſtantiæ conſiderandæ, ex quibus interdum vehemens ſuſpicio, interdum leuis,

interdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

interdum vero nulla orietur, vt in eo qui retinet libros prohibitos ostendi supra hac 2. par. super cap. fraternitatis. §. ex supradictis. & seq. & in ceteris causis idem est considerandum, ne quid vnquam durius quàm postulat æquum, statuatur.

QVAESTIO LVII.

De diffamatis de hæresi.

SVMMARIVM.

1 *Diffamati de hæresi qui dicantur.*
2 *Diffamatis canonica purgatio est indicenda etiã si per testes infames sint delati:*
3 *Et apud malos ac viles sint infamati:*
4 *Siue ab æmulis ortum habuerit infamia.*

QVinquagesimaseptima quæstio est: Diffamati de hæresi; qui sunt?

1 Ad hanc [a] respondemus, q̃ illi dicuntur de hæresi diffamati, de quibus est publica vox & fama, & communiter apud omnes simplices, q̃ talem hæresim prædicauerint seu defensauerint, vel aliàs illi adhærent.

2 Et talibus [b] est purgatio canonica indicenda, iuxta c. Inter sollicitudines. extra de purg. cano. Nec [c] refert an fuerint infamati per graues & bonos testes, an per infames & viles: vtpote per periuros & hæreticos, vt in c. Accusatus. §. licet. extra de hæret. lib. 6. per excommunicatos, & in crimine participes, vt in c. In fidei fauorem. per Iudæos & infideles. vt in c. Cõtra Christianos. eod. tit. & lib. qui omnes in hoc crimine ad testificandum admittuntur.

3 Refert ne an sit infamatus de hoc crimine apud bonos & graues, vel apud viles & vitiis irretitos? certe non, quantum ad indicendam purgationem, sicut nec ibi, quantum ad condemnationem. Nunquid est maior labes hæresis infamia, quàm hæresis ipsa? certe non, quantum ad indicendam purgationem; Grauius est forte conuictum de ipso crimine, quàm de criminis infamia volitante. Si ergo creditur criminosis in illo, nunquid plus in isto? certe sic. Et in probationẽ huius c. Inter sollicitudines. & c. Excommunicamus. præalleg. & allega. c. Vt officium. & c. Inquisitores. & omnia alia eo. tit. lib. 6. loquuntur de infamatis de hæresi indistincte, nullam facientia penitus mentionem, an apud bonos & graues, vel apud malos & viles fuerint infamati.

4 Nec [d] refert etiam an infamia habuerit ortum ab æmulis, vel amicis nec in hoc crimine, nec in aliis, postquam habuerit initium à qualitatibus facti & conditionibus, vt est textus rotundus extra de purg. cano. c. Accedens. Sufficit enim q̃ sint publice infamati ad hoc q̃ eis purgatio canonica indicatur, in quam si non consenserint, sunt anathematis gladio feriendi: & si per annum in excõmunicatione perstiterint, sunt velut hæretici condemnandi, vt habetur clare eod. lib. 5. c. Excommunicamus 1. §. qui autem.

COMMENT. LXXXII.

MAteriam huius quæstionis tractant Locatus in opere iudiciali verbo, diffamati. & Repertorium Inquisitorum verbo, diffamatus. & Zanchinus tract. de hæret. c. 11. nu. 3. & ibi Campegius, ac alij competẽtibus locis. Est autem frequens etiam in hoc tribunali diffamationis vsus, cum ex diffamatione Inquisitores inquirere possint in diffamatos de hæresi, & propterea quid sit in hoc articulo obseruandum, explicat hic luculenter Eymericus.

a ¶ Ad hanc respondemus, q̃ illi dicuntur de hæresi diffamati, de quibus est publica vox & fama, &c.] *Concilium Tolosanum cap. 16. §. illos autem. in hac verba describebat diffamatos de hæresi:* Illos autem debent pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamat; vel de quorum diffamatione apud bonos & graues coram Episcopo loci legitime constiterit, *hæc ibi. & quomodo quis dicatur diffamatus, tradit etiam Bartolus in l. turpia. §. 1. num. 3. ff. de legat. 1.*

Qui dicãtur de hæresi diffamati.

b ¶ Et talibus est purgatio canonica indicẽda, &c. *Qualis autem ritus debeat in hac purgatione indicenda obseruari, tradit copiose Eymericus par. 3. in 2. modo processum fidei terminandi: vbi dixi copiose.*

Diffamatis iniungitur purgatio canonica.

Purgatio vero diffamatis tantum iniungitur: nã si præter infamiam alia suspicionum hæresis adessent indicia, abiuratio quoque esset imponenda, vt docuit Eymericus 3. par. in 7. modo processum fidei terminandi, de quo quid sit sentiendum dicam ibi. & de purgatione canonica egi etiam supra in hac. 2. parte super c. inter sollicitudines.

c ¶ Nec refert an fuerint infamati per graues & bonos testes, an per infames, & viles.] *Sed his videtur aduersari concilium Tolosanum paulo antea relatum, quod postulare videtur testes graues & bonos ad probandum diffamationem alicuius super hæresi, cum Eymericus hic dicat parum refere, an testes apud quos est infamia de aliquo, sint integri nec ne. Hæc controuersia ita mihi breuiter videtur dirimenda, vt diffamatio, aut infamia de hæresi perfecte probetur, duo testes boni & graues sufficiunt, vt disserui infra par. 3. num. 78. & ita videtur intelligendum concilium Tolosanum paulo antea relatum: & vbi sic fuerit probata diffamatio contra aliquem, pœna ordinaria erit diffamatis de hæresi iniũgenda. idest, illa quę talibus iure solet iniũgi, qualis est canonica purgatio. quòd si testes fuerint viles & infames, licet contemnendi non sint, ad hoc vt ex dictis eorum ad inquirendum procedatur; duo tamen ex illis non videntur sufficientes ad hoc vt diffamato pœna ordinaria imponatur, sed mitius erit tractandus, nec ad purgationem subeundam erit cogendus, nisi plenior probatio accedat, & alia indicia & adminicula simul cum diffamatione concurrant; quoniam duo testes solum minus idonei in causis in quibus ad testificandum admittuntur, nunquam sufficiunt ad hoc, vt ex dictis eorum reo pœna ordinaria imponatur, vt late docui infra parte 3. super quæst. 64. vbi ita cum communi Doctorum sententia interpretor iura hoc loco ab Eymerico allata. Nam quamuis*

Vbi infamia per testes integros probatur, pœna ordinaria infligitur reis, aliàs secus.

uis Inquisitor nullam hæresis infamiam à quibuscunque ad se delatam contemnere debeat; non tamen putare debet eam æque probari per testes minus idoneos, atq; per graues, & omni exceptione maiores.

Hac ergo ratione intelligenda & tẽperanda mihi videtur Auctoris sententia hoc loco, ne quid durius contra aliquem statuatur.

A quibus oriri debeat infamia, vt pœna ordinaria ipsis plectat.

d ¶ Nec refert etiam an infamia habuerit ortum ab æmulis, &c.] *At contrarium videntur concludere communiter Doctores. Gandinus tract. de malefic. tit. quomodo cognosc. de malefi: per inquisitionem. Practica Papiensis in forma inquisitionis, verbo, non quidem à maleuolis. quod probat aperte textus in cap. qualiter & quando 2. de accusatio. ibi:* Non quidem à maleuolis. *& in cap. licet Heli. de simonia.*

Et Eymericus quidem hic aperte concedere videtur diffamato de hæresi canonicam purgationem esse indicendam, etiamsi infamia originem habuerit ab æmulis & inimicis: quę sententia simpliciter accepta, iuxta ea quæ paulo antea dicebamus, tenenda nõ videtur: sed cum ab inimicis & æmulis orta est infamia, ea plane sufficiet ad dãdum initium inquisitioni, non tamen ad canonicam purgationem iniungendam: quia, vt dixi, sicut pœna ordinaria imponenda non est ob dicta duorum testium minus idoneorum, eodem modo non videtur iniungẽda quoties ab æmulis & inimicis initium duxit. quòd si plures testes minus idonei affuerint, aut à multis æmulis profluxisse infamia videatur, si verisimilia dicant, tunc purgatio canonica imponi poterit, & pœna quælibet alia ordinaria: atque hæc videtur esse non obscura Eymerici sententia hoc loco ob illa verba: Postquam habuerit initium à qualitatibus facti, & conditionibus, *sed hęc omnia plenius probantur à nobis in 3. par. super tit. de modo continuandi processum per inquisitionem, & super q. 64.*

Ex locis suspectis oritur diffamatio contra aliquẽ in eo cõmorantem.

At que hęc sunt in hac causa diligentissime considerãda, ne quid durius, quàm postulat æquum in reos vllo tempore statuatur. eadem cum Eymerico præcitatis locis senserunt Locatus & Campegius, quę vel ita sunt intelligenda, vel respuenda.

Quomodo autem probetur infamia, per quos & quales effectus producat, dixi infra par. 3. versi. & fama probata. num. 80.

De obseruandis illis, qui ex locis suspectis de hæresi aduenerunt.

Ad hæc, ne quid desideretur, quod huic loco lucem afferre possit, obseruandum est, diffamationem de hæresi quandoque oriri aduersus aliquos ex eo q̃ in locis diffamatis de hæresi aut suspectis versati fuerint, ex quibus inde ad nos accedunt: in quibus quid sit obseruandum his maxime tẽporibus eleganter docuit synodus Salisburgensis superioribus annis celebrata, constitutione 6. cap. 2. in hęc verba: Eos quoque obseruare debent Parochi, qui ex hæreticorum locis, siue de hæresi suspectis veniunt, singulorumque dicta, & facta animaduertant; ac de eorum vita, consuetudine, & ratione cognoscant; & si qua de ijs suspicio fuerit, ordinarium admoneant. *hactenus ibi.*

Postremo illud est hic addendum, quod valde salubriter cauit olim concilium Tolosanum cap. 16. §. sed nec eos. ne videlicet Prælati, Barones, aut quicunque alij Domini terrarum, diffamatos de hæresi,

A *vel suspectos in familia, aut consilio suo habeant in hæc verba:* Sed nec eos, scilicet hæreticos, aut hæreticorum credẽtes, aut etiam aliquos diffamatos de hæresi, vel quos credunt de hoc esse suspectos, in sua familia, vel suo consilio habere vel retinere præsumant. *hæc ibi. Quod non modo intelligendum puto postquam damnati sunt, & in iudicio legitime constitit de infamia & suspicione, verum ante sententiam: nulli enim quacunque hæresis suspicione, aut infamia notati magistratus gerere debent, vt dixi supra hac eadem parte super quæst. 52. §. quidam namque sunt.*

B QVAESTIO LVIII.

De Relapsis.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur proprie relapsi, & quòd labuntur aliqui in hæresim, aliqui in fautoriam.*
2 *Relapsorum in hæresim casus quatuor. Primus siquis incidat in eam, quam abiurauit.*
3 *Secundus: si labatur in hæresim, quam abiurauit vt vehementer suspectus.*
C 4 *Tertius: si post abiurationem hæresis generaliter labatur in hæresim aliam ab abiurata.*
5 *Quartus: si postquam abiurauit vt hæreticus, deducat, visitet hæreticos: & cetera.*
6 *Relapsi præfati tradendi omnes brachio seculari.*
7 *Casus dubij, in quibus Papa esset consulendus.*

QVinquagesimaoctaua quæstio est: Relapsi qui sunt; & si hæretici habendi sunt?

1 Ad hanc respondemus, quòd illi proprie dicuntur relapsi, qui
D prius fuerunt lapsi; vnde relapsi, quasi iterum lapsi. Labi enim est dupliciter: nam aliqui labuntur in hæresim, aliqui in fautoriam hæresis. Labuntur autem in hæresim, qui in illa deprehenduntur, iuxta cap. Ad abolendam. §. præsenti. de hæret. lib. 5. siue deprehendantur facti euidentia: siue confessione propria: siue testium productione legitima, iuxta glos. super allegato c. & §. & uerbo, deprehẽsus, & de uerb. sign. cap. Super quibusdam. Labũtur autem in fautoriam, qui hæreticos receptant: defensant: sententiam, iudicium, uel processum fidei directe vel indirecte impediunt, iuxta cap. Vt inquisitionis. per totum.

E 2 Ergo & relapsi sunt in duplici genere: quidã enim sunt relapsi in hæresim: & sunt casus quatuor, in quibus aliqui dicuntur proprie in hæresim relapsi.

Primus casus est: quando quis incidit in illam hæresim, quam antea abiurauit, ut deprehensus in eadem, ut in cap. Ad abolendam. §. præsenti. & §. illos quoque. Vtpote, deprehensus est quidam in hanc hæresim incidisse, quòd Christus non est natus de Virgine: abiurauitque illam: & post in eandem abiuratam deprehẽsus est recidisse: relap-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus est, & vt talis animaduersione debita puniendus, iuxta cap. alleg.

3 Secundus casus est: quando quis non est deprehensus, sed est vehemēter suspectus de aliqua hæresi, seu errore, & abiurat eandem tanquam vehementer suspectus: si post talem abiurationem deprehensus est in eandē abiuratam hęresim incidisse, relapsus debet censeri quadā iurisfictione, & tanquam relapsus habendus est, vt patet in cap. Accusatus. in princ. de hęret. lib. 6. Vtpote, suspectus est quis habitus vehementer; sed non deprehensus, quòd credat Christum non esse natum de Virgine, & abiurat illam hęresim vt vehementer suspectus; postmodum deprehenditur ꝙ incidit in hæresim abiuratam: relapsus est, & vt talis puniendus, iuxta cap. alleg. Secus si abiurauerat vt leuiter suspectus: Nam si post abiurationem talem incidit in eandem hęresim abiuratam, licet ex hoc sit grauius puniendus, non tamen debet relapsorū pœna puniri. patet eod. cap. §. si autem leuis.

4 Tertius casus est: ꝙ quando quis deprehensus est, vel vehementer suspectus est, ꝙ incidit in aliquam hæresim, & post abiurat non solum illā, immo simpliciter & generaliter omnem; postea deprehenditur in illam in quam inciderat, vel in aliam quamcumque, relapsus est, vt patet in cap. Accusatus. §. eum vero. de hęret. lib. 6. Vtpote, quis est deprehensus, seu vehementer suspectus de hac hæresi, ꝙ Christus non resurrexit, & abiurauit non tantum illam hæresim, immo omnem; si post talem abiurationē deprehendatur in hac hæresi, ꝙ Christus ad cœlos non ascendit, relapsus est, iuxta cap. allegatum.

5 Quartus [a] casus est: quis hæresim abiurauit, de cuius lapsu ante abiurationem constabat; vtpote, quia fuerat deprehensus: vel post [b] constitit; vtpote quia abiurauerat vt suspectus vehemēter, & post constitit ꝙ ante abiurationem lapsus fuit; si post huiusmodi abiurationem hæreticos deducat; visitet, seu associet: ac dona vel munera eis donet, vel mittat: seu fauorem eis impendat, qui excusari non possit; merito debet iudicari relapsus vt patet in cap. Accusatus. §. ille quoque.

6 Et omnes [c] isti relapsi siue pœniteant siue nō, sine vlla audientia sunt tradendi brachio sæculari animaduersione debita puniendi: Est verum, ꝙ si non pœniteant, sunt tradendi vt hæretici pertinaces; si autem pœniteant, sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ non sunt eis deneganda, vt patet in cap. Super eo. de hæret. lib. 6.

7 Quidam [d] vero sunt relapsi in fautoriam; vtpote, quia fautoriam abiurarunt, & post in abiurata fautoriam relabuntur; iuxta concilium Tarraconen. relapsi habentur.

Si autem ita est, & an intelligatur si relabantur in aliam fautoriā, vel eādem: & an sint isti vel illi, vel isti & non illi tradendi curiæ sæculari vltimo supplicio feriendi, iura non loquuntur clare.

Eodem [e] modo si quis diffamatus de aliqua hęresi canonice se purgauit, & post incidat in eandem, vel aliam; an sit realiter, vel iurisfictione; vel aliàs relapsus sic, vt pœna relapsis debita puniatur, iura non loquuntur clare; licet cap. Ad abolendā. §. illos quoque. &c. Excommunicamus. §. adijcimus. videatur dicere, ꝙ qui post purgationem reincidit, ꝙ sæculari iudicio sine vlla audientia est tradēdus; sed loquitur indistincte: Vnde puto Papam in huiusmodi consulendum.

A

COMMENT. LXXXIII.

Postrema hęc tractatio huius partis, in qua de relapsis disseritur, valde frequens est in hoc sacro tribunali, occurruntque interdum in ea quæstiones perdifficiles. Eymericus hic more suo singulariter persequitur quæ ad eam cognoscendam spectant. de ea disserit idem quasi aliud agens supra hac eadem parte q. 40. num. 3. & seq. & q. 55. num. 13. & seq. B *quibus locis ideo nihil addidimus, quoniam ex proposito hic agebat auctor de relapsis, circa quos qualis praxis debeat obseruari, docuit idem abunde 3. par. in 9. & 11. modo processum fidei terminandi. & rursus alia plura huc spectantia adiunxit in eadem 3. par. q. 99. & seq.*

De relapsis qui differuerint.

Iam qui de hæreticis agunt, nulli omittunt hanc tractationē Zāchinus de hæret. cap. 16. Campegius apud Zanchinū cap. 17. Repertoriū & Lucerna Inquisitorū verbo, relapsus. Locatus in opere iudiciali uerbo, relapsi. Auctor quidā inominatus tract. de forma procedēdi contra inquisitos de hęresi in rubrica, C *De hæreticis relapsis. Simācas de cath. instit. tit. 57. idem in enchyridio tit. 60. Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 25. num. 25. & seq. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 173. idem tract. de hæret. par. 2. assertio. 41. Alfonsus Castrus lib. 2. cap. 2. de iusta hæret. punitio. Syluester in summa verbo hęresis, 1. quæst. 9. num. 15. & in legibus Hispanię septipartitis par. 1. l. 60. tit. 6. & copiose Mōtaluus in l. 1. partitæ 7. tit. 26. in 6. q. Archidiaconus, Ioannes And. Geminianus & ceteri communiter in cap. accusatus. de hæret. lib. 6. Petrus de Palude lib. 4. senten. distin. 13. q. 3. & alij alijs locis, ex quibus more nostro quæ ad illustrandum hunc locum attinent, mutuabimus: quamquam Eymericus & copiose, & perspicue satis loquatur.*

Qui in iure dicantur relapsi.

Obseruandum est autem, hic tractari de illis relapsis, qui post abiuratas hæreses, iterum in hæreses D *incidisse conuincuntur; hi namque traduntur curiæ sęculari; non de illis, qui in eundem errorem iterum atque iterum labuntur, nulla pœnitentia solemni interueniente, aut abiuratione, canonicaue purgatione iudicialiter facta. Si quis enim iterum atque iterum in varias, aut easdem hæreses labatur, etsi vere relapsus dici possit priusquam illas abiurauit; at puniri non debet velut relapsus, ita vt* E *tradatur curię sęculari, dummodo velit vere pœnitere: nam iure pontificio is hæreticus vere relapsus acciendus est, qui post solemnem iudicialemq; hæresum abiurationem relapsus fuerit. cap. accusatus. & ibidem Ancharanus de hæret. lib. 6. Alfonsus Castrus lib. 2. cap. 2. de iusta hæret. punitio. Simancas de catho. instit. tit. 57. num. 2. & seq.*

Duæ relapsorum differentiæ explicatæ.

a ¶ Quartus casus est, quis hæresim abiurauit, &c.] *Libet clarius & apertius dicere quod hic Eymericus breuiter, paulo tamen obscurius tradit. Sub hoc ergo quarto casu duæ relapsorum differentiæ conti-*

nentur. Prima est eius relapsi, qui post abiuratam hęresim, de qua vere constitit ante abiurationē iudicialem, postea reperitur cum hæreticis communicare.

Altera est illius, qui abiurauit vt vehementer suspectus, quia de hæresi tunc vere non constabat, post abiurationem vero, de hæresi constitit, quam abiurauit prius vt vehementer suspectus: is enim si post hæc cum hæreticis cōmunicet, relapsorum pœna plectendus est. & ratio huius assertionis verissima illa est, quam tradunt Ancharanus in cap. accusatus. de hæret. lib. 6. in 2. notabili, & Paulus Grillandus tract. de hæret. q. 10. num. 1. quoniam per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius, qui prima vice fuerat in mala opinione contra fidem Christi, in qua semper præsumitur continuasse vsque ad secundam deprehensionem: fingit enim iuris ab initio talem fuisse, qui postea talis esse conuincitur. argum. l. si quis adulterij. C. ad legem Iul. de adulter. super qua lege fundatur hæc fictio, seu præsumptio. quæ præsumptio cum sit iuris & de iure, non admittit probationem in contrarium, vt notant Doctores in cap. afferte. de præsumptio. & dixi plene supra in hac 2. par. super q. 55.

Atque hę duæ relapsorum postremorum differentię continentur breuiter in dicto cap. accusatus. §. ille quoque. de hęret. lib. 6. & de postrema agens Ancharanus ibidem notabili 6. ait: Nota in verbo, ille quoque. quòd sufficit post abiurationem constare de hæresi abiurata ad conuincendum aliquem vt relapsum super his, de quibus in textu. *hæc Ancharanus.*

b ¶ Vel post constitit; vtpote quia abiurauerat, vt suspectus vehementer.] *Hęc verba sunt notatu dignissima, quibus apertissime refellitur opinio Ancharani in dicto cap. accusatus. notabili 6. de hæret. lib. 6. & Matthęi de Afflictis in constitutionibus Sicilię tit. 1. de hęret. & patarenis. super constitutione inconstitilem. notabili 18. vers. quid autem si contra. nnm. 32. asserentium, eum quoque esse censendum relapsum, qui de leui abiurauit, & postea vere constitit de illo crimine, de quo antea leuiter tantum erat suspectus: nam si post leuem abiurationem hæreticus, inquiunt, deprehendatur, relapsorum pœna plectendus erit. hęc enim opinio falsa est, neque vsquam est decreta, neque vsu recepta, & misericordiam excludit ab hoc sacro tribunali; nec vllam in hoc casu admittit differentiam inter abiurationem de leui, & de vehementi, quod apertissime aduersari videtur textui in dicto cap. accusatus. §. 1. vers. si autem leuis. de hæret. lib. 6. Quam ob rem merito iā eam ante nos confutauit Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari 1. num. 26. in fine. & Simancas de cathol. instit. tit. 1. num. 19. & 20. & hanc sententiam quam amplectimur, profitetur hoc loco apertissime Eymericus, à qua nullo pacto est recedendum.*

Qui de leui abiurauit nō punit vt relapsus etiam si post abiurationē cōstet de hęresi, quamleuiter abiurauit.

Cur relapsos Ecclesia non recipiat.

c ¶ Et omnes isti relapsi, &c. sunt tradendi brachio sæculari.] *Cur autem relapsos Ecclesia non recipiat, etiamsi conuerti velint, docet concilium Narbonense cap. 11. in hæc verba:* Et illos qui post abiurationem erroris, seu purgationem deprehensi fuerint in abiuratam hęresim recidisse, sęculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquatis animaduersione debita puniendos, cum sufficiat tales per falsam conuersionem semel Ecclesiam decepisse. *hęc ibi, & dixi plura infra parte 3. super q. 99.*

d ¶ Quidam vero sunt relapsi in fautoriam: vtpote quia fautoriam abiurarunt, & post in abiuratam fautoriam relabuntur.] *Hęc est grauissima & perdifficilis quęstio, quę pendet ex illa, quam diseruimus paulo antea in hac 2. par. super q. 54. §. sic tales. & quamquam Eymericus in fine huius quęstionis, quem sequitur penitus Campegius apud Zanchinum tract. de hæret. cap. 17. dicat in his summum Pontificem consulendum esse; donec tamen definitio Papæ habeatur, quid mihi dicendum videatur breuiter explicabo.*

Qui ergo fautoriam hæreticis exhibitam vel impedimentum sacro officio præstitum abiurauit, si simul particulares aliquos errores, vel hæreses vt hęreticus abiurauit, & postea relabatur in fautoriam, siue eandem, siue à priori diuersam, plane relapsus erit iudicandus: nam talis procul dubio comprehenditur sub dispositione textus in cap. accusatus. §. ille quoque. de hæret. lib. 6. neque de hac facti specie videtur vlla esse dubitatio: & hic sine vlla misericordia tradēdus est curię seculari, etiamsi cōuerti velit.

An qui relabitur in fautoriam, siue abiuratā siue aliam sit puniēdus vt relapsus.

Sed tota difficultas huius quęstionis in altero capite versatur: An is scilicet relapsus sit dicendus, qui nullo errore, aut hæresi expressa, fautoriam, seu impedimentum in genere abiurauit: quod fieri sępe potest, iuxta ea quę scripsimus supra in hac 2. parte super quæst. 54.

Ac primum hic animaduertere oportet, hanc quæstionem non disputari in illis qui leuiter fauent, quoniam in his nulla dubitatio est, eos non fore plectendos pœna relapsis de iure debita: sed tantummodo in illis, qui magnopere fauent, & insigniter sacrū inquisitionis officium impediunt iuxta illas circunstantias, quas diligentissime enarrauit concilium Narbonense cap. 14. 15. & 16. relatum à nobis supra in hac 2. parte super quæst. 53. §. iam si nosse cupis. vt si quis captos & incarceratos præter iudicum ecclesiasticorum voluntatem à carcere liberet: condemnatos, & curiæ sæculari relictos, cum possit & debeat, non puniat: aut denique scienter & nequiter insignem aliam iniuriam in detrimentum fidei sacro inquisitionis officio irroget, vnde vehemens suspicio malæ credentiæ orta fuerit, quam de vehementi abiurauerit.

His ita positis prima fronte videtur dicendum, velut relapsos fore iudicandos eos, qui postea in hanc fautoriam abiuratam, vel in aliam similem, vel grauiorem relabuntur. Primum, quia hæc non videntur posse fieri sine scrupulo iniquæ societatis, non modo suscepta cum personis, quibus tantopere fauent; verum etiam cum erroribus & hæresibus earundem personarum. Rursus, quoniam cum ex priori fautoria & impedimento orta fuerit vehemens suspicio hæresis (vt supposuimus) ea in secundam fautoria transire videtur in violentam, ex qua suspicione violenta tandem poterunt capitaliter condemnari, cum hoc postulet natura violentæ suspicionis, vt diximus in superioribus; & tradit

Universidad de Deusto
Biblioteca

glossa cõiter recepta in cap. excõicamus 1. §. qui autem. verbo, condemnẽtur. de hæret. relat. supra apud Eymericum par. 2. Quis enim dicat hanc secundam suspicionem non fuisse auctam, & in aliud genus suspicionis maioris nõ transiuisse? at non potest in aliã transire quàm in violentam: ex ea ergo poterunt condemnari. atque ex his redditur satis probabilis hæc sententia.

Altera huic aduersa, quę tutior est, bifariam potest probari auctoritate, & ratione. Auctoritas est in concilio Tarraconensi relato supra apud Eymericum par. 2. pag. 220. vbi cum ageretur de pœnitentia relapsorum in fautoriam, dicitur: Pœnitentia illorum, qui sunt relapsi in fautoriam similiter erit solemnis, &c. *Ex quibus apparet apertissime sensisse concilium, relapsos in fautoriam non esse tradẽdos curiæ seculari, aliàs non tradidisset pœnas pœnitentiales eis imponendas. Ratio vero huiusmodi est: Relapsi natura hoc exigit, vt de aliquo lapsu in hæresim vere cõstet ad hoc vt pœna relapsis debita puniatur. cap. accusatus. §. ille quoque, de hæret. lib. 6. vbi cõiter interpretes, traditque prę ceteris Alfonsus Castrus lib. 2. cap. 2. de iusta hæreticorũ punitione, & Simancas de catho inst. t. tit. 57 num. 5. At qui relabitur in fautoriam abiuratam, vel in aliam diuersam, in nulla hæresi expressa est deprehensus, vt supponimus: ergo non poterit dici relapsus, nec tradi curiæ seculari. Hęc sunt, quæ iudicio meo pro vtraque sententia adduci possunt, ex quibus redditur valde dubia proposita difficultas.*

Si cui tamen sententia prima arriserit, caueat, ne quid propria auctoritate in re tam graui conficiat: nec temere in his, in quibus vita hominis periclitatur, dicant Inquisitores licere sibi interpretari statuta cõtra hæreticos edita, vt docet Eymericus 3. par. q. 85. & 86. ac proinde posse declarare, tales homines pœnis relapsorum plectendos; quãuis enim summo iure fortasis fieri posset, tutius tamen erit summum Pontificem, aut illustrissimum sacrosanctę generalis Romanæ Inquisitionis Senatum consulere.

Hoc vnũ postremo adiungam, iustissimũ & æquissimum mihi videri, eos qui non tãtum semel, sed bis, aut pluries vel in abiuratam fautoriam, vel in alias relabuntur, absque misericordia tradẽdos fore curiæ seculari: quoniam in his ob multiplicatos actus grauissima sunt, & quasi violenta perfidiæ indicia; & ob criminis totiens repetiti grauitatem liceret tunc secure leges transgredi. si hoc vere esset leges trãsgredi, quod non credo. Hæc tamen ita dixi, vt cuiuslibet viri docti & catholici meliora sentientis iudicio libẽter supponam.

¶ Eodem modo si quis diffamatus de aliqua hęresi canonice se purgauit, & post incidat in eandẽ vel aliam, &c.] *Hæc est secunda quæstio, eaque etiam in hac causa valde difficilis, de qua non vno modo sentit multis locis Eymericus, quam disputaui infra 3. parte, in secundo modo processum fidei terminandi.*

Postremo illud in fine huius disputationis, quæ suscepta est de relapsis, obseruandum est, quod cauit Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa IIII. anno Domini M D L V. per bullam incipien. Cum quorundam hominum. *Dat. Romę apud sanctum Marcum, septimo idus Augusti, Pontificatus sui anno primo, videlicet pro relapsis in hęresim haberi, & vt relapsos curię seculari tradendos etiam in primo lapsu, omnes & singulos illos, qui asseruerint, dogmatizauerint, vel crediderint aliquem ex infrascriptis erroribus hæreticalibus, aut hęresibus, quę in prædicta bulla referuntur in hæc verba:* Vel Deum omnipotentem non esse Trinum in personis, & incompositа omnino indiuisaque vnitate substantię, & vnum vnamet simplici diuinitatis essentia: aut Dominum nostrum Iesum Christum nõ esse verum Deum eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritusancto: Aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ semperque Virginis Marię de Spiritu sancto, sed sicut ceteros homines ex semine Ioseph: Aut eundem Dominum ac Deum nostrum Iesum Christum non subijsse acerbissimam crucis mortem, vt nos à peccatis & ab ęterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternam reconciliaret: Aut eandẽ Beatissimam Virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate, ante partum scilicet, in partu, & in perpetuo post partum. *hactenus ibi. & post multa subdit rationem constitutionis, & pœnam in hęc verba:* Et insuper cum errores, quos supra narrauimus ita graues & nefandi sint, vt illi, qui in eos decidunt, excusationem non habeant, sed subuersi potius atq; immanes, quàm hæretici merito dici possint: Hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus, quòd tam illi qui hactenus in ipsos errores, vel eorum aliquem lapsi sunt, & infra supradictum terminum non resipuerint, & ea, quæ supradiximus non adimpleuerint, quàm omnes & singuli alij, qui in futurum in illos, vel illorum aliquẽ quomodolibet prolabentur, cuiuscumque dignitatis, status, gradus. ordinis, vel conditionis existant pro subuersis & relapsis in hęresim haberi, & vt relapsos curiæ sæculari tradi, & per ipsam curiam debitis pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia perinde ac si vere & realiter in hęresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret. *hęc ibi.*

Alium prętera casum, in quo aliquis pro relapso habeatur, sanciuit idem Dominus Paulus Papa IIII. anno Domini M D L V III. per bullam incipien. Cum ex Apostolatus officio, *quæ habetur inter literas Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis in fine huius operis, aduersus magistratus quoslibet & Dominos ecclesiasticos, aut alios etiam sæcularem iurisdictionem habentes, qui in schisma, aut hæresim inciderint, aut schisma vel hæresim excitauerint, de quo cum alibi dixerim copiosius, nihil amplius hic differendum putaui, & satis esse existimaui eum indicasse. & qualiter in eo sit procedendum series prędictæ constitutionis continet non obscure.*

Finis Secundæ Partis.

Quibus casibus possit quis velut relapsus tradi curię seculari in primo lapsu.

IN TERTIAM PARTEM
DIRECTORII INQVISITORVM
Nicolai Eymerici Præfatio & Argumentum.

CORPVS *Humanum mirabili quadam elementorum symmetria, & quasi consensione, atque concordia diuinitus constitutum, per varios casus & rerum diuersa accidentia, dissoluta ea consensione, ametriaque accedente, in tetras, infaustas, infelicesque calamitates & morbos labi & incidere quotidie conspicitur. ex his quidam medicorum peritia, & medicamentorum ope (iuuante tamẽ natura) longe lateque expulsi, sanitati cedunt, corpusque ipsum ante afflictum in pristinum constitutionis statum reuertitur, & conseruantium pharmacorum virtute munitum feliciter roboratur. Alij contra, humorum malignitate peccante adeo pestilentes existunt, vt prorsus incurabiles, totiusque remedij expertes efficiãtur; qui (nisi vel ferro vel igni protinus occurratur) synceras sanasque partes sua innata malitia corrumpentes, & vicinitate deprauantes, paulatim totum corpus velut crudeles inimici, truceque tyranni immani feritate atque sęuitia inuadentes, quasi diripiunt & depopulantur. his tamen vnicum remedium est ferro protinus resecare, iuxta illud:*

. . . . . sed immedicabile vulnus
Ense reciden dum est, ne pars syncera trahatur.

His prorsus similia in vitijs animi, morbis corporis longe crudelioribus & immanioribus, licet velut in claro speculo, aut aqua limpidissima contemplari: quorum quidam perturbant equidem mentem, rationemque prędiunt; at quia summa abest malitia, non omnino inficiunt corrumpuntue diuinam intellectus facultatem. Alij tamen tanta sunt iniquitate & malignitate affecti, vt quod est in homine pulcherrimum, excellentissimum, & prorsus diuinum auferant & extinguant. Inter hos est hæreseos crimen, morbus mentis & intellectus omnium fœdissimus, grauissimus, & pestilentissimus: qui quamprimum animum alicuius infeliciter inuaserit, primum fidem, ceteras deinde virtutes diuinas corrumpit, violat, aufert. Hoc tamen morbo ægrotantes sanantur interdum, fiunt tamen interdum sua culpa incurabiles, & omne remedij genus detractãtes: at quia morbus est spiritalis, & proinde magis occultus & latens: ideo difficile sanatur, difficilius opportuna medicamenta inueniuntur, & omnium difficillime aptus medicus potest reperiri. Ceterum ne in hac parte, quæ omnium erat grauissima & vtilissima. reipublicę Christianę defuisse videretur Eymericus, vir, vt mihi videtur, ad fidei negotia prudenter & pie peragenda diuinitus natus, cum in superiori operis parte docuisset morbos, generaque morborum & ęgrotorum, in quibus plantata fides aut quasi fracta fuerat & debilitata, aut violata omnino, & radicitus anulsa: nunc mirabili prorsus arte velut prudens medicus rem aggreditur magnam, prestantem, & fere omni humano ingenio maiorem. tradit enim quidquid ad deprehendendum hæreseos morbum occultum & latitantem exigitur: quidquid ad cognoscendam ægrotantium malitiam attinet: quidquid ad sanandos hæreticos requiritur, remedia omnia prudentissime commonstrat: iudices violatæ religionis (qui sunt ad curandam & auellendam hęresim medici à summo Pontifice, Romano destinati) instruit: vt intelligant, quos, quibus, & quando, & quomodo curare oporteat. Qua ratione ad salutem reuocati hæretici per pœnitentiales pœnitentias, quasi per medicinas salutares in sanitate debeant conseruari, demonstrat: & quomodo desperati & incurabiles, hoc est, pertinaces è consortio fidelium ejciantur, ne vicinitate & morbi contagione proximos quosque fideles inficiant & corrumpant, diligenter ostendit: quales sint medicorum, hoc est, iudicum in hac re partes edocet: quæ ministrorum officia & munera tractat abunde. ita denique totam in hoc negotio procedendi seriem & ordinem ponit ob oculos, vt nullus futurus sit vel mediocriter eruditus, qui cum hunc laborem fuerit intuitus & secutus, non facile suo muneri & officio satisfaciat, & in sanctissimo Inquisitionis officio, non etiam possit sanctissime (vt decet virum inquisitorem) versari. Cuncta vero qua ratione (quod erat longe difficillimum) debeant ad praxim reuocari, singulari methodo ostendit. Tandem si quæ difficultates (quod sępe contingit) in officio inquisitionis vel in iudicum personis, vel in ministrorũ creatione & officio, vel in pœnis aut pœnitentijs iniungendis vel remittendis, vel temperandis; vel denique in alijs quibuscunque, quæ breui oratione recenseri non possunt, oriantur, opportune omnibus in fine huius operis, centum & triginta propositis quæstionibus occurrit Eymericus adeo feliciter, vt sępe sim hominis ingenium, laborem vero & industriam in primis admiratus, qui eo tempore quo bonę fere litterę sepultę iacebant, librorumque erat non parua penuria, potuerit tam felix, tam copiosum & eruditum opus absoluere. Iã in singulis edocendis non friuolis & caducis rationibus, sed nel apertis Pontificum summorum definitionibus, nel Conciliorum decretis, nel sanctorum Patrum dictis, nel probatorum Iurisperitorum grauibus sententijs & doctrinis vtitur: quę res maiorem sibi honorem & operi auctoritatem merito est allatura. Ceterum singula qualia sint, series & ordo docendi abunde commonstrabunt.

INCIPIT TERTIA PARS DIRECTORII INQVISITORVM

Cum Commentarijs Francisci Pegnæ Sacræ Theologiæ & iuris vtriusque Doctoris.

TERTIA Pars huius Directorij officij inquisitionis est de practica huius officij, qualiter, scilicet, sit ipsum officiū exequendum. & hic oportet tria videre. Nam primo videndum est, quomodo & qualiter inquisitionis processus hæreticæ prauitatis sit incipiendus. Secundo, quomodo & qualiter sit mediandus. Tertio, quomodo & qualiter sit fine debito terminandus.

QVOMODO ET QVALITER PROCESSVS IN CAVSA FIDEI EST INCIPIENDVS.

Inquisitori de nouo instituto quid agendum.

PRIMO est uidendum, quomodo, & qualiter processus in causa fidei est incipiendus. Vbi cōsiderandum est, quòd quādo Inquisitor est à domino nostro Papa, uel ab alio eius uice, de nouo institutus in aliquibus regnis uel terris.

1 In primis [a] debet se præsentare Regi uel domino temporali illarum partium uel terrarum, in quibus est Inquisitor à Sede Apostolica deputatus, & facere sibi de sua commissione Apostolica plenam fidem: & post eidem supplicare, & exhortari, quòd habeat eum, quo ad suum officium commendatum, præstando sibi (cum opus fuerit) consilium, auxilium, & fauorem: Exponendo eidem, quòd ad hoc tenetur secundum canonicas sanctiones, si fidelis haberi cupit, (prout debet) & uitare uult multiplices pœnas iuris, quę continentur in cap. Ad abolendam. de hæret. lib. 5. & in cap. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6.

Inquisitor fidem Domino temporali de sua institutione faciat.

2 Quibus [b] factis, petere debet litteras saluaguardiæ, & protectionis à prædicto domino temporali, pro seipso Inquisitore, & eius socio, notario, & familia sua, ac bonis eorum: quæ officialibus illius domini dirigantur, & nihilominus quòd dicti officiales Inquisitori pareant in capiendo hæreticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, ac de hæresi diffamatos; ac in executione facienda contra prædictos faciant omnia & singula, quæ ad eorum officium spectant, pro extirpanda hæretica prauitate, & extollenda catholica fide, quando & quotiens ab Inquisitore, vel eius nomine fuerint requisiti. Et habeat ipse Inquisitor ab ipso rege vel principali dominō tēporali, si & prout melius poterit, huiusmodi litteras saltem in substantia & effectu tenoris sequentis.

Litteras saluaguardiales ab eo impetrare studeat.

A Forma litterarum domini temporalis, quas debet impetrare Inquisitor quando est nouiter institutus.

N. Dei gratia Rex talis regni, dilectis & fidelibus vniuersis, & singulis officialibus nostris, & eorum loca tenentibus vbilibet infra dominiū nostrum constitutis & constituendis, ad quos præsentes peruenerint: Salutem & dilectionem.

CVM Religiosus, dilectusque noster frater N. ordinis fratrum Prædicatorum Inquisitor hæreticę prauitatis in regnis et terris nostro dominio subiectis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus pro Dei seruitio, et cultu, seu exaltatione sanctæ fidei orthodoxæ, vtque ipsum hæresis detestabile crimen à dictis partibus, quibus præsidemus (si forsan alicubi vigeat, siue inoleat) ualeat extirpare, ad loca seu ad partes nostrę iurisdictioni subiectas, et uobis commissas declinare quandoque habeat, seu etiam proficisci: Nosque velut princeps catholicus, qui de manu Altissimi multa bona, variosque honores recognoscimus recepisse, in prædictis et aliis, quę diuinum concernunt obsequium, ipsi Deo conditori omnium placere (vt conuenit) plurimum cupientes, intendamus, immo et uelimus omnino fauorabilem dare locum, ipsumque Inquisitorem tanquam specialem Dei ministrum nostris prosequi gratijs et fauoribus opportunis: Ideoque uobis et unicuique uestrum dicimus, et expresse precipiendo mandamus, sub pœna nostrę gratię et mercedis: quatenus quotiescunque dictum fratrem

trem N. Inquisitorem pro exercendo dictum officium, ad dicta loca seu partes vobis commissas contigerit se transferre, et pro vel super prædictis fæculare brachium inuocando, vestrum auxilium postulare; eundem [c] fratrem N. Inquisitorem fauorabiliter admittatis; capiendo seu capi faciendo quoscunque dictus Inquisitor de memorato facinore suspectos, diffamatos nouerit, seu etiam hęreticos quoscunque vobis duxerit nominandos: et captos etiam detinendo: et infra [d] iurisdictionē vestram ad locum, de quo dictus Inquisitor vobis dixerit † deducendo: necnon pœna debita plectendo eosdem, sicut ipse decreuerit, et est fieri consuetum: si videlicet quando, et quotiens, et prout Inquisitor vos duxerit requirendos. Vt autem [e] Inquisitor prefatus suum Inquisitionis officium securius et liberius exercere valeat, nostro fussultus presidio et fauore, Inquisitorem eundē, eius socium, ac eius notarium et familiam, res et bona eorum sub nostro speciali guidatico, custodia, et commenda ex nostra regali clementia benigne recipimus cum præsenti: Mandantes [f] vobis (vt supra) quòd guidaticum seu protectionem nostram huiusmodi dicto Inquisitori, eius socio, notario ac familię, et rebus eorum inuiolabiliter obseruando, nullam iniuriam, nullumque dispendium, grauamen, aut damnum aliquod eis inferri in personis aut bonis à quoquam permittatis: quinimmo prouideatis eisdem de securo conductu, et transitu, si et prout per iam dictum Inquisitorem inde fueritis requisiti. Datum in tali loco, sub nostro sigillo in pendenti, tali die, mensis talis, anno tali.

† al. iniunxerit

Eymericus.

Quibus [g] litteris sic obtentis pariter & acceptis,

4 Prelatos loci sui adeat.

accedat ipse Inquisitor ad Archiepiscopum seu Metropolitanum, Archiepiscopos seu Metropolitanos illius prouinciæ seu illarum prouinciarum, ad quam vel quas extitit deputatus, & de commissione Apostolica, sibi in fidei causa facta, etiam faciat plenam fidem: & consimiliter se habeat ad oēs & singulos Episcopos seu eorum vicarios illarum diœcesium, ad quas extitit deputatus, antequam in eorum diœcesibus suum officium exequatur: quòd de commissione sua eis fidem faciat certiorem. Nam aliàs si ante fidem factam suum officium exequatur, poterit [h] & merito tam per prelatos, q̄ per dominos temporales in suo officio molestari, ac etiam retardari pariter & requiri ne amplius procedat, quousq; de commissione Apostolica sua eis fecerit plenam fidem.

5 Litteras domini temporalis eius ministris ostendat.

Sicq; fide facta, prælato illius diœcesis, in qua voluerit suum officiū exercere, præsentet litteras præfatas domini regis, seu domini tēporalis officialibus suis in illa dicta diœcesi, in qua disponit exequi suum officium antedictum, requirens eos, quòd iuxta mandatum eis factum, capiant, vel capi faciāt delatos de hæretica prauitate, ac faciant ea omnia, quæ ad eorū spectant officium, cum ab ipso Inquisitore seu eius nomine vel mandato fuerint requisiti.

6 Iuramentū, si uisum fuerit ab illis requiratur.

Sicque facta fide de sua commissione & prælato, & domino tēporali, ac presentato mandato dicti domini temporalis eius vicarijs, balliuis, seu alijs officialibus regimen habentibus, et potestatem capiendi & retinendi, quibus uis nominibus censeantur, potest

A *Inquisitor ipse, si vult, iuxta c. Ad abolendam § statuimus. de hæret. lib. 5. & c. Vt officiū. § statuimus. de hæret. lib. 6. exigere ac petere iuramentum ab officialibus prędictis domini temporalis, de defendenda Ecclesia contra hęreticam prauitatem, et ipsi Inquisitori parēdi iuxta officium ac posse suum: ac eos citandi quatenus coram eo compareant per litteras tenoris sequentis.*

COMMENT. I.

Num. 1.

Inquisitori ingresso in prouinciā sibi decretam quid primū faciendum.

a IN primis debet se præsentare Regi, vel domino temporali, &c.] *Traditurus Eymericus*

B *quęcunque ad peragendum hæresis causam spectāt, à iudice orditur, docens eum quid facere debeat cum primum est institutus, acceditque ad gubernandam prouinciam sibi creditam. hunc vero locum tractant etiam Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 10. nu. 11. & Simancas de catho. instit. tit. 44. de ordine procedendi. nu. 1.*

Neque hic ordo discrepat à iure communi: nam in l. obseruare. ff. de offic. proconsulis. ita cauetur:

C Antequam vero fines prouinciæ sibi decretæ proconsul ingressus sit, edictum debet de aduētu suo mittere, &c. *Sed Eymericus in his alterius fortassis sanctionis doctrinam sequitur: nam in concilio Biterrensi cap. 1. de hoc ordine obseruando ita sancitur:*

Consulimus, vt intra terminos inquisitionis limitatę vobis ad locum, de quo expedire videritis, iuxta mandatum Apostolicum declinetis, vt inquisitionem de illo, vel de locis alijs faciatis, cum tutum non sit vos ad loca singula declinare: atque ibi conuocatis clero & populo, & proposito verbo Dei, mandatum vobis factum, & aduentus vestri causam, lectis litteris, quarum auctoritate procedere habetis, sicut oportere noueritis, exponatis. *hęc ibi.*

Neque ab his differt admodum hodiernus vsus; nam Inquisitores quamprimum prouinciam sunt ingressi, litteras delegationis, quibus creati sunt Inquisitores, ostēdere debent capitulo maioris Ecclesię, & consistorio ciuitatis, vt notum sit eos in crimine hæresis iudices esse. Conradus Brunus lib. 1. de legatio. cap. 8. & cauetur etiam in Hispania prima instructio. Hispalen. c. 1.

Num. 2.

Litteræ saluaguardiæ q̄ dicantur.

b ¶ Quibus factis petere debet litteras saluaguardiæ, &c.] *Sæpe monui, Eymericum in hoc opere vti solitum vocibus vulgaribus nationis nostræ. nam quod latini asylum vocant, Hispani saluaguardiam dicunt, Itali tranquiziam, ergo per litteras saluaguardiæ, hic intellige tutrices & adiutrices litteras, seu, vt idem dicit, litteras protectionis, quibus*

E *iubetur exhiberi Inquisitoribus omnis immunitatis & fauoris plenus thesaurus.*

Num. 3.

Magistratus iussu Inquisitorum capere & custodire tenentur hæreticos.

c ¶ Eundem fratrem N. Inquisitorem fauorabiliter admittatis, capiendo seu capi faciēdo quoscunque, &c.] *Hoc ipsum præcepit cunctis sæculi magistratibus Federicus Imperator in l. commissi no bis. §. 3. quam inter litteras Apostolicas in fine huius operis curauimus imprimendam, in hæc verba:*

Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis seu alijs locis imperij, per Inquisitores ab Apostolica sede datos, &

alios orthodoxos fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorũ virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire, donec per censuram ecclesiasticam condemnatos damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant. *hęc ibi.*

Et eos docere quo Inquisitores voluerint.

d ¶ Et infra iurisdictionem vestram ad locũ de quo dictus Inquisitor vobis dixerit, deducendo.] *Desumptum videtur ex rescripto Innocentij IIII. incipiente:* Ad extirpanda. *§. teneatur. el primo. vbi magistratibus secularibus hoc præcipitur in hęc verba:* Teneatur autem Potestas, seu Rector quilibet in expensis communis, cui præest, facere duci eosdem hęreticos ita captos, quocunque diœcesanus vel eius Vicarij in iurisdictione, vel districtu diœcesani Episcopi seu ciuitatis, vel loci voluerit illos duci. *hæc ibi. quę verba tametsi solis episcopis & eorum Vicarijs, hanc præcipiendi hoc facultatem tribuere videantur, Inquisitoribus etiam competũt, vt initium & series eius rescripti indicant, declarauitque etiam Clemens IIII. alio rescripto incipiente:* Ad extirpanda. *quod est relatũ inter litteras Apostolicas in fine huius operis.*

e ¶ Vt autem Inquisitor præfatus suum inquisitionis officium, &c. nostro suffultus præsidio & fauore, inquisitorem eundem, &c. benigne recipimus cum presenti.] *Hoc ipsum præcepit Federicus Imperator vniuersis præsidibus tam ecclesiasticis, quàm secularibus in l. commissi nobis §. 10. in hæc verba:* Ad hoc notum fieri volumus, fratres Prędicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos: ceteros quoque qui ad hęreticos iudicandos accesserint, & venerint, nisi aliqui eorum ab imperio sint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostra & imperiali defensione speciali recipimus: & quòd apud omnes sub ope, & recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestrę mãdantes, quatenus quocunque, & apud quemcunque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hęreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. *hactenus ibi. ex quibus Eymericus hanc scribendi praxim subtiliter accepisse videtur.*

Inquisitores ab omnibus debent protegi & defendi.

f ¶ Mandantes vobis (ut supra) quòd guiaticum, seu protectionem, &c. *In Directorio Sabellano paulo fauorabiliora leguntur hæc, in hunc modum:* Mandantes vobis, vt dictum Inquisitorem, eius socios, notarios, & familiares, ac eorum res & bona ab huiusmodi † guidagijs, datijs, portubus, ac ab alijs oneribus, & grauaminibus liberos, & expeditos esse faciatis, nõ permittentes eos pro huiusmodi aliquid soluere, aut eis damnũ aliquod à quocunque inferri, siue pro personis, siue pro rebus: quinimmo prouideatis eisdem de securis transitu & portu, ac custodia, aut guidagio, sicut per eundem Inquisitorem fueritis requisiti. *hęc ibi. quę priuilegia exemptionum & immunitatũ satis videntur colligi ex prędicata Federici lege.*

† forte, omnibus

Inquisitores & corũ res & bona omnibus oneribus sunt immunes.

Et plane iustissimum est et æquissimum, vt Inquisitores, & eorum res & bona istis immunitatibus fruantur: nam si Doctoribus & scholaribus ratione publicæ vtilitatis concessum est, vt ab omnibus muneribus, seu oneribus realibus & personalibus sint immunes & liberi l. 1. C. qui ætate, vel professio. se excusant. lib. 10. vbi Nicolaus de Neapoli, Lucas Penna, & alij communiter, & Guilielmus de Cuneo in tract. de muner. nu. 9. & Bartolus in l. sed & reprobari. §. amplius. nu. 4. ff. de excusatio. tuto. & copiose Horatius Lucius tract. de priuilegijs scholariũ in priuilegio 57. profecto multo magis hoc Inquisitoribus debet tribui, cum causam fidei, quæ ceteris præponderat, tueantur. Tradit Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. nu. 421. facit optime textus in cap. non minus. de immunit. ecclesia. vbi sacerdotibus Aegyptijs, quia religioni, & cultui suorum idolorum seruiebant, de publico alimoniam administrari, & ab omnibus oneribus liberos fuisse, scribit Romanus Pontifex: quod multo magis in repub. Christiana cõpetere debere sacrę fidei censoribus exploratissimum est. faciunt quæ tradit Guido Papæ decisio. 83. incipien. Die decima quarta. *& alij, quos breuitatis causa omitto.*

Num. 4.

g ¶ Quibus litteris sic obtentis, accedat ipse Inquisitor ad Archiepiscopum, &c.] *Hodie qua ratione hoc fieri debeat, dixi paulo antea in principio huius commentarij & conuenit penitus doctrina concilij Biterrensis cap. 1. quam supra etiam citaui.*

Ibidem.

h ¶ Poterit & merito, &c. in suo officio molestari, ac etiã retardari, & requiri ne amplius procedat.] *Et causa in promptu est, quia nemo creditur delegatus, nisi probet delegationem. c. cum in iure de offic. delegati. itaque si virtute mandati sibi facti procedere cupit, mandatum ostendere, et probare debet. de quo vide quæ eleganter & copiose tradit Conradus Brunus lib. 1. de legationibus, cap. 8.*

Nemo creditur delegatus nisi delegationem probet.

Forma litterarum vocandi officiales temporales, vt compareant coram Inquisitore.

7 FRater N. &c. ordinis [a] Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini, à sancta sede Apostolica delegatus, venerabilibus & dilectis in ciuitate tali, vicario, balliuo ac consulibus: Salutem, & mandatis [b] nostris, immo verius Apostolicis, prompto animo obedire.

CVM Propter inquisitionis hęreticorum nobis iniũctum officium, & etiam propter vestrum, habeamus super negotijs fidei vnà vobiscum aliqua pertractare: idcirco auctoritate domini nostri Papę, qua fungimur in hac parte, et iniuncti nobis officij, vos et quemlibet vestrum rogamus et requirimus per presentes (quamuis possimus præcipere et mandare) sed de promptitudine zeli vestri in causa maxime fidei minime dubitantes; quatenus omnibus negotijs prætermissis, die tali, quæ computabitur talis dies, mensis talis, et hora tali ad talem locum domus fratrum Prædicatorum talis loci certa ratione ad nos personaliter veniatis.

Datum in tali loco, die tali, talis mensis, anno tali.

Comparẽtes adhortetur ad præstãdũ iuram.

8 *Quòd si comparuerint, Inquisitor verbis exhortetur eos, quatenus præstent ei iuramentum corporale, de defendẽda Ecclesia contra hæreticos iuxta posse & officium suum, faciendo eis legi per notarium prædicta capitula seu decretales in vulgari. Quibus factis, vt magis appareat de iustitia & eorum obedientia, monebit eos, ac requiret in præsentia proborum, & maxime personarum ecclesiasticarum, quatenus faciant antedicta per literas tenoris sequẽtis.*

COMMENT. II.

QVoniam multis Pontificum rescriptis (de quibus in 2. par. copiose egit Eymericus) iubentur quarumlibet ciuitatum magistratus iure ad nutum Inquisitorum se inuiolabiliter obseruaturos quascunque leges aduersus hæreticos editas, & expurgaturos ciuitates suas ab hęretica prauitate, & capturos hæreticos. & præstiturosipsis Inquisitoribus auxilium, consilium, & fauorem; quos si prædicta præstare renuerint, possunt Inquisitores compellere per ecclesiasticas censuras: propterea Eymericus qua ratione ea iuris præcepta ad praxim reuocentur, industria singulari propositis exemplis edocet. addita præterea forma absolutionis, ab eisdem censuris, vt cuncta ad amussim intelligantur, idq; vsque ad titulũ de instruendo vicario, seu cõmissario.

Num. 7.

a ¶ Ordinis prędicatorum] *Fratres ordinis Prædicatorum in his semper nominantur, quia initio delegatę inquisitionis contra hæreticam prauitatem, hi cum fratribus Minoribus ordinis B. Francisci huic muneri fuerunt præfecti, quod vsq. in hodiernam diem exercent adhuc in vniuersa fere Italia.*

Modus scribendi Inquisitorum.

b ¶ Et mandatis nostris, immo verius Apostolicis.] *Obseruandus est hic modus, quem scribendo Inquisitores vsurpant, quo ideo vtuntur, quoniã Pontificis summi personam repræsentant, vt notat Abbas in c. sane de offic. delegati. & Campegius apud Zanchinum c. 8. quod ad amplam eorum dignitatem spectat. is autem scribendi modus desumptus videtur ex rescripto quodam Innocentij IIII. incipiente:* Orthodoxæ fidei, *circa finem ibi:* Si vero nostris in hoc, immo potius Apostolicis acquiescere monitis non curauerint, &c.

Forma litterarum requirendi officiales temporales vt præstent iuramentum.

9 FRater N. &c. ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini, à sede Apostolica delegatus specialiter; Venerabilibus, vicario, balliuo, ac consulibus talis ciuitatis, seu loci: Salutem, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis, prompto animo obedire.

CVM A statutis sacrosanctę Romanæ Ecclesiæ, & præsertim super negotijs fidei, in qua eiusdẽ matris Ecclesiæ fundamenta à domino nostro Christo posita dignoscuntur, & firmiter stabilita, null⁹ vere catholicus debeat deuiare, sed potius secundum eius officium promouere totis viribus & cõplere: idcirco nos frater N. ordinis Prædicatorum prouinciæ talis, à sede Apostolica specialiter delegatus, auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, & iniuncti nobis officij: Vos venerabiles Iuratos, Balliuum, Subballiuum, Vicarium, & subuicariũ ciuitatis talis, generaliter, & quemlibet vestrũ singulariter monemus per præsentes, & requirimus de præsenti, quatenus præstetis ad sancta Dei Euangelia (vt est iuris) publice iuramentum, de [a] obseruandis Imperatoris Federici legibus, & statutis super negotio fidei editis, & hæretieæ prauitatis, secundum formam & modum per nos secundum statuta Ecclesiæ exprimendum. Si autem (quod absit) contempseritis, & renueritis mandatis Apostolicis & nostris in hoc negotio obedire; denuntiamus vos per nos mucrone anathematis feriendos, & vestris publicis officijs spoliandos in posterum etiam, & priuandos, secundum Apostolica & canonica statuta. Datum, & cetera.

10 Consentientes genuflexi iurabunt.

Quibus litteris eis lectis, si prædicti officiales taliter requisiti consenserint ac se velle dixerint præstare antedictum iuramentum, præstabunt, ibidem, vel in Ecclesia publice, vel in loco, de quo videbitur: præfatum autem iuramentum præstabunt flexis genibus libro Euangeliorum stante ante eos, & ipsis officialibus ponentibus manus ad librum prędictum per verba, & formam tenoris sequentis.

COMMENT. III.

Num. 9.

Federici leges cõtra hæreticos multi Pontifices confirmant.

a DE obseruandis Federici legibus super negotio fidei editis.] *Tulit has leges Federicus Patauij, easque promulgauit 22. die Februarij indictione 12. prima incipit:* Commissi nobis cęlitus. *secunda:* Inconsutilem. *tertia:* Patarenorum. *quarta:* Catharos. *has multi Pontifices Romani olim inuiolabiliter obseruari iusserunt. Innocentius IIII. rescripto incipiente:* Cùm aduersus. *Vrbanus IIII. alio incipiente:* Licet ex omnibus. *Alexander IIII. & alij, vt constat ex litteris Apostolicis, quas in fine huius operis imprimendas curauimus, vbi & has leges habes insertas, & earum nonnullas nunc primum in lucem editas. tandem Bonifacius octauus eas dem leges iussit obseruari, vt patet in c. vt inquisitionis. §. 1. de hæret. lib. 6. huius rei hoc loco non immemor Eymericus hanc clausulam prudentissime apposuit.*

Item leges quaslibet iubent obseruari.

Nec modo ad obseruandas Federici leges, sed etiam ad quęlibet alia statuta tam ecclesiastica quàm secularia cogi possunt sæculi magistratus per Inquisitores hæreticę prauitatis, vt constat in primis ex duobus rescriptis. Innocentij IIII. incipientibus: Orthodoxæ fidei. *quæ sunt impressa in bullario litterarum Apostolicarum, cauitque etiam nominatim concilium Biterrense cap. 31. in hac verba:* Vt autem adiuuante Domino hæresis melius extirpetur & citius: fideique plantetur in terra, statuta & iura per sedem Apostolicam, eiusque legatos, ac principes super his edita, faciatis plenissime obseruari. *hæc ibi. Ad hoc autem per censuram ecclesiasticam cogi possunt, vt in præcitatis Innocentij IIII. rescriptis continetur.*

Forma

Universidad de Deusto
Biblioteca

Forma præstandi canonicum iuramentum de defendenda Ecclesia contra hęreticam prauitatem.

1 NOs talis Vicarius talis ciuitatis vel loci, & talis subuicarius, & talis balliuus, & talis subballiuus, & tales consules, vel Iurati ciuitatis talis, vel loci, ad requisitionem & monitionem venerabilis præfati domini Inquisitoris fratris N. tanquam veri fideles & obedientes Ecclesiæ sanctę Dei: promittimus & iuramus per hęc sancta quatuor Euangelia coram nobis posita, & per nos corporaliter tacta, ꝙ fidem Domini nostri Iesu Christi, & sanctę Romanæ Ecclesiæ tenebimus, & teneri faciemus, seruabimus & seruari faciemus, & ipsam contra omnes pro viribus defendemus, ita ꝙ hęreticos, credentes, fautores, & receptatores, ac defensores eorum; nec non diffamatos, vel suspectos de hæresi prosequemur, & capiemus, seu capi faciemus quandocunque poterimus: & accusabimus, & denuntiabimus Ecclesię, vel Inquisitoribus, si alicubi sciuerimus eos esse, vel aliquem de prædictis, præsertim cum fuerimus requisiti.

Item a ꝙ non committemus balliuias, sayonias, vel aliqua officia publica, quibusuis nominibus censeantur, alicui de huiusmodi personis pestiferis, vel suspectis ac diffamatis de hæresi: nec alicui, cui impositum fuerit ratione criminis hæresis, vel alias prohibitum ab Inquisitoribus, vel à iure, ꝙ publicis officiis non fungatur: nec eos, vti prędictis, nec tenere publica officia permittemus. Item b ꝙ nullum de prædictis recipiemus, nec habebimus in nostra familia, vel consortio, vel seruitio, nec in nostro consilio scienter: & si forte cõtrarium factum fuerit ignoranter, illos postquam ad notitiam nostram per Ecclesiam, vel Inquisitores hęreticę prauitatis, vel eorum Commissarios peruenerit, protinus expellemus: & quòd in his & in aliis, quæ ad officium inquisitionis hęreticæ prauitatis pertinẽt, erimus obedientes Deo & Romanæ Ecclesię, & Inquisitoribus eiusdem hæreticę prauitatis iuxta officium & posse nostrum: sic nos Deus adiuuet, & hæc, super quibus iuramus, sancta Dei Euangelia manibus propriis per nos tacta.

12 Recusantes admonean tur, &c.

Si autem fortasse lectis dictis officialibus litteris antedictis, ac sic verbo litteratorie requisitis spatiũ deliberandi petierint, & tandem recusauerint præstare iuramentum antedictum: tunc transactis aliquibus paucis diebus Inquisitor requiret eos, vel requiri faciet sub pœna excommunicationis, per litteras tenoris sequentis.

Num. 11. Iuramẽtum magistratuũ quid conti neat, cũ iussu Inquisitorũ iurant.

COMMENT. IIII.

HOc etiam canonicum iuramentum præstandũ olim sanciuit concilium Biterrense cap. 32. vbi singillatim expressit, quę in hoc iuramento contineri debeant. quæ quoniam claram lucem sunt loco huic allaturæ, non duximus omittenda. habet autem concilium ita: Adiecto in iuramento Comitũ, Baronum, Rectorum, & Consulum, ac Bailliuorum ciuitatum, ac aliorum locorum, ꝙ fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerit requisitum, Ecclesiam contra hęreticos & eorum complices adiuuabũt, iuxta officium & posse suum, & de terris suę iurisdictioni subiectis bona fide pro viribus exterminare studebunt vniuersos hęreticos ab Ecclesia denotatos. *hactenus ibi.*

In statutis Vrbis Romæ lib. 1. cap. 7. de iuramento Senatoris de hac quoque re ita cauetur. Senator statim cum Capitolium ascenderit ad officium exercendum, iuret in manibus Conseruatorum ad sancta Dei Euangelia, &c. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis contra hęreticos, quandocunq; fuerit requisitus, fauoré, & auxiliũ præstaret, &c.

Illud monebo posse. ac debere Inquisitores pro tẽporum varietate, ac hæresum pullulantium qualitate adijcere in hoc iuramento eas clausulas, quas opportunas iudicauerint, veluti nostris temporibus se adiuuaturos Ecclesiam contra Lutheranos, Caluinistas, & ceteros hęreticos quibuscunque nominibus censeantur: possunt autem huiusmodi iuramenti formulæ facile ab eruditis concipi, nunc fusioribus, nũc breuioribus verbis, dummodo in substantia compleantur, quæ à concilio Bitterrensi præscribuntur. eiusdem quoq. iuramenti meminit Zanchinus tract. de hæret. cap. 37. cum videto.

a ¶ Item ꝙ non committemus balliuias, sayonias, vel aliqua officia publica, &c. alicui de huiusmodi personis pestiferis, &c. *Hęc clausula est etiã valde necessaria, & propterea nullo modo fuit omittenda. desumpsit eam (vt credo) Eymericus ex concilio Tolosano cap. 16. in quo ita sancitum est:* Inhibemus etiam ne prælati, barones, milites, seu quicunque domini terrarum hæreticis, vel credentibus eorum, bailliuias, seu administrationes suarum terrarum committant. *hęc ibi. Hinc enim quot incommoda oriantur, testantur passim maiorum exẽpla, quibus ob breuitatem valere iussis, id solum cõmemorabo, quod Laurentius Surius memorię prodidit in commentarijs historiæ sui temporis: ait enim Martinum Lutherum hominem pestilentem, & cum antiquis hęresiarchis facile conferendum, & ad omnia mala natum, Vormatiam à Cæsare Carolo V. euocatum data fide publica, dummodo in itinere à prædicandis hæresibus abstineret, ideo contra Cæsaris edictum feciisse, & impunitum euasisse, quoniam Cęsaris caduceator, qui fuerat missus ad conducendum Lutherum, hæretica labe infectus erat, Lutheroque tacite fauebat; quod si Cæsar resciuisset, potuisset tunc Lutherum perdere. Cauendum est ergo diligentissime, ne vllæ penitus administrationes hæreticis, aut etiam suspectis de hęresi committantur. idem quoque cauit concilium Bitterrense cap. 28. quod paulo post referam. huc spectant quæ dixi supra par. 2. super quęst. 53. & 57. quę ad hũc locum illustrandum sunt apta.*

Hæreticis aut credentibus, & ceteris similibus nõ sunt administrationes cõmittendæ.

Iam Bailliuiæ & sayoniæ *voces sunt vulgares. Prima, Gallicana, qua significatur potestas eorum, qui exercẽt iudicum decreta & ministeria, siue eorũ qui imperia iudicũ exequuntur, quales sunt apparitores, lictores, & ceteri administri. Altera est Hispana antiqua, qua indicatur officium satellitum, apparitorum, seu ministrorum ipsorum iudicum, seu magistratuum,* bailliuiæ & sayoniæ, quid significent.

stratuum criminalium, quos Itali vocant sbirros. *perinde est ergo ac si diceretur, non faciemus ministros, eos qui male de fide sentiant, aut hæreticis faueant: siue non præficiemus tales officijs publicis aut honorificis administrationibus: nam per illud verbũ, bailliuias, id quoque potest significari, vt videtur indicare concilium Biterrense c. 28. ibi:* Et ne Bailliuias seu administrationes teneant.

Hęretici, aut suspecti non debẽt esse in familia, aut consilio pontificum.

b ¶ Item quòd nullum de prędictis recipiemus, nec habebimus in nostra familia, vel cõsortio, vel seruitio, nec in nostro consilio scienter.] *Desumptum valde prudenter ex concilio Tolosano, & concilio Biterrensi, in quorum primo cap. 16. ita scriptũ est:* Sed nec eos (*scilicet hæreticos, aut eorum credentes*) aut etiam aliquos diffamatos de hæresi, vel quos credunt de hoc esse suspectos, in sua familia, vel suo consilio, habere, vel retinere præsumant. *hęc ibi. In Biterrensi vero cap. 28. idem cauetur his verbis:* Et ne Bailliuias, seu administrationes teneant, nec sint in consilijs, vel familijs potentum, &c. *Sunt hæc valde insignia, & diligentissime perpendenda in hac hęresis causa: nec vllus est in hac praxi locus, qui non habeat recõditam eruditionem, defuit Eymerico stylus elegans, sed non prudentia, & profunda rerum cognitio, cum nihil fere dicat, quod probatis auctoritatibus non nitatur, quamuis eas ipse non citet; quo magis miror quorundam iniustam fortassis sententiam, asserentium hęc omnia vel abijsse iam in desuetudinem, vel facile contemnenda, cum meliora excogitari possint, quod nusquam putarem audiendum.*

Forma litterarum requirendi, & monendi officiales tẽporales, vt præstent iuramentum sub pœna excommunicationis.

13 TRater N. ordinis Prædicatorum in talibus terris, seu dominio talis domini, Inquisitor hæreticæ prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus venerabilibus & in Christo nobis dilectis, tali Vicario, tali Balliuo, tali Subballiuo, & talibus Consulibus talis ciuitatis, vel loci: Salutem, & mandatis nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire.

Cum omnes renati fonte baptismatis, & præsertim domini temporales, consules, officiales & aliarum prouinciarum, ciuitatum, castrorum & locorum rectores, & regimini præsidentes, teneãtur in defensione sanctę fidei orthodoxę, & extirpatione prauitatis hęreticę, iuxta posse & officiũ suũ Ecclesiam adiuuare, si fideles haberi cupiunt, & tales à ceteris reputari; & hoc iurare cum ab Episcopis, vel Inquisitoribus fuerint requisiti, si vitare cupiunt graues & multiplices pœnas iuris, prout docent canonica instituta: Et nos qui ad ciuitatem talem venimus causa fidei, & exiltimus de præsenti, habemusque in ea nonnulla fidei ardua negotia peragere pro sancta fidei defensione, & extirpanda hæretica prauitate; quod facere commode nequimus, nisi vestrorum inuocato auxilio bra chij sæcularis: Ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte: Vos & vestrum quẽlibet requirimus & monemus, ac monendo in virtute sanctæ obedientię, & sub pœnis in iure contẽtis præcipimus, & mandamus, quatenus post tres dies naturales proxime & immediate sequentes, quorum primum pro primo, secundum pro secũdo, & tertiũ pro tertio termino & peremptorie, ac trina monitione canonica assignamus; scilicet die tali proxime & immediate sequenti veniatis in terram talem, & tali hora, & in tali loco coram nobis corporaliter † compareatis, & corporale † iuramẽtum ad sancta quatuor Dei Euangelia ibi nobis & coram nobis præstetis, iuretis; & promittatis, quòd toto tempore vestri regiminis in officio memorato fideliter & efficaciter, cum à nobis fueritis requisiti, Ecclesiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabitis, bona fide, iuxta officium & posse vestrum. Et nihilominus a quòd inuiolabiliter seruabitis, & seruari facietis in terris vestræ iurisdictioni ac regimini subiectis, constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores ipsorumque filios, & nepotes à sede Apostolica promulgatas, ac etiã approbatas. Si autem (quod Deus auertat) nostrorum monitorum, mandatorum, & præceptorum, immo verius Apostolicorum immemores extiteritis, & rebelles præfatis nostris monitis, & mandatis, infra prętaxatum vobis terminum non parendo, sciatis vos & vestrum quemlibet, sic rebellem, contumacem, & inobedientem, vel sic rebelles, contumaces, & inobedientes nobis, immo reuera Ecclesiæ sanctę Dei, excommunicationis sententia innodatum, & innodatos: quam excommunicationis sententiam in vos, & vestrum quemlibet, sic inobedientem, contumacem & rebellem nobis; immo sanctissimo nostro Papę, nunc vt extunc, & tunc vt ex nunc, vestra contumacia exigente & iustitia requirente in his scriptis sententialiter promulgamus. Notificãtes, ꝙ si permiseritis vos præfata nostra sententia innodari, procedemus cõtra vos ad pœnas alias debitas grauiores, & ad incursionem earundẽ, prout ius & iustitia suadebunt. Datum sub nostro sigillo, die tali, mensis talis, anno tali, ac loco tali.

† al. personaliter
† al. personale

14 Si non obediuerint declarentur excõmunicati.

Quibus litteris præsentatis, si infra eis terminum assignatum comparuerint, & iurare consenserint, iurent secundum formam superius expressatam. Si autem non comparuerint, elapso dicto termino, publicentur excommunicati, & publicari mãdentur in Ecclesia cathedrali, saltem per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. V.

Num. 13. Magistratus sæculi compelli possunt ab Inquisitoribus ad præstandum iuramentum.

MVltis rescriptis Apostolicis conceditur Inquisitoribus, vt possint sæculares magistratus compellere per censuram ecclesiasticam ad præstandum iuramentum, & de custodiendis legibus in hæreticos editis, & de extirpandis eisdem e terris suis: nam, vt cetera omittam, Innocentius III. rescripto incipiente: Orthodoxę fidei. *hanc illis apertissime tribuit facultatẽ, ibi:* Si uero nostris in hoc, immo

Universidad de Deusto Biblioteca

immo potius Apostolicis acquiescere monitis nō curauerint, ipsos ad id per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota cogatis. *hæc ibi: quę qua ratione debeant ad praxim reuocari, opportune docet hoc loco Eymericus.*

a ¶ Et nihilominus quòd inuiolabiliter seruabitis, &c. constitutiones contra hęreticos, &c.] *Multæ sunt Pontificum extrauagantes in fine huius operis impressę, quibus præcipitur sęculi magistratibus vt constitutiones et leges contra hęreticos latas obseruent. Innocentius IIII. sæpe cauit per bullam incipien.* Orthodoxæ fidei. *item per bullam incipien.* Ad extirpanda. *§. statuimus. vbi ita scriptum est:* Statuimus, vt Potestas seu Rector, qui ciuitati præest, uel loco alij ad præsens, aut pro tempore pręfuerit in futurum in Lombardia, Romaniola, vel Marchia Teruisana, iuret pręcise & sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, tam in ciuitate vel loco sui regiminis, quàm in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tam infrascriptas, quàm alias constitutiones & leges tam canonicas, quàm ciuiles editas contra hæreticam prauitatem: & super his pręcise obseruandis recipiēt à quibuslibet sibi in potestaria vel regimine succedentibus iuramenta: quę qui præstare noluerit, pro Potestatibus vel Rectoribus nullatenus habeantur. *hactenus ibi. Huc quoque spectat quod sanciuit Bonifacius Octauus in c. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6.*

Forma denunciādi excommunicatos prædictos officiales.

15 FRater N. ordinis prædicatorum, &c, Inquisitor, &c. dilectis nobis in Christo curatis clericis talis Ecclesię cathedralis, ad quem, vel quos præsentes peruenerint: Salutem & mandatis nostris, immo verius, & cetera.

Vobis, & cuilibet vestrum notum facimus tenore nostrarum pręsentium litterarum, quòd die tali de mense tali, & de anno tali, assistentibus nobis talibus ac in tali loco, vocauimus ad nos venerabiles talem Vicarium, & talem Subuicarium, talem Balliuum, & talem Subballiuum, & tales Cōsules talis ciuitatis, vel loci, & requisiuimus verbo prius, postmodum litteratorie: quatenus pręstarēt nobis iuramentum (vt tenentur) secundum canonicas sanctiones, quòd quandocunque per nos requirentur, vt Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adiuuarent bona fide, & iuxta officium & posse suum, et cetera facerent, quę in dictis litteris continentur. Cumque parere noluerint, vt tenentur, requisiuimus eos ac monuimus, et requiri ac moneri sub pœna excommunicationis fecimus, quatenus dictum iuramentū pręstarent infra certum eis terminum assignatum, vt patet per nostras litteras tenoris sequentis. *Inseratur tota immediate littera antedicta, & continuetur sic:*

Verum cū talis Vicarius, vel Consules, ac Balliuus, &c. antedicti; nostris præfatis monitis & mandatis, immo verius Apostolicis, nō paruerint cum effectu, contemnendo præstare petitum iuramentum canonicum antedictum, propter quę antefatam excommunicationis sententiam incurrerunt, vt cōtumaces nobis & rebelles, immo verius sanctissimo domino nostro Papę, et Ecclesię sanctę Dei, ideo auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte vobis & cuilibet vestrum dicimus, et in virtute sanctę obedientię, ac sub pœna excommunicationis præcipimus, et mandamus, quatenus tali die proxime venienti, et in omnibus & singulis alijs diebus Dominicis & festiuis, & tandem † quousque à nobis oppositum habueritis in mandatis, populo denuntietis in tali Ecclesia vel tali, in Missa maiori, quādo maior erit ibi multitudo populi atque cleri, pręedictos talem et talē fore per nos excommunicatos, et tanquam vere excōmunicatos vitetis, et faciatis ab alijs euitari, tantum et tamdiu, donec de absolutione eorum legitime vobis constet: Et has nostras reddatis latori pręsentium cum subscriptionibus vestris, continentibus diem et horam receptionis vestræ in signum mandati completi, positis in eisdem. Datū sub nostro sigillo, die tali, mensis talis, anno tali, et loco tali.

† al. & tādiu

Quibus denunciatis, si pręstare voluerint iuramētum canonicum antedictum, pręstabunt secundum formam in antea expressatam, & absoluentur à sententia excommunicationis, iniuncta a *eis aliqua dura pænitētia arbitraria salutari: vtpote quod certis diebus Dominicis, vel festiuis, habeant stare dum Missa maior dicitur, & populi maior fuerit multitudo, in porta Ecclesiæ, vel in gradibus ante altare, capucio & sotularibus depositis, tenendo in manu cereū tanti ponderis, offerendum sacerdoti Missa terminata, seu diuino officio celebrato. Vel quòd hoc faciant omni vel certo tempore, quādo contigerit Inquisitorem pro fide sermonem facere generalem. Vel iniungatur alia pœna, de qua magis videbitur expedire, per modum tenoris sequentis.*

16 Pænitentia publica iniūgēda talibus si resipiscāt.

COMMENT. VI.

a INiuncta eis aliqua dura pænitentia arbitraria salutari.] *Optime dicit,* arbitraria: *quoniam licet ob id quia reuersi fuerint, euitauerint pœnas, de quibus in c. ad abolendam. §. penult. & in c. excommunicamus. §. moneantur. de hęret. & in authent. si vero dominus. C. de hęret. vbi interpretes: nihilominus ob delictum pręcedens puniendi sunt. & quia tunc pœna non est à iure taxata, propterea arbitrio iudicantis relinquitur imponenda. c. de causis. extra de offic. deleg. & tradit Panormitanus in cap. admonet. de renuntiat.* Num. 17.

Hæ vero pœnę de quibus hoc loco Eymericus, non debent acerbæ videri, cū delictum fuerit grauissimū: nam non obedire Inquisitori in his quę ad fidem spectant, ingens scelus est. poterunt autem aliæ mitiores excogitari, veluti copiosa eleemosyna, pij loci ædificatio, & similes, dummodo delictum non maneat impunitum, & ceteri timere discant.

Quibus pœnis & qualiter puniendi magistratus, qui Inquisitoribus nō obediūt.

Illud tamen est hic diligentissime obseruandum, in puniendis magistratibus multa prudentia opus

esse, &

esse, & cauendum est, ne illi superbia efferantur, & magis peccent, ac in grauiores errores incidant. quamobrem priusquam ad has angustias, & difficultates perueniatur, conari debēt Inquisitores salubribus monitionibus eos commonere ad obediendum & parendum mandatis Ecclesiæ, & raro censeo agendum cum ipsis imperiose.

Meminerint Inquisitores se imbelles esse, ac egere sæcularium magistratuum auxilio, quorum propterea amicitiam & beneuolentiam debent sibi conciliare. Ceterum cum ad has tandem ventum est calamitates, vt illi obedire renuant, & propterea sint puniendi, tutius est inferioribus Inquisitoribus, vt superiores consulant; vt generales Inquisitores, summusue Pontifex statuant quid in tam graui causa agendum esse videatur.

Atque hoc est maxime obseruandum in liberis ciuitatibus, in quibus principes & magistratus nullū dicunt se recognoscere superiorem: in his enim raro poterunt Inquisitores suam omnem iurisdictionem exercere; secus in illis, in quibus minores magistratus superiores recognoscunt, & illi fidei ardenter fauent. in his enim hę pænitentiæ, de quibus hic Eymericus, iniungi poterunt, quas & nos quandoque imponi vidimus.

Iam qua ratione procedi debeat contra dominos temporales, qui nolunt Inquisitoribus obedire, traditur copiose in rescripto Innocentij IIII. incipiente: Ad extirpanda. *Et docent breuiter Simancas de catho. instit. tit. 23. nu. 8. & 9. &* Repertorium *Inquisitorum verbo, dominus. & alij.*

Forma absoluendi prædictos à sententia excommunicationis.

18 NAm a dicti excommunicati flectentes genua iurabunt stare mandatis Ecclesię; & b post statim dicetur per Inquisitorem & alios ibi pręsentes Psalmus: Miserere mei Deus, vel: Deus misereatur, vel aliquis alius. Quo dicto, dicetur Kyriel. Christeel, Kyrieel, Pater noster. Et ne nos, &c.

Saluos fac seruos tuos.
Deus meus sperantes in te.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo. Oremus.

PRÆTENDE Domine famulis tuis dexteram cælestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ digne postulant, assequantur.

Pręsta, quæsumus domine, his famulis tuis dignum pænitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuę sanctę, à cuius obedientia deuiauerant delinquendo, dono tuæ gratiæ reformentur. Per Christum dominum nostrum.

Et addat Inquisitor:

Et nos auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, absoluimus vos, & vestrum quemlibet à sententia excommunicationis maioris, qua fueratis per nos legitime innodati, pro eo quia cōtumaciter recusaueratis ad nostri requisitionem pręstare canonicum iuramentum, de sancta Ecclesia defendenda contra hæreticam prauitatem; & restituo vos & quemlibet vestrum sacramentis Ecclesiæ: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Et c dicetur eis sic: Vos iurastis stare mandatis Ecclesiæ, & nos mandamus vobis sub virtute iuramenti per vos præstiti, quatenus pro pęnitentia salutari vos singulis diebus Dominicis faciatis hoc vel illud. Iniungetur eis pęnitentia salutaris, prout honori fidei videtur melius expedire. 19

Quod expediens visum fuerit mandetur illis.

Quibus absolutis, mandabitur pręedictis rectoribus Ecclesiarum, qui eos excommunicatos denuntiauerunt, quatenus eos de cetero habeant pro absolutis; nec deinceps hac de causa eos vitēt, nec faciant ab alijs vitari: sed potius eos ad diuina admittant, & admittere faciant, prout ante per litteras tenoris sequentis. 20

Curet Inquisitor vt pronuntientur absoluti.

COMMENT. VII.

a IAm dicti excommunicati flectentes genua iurabunt stare mandatis Ecclesiæ.] *Valde prudenter Eymericus hoc loco regulis iuris semper hęrens, admonet, quid fieri debeat ab absoluēte, et quid sit præstandum ab absoluto, vt beneficium absolutionis impendatur.* Num. 18.

Primum ergo est, vt qui absoluendus est, antequā beneficium absolutionis consequatur, iureiurando promittat, se subiturum & facturum eam pęnitentiam, quam Ecclesia, seu iudex Ecclesiæ nomine sibi iniunxerit. potest autem hoc iuramentum bifariam ei per Inquisitorem pręscribi. Primo vt dicat ita: Ego iuro me pariturum mandatis Ecclesiæ. *vel ita:* Ego iuro quòd stabo, & obediam mandatis tuis. *Quod aperte colligitur ex c. ex tenore. de senten. excom. ibi:* Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat mandato parere, ipsum vice nostra à sententia, qua tenetur, absoluas. *hęc ibi: Atque hoc postremum fieri posse dixit ibidem Archidiaconus. quæ sententia in hoc grauissimo crimine vera est. nec pertimescat qui absoluitur iurare de parendo mandatis iudicis: quoniam iudex non debet sibi postea iniungere iniqua mandata, nec absolutus est obligatus nisi ad iusta, rationabilia, possibilia, & honesta mandata exequenda. argumen l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & tradit Hostien. in dicto cap. ex tenore. de sent. excommuni. & paulo post dicemus in hoc eodem commentario.*

Iuramētum de parendo mandatis Ecclesiæ præstādum ab eo qui absoluitur.

Sed antequam ad cetera progrediar, id quod est scitu dignissimum in hac causa in primis est indagandum: Quando scilicet requirendum est iuramentum de stando mandatis Ecclesię. ac primum hoc generaliter videtur verum, ab omni redeunte ad Ecclesię gremium exigendum esse hoc iuramentum, maxime vero ab illis, qui suspicionem hęresis quamcunq; contraxerunt, & abiurant; cum nulla abiuratio fiat, in qua abiurantes non præstent hoc iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, seu Inquisitoris: *nam inter abiurandum pręter cetera profitentur ac spondent se subituros omnem pænitētiam, quam pro delictis decreuerint Inquisitores iniungere.*

Iuramētum de stādo mādatis Ecclesię quando exigendum.

Ad hęc, obseruandum est, eos qui circa fidem delinquunt, bifariam posse Ecclesiam offendere,

primo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo, male solum credendo, ac etiam hæreses eiulgando: secundo, cum præter malam credentiam, alia quoque facinora adiungunt, vt si ecclesias cõburant: imagines deleant: catholicos interficiant, & his similia perpetrent. Si primo modo delinquant, & reuertantur priusquam ab excõmunicatione absoluantur, potest Inquisitor si vult exigere ab ipso redeunte non modo iuramentum de parendo mandatis Ecclesię, verum etiam cautionem & fideiussores sub pœna pecuniaria de parendo mandatis, et pœnam exigere si non pareat. Zanchinus tract. de hæret. cap. 16. num. 9. vers. poterit insuper. & Repertorium Inquisitorum verbo, cautio. §. cautionem, quod euidentius probatur per rescriptum Innocentij IIII. incipiens: Cum per nostras: *relatum inter litteras Apostolicas in fine huius operis. sed in terminis hoc cauit Alexander IIII. rescripto incipiente:* Super extirpatione. *quod Zanchinus & Repertorium præcitatis locis tribuit* Innocentio IIII. *tametsi eius etiam esse potuerit.*

A pecuniariis pœnitentiis quatenus abstinẽdum.

At quamuis hic possint Inquisitores, honestius tamen est ab huiusmodi recipiendis cautionibus sub pœna pecuniaria abstinere, ne quid potius auaritiæ occasione, quàm religionis amore facere videantur, vt monuit valde salubriter concilium Narbonense c. 17. in hæc verba: Ab huiusmodi enim pecuniarijs pœnitentijs, & exactionibus vobis est abstinendũ pariter & parcendum propter vestri ordinis honestatem. *hæc ibi.*

Non tamẽ ambigo interdum tutissime hoc fieri posse, præsertim cum illi, qui reuertuntur auari sunt & tenaces, qui facile à peccato abstinebunt, ne pœnam pecuniariam, ad quam se obligauerunt, soluant: quod etiam videtur monuisse concilium Narbonense c. 13. ibi: Ab ipsis talibus ac tantis exactis securitatibus, præter iuratoriam cautionem, quòd timore pœnæ temporalis, ab excessu simili debeant coerceri. *hæc ibi. Quod explicat erudite Zãchinus tract. de hæreticis c. 19. dum docet quando possint Inquisitores pœnas indicere pecuniarias.*

Absolutẽdus præstet damni dati reparationem si potest.

Quòd si secundo modo deliquerunt, de stricta iuris ratione non prius videntur recipiendi, nec absoluendi, quàm præstiterint sufficientem damni dati valorem & reparationem iuxta proprias facultates. c. porro. & c. parochianos. de sentent. excom. ibi. Eos monere debes ac inducere, vt ijs quos læserunt congrue satisfaciant. *& ibi:* Ipsosq; faciatis sicut excommunicatos arctius cuitari, donec lęsis congrue satisfaciant. *Tradunt ibi Panormitanus & alij communiter, & Syluester copiose in verbo, absolutio. 3. nu. 3.*

Si vero statim præstare non potest illati damni reparationem vel ob inopiam, vel ob alias causas, data cautione idonea, pignoratitia videlicet, aut fideiussoria de satisfaciendo vbi poterit, aut peruenerit ad pinguiorẽ substantiam, erit absoluendus c. Odoardus. de solutio. c. ex parte. el primero. de verbo signifi. sin autem idoneam cautionem præstare nequiuerit, forsis ob inopiam; tunc iuratoriam exhibebit, & absoluetur. argumento c. si presbyter. 26. quæst. 6. atque hæc quidem præstanda videntur à redeuntibus ad Ecclesię gremium: quamuis aliquando, vel ob contritionem vehementem, humilitatem, lacrymas, vel

A *ob alias causas remitti multa possint pœnitentibus & condonari, quæ arbitrio prudentis Inquisitoris relinquitur.*

b ¶ Et post statim dicetur per Inquisitorem, & alios ibi præsentes Psalmus, &c.] *Hoc est alterum quod exigitur ad absoluendum excommunicatum redeuntem, nempe, vt ab eo qui habet potestatem absoluatur, præmissa oratione Dominica, & alijs cõsuetis orationibus; addita solita & vsitata absolutionis formula, de qua hic Eymericus. adde Gratianum in cap. cum aliquis. 11. quæst. 3. eleganter Burchardus lib. 11. decretorum, cap. 8. ex quo totus hic locus lumen accipiet. & c. à nobis. el secundo. circa finem. de senten. excom. ibi:* Absolutionis autem forma seruetur, vt fiat cum pœnitentiali psalmo, & tam oratione Dominica, quàm alia consueta, *hæc ibi.*

Quod vero Inquisitores hodie vbique laudabiliter obseruant, dum absoluunt redeuntes, quos virgis molliter percutiunt, quamuis nullo iure cautum esse videatur quod ego sciam; id tamen obseruant Hostien. & alij in dicto cap. à nobis. & Syluester in sum. verbo, absolutio. 3. num. 4. & alij, quod & seruandum est.

c ¶ Et dicetur eis sic: Vos iurastis stare mandatis Ecclesiæ, & nos mandamus vobis, &c.] *Hoc est postremum, quod excommunicato iam absolutus iniungitur: nempe id, ad quod se per iuramentum obligauit de parendo Ecclesię, vel inquisitoris mandatis.*

In his autem mandatis iniungendis multa sunt diligenter obseruanda, sed hoc est precipuum, ne iniusta & irrationabilia, aut probabiliter loquẽdo, impossibilia mandet: nam ab his posset iuste absolutus appellare. c. vlti. de pactis. c. vt debitus. de appellatio. tradit Syluester verbo, absolutio. 5. num. 4. vers. quartum est, vt absoluens. nam qui sic iurat, non adstringitur nisi ad iustum mandatum. argumento. c. cum sam quæ. de electio. & c. veniens. de iureiuran. in quo valde prudens debet esse Inquisitor, ne mandata pœnitentem perturbent, atque in desperationem potius quàm humilitatem & pœnitentiam inducant. quod facile præstabit; si iuxta qualitatem delicti & delinquentis, pœnitentias iniungat: ita vt seni non indicat iciunia, aut peregrinationes: nec pauperi copiosas eleemosynas, aut similia peragat, quę penitus dissentanea iudicentur.

Quæ mandata sint iusta.

Illa autem mandata æquissima sunt censenda, quę aduersantur ei delicto, quod pœnitens commisit, vt ei qui prædicando male dixerat de fide, iniũgatur quòd publice eam laudet, vt dixi supra parte 2. super c. inter sollicitudinem. §. præcipias insuper. Ei qui noluerat ieiunare, orare, aut diuina officia audire, vt ieiunet, oret, audiat: quia medicina morbo debet esse contraria. de quo singularis extat Zanchini doctrina tract. de hæret. cap. 20. nu. 2. & Repertorij Inquisit. verbo, pœnitentia. quod etiam docuit apertissime Romanus Pontifex. in dicto c. ex tenore. de sentent. excom. vbi ei qui manus violentas in clericum coniecerat, præcipitur, ne amplius conijciat in hęc verba: Sibique in virtute iuramenti præcipias, ne de cetero in clericum, monachum, vel alicuius religionis Conuersum manus injiciat violentas. *hęc ibi.*

Sed

Num. 18.

Excommunicatus quo modo absoluendus, qui virgis molliter percutitur.

Num. 19. In mandatis iniungendis quid obseruandum.

D

Sed & alia quoque poterunt imponi, quę magis vilia, & honori fidei apta iudicabuntur: quod arbitrio Inquisitorum est relinquendum.

Forma denuntiandi præfatos officiales absolutos ab excommunicatione.

21 FRater N. ordinis, &c. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis talium Ecclesiarum rectoribus, seu curam animarum gerentibus, Salutẽ & mandatis nostris, & cetera.

B VOBIS, & cuilibet vestrum notum facimus per præsentes, quòd tales, quos de mãdato nostro, immo verius Apostolico, denuntiastis publicè fore per nos excommunicationis vinculo innodatos, ac euitastis, & euitari fecistis merito vt decebat, pro eo quia nolebãt iurare coram nobis, quatenus Ecclesiam Dei defensarent contra hæreticã prauitatem, absoluimus ab excommunicationis præfatæ contra eos sententijs per nos latis, pro eo quia (vt debebãt) mandatis nostris antefatis humiliter paruerunt: ac vt requisiti fuerant defensare Ecclesiam bona fide, & iuxta posse suum, ad sancta Dei quatuor Euangelia iurauerunt: idcirco vobis dicimus & mandamus, quatenus eos de cetero non vitetis, nec faciatis ab alijs euitari. Datum, & cetera.

22 Contra contumaces ad grauiora pro celatur.

Si autem per duos, aut tres menses talem sententiam excommunicationis in causa fidei sustinuerint animo indurato, aggrauentur processus, & mandentur denuntiari excommunicati publice in Ecclesiis antedictis, & hoc accensis candelis in terram proiectis, vel in aqua extinctis, & campanis pulsatis semel, vel pluries in hebdomada, seu in die: & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma litterarum aggrauandi prędictos, cum cãdelis extinctis, & campanis pulsatis.

23 FRater N. &c. ordinis prędicti &c. Venerabilibus, & dilectis in Christo nobis, curatis talis Ecclesiæ, seu curam animarum gerentibus in eadem, Salutem, & mandatis nostris, & cetera vt prius.

CVM Crescente contumacia, crescere debeat ipsa pœna secundum canonica instituta: & nos frater N. Inquisitor præfatus, talem & talem, E seu tales, eorum contumacia exigente excommunicauerimus, & excommunicatos vobis mandauerimus denuntiare in causa fidei orthodoxę, pro eo quia recusarunt de defendenda Ecclesia contra hęreticam prauitatem præstare canonicum iuramentum: & tales per vos de nostro mandato excommunicati, denuntiati fuerunt per menses tot, nec parere voluerunt, nec velint nostris præfatis monitis ac mandatis, immo verius Apostolicis; & contumaciter sustinuerint per dictos menses & in

A præsentiarum sustineant animo pertinaci: Ideo vobis & cuilibet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, quatenus continuãdo dictam iniunctam vobis per nos denuntiationem de præfatis excommunicatis, eosdem excommunicatos denuntiando, candelas † ardentes vos ibi habentes, in terram proijciatis, seu in aqua, vel aliàs coram populo extinguatis, & campanas pulsetis, seu pulsare faciatis ab alijs quolibet die semel: & tãdiu precipimus auctoritate Apostolica vos facere supradicta, quousq; à nobis oppositum habueritis in mandatis, &c. Datum, &c.

† vide cap. debent. xi. q. 3.

24 Resilientes à contumacia absoluantur.

Si autem propter prædictas denunciationes resilierint à contumacia antedicta, & præstiterint præfatum canonicum iuramentũ in forma antedicta, absoluantur à dicta excommunicatione, iniuncta eis duriori quàm prius pœnitentia arbitraria salutari: in qua pœnitentia adiungatur semper aliquid, quod dirẽte cedat ad honorem fidei Christianę.

25 Contra obstinatos vlteriùs procedẽdum excõmunicãdo participãtes cum eis.

Vbi autem nec sic voluerint resilire à contumacia antefata, sed sustinuerint dictas excommunicationes, & denuntiationes cum candelis extinctis, & campanis pulsatis, per aliquos menses, poterunt aggrauari processus, & excommunicari cum sibi participantibus aliquibus, de quibus magis visum fuerit; per formam tenoris sequentis.

C

Forma excõmunicandi participãtes cum prædictis rectoribus ciuitatum, vel locorum.

26 FRater N. ordinis Prædicatorũ, Inquisitor, &c. Venerabilibus dilectis nobis curatis, talis Ecclesię, &c. Salutem, & mandatis nostris, &c.

Cum participare cum leprosis plurimũ sit damnosum, & excõmunicati præsertim in causa fidei, moraliter sint leprosi sic, vt ad se accedentes damnabiliter inficiant, & corrumpant; propter quod vt vere leprosi arctantur, & merito à consortio hominum elongantur: idcirco vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientię auctoritate Apostolica, quafungimur in hac parte, præcipimus, quatenus in vestris Ecclesijs dum Missarum solemnia celebrantur, & populi in eis fuerit multitudo, tali & tali, seu talibus, generaliter omnibus præcipiatis, mandetis, & moneatis canonice, vno pro trino edicto, quatenus non participẽt comedendo, bibendo, pertractando, colloquendo, seu aliàs prædictis talibus Vicario, Subuicario, Balliuo, &c. al iàs sciant se excommunicationis vinculo innodatos: quam excommunicationis sententiam in eos vt in contumaces, si contra fecerint, Nos frater N. Inquisitor præfatus, illorum contumacia exigente ferimus in his scriptis: absolutiones à dictis sententijs, si forsan incurrerint, nobis vel domino Papę solũmodo reseruãtes. Datũ, &c.

Leuit. cap. 13

27 Et supponendo loca quibus præsunt interdicto.

Quibus denuntiationibus factis, si consenserint præstare canonicũ iuramentũ, præstent in forma superius explicata, & absoluantur à sententia excõmunionis, eis iniuncta arbitraria pœnitentia dnriori.

Si autem non præstiterint, poterit processus vlterius

Universidad de Deusto Biblioteca

terius aggrauare, vt scilicet terræ, quæ prædictorum excommunicatorum dominio seu regimini subsunt, supponantur ecclesiastico interdicto per formam tenoris sequentis.

Forma supponendi ciuitatem vel locum ecclesiastico interdicto, quia eius rectores noluerunt iurare, &c.

28 Nos frater N.&c. ordinis Prędicatorũ, in dominio talis domini, Inquisitor hęreticę prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

Attendentes, quòd talis Vicarius, talis Subuicarius, talis Balliuus, &c. talis ciuitatis vel loci non solum recusauerunt præstare nobis canonicum sacramentum vel iuramentum, de defendenda Ecclesia contra hæreticam prauitatem, quamuis ad hoc tenerentur secundum canonicas sanctiones, & per nos fuerint pluries requisiti: verum etiã permiserunt se hac ex causa contumaciter excommunicationis vinculo innodari, & publice excommunicatos denuntiari: ac crescente eorum contumacia fuerint denuntiati publice excommunicati, etiam cum extinctis candelis & pulsatis campanis, ac demum cum participantibus, iustitia requirente: & huiusmodi excommunicationis sententias, ac ipsarum denuntiationes publicas, & aggrauationes sustinuerunt per mẽses plures, seu tot, animo pertinaci in detrimẽtum animarum suarum ac salutis, & contemptum nõ modicum Ecclesiæ sanctæ Dei, & tolerant animo indurato etiam de præsenti: Idcirco nos frater N. Inquisitor prędictus dignum existimantes, quatenus pœna excrescat, contumacia excrescente: & vt antefati excommunicati Vicarius, subuicarius, & ceteri antedicti, vtilius inducantur ab antedicta contumacia resilire, & ad gremium sanctæ matris Ecclesię aduolare; ipsam talem ciuitatem vel locum, qui subest regimini eorundem, supponimus ecclesiastico interdicto: nolentes, quòd præfatum interdictum per alium, quàm per nos seu Romanum Pontificem relaxetur. Datum, & cetera.

29 *Quo apposito, interdictum excutioni debitæ demãdetur per litteras formę sequentis.*

Forma denuntiãdi talem ciuitatem vel locum esse suppositum ecclesiastico interdicto.

Frater N. ordinis Prędicatorũ, &c. Venerabilibus & nobis in Christo dilectis curatis talis Ecclesiæ: Salutem, & mandatis nostris, & cetera.

Vobis vniuersis & singulis tenore nostrarum litterarum præsentium intimamus, quòd nos iustitia requirente talem ciuitatem, seu locum supposuimus ecclesiastico interdicto per nostras litteras, & sententias tenoris sequentis: Nos frater N. ordinis fratrum Prædicatorum, &c. *Inserantur ex toto litterę immediate precedentes:* Quapropter vobis & vestrum cuilibet in virtute sanctę obedientię, & sub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus: quam excommunicationem in vos, nisi infra sex vel tot dies, quos vobis vna pro trina monitione canonica assignamus, feceritis quæ mandamus, ferimus in his scriptis: quatenus infra Missarum solemnia in vestris ecclesijs, quando ibi fuerit populi multitudo, denuntietis publice & alta voce, talem ciuitatem seu locum esse & fuisse per nos ex causis præfatis suppositum ecclesiastico interdicto; nec relaxandum per alium, quàm per nos, vel dominum nostrum Papam: vos idem interdictum seruetis, & facietis in vestris ecclesiis obseruari, quousque de relaxatione vobis constiterit legitime, prout decet. Datum, & cetera.

30 *Quòd si ciuitas prędictos excommunicatos coegerit, seu induxerit ad prestandum petitum primitus iuramentum, absoluentur ipsi excommunicati in forma ecclesię anteposita, & mandabitur curatis qualiter sunt absoluti in forma superius enarrata. Et ciuitatis interdictum relaxabitur per litteras tenoris sequentis.*

Si tandẽ obedierint absoluantur, & amoueatur interdictum.

Forma absoluendi prædictos, officiales & relaxandi interdictum.

31 Nos frater N. ordinis Prædicatorum, & cetera.

ATTENDENTES quòd tales, ciuitatis talis regimini pręsidentes, contumacia postulante fuerunt per nos excommunicationis vinculo innodati, ac demum ipsa ciuitas antedicta supposita ecclesiastico interdicto; vt saltem sic inducerẽtur à tanta contumacia resilire, ac iurare de defendenda Ecclesia sancta Dei contra hæreticam prauitatem: & ipsi tales, saniori consilio adhęrentes, ipsa ciuitate eos suis sanis consultationibus ad huiusmodi inducente, à sæpefacta contumacia resilientes, præstiterunt antedictum petitum à nobis canonicum iuramentum: & quia dignum existit, quòd eis obedientia suffragetur, ad quam se de proximo reduxerunt, & cessante culpa cesset & pœna: Ea propter Nos Inquisitor præfatus eos à sententijs excommunicationis præfatis absoluimus in forma ecclesiastica consueta, & pro absolutis habemus, & haberi ab hominibus volumus pro prædictis: ipsamque ciuitatem à dicto interdicto liberamus, ipsum interdictum totaliter relaxando. Datum, & cetera.

Quibus sic actis mandet Ecclesiarum curatis, quòd interdictum deinceps non obseruent, nec prędictos excommunicatos vitẽt, nec faciant euitari per litteras tenoris sequentis. 32

Forma denuntiandi regentes ciuitatem vel locum esse absolutos ab excommunicatione, & interdictũ relaxatum.

Frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor, &cet. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis ecclesiarum talium, curam regentibus animarum: Salutem, & mandatis nostris, & cetera.

TENORE præsentium litterarum vobis, & vestrum cuilibet intimamus, quòd nos iustitia postulante absoluimus à sententiis excommunicationis tales, quibus tenebantur per nos merito innodati, atque à ciuitate tali interdictum per nos impositum relaxauimus, ipsis obtemperantibus nostris monitis & mandatis, prout in litteris nostris videritis plenius contineri tenoris sequentis: Nos frater N. &c. *Inserantur ex toto litteræ immediate præcedentes:* Idcirco vobis, & cuilibet vestrum auctoritate Apostolica præcipimus, & mãdamus, quatenus prædictos pro absolutis habentes, de cetero eos non euitetis, nec faciatis à ceteris euitari: immo, prout ante, ad diuina libere admittatis, ipsumque interdictum deinceps non seruetis, cum per nos ex toto fuerit relaxatum. Datum, & cetera.

33 *Quòd si nec sic prestare voluerint antefatum canonicum iuramentum, poterit processus aggrauari, iuxta cap. Ad abolendam. §. statuimus. extra de hęret. & iuxta cap. Vt officium. §. statuimus. & vt infames hæreticorum fautores, & de fide suspecti honore & officio sui regiminis spoliari & condemnari, nec de cetero ad illud seu ad aliud officium publicũ, vel dignitatem aliquam assumantur: & ea, quæ fecerint de cetero, nullam firmitatem, & hoc per litteras tenoris sequentis.*

Quid insup faciendũ restet cõtra sic obstinatos.

Forma aggrauandi officiales prædictos excõmunicatos, & priuandi eos officiis publicis.

34 Nos frater N, & cetera.

ATTENDENTES quòd ciuitatis, villæ, vel loci alterius regimini præsidentes, tenentur præstare corporale iuramentum de defendenda Ecclesia sancta Dei contra hæreticam prauitatem, ac constitutionibus contra hęreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorũque filios & nepotes editis à sancta sede Apostolica inuiolabiliter obseruandis, & obseruari toto tempore sui regiminis faciendis, cum fuerint ab ipsis Episcopo seu Inquisitore legitime requisiti; quòdque præstare antefatum iuramentum contumaciter recusantes, sunt vt infames & hæreticorum fautores ac de fide suspecti, honore & officio sui regiminis spoliandi; & de cetero ad nullam dignitatem, neque ad vllum publicum officium assumendi: quinimmo declarandum, quòd quidquid fecerint deinceps in suo officio, nullam obtineant firmitatem: Et cum talis Vicarius, talis Subuicarius, & talis Balliuus, talis Subballiuus, talesque Consules, & Rectores talis ciuitatis seu loci, fuerint per nos Inquisitorem prędictum legitime pluries requisiti, de defendenda Ecclesia sancta Dei, bona fide iuxta officium & posse suum contra hæreticam prauitatem: Et nihilominus quòd constitutiones à sancta sede Apostolica editas contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, ipsorumque filios & nepotes toto tempore sui regiminis inuiolabiliter obseruarent, & facerent in terris sui regiminis obseruari, ipsique taliter requisiti præstare contumaciter renuerunt antefatum canonicum iuramentum: verum quia ipsorum contumacia exigente fuerunt excommunicationis vinculo innodati, & etiam publicati: accrescente eorum contumacia etiam cum candelis extinctis & campanis pulsatis, demumque cum participãtibus; ipsaque ciuitas talis, in criminis detestationem, & ipsorum criminum punitionem supposita ecclesiastico interdicto; ac in præsentiarum persistant in tali ac tam graui contumacia animo indurato: Idcirco a nos Inquisitor prędictus dignum merito reputantes, vt hi officiis priuentur, qui officiis abutuntur, volentesque in hac parte mandata canonica & Apostolica fideliter exequi (vt tenemur) ipsos talem, à vicariatus, talem à subuicariatus, talem à balliuatus, talem à subballiuatus, talem à consulatus officijs talis ciuitatis seu loci, eorum in causa fidei, postulante inobedientia & contumacia, vt infames, & tanquam hęreticorum fautores, & de fide suspectos tenore prẹsentium merito expoliamus: sicque deinceps talis pro vicario, talis pro subuicario, talis pro balliuo, talis pro subballiuo, & tales pro consulibus ab aliquo nullatenus habeantur; nec b de cetero ad aliquã dignitatem vel publicum officium assumantur: Eodemque tenore decernentes irrita, & inania quæcunque deinceps talis vt vicarius, talis vt subuicarius, talis vt Balliuus, talis vt Subballiuus, & tales vt Consules fecerint seu ordinauerint, mandauerint, vel fieri iusserint; nullamque obtinere deinceps firmitatem. Datum, &c.

Qua sententia sic lata mãdetur regentibus curam animarum, in cathedrali & in alijs ecclesijs publicari per litteras tenoris sequentis.

COMMENT. VIII.

Quoniam, vt in superioribus docuimus, grauissima oriuntur incommoda, quotiens magistratus aut hęreticis fauent, aut negligunt ea præstare, quæ ad fidem protegendam, & propagandam attinent; ideo iustissime cautum est, vt officiis & dignitatibus; quibus abutuntur, priuentur, vt si resipiscant, & in officio contineantur: id vero qua ratione peragatur, diligenter docet hic Eymericus. Num. 34.

a ¶ Idcirco nos Inquisitor præfatus, &c.] *Vides hic, solum Inquisitorem priuare, & priuatos denũtiare*

Solus Inquisitor põt sæcularib. officiis priuare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiare delinquentes in causa hæresis officijs & dignitatibus sæcularibus, quod facere potest: secus est dicendum de ecclesiasticis, in quorum priuatione cum Inquisitore interuenire debet episcopus. glossa communiter recepta in cap. vt commissi. §. priuandi. verbo, honoribus. de hæret. lib. 6.

At hodie per clemen. 1. de hæret. §. propter quod. Inquisitor nõ possit priuare officijs sæcularibus absque episcopo, per illa verba: aut ad sententiam procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diœcesano: &c. non valebit. *Sed de hoc dixi amplius infra par. 3. super quæst. 113.*

Quid nomine publici officij intelligatur, nota tu digna disputatio.

b ¶ Nec de cetero ad aliquam dignitatem, vel publicum officium assumantur.] *Hoc loco obscurissimum dubium occurrit, Quid nomine publici officij intelligatur: nam leges nusquam id nominatim (quod ego sciam) declarant; tametsi quandoque nõ obscure in quibusdam colligatur, vt in cap. felicis, de pœnis. lib. 6. & notatur in cap. ubi periculum. §. quod si præmissa. de electio. in 6. tradit Archidiaconus in cap. 1. de consuetud. lib. 6. optima glossa in l. legatis. §. ex officio. ff. de legat. 3. & in Hispania olim Ferdinandus V. Rex catholicus lege quadam incipiente* · Al nuestro justitia mayor, & a los del nuestro consejo, *nominatim declarauit munera & officia, à quibus excluderentur, qui ab hæresi vel apostasia fuissent reuersi, damnatorumque filij vsque ad secundam generationem per lineam masculinam, & vsque ad primam, per lineam femininam in hæc verba:*

Por la qual mandamos y defendemos, que de aqui adelante ningun reconciliado por el dicho delicto de heregia, y apostasia: ni hijo ni nieto de condennado por el dicho delicto: fasta la segunda generacion por linea masculina, y hasta la primera por linea femenina, no puedan ser ni sean del nuestro consejo: ni oydores de las nuestras audiencias & chancilleria, ni de algunas dellas: ni Secretarios, ni Alcaldes, Alguaziles, ni mayordomos, ni contadores mayores, ni menores, ni Thesoreros, ni Pagadores, ni Contadores de cuentas, ni Scriuanos de Camara, ni de rentas, ni chanciller, ni regidores, ni relator, ni abogado, ni fiscal: ni tener otro officio publico, ni real en la dicha nuestra casa y corte y chancillerias: y assi mismo que no pueda ser ni sea Corregidor, juez, Alcalde, ni Alguazil, ni Merino, ni Preboste, ni veynte y quatro: ni Corregidor, ni jurado, ni Fiel, ni Executor, ni Scriuano publico, ni del Consejo, ni mayordomo, ni notario publico, ni fisico, ni cirujano, ni boticario, ni tener otro officio publico ni real, en algunas de las dichas ciudades, villas, y lugares de los dichos nuestros reynos y señorios, so las penas en que caen & encurren las personas priuadas que vsan de officio para que no tienen abilidad ni capacidad, y so pena de cõfiscacion de todos sus bienes para la nuestra camara y fisco, en las quales incurran por el mismo fecho sin otro processo, ni sentencia ni declaracion, y las personas queden a la nuestra merced. *hæc ibi. Quod fuit sancitũ Granatæ. xxi. die Septẽb. anno Dñi M D I.*

Idem quoque cautum fuerat in Inquisitione Hispaniæ per instructionem quandam Valladolitanam anno Domini MCCCCLXXXVIII. cap. 11. incipien. Item quelos derechos.

Quid nomine publici officii vel dignitatis intelligatur Inquisitor declarat.

Quoniam vero hæc velut priuata vnius regni decreta facile alibi contemni possent, nos qui generales regulas scribimus, ita sentiendum putamus: quotiens dubitatur, quid nomine publici officij aut dignitatis intelligatur in hac causa, à quibus hæretici, & eorum descendentes excluduntur, ad Inquisitorem solum, vel ad eũ vnà cum episcopo id pertinebit declarare, cum Inquisitor vel solus vel cum episcopo facultatem habeat interpretandi leges, & statuta dubia contra hæreticos edita, vt optime docuit Eymericus par. 3. q. 85. & 86. vbi dixi. neque ab hac sententia crederem recedendum.

Iam obseruatione dignum est, quod rectè docet Hostiensis, Ioannes And. Ioannes Anania, & communiter doctores in cap. excõmunicamus. §. credentes. extra de hæret. videlicet, non multum esse laborandum in nominibus publicorum officiorum recensendis: cum nec omnia facile nominari specialiter possint. argumen. l. 4. ff. de præscript. verbis. & secundum diuersas prouincias ipsorũ nomina varientur: sed generaliter dicendum est hæreticos, credentes, & ceteros, qui hac pœna coercentur, inhabiles esse ad publica officia, quæcunque illa sint, & quocunque nomine censeantur secũdum varios ritus & consuetudines diuersarum prouinciarum.

In concilio Tolosano cap. 14. olim cautum fuit, vt qui diffamatus aut notatus esset de hæresi, officio medici non vteretur in hæc verba: Statuimus etiã, ut quicunque fuerint infamati de hæresi, uel suspicione notati, officio medici de cetero non utantur. *hæc ibi.*

Pœnitẽtes & filii dãnatorum honoris officijs ornamẽtis non vtantur.

Postremo illud addiderim, pœnitentibus ac reconciliatis Ecclesiæ ab hæresi reuertentibus, ac filijs & nepotibus damnatorũ non modo interdici ne publica officia gerant, aut beneficia & dignitates habeant, verum amplius ne argento, auro, aut pretiosis vestibus & ornamentis vtantur; quod olim in cõcilio Biterrensi, cap. 28. elegãter cautũ est his verbis: Et ne balliuias seu administrationes teneãt: nec sint in consiliis vel familiis potentum: neque vtantur vel medici vel notarii officio: nec ad alia officia publica, vel ad actus accedant legitimos: nec portent aurifrisia: nec sericum, vel similia ornamenta: vel vittas croceas: vel corrigias auro vel argento membratas: vel sotulares incisos seu pictos; & ubi expediens visum fuerit, eiiciantur de villa in qua conuersati fuerant, in alia certa villa seu prouincia moraturi ad tempus. *hactenus ibi.*

Est

Est autem iustissimum hoc statutũ: indignum est enim in ciuitate bene constituta, eos qui sunt infames, honorificis ornamentis decorari. eisdem etiam inhibetur, ne phaleratis equis instar nobilium vtantur. quod & ad mulas trahi debet, vt optime scripsit Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 23. & seq. sed in his post aliquod tempus dispensari solet.

Forma publicandi tales officiis publicis priuatos.

35 FRater N. ordinis Prædicatorum, Venerabilibus & nobis dilectis vniuersis & singulis talis ciuitatis ecclesiæ cathedralis curatis & non curatis, ad quos præsentes peruenerint: Salutẽ, & mandatis nostris, immo, &c.

AD Vestri cuiuslibet notitiam deducimus, tenore nostrarum præsentium litterarum, qp nos, iustitia exigente, ac infrascriptorum contumacia requirente, talem vicarium, talem subuicariũ, & talem Balliuũ, & talẽ Subballiuum, & tales Consules ciuitatis talis seu loci, spoliauimus officiis, quibus præerant antedictis: ac ipsos inhabilitauimus ad officia publica, & honores publicos qualescunque habendos deinceps in futurum: decernentes etiam quidquid de cetero fecerint seu ordinauerint, virtute seu occasione prædictorum, seu aliorum officiorum esse irritum & inane, ac nullius existere firmitatis, sicut in nostris litteris infrascriptis videbitis plenius contineri: quarum tenor sequitur in hunc modum:

Nos frater N, &c. *Inserantur ex toto litteræ immediate præcedentes.*

Verum cum velimus (vt debemus) ad præfatæ talis ciuitatis seu loci prædicta deduci notitiã singulorum, cum omnes tangere dignoscatur: & quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari: ne eos contingat erga huiusmodi ex ignorantia oberrare; Vobis & cuilibet vestrum, seu vobis talibus, & talibus auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, & mandando requirimus ac monemus, quatenus infra sex † dierũ spatium, quos vobis, & vestrum cuilibet pro trina monitione canonica, & termino peremptorio assignamus: quibus elapsis excommunicationis sententiæ vos subiacere volumus ipso facto, in vestris ecclesiis dum Missarum sollemnia celebrãtur, & populi erit inibi multitudo: præfatas nostras litteras alta voce in vulgari, & intelligibiliter publicetis, ac faciatis per alios publicari: notificantes omnibus vt supra, qp nos prædictos & eorum quemlibet spoliauimus officiis publicis antedictis, quibus antea vtebantur: Ac etiam spoliamus, & inhabilitamus eos, & eorum quẽlibet deinceps ad quæcunque publica officia obtinenda: decernentes quidquid de cetero attentauerint occasione prædictorum officiorum, seu eorum nomine vel colore, fore irritum & inane, ac nullam obtinere vlterius firmitatem: Mandantes vniuersis & singulis vniuersitatibus præfatæ ciuitatis seu loci, quatenus prædictis taliter à suis officiis per nos auctoritate Apostolica spoliatis, quòd eis non pareant seu obtemperent in his, quæ spectant ad executionem officiorum prædictorum, quibus antea vtebantur, cum illi sint suis demeritis auctoritate Apostolica spoliati. Datum, &c.

† Hoc arbitrarium est, & maius spatium si vult potest Inquisitor constituere.

Si autem illa ciuitas siue locus prædictos recusauerit, & eos habuerit vt veraciter à suis officijs spoliatos, eligantur seu ponantur alij officiales boni, qui in principio suæ creationis & nouitatis, præstent, vt tenentur, prædictum canonicum iuramentum. 36

Vbi autem dicta ciuitas siue locus non obtemperauerit sententijs per Inquisitorem latis in antea memoratis, sed duxerit contumaciter resistendũ, dictos spoliatos in prioribus officijs tolerando, à quibus fuerint canonice spoliati, tunc in illo casu, licet Inquisitor posset procedere, & ciuitatem, si ciuitas fuerit, priuare aliarum commercio ciuitatum, ac episcopali etiam dignitate, iuxta cap. Ad abolendam. §. statuimus. in fine. de hæret. lib. 5.

Tamen a melius est, quòd ad tantam pœnam per Inquisitorem non procedatur: sed ciuitatis contumacia domino nostro Papæ exponatur, præsertim cũ cap. Vt officium de hæret. lib. 6. ad pœnam ciuitatis, vel loci amplius non procedat.

COMMENT. IX.

a TAmen melius est, qp ad tantam pœnam per Inquisitores non procedatur. *Singulare est hoc Eymerici documentum, quod est in magnis causis semper obseruandum: tutius enim ac securius est punitionem differre, & principẽ consulere, quàm dum celeriter procuratur, tumultum excitare: cum sæpissime contingat, populos non ita delegatis iudicibus, aut gubernatoribus, ac principibus ipsis obedire. Et si Inquisitores vellent potestatis suæ omne imperium exercere, facile ad seditionem cunctos cõmouerent.* Num. 36. Dissereda sæpe punitio, ne scãdalum oriatur.

In Hispania, qui ita delinquerent, per Inquisitores proscriberentur, & manu regia comprehenderẽtur ac punirentur, vt testatur Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 23. num. 8.

De institutione Vicarij, seu Commissarij.

DVM autem prædicta taliter peragũtur præstito antefato canonico iuramento vel non præstito: potest & debet Inquisitor in quolibet episcopatu vnum Commissarium instituere quadraginta annorum ætatis, iuxta glosata super cap. Nolentes. de hæret. in cle. religiosum, seu clericum sæcularem, virum prouidum & prudentem, scientia & moribus pollentem, & sanctæ fidei zelatorem. & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma instituendi Commissarium specialem.

37 FRater N. Ordinis Fratrum Prædicatorum, sacrosanctæ Theologiæ magister, &c. Venerabili & nobis in Christo dilecto N. ordinis supradi-

Universidad de Deusto Biblioteca

ćti: Salutem in auctore & conſeruatore fidei domino Ieſu Chriſto.

QVIA Callidæ vulpes Samſonis pedibus † verſutis, ceruicibus erectis geſtu & habitu obfuſcatis ſub quadam ſpecie ſanctitatis colligatis caudis ardentibus, intricatis vocibus nefarijs non verentur per agrum vniuerſum Dominicum currere, hac illacque diſcurrere, ſegetem albã fidei ſplẽdoribus Dominicam diſsipare, comburere & ardere, immiſſo igne aſcendente ab inferis, deuaſtante hæreticæ prauitatis, vt nos paulo ante rerum magiſtra omnium experientia docuit euidenter: & timeamus, & non immerito, ac reuolutis viſceribus tremamus nocumenta fidei ſegetibus & agris fertilibus Dominicis inferri grandia ſupradictis incurſu præſcriptarum vulpium & diſcurſu, ex noſtri Inquiſitoris abſentia, quæ eiuſdem Inquiſitoris præſentia, Dei fauente gratia, conſeruantur: Et quia propter varia & ardua fidei negotia habemus interdum per partes regni diuerſas percurrere, vt expoſcunt negotiorum qualitas & neceſsitas, ac requirunt: ideo nos Inquiſitor præfatus vos N. de cuius diſcretionis ſynceritate, conſcientiæ ſoliditate, ſcientiæ profunditate, & zelo fidei accenſo & veritate, fidem gerimus ſolidam in Domino & probatam, Vicarium noſtrum ſeu Commiſſarium in tota tali diœceſi, ſtatuimus & facimus firmiter per præſentes: committentes [a] vobis plenarie & expreſſe, quatenus denuntiationes, & informationes, ſeu accuſationes auctoritate noſtra à quibuſcunque, & etiam contra quoſcunque recipere & procedere, (prout nos poſſemus) libere valeatis: ac ſuper & pro eiſdem tã teſtes quàm reos citare †, arreſtare, compedire, confeſsiones ſeu teſtimonia recipere, & ea probare, & etiam examinare, & ad teſtificandum cogere, atque pro dicenda veritate vnà cum domino epiſcopo ſeu eius vicario quæſtionibus exponere & tormentis: ac etiam ponere ad carcerem, qui magis ad pœnã, quàm ad cuſtodiam videatur: conſilium peritorum, quando vobis videbitur, conuocare: atque generaliter omnia alia facere, quæ nos facere valeremus, ſi ibi perſonaliter præſentes eſſemus. In prædictis [b] enim omnibus & alijs ex eiſdem, modo aliquo emergentibus, dependentibus, & connexis plenariam concedimus & conferimus poteſtatem: diffinitiua [c] dumtaxat ſententia omnium impænitentium & relapſorum (vt eſt moris) ad quam abſque noſtra licentia & conſenſu nolumus vos extendere manus veſtras, nobis penitus reſeruata. Datum ſub ſigillo noſtro in pendenti, in tali loco, tali die, talis menſis, & talis anni.

† al. pellibus

† Hoc dicit iuxta conſtitutionẽ clemen. 1. §. propter quod de hæret.

38 *Poteſt Inquiſitor plene committere vices ſuas, etiam ad procedendum ad ſententiam diffinitiuam: ſed melius eſt, & communiter fit, quod ſententias relapſorum & impænitentium ſibi retineat, & reſeruet: quia magis preſumitur de Inquiſitore & magis obtemperatur Inquiſitori, quàm commiſſario: & quia communiter Inquiſitor eſt magis expertus: & quia ſi bene procedatur vel male, ſibi totum imputabitur: & quia ipſius eſt proceſſus ſui commiſſarij defenſare, cum idem ſit conſiſtorium vtriuſque.*

39 *Quare multum pertinet ad Inquiſitores, quòd habeant bonos commiſſarios & induſtrios, & qui ſciãt & velint prudenter negotia fidei exercere, vt ſecundum eorum, & maiorem & minorem prudentiam, & practicam † poſſint Inquiſitores minus vel plus grandiora, ſeu minus grandiora negotia eis committere, & ad iſtas vel ad illas ſententias procedendi poteſtatem conferre: & prout negotiorum qualitas hoc expoſcit.*

† al. peritiã.

Forma alia ad hoc idem.

40 B FRater N. ordinis Prædicatorum, &c. Venerabili & religioſo viro fratri N. ordinis talis: Salutem in auctore & conſeruatore fidei, &c.

CVM Per abſentiam hæreticæ peruerſitatis Inquiſitorum, diabolica ſuggeſtione in locis pluribus experiamur ſæpiſsime catholicæ fidei contraria ſuboriri, quæ per eorum præſentiam validius extirpantur: Nos qui ſumus arduis negotijs plurimis ſanctæ fidei in præſentiarum taliter occupati, quòd ad talem diœceſim quo ad præſens accedere commode non valemus: Idcirco vobis de cuius zelo, ſcientia, & diſcretione fiduciam gerimus in Domino pleniorem in negotio fidei, infra C talem diœceſim committimus plenarie vices noſtras, donec ad nos duxerimus reuocandas, ſemper dumtaxat nobis diffinitiua ſententia reſeruata. In cuius commiſsionis teſtimonium, ſigillum noſtrum duximus præſentibus apponendum. Datum, &c.

COMMENT. X.

Num. 37.

QVoniam inter miniſtros Inquiſitorum principem locum ſibi vendicant Commiſſarij ſeu Vicarij eorum, quos vbi occaſio poſtulauerit, poſſunt & debent inſtituere, vt multis Pontificum reſcriptis continetur, & docet copioſe Eymericus infra q. 13. & ſeq. ideo nunc quomodo inſtitui debeant, & quam D *habeant auctoritatem docet vſque ad tit. De ſermone generali habendo. quicquid autem ad hanc tractationem attinet, copioſe dicemus cum Eymerico infra ſuper quæſt. 13. & multis ſequentibus; nunc practicam in tali negotio ſeruandam conſideremus.*

a ¶ Committentes vobis plenarie & expreſſe, quatenus denuntiationes & informationes, &c.] *Quæ hoc loco commemorat Eymericus poſſe Inquiſitores Vicarijs ſuis committere, explorati iuris eſt. cap. vt commiſſi. §. committendi. de hęret. lib. 6. conceſſitque etiam apertius Vrbanus IIII. reſcripto quodã incipiente:* Licet ex omnibus. *in hęc verba:* Vt ergo commiſsi vobis officij debitum vtilius E & liberius exequamini, committendi citationes, teſtium examinationes, cum de huiuſmodi crimine ac ipſius circumſtantijs duxeritis inquirendum, & denuntiationes ſententiarum, quas in quoslibet hac de cauſa tuleritis, &c. plenam committimus facultatem. *hęc ibi. Tradit Gondiſſaluus tract. de hæret. q. 7. nu. 13. Bernardus Comenſis in lucerna verbo, Inquiſitor. §. 2. & Ioannes Rojas trac. de hęret. par. 2. nu. 429. atque hoc iure communi obſeruari vere teſtatur Vmbertus in opere iudiciali verbo, Inquiſitor, nu. 5. & verbo. Vicarius nu. 1.*

Quid poſſint Inquiſitores vicarijs ſuis committere.

Docet

Teſtium examinatio quã do vicarijs cõmittenda.

Docet tamen Simancas de catho. inſti. tit. 64. nu. 11. teſtium examinationem ab ipſo Inquiſitore fieri debere, nec alteri committẽdam, niſi cum teſtes ſunt impediti, ad quos nec iudices ire facile poſſint aut debeant; quod non negamus: neque enim facile debent Inquiſitores vices ſuas committere, ſed tunc cum iuſta cauſa poſtulat: nam quę ab Inquiſitoribus geruntur, maturius & prudentius facta eſſe præſumũtur, quàm quę ab eorum ſubſtitutis fiunt.

Ac de hac quidem teſtium examinatione alteri non committenda, cum Inquiſitor eſt præſens, nec legitime impeditus, in Hiſpalenſi inſtructione anni Domini MCCCCLXXXIIII. cap. 17. his verbis à nobis latine redditis cautum eſt: Itẽ Inquiſitores per ſe ipſos recipiant & examinent teſtes, nec committant eorum examen notario vel alteri perſonæ: niſi teſtis eſſet ita infirmus, quòd non poſſet ante Inquiſitorem comparere, & Inquiſitori nõ eſſet honeſtum ire ad recipiendum teſtis dictum, vel eſſet impeditus: nam eo caſu poſſet Inquiſitor committere examen teſtis iudici ordinario eccleſiaſtico loci, & alteri perſonæ prouidæ & honeſtæ, quę ſciat bene examinare cum notario, & referat modum, quem tenuit teſtis in deponẽdo. *hęc ibi.*

Quamquam autem extra Hiſpaniam non teneantur neceſſario Inquiſitores Apoſtolici huius inſtructionis decretum obſeruare, vt alibi copioſius ſcripſimus, poſſintque inſpecto vel iure communi, vel priuato, vel conſuetudine aliqua, non modo cetera, ſed etiam teſtium examinationem cõmittere, tutius eſt tamen, vt per ſe ipſos eos interrogent atque examinent, ut dictum eſt.

Commiſſarijs vero ſuis alibi cõſtitutis propterea & hoc & alia committere coguntur, quia nõ poſſunt ipſi Inquiſitores per ſe alibi conſtitutos teſtes examinare, ceteraque tranſigere.

Iam hoc ipſum quod de Inquiſitoribus *Apoſtolicis diximus, in epiſcopis quoque locum habere cenſemus, in his locis, in quibus non ſunt Apoſtolici Inquiſitores: ut uidelicet ipſi Epiſcopi per ſe teſtes in cauſa fidei examinent, ob eaſdem cauſas.*

Quid operetur clauſula, cũ emergẽtib', dependentibus, & cõnexis.

b ¶ In prędictis enim omnibus, & alijs ex eiſdem modo aliquo emergentibus, dependentibus, & connexis, &c.] *Vtilis eſt admodum hęc clauſula ad tollendas varias difficultates, quæ in negotio inquiſitionis occurrere ſolent, de quibus facile à cauilloſis & fraudulentis reis opponi poſſet ex omiſſione huius partis, ad differendum inique iudicium. Cum enim cauſa principalis tractatur, aliqua quæſtio incidere poteſt, vel quippiam emergere, quod cum ad cauſam principalem immediate non pertineat, negotium poſſet iudicibus faceſſere: quo fit vt optimo conſilio in commiſsione addatur præfata clauſula.*

Quę autem dicantur incidentia, dependentia, emergentia, & connexa tradit Speculator tit. de incidenti quæſtione. & gloſſa in l. quod iuſsit. §. pretor. vbi copioſe Doctores. ff. de re iudi. item Doctores. in l. quoties C. de iudi. & in l. 1. C. de ordine iudicior. & Canoniſtæ in cap. 1 & 2. de ordi. cognitio.

Cõmiſſarij Inquiſitorũ an poſſint pronuntiare ſentẽtias impænitentiũ, & relapſorũ.

c ¶ Diffinitiua dumtaxat ſententia omnium impænitentium & relapſorum, &c. nobis penitus A reſeruata.] *Ceterorum ergo delinquentium ſententias veluti ſuſpectorum redeuntium, fautorum, receptatorum & ſimilium, Inquiſitorum commiſſarij virtute acceptæ ſubdelegationis ferre poſſent: immo etiam ſententias in relapſos & impęnitentes poſſent pronuntiare, quotiens generaliter illis forent Inquiſitorum vices commiſſæ. quod non obſcure videtur hoc loco ſentire Eymericus, dum ſpecialiter ſibi reſeruat ſententias relapſorum, & impænitentium, indicans commiſſarios eas tunc poſſe ferre, cum Inquiſitor ſpecialiter ſibi non reſeruaſſet: cui opinioni manifeſtius adſtipulatur idẽ Eymericus paulo poſt nu. 42. circa finem, ibi:* Parati vobis committere, B quatenus ad diffinitiuam ſententiam procedatis. *& nu. 44. ibi:* vſque ad ſententiam diffinitiuã incluſiue procedere valeatis.

Et hanc ſententiam ſummo iure veram eſſe exiſtimo: nam cum Inquiſitores ſint principis delegati, hanc etiam facultatem poterunt ſuis commiſſarijs ſubdelegare. cap. cum ſuper. de offic. delegati. l. auia. C. de iudi.

Ceterum quia res eſt magni ponderis, cum de vita hominis agatur, tutius erit hanc poteſtatẽ Commiſſarijs non tribuere, ut optime etiam hoc loco indicat Eymericus. Iam de commiſſarijs amplius diſſerit auctor 3. par. q. 13. & ſeq. vbi & nos copioſe cum C *eo diſſerimus.*

Forma litterarum inſtituendi duos cõmiſſarios ſimul, qui procedant pariter & coniunctim.

FRater N. ordinis Prædicatorum, &c. Venerabilibus, & nobis in Chriſto 41 dilectis religioſis viris fratribus. tali & tali, ordinis talis: Salutem in auctore & conſeruatore, &c.

QVIA Secundũ canonicas ſanctiones † in- D tegrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur: & negotium talis viri delati, capti, & detenti pro hæretica prauitate ſit negotium nimis arduum atque graue: attentis circunſtantiis criminis, & perſonæ: ea propter, vt fidei negotium arduum antefatum maturius peragatur, & in eo ſecurius procedatur: ac conſultius fine debito terminetur: Vobis duobus pariter coniunctim, & non vni ſine altero committimus plenarie vices noſtras, ac plenariam procedendi poteſtatem in dicto fidei negotio, & in omnibus ex illo emergẽtibus, incidentibus, & connexis etiam vſque ad diffinitiuas ſententias excluſiue conce- E dimus facultatem tenore pręſentium noſtrarum litterarum. In cuius rei teſtimonium, præſentes noſtras litteras noſtri ſigilli appenſione iuſsimus communiri.

† Cap. prudẽtiam. de officio delega. cap. de quib. 20. diſtinct.

Forma alia ſecunda pro eodem.

FRater N. ordinis Prædicatorum, & 42 cetera. Magnæ prudentię religioſis viris fratribus tali, & tali ordinis talis: Salutem in auctore & conſeruatore: & cetera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

†Prouer.ca. 11.& 24.

L. fi. C.de fideicom. l.hę redes palam. §.1.de teſt.

†Hæc clauſula quam vim habeat tradit Felynus in c. nonnulli. de reſcriptis.

QVIA Secundum catholicam irrefragabilẽ veritatem †, vbi multa conſilia, ibi ſalus; & vbi peritorum plurimorum ſententia,ibi virtus: cum per plurima conſilia atque iudicia rei veritas melius diſcutiatur,efficacius detegatur, & clarius videatur: Ea propter cupientes negotia fidei orthodoxæ cõmodius,ac vtilius promoueri ad Dei gloriam,& honorem: Vos talem,& talem,viros vtique ſcientia prouidos,ſapientia circunſpectos,zelo ſanctæ fidei circumcinctos, prout per experiẽtiam diuturnam eſſe nouimus,& de quorum virtutibus fiduciã in Domino gerimus plenam: Vicarios noſtros,ac Commiſſarios ſpeciales inſtituimus in tota tali diœceſi,cum plenitudine poteſtatis: committentes vobis, ex certa ſcientia †, & expreſſe, quatenus pariter,& coniunctim in negotiis ſanctæ fidei ad eãdem fidem ſanctam firmius complantandam, & ad prauitatem hęreticam validius extirpandam, auctoritate noſtra,immo verius Apoſtolica, vſque ad diffinitiuam ſentẽtiam excluſiue, & in omnibus ex illis emergentibus, dependentibus, & connexis, procedere valeatis, liberam poteſtatem conferentes tenore noſtrarũ præſentium litterarum: parati vobis committere quatenus ad diffinitiuam ſententiam procedatis; cum per vos vel veſtras litteras fuerimus de qualitate negotij plenius informati. In cuius cõmiſſionis, & conceſſionis teſtimonium præſentes noſtras litteras noſtro ſigillo iuſimus communiri.

Forma inſtituendi ab Inquiſitore in tota prouincia Vicarium generalem.

43 FRater N. ordinis Prædicatorum Venerabili, & nobis in Chriſto dilecto patri fratri tali, talis ordinis ſacræ Theologiæ egregio profeſſori: Salutẽ in auctore & cõſeruatore: &c.

QVIA Dignum merito exiſtimamus ſuffragantibus nobis ad hæc canonicis inſtitutis, ſecundum negotiorum qualitatem, eorumque minorẽ, ſeu ampliorem arduitatem, de miniſtris idoneis prouidere, & negotiũ ſanctæ fidei, in renatis fonte ſancti baptiſmatis commodius confouendæ,ac in prẽcordijs conuerſorum ad eandem firmius cõplantandæ, & de hęreticorum infectis viſceribus labem ipſam hęreticam cautius euellendæ, ſit negotium ad honorem Dei, & fidei augmentum & vtilitatem Eccleſiæ, & populi, ſuper omnia alia negotia ſæculi obtinens principatum: propter quod cum magna circunſpectione, & indagine eſt de miniſtris idoneis ad exequendum dictum fidei negotium prouidendum: Idcirco nos frater N. Inquiſitor præfatus, attendentes,quòd cõmode in terris noſtræ iuriſdictioni ſubiectis non valemus diutius commorari: cum nos oporteat ad Romanam curiam dirigere breuiter greſſus noſtros, pro conſultando ſanctiſsimo domino noſtro Papa ſuper quibuſdã arduis negotijs ſanctæ fidei promouendis: & cupiamus totis noſtris viſceribus de idoneo generali Commiſſario prouidere: Vos venerabilem fratrẽ talem ſacræ Theologiæ magiſtrum, de cuius ſcientiæ profunditate, ſapientiæ ſoliditate, & conſcientiæ ſyncerita-
te fidem in Domino gerimus firmiorem, experientia ſolida comprobatam: Vicarium noſtrum, & Commiſſarium in omnibus regnis, & terris talis domini, noſtrę Inquiſitioni ſubiectis,inſtituimus,& facimus generalem: committentes uobis ex certa ſcientia & expreſſe, in, & ſuper omnibus & ſingulis fidei negotijs, quæ occurrent, & etiã in omnibus ex illis dependentibus, emergentibus, incidentibus, & connexis, quandocunque, & quomodocunque plenarie, & generaliter vices noſtras, etiam vt ad ſententias diffinitiuas relapſorum, & impœnitentium, & alias qualeſcunque libere procedere valeatis, liberam concedimus poteſtatem tenore noſtrarum prẽſentium litterarum, In quarum commiſsionis, & conceſſionis teſtimonium, præſentes noſtras litteras ſigilli noſtri munimine iuſsimus roborari. Datum in tali loco, tali die, talis menſis.

COMMENT. XI.

CVM nos oporteat ad Romanam curiam dirigere breuiter greſſus noſtros, pro conſul. tando ſanctiſsimo domino noſtro Papa, &c.] *Cum olim initio conſtitutæ Inquiſitionis delegatæ, nulli (quod ego ſciam) eſſent Inquiſitores Cardinales generales in tota republica Chriſtiana, quos per litteras liceret conſulere, & ab eis etiam in arduis reſponſum, habita prius cum Pontifice ſummo debita conſultatione, vt nunc fit, accipere: propterea ſæpe cogebantur priuati Inquiſitores Romam proficiſci, in quorum abſentia negotia fidei multum periclitabantur, vt copioſe docet Eymericus paulo poſt num. 128.*

Num. 43 Cardinales Inquiſitores generales in tota republ. Chriſtiana quando inceperint conſtituti.

Quibus incommodis inſpectis primus (quod ego legerim Vrbanus IIII. anno Domini MCCLXIII. Cardinalem ſancti Nicolai in carcere Tulliano Inquiſitorem creauit generalem, ſeu quaſi protectorẽ Inquiſitorum conſtituit, quem poſſent particulares Inquiſitores conſulere, vt conſtat ex peruetuſto reſcripto Vrbani IIII. incipiente: Cupientes, *quod nos authenticum vidimus in inquiſitione Bononienſi. quem morem multos deinde Romanos Põtifices obſeruaſſe, præſertim eo tempore quo hęreſes pullularent, fit mihi maxime veriſimile.*

*Hodie ſingulari Romanorum Pontificum prouidentia hęc penitus incommoda ſunt ſublata: nam in Hiſpania Inquiſitores ſingularum vrbium generalẽ eorum regnorum Inquiſitorem ſeu Inquiſitionis prę-
ſidem conſulunt: is vero cum ceteris aliarum prouinciarum Illuſtriſſimos ac Reuerendiſſimos Cardinales Inquiſitores generales in tota republica Chriſtiana; quos per litteras conſulere licet; quibus principes omnes in hac cauſa merito ſubijciuntur, vt ordinatione quadam Pij V. Pont. Max. iuſtiſſime cauetur.*

Eius autem reſcripti cuius paulo antea memini, fragmentum hic tranſcribere placuit, in gratiam eorum qui notitia antiquitatis delectantur. habet vero in hunc modum.

Pericu-

Periculoſa & grauia impedimenta,quæ in prædicto negotio vobis emerſerint, dilecto filio noſtro I. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diacono Cardinali, quem eidem præfecimus negotio,ſignificare curetis. Super aliis vero impedimentis quibusliber,quæ ſiue ex defectu ſociorum, ſiue aliàs ex quacunque cauſa vobis in ipſo negotio emergere forte cõtigerit, & perſonaliter ſi opus fuerit ad Cardinalem recurratis eundem,& per litteras veſtras ſeu nuntios ſecure ipſi Cardinali omnia intimare curetis: vt nos per eum ſufficienter ſuper præmiſſis inſtructi, contra impedimenta huiuſmodi prouideamus de remediis opportunis. *hęc ibi.*

Forma alia ſecunda inſtituendi Vicarium generalem in tota prouincia.

44 FRater N. ordinis, &c. Venerabili', & nobis in Chriſto dilecto patri fratri tali,talis ordinis ſacrę Theologię magiſtro. Vel ſic: Honorabili domino prouido, & diſcreto tali,decretorum doctori, canonico in tali Eccleſia cathedrali: Salutem in auctore,& conſeruatore: & cetera.

INTER Alia honeſta obſequia atque ſancta, quæ grata exiſtunt plurimum altiſsimo creatori, prout teſtimoniis veridicis comprobatur,eſt animarum zelus, peccatorum ſalus, fidei orthodoxę augmentum,prauitatis hęreticę exterminiũ: ac pro fidei catholicæ, & orthodoxæ defenſione nocte, & die cõtinue inſudare. hinc eſt quòd nos frater N. Inquiſitor prefatus, cui ex iniuncto nobis officio à ſanctiſsimo domino noſtro Papa per agere hęc incumbunt, non valentes huiuſcemodi incumbere, ſeu intendere de preſenti, cum habeamus ad Romanam curiam accedere, pro quibuſdam ibi negotiis ſanctæ fidei exequendis: Vos venerabilem patrem, ſeu dominum antefatum, de cuius fidei integritate, vitæ puritate, diſciplinę ſufficientia, morum modeſtia, atque in cunctis agendis prudẽtia circumſpecta, ſynceram in Domino fidem gerimus, & probatam, Vicarium noſtrum, & Commiſſarium, in omnibus & ſingulis ciuitatibus, territoriis, atque locis iuriſdictioni noſtræ ſubiectis, tenore preſentium inſtituimus generalem; cõmittentes vobis,quatenus auctoritate noſtra, immo verius Apoſtolica, in omnibus, & ſingulis fidei negotiis, quę obuenient, & in omnibus ex illis dependentibus, emergentibus, & connexis libere etiam vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiue procedere valeatis: ſuper quibus omnibus, & ſingulis, committimus vobis vniuerſaliter ac plenarie vices noſtras,quouſque ad nos duxerimus reuocandas. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium ſigillum noſtrũ duximus præſentibus appouendum. Datum: & cetera.

45 Modi alij inſtituendi vicarios.

APoterit etiam ipſe Inquiſitor, ſi voluerit, facere huiuſmodi commiſsiones non per litteras ſuas, ſui ſigilli munimine roboratas, ſed per publicum inſtrumentũ, ſigno notarij clauſum: In quo inſtrumento, ultra ſignum, ſi uoluerit, notarij,poterit etiam facere apponi ſigillum ſuum in pendenti, & per conſequens poteſt Inquiſitor commiſsiones huiuſmodi facere tripliciter. Primo, per litteras ſuas, eius ſigilli munimine roboratas. Secundo, per publicum inſtrumentum,ſigno notarij ſignatum. Tertio, per publicum inſtrumentum,ſigno notarij conſignatum,& appenſione ſigilli Inquiſitoris communitum.

ß Aduertendum tamen, quòd Commiſſarij debent eſſe multum circumſpecti, & cauti,& præſertim qui non ſunt practici, vt de capite ſuo nõ procedant, potiſsime in arduis: ſed habeant ſibi aliquem bonum, & practicum aduocatum, cuius cõſilium in agendis frequenter requirant, & ſemper faciant poſſe ſuum, ut ſi commode poſſunt,maxime in dubiis, & arduis,ꝙ ea quę agunt,Inquiſitori ſtudeant intimare, & de aſſenſu illius procedere, & abſque eius conſilio nullatenus negotiis finẽ dare, aliàs poſſent leuiter oberrare, & tunc Inquiſitor talem errorem non poſſet leuiter reparare, & eſſet ſibi magis, quàm commiſſariis imputãdum: & poſſent proceſſus per Romanam curiam reuocari in opprobrium & iacturam officij inquiſitionis, & uerecundiam, & ruborem Inquiſitoris,quę ſummopere in tam magno negotio ſunt cauenda.

46 Aduertenda à commiſſariis, & vicariis inquiſitorum.

De ſermone generali habendo ab Inquiſitore.

DVM prædicta taliter peraguntur, ſeu diſponuntur, commiſſarij iam inſtitutis, uel non inſtitutis, ſemper tamen facta fide ipſi ordinario,in cuius diœceſi Inquiſitor diſponit ſuum officiũ exequi,de ſua poteſtate & delegatione ſibi facta à domino noſtro Papa, indicat ſermonem generalem, non pro aliquo feſto ſolemni, ne officiũ feſti impediatur, & populus à ſuis Eccleſiis, pro tunc parochialibus detrahatur, ſed pro aliqua die Dominica cõmuni, quę non ſit Quadrageſimæ, vel Aduentus, mittendo ad clericos curatos omnium Eccleſiarum parochialium illius loci, uel ciuitatis,in quo ſermonem decreuit facere generalem,litteras tenoris ſequentis. 47

Forma litterarum indicendi ſermonem generalem.

48 FRater N. ordinis Prędicatorum, &c. Dilecto tali, talis Eccleſiæ, ciuitatis talis, vel loci: Salutem, & mandatis noſtris immo verius Apoſtolicis prompto animo obedire.

QVIA propter iniunctum nobis, officium hæreticę prauitatis intẽdimus Dominica die tali, & talis menſis, in tali Eccleſia cathedrali prędicare uniuerſo clero, & populo cõgregato, ac proponere aliqua ſuper negotiis fidei,& de fide: ea pro-

Inquiſitor cõuocare poteſt populũ & clerum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte, Vos rogamus, requirimus pariter & monemus, quatenus craſtina die, quæ erit dies Dominica tanta eiuſdem menſis, dum Miſſarum celebrabuntur ſolemnia, populum alta uoce, & intelligibili moneatis, quòd die præfata Dominica, ſint in prędicta Eccleſia cathedrali, hora qua Miſſa maior conſueuit ibi aliàs celebrari; uiſuri & audituri, quod ad fidem pertinet orthodoxam: adiicientes quòd nos ſuſpendimus omnes alios ſermones generaliter illa die, & conferimus auctoritate Apoſtolica quadraginta dierũ de indulgentia, ad ſermonem noſtrum confluentibus antedictum. Datum, & cetera.

Et ſilentium ea die aliis prædicatoribus indicere.

49 *Diſponat Inquiſitor ita, quòd ſabbato ante; dictę litterę Eccleſiarum rectoribus præſententur, & ſequenti die, ſcilicet in craſtinum, quę eſt dies Dominica, faciat prædictam monitionem, pro alia die Dominica, tunc immediate ſequenti.*

† Vox hiſpanica, qua ſignificat chirographum breue cõprehenſum ſermone.

Poterit ipſe Inquiſitor etiã, ſi vult, litteras præmittere antedictas, & die Dominica, de mane dictis curatis mittere paruas cedulas † tenoris ſequentis.

Forma altera ad idem.

SIGNIFICAMVS Vobis, ꝙ nos proponimus Domino diſponente, Dominica die immediate ſequenti in Eccleſia cathedrali, de fide ſermonẽ facere generalem: quare hodie in Miſſa rogamus, & volumus, ꝙ populum moneatis, quatenus veniant ad ſermonem: Nos.n. ſuſpẽdimus pro illa die omnes ſermones, & conferimus indulgentiam quadraginta dierum ad ſermonem noſtrum venientibus antedictum.

50 *Eadem die, ſeu in craſtinum intimet Inquiſitor hęreticorum per nuntium, ſeu per cedulam præſidentibus, in domibus religioſorum, quòd Inquiſitor Dominica ſequenti immediate ſermonem faciet generalem, quare non oportet ſe ad ſermonẽ aliquem pręparare.*

Et ex ſingulis religionibus, aliquos ſermoni ſuo adeſſe iubere

Adueniente autem ſabbato ſequenti, mandabit Inquiſitor per nuntium, ſeu cedulam prędictis præſidentibus in domibus religioſorũ, quatenus de qualibet religione tot, ſcilicet duo, vel quatuor ad ſermonem ueniant generalem.

51 *Die autem Dominica aſſignata, faciet Inquiſitor ſermonem generalem, loquendo de fide, eandem commendando, & ad eius defenſionem, & hęreticę prauitatis extirpationem populum inducendo: tandem facto ſermone monebit populum verbo: Quòd ſi ſciuerint aliquem dixiſſe, vel egiſſe aliqua contra fidẽ, ſeu tenere aliquem errorem, ꝙ debeant Inquiſitori reuelare, qui poteſt prodeſſe, & nõ obeſſe, & aliqua verba ſimilia in effectu concludendo, ꝙ licet ipſe Inquiſitor bene præſumat ꝙ reuelabunt, ſi aliquid ſciuerint de prędictis: tamen vt ipſi talia ſcientes magis apud homines excuſentur, & apud Deum de obedientia mereantur, ꝙ ipſe eis præcipiet, & eos monebit canonice (vt eſt iuris) & etiam fieri conſueuit.*

Admonitio de reuelatione hæretico rũ faciẽda.

Quibus[b] dictis ipſe Inquiſitor faciet legi publice alta uoce, & intelligibili, & in vulgari, per ſuum notarium, vel aliquem clericum, vel religioſum, in ambone iuxta ſe exiſtentem, litteras admonitorias tenoris ſequentis.

Forma admonitionis in ſermone generali de hæreticis reuelandis.

GVM nos frater N. ordinis fratrum Prædicatorum in regno, & terris illuſtriſsimi domini talis ditioni ſubiectis, Inquiſitor hæreticæ prauitatis, à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, per varios proceſſus prędeceſſorum noſtrorum, & narratione vulgata, ac per propriam experientiam aliquorum inuenerimus, & de cetero nonnullas perſonas peſtiferas Chriſti, & Eccleſię, ac verius ſanctæ fidei inimicas, antiqui ſerpentis veneno hęreſis eſſe infectas vulpinis caudis intricatis, ſanctitatis ſpecie & habitu obfuſcatas, in uariis ciuitatibus atque locis huius patriæ, & regnorum, temporibus retroactis, vineam Domini Sabaoth diſcurrentes, ac pariter deuaſtantes, voce nefaria Deum deorum in Sion blaſphemantes; & probabiliter timeamus, ac reuolutis viſceribus tremamus, iam tale venenum multorũ præcordia infeciſſe: Ea propter nos plenis deſideriis affectantes, periculoſis eorum inſultibus totis noſtris conatibus obuiare, auctoritate domini noſtri Papæ, qua fungimur in hac parte, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis prędicimus, mandamus, & mandãdo requirimus, & monemus primo, ſecundo, tertio, ac peremptorie, vniuerſos & ſingulos tam clericos, quàm laicos, tam regulares, quàm ſæculares, cuiuſcunque conditionis, gradus, ſtatus, ordinis, religionis, ac dignitatis exiſtant, qui ſunt infra terminos huius talis ciuitatis, ac loci, & circũquaque illam, per vnam leucam †, ad quos hęc noſtra præſens monitio peruenerit, & mandatũ, quatenus[c] infra ſex dies proxime computãdos, quorum primos duos pro primo, & reliquos duos pro mis duobus immediatos pro ſecundo, & vltimos duos pro tertio termino, & peremptorie, ac trina monitione canonica aſsignamus: nobis reuelent, ſi ſciuerint, viderint, vel audierint aliquam perſonam eſſe hęreticam, diffamatam de hęreſi, ſeu ſuſpectam, aut loquentem cõtra articulos fidei, vel Eccleſiæ ſacramenta, aut aliàs vita, & moribus à communi conuerſatione fidelium diſsidentem, ſeu dæmonibus inuocando ſacrificantem. Si autem (qđ Deus auertat) aliquis ſuæ ſalutis immemor extiterit, præfatis noſtris mandatis, & monitis non parendo, ea quæ iuſsimus non complendo, ſciat ſe excommunicationis vinculo innodatum: quam excommunicationis ſententiam, Nos frater N. Inquiſitor præfatus contra tales nobis rebelles, & inobedientes, immo reuera domino noſtro Papæ, & Eccleſię ſanctæ Dei, eorum contumacia exigente, inobedientia requirente, & iuſtitia poſtulante nunc vt extunc, & tunc vt ex nunc ferimus in his ſcriptis: abſolutiones à dictis ſententiis, ſi forſan aliqui incurrerint, nobis ſeu domino noſtro Papę tantummodo reſeruantes. Datum, & cetera.

† Vox Hiſpanis nota, quæ cõtinet quatuor miliaria Italica

Forma

Forma ſecunda pro eodem.

53 NOs frater N. ordinis Prædicatorum in dominio talis domini, Inquiſitor hæreticę prauitatis à sãcta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, totis noſtris affectibus inhiantes, ac ex omnibus noſtris præcordiis affectantes populũ Chriſtianum in vnitate, & ſyncericate catholicæ fidei confoueri, ac ab omni peſte prauitatis hæreticæ viſceraliter elongari: Idcirco nos frater N. Inquiſitor præfatus, cui ex iniuncto nobis officio, hęc incumbunt, ad gloriam & honorem recolendi nominis Ieſu Chriſti, & ad exaltationem ſanctæ fidei orthodoxæ, atque ad depreſsionem hęreticę prauitatis: vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque gradus, conditionis, ſtatus, ordinis, religionis, ac dignitatis exiſtant, qui ſunt infra terminos huius ciuitatis talis, ac talis, aut circa illam ad duas leucas, ad quorum notitiam noſtra peruenerint hæc mandata, auctoritate Apoſtolica, ac iniuncti ſancti nobis officij, qua fungimur in hac parte, in virtute ſanctę obedientię, ac ſub excommunicationis pœna præcipimus, & mandamus, ac mandando requirimus, & monemus, quatenus infra duodecim dies proxime computandos, quorum primos quatuor pro primo, & reliquos quatuor primis quatuor immediatos pro ſecundo, & vltimos quatuor pro tertio termino, & peremptorio, ac trina monitione canonica aſsignamus, ut nobis reuelent, ſi ſciunt, viderunt, vel audiuerũt aliquam perſonam eſſe hęreticam, diffamatam de hæreſi, vel ſuſpectam, aut peruerſe ſapientem de articulis fidei, ſeu eccleſiaſticis ſacramentis, ac aliàs à communi conuerſatione fidelium vita et moribus diſsidentem, et in ſpeciali talem hæreſim, nunc uigentem defendere, approbare, vel aliàs dogmatizare, *ponatur quæ eſt illa, vel illæ*: aliàs ſi noſtris immo verius Apoſtolicis antefatis monitis, & mandatis non paruerint cum effectu, præmiſſa infra prætaxatum terminum reuelando, ſciant ſe excommunicationis mucrone percuſſos: quam excõmunicationis ſententiam in omnes & ſingulos taliter, vt prædicitur, contumaces, prefata noſtra monitione canonica præeunte, & eorum inobedientia requirente; nunc vt extunc, & tunc vt ex nunc ferimus in his ſcriptis: abſolutionem harum ſententiarum nobis & domino noſtro Papę tantummodo reſeruando. Datum: & cetera.

Poſt publicationem edicti quid facere debeat Inquiſitor.

Contenta in edicto ad certa capita reducenda.

54 QVA ſententia vel ſimili in effectu in vulgari promulgata, Inquiſitor habet facere tria.

Primum eſt, ſententiam antedictam breuiter explicare ad certa puncta eam reducendo, vt melius populi memoriæ infigatur: dicendo hæc, vel ſimilia in effectu. Iſta ſententia ſtat in tribus punctis. Primus eſt generalis: vt ſi ſcitis aliquem hęreticum vel de hæreſi ſuſpectum ſeu diffamatũ, ꝙ reueletis eum nobis. Secundus eſt ſpecialis: vt reueletis ſi ſcitis aliquẽ dogmatizare errorem de proprio vel communi, ſeu talem. Tertius eſt ſingularis: vt ſi ſcitis aliquem tenentem libros hereſum, ſeu dęmonum inuocationum.

Promulgãdæ indulgentię.

Secundum[d], quod habet facere Inquiſitor eſt, indulgentias promulgare dicendo: Auctoritate domini noſtri Papæ, ego confero cuilibet veſtrũ, qui veniſtis ad ſermonem iſtum, indulgentiam quadraginta dierum. Et idem dominus noſter Papa dat tres annos de indulgentia omnibus, qui pręſtiterint in officio meo, & ad hęreticos reducendos, conſilium, auxilium, vel fauorem: *quare iſte qui legit ſententiam antedictã, habet tres annos.*

Et quicunque reuelauerit mihi aliquem hæreticum vel diffamatum de hæreſi, vel ſuſpectum, ſeu aliàs in cauſa fidei perhibebit coram me verum teſtimonium, habebit alios tres annos de indulgentia, quare ſitis diligentes ut habeatis. *De iſtis indulgentijs conſtat in priuilegio Vrbani IIII. quod incipit: Præcunctis. quod priuilegium ſupra eſt inſertum.*

Tempus gratiæ aſſignandum ſponte venientibus

Tertium, [e] quod habet facere tunc Inquiſitor eſt, tempus aſsignare gratię dicendo ſic: Et ego auctoritate Apoſtolica de gratia ſpeciali aſsigno omnibus hęreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defenſoribus hęreticorum, ac de hęreſi diffamatis vel ſuſpectis, ſi qui ſunt in tota iſta diœceſi, totum menſem immediate ſequentem, ſeu tantum tempus, infra quod libere veniãt ad me, nec expectent ſe denuntiari, accuſari vel capi: infra quod ſtempus gratię ſi libere & ſponte voluntate ad me uenerint, & reatum ſuum reuelauerint, & ueniam petiuerint, magnam[g] veniam † & miſericordiam conſequentur. Si autẽ expectauerint quòd accuſentur, denuntientur, citentur, vel capiantur: uel tempus gratię tranſire permiſerint, & poſt venerint, tantæ gratiæ non erunt digni: quare veniant infra tempus gratię aſsignatum.

† al. gratiã

Quibus peractis poterit Inquiſitor præfatas ſuas ſententias admonitorias affigi facere in valuis Eccleſiæ dictæ cathedralis, vt ab omnibus poſſint legi.

Quibus duobus terminis aſsignatis, vno hæreticis credentibus, defenſoribus, &c. in ſpeciali: alio omnibus ad denuntiandum, ſi ſciuerint aliquem hæreticum, vel diffamatũ generaliter, &c. ſpectet ipſe Inquiſitor, & attendat, ꝙ non diſcurrat, ſed in domo (ut in pluribus) perſonaliter perſiſtat, ut ibi inueniatur ſi ueniunt hi, uel illi.

Deſponte venientibus in tempore gratię, & crimen ſuum Inquiſitori prodentibus.

Spõte venięntes mitius tractandi.

QVOD ſi infra terminum aſsignatum hæreticis credentibus, fautoribus, &c. quod tempus gratię à doctoribus nominatur, aliqui ad dictum Inquiſitorem acceſſerint: qui dicant & recognoſcant ſe in aliquã hęreſim incidiſſe, illi credidiſſe, uel hæreticis fauorẽ præſtitiſſe, ne ad manus peruenirent Inquiſitorum, & ſimilia; circa iſtos, qui non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non sunt accusati, nec denuntiati, nec citati, sed voluntarie aduenerunt, & errorem suum detexerunt, infra terminum eis assignatum, debet Inquisitor mitius se habere.

59 Attendat h tamen Inquisitor taliter venientes qualiter velint detegere errorem suum. Nam si volunt detegere tantum in foro pœnitentiali per modum confessionis sacramentalis, Inquisitor non admittat, nec confessiones eorum audiat: nõ enim Inquisitores vt Inquisitores sunt iudices in foro pœnitentiali & interiori, sed iudiciali & exteriori: unde ad confessiones sacramentales libenter accedere nõ debent, ne inquisitionis officium deludatur, & sacramentum pœnitẽtiæ contemnatur; & ipse Inquisitor audiens tales confessiones sacramentales scandalizetur. Nam si Inquisitor audiat aliquem in confessione sacramentali, & ille confiteatur, q̃ tanto tempore in tali errore perstitit, et illo multos infecit, vel aliquid simile: et post, processu temporis de his denuntiatur seu accusatur Inquisitori, et ille iudicialiter inquirit, factum detegitur, ille citatur, medio iuramento interrogatur, et imponit Inquisitori, q̃ secretum cõfessionis reuelauit, et eundem et sacramentum pœnitentię scandalizabit: frequenter enim repertum est (et qui vidit et comperit scit quia verum dicit) q̃ tales dubitantes et timentes ne prẽueniãtur per Inquisitorem, per se ueniunt, et audiri in confessione sacramentali per Inquisitorem petunt, ne sic confessi possint detegi, nec puniri. quare confessiones sacramentales talium non sunt ab Inquisitoribus admittendę: detegant ergo crimen suum, et errorem coram Inquisitore in foro iudiciali.

Inquisitor est iudex in foro exteriori non in interiori.

60 Quo crimine detecto, si uideat Inquisitor eum iam prẽuentum, hoc est, aliàs sibi denũtiatum vel accusatum, procedat ad audiendam confessionem suam iudicialiter cum notario et testibus, et procedat in causa, ut ordo postulauerit rationis † sem per cum eo mitius se habendo, quia uenit non uocatus.

† al. iuris,

61 Si autem Inquisitor non uideat eum prẽuentũ, vtpote quia aliàs non fuerat ei delatus, nec actum fuerat contra eum: inquirat diligenter cum eo si factum totaliter est secretum: vtpote, quia dubitauit aliquando de sacramento Eucharistię, vel simili, et ad finẽ aliquando credidit sacramentũ huiusmodi nihil esse: et aliquanto tẽpore in hoc perstitit, tamen nulli se reuelauit, nec aliquem infecit: et tunc i si totaliter est secretum, non proceda: ad iudicialem confessionem recipiendam, sed secrete absoluat eum iniuncta sibi aliqua pœnitentia salutari, indicendo q̃ stet firmiter in catholica credentia, et repellat tales tentationes: etc.

De crimine prorsus occulto nõ est iudicialis cõfessio sumenda.

Si autem comperiat factum non esse secretum, immo ille detegit non solum male credidisse, sed etiam se aliis suam peruersam credentiam reuelasse, et alios infecisse; tunc Inquisitor descendat ad confessionem suam iudicialiter recipiendã, et informet se plenius cum illis, quibus se reuelauit, seu quos infecit, et procedat in causa iuxta canonicas sanctiones, semper mitius se habendo erga eum, quia venit per se non vocatus, et infra tẽpus gratię,

Iuridice accipiẽda est cõfessio criminis aliis manifesti.

COMMENT. XII.

Num. 47. Ab Inquisitore de nouo instituto sermo de habẽdus, & quid in eo gerendum.

Postquam Inquisitores hæreticę prauitatis ciuitatem sibi decretam sunt ingressi, fidemque fecerunt capitulo Ecclesiæ maioris, & senatui vrbis, ostensis litteris delegationis, quibus creati sunt Inquisitores; alterum quod proxime illis agendum incumbit, est, conuocare clerum & populum vt certo die festo conueniant in maiorem Ecclesiam, vt illic sermo de fide catholica habeatur, & potestas & iurisdictio Inquisitorum declaretur, & quam ob rem missi sint publicè intelligatur. c. vt commissi. §. aduocandi. c. vt officium. §. compescendi. de hæret. lib. 6. quod præscripsit luculenter concilium Biterrense cap. 1. in hæc verba: Atque ibi conuocatis clero & populo, & proposito uerbo Dei mandatum uobis factum, & aduentus uestri causam, lectis litteris quarum auctoritate procedere habetis, sicut oportere noueritis, exponatis, *hæc ibi. In his omnibus qualis ordo obseruari debeat, singillatim ostendit Eymericus, traditque Simancas de catho. instit. tit. 44. num. 2. & copiosè Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 10. nume. 11.*

Illud præterea solet in multis locis obseruari, vt finito sermone de fide catholica, omnes simul coram Cruce ac libro Euangeliorum iureiurando promittãt se præstaturos fauorem, auxilium, & consilium sanctæ Inquisitioni, eiusque ministris, & quòd nullo modo directè vel indirectè eos impedient: quod iuramentum in specie præstare debent ciuitatis magistratus, ad quod præstandum eos posset compellere Inquisitor: quod & faciet si viderit expedire, alias ne quid noui & inusitati moliatur, quod vel minimum obesse possit in hac causa, in omnibus laudabilem eius ciuitatis consuetudinem sequatur, vt etiam monuit Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 10. nume. 11.

Num. 51. Finito sermone de fide moneantur omnes, vt hæreticos & suspectos reuelent.

b ¶ Quibus dictis Inquisitor faciet legi publice alta voce, &c. litteras admonitorias tenoris sequentis.] *Hoc est in ordine tertium, quod Inquisitor obseruare debet finita concione de fide, & præstito iuramento: vt scilicet litteræ monitoriæ prius confectę legantur aduersus cunctos rebelles, moneaturque totius confluentis populi multitudo, vt omnes hæreticos, & hæreticorum complices, aut quos sciunt de hæresi suspectos vel infamatos reuelent. quod perelegãter etiam præscripsit concilium Biterrense cap. 1. in hæc verba:* Ac deinde, *(scilicet post finitum sermonem de fide, & declaratam iurisdictionem Inquisitorum, & aduentus causam)* mandetis, vt omnes qui se vel alios sciuerint in crimine labis hæreticæ deliquisse, compareant coram vobis veritatem dicturi.

Num. 52. Taxare tempus aduenientibus arbitrium est.

c ¶ Quatenus infra sex dies proxime computandos, etc.] *taxare hoc tempus in arbitrio Inquisitorum positum est, & propter præsentes, breue tempus sufficit, cum illi statim aut se ipsos, aut alios deferre possint: absentes uero ubi accesserint ad ciuitatem, illud ipsum tempus initio cõstitutum habent, & tunc illis incipit currere.*

Num. 53. Indulgentiæ cõcedendæ.

d ¶ Secundum quod habet facere Inquisitor est indulgentias promulgare, dicendo.] *De indulgentijs, quas tam Inquisitores, quàm eorum ministri, & ceteri*

ceteri qui præstant in causa fidei consilium, auxiliũ, vel fauorem consequuntur, multa extant Pontificũ rescripta, agitque plene Eymericus 3. par. q. 127. & seq. & nos ibidem late.

Num. 56. Tempus gratiæ assignandum edictis publicis, & quando id licet.

c ¶ Tertium quod habet facere Inquisitor, est tempus assignare gratiæ.] *Hoc ita nunc peragitur, edicta publica proponuntur, & publicis locis affigũtur, ut in notitiam omnium facilius perueniant. Tabiensis verbo, Inquisitor. §. 10. nu. 11.*

Iam assignare plures uel pauciores dies in hoc edicto, arbitrarium est: & mensem vnum, quadraginta vel plures dies concedere potest Inquisitor. Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 3.

Sed animaduertant oportet hoc loco Inquisitores ne fallantur, putantes liberum sibi esse concedere hoc tempus gratię, quotiens accedunt ad diœcesim sibi decretam, in qua per alios Inquisitores fieri solita est contra hæreticos inquisitio, quoniam huiusmodi gratiæ tempus assignare tunc possunt cum mittuntur ad ciuitatem siue diœcesim, in qua de nouo constituuntur Inquisitores, quemadmodum singulariter docet prima quędam instructio Hispalen. anni Domini MCCCCLXXXIIII. cap. 1. 2. & 3. nam cum in cap. 3. de hoc tempore gratiæ constituendo ageretur, cap. 1. statuerat quando id esset concedendum in hęc verba à nobis vtcunque latine edita: Primum prædicti domini Inquisitores & consultores dixerunt, vt quotiescunque fuerint de nouo constituti Inquisitores in aliqua diœcesi, ciuitate, aut oppido, vel quolibet alio districtu, vbi hactenus non fuit facta inquisitio super delicto hęreticæ prauitatis & apostasię: *& infra. Et postquam nonnulla de eorũ ingressu in dicto cap. 1. & 2. dixisset, continenter in cap. 3. agitur de hoc tempore gratiæ constituendo, seu promittendo. quare si verbi gratia Inquisitore Bononiensi vita functo, vel amoto alius ad eam ciuitatem destinaretur, is non posset nec deberet hoc tempus gratiæ assignare sicut prædiximus: secus autem esset si in litteris delegationis talis sibi concederetur per Romanum Pontificem facultas, quam interdum indulgere solet ob causas æquas & rationi consonas, quæ pium principis animum mouere possunt; Atque iuxta hęc quæ diximus intelligenda est doctrina & praxis Eymerici hoc loco, sicut etiam apparet ex Simanca de catho. instit. tit. 44. de ordine procedendi, nu. 1. & seq. & clarius ex Arnaldo Albertino in repetitione cap. 1. de hæret. lib. 6. q. 12. nu. 4. vers. Et quod dixi supra, & ex ipsomet Eymerico in principio huius 3. partis, tit. 1. quo loco dicit ita:* Vbi considerandũ est, quòd quando Inquisitor est à domino nostro Papa, vel ab alio eius vice, de nouo institutus in aliquibus regnis vel terris, *hæc ille. & series totius ordinis & disputationis eum potissimum respicit, de quo proxime diximus quod ipsum etiam ex concilio Biterrensi cap. 1. & 2. non obscure colligitur.*

Num. 56. Sponte venire qui dicantur.

f ¶ Infra quod tempus gratiæ si libere & spontanea voluntate ad me venerint, &c.] *Qui autem dicantur sponte venire, eleganter docuit Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, q. 2. quam quia singularem habet eruditionem, & multam lucem huic loco affert, referre placuit. ea ita habet:* Quoniam illis, qui sponte redeunt ante tempus gratiæ promittitur & obseruatur impunitas, mortis videlicet, carceris & confiscationis, quod fieri posse credo iuxta mandatum Papæ, & consilium Tolosanum †. quæritur hic qui sponte redire dicantur? Sponte igitur iudicio meo redeunt, qui infra tempus gratiæ redeunt, licet in generali sint moniti, nec enim coacti uidentur, quia à nemine sunt prævenți, & facit bene ad hanc materiam ff. ad Tertullian. l. 2. §. si mater. cũ sequentibus versiculis. Certe post tempus gratiæ, si res est integra, hoc est, quia non est personaliter inquisitus, nec probationes contra eum receptæ, quod credo uerum per legem ff. de optio. legata. l. mancipiorum. nam si post tempus gratiæ personaliter requiritur, & auditur, quamuis errorem suum detegat, indignus est venia, & sic sonat ea nõ in suo casu. 24. dist, cap. vlt. q̃ autem tempus hoc recte præfigatur, non est in dubium ab aliquo reuocatum: & possent ex vtroque iure multa induci similia; sed nimis est à materia alienum, sponte ergo venit, qui non venit admonitus nominatim. & col ligitur hæc distinctio C. de his qui latrones occult. l. vlt. in illo versiculo, Domini, &c. *hactenus Guido Fulcodius, quem penitus sequuntur Archidiaconus & Ioan. And. in c. vt commissi. de hæret. libr. 6. idem penitus rescripserunt periti Auinionenses responso quodam super varijs dubijs circa inquisitionem, edito anno Domini MCCXXXV. quod est in vetusto illo codice bibliothecæ Vaticanę.*

† Concilium Biterrense, legendum credere, in quo hæc immunitas præstatur sponte venientibus, cap. 2.

g ¶ Magnam veniam & misericordiam consequentur.] *Et ratio est, quoniam mitius est agendum cum sponte confessis, quàm cum conuictis c. presbyterum. 50. dist. glossa communiter recepta in c. de hoc verbo, in iure. extra de simonia. vbi Hostiensis, & ibi Panormitanus nu. 6. Sed hic Eymericus non expressit quam gratiam consequantur sponte venientes, nec quod ego legerim est aliquo iure communi cautum, eam tamen nominatim docuit concilium Biterrense cap. 2. in hęc verba:* Ac deinde mandetis, vt omnes qui se vel alios sciuerint in crimine labis hæreticæ deliquisse, compareant coram vobis veritatem dicturi: Assignato eis termino competẽti, quod tempus gratiæ vocare soletis; quibus tamen aliàs huiusmodi gratia nõ est facta: infra quem terminum venientes, pœnitentes & dicentes plenam de se ac de alijs veritatem, habeant impunitatem mortis, immurationis, exilij et confiscationis bonorum. *hęc ibi. Quod in Hispania nostra cautum etiam refert Simancas de cathol. instit. tit. 44. nu. 3. instructione quadam Hispalensi prima. cap. 3. & 7.*

Sponte venientes quam gratiam consequantur, rescitu digna.

Non tamen sponte venientes cuitabunt omnẽ pœnam, sed pro qualitate personarum & criminum, arbitrio Inquisitorum benigne tractabuntur. aut pœnam aliquam pecuniariam soluentes, aut eleemosynas erogantes, aut alia huiusmodi charitatis opera præstantes.

Id quoque diligenter est animaduertendum, huius promissę gratiæ beneficium collatum sponte venientibus, non tribui illis, quibus aliàs huiusmodi gratia iam facta fuit, vt præcitatum concilium docet. nihilominus tamen ijs etiam, quibus aliàs hoc beneficium est tributum, aliquid est condonandum.

Sed

Universidad de Deusto Biblioteca

An relapsis sponte venientibus sit parcendum, grauis & utilis questio.

Sed quid si relapsus à nemine adhuc deprehensus sponte veniat, ac errorem plene confiteatur, lacrymisque misericordiam imploret; erit ne sibi mortis pœna remittenda, ita vt non tradatur curiæ sæculari? grauissima est plane questio, quæ fortassis longiore oratione egeret: breuiter tamen quid sentiam meo more explicabo; ac pœnam quidem mortis condonandam omnino censeo. Primum, quia in hoc cessat sinistra illa suspicio, qua relapsi putantur ficte conuersi, cum seipsum pœnitendo deferat, & veniam postulet. Rursus, quoniam is non est censendus incorrigibilis, qui sponte crimen fatetur, & errati veniã deprecatur. Preterea nullus potest vere dici relapsus, nisi qui bis de heresi conuincitur: qui vero crimen fatetur, non videtur secundo conuictus. Postremo. concilium Biterrense paulo antea relatum hoc videtur sentire dum ait, Sponte venientibus impunitatem mortis esse concedendam. Quę verba nullo modo possunt in hoc crimine competere nisi relapsis. Nam quicunque alius delinquens sponte conuersus, quamuis grauissime deliquerit, mortis pœnam euitat; & propterea concilium de illis videtur loqui, qui si fuissent conuicti, mortis supplicio essent plectendi: relinquitur ergo relapsos sponte venientes pœnam mortis effugere.

Quando sint admittendi relapsi spõte venientes.

Atque hęc sententia benignior est, vt ait Hostiensis in cap. ad abolendam. §. illos. in verbo, sine vlla audientia. & verbo, audientia. de hęret. vbi videtur in hanc partem inclinare, quam amplectuntur Ioan. Lupus Decanus Segouiensis *tract. de hęret. quem refert & sequitur Mõtaluus in legibus septipartitis. l. 1. tit. 26. par. 7. q. 6. vers. est tamen conclusio. & Albertinus in lib. de agnos. asser. q. 25. nu. 25. & Alfonsus Cast. lib. 2. cap. 2. de iusta hęret. puni. quibus omnino censeo subscribendũ; dũmodo (quod illi etiam adnotant) peccatum huius relapsi sponte venientis sit occultum.*

Contrarium videtur tenere Simancas de catho. instit. tit. 57. nu. 21. & seq. sed nostra sententia benignior est. illud certe verum est, huic homini acriorem pœnitentiam esse iniungendam.

Quia tamen nullo expresso iure cautum esse videtur, vt huiusmodi relapsis parcatur, propterea cum talis casus occurreret, tutissimum esset, vt priuati Inquisitores supremum Senatum sanctę Inquisitionis consulant, & id circa tales relapsos exequantur, quod Senatus causa cognita decernet.

Qui non veniũt sponte, aut post tempus gratię, qualiter puniendi.

Ceteri autem qui vel sponte non veniunt, vel post tempus gratiæ ueniunt, si hęretici aut credentes fuerint, in perpetuum carcerem sunt detrudendi, nisi eorum tanta fuerit multitudo, ut commode fieri non possit: quod eleganter docet concilium Narbonense cap. 9. in hæc verba: De hęreticis autem seu credentibus præfata immunitate (quia veritatem de se vel de aliis suppresserunt, vel quia infra tẽpus indulgentię non venerunt, seu alias) indignis, paratis tamen absolute mandatis Ecclesię obedire, & recognoscere quam vel suppresserant, vel negauerant veritatem: quamuis tales proculdubio sint secundum statuta domini Papæ in perpetuo carcere detrudendi: quia tamen intelleximus vos de his tantam in pluribus partibus multitudinem inuenisse, vt nedum expensæ, sed vix etiam lapides aut cæmenta sufficere possint ad carceres construendos: consulimus, vt eorum immurationes, vbi expedire videbitur, differatis, donec ipse dominus Papa de illorum multitudine plenius sit cõsultus: nisi forte aliqui essent tam facinorosi, vt de ipsorum impęnitentia, vel fuga, vel relapsu, vel corruptione seu turbatione aliorũ nimium timeretur: tales enim sine ulla prorsus dilatione firmo & perpetuo carceri deputetis. *hęc ibi.*

An qui metu probationũ cõfitetur sponte, mitius puniri debeat.

Postremo illud quæsitum est: An qui metu probationũ sponte crimina confitetur, mitius puniri debeat, an potius ordinaria pœna sit coercendus: & glossę in c. presbyterum. 50. dist. & in c. de hoc. extra de simonia, ordinariam pœnam imponẽdam arbitrantur: sed benignior est Hostien. sententia in dicto c. de hoc. asserentis etiam hoc casu mitius agendum esse. Quanta autem pœnæ pars remitti debeat, arbitrio iudicantis relinquitur.

Et metu probationis confiteri quis dicitur, quando iam vocatus erat ad iudiciũ: vnde è diuerso sponte confessus appellatur, cum nullo pręcedente stimulo iudicem adit, & crimen cõfitetur, vt in dicto cap. de hoc. de simo. optime docuit Panor. atque hæc omnia sunt diligentissime obseruãda, ut pœnæ nunc grauiores, nunc remissiores imponantur.

Illi vero qui post tempus gratiæ sponte veniunt, etiam mitius sunt puniendi, quamuis non consequãtur tantam indulgentiam, vt prudẽtissime obseruat hoc loco Eymericus ibi: uel tempus gratię transire permiserint, tantę gratię non erunt digni.

Quot autem modis seu tẽporibus reuerti quis possit, secundum quæ aut facile recipietur, & sibi pœnę remittentur, aut contra non recipietur, eleganter & copiose docet Arnaldus Albertinus in repetitione cap. quoniam. de hęret. lib. 6. q. 12. & Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 27. & multis seq.

Num. 59. Inquisitor non audiat sacras confessiones.

h ¶ Attendat tamen Inquisitor, &c. nam si uolunt detegere tantum in foro pænitentiali, &c.] *Pulcherrimum est, & valde vtile hoc documentum, & omnino in hoc tribunali obseruandum, vt etiam admonent Campegius ad Zanchinum cap. 34. vers. considerent etiam Inquisitores. & Locatus in opere iuditiali verbo, absoluere. nu. 7. Cetera documenta, quę circa confessionem sacramentalem reorũ in hoc tribunali obseruare oportet, tradidi supra in hac 2. parte super concilio Tarraconensi.*

Num. 61. Persuadendi sunt rei vt iudicialiter dicãt crimina sua.

i ¶ Et tunc si totaliter est secretum, non procedat ad iudicialem confessionem recipiendam, sed secrete absoluat eum, &c.] *Non est contemnendum hoc Eymerici consilium, sed nõ videtur tutum: quoniam si hoc ita fiat, ferme eadem incommoda concurrunt, quę ipse paulo antea commemorauit, dum monebat ne Inquisitores audiant sacras confessiones: quare tutius semper erit persuadere sponte venientibus, vt iudicialiter confiteàntur crimina sua, hoc est, notario eorum confessionẽ recipiente coram Inquisitore dicant peccatum suum, inde secreta reconciliatione facta, mox absoluat eum. ac de hac quidẽ facti specie accipiendum mihi videtur id quod sanciuit Clemens V I I. rescripto incipiente:* Cum sicut. *§. vobis etiam. quod est in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis, de quo alibi dicemus copiosius.*

De modo

De modo recipiendi denuntiationes.

63 QVOD si infra terminum ad reuelandum hæreticos, credentes, fautores, &c. omnibus generaliter assignatum, aliqui paruerint & comparuerint, volentes contra aliquos aliqua ad fidem pertinentia Inquisitori intimare, recipiat Inquisitor denuntiationes huiusmodi iudicialiter. Et si forsan tam multi denuntiatores, vel reuelatores aduenirent infra terminum assignatum, vt non possent omnium denuntiationes iudicialiter recipi, ne vnus alium impediat, habeat Inquisitor semper vnum librũ † paruum, per diœceses distinctum, in quo scribat omnes, quæ fiunt sibi denuntiationes, & nomina denuntiantium, & nomina testiũ productorum, & vicum & locum vbi morantur: quem librum teneat secrete, ne ab alijs videatur, & nomina denuntiantium reuelentur, & periculum illis immineat: Et in isto libro scribat etiam de manu sua ipse Inquisitor, per modum memorialis, omnes denuntiationes, & omnia nomina denuntiantium & denuntiatorum, ac etiam testium interrogandorum, quæ fiant sibi infra dictum terminum generalem ad denuntiandum omnibus assignatum per modum, qui sequitur.

† Vide Simãcã de catho. instit. tit. 34. nu. 17.

Forma scribendi dicta testium per modum memorialis.

64 De tali diœcesi. Talis de tali loco, qui moratur in tali vico, & vtitur tali arte, vel est mercator, vel huiusmodi, deponit contra talem, qui moratur in tali loco, & in tali vico, & vtitur tali arte, quod dixit ac asseruit, quòd in sacramento altaris non est veraciter corpus Christi, vel simile.

Interrogetur talis, qui moratur in tali loco, & tali vico, & habet tale officium: & etiam interrogetur talis, qui moratur in tali loco & tali vico, & habet talem artem, & sic de alijs.

Ex alia diœcesi. Talis de tali loco, qui moratur in tali loco, & tali vico, & vtitur tali arte, deponit, quòd talis de tali loco, qui moratur in tali vico, & vtitur tali arte, dixit vel fecit talia contra fidem.

Interrogentur tales, qui morantur in talibus locis, & talibus vicis, & vtuntur talibus artibus.

Tempore gratię elapso quid agendum.

65 QVO assignato generali termino iam elapso, & delationibus scriptis in dicto libro per modum memorialis, Inquisitor diligenter delationes discurrat, ac prudenter aduertat, quæ delationes habent maiorem apparentiam veritatis, & quæ crimina sunt grauiora, & fidei magis periculosa; & vbi maius periculum fidei viderit imminere, ibi incipiat inquirere, citando illum, qui detulit, seu reuelauit; & medio iuramento informet se de facto, ut diligentius poterit, si habet apparentiam veritatis. Quòd si inuenerit ueritatis apparentiam non habere, supersedeat; non tamen à libro suo delationem amoueat: nam quod uno die seu tẽpore nõ inuenitur, alio tempore reperietur.

Maiori malo celerius occurrendũ.

Si autem apparuerit, vel repererit habere apparentiam veritatis; tunc ᵃ cum sint tres modi procedendi ac processus incipiendi, vt habetur extra de accusa. denun. & inquisit. c. Qualiter & quando. Primus, per accusationem, quam pręcedere debet inscriptio: Secundus, per denuntiationem, quam præcedere debet charitatiua monitio: Tertius, per inquisitionem, quam præcedere debet clamosa insinuatio: informet se Inquisitor cum ipso deferente, an velit accusare, & procedere per modum accusationis in negotio vel non: si dicat quòd accusat, & vult esse accusator, & procedere per modum accusationis, informetur per Inquisitorem, quòd oportet eum se inscribere ad talionis pœnam, declarando periculum, quod potest sibi imminere de accusatione & inscriptione. Qui sic informatus, si dicat se velle accusare, & requirat procedi per modum accusationis, & instet: fiet prout petit, & formabitur processus per modum infrascriptum. Si autem dicat se nolle accusare (vt communiter sit) sed denuntiare, & hoc metu incursionis pœnæ excommunicationis latæ per eundem Inquisitorem de reuelando talia ad fidem pertinentia infra terminum assignatum: & quòd aliàs non vult facere partem (vt est communis cursus) tunc formabitur processus per modum infrascriptum. Si autem non vult accusare, nec denuntiare proprie. sed dicit famã esse talẽ; & sic quòd Inquisitor informet se de fama, & si vult inquirat; tunc formabitur processus per modum alium infrascriptum: de quibus tribus modis processum incipiendi in causa fidei agitur, vt sequitur. 66

Quærẽdũ à delatore quo pacto procedere velit.

COMMENT. XIII.

Num. 66. Quot modis procedatur in crimine hæresis.

a TVnc cum sint tres modi procedendi ac processus incipiendi, &c.] *De his etiam Cãpegius apud Zanchinum cap. 9. in principio. c. & Tabiensis in sum. verbo, inquisitor. §. 11. nu. 12. Syluester verbo, hæresis. 2. §. 8. Carrerius tract. de hæret. nu. 105. Gondissaluus de hæret. q. 10. nu. 1. & alij. addunt multi quartum modum procedendi in delictis per viam exceptionis, vt indicat glossa in cap. in fidei fauorem. verbo, inquisitionis de hæret. lib. 6. & Carrerius de hęret. nu. 104. item addunt quintum, per viam notorij, de quo Gondissaluus & Campegius pręcitatis locis. addunt tandem sextum per viam actionis, de quo plene Aegidius Bossius tit. de modo procedendi in delictis per viam actionis. In hoc sacro tribunali duo modi per viam denuntiationis, & inquisitionis sunt frequentissimi, ceteri satis inusitati, non tamen contemnendi, cum quandoque aliquis locus eis esse possit. cetera huc spectantia in sequentibus explicabuntur copiose.*

De primo modo procedendi in causa fidei per Accusationem.

PRIMVS modus procedendi & processum incipiendi in causa fidei est per modum accusationis, & est quando aliquis accusat aliquem de crimine hæresis vel fautoriæ, & hoc coram Inquisitore offerendo illud se probaturum, & inscri- 67

bitᵃ

bit [a] se ad pœnam talionis, nisi probet, hoc est, q̃ plectatur illa pœna, si deficit in probatione, qua plecteretur accusatus si probaretur. Et attendat Inquisitor, q̃ istum modum procedendi non libenter admittat, tum quia non est in causa fidei vsitatus; tum quia est accusanti multum periculosus; tum quia est multum litigiosus. Vbi autem [b] accusator instet & requirat, Inquisitor acquiescat, & dicat accusanti, quòd accusationem porrigat in scriptis. Quo facto ipse Inquisitor procedat non ex officio, sed ad instantiam partis, & habito notario publico, & duabus personis religiosis, si commode potest, vel saltem duabus honestis sibi assistentibus, iuxta cap. Vt officium †. incipiat processum, & scribat notarius per modum qui sequitur.

† c. Vt officium. de hæret. lib. 6.

IN nomine Domini, Amen. Anno à Natiuitate Domini tali, die tali, talis mẽsis, in præsentia mei notarij & testium infrascriptorum. Talis, de in tali loco & diœcesis talis, cõparuit personaliter in tali loco corã Venerabili & religioso viro domino fratre N. ordinis talis, magistro in Theologia, ac in terris & dominio talis domini Inquisitore hæreticæ prauitatis à sancta Sede Apostolica specialiter delegato; & obtulit eidem domino Inquisitori quandam cedulam accusatoriam tenoris sequentis. Coram vobis, &c. *Inseratur tota: Qua inserta sequitur sic paulo infra*: Acta sunt hęc anno, die, mense, & loco prędictis, in præsentia talium testium ad hęc vocatorum, & rogatorum, & mei talis notarij publici, talis loci, & etiam scriptoris sacri officij inquisitionis, seu domini Inquisitoris.

COMMENT. XIIII.

Num. 67. Talionis pœna quid.

a ET inscribit se ad pœnam talionis, nisi probet.] *Talio in legibus 12. tabularum, vt ait Festus lib. 18. parem vindictam significat. verba legis refert Gellius lib. 20. cap. 1. noctiũ Attic. Accursius instit. de iniurijs. §. pœna autem. verbo, talio erat. vocat similitudinem supplicij. Isidorus lib. 5. etymolog. cap. 25. talionem similitudinem vindictæ esse dicit, vt taliter quis patiatur ac fecit. huius pœnæ meminit ius diuinũ Exodi cap. 21. & Matth. 5. & ius canonicum in cap. licet Heli. de simo. cap. calumniator. 2. quæst. 3 cap. quisquis. 2. q. 8. cap. de crimine. 25. quæst. 3. cap. hęc imago. 33. q. 2. & alibi sæpe. & ius ciuile passim in dicto §. pœna autem. instit. de iniurijs. l. vlt. C. de accusatio. l. leuia. ff. de accusatio. l. tutor. ff. de his quibus vt indig. l. 2. C. de falsa mon. l. fin. C. de sepul. violato. & his locis plenissime interpretes. Beatus Thomas 2. 2. quæst. 68. art. 4. Sotus lib. 5. de iustitia & iure. q. 5. art. 4. & Fernandus Vasquius lib. 1. controuersiarum illust. cap. 24. num. 16.*

An hodie locus sit pœnę talionis in accusatore.

His positis quæstio est hic grauissima: An hodie talionis pœna locum habeat: ac primum quidem hic mihi est obseruãdum, bifariam posse quæstionẽ hanc tractari, primo in accusatore, secundo in testibus. de hoc postremo nihil nunc dicam, acturus de ea difficultate plene infra super q. 73. Alterum caput est tractandum: An in accusatore talio vendicent sibi locum, & prima fronte dicendum videtur, accusatorem in accusatione deficientem, hoc est, non probantem crimen, ad quod se probandum in iudicio obliguit, non esse subiectum pœnæ talionis: quoniam talio per consuetudinem iam diu abolita est & sublata, ut testantur communiter Doctores. Speculator tit. de accusa. §. 1. nu. 4. Ioan. And. in additio. ad Speculat. tit. qui accusa. non pos. Gandinus tract. de malef. tit. qui accus. non pos. nu. 38. Salycetus in l. qui crimen. nu. 4. C. qui accusa. nõ pos. Hieronymus Gigas tract. de crimi. læsę maiestat. libro 1. tit. qualiter in crimi. læsæ maiestat. procedatur. quæst. 1. nu. 5. Couarruuias lib. 2. varia. resolut. cap. 9. nu. 1. Bartolus in l. si cui. ff. de accusatio. quem sequuntur Angelus & Salycetus in authen. sed nouo iure. C. de adulte. & alij, quos refert & sequitur Petrus Duenas regula 27. incipiente: Accusans aliquem. *tenet postremo Ioannes Rojas in singularibus fidei, singu. 6. & Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 93. & alij prope infiniti, quos libens omitto. Potissima autem ratio horum est, quoniam si pœna talionis accusatoribus infligeretur, non reperirentur facile qui vellent accusare: itaque crimina remanerent impunita, quod in maximum reipub. detrimentum verteretur.*

Sed Iacobus de Arena vetustus & grauis Iurisconsultus in l. vlt. C. de accusatio. quem refert & sequitur Ioan. And. in cap. excommunicamus el. 2. asseruit, accusatorem in crimine hæresis non probantem. etiam si velit pœnitere non esse recipiendum: cũ speciale sit in crimine hæresis, vt quis possit pœnitere, non autem in alijs criminibus, quare sicut calũniatorem posse puniri: atque ita fuisse quandoque pronuntiatum testatur præcitato loco idem Iacobus de Arena.

In crimine hæresis cum procedatur per viam accusationis, nõ est necessaria inscriptio ad pœnã talionis.

Ex his redditur valde dubia hæc difficultas, in qua vt certiora tradamus, sit hoc primum axioma: In crimine hæresis cum procedatur per viam accusationis, non est necessarium quòd accusator se inscribat ad pœnam talionis; nam & hoc in ceteris criminibus obtinere hod. e fatẽtur præcitati, & tradit præceteris Ioannes Rojas in dicto singul. 6 nu. 6. si quis ergo accusare velit, nec oportet q̃ se inscribat ad pœnam talionis, neque ad hoc est compellendus: quòd si in probatione defecerit, acriter coercendus est arbitrio Inquisitoris: non tamen puniendus est pœna talionis. l. in priuatis. ff. ad Turpillia. glossa in cap. tuæ. verbo, effectum. de procurato. quod etiam tenẽt Couarruuias & Ioannes Rojas præcitatis locis.

Sed quid si re vera se inscripsit, seu ad talionis pœnam se obligauit, ac deficiat in probatione; erit ne ea pœna puniendus, quam reus excepturus esset si crimen foret vere probatum? & adhuc existimo mitius puniendum fore, nec est tradendus curiæ seculari, etiam si formalem hæresim obiecisset reo, nec probasset. Primum, quia accusator minus nocet quàm testes, cum solus ipse non sufficiat ad conuincendum reum: rursus, quia hoc nusquam est in hoc tribunali consuetudine receptum, vt accusator pœna talionis plectatur: postremo, ita videtur probare textus in cap. super his. de accusatio. his verbis: Ad extraordinariam pœnam, secundum arbitrium iudicis discreti, citra vinculum inscriptionis, est excipiens adstringendus, si defecerit in probando. *hęc ibi.*

Iam

Abolitio in hoc crimine nõ facile cõcedenda.

Iam si reus in hoc crimine posquam cœperit accusare, desistere velit ab accusatione, abolitione petita, non facile audiendus est, quoniam hoc crimen grauissimum est: multumque interest reipub. vt puniatur, in quo iudex non minus accusatorem, ad docenda quæ detulit, quàm reum ad purganda quę negat, debet vrgere, vt optime sanciuerunt Imperatores in l. vlt. in fine. C. de abolitio. atque hoc ipsum cẽseo obseruandum in eo qui denũtiat, qui si dicat falso se denuntiasse, aut quid simile, non est facile audiendus, nec forte cum delato, vel cũ testibus conuenerit.

Atque ex his intelliges qualiter sit indicãda Eymerici doctrina paulo inferius num. 71. tit. de modo continuandi processum per accusationem. ibi: Inquisitor consulat accusatori, &c.

Quando minuenda pœna accusatori nõ probãti.

Tandem accusatori conanti probare obiectum crimen, & in probatione deficienti, tum præcipue pœna minuenda erit, cum testem unum produxerit; nam tunc etiam aliàs pœnam talionis euituret. Baldus apud Speculat. tit. de accusatio. in fine. refert Marsilius singulari 47. incipiente: In ore duorum. *item si docuerit de eo crimine publicam fuisse famam, aut ab amicis, vel consanguineis delati, vel alijs personis fide dignis audiuisse. Bart. in l. fi. ff. de hęred. instit. quod est diligentissime obseruandum.*

Num. 67. An accusans libelli accusatorium in scriptis porrigere debeat.

b ¶ Vbi autem accusator instet, & requirat, &c. Inquisitor acquiescat, & dicat accusanti, quòd accusationem porrigat in scriptis.] *Libellum accusatorium in scriptis proponendum docet Bart. in Extraug. ad reprimendum. verbo, per Inquisitionem. nu. 33. cuius opinionem sequitur, & communem vocat Cardinalis in cap. 1. versi. ponitur etiam. 2. q. 8. per textum ibi:* Accusatorum personæ nunquam recipiantur sine scripto. *ceterum Salyceti sententia præualuit in l. penul. nu. 2. C. de accusat. asserentis, validam esse accusationem, siue accusator porrigat libellum in scriptis, siue verbalem tãtum querelã apud acta iudicis, quam tabellio redigat in scriptis. & hanc Salyceti opinionem in praxi obseruari tradit Iulius Clarus lib. 5. sent. §. fi. q. 12. versi. quæro quæ sit forma. quod esset etiam obseruandum in hoc tribunali, si per viã accusationis ageretur; præsertim cum in hoc crimine simpliciter procedi possit. cap. fin. de hæret. lib. 6. nec propterea summæ iuris solemnitates sint necessario requirendæ, vt cæteris tradit Bernardus Comensis in Lucerna verbo, litis contestatio.*

Fiscalis sanctissimi officij & eius munus.

Sed cum hodie accusantis persona raro admittatur, publicus est constitutus minister, quem vulgo Fiscalem dicimus, qui personam accusatoris subit, & reos accusat: nec se subscribit ad pœnam talionis, aut ad aliàs, quas falsi accusatores pati solent, qui testibus habitis de crimine, & diligenti Inquisitione præcedenti, & debitis informationibus, in hæc ferme verba libellum accusatorium formare solet.

Forma libelli accusatorij quem Inquisitori porrigit fiscalis.

Ego Augustinus officij sanctissimæ Inquisitionis Fiscalis, coram te Reuerendo Inquisitore iudice delegato in causis fidei contra hæreticam prauitatem, criminaliter accuso Martinum Lutherum, qui cum sit Christianus baptizatus, & velut talis apud omnes habitus, à fide catholica recessit, & ad pestiferam hęresim Manichæorũ, ac aliorum hæreticorum, talem videlicet & talẽ impie accessit; prædicans, scribẽs, componens, firmiterque asserens multa dogmata hæretica, erronea, scandalosa, & valde suspecta in approbationem & laudẽ præfatæ hęresis, & hæreticorum, quos velut magistros imitatur.

Hæc est vulgaris forma, qua hodie Fiscalis vtitur, de qua Speculat. tit. de hęre. in principio. Simancas de catho. instit. tit. 4. nu. 11. Conradus Brunus lib. 4. de hęret. cap. 7. omnesque Crimmalistæ in suis practicis libellis. Milleus fol. 14. & 15. in c. de accusationis formula. Hieronymus Gigas tract. de crimine læsę maiestatis lib. 1. tit. qualiter in crimi. læsę maiestatis procedatur. q. 3. Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 12. versi. quæro quæ sit forma. & alij.

Libellus accusatorius quid cõtinere debeat.

In hoc libello crimina singula admissa Fiscalis narrare debet, vt reus intelligat quibus sit respondendum, ut se tueatur: nomina testium & quædã aliæ circunstantiæ commissi criminis omittuntur, ne quid detrimenti testes patiantur. quòd si reus petat edi sibi testium nomina, nullo pacto audiendus est, de quo dicemus copiose infra super quæst. 75. vbi est proprius locus, vnde intelliges quales circunstantiæ declarari reo possint, quales vero occultari.

De secundo modo procedendi in causa fidei per Denuntiationem.

68 Modus secundus

SECVNDVS modus procedendi & processum incipiendi in causa fidei, est per modum denuntiationis; & est quando aliquis denuntiat aliquem de hæresi, vel fautoria, vel aliis ad fidem pertinentibus ipsi Inquisitori, sine hoc q̃ offerat se probaturum, nec vult facere partem; sed dicit, q̃ denuntiat ratione sentẽtię excommunicationis latæ per Inquisitorem contra non denuntiantes, vel aliàs denuntiat zelo fidei non faciens partem: & tunc [a] Inquisitor mandet sibi, q̃ det in scriptis, vel saltem dicat in præsentia testium & notarij, & in tali casu procedat Inquisitor ex officio, & non ad instantiam partis.

Et hic est communis modus procedendi, & usitatus in causa fidei: & tunc habito notario, & duabus personis religiosis, seu aliàs honestis (ut dictum est supra) incipiat processum per modũ, qui sequitur.

IN nomine Domini amen. Anno à natiuitate Domini tali, die tali, de mense tali, in præsentia mei notarij & testium infrascriptorum; talis de tali loco comparuit personaliter in tali loco, corã honorabili & religioso viro fratre N. in terris ac dominio talis domini Inquisitore hæreticæ prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegato, & obtulit [b] eidem domino Inquisitori cedulã tenoris sequentis: *Inseratur tota.*

Si autem non denuntiauit scripto, nec cedulam obtulit, sed tantum uerbo ponetur sic: Comparuit personaliter in tali loco coram honorabili & religioso, &c. & denuntiauit eidem domino

Inqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inquisitori, ꝙ talis de tali loco, & diœcesis talis assseruit, & dixit talia contra fidem, & tenet, & defendit. *Ponatur prout denuntiabit.* Quo facto c in continenti ipse Inquisitor faciat iurare ad quatuor Dei Euangelia ipsum denuntiantem de veritate dicenda super denuntiatis; præstito iuramẽto interrogabit eum: vnde scit esse vera quæ denũtiauit; & si vidit, vel audiuit. Si dicat se vidisse, interrogabit eum: vbi vidit, & quando, & quotiens, & per quem modum, & qui erant præsentes. Si dicat ꝙ non vidit, sed audiuit, interrogabit eum Inquisitor à quibus audiuit, & vbi, & quando, & quotiens, & per quem modum, & quibus præsentibus audiuit, formãdo articulos de quolibet prædictorum singulariter & diuisim.

Et notarius ponat totum in actu seu processu immediate post prædictam denuntiationem continuando sic. Qua quidem denuntiatione sic vt præmittitur facta ipse Inquisitor in continenti fecit iurare ad quatuor Dei Euangelia ipsum denuntiãtem de dicenda veritate super denuntiatis, & interrogauit eundem: vnde, & quomodo ea, quæ denuntiauerat, nouerat esse vera. Qui respondit, quòd pro eo scit ea quæ denuntiauerat esse vera, quia vidit.

Interrogatus vbi vidit dictum talem facere, vel dicere supradicta; dixit, quòd in tali loco.

Interrogatus de tempore; dixit, quòd tali die, talis mensis, & talis anni.

Interrogatus quotiens vidit, & cetera.

Formentur articuli vt dictum est, & totum ponatur in processu, & specialiter inquiratur ab eo, qui sciunt in tali causa, & qui possunt scire.

Quibus omnibus sic peractis, vltimo interrogabitur, si denuntiat mala voluntate, odio, vel rancore, vel dimittit aliquid fauore vel amore, vel aliàs rogatus, vel subornatus: & postremo iniungetur ei virtute iuramenti præstiti tenere secretum quidquid ibi dixit, vel per Inquisitorem sibi dictum fuerit: & ponetur totum in processu, & in actis. Quibus omnibus sic expletis sequetur paulo infra. Acta sunt hæc in tali loco, tali die, talis mensis, & tali anno, in præsentia mei notarij talis loci, auctoritate talis, & scriptoris domini Inquisitoris, & talium testium ad hæc vocatorum & rogatorum.

COMMENT. XV.

Num. 68.

DE hoc secundo modo procedendi in delictis per denuntiationẽ copiosè differunt suis locis Criminalistæ: sed de ea, quantum ad nostrum institutũ pertinet, agit S. Antoninus 3. par. tit. 9. cap. 9. Gondissaluus tract. de hære. q. 10. nu. 6. Campegius apud Zanchinum cap. 9. versi. de tertia. Repertorium inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali verbo, denuntiatio. Simancas de catho. instit. tit. 19. idem in enchiridio, titu. 23. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 5. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 26. nu. 27. & alij.

Denũtiatio quid.

Est autem denuntiatio alicuius criminis apud cõpetentem iudicem, sine inscriptione, facta delatio ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam, vel etiam ad vtrumque. ita Hostien. in sum. tit. de denuntiat. §. . . & Repertorium inquisito. verbo, denuntiatio. colligitur que non obscure ex cap. 2. & 3. & cap. super his. & cap. cũ dilectus. el. 1 extra de accusat. & cap. nouit. de iudicijs.

Denũtiatio & verbo & scripto fieri potest.

¶ Et tunc Inquisitor mandet sibi, quòd det in scriptis, vel saltem dicat in presentia testium & notarij] *Et re vera indifferẽter hęc admitti possunt, & obseruari, vt vere admonet Iulius Clarus in pract. crimin. § fin. q. 7. versi. vlterius quæro. in fine. nam hanc denuntiationem & in scriptis, & verbo tantum porrigere possunt iudici, qui denũtiant. quod tenet etiam Bossius tit. de denuntiatione. num. 14. & videntur velle Angelus, Salycetus, & alij. in l. ea quidem. C. de accusatio.*

Quod vero hic ait Eymericus: Vel saltem dicat in presentia testium: *non est ita accipiendum, vt credamus testes esse necessarios, corã quibus denuntiatio Inquisitori proponatur: id enim nec verũ est, nec iure vsquam cautum; sed per testes hic duas illas personas religiosas accipere debemus, de quibus in cap. vt officium. de hæres. lib. 6. & meminit auctor in modo præcedẽti, & amplius paulo post nu. 84. in tit. quot personæ esse debeant in examinatione testium & delatorum in causa fidei.*

Qualis denũtiationis forma.

¶ Et obtulit eidem domino Inquisitori cedulam tenoris sequentis.] *Cedula vox est Hispana, id-est, scriptura, seu chirographum.*

Denuntiationis autẽ formula ita habet: nam syndicus, seu officialis, vel in proposito nostro crucesignatus, aut quilibet denique fidelis indicat Inquisitori apud acta, die tali fuisse tale maleficium commissum, aut talem hæresim assertam à tali homine, & id scire Caium, verbi gratia, & Seium, aut tales & tales. atque ita vsus obseruat, vt ait Angelus tract. de maleficijs. versi. nec ad denuntiationem. num. 20. & Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 7. versi. quæro nunc quæ sit forma.

Facta denuntiatione, quæ les Inquisitoris partes.

His peractis, nullæ sunt amplius denuntiantium partes, sed iudici totum relinquitur, vt is inquirat de delicto, de delinquente, accitis testibus, quos denuntians nominauit; item alijs, à quibus veritas haberi possit: quod etiam vsus obseruat. quamuis n. denuntiator iure probare olim deberet vera esse quæ in denuntiatione asseruit. l. diuus. & l. ab accusatione. ff. ad senatusc. Turpillia. hodie tamẽ id praxis iudicantium non admittit. ita Angelus præcitato loco. & Salycetus in l. ea quidem. C. de accusatio. nu. 23. & Marianus Sozinus in cap. qualiter & quando el. 2. nu. 712. versi. Et licet secundum iura. extra de accusatio. quos sequitur Clarus paulo antea relatus.

¶ Quo facto in continenti ipse Inquisitor faciat iurare denuntiantem de veritate dicenda.] *Idem est in testibus, vt paulo post docet Eymericus num. 82. tradit concilium Biterrense cap. 4. & dixi copiose infra num. 21.*

De tertio modo procedendi in causa fidei per viam Inquisitionis.

TERTIVS modus procedẽdi, & processũ inci-

piendi incausa fidei est per modum Inquisitionis, & est quando nõ est aliquis accusator, nec denuntiator, sed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco, quòd aliquis dixit vel fecit aliqua contra fidem, & clamor ad aures Inquisitoris peruenit pluries publica fama deferente, & clamosa insinuatione producente: Et tunc Inquisitor inquirat non ad instantiam partis, sed ex officio. Et hic est etiam communis & vsitatus modus procedendi. Et cum talis clamor frequens peruenerit ad aures Inquisitoris, præsertim per personas graues & honestas, & fidei zelatores, habito notario, & duabus personis religiosis, seu aliàs (vt dictum est supra) honestis, incipiat processum per modum, qui sequitur.

IN nomine Domini amen. Anno à natiuitate Domini, tali die, de mense tali: ad aures Venerabilis & religiosi viri domini fratris talis; ordinis talis, in dominio talis domini Inquisitoris hæreticæ prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegati peruenit pluries, fama publica referente, & clamosa insinuatione perducente, quòd talis, de tali loco dixit, vel fecit talia contra fidem. *Ponatur totum prout fama laborat, & paulo infra.* Acta sunt hæc die tali, mensis talis, anno tali, in præsentia testium talium vocatorum & rogatorũ, & mei notarij talis, auctoritate talis, & scriptoris domini Inquisitoris & sacri officii inquisitionis.

COMMENT. XVI.

Num. 69.

DE hoc tertio modo procedendi in delictis per Inquisitorem eadem ferme quæ hic tradit Eymericus, repetit Tabiensis in sum. verbo, inquisitor. §. 27. num. 28 pulchre Hostiensis in sum. hoc titulo. Antoninus par. 3. tit. 9. ca. 7. Iulius Clarus in practica criminali. §. vlt. q. 3. & 6. late practica Papiensis in fine tituli de forma inquisitionis. Gondissaluus tract. de hæret. q. 10. Ludouicus Carrerius tract. de hæret. nu. 102. Franciscus Casonus tract. singulariũ quæstionum criminalium cap. 8. Repertorium inquisit. & Locatus in opere iudiciali verbo, inquisitio. copiose iuris canonici Interpretes in cap. qualiter & quando. extra de accusatio. & iuris ciuilis Doctores in l. congruit. vbi late Bart. ff de offic. præsid.

Quid Inquisitio, & quotuplex.

Est autem inquisitio alicuius criminis manifesti ex bono & æquo iudicis competentis canonice facta inuestigatio. ita Hostiensis in sum. titu. de inquisitio. §. 1.

Hæc vero inquisitio præcitatis locis duplex constituitur, vna generalis, specialis altera; quarum vtraque in hoc tribunali magnum habet momentum.

Et generalis tunc locum habet, quotiens Inquisitores prouinciam visitant, & generalia edicta promulgant ad inquirendos occultos & incertos hæreticos, ad quam exercendam non exigitur infamia præcedens; nam ex officio certis statisque temporibus incumbit Inquisitoribus ea vti: de qua accipitur textus in cap. excommunicamus 1. §. adijcimus. & §. vlt. de hæret. extat que insignis locus in concilio Tolosano cap. 2. in hæc verba: Statuimus itaque, vt Episcopi & Archiepiscopi in singulis parochiis tam in ciuitatibus quàm extra, sacerdotem vnum, & duos, vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures si opus fuerit sacramento constringant, qui diligen-

Insignis concilij Tolosani locus de inquirendis hæreticis.

ter inquirant fideliter & frequenter hæreticos in eisdem parochijs, domos singulas & cameras subterraneas aliqua suspicione notabiles perscrutando, & appensa, seu adiuncta in ipsis tectis ædificia, seu quęcunque alia latibula, quæ omnia destrui præcipimus perquirendo; & si quos reperierint hæreticos, credẽtes, fautores, & receptatores, seu defensores eorum adhibita cautela, ne fugere possint, Archiepiscopo, vel Episcopo, dominis locorum, seu bailliuis eorundem cum omni festinantia studeant intimare. vt animaduersione debita puniantur. Hoc idem faciant Abbates exempti in locis suis, quæ non sunt ordinarijs iure diœcesan. subiecta. Solliciti etiam sint domini terrarum circa inquisitionem hæreticorum in villis, domibus, & nemoribus faciendam: & circa huiusmodi appensa, adiuncta, seu subterranea latibula destruenda. *hæc ibi. De hac agit plene & eleganter Bart. in pręcitata l. congruit. & in l. 2. §. si publico. ff. ad legem Iul. de adult. & Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 7.*

Inquisitio specialis qd.

Specialis vero inquisitio est quoddam ius per officium procedendi ad condemnationem & punitionem contra aliquos nominatim inquisitos de certis delictis diffamatos, ita Angelus tract. de malefi. verbo, hęc est quędam inquisitio. quem sequitur Gigas tract. de crimine lęsę maiest. lib. 1. tit. qualiter procedatur. q. 8. num. 3. neque ad hanc proceditur absque prędicenti infamia, quę vicem accusatoris retinet. cap. qualiter & quando. de accusatio. Hippolytus Marsilius consi. 53. incipien. Longe est Dominus. *Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 8.*

Quamquam in hoc crimine hæresis, ob indicia & suspiciones verisimiles, eam possit inquisitor exercere, nulla infamia prędicente: caute tamen & prudenter & valde occulte, ne cuiusquam fama honorque lędatur. Geminianus, Francus, & alij in cap. vt officium. de hæret. lib. 6. & Baldus in l. iubemus. C. de probat. quæ sententia verissima est.

De modo prosequendi & continuandi processum in causa fidei.

VISO primo, quomodo, & qualiter processus inquisitionis hæreticæ prauitatis in causa fidei est incipiendus: videndum est secundo quomodo, & qualiter processus huiusmodi est mediãdus, & continuandus. Vbi considerandum est, quòd in causa fidei proceditur summarie, simpliciter, & de plano, absque aduocatorum, & iudiciorum strepitu, & figura, vt patet extra de hæret. cap. Statuta. lib. 6. Qualiter autem ista verba intelligantur, patet extra de verb. sign. cap. Sæpe contingit. in Clemen. vide supra in 2. parte. nam non oportet de necessitate libellum offerre, nec litem contestari; appellationes frustratoriæ non sunt admittendæ, & cetera multa, vt patet ibi. Et quia processus, ut usum est supra, est tripliciter incipiendus: quia uel propter instantiam partis seu accusatoris; uel propter zelum denuntiatoris: uel

70

Pag. 120.

Universidad de Deusto
Biblioteca

†al. ita; uel propter famam publicam referentem, vel clamosam insinuationē deferentem.

propter † clamorem famæ laborantis. Ea propter A postquam visum est de quolibet illorum quomodo incipitur, videatur quomodo mediatur, & continuatur.

Modus continuandi processum per accusationem.

71 PRIMVS processus, ille scilicet, qui fit ad instantiam partis accusantis, siue accusatoris continuatur sic: Nam postquam accusatio est facta contra aliquem de hæresi coram Inquisitore, & inscriptis est redacta, & in processu pro fundamento inserta, secundum modum, de quo dictum est prius, Inquisitor mandabit accusatori, quòd nomina testium producat, quibus productis citabūtur, & examinabuntur diligenter medio iuramento: Et si reperiatur quòd nihil faciant ad factum, Inquisitor consulat accusatori, quòd desistat †, & ipse Inquisitor supersedeat. Si autem reperiatur, quòd testes non plene probant, licet eorum dicta indicia magna faciant, consulet Inquisitor accusatori, quòd amoueat verbum, accusationis, & apponat, denuntiationis; vt sic Inquisitor procedat ex officio, & non ad partis instantiam propter accusatoris graue periculum: & sic procedet per modum prædictum secundum. Vbi autem reperiatur, quòd testes plene probant, & accusator omnino vult stare in accusatione, & non vult denuntiare, sed accusare: tunc Inquisitor testes productos iudicialiter coram notario, & duabus personis religiosis, vel aliàs honestis. iuxta cap. Vt officium, de hæret. lib. 6. diligenter examinet, iurato primitus ad quatuor Dei Euangelia de dicenda veritate, & continuabit sic.

†Vide omnino quę diximus supra commētario 14. huius partis, super tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem. §. Iam si reus.

Post quæ considerans ipse Inquisitor, quòd prædicta hæreticalia, de quibus talis est accusatus, sunt talia, & tam grauia quòd non potest, nec debet ea conniuentibus oculis pertransire, & oportet eū reddere iustitiā accusanti, descēdit ad testes productos examinandos per modū, qui sequitur.

Forma examinationis testium.

72 TALIS de tali loco testis productus, citatus, iuratus, & interrogatus si cognoscit talem, *exprimendo nomen accusati*, dixit quòd sic.

Item interrogatus de causa cognitionis: dixit quòd pro eo quòd vidit, & locutus est cum eo pluries, & etiam quia sic, vel sic.

Exprimat alias causas, vtpote si est de genere suo, vel fuerint socij, & sic de alijs causis cognitionis.

Item interrogatus de tempore cognitionis: dixit, quòd sunt decem anni, vel tot.

Item interrogatus de fama illius talis, & præsertim quo ad ea, quæ sunt fidei: dixit quòd quo ad moralia est homo bonæ famæ, vel malæ famæ, vt testificabitur. Quantum autem ad ea, quæ sunt fidei; dixit, quòd est fama in tali loco, quòd dixit, vel fecit talia contra fidem catholicam; vel quòd est talis sectæ, & eam tenet, & defendit: Vel quia est bonæ famæ quo ad ea quæ sunt fidei.

Interrogatus [a] quid est fama: dixit, quòd est id, quod communiter dicitur.

Item interrogatus si vidit, vel audiuit talem dicentem, vel facientem aliquid contra fidem: dixit quòd sic: talia, & cetera.

Interrogatus vbi vidit fieri supradicta, vel dicit: dixit quòd in tali loco.

Interrogatus in quorum præsentia sunt dicta, vel facta supradicta: dixit quòd in præsentia talium, & talium.

Interrogatus quotiens vidit dici, vel fieri supradicta: dixit quòd totiens.

Item interrogatus de modo, quo talis fecit, vel B dixit supradicta; dixit quòd modus fuit talis: nā, & cetera.

Item interrogatus si attentis omnibus antedictis quæ dixit, vel fecit ipse talis, si videtur ipsi testi, quòd dictus talis prædicta dixerit, seu fecerit trufatorie [b] †: seu dixerit [c] recitatiue: seu animo [d] indeliberato: dixit quòd credit, quòd fecerit, vel dixerit supradicta iocosè, & trufatorie: seu recitatiue, & non animo sic credendi, seu assertiue: Vel quòd dixit animo deliberato, seu assertiue. †Hoc ad, per iocum.

Item interrogatus de causa credentiæ: dixit quòd credit pro eo quod ille talia dicebat ridendo, vel sic, vel sic: vel pro eo quia cum super talibus reprehenderetur, adhuc perseuerabat, & itera C bat, & cetera.

Et hoc est multum diligenter inquirendum, quia nonnulli quandoque dicunt aliqua contra fidem recitando aliorum verba, & trufando, & burlando, vel disputando, & conferendo, vel interdū asserendo, & affirmando, & cetera.

Item interrogatus, si hoc deponit odio, vel rancore: seu dimittit aliquid amore, vel fauore: dixit quòd, &c. *Et sequitur*, iniunctum est sibi tenere secretum. *Et paulo infra*. Acta sunt hæc in tali loco, die tali, mensis talis, anno tali, in præsentia talium testium vocatorum, & rogatorum, & mei talis D notarij.

Consimiliter examinentur alij testes omnes. Quibus examinatis [e], si Inquisitor viderit factū esse probatum plene, vel esse maxima indicia, & suspiciones vehementes contra accusatum; & timetur de fuga accusati, vtpote, si accusatus sentiat, quòd contra eum de hæresi inquiritur, faciat eum capi. Si autem non timeat de fuga accusati, faciat eum citari, & accusato coram Inquisitore personaliter constituto collectis his, de quibus est accusatus, & his, de quibus est per testes conuictus, vel habitus suspectus; formet interrogatoria super illis, & interroget eum, ac inquirat cum eo- E dem, habito secum notario, & duabus personis religiosis, seu honestis, vt dictum est supra: & hoc per modum, qui sequitur, præstito prius corporali iuramento ad quatuor Dei Euangelia de dicenda veritate. 73 Quando vtendum sit ad capturam delati.

COMMENT. XVII.

CVm inter ceteras probationes, ea quę per testes fit, magnum habeat pondus in hoc tribunali, præsertim si à fide dignis personis proficiscatur; ideo pars hæc, quæ ad testes attinet, diligentissime & tra- Num. 72.

ctari debet, & obseruari: ac multas difficultates, quæ circa testes oriri possunt, multis persequitur Eymericus hac 3. par. q. 62. & sequentibus. hic vero in examinandis testibus praxim obseruandam tantum demonstrat. de qua re copiose tractant glos. & doctores in cap. præsentium. de testib. lib. 6.

Quid prę monere debeant Inquisitores, testes in causa hæresis testificantes.

Sed hic multa Inquisitores obseruare oportet: ac primum illud est, vt diligenter & efficaciter admoneant testificari volentes, ne pretio corrupti, precę victi, ira vel odio commoti, aut qualibet alia illicita, vel iniusta causa excitati falsum testimonium dicant. moneant præterea quàm ingens & atrox scelus sit, quempiam innocentem de tam graui & horrendo hæresis crimine infamare. ad hęc iurare debent de veritate dicenda, vt paulo post dicemus, & illa interuenire, quæ prudentissime tradit Eymericus infra nu. 81.

Sed præ ceteris dum vel testes, vel reos interrogant Inquisitores hoc cauere debent, ne ita interrogent, vt suggerere potius responsiones videantur, vel moncre eos qua ratione interrogationes effugere possint, & facilius delicta diffiteri, vt optime admonuit Franciscus Casonus in tract. de tormentis. cap. 15. quod qua ratione sit intelligendum, dicam paulo post in commentario sequenti.

Testis interrogat' quid sit fama, non tenetur reddere exactā famę definitionem.

a ¶ Item interrogatus quid est fama, dixit quòd est id quod communiter dicitur.] *Apposite & vere formanit responsionem Eymericus: non enim testes super fama deponentes, debent reddere exactā famæ, vel infamiæ definitionem, sed satis est eos more vulgi respondere, famam esse publicam quandam vocem, quę de aliquo publice & passim circumfertur; aliter enim vix posset fama probari, & testes oporteret esse iurisperitos, vt ait Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 6. versi. postremo scias.*

Sed quid si interrogatus quid sit fama, respondeat se nescire? plane tunc non probaret. ita Hippolytus Marsilius in l. de minore. §. plurimum. num. 104. in fi. ff. de quæstio. quem ceteri Criminalistæ cō muniter sequuntur.

b ¶ Quòd dictus talis prædicta dixerit, seu fecerit trufatorie.] *Voce minus eleganti iocum vocat trufam, & iocosè quid facere vel dicere, trufatorie. ac plurimum quidem refert, (vt mox subdit Eymericus) intelligere, an verba hæreticalia per iocum & ludum sint prolata, an vere & animo deliberato.*

Qui per iocum hæreticalia profert puniendus eſt.

Et quamuis regulariter dictum, vel factum iocosum pœnam non mereatur. l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corneliam. de sicar. l. obligationum substantia. §. vlt. ff de actio. & obligatio. l. sicut semel. C. de liberali causa. cap. 1. de senten. excom. notat Paulus Castrensis. in l. si seuerior. C. ex quibus. ca. infam. irrog. idem Paulus & Baldus in l. nemo deinceps. C. de episco. audient. In crimine tamen hæresis longe aliter est iudicandum: nam si quis iocosè quippiam dixerit in fidem, in Deum, vel in Sanctos, puniendus quidem est. Cardinalis Zabarella in clemen. 1. §. nos igitur. in fine. de sum. trinit. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 28. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. cap. 19. num. 3. in fi. Gondissaluus de hæret. q. 1. nura. 7. Lapus & Cardinalis in clemen. vni. ea. §. sane. de vsuris. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 4. in fine. Simancas de catho. instit. tit. A 17. *num. 22. & 23. Ioannes Rojas in singularibus fidei singul. 103. & alij.*

An puniendus per Episcopum, vel per Inquisitorem.

Num autē puniri debeat per Episcopos, an etiam per Inquisitores, dubitant nonnulli ex præcitatis, sed verior mihi sententia videtur, per Inquisitores esse puniendos, quod voluit Cardinalis, & Ioannes Rojas prafatis locis, & Gondissaluus tract. de hęret. q. 8. num. 6. quibus propterea subscribo; quoniam ex quo quis hęreticalia dixit, aut fecit, statim subiicitur Inquisitorum iurisdictioni. explorare autem, an per iocum, vel serio ea sint asserta, ad eosdem quoque Inquisitores spectat.

qua pœna coercēdi qui per iocum proferunt hęreticalia.

Sed quæ pœna puniri debeant qui per iocum proferunt hęreticalia, non est iure cautum; ideoque arbitrio iudicantis hęc relinquuntur. Primum hoc sit exploratum, hos non esse puniendos velut hęreticos, sed leuius, quia non concurrunt necessaria ad hæresim cōstituendam, videlicet error in intellectu, & pertinacia in voluntate; nisi qui dicterium seu iocum protulit, in eo persisteret, veluti si quis iocando diceret (quod est præfatorum frequens exemplum) se habiturum vxorem in alio seculo, postquam in hoc non habuit, ac postea in ea sententia stulta perseueraret.

Punientur ergo pœna pecuniaria pijs locis erogandā, vt præcitatis locis Gondissaluus & Ioannes Rojas rescripserunt, vel aliqua pœnitentia salutari.

Meminerint tamen Inquisitores pœnam esse augendā, vel minuendā iuxta qualitatē personæ iocantis, loci personarum astantium & audientium, & scandali inde orti; quæ in delictis coercendis sunt obseruanda. cap. sicut dignum. de homici. l. aut facta. ff. de pœnis.

Ex quibus causis minuatur pœna.

Modus proferendi dicteria eiusmodi, & qualitas personæ ad minuendam pœnam multum prosunt: vt cum repente, celeriter, inconsiderate, ac sine delibe. ratione dicta fuerunt, vt sæpe contingit. item videndum an persona etiam sua natura faceta esset, quę proculdubio ea protulit, vt astantibus risum excitaret, quamuis ob id non sint hæc impunita relinquenda omnino, quia vt recte scripsit Gerson. par. 2. tractatu vlt.

Non patitur ludum fama, fides, oculus. Ideoque eos, qui dicta hæc petulantia in Deum & Sanctos proferunt, suspectos fieri.

In viris theologis & religiosis hæc acrius sunt coercenda, præsertim, si coram laicis hæc dicteria & facetias proferant.

Genus quoque facetiæ spectandum est: nam acerbius puniendus est qui facetias hęreticales profert, quàm qui scandalosas, erroneas, aut alterius qualitatis.

Non facile credendū dicentibus se hæreticalia dixisse, sed per iocum.

Ad hęc illud diligenter præmonendum est, quod docuit auctor quidam incertus, non tamen imperitus nec contemnendus in tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rubrica De hęreticis. credentibus, & c. nu. 6. in hęc verba: Si vero dicit quis, quod ex leuitate, vel ex ira, ioco, & turbatione, & sine deliberatione docuit, vel dixit aliquid contra fidem: tunc ipse reus debet probare prædicta & perfecte: & Inquisitor debet prædicta diligenter inuestigare, & non debet esse facilis

Universidad de Deusto Biblioteca

ad recipiendum talem excusationem: quia quasi omnes moderni hæretici sic se excusant. Inuenta autem veritate, quantum est possibile, si inuenitur quòd se non excuset, debet Inquisitor contra eum procedere; si vero inuenitur quòd uere se excuset, adhuc dicunt quidam, quòd Inquisitor potest eum punire, & debet: quia homo ex leuitate, vel ioco, uel turbatione uerba hæretica non debet proferre contra fidem & bonos mores. *hactenus ille. Et Dulcinum olim Hæresiarcham perfidum hac ratione se excusare voluisse scimus, vt dixi supra parte 2. super quæst. 12.*

Qui verba scripturæ sacræ ad inania velut Pasquinos, & turpē amorē trahunt, grauiter coercēdi.

Postremo, quæ de facetijs & facetis hæreticalibus paulo antea diximus, obseruanda quoque putamus aduersus illos, qui verba sacræ scripturæ ad iocosa, scurrilia, & inania trahunt, ex his quandoque (vt vulgus loquitur) Pasquillos, seu Paschinos componentes, quod est ingens & immane scelus, cum Spiritus sancti verba in ludibrium conuertantur, cuius sceleris patratores per Episcopos grauiter coercendos iubet concilium Tridentinum sessione 4. in fine. versic. post hæc temeritatem.

His adiungendi amantes, qui passim etiam solent scripturæ sacræ verba ad sua trahere desideria vt persuadeant: & ceteri vani homines & impostores, qui vt sua facilius persuadeant, contortis scripturæ testimonijs nefarie vtuntur: in hos enim Inquisitores, aut saltem proculdubio Episcopi animaduertere possent.

Recitantes aliorum hæreses, an puniendi, & quomodo.

c ¶ Seu dixerit recitatiue.] *Quoniam qui refert aliorum hæreses, nisi dolo malo & fraudulenter faciat, puniendus non est: secus tamen dicendum, si recitauit approbando & laudando; quod quandoque fit à perfidis & malis hominibus ex industria, quibus non debet prodesse hoc refugium si dicant, se recitando eas protulisse. argumento l. qui iniurię. ff. de furt. tradit Simancas de catho. instit. tit. 17. nu. 18.*

An autem per dolum, aut sine dolo recitatæ sint hęreses, circunstantię rerum, & qualitas personarum recitantium facile commonstrabunt. animaduertant autem iudices fidei, vsitatam esse astutorum hæreticorum imposturam, dicentium (vt se tueātur) se recitando tantum, non approbando, nec prędicando hęreses protulisse, quibus non est facile credendū; & si hanc excusationem attulerint, eam probare dębent, vt paulo antea ostendimus in iocante.

His prętera quales pœnę imponi debeant, & delicti qualitas, & incommoda inde orta, & scandalum excitatum, docebunt.

Postremo obseruandum est, recitari posse quandoque aliorum hęreses sine dolo, non tamen sine culpę ac imprudentię nota, vt docuit Eymericus par. 1. q. 10. num. 5. nam qui disputando coram rudibus, aut concionando coram his, qui nihil contra fidem audierunt, recitant ad inanem quandam ostentationem hęreticorum dogmata; quamuis sine dolo id faciant, at sine culpa interdum non faciunt: & propterea ne amplius id fiat, inhibendum est ab Episcopis. sępe enim compertum est, multos lapsos fuisse in eas hęreses, quas audierunt recitari; quod ego quandoque contigisse scio.

Qui per lubricum linguæ hęresim proferunt, an puniendi, & quomodo.

d ¶ Seu animo indeliberato.] *Hoc est, (vt nostri loquuntur,) per lubricum linguę. nam qui per facilem & indeliberatum linguę lapsum inconsiderate hęresim proferunt, nec hęretici sunt, nec puniendi videntur: quia lubricum linguę non facile ad pœnam trahendum est. l. famosi. ff. ad legem Iuliam maiesta. l. 1. C. si quis imperat. maled. 22. q. 2. cap. quod autē ait. ita Zanchinus tract. de hęret. cap. 7. nu. 9.*

Sed Lapus & Cardinalis in clemen. vnica, de vsuris, non esse inultum relinquendum delictum per lubricum linguæ commissum, tradunt. & hos qui sequuntur extraordinarie puniendo scribunt, nempe Albertinus tract. de agnos. assert. q. 3. num. 10. Gondissaluus tract. de hęret. q. 1. nu. 7. Squillacensis tracta. de fide catho. cap. 19. num. 3. in fine. Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 1. num. 66. & Campegius apud Zanchinum. cap. 7. versic. non ex proposito.

Erit autem hęc pœna pecuniaria in pios vsus eroganda, aut alia leuis, consideratis illis circunstantijs, quas, cum agerem paulo antea de hęresibus per iocum dictis, monui obseruandas.

Illud hoc loco addendum, multum esse pœnam minuendam, aut nullam penitus infligendam ei, qui statim correxit quod per linguę lubricum temere effutiuit: reprehendendus est autem grauiter, & admonendus, vt pręcaueat in futurum.

De proferente hęreses per iram.

Hęc quę proxime diximus de proferente hęreses animo indeliberato seu per lubricum linguę, locum quoque habere putamus in illis qui per iram, seu calorem iracundię aliquod verbum hęreticum proferunt. Zanchinus tract. de hæret. cap. 7. num. 9. Gondissaluus de hęret. quęst. 8. nu. 6. & alij de quorum pœna pauca quędam dixi infra super quęst. 103. §. Rursus Inquisitores. & faciunt quę late tradit Tiraquellus tract. de pœnis temperan. aut remitten. causa. 1.

Qui p ebrietatem protulit hæreses, an & quādo puniendus.

De eo vero, qui cum esset ebrius, hęreses protulit, dubitant quidam, an cessante ebrietate, vt hęreticus puniri debeat, cum is videatur in ebrietate proferre, quod antea mente conceperat; ac proinde censeatur in priori proposito perdurare: sed benignius & verius est, ebrietatem ab hęresi excusare, nec puniēdum, qui dum vere ebrius esset, hęreticatur: nam perinde de eo censendum est, ac de furioso & mente capto cap. à crapula. de vita & honesta. cleri. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milit. tradit eleganter Zanchinus tract. de hęret. cap. 7. num. 10. vbi valde prudēter adiungit ebrios propter pręcedentem culpam, cessante ebrietate, corrigendos.

Hæc vero de ea ebrietate sunt accipienda, quæ omnino mente priuauit: nam si modica fuerit, coercendus est qui deliquit, vt optime scripsit Bart. in dicta l. respiciendum. §. delinquunt. de pœnis. & Campegius apud Zanchinum capitu. 7. versicu. aliqualiter corrigi.

Dormientes qui hęreses proferūt, nō puniuntur.

De dormientibus, quos interdum contingit hæreticalia proferre: idem iudicandum putamus, quod de vere ebrijs paulo antea diximus. horum enim nullum est tunc animi iudicium, cum sensus sint penitus ligati, & dormientes furiosis æquiparantur. l. 1. §. adipiscuntur. ff. de acquiren. possessio. & propterea ne puniendi quidē, clem. vnica, de homici. vbi Laudunus & Cardinalis Florentinus q. 6. traditque eleganter Tiraquellus tracta. de pœnis temperandis,

aut

aut remitten. causa 5. num. 2. & sequen.

Pueri, & senes delirantes, & hæreticantes non puniuntur.

In ceteris vero qui vel propter ætatem decrepitam iam delirant, vel propter ætatem præmaturam & teneram quid loquantur non intelligunt, ac denique ob alias quascunque causas indeliberato animo hæreticalia proferunt & impia, puniendi non sunt, hos enim omnes consilij, & prudentiæ inopia, tum in hoc tribunali, tum in ceteris à pœnis commissorum delictorum tuetur. atque ex his, nisi fallor, remanet locus hic satis apertus, & clarus: est enim insignis, nec fuit vllo modo omittendus.

Num. 73. e ¶ Quibus examinatis si Inquisitor viderit factum esse probatum plene, vel esse maxima indicia, &c. faciat eum capi.] *Hic locus, si quisquam alius est, valde insignis, prudentiæ plenus, & multum Inquisitoribus considerandus, ne temere in tam graui causa ad capturam reorum accedant. hæc vero Eymerici doctrina apertis iuribus nititur, quamuis ipse iura non citet.*

Quis ordo seruandus in captura reorū in crimine hęresis.

Ergo in hoc articulo, de capiendo reo hæc sunt obseruanda. Primum enim de delicto constare debet, vel indicia aliqua habere oportet per secretam inquisitionem à iudice factam, aut alijs modis: quia nunquam est in criminalibus à captura reorum inchoandum. l. nullus in carcerem. & l. fin. vbi Bartolus, Baldus, & Salycetus, C. de exhiben. reis. l. nemo. C. de exacto. tributo. lib. 10. Baldus in l. quod euitandi. nu. 2. C. de condit. ob turpem caus. Salycetus in l. absentem. nu. 9. C. de accusatio. copiose & vere suo more Antonius Gomez. tom. 2. varia. resolut. cap. 9. nu. 1. Iulius Clarus in pract. crim. §. vlt. q. 28. Ioannes Rojas tract. de hæret par. 2. assertio. 1. nu. 2. & seq. Albertinus de agnos. assertio. q. 32. nu. 22. & q. 34. num. 21. & ceteri communiter.

Verbalis citatio quando facienda, & quādo omittenda.

Rursus, vbi denuntiationes & indicia rite conscripta fuerint, reus citari debet verbaliter per nuntiū, aut per litteras vt se sistat corā Inquisitoribus; sed si recessus, aut fuga timeatur, tūc omissa verbali citatione statim est ad citationem realem, hoc est, ad personalem capturam deueniendum. ita scribunt omnes præcitati. & probat apertissime textus in d. l. nullus. C. de exhiben. reis. & in l. fin. C. de custo. reorum. & in l. 1. ff. eodem titu. Salycetus in d. l. nullus. & in l. absentem. C. de accusatio. Angelus tract. de malefi. verbo, iudex commisit. Marsilius in pract. crimin. §. constante. in principio. & alij, & dixi plenius infra nu. 131.

Magno consilio ad capturam procedēdum in hoc crimine.

Hæc res, vt breui cuncta complectar, in hoc tribunali hoc ordine conficitur: vbi ex testimonijs & delicti qualitate visum fuerit delatos esse huius criminis reos, Fiscalis petit ab Inquisitore, vt rei comprehendantur. is vero protinus habito peritorum consilio, quid facto opus sit, deliberat: & si plusquam semiplenis probationibus reos conuinci viderit, eos comprehendi iubet. Simancas de catho. instit. tit. 44. nu. 12. idem in enchyridio tit. 25. nu. 1. & 2. & Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assertio. 1. num. 12. & sequen. atque hęc est tutissima procedendi ratio, pręscripta etiam Inquisitoribus Hispaniæ Madriliana quadam instructione anno M D L X I. cap. 3. in hæc verba à nobis latine facta: Inquisitores visa informatione simul si præsentes fuerint, deliberent de captura, quæ magis iusta videretur, si fieret cum consilio consultorum eius inquisitionis, si commode fieri posset, & videretur Inquisitoribus conueniens & necessarium, & quod decretum fuerit, in actis referatur. *hæc ibi.*

Dixi vero, habito consilio peritorum: *nā quamquam solus Inquisitor decernere possit, vt rei personaliter capiantur, clemen. 1. §. propter quod. de hęret. securius tamen est & tutius, vt rem tantam maturo consilio peritorum aggrediatur. cum enim hoc delictum sit grauissimum, & ex sola captura non modice fama lędatur, non facile decernendum est, vt rei capiantur. Eymericus hoc loco valde prudenter hęc intuitus, aut plenam probationem delicti, aut maxima indicia, aut vehementes suspiciones præcedere debere capturam asserit: nam ex leuibus suspicionibus nusquam est ad eam deueniendum, vt monui supra in 2. parte, super cap. excommunicamus. §. ceterum. cetera huc spectantia copiose tradidi infra super q. 59.*

Modus interrogandi reum accusatum.

TALIS de tali loco, delatus prædictus iuratus ad quatuor Dei Euangelia corporaliter tacta, tam de se, quàm de alijs dicere veritatem, & interrogatus [a] vnde est, seu vnde originem trahit: Respondit, quòd de tali loco, talis diœcesis. 74

Item interrogatus, qui sunt eius parentes, & si sunt viui, vel mortui: Respondit, quòd vocantur taliter, & quòd sunt viui in tali loco, vel mortui.

Item interrogatus vbi fuit nutritus, & vt in pluribus conuersatus: Dixit quòd in tali loco, vel tali. Et si videat Inquisitor quòd mutauit locum propriū, & cōuersatus fuit in alieno, & præsertim in locis, in quibus consueuerunt hæreses vigere, interrogabit eum sic.

Item interrogatus quare mutauit locum suæ natiuitatis, & se transtulit ad commorandum in tali loco, vel talibus: Dixit quòd ex tali causa.

Et secundum responsiones formabuntur articuli quousque ad propositum veniatur.

Item interrogatus si in dictis locis, vel alibi audiuit loqui de tali materia: *exprimendo materiam, de qua est accusatus*: vtpote si audiuit loqui de paupertate Christi, uel Apostolorum, seu de uisione Beatorum, &c. Et si dicat, quòd sic; interrogetur diligēter, quid audiuit loq de materia antedicta, & scribantur eius responsiones: dixit, & cetera.

Item interrogatus, quid ipse super hoc aliquādo est locutus: respondit, & dixit, & cetera.

Item interrogatus, quid ipse credit super hoc quòd, &c. dixit.

Et sic [b] prudens Inquisitor interrogabit & formabit sibi articulos secundum materiam, de qua est accusatus, & de qua per testes est conuictus, uel suspectus habitus, taliter ut ueritas habeatur. *Qua confessione perfecta scribatur paulo post:* Acta sunt hæc in tali loco: & cetera.

Quando detur mandatū de capiendo

Et si uideat Inquisitor, quòd plene de hæresi est conuictus per testes: uel confessione propria deprehēsus: uel negat, sed est cōuictus uel multū suspectus, capi eū faciat, & includi ad custodiā, 75

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne euadat, in carcere proprio, si habeat; vel in palatio episcopali communi: vel teneat eum in posse curiæ sæcularis, prout sibi & negotio videbitur expedire. Vt communiter tamen tutius, & melius tenentur in carcere curiæ Ecclesiasticę, quàm sęculares: Et etiam quia episcopus est ordinarius iudex, sine quo Inquisitor non potest de hæresi diffinitiue aliquem condemnare, nec quæstionibus exponere, seu tormentis, nec carceri, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur mancipare, vt habetur extra de hæret. cap. Multorum querela. in clem. quibus ex causis habet frequenter cũ episcopo de captis pro hęresi contractare, & eundem captum interrogare, quando processus est communicatus.

Sæpius interrogandus reus. 76 Cumque accusatus fuerit sic captus, interrogabit eum, & examinabit eum frequenter Inquisitor super his, quæ negat, & sunt probata, vel sunt suspiciones vehementes contra eum, quousque amplius nolit fateri, fatendo, vel negando, & in causa sit conclusum, continuando confessiones in processu, & actis semper cum notarijs, & testibus per modum prædictum. Et post datis, & præmissis legitimis defensionibus, si petit, finietur negotium per modum infrascriptum.

COMMENT. XVIII.

Num. 74. *QVamuis in his quæ ad praxim attinent, nihil fere sit nominatim à iure cautum: ea enim iudicum prudentiæ relinqui solent, & plurimum in his etiam consuetudo singularum inquisitionum sibi vendicat: nihilominus tamen, vt facilem in his quoque modum, cum se offert occasio, præscribamus, quo ordine commodissime hæc sint gerenda in gratiam lectoris breuiter indicabimus. Ergo vt hunc locum illustremus, omissa supplentes in hac parte, hæc possent tutissime obseruari.*

In examinãdis & interrogãdis reis, quis ordo seruandus.

Communioribus interrogationibus absolutis, quarum hic meminit Eymericus, mox reus ipse interrogabitur in genere: an sciat quam ob causam sit captus: an aliquos suspectos habeat, à quibus se delatum fuisse reputet, & quos: ac iuxta eius responsionem formabuntur ceteræ interrogationes causæ ei cõpetentes. monebitur præterea, vt clare & aperte veritatem fateatur, recepturus & inuenturus apud Inquisitores omne misericordiæ auxilium. hæc vero admonitio ter poterit fieri intra primos decem dies à captura: quamuis plures dies assignare possint Inquisitores, intra quos hæc terna admonitio interpolatim fiat arbitrio Inquisitoris. Potest etiam & sæpius interrogari, vt mox subiungam. interrogabitur etiam de consuetis Christianę religionis orationibus, seu precibus, ac de doctrina Christiana: item vbi, & quando, & quibus sacerdotibus fuerit confessus peccata sua.

Inquisitoris prudentia & modestia in interrogandis reis.

Hoc autem præ ceteris caueant Inquisitores, ne sint in interrogationibus faciendis nimis molesti, ea percontantes, quæ parum ad rem faciũt, & quæ reos ad iram possint commouere, dummodo nihil omittãt eorũ quæ ad causam & substantiam delicti attinent.

Quòd si delinquens libere cœperit confiteri, nulla tenus interrumpatur, nisi aliena fuerint à proposito quæ dicit, & parum conducant ad causam.

Hæc omnia notarius excipiat, & reus subscribat, si sciat: sin minus, signum aliquod aliud apponat, ac iterum in carcerem remittatur.

Inquisitoris benignitas. *Dum hæc omnia geruntur cum illis qui examinantur, Inquisitor humaniter eos tractare debet, memineritque se hominem esse, qui & similia committere possit, nisi omnipotentis Dei gratia iuuetur: quemque reum iuxta qualitatem & dignitatem suam tractet, ita vt Inquisitor suam semper tueatur auctoritatem.*

Non erit indecorum, nec inutile, vt dum reus examinatur, in humilio ri sedili, quàm Inquisitor, sedeat, vt pacatior & magis quietus sit animus ad tractandam causam suam, & ad respondendum. hęc forme salubriter prescribuntur Madriliana quadam instructione anno Domini MDLXI. cap. 13. 14. & 15. à quibus non dissentit Alfonsus Castrus lib. 2. cap. 1. de iusta hæret. punitio. & Simancas de catho. instit. tit. 44. num. 14. & seq.

Quomodo interrogabit iudex reum, ne suggerere videatur. *Id vero in primis præcauere debent iudices violatæ religionis, ne ita reos interrogent, vt suggerere illis potius, ac fugiẽdi modos præscribere, quàm veritatem ab eis indagare videantur.*

Vt autem periculum suggestionis euitetur, cum quis de proprio delicto interrogatur, in genere interrogandus est, inde paulatim ad speciem descendendum est, nullam singularem delicti circunstantiam exprimendo, vt scribit Franciscus Casonus tract. de tormentis cap. 15. quem ordinem prescribere mihi videtur iurisconsultus in l. 1. §. in causa tributorum. ff. de quæst. in hęc verba: Qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis id fecerit: alterum enim magis suggerentis quàm requirentis videtur. *hęc ibi.*

Et in hæresi quoque suo tempore ex causa id locũ habet, vt periculum suggestionis vitetur. Sed vlterius de seipsis rei interrogandi sunt iuxta qualitatẽ indiciorum, & sępe ad particularia est descẽdendũ, vt reus vel conuincatur, vel crimen suum detectum agnoscat, vel si quid oblitus est recordetur: caute tamen hoc est faciendum, ne vel suggestio contingat, vel aliquid periculi testibus vel denuntiatoribus ex particularium circunstantiarum commemoratione seu recordatione immineat.

Inter ceteros autem suggestionis modos vnus ille habetur valde perniciosus, cum index facta interrogatione, in responsione prędit vel prędenit reum subtiliter quasi indicando ei viam euadendi, & subministrando modum, quo se tueatur. quod grauissimum est crimen, præsertim in iudice violatę religionis. quod si dolo forte commiserit, in eam pœnam propterea incidit, quam tradit concilium Viennense in Clemen. 1. §. Verum quia. de hæret.

Num. 74. De origine & aliis circunstantiis, cur reus interrogandus.

a ¶ Et interrogatus vnde est, seu vnde originem trahit, &c.] *Propterea de origine & alijs circunstantijs hoc loco ab Eymerico commemoratis, debet fieri diligẽs interrogatio: quoniam, vt optime oratores admonẽt, suspicionum argumenta non leuia sumuntur ex genere, natione, patria, educatione, disciplina, bonitate, prauitate, tempore prętorito, societate & amicitia, moribus & verbis, & alijs huiusmodi, vt docẽt Cicero lib. 2. rethori. ad Herẽnĩ. Quintilianus lib. 5. cap. 10. orato. instit. & Gandinus tract. crimi. tit. de præsumptionibus. & copiosę, ac diligenter Franciscus Casonus tract. 1. de indicijs ex persona, cap. 1. & multis sequentibus: quod in hoc crimine potissimum est obseruandum: nam qui in locis suspectis est educatus, facile creditur labe hęresis infectus: de ceteris vero circunstantijs idem est iudicium. hæc omnia prudentissime docet hic Eymericus, quãuis sine arte id facere videatur.*

Delati non interrogentẽ nisi de his de quibus sũt indiciati.

b ¶ Et sic prudens Inquisitor interrogabit, & formabit sibi articulos, secundum materiam, de qua est accusatus.] *Hoc est præcipuum documẽtum Inquisitoribus obseruandum, dum reos interrogant, ne videlicet eos interrogent extra id, de quo sunt inquisiti vel delati, nisi ipsi rei dum confitentur, dederint occasionem ad alia etiam interrogãda; quod frequentissime contingit: tunc enim si ea non sunt prorsus inepta, & ad causam conducant, etiam interrogãda sunt, instructione Madriliana anno MDLXI. cap. 15. §. y deuen siempre. in hæc fere verba:* Habeant etiam Inquisitores magnam curam, ne interrogent extra indicia, nisi reus per suam confessionem occasionem præbuerit. *quod etiam optime admonuisse videtur hoc loco Eymericus.*

Num. 75.

Delati de hęresi in carceribus iudicis secularis possunt quãdoque custodiri.

c ¶ Vel teneat eum in posse curiæ sæcularis.] *Sæpe contingere potest, vel ob impotentiam Inquisitorum, vel ob multitudinem hereticorũ, vel ob alias causas, vt rei capti tuti non sint in carceribus Inquisitorum, & propterea docet eos quandoque custodiri in carceribus curię sæcularis: quod & olim saluberrime cauit Innocentius IIII. rescripto incipiente:* Ad extirpanda. *in hæc verba:* Teneatur insuper Potestas, seu Rector quilibet, omnes hęreticos & hęreticas qui capti amodo fuerint per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano, si fuerit pśens, & fratribus supradictis, in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli detineãtur seorsum à latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis, vel loci sui, facere custodiri. *hęc ibi.*

Num. 76.

Reus sæpius interrogãdus, & quando.

d ¶ Cumque accusatus fuerit sic captus, interrogabit eũ & examinabit frequẽter Inquisitor, &c.] *Neque his obstat id quod paulo antea diximus de terna admonitione facienda; nam illæ interpolatim fiunt intra decem dies à tempore capturæ, per quas si reus, vel nihil confiteatur, vel non plene confiteatur, tunc promotor Fiscalis accusationem proponit contra reum de illis delictis, quę per testes probata sunt, omissis nominibus testium, & alijs nonnullis circunstantijs commissorum criminum, vt constat ex forma libelli, quam diximus paulo ante commentario 14. §. sed cum hodie. ac illę quidem tres monitiones necessarię videntur.*

Ceterum non modo in principio actorum, sed in tota etiam causa quotiens expedire videbitur, multę etiam alię fieri possunt ab Inquisitoribus: tunc autem expedire videtur, cum vel reus obiecta crimina negat, vel partem negat, & partem confitetur, vel noua superueniunt indicia, aut denique ob alias causas, quas nominatim ars complecti non potest. cap. vlt. 30. q. 5. ibi: Et tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conueniat. *hęc ibi. & facit cap. iudicet. 3. q. 7. & optima ad hoc glossa in cap. penult. verbo, interrogationibus. extra de iuramen. calum.*

Modus continuandi processum per Denuntiationem.

SECVNDVS processus †, scilicet ille, qui fit ad denuntiationem alterius, partem non facientis, sed tãtum denuntiantis, in quo proceditur ex officio, & non ad instantiam partis, continuatur sic: Nam postquam denuntiatio est facta contra aliquem de hęresi coram Inquisitore, & in scriptis redacta, & in processu inserta pro fundamento processus, secundum modum, de quo dictum est prius; Inquisitor faciet citari testes, quos denũtians intimauit, & præsertim illos, qui magis vidẽtur scire in facto: & continuabitur in processu sic:

77 † Tabiensis in sũma verbo, Inquisitor. §. 26.

Cõtinuatio processus.

Post quę attendens Inquisitor ipse denuntiata sibi hęreticalia antedicta, fore ex sui natura talia, & tam grauia, quę non possunt nec debent conniuentibus oculis tolerari, cum cedant in opprobrium diuinę maiestatis, & fidei catholicæ detrimentum; descendit ad se informandum, & ad testes examinandum per modum, qui sequitur.

Talis testis citatus, iuratus, interrogatus: & cetera, vbi supra.

Modus continuandi processum per Inquisitionem.

TERTIVS processus, scilicet, ille qui non fit ad accusationem, nec ad denuntiationem alterius, sed fama publica referente, vel clamosa insinuatione deferente; & sic non ad instantiam partis, sed ex officio iudicis continuabitur sic: Nam predicta insinuatio, vel famę reclamatio deducta ad aures Inquisitoris, & inserta in processu pro sui fundamento, vt dictum est supra, Inquisitor faciet citari aliquos testes, & præsertim personas graues, & bonas, & coram notario & duabus personis religiosis, vel honestis, (vt dictũ est) inquiret de fama tãtummodo cum illis, an sit veraciter apud bonos & graues ille, de quo agitur, de hęresi infamatus: & continuabitur sic processus:

78 Tabien. verbo, Inquisitor. §. 27.

Cõtinuatio processus.

Post quæ attendens ipse Inquisitor, quòd iniurias creatoris nimis est impium tolerare, maxime illas, quæ vergunt, vel vergere possunt in graue eiusdem vituperium & offensam, ac sanctæ fidei opprobrium & iacturam; voluit (vt debuit) plenius se informare, an talis de tali hæresi sit apud bonos, & graues veraciter infamatus, & sic processit ad se informandum, & testes examinandũ per modum, qui sequitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Forma examinandi testes super fama alicuius infamati de hæresi.

79 TALIS testis citatus, iuratus, & interrogatus si cognoscit talem de tali loco: dixit q̃ sic.

Item interrogatus de tempore cognitionis: respondit, & dixit, q̃ cognoscit eum à tanto tempore citra.

Item interrogatus de causa cognitionis: dixit, q̃ ex tali causa, vel tali causa cognoscit eum.

Item interrogatus si est fama de eo in tali loco, q̃ ipse dixerit, vel fecerit talia contra fidem: dixit q̃ sic.

Interrogatus quomodo scit esse famam de eo, q̃ talia fecerit, vel dixerit contra fidem: dixit, per talem modum.

Item interrogatus quantum tempus est, q̃ talis est infamatus de tali hæresi in tali loco: dixit, q̃ tantum.

Item interrogatus si scit ipsum infamatum de illa hæresi, vel alia, nisi in loco tali: dixit, & cetera.

Item interrogatus si scit vnde orta sit, & est cõtra talem illa fama, & si à maleuolis, vel à quibus: dixit, &c. Acta sunt hæc: *vt prius.*

80 Et testibus a aliquibus examinatis, & fama probata, ipse Inquisitor descendet ad inquirendum super rei veritate an sit ita, nec ne: & faciet citari testes, & maxime ipsi delato familiares, & bonos, & fidei zelatores; de quibus præsumat, q̃ fauore delati non deierabunt; & inquiret cum eis medio iuramento, non de fama, sed de re ipsa præsentibus notariis, & duabus personis religiosis, vel honestis, & continuabitur sic processus.

Cõtinuatio processus.

Postmodum cupiens ipse Inquisitor scire an clamor, qui venit ad eum, opere compleatur: & an famæ tam peruersæ de tali super hæretica prauitate veritas suffragetur: descendit ad vidẽdum, ac se informandum, & inquirendum, ac testes examinandum per modum, qui sequitur.

Talis de tali loco testis citatus, iuratus, & interrogatus: & cetera, *prout supra, vbi agitur de examinatione testium, quando proceditur per modum accusationis: & examinatis testibus procedetur ad examinandum infamatum per modum prædictũ, vt prius.*

COMMENT. XIX.

Num. 78. HIc modus fabricandi b processum per Inquisitionem laboriosior est illo, qui fit per denũtiationem; idque propter incertitudinem famæ, seu infamiæ, qua hic modus nititur veluti principio & fundamento: & ob id paulo diligentius nobis hic erunt perscribenda quę ad hoc institutum proprie spectant. Praxim erudite tractat hoc loco auctor, reliqua breuiter perstringemus: & quantum ad hanc etiã praxim attinet, videndus est omnino Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 5 versi. poterit igitur. & q. 6. in principio, vbi erudite tractat hunc procedendi modum. adde Tabiẽsem in sum. verbo, Inquisitor. §. 27.

Num. 80. a ¶ Et testibus aliquibus examinatis, & fama probata.] *Quomodo autem fama probetur, per quot testes & quales, necessario est tradendum: nam hæc magnum habent momentum in hoc tribunali. de hac re varijs locis differunt Doctores. Innocentius in cap. qualiter & quando. el 2. & in cap. cũ oporteat. de accusatio. Panormitanus in cap. inquisitionis. §. quæsiuisti. de accusatio. Bartolus in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. & copiosius ibidem Hippolytus Marsilius num. 40. cum multis sequent. & Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 6. versi. sed quoniam. & versi. sciendum est autem. cum aliquot sequentibus. & Thomas de Piperata in tract. de fama, quem sequitur per omnia Bart. in dicta l. de minore. Simancas de catho. institut. tit. 65. num. 34. & aliquot sequentibus, & Campegius ad Zanchinum cap. 11. & passim Criminalistę.*

De probãda fama in criminalibus, q̃ differuerint.

Ex his primum colligo, famam per duos testes esse probandum. Bart. in dicto §. plurimum. num. 19, & glossa communiter recepta in l. 3. §. eiusdem. ff. de testibus. Salicetus in l. ea quidem. num. 106. versf. ad septimam. C. de accusa. & præcitati. & hanc sententiam dicit communem Albericus in dicta l. ea quidẽ. num. 24. C. de accusatio. addit Marsilius in dicto §. plurimum. num. 93. adeo verum esse duos testes requiri ad probationem famę, vt si vnus tantum deponeret, non modo non faceret plenam, sed nec semiplenam probationem; neque etiam indicium, quia fama est indicium à crimine remotum: omne autem indicium à crimine remotum debet saltem per duos testes probari. glossa singularis in l. vlt. C. familię erciscundæ. & tradit Marsilius loco præcitato.

Fama p duos testes probari debet.

Quomodo probetur fama.

Fama vero, vel infamia de aliquo qua ratione probetur. eleganter docet Innocentius in dicto cap. qualiter & quando. de accusatio. his verbis; Hic potes colligere qualiter probetur infamia; debet enim dicere testis, eum de quo agitur, de tali crimine diffamatum: & si quæratur ab eo, apud quos est infamatus; debet respondere, apud tales: & nisi eos assignet, non videtur bonam reddere causam dicti sui. præterea quia non potest sciri, an sint graues, vel maleuoli. *hæc Innocentius.*

Testes causã dicti sui reddere debent.

Ergo testes debent assignare causam dicti sui sufficientem, aliàs non probarent. & hanc sententiam communem dicit Corneus lib. 2. consi. 232. & lib. 3. consi. 216. personas vero ideo nominare debent, vt iudices intelligant ex qualitate personarum, quanta fides sit famę adhibenda. sufficit autem testibus nonnullas nominare personas, à quibus dicant se audiuisse Lutherum, verbi gratia, de hæresi infamatum. ita practica Papiensis in forma positionum actoris. verbo, item quòd de prędictis omnibus & singulis. num. 9.

Testes quales esse debeant.

Duo autem testes vt plene probent infamiam, ita vt in hoc crimine hæresis diffamato canonica purgatio indici posit ratione diffamationis, integri esse debent, & omni exceptione maiores: atque hoc est tutius & securius, vt dixi supra parte 2. super q. 57. atque hæc sententia tunc maxime procedet, quando infamia duxisset originem vel à maleuolis, vel ab infamibus, & vilibus personis.

Testes diuersi quãdo probẽt infamiã.

Rursus, si testes super infamia deponentes diuersi essent, aut in nominibus personarũ, quia vnus diceret se audiuisse à Titio & Seio, alius à Marco & Caio: aut in tempore, quia vnus diceret se audiuisse mense Aprilis, alius mense Martij: aut in loco, quia vnus diceret se audiuisse in platea, alius in palatio, nihilominus famam probant. argumento l. ob carmẽ. §. fin ff. de testib. Bartolus in dicta l. de minore. §. plurimum. nu. 24. ff. de quæstio. Innocentius in dicto c, qualiter & quando. verbo, & famam. de accusatio. Practica Papiensis in forma positionum actoris. verbo, item quòd de prædictis omnibus & singulis. nu. 9. in fine. quos ceteri communiter sequuntur.

Fama de aliquo vbi quæratur.

Testes etiã si non conueniant in causa scientiæ, famam probant.

Præterea, quamuis testes non conueniant in causa scientiæ: quia videlicet vnus dicit: scio quia ab eo audiui, vel à talibus audiui; et alius dicit, scio quoniam ob hoc ortum est scandalum in vicinia, nihilominus tamen, quoniam omnes istæ causę in eundem finem diriguntur, vere probant famam, aut infamiam. ita idẽ Innocentius in c. qualiter & quando. de accusatio. verbo, & famam.

Quid sit publice dici.

Ad hæc, vt testes probent famam, satis est si dicãt se audiuisse à talibus, aut talibus (iuxta ea quę in præcedentibus diximus) publice dici, Bucerũ, verbi gratia, imagines Sanctorum deleuisse, hoc est publica voce dici à populo. ita Baldus in c. litteras. nu. 2. de præsumptio. & in c. præterea. nu. 9. et 10. de testibus. & in l. hæredes palam. in principio. ff. de testibus. quẽ sequitur Marsilius in dicto §. plurimum. nu. 42. in fine. quod ita obseruari testatur Iulius Clarus i pract. crimin. §. fi. q. 6. versi. debent etiam dicere. & Cassadorus decisio. 3. nu. 7. de probatio. & in Romana curia hanc sententiam vsu forensi custodiri tradit Parisius lib. 3. consi. 52. in fine. & Hieronymus Mont. tract. de finibus. fol. mihi 50. num. 4. reiecta opinione Bartoli in dicta l. de minore. §. plurimum. num. 19. ff. de quæstio. vbi dixit testes probantes famam, debere dicere se audiuisse à maiori parte populi: aliàs non probarent: quam sententiam communis iudicantium vsus explosit.

Item testes de fama deponentes, quid fama sit dicere debent, aliàs non probarent: quod qua ratione intelligatur, dixi paulo antea commentario 17. §. Item interrogatus quid est fama.

Iam illud monendi sumus, famam de aliquo in eo loco esse quærendam, in quo versatur, aut est aliquando versatus: vt de milite in castris & bello: de Doctore in scholis & foro: de Monacho in monasterio, iuxta textum in dicta l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstio. ibi: vel cuius existimationis quisque in ciuitate sua est.

Postremo agẽdum hic mihi erat de effectibus probatę famę: an scilicet faciat plenam probationem, siue semiplenam, aut saltem indicium generet ad torturam, aut sit sufficiens ad indicendam purgationem, sine alijs adminiculis, & de multis huc spectantibus, quæ non sunt huius loci, cum Eymericus de probatione famę disputandi tantum præbuerit occasionem. De his videndi sunt præcitati, quamquam obscurissime loquantur, & sæpe pugnantia tradant, de quo egi plenissime infra super q. 61. adde Campegium ad Zanchi num cap. 11.

Quot personę esse debeant in examinatione testium & delatorum in causa fidei.

81 VERVM cum in examinatione testium, & delatorum, & præsertim hæreticorum, sit cũ cautela maxima procedendum, vt suspicio de fraude committenda totaliter repellatur, & veritas omni modo habeatur: personæ quinque in tali examine debent præsentes esse, scilicet, Iudex inquirens: Testis, vel delatus respondens: Notarius scribens: Et duo religiosi assistentes.

Prima persona est iudex, scilicet Inquisitor, seu eius commissarius, cuius est testes & delatos examinare, articulos formando, & illis verbo, vel scripto offerendo, & super illis interrogando. Inquisitor a namque debet esse multum prudens, circumspectus, & valde cautus in examinando testes, & delatos, & præsertim delatos de modernis erroribus, scilicet Valdensium, & Begardorum, qui pro posse celant veritatem: quare cum magna cautela & prudentia est ab eis veritas eruenda, propter quod in informatione articulorum debet Inquisitor esse multum circumspectus.

Secunda persona est testis, seu delatus, qui exa- 82
minatur. Quilibet b horum debet prius iurare de dicenda veritate, aliàs depositio careret omnimoda firmitate, & post iuramentum non violare, sed dicere meram veritatem, nec odio, nec rãcore addere, nec fauore diminuere; sed semper ad formã articulorum respondere: & ad mentem c iudicis plusquam ad aliud intendere; & non tergiuersari, nec æquiuocare, sed clare ad mentem iudicis, seu interrogantis articulis respondere: & an testis, seu delatus ita respondeat nec ne; debet circumspectus Inquisitor multum attendere; & si videat q̃ respondeat cauteloſe, & vulpine, debet cautelas detegere, & arctare ad clarius, & ad propositum respondere.

Tertia d persona est scriptor, qui interrogatio- 83
nes Inquisitoris, & responsiones delati, seu testis scribat: & in actis, seu in processu inserat; & hic debet esse publica persona, vtpote, quòd sit notarius habens auctoritatem, siue laicus, siue clericus, siue regliosus. Vnde non solum laicus & sæcularis clericus, immo etiã religiosus, qui habebat auctoritatem antequam intraret religionem, posito etiam quòd sit presbyter, potest esse notarius in fidei causa, vt patet in c. Vt officium. de hæret. lib. 6. & tunc agit auctoritate Apostolica. In casu autem, in quo Inquisitor non possit habere commode publicam personam, seu notarium, pro illo actu, potest sibi eligere duos viros idoneos sæculares, vel ecclesiasticos, qui ambo e pariter habeãt vim & auctoritatem vnius personę publicę, seu notarij, qui f depositiones testium seu delatorum insimul quilibet in suo folio fideliter conscribant, & isti duo agunt auctoritate Apostolica in scribẽdo. *hęc patent in allegato cap. Vt officium. de hæret. lib. 6.*

Relat. supra pag. 107.

Quarta persona & quinta sunt duo ipsi Inqui- 84
sitori assistentes, & totius examinis testes: & isti debent esse duæ discretę personæ & religiosę, vel aliàs honestę: vt duo discreti & honesti clerici, vel laici, vt notat Archid. in alleg. c. Vt officium. in quarum præsentia per publicam personam prædictam, vel per duos viros idoneos depositiones testium & delatorum fideliter conscribantur: quæ duæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

duæ diſcretę & religioſæ, vel honeſtę perſonę aſsiſtant ipſi Inquiſitori; & adſint toti examini teſtis, vel delati à principio ſuę depoſitionis vſque ad finem, ſi Inquiſitor poteſt commode pro toto illo tempore ſecum habere: quod difficulter poteſt facere. Vbi autem Inquiſitor non poſsit commode iſtas duas perſonas in toto examine teſtis, vel delati habere, ſaltem habeat in fine depoſitionis; & tunc legatur depoſitio per notarium ipſi deponenti teſti, vel delato, in præſentia Inquiſitoris, & prędictarum duarum perſonarum diſcretarum, & interrogetur ſi ſtat & perſeuerat in depoſitione illa; & eo ſtante & perſeuerante, ſcribat in actis quo in preſentia talium fuit ſibi depoſitio lecta, & ſtetit & perſeuerauit: & puto ¶ † ſufficere & nõ deuiare à mente ſtatuti prædicti c. Vt officium. de hæret, lib. 6.

† Al. ita: puto ſufficiet, & ſatisfaciet ſtatuto prędicto.

COMMENT. XX.

Num. 81. *QVoniam quę multorum teſtimonijs comprobantur certiora creduntur, & quæ multorum ſunt ſenſibus inſinuata, procul à mendacio abeſſe putantur: ideo oportuit (vt docet Eymericus) in cauſa fidei, dum reorum negotia tractantur, multas interuenire perſonas.*

Quales Inquiſitorum partes in examinandis teſtibus & delatis.

a ¶ Inquiſitor debet eſſe multum prudens, circunſpectus, & valde cautus in examinãdo teſtes, & delatos.] *Primum in examinandis teſtibus ideo prudentiſſimum & diligentiſsimum eſſe oportet Inquiſitorem: quia cum teſtium nomina reis non publicentur, nec reorum patroni poſſint eos examinare, ac ob id defenſionis ordo quaſi truncatus eſſe videatur, ne iniuſte rei condemnẽtur, debet omnino Inquiſitor patronorum perſonam induere, et cauta ſollicitudine quærere veritatem; ne innocens condemnetur: ac proinde in teſtibus perſonarum qualitatem & fidẽ, mores & ſtudia rimari debet, & conſiderare quo animo, qua fide, an zelo iuſtitiæ, an potius inuidię, aut inimicitię ſtimulis agitati ad teſtificandum acceſſerint. Aurea ſunt, quæ huic cauſę accõmodari poſſunt Euariſti Pontificis verba in cap. ſi qui ſunt. 2. quæſt. 7. omnino à iudicibus fidei memoria retinenda.* ait enim: Diligenter perſcrutandum eſſe, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conſcientia, quoue merito: ſi pro Deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia vel odio, aut cupiditate iſta preſumpſerint. *hęc ibi.* Idẽ *cautũ eſt Hiſpalẽſi quadam prima inſtructione añi MCCCCLXXXIV. cap. 14.*

Iam in reis examinandis & interrogandis propterea valde etiam ſollicitus & diligens eſſe debet: quoniam hæreticorum potiſſima cura eſt, occultare hæreſes: fingere ſanctitatem: fictas quandoque emittere lacrymas, quibus vel ſæuiſſimum iudicem poſſint interdum permouere. ceterum non propterea ſuccũbere debet Inquiſitor, ſed ſemper ſuſpicari debet ſe poſſe deludi, & ficta eſſe quæ à reis proferuntur dum negant, præſertim cum indicia, vel teſtes ſint in cõtrariũ. hæc autẽ tunc maxime præcauere debet, cum rei iterũ capti in cauſa fidei fuerint, vel inquiſiti. quæ omnia diligentiſsime tradit Eymericus paulo poſt nu. 85. & ſequ.

A b ¶ Quilibet horum debet prius irare de dicenda veritate.] *Ideo prius de veritate dicenda iurandum eſt: quoniam teſti non iurato nulla fides habenda eſt, etiamſi grauiſſimus & probatiſsimus foret. cap. hortamur. 3. q. 9. c. nuper. & cap. fraternitatis. vbi gloſ. in verbo, iuramentis, extra de teſtibus. l. iuriſiurandi. C. de teſtibus.*

Num. 82. Iuramentũ de dicẽda veritate primũ à teſtibus & delatis examinãdis.

Quod verò hic docet Eymericus de hoc iuramento præſtando, iam olim in hac cauſa præcipit concilium Biterrenſe cap. 4. in hęc verba: Ab illis qui ſic citati coram vobis infra tempus comparuerint aſsignatum, recipiatis iuramenta, de mera, & plena ſuper facto labis hæretiæ, tam de ſe quàm de alijs viuis & mortuis dicenda, quam nouerint, veritate. B *hęc ibi. Idem cauit Martinus V. in bulla incipiente:* inter cunctas. *in concilio Conſtantienſi ſeſsio. 45. quam retulimus in bullario litterarum Apoſtolicarum in fine huius operis.*

Huius autem iuramenti formula vulgo talis eſſe ſolet: Iuro per Deum & crucem, & ſacroſancta quattuor Euangelia manibus proprijs tacta, me dicturum veritatem: quod ſi fecero, Deus me adiuuet; ſin autem cõtra, Deus me condemnet. facit cap. de parentela. 1. & 2. 35. q. 6.

Iuramẽtum præſtandum eſt iuxta mentem eius qui exigit iuramentum.

c ¶ Et ad mentem iudicis pluſquam ad aliud intendere.] *Et ratio eſt: quoniam in iuramento quod* C *præſtatur ei cui legitime ſubiecti ſumus, hæc regula eſt penitus obſeruanda: qui iurat, iuxta mentem iudicis cui iurat. non ſecundum propoſitum aliud iurare debet: aliàs doloſum emitteret iuramentum, & grauiter peccaret. Beatus Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. in reſpon. ad 4. argumentum. & ibi Caietanus. copioſe Sotus lib. 8. de iuſt. & iure. q. 1. art. 7. & ceteri communiter Theologi. hinc illud Iſidori lib. 2. de ſummo bono, c. 31.* Quacunque arte verborum quis iuret, Deus tamen qui conſcientiæ teſtis eſt, ita accipit, ſicut cui iuratur, intelligit. *hæc ille.*

Idem iudicium habendum eſt de æquiuoco iuramẽto, quod ſit vel ſimulatis verbis, vel artificioſe prolatis, ita vt duplicem ſenſum recipere poſſint: nam ſi iuramentum iure etiam & legitime petatur, nõ licet D *tali amphibologia vti ob iniuriam, quæ fit ei, qui habet ius exigendi tale iuramentum. ita Sotus in dicto art. 7. in fine. & ceteri communiter.*

His autem fraudibus vti in iuramento in cauſa fidei preſtito, tanto iniquius eſt & turpius, quanto res eſt grauior, & cauſa fidei ceteris præſtantior. olim hunc dolum conſueuiſſe exercere Pſeudo apoſtolos, cum ab Inquiſitoribus interrogarentur, docuit Eymericus par. 2. q. 12. & dixi ibidem. §. vigeſimus error eſt.

Num. 83. Cur olim inſtitutum vt alij præter notarios, acta inquiſitionis ſcriberent.

d ¶ Tertia perſona eſt ſcriptor, qui interroga- E tiones Inquiſitoris, & reſponſiones delati, ſeu teſtis ſcribat, &c.] *Olim ob Inquiſitorum inopiam, qui notarium certum & huic officio deſtinatum alere non poterant, multis modis prouiderunt Romani Pontifices, vt non deeſſent, qui inquiſitionis acta conſcriberent: interdum diſpenſantes cum clericis & religioſis, qui prius notarij fuerant, vt officium tabellionis in cauſa fidei poſſent exercere: interdum concedentes vt duæ idoneę perſonæ geſta conſcriberent, quibus plena fides adhiberetur, vt eleganter docet hic Eymericus, qui ex Biterrenſi concilio ſumpſiſſe mihi*

mihi hanc doctrinam videtur, in quo c. 4. (vbi totius ordo in hac re eleganter deſcribitur) ita ſcriptum extat: Ab illis, qui ſic citati coram vobis infra tẽpus comparuerint aſsignatum, recipiatis iuramẽta, de mera & plena ſuper facto labis hæretię, tam de ſe quàm de alijs viuis & mortuis dicenda, quam nouerint, veritate: ac poſtmodum per vos, vel per ſcriptores diligenter interrogantes eoſdem de ſingulis, de quibus requirendi videbuntur, faciatis confeſsiones ac depoſitiones ipſorum fideliter ſcribi, & in actis inquiſitionis reponi: aut per publicam, ſi poteſtis habere perſonam, aut per aliam idoneam & iuratam, cui & alius vir idoneus iuratus ſimiliter adiungatur: vt ſic ſcripta huiuſmodi, B vel per manum publicam, vel per duos (vt tetigimus) viros idoneos, in actis repoſita & conſcripta, ac ei qui cõfitetur & deponit corã Inquiſitore & notario, vel dictis duobus viris idoneis recitata, robur obtineant firmitatis. *hactenus ibi.*

Inquiſitores notarios ſibi poſſunt creare.

His omnibus priuilegijs vocandi aut notarios. aut religioſos, qui notarij fuerant, aut duos viros idoneos ad acta inquiſitionis conſcribenda, tandem acceſſit & illud. quod anno Domini MDLXI. Inquiſitoribus tribuit Pius Papa IIII. vt poſſint, vbi occaſio poſtulauerit, notarios ſibi creare, reſcripto quodam incipiente: Paſtoralis officij cura. *impreſſo inter litteras* C *Apoſtolicas in fine huius operis, de quo dicã amplius infra ſuper q. 18. & 19.*

Ideo verò tam diligens obſeruatio in hac teſtium & reorum depoſitione recipienda exigitur, vt quæ ſunt tot inſpecta oculis, & tot ſenſibus inſinuata, falſi prorſus ſuſpicionem excludant, vt colligitur ex his quę notant Ancharanus & Geminianus in c. vt officium. §. verum. & in c. vlt. de hæret. lib. 6. & Simancas de catho. inſtit. tit. 64. nu. 9. & Campegius apud Zanchinum c. 9. verſi. ſi queris.

Tot perſonę adhibẽdæ in examine in quiſiti, quot in examine teſtium.

Iam ex his Eymerici verbis: Et reſponſiones delati ſeu teſtis ſcribat: *iunctis his, quibus initio huius diſputationis, de quinque perſonis examini adhibendis, orſus eſt, colliges cum ſentire totidem perſonas, nempe quinque, eſſe adhibendas in examinatione inquiſiti, quot poſtulantur in examinatione teſtium per dictum c. vt officium. de hæret. lib. 6. quamuis enim ille textus de perſonis adhibẽdis in teſtium examinatione loquatur, eadem tamẽ cauſa, nempe, negotij grauitas, & falſi excludendi ſuſpicio in examinandis delatis ſeu inquiſitis reperitur: erit ergo ius idem ſtatuendum l. illud. cum ſimilibus. ff. ad l. Aquiliam. quod ipſum videtur apertius tradere idem Eymericus in hac 3 par. q. 63. cui adſtipulatur Campegius apud Zanchinum c. 9. verſ. ſi queris.*

Obſeruandũ.

Quod tunc omnino obſeruandum ab Inquiſitoribus crederẽ, cum cauilloſos, tergiuerſatores, aſtutos, E *callidos impios, impœnitentes, & grauiter facinoroſos reos examinant; in alijs verò hæc tanta ſolemnitas remitti poteſt; quod et vſus multarum inquiſitionum obſeruat. tutius tamen eſt, ſi hę perſonæ religioſæ cõmode haberi poſsint, eas ſemper examini adhibere, ob cauſam proxime allatam, & alia pericula, quę ab iniquis hæreticis obijci poſſent.*

An duæ perſonæ acta inquiſitionis ſcribentes notario æquiparentur.

e ¶ Qui ambo pariter habeant vim vnius perſonæ publicæ ſeu notarij.] *Et ita videtur ſentire gloſſa in c. quoniam contra. verbo, duos viros. de probatio. & Repertorium Inquiſitorum verbo, notarius. §. nota circa notarios. & Locatus in iudiciali verbo, notarius. nu. 4. ac de his duabus perſonis loco vnius notarij adhibendis multa Angelus in l. geſta. C. de re iud. & Fráciſcus Curtius iunior tract. de feudo. par. 7. q. 4.*

Sed diligenter conſiderandũ eſt, quod dicit Decius in dicto c. quoniam contra. nu. 35. & ſeq. de probatio. videlicet, quòd cum duo hi viri idonei admittantur in ſubſidium, quotiens publica perſona commode haberi non poteſt, non videntur proprie notario poſſe æquiparari; quod etiam ibidem docet Aretinus. Ceterum quamquam hæc diſputatio fructu non careat, omittenda nũc eſt, & quid in hac cauſa obſeruari debeat, cum vſus exegerit, breuiter dicamus.

In actis inquiſitionis ſcribendis quis ordo ſeruandus.

Primum ergo acta iudicij per publicam perſonã, hoc eſt, per notarium ſunt ſcribenda, ſiue is ſit laicus, ſiue religioſus cuiuſuis ordinis, qui dum eſſet in ſæculo hoc exercuit officium. quod ſi hos Inquiſitor habere non potuerit, in ſubſidium duas perſonas idoneas, id eſt, peritas & officio congruentes, & honeſtas & bonæ famę adhibere debet. ita Hoſtienſis, & Ioannes Andr. in dicto c. quoniam cõtra. de probatio.

Rurſus id eſt obſeruandum, hos viros idoneos ad hanc prouinciam ſuſcipiendam per Inquiſitores compelli poſſe. ita Baldus in rubri. C. de fide inſtrument. facit quod notat Cynus in l. inuitus. C. de procurato. tradit nominatim Decius in dicto c. quoniam contra. de probatio. nu. 37.

Iuramẽtum ab ſcribentibus quale exhibendum.

Poſtremo antequam hi duo viri idonei quicquam conſcribant, iurare debent coram Inquiſitore ſe fideliter & ſine fraude cuncta excepturos, & geſturos, quę negotij qualitas poſtulat, & neceſſitas. ita Panormitanus & Baldus in dicto c. quoniam contra. quos refert ibidem Decius nu. 199. & facit textus in l. Domitius Labeo. ff. de teſtibus. & in c. peruenit. 1. de teſtibus cogend. et in hac cauſa de qua agimus hos viros iurare debere apertiſſime probat concilium Biterrenſe relatum initio huius commentarij.

Et quid ſi iuramentum omittatur.

D *Iurabunt vero in caſu noſtro præcipue, ſe non reuelaturos depoſitiones teſtium vel reorum, nec de ea re verbis aut ſignis quicquam indicaturos.*

Sed quid ſi non iurent, vt ſi, verbi gratia, per imprudentiam, aut obliuionem omiſſum fuerit iuramentum, erunt ne valida acta per ipſos conſcripta? Reſpondeo, adhuc inſtrumenta & geſta, ſeu excepta per ipſos probare, & robur firmitatis habere. Primum, quoniam ſatis eſſe videtur publicæ iudicis auctoritate fuiſſe deputatos; tum etiam quia numerus videtur cetera quæ in notario exiguntur ſupplere, cũ duo ſint. Poſtremo, quoniam textus in dicto cap. quoniam contra. de probatio. & in c. vt officium. de hæret. lib. 6. indiſtincte dicunt adhibendos eſſe, nulla facta iuramenti mentione: erunt itaque intelligendi indiſtincte. l. 3. de offic. preſid. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. preſtan. tenet Decius in dicto c. quoniam contra. de probatio nu. 199.

Neque his videtur obſtare concilium Biterrenſe paulo antea relatum, quod vtramque perſonam iuratam poſtulat: quoniam id re vera tutius eſt & ſecurius, at non ſimpliciter neceſſarium, & concilium id exigit quod fieri debet, ſed non infringit factum contrarium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

trarium, si solemnitas iuramenti omittatur: & hoc credo verius fauore fidei, ne ex defectu iuramẽti acta corruere dicamus.

An vterque eorũ qui adhibentur ad acta inquisitionis scribẽdæ per se scribere debeat.

f ¶ Qui depositiones testium seu delatorum insimul quilibet in suo folio similiter conscribant.] *Quòd vero ambo simul excipere debeant depositiones testium & delatorum, velle etiam videtur concilium Biterrense paulo ante relatum, & ita quoque præcipit obseruare Goffredus, sicut dicitur de pluribus arbitris constitutis, quòd aut omnes pronuntiabunt, aut nullus. l. item si duos. §. item si plures. ff. de recep. arbit. & cap. 2. de arbitris lib. 6. ideo verosimul scribere debent, vt maior sit consensio, & falsi suspicio excludatur, cum vtriusque scripturę eadem contineant, & per omnia conueniant: atque hoc est tutius & securius, & obseruandum præsertim in causis maioris ponderis, veluti in processibus relapsorum, & impœnitentium.*

Subscriptio quid operetur.

Ceterum si vnus tantum scriberet, & alius postea (dummodo præsens examini adesset) se subscriberet, sane sufficeret, cum subscriptione testificetur perinde coram eo fuisse actum sicut scriptum est. ita Panormitanus post veteres interpretes in dicto c. quoniam contra. de probatio. quos sequitur ibidem Decius nu. 200. quod etiam ipsum in pluribus notarijs deputatis ad vnum actum ex forma legis vel statuti obseruandum monent Innocentius, Abbas, & Decius in dict. c. quoniam contra. & Bald. in l. iurisiurandi. in fin. vers. quæro vni testi. C. de testib. & harum ratio est, quoniam idem operatur subscriptio alicuius, quod operatur scriptura eius manu in totum scripta. Innocentius & Abbas in d. c. quoniam contra. Bartolus in l. emptor §. Lucius. ff. de pactis. et Alexander cõsil. 147. nu. 4. lib. 2. & tenet Decius in dicto c. quoniam contra. nu. 202.

An generalis subscriptio sufficiat.

Quæ sententia vera est, quamuis non sit adhibita specialis subscriptio, sed solum generalis. Baldus in authen. si quis in aliquo documento. C. de edendo. Ancharanus consi. 242. incip. Prius de viribus probationis. *Alexander in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obligat. & ibidem Angelus, Ioãnes Imola, & Paulus Castrensis. idem Alexander in l. quę dotis. ff. soluto matri. & in consil. 147. incipiente:* Ponderatis. *lib. 2. & hanc opinionem asseruit mihi quandoque Bononiæ summo iure dicens veriorem esse Ludouicus Segnius præceptor, legum interpres publicus, & in reddendis responsis verax, nec vulgaris eruditionis.*

Et hanc sententiam, quòd scilicet, tantum valeat subscriptio generalis quantum specialis, dicit cõmunem Decius in dicto c. quoniam contra. nu. 203, veruntamen securius est specialem facere subscriptionem, præsertim in causis arduis. hęc vero nullo modo sunt negligenda, cum eorum vsus frequens accidere possit.

Num. 84. g ¶ Et puto sufficere, & non deuiare à mente statuti prædicti.] *Hic locus varie legebatur in tribus exemplaribus Barcinonensi, Bononiensi & Sabellano; nam codex Cardinalis de Gambara cum Bononiensi conuenit, ex quibus duobus restituta est (nisi fallor) vera lectio, & consulto recessimus à Barcinonensi impresso.*

A *Obseruanda ab Inquisitoribus in examinatione hęreticorum.*

QVIA vero in examinatione fienda non solum est necessarium, vt suspicio de fraude committenda totaliter repellatur; quod sit propter præsentiam personarum plurium prædictarum: verum etiam est necessarium, vt veritas ab hęreticis, & delatis clare, nude, & omnimode habeatur; qđ fit cum modus circumspectus & cautelosus in examinatione hæreticorum, & delatorum ab Inquisitoribus obseruatur: Ea propter circa modũ hæreticos, & delatos examinandi sunt tria vtiliter aduertenda. Primum est: Inquisitor quomodo, & qualiter, & de quibus hæreticos interrogabit. Secundum est: quæ & qualia in responsionibus hęreticorum delatorum Inquisitor attender, & considerabit. Tertium est: quomodo, & qualiter responsionibus vulpinis, & cautelosis hæreticorum obuiabit. 85

PRIMVM dico aduertendum, quomodo, & qualiter, ac de quibus Inquisitor hæreticos seu de hęresi delatos examinabit, inquiret & interrogabit. Vbi considerandum est, quòd sicut non omnium morborum est eadem medicina, sed potius diuersorum & singulorum diuersę sunt & singulæ medicinę: sic nec[a] ad omnes hęreticos seu de hæresi delatos, idem modus interrogandi, inquirendi, & examinandi, quo ad articulos, est seruandus: sed secundum varietatem ac diuersitatẽ sectarum, hæresum, ac personarum, & errorum, varius, & diuersus modus interrogandi, inquirendi & examinandi prudentius † est tenendus. Idcirco ipse Inquisitor vt prudens medicus animarum, debet diligenter considerare circa personas, quas, vel de quibus inquirit, ipsarum qualitatem, conditionem, locum, statum, morbumque, quo laborant: nõ omnes de eisdem, & de eodem ordine interrogando, nec eosdem articulos inculcando; sed sic fræno discretionis astutias hęreticorum circumducat, easque aperiat detegendo; vt fauente gratia IESV CHRISTI de sentina abyssoque hæresum, & errorum obscuritate eius manu educatur coluber tortuosus: non enim potest super istis vna & infallibilis † depingi inquirendi regula, siue modus; ne si fieret, cum illum modum sic assuetum, ac regulam generalem, tenebrarum filij præuidissent, ipsum tanquam sui laqueum facilius euitarent, seu etiam præcauerent. Curet ergo prudens & industrius Inquisitor occasionẽ & modum accipere inquirendi hęreticos & delatos, siue ex accusantium vel denuntiantium dictis, siue ex testium responsis, siue ex his, quæ experientia docuit; seu ex his, quę proprij ingenij acumen aperit: semper considerando attentius & diligenter ex denuntiationibus, & accusationibus deferẽtium, ac attestationibus testium, ipsi delati hęretici cuius sectę videãtur esse, noue vel antiquæ: Vtpote, [b] si videntur esse de secta Pseudoapostolorum, vel Manichęorum, vel Valdensium; vel Begardorum, & sic de alijs: seu si conuersi de perfidia Iudæorum, vel Sarracenorum, vel dæmonum inuocatorum: & legere diligenter in præcedentibus in hac parte secunda, vbi agitur de erroribus & hęresibus prędictorum, errores & hęreses illius sectæ, de qua examinandus delatus videbitur, & super illis formare articulos, de quibus est diligentius examinandus. 86

† prudenter

† Al. particularis

Interrogationes hanc pro qualitate & conditione personarum, loco rum, & indiciorũ, &c.

87 SECVNDVM in examine aduertendum est: quæ & qualia in responsionibus hęreticorum delatorum Inquisitor attendet sollicite & considerabit. Vbi considerandum est, quòd hæretici sunt in duplici genere.

Hæretici manifesti, & notorij.

Quidam [c] namque manifeste tales sunt, & manifeste in erroribus suis siue coram prælatis siue Inquisitoribus persistunt, eos palam & publice defendendo: sicut fuerunt Ariani, Sabelliani, Manichæi, & quamplures alij, qui de hęresibus suis publice disputabant, & rationibus & auctoritatibus ad falsum eorum intellectum tractis, & extortis expositionibus notorie defendebant: Et tales per viros litteratos faciliter de crimine hæresis conuincuntur, quia eo quòd errores suos coram prælatis & inquisitoribus pertinaciter defendunt, hęretici conuincuntur, iuxta cap. Super quibusdam. de verbo. signif. & tales examinare non est difficile; sed à suo errore reuocandi sunt: quod faciendum est per viros litteratos eorum rationes soluendo, & auctoritates, quas pro se falso allegant declarando, & alias contra eos inducendo.

Hæretici manifesti per viros litteratos conuincẽdi.

Quidam autem alij hæretici sunt, qui errores suos pandere nolunt, sed potius abscondunt, & palliant cautelosis responsionibus & cauillosis, prout possunt, vt sunt Valdenses, & nonnulli Begardi, & quidam alij. Et tales est valde difficile examinare, & eorum errores detegere: propter quod in examinatione talium oportet multum prudenter ac sagaciter agere, & ad eorum cautelosas responsiones & cauillosas attendere, & istorum versutias vulpinas & extortas locutiones considerare: quia totum eorum studium est, vt euadant, & non deprehendantur, nec conuincantur.

COMMENT. XXI.

Num. 85. TOta hęc disputatio, *quam nunc orditur Eymericus; prudentiæ est potius quàm artis. est vtilis, est necessaria, & valde negotio de quo agitur, accommodata, mirabilis vero in primis auctoris industria, quòd tam diligenter cuncta præscribat, quæ ad praxim pertinent. Vniuersa vero hæc præcepta duo potissimum requirunt, vt commode ab Inquisitore exerceantur. Primum est prudentia, quæ in iudice violatę religionis debet esse maxima, vt alibi admonuimus: Alterum est peritia, & notitia non mediocris dogmatum, sectarum, errorum, vitę, & morum ipsorum hæreticorum, tam veterum quàm recentiorum: sine his enim ferme impossibile est Inquisitorẽ rectè suo munere fungi posse; nam cum Inquisitor sit fidei custos & defensor, cap. vt Inquisitionis. de hæret. lib. 6. & docet optime Albertinus in repetitione rub. de hæret. lib. 6. q. 5 nu. 3. non potest commode eã defendere, nisi contraria noscat, quibus ipsa fides, fi-*

Quæ requirantur in Inquisitore ad examinãdos hæreticos.

deique dogmata violentur, vt tradit etiam Eymericus paulopost cum agit de signis, quibus variarum sectarum hæretici cognoscuntur.

a ¶ Sic nec ad omnes hæreticos, &c. idem modus interrogandi, &c. est seruandus. sed secundum varietatem sectarum varius modus est tenendus.] *Ex tota hac disputationis serie, hæc regula colligitur: Inquisitores multis prudentibusque interrogationibus vti debent, iuxta varietatem sectarum, dogmatum, ac etiam qualitatem personarum, quas interrogant ita vt omnibus modis veritatem detegere & inuenire studeant: huc referri possunt quamuis in alio foro dicta, quę scribit beatus Augustinus in libro de vera & falsa penitentia, c. 20. & refertur in cap. 1. §. iudiciaria. de pœnit. dist. 6. in hęc verba:* Diligens igitur Inquisitor, & subtilis inuestigator sapienter & quasi astute interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cetera. *hactenus Augustinus. Eodem spectat illud non minus eleganter, quàm prudenter dictum.*

Num. 86.

Diligẽtia Inquisitorũ in interrogãdis reis.

Sed quoniam variant animi, variabimus artes,
Mille mali species, mille salutis erunt.

b ¶ Vtpote si videntur esse de secta Pseudoapostolorum, &c.] *Tametsi præcepta sequentia, quæ ab Eymerico præscribuntur ad detegendos hæreticorum errores, maiori ex parte in desuetudinem abierint, erant enim accommodata ad examinandos hæreticos superiorum sæculorum: nihilominus tamen ad alios hæreticos examinandos, & conuincendos facile à prudentibus Inquisitoribus possunt reuocari, vt nostro sæculo ad Lutheranos, Caluinistas, & ceteros cuiuslibet sectæ: quorum errores, vitus, & loquendi modos, ac phrasim genuinam debent diligenter fidei iudices intelligere: & sicut circa Eymerici tempora errores de Christi & Apostolorum paupertate, ac visione Beatorum, & alij plures frequenter circumferebantur, ita nunc sepultis & extinctis illis, Romani Pontificis diuina potestas, Sanctorum merita, indulgentiarum thesauri, sacramentorum virtus, bonorum operum merita, sacrarum religionum instituta, & alia eius generis sexcenta passim negãtur, quibus detegendis, & inuestigandis, hęc eadem, paucis commutatis, præcepta deseruient.*

Quomodo Eymerici præcepta ad vsũ sint reuocanda.

Num. 87.

c ¶ Quidam namque manifeste tales sunt, &c.] *In codice illo membraneo Bibliothecæ Vaticanæ, in quo extat fragmentum summæ fratris Iuoneti, legitur etiam hoc documẽtum de conuincendis facilius tam hæreticis litteratis & manifestis, quàm occultis & palliatis: additque ibidem Iuonetus in titulo: De modo examinandi hæreticos, vnde totus hic locus mihi videtur desumptus, vidisse se vilem quandã feminam fornicariã insignibus viris litteratis multis diebus illusisse per palliatas, fictas, & cauillosas responsiones, quæ cum iam foret liberanda, inuenta fuit recondidisse in arcula ossa cuiusdam hæretici nuper cõbusti, quæ illa velut Martyrum reliquias venerabatur. ergo diligenter sunt hæc animaduertenda, ne nocentes iniustè liberati diutius in erroribus perseuerent, & facultatem habeant alios corrumpendi.*

Ex hæreticis qui facilius, & qui difficilius cõuincantur.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De modis decem hęreticorum quibus errores suos obtegere student.

88 **Modus primꝰ per æquiuocationem.**

MODI autem hæreticorum euadendi & sophisticandi verba, sunt decem.

Primus a est per verborum æquiuocationem: vt si interrogentur de corpore Christi vero, respõdent de corpore Christi mystico. Vnde si dicatur eis: credis tu quòd hoc sit corpus Christi? respondet, credo, quòd hoc est corpus Christi, intelligendo de lapide, quem videbit ibi, vel de suo corpore proprio, quod est corpus Christi, intelligendo quòd omnia corpora mundi, sunt Christi, quia B Dei, qui est Christus. Vel si interrogatur: credis tu baptismum esse sacramentum necessarium ad salutem? respondet, credo: intelligendo quòd ipse habet credentiam, sed non intelligit quòd talem, sed suam: & non de isto, de quo interrogatur, sed de alijs. Vel si interrogatur: credis tu, quòd Christus fuerit natus de virgine? respondet, firmiter: intelligendo, quòd firmitatem habet in sua mala perfidia. Vel si interrogetur: credis in vnicam sanctam Ecclesiam catholicam? respondet, credo in vnam sanctam ecclesiam, intelligendo de sua & suorum complicium congregatione, quam vocat ecclesiam, & non de Ecclesia nostra: semper con- C uertendo intentionem suam ad illam partẽ æquiuocationis, quam gerit in mente: & sic de alijs æquiuocationibus.

89 **Secũdus modus per conditionis adiectionem.**

Secundus modus euadendi & sophisticandi est per conditionis adiectionem: vt si interrogetur: credis tu matrimonium esse secundum sacramentum? respondet, si Deo placet, ego bene credo: intelligendo quòd Deo nõ placet, quòd ipse hoc credat. Vel si interrogetur: credis tu carnis resurrectionem? respondet, ita ego, si Deus vult: intelligendo, quòd hoc Deus nõ vult, quòd ipse hoc credat: & sic de alijs conditionum adiectionibus.

90 **Tertius modus per retorsionem interrogationis,**

Tertius modus euadendi & sophisticandi est per quęstionis seu interrogationis retorsionem: vt si interrogetur: credis tu in Spiritum sanctum à Patre & Filio procedentem? respondet, & quomodo vos creditis? cũ dicitur sibi: nos credimus, quòd Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio: respondet, ego ita credo: intelligendo, ego ita credo, quòd vos creditis: sed ego non sic. Vel si interrogatur: credis tu quòd vsura sit peccatum? respõdet, & quid dicitis vos credendum super hoc? & cum dicitur sibi: nos dicimus, quòd quilibet catholicus debet credere vsuram esse peccatum: re- E **† al. creditis** spondet, & ego sic credo: intelligendo, sic ego credo quòd vos dicitis †: & sic de aliis quæstionum retorsionibus.

91 **Quartus modus per ficta admirationẽ**

Quartus modus euadendi & sophisticandi est per verborum fictam admirationem: vt si interrogetur: credis tu Deum omnium esse creatorem? respondet cum admiratione, quasi turbatus, quid ergo aliud crederem, nonne ita debeo credere? intelligendo, quòd non debet ita credere. Vel si interrogetur: credis tu Dei filium esse incarnatum in vtero virginali? respondet cum admiratione, o A Deus meus, quare interrogatis mẽ de istis; creditis quòd sum Iudæus? Christianus sum. Scitote, quòd credo omnia, quę bonus Christianus debet credere: intelligendo, quòd bonus Christianus nõ debet ita credere: & sic de alijs verborum admirationibus.

92 **Quintus modus per tergiuersationẽ.**

Quintus modus euadendi & sophisticandi est per verborum tergiuersationem: vt si interrogetur: credis tu quòd iurare de veritate dicenda in iudicio sit peccatum? respondet tergiuersando: credo quòd, qui dicit verum, non peccat: non respondet de iuramento, de quo quæritur, sed de dicendo verum, de quo non quęritur. Vel si interrogetur: credis tu, quòd omne iuramentum sit peccatum? respondet, magnum peccatum est iurare in vanum. Vel si interrogetur: credis tu quòd Christus post mortem descendit ad inferos? respondet, magna fuit iniquitas Iudęorum quam habuerunt ad Christum: & sic de alijs verborum tergiuersationibus.

93 **Sextus modus per digressionem à proposito.**

Sextus modus euadendi & sophisticandi est per verborum manifestam translationem: vt si interrogetur: credis tu quòd Christus post mortem descendit ad inferos? respondet, o domine Inquisitor, quantum debet quilibet cogitare in corde suo Christi mortem diram, & ego miser non facio: sum enim pauper propter Christum, & habeo quęrere mihi victum: & sic transferunt se ad loquendum de paupertate sua, vel Christi. Vel si interrogetur: credis tu quòd Christus quando fuit in cruce lanceatus, quòd adhuc esset viuus? respõdet; magna quæstio audiui quòd fuit de hoc, sicut & de visione animarum Beatorum est hodie: vos, domini, ponitis, mundum in istis quæstionibus, pro Deo, dicatis quid tenendum est de ista quæ- D stione de animabus Beatorũ, quia nollem in fide errare: & sic transfert locutionem ad quæstionem illam. Vel si interrogatur: credis tu quòd Christus nihil habuit in proprio vel communi? respondet conuertendo se ad circunstantes, ponẽdo eos in verbis, vt sic euadat ꝓ tũc responsionẽ: & sic de alijs verborum translationibus.

94 **Septimꝰ modus per sui iustificationem.**

Septimus modus hæreticorum euadendi & sophisticandi est per sui iustificationem: vt si interrogetur: credis tu quòd Christus descendit ad cælos; vel aliàs interrogetur de fide; respondet, iustificando se: o domine, ego sum homo simplex & illitteratus, qui in simplicitate mea seruio Deo, & nescio istas quæstiones, nec istas subtilitates; de facili caperetis me, & induceretis me in errorem, pro Deo, non interrogetis me de istis. Vel si aliàs E interrogetur de fide; respõdet: domine, ego sum homo, qui libenter cogito de Deo, & cogitarem libentius de suis mirabilibus operibus, & fidei articulis, & de trinitate, & de alijs: sed postmodum occurrunt mihi quędam dubitationes de fide, quę ponunt me in periculo, propter quod nolo nimis cogitare de talibus subtilitatibus, nec vellem etiam audire: quare, pro Deo, non ponatis me in istis, quia poneretis me in periculo & errore, quod vitare cupio toto corde: & sic de alijs eorum iustificationibus.

Octa-

95 **Octauus modus per simulationem corporei languoris,**

Octauus modus hæreticorum euadendi & sophisticandi est per sui corporis fictam debilitationem: vt si interrogetur de fide, & multiplicatis interrogatorijs, videat quòd nõ potest euadere quin deprehendatur in sua hæresi & errore, dicit: ego sum valde debilis capite, & non possum amplius sustinere, placeat vobis, pro Deo, quòd dimittatis me modo. vel dicet: dolor nimius inuadit me, parcatis, pro Deo vado ad lectum, & surgens ponit se in lecto: & sic pro tunc euadit, & interim cogitat quomodo respondebit: & quomodo cauteloſe se habebit: & sic de alijs corporis fictis subitis passionibus. Hunc modum frequenter tenent, quan- B **Cautelę eorum qui sũt quæstionãdi.** do vident se debere quæstionari, dicentes se infirmos, & quòd morientur si quæstionentur, & mulieres dicunt se frequenter pati muliebrem passionem, vt sic ad tempus euadant quęstiones.

96 **Nonus modus per simulationẽ amẽtiæ.**

Nonus modus hæreticorum euadendi & sophisticandi est per fatuitatis seu imprudentiæ simulationem, vt si interrogentur de fide, dubitantes ne per industriam Inquisitoris in suis erroribus deprehendãtur, fingunt se [b] fatuos & mẽte alienatos, **1.Reg.21.** sicut fecit Dauid coram Achis, ne deprehenderetur: & respondentes rident, & interserunt multa verba impertinentia, derisoria & fatua; & sic suas cooperiunt hæreses & errores; ut sic quasi C iocoſe uideantur dicere quidquid dicunt. hunc [c] modum etiam frequenter tenent, quando vident se quæstionandos, vel curiæ sæculari tradendos, vt per tales falsitates, quæstiones euadant, seu mortem: & tales pluries sum expertus, & interdum fingunt se continue amentes, interdum [d] habere lucida interualla; & sic de alijs simulationibus.

97 **Decimusmodus per sanctitatis speciem.**

Decimus [e] modus hæreticorum euadendi & sophisticandi est per palliatę sanctitatis conuersationem. Sunt enim hæretici à communi conuersatione fidelium vita & moribus, habitibus & locutionibus dissidentes: nam incedũt vt communius pedibus discalciatis, vel cum soleis: induuntur ex- D terius deiectis habitibus colore, & figura; aliqui de albo, aliqui bruno, aliqui mantello, aliqui longo & lato tunicello: cinguntur non corrigia, sed corda: aliqui vtuntur capucio demisso: aliqui deferunt crines longos, secundum eorum sectarum varietatem: aliqui incedunt vultu demisso ad terram: aliqui eleuato ad cælum; habent verba humilitatis, & exteriorem apparentiam sanctitatis, sicut sepulchra exterius dealbata, & deaurata, quæ interius sunt plena cadaueribus mortuorũ: Nam interius, vt in pluribus, pleni sunt superbia, luxuria, gula, accidia, & vanagloria; vt sciunt, qui eos nouerũt; E propter quam speciem sanctitatis plurimos inficiunt, gentes decipiunt, & Inquisitoris iudicium euadunt.

Isti sunt decem modi hęreticorum euadendi & sophisticandi ac se palliandi, ne in suis erroribus detegantur. Multos autem & alios modos varios decipiendi, & se palliandi habẽt, quos probat magis vsus, quàm ars, prout in eorum inquisitionibus inuenitur.

COMMENT. XXII.

Octauus hic locus de modis, quibus hęretici errores suos olim occultare conabãtur, reperitur in vetusto illo codice bibliothecę Vaticanæ fol. 88. col. 3. tametsi auctor hic illustriorem multis mutatis verbis effecerit: & pauca fere sunt in tota hac praxi, quę in diuersis locis eius codicis non reperiantur: vn de suspicor (vt alibi dixi) Eymericum eum ipsum librum, aut alium ei similem Auinione habuisse. & quamuis nonnulli ex his ab hęreticis nostri sęculi non vsurpentur, cognoscendi tamen sunt, vt ex horum notitia per similitudinem ad vsitatos nunc & alios hæreticorum proprios detegendos facilius perueniatur. **Num.88.**

Id tamen non est omittendum, quod in prędicto codice initio horum modorum scriptum extat, hoc loco ab Eymerico non tactum: præsumendum vid elicet esse, eos non bene sentire de fide, qui de ea interrogati fraudulenter respondent: nam qui bene credunt, intrepide fidem fatentur. eius codicis verba ita habent: Nota quòd fidelis requisitus de sua fide statim respondet simpliciter, siue bene siue male, paratus corrigi: hæreticus vero quia non potest se defendere per potentiam, nec per rationes, nec per auctoritates, statim currit ad sophismata sua, & duplicitates, & fugas verborum ne capiatur: vn de hoc est vnum, per quod aliquis sic respondens potest cognosci maxime hæreticus esse. **Nõ bene præsumuntur de fide sentire qui de ea interrogati respondet fraudulenter.**

a ¶ Primus est per verborum æquiuocationem, &c.] *Hic locus admonet non fore inutile quandoque ea legere de locis sophisticorum argumentorum, quę scripsit Aristoteles præsertim lib. 1. elenchorum c. 3. nam ea proculdubio ad superandas hęreticorum fraudes claram lucem dabunt: quę si vacet legere, non pęnitebit collocatę in eis operæ.* **Num.88.**

Et huius primi loci, quem Eymericus hic vocat per æquiuocationem, (*cum verius esset dicendus* per amphibologiam, *cum in tota oratione consistat*) *meminit Accursius in l. quotiẽs. 80. de verb. obligat. Eam Græci homonymiam appellant, quę tunc contingit, cum in oratione id sumitur, quod idem manẽs sub eodem tenore verborum plura significat: vt in exemplo auctoris:* hoc est corpus Christi: *nam duo significat, aut esse corpus Christi essentialiter, aut ad Christum pertinere ratione dominij.* **Fallacia æquiuocationis quomodo dissoluatur.**

Hęc vero æquiuocationis seu amphibolię fallacia dissoluitur distinguendo ambiguam vocem seu orationem. ita enim exitus aut decipiendi via præcludetur hęretico, vt tali deceptione tueri se non possit. exẽpla in promptu sunt, quę breuitatis gratia omitto, & quod proxime retulimus de corpore Christi aperte hoc indicat.

Iam quantum ad hęreticorum fraudes & cauillosas responsiones vitandas dum examinantur, attinet, hęc in vniuersum regula obseruanda est.

Inquisitores quantum fieri potest aperte eos interrogent, in singulis interrogationibus singulas res non simul plures proponentes, ad quas attente compellãt reos respondere, nusquam patientes vt extra propositum euagentur, vt docet etiam Eymericus paulo post nu. 99. in prima cautela. **Cauillosę hęreticorum responsiones qualiter euitandæ.**

Quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quòd si quandoque contingat reum apertis interrogationibus obscuras, aut dubias & ancipites responsiones reddere, iubeatur eas, priusquam ad vlteriora progrediatur, declarare, ne postea excogitet super obscuris & dubijs propositionibus nouas fraudes.

Postremo dum reus interrogatur, etiamsi is disputare velit, quod sæpissime cum callidis & astutis contingit, Inquisitor nullam cum eo ineat contentionem: sed semper ad institutum eundem reuerti compellat, ne tortuosus anguis possit illæsus euadere: nam si hæc obseruentur, raro proderunt suæ fraudes iniquis.

Num.96. Quibus modis cognoscēdum an hæreticorū dementia sit ficta vel vera.

b ¶ Fingunt se fatuos, & mente alienatos.] *Qua autem ratione sit intelligendum, an hæc dementia sit ficta vel vera, non facile potest intelligi, præsertim cū sint quidam adeo astuti, vt dementiam fingant, quę verę sit omnino similis. ceterum duobus modis poterit detegi. Primum ex obseruatione actuum exteriorum: raro enim contingit mente sanos, omnia mente captorum more facere; & propterea custodes diligēter aduertent vniuersas horum actiones, & verba. Rursus hoc etiam detegi poterit metu tormentorū, aut alterius periculi grauioris, quod minabitur eis Inquisitor vbi opus fuerit: quod si nec sic respiscant, alia remedia opportuna erunt excogitanda, iuxta delati qualitatem.*

Num.96.

c ¶ Hunc modum etiam frequenter tenent, quando vident se quæstionandos, vel curiæ sæculari tradendos; vt per tales falsitates quæstiones euadant, seu mortem.] *Si probabiliter credatur ex actibus exterioribus, & verbis ficta esse dementiam & insaniam, non propterea desistendum est a quæstione seu tortura, immo sæpe contingit huic fictæ insaniæ remedium afferre torturam: nam dolor non facile patitur iocum & fictionem, atque in hoc casu nullum videtur periculum ad explorandum animi morbum, an sit verus vel fictus. ad torturam insanos tradere, si aliàs indicia adsint sufficientia, cum nullū hic mortis periculum timeatur.*

Ob fictā insaniam non est differenda tortura.

In altero vero casu maior est difficultas, cum ad supplicium reus deferatur: dubium enim est, an si quando reus ducitur ad supplicium, insaniam fingat; aut more stultorum blasphemias interdum proferat; nec velit conuerti, debeat differri supplicium: & primo obtutu videbitur alicui dicendum, nullo modo tales in hoc ementito furore, aut impœnitentia perseuerantes vltimo supplicio afficiendos: quoniam ex duobus malis minus permittendum est. l. si procurator. ff. de exceptio. doli. l. quoties nihil sine captione. ff. de reg. iuris. at minus malum videtur eum impunitum relinquere, quàm puniendo animam perdere. differendum est igitur, aut etiam amouendum penitus omne supplicium.

An debeat differri supplicium ob fictam reorū insaniam.

Sed in hoc casu res ita videtur gerenda: quotiens traditus curiæ seculari aut quilibet, qui ad supplicium ducitur, aut vt mortem effugiat, aut qualibet alia causa non vult pœnitere, sed fingit se dementem & amplius blasphemat, aut inepta loquitur, vt stultus & insanus videatur, cum tamen non sit: tunc differendum est aliquantulum supplicium, & adhibendi viri pij & Theologi, qui omni studio & diligentia conentur reum ad pœnitentiam reducere: quòd si denique nolu-

erit conuerti, impœnitens tandem morte pœnas luat. ita videtur non obscure innuere textus in cap. placuit. 23. q. 5. vbi dicit concilium Bracharense 1. cap. 34. ex mente Gratiani, & doctorum ibidem. sepulturam denegari illis criminosis, qui impœnitentes moriuntur ita: Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur. *hęc ibi. additque ista tim Gratianus hæc verba,* impœnitentes subaudiatur. *Indicat ergo, quòd etiamsi non pœniteant, mori debeant. idem colligi potest ex cap. quęsitum 13. q. 2. & docet nominatim Cassaneus in consuetud. ducatus Burgundiæ, rubr. 1.* des iustices §. 5. *super verbo,* S'il n'a grace. *vers. ad vnum tamen, num. 125. & seq. quod ipsum affirmat insignis theologus Dominicus Sotus lib. 5. de iusti. & iure. q. 1. art. 2. ad secundum argumentum. cuius ratio potissima est: quoniam si his fictis insanis parceretur, ad euitandam mortem facile esset cuique hac vti fraude, & se impœnitentem fingere.*

Neque obstat ratio initio allata, quoniam punitio non refertur primo & per se in correctionem & bonum eius qui punitur, sed in bonum publicum vt alij terreantur, et à malis committendis auocentur. bonū autem publicum etiam ordine charitatis priuatorum commodis præferendum est: nam hac etiam via consulitur vitæ spirituali totius populi. cum quis ergo simulat furorem, plectendus est, quod etiam lege ciuili cautum est in l. congruit. §. vlt. ff. de offic. præsid. ibi. Vt si simulasset, plecteretur; si fureret, in carcere contineretur. *Nec ab his dissentit Panormitanus in cap. excommunicamus 1. de hæret. num. 10. vbi quærit, an expectanda sit hęreticorum conuersio priusquam tradantur curię sæculari. & quamuis multo tempore expectanda sit, at si impœnitentes perseuerant, tradendi quidem sunt, vt alibi plenius diximus.*

Punitio delinquentium in quem finē dirigatur.

Sed quid si re vera hęreticus in furorem incidat; quid est tunc agendum, aut quomodo eius causa tractanda? Respondeo, custodiendum esse omnino donec ad sanam mentē reuertatur: nec potest damnari priusquam in furore moriatur, quia fortasis resipiscet, & reconciliabitur Ecclesiæ. nec ob id dicetur recedere impunitus, cum satis ipso furore puniatur. l. diuus Marcus. §. 1. & l. congruit. §. vlt. ff. de offic. præsid. tradit late Tiraquellus tractat. de pœnis temperan. aut remittend. causa 3.

Si hęreticus vere incidat in insaniam quid agēdū.

Bonorum tamen causa furore non obstante tractari poterit, aut curatore bonis dato, aut vocatis hæredibus; quoniam furor post delictum aduenies, quamuis excusset à pœna corporali, non tamen liberat à bonorum adnotatione. ita Baldus, Alexander. & alij in l. furiosum. in fine. C. qui testa. facere poss. quos sequitur Tiraquellus d. tract. de pœnis temp. aut remitten. causa. 3. num. 1. quod & verum est.

d ¶ Interdum habere lucida interualla.] *Num. 96.*

Quæ proxime diximus de his qui fingunt continuam insaniam, eadem accipienda sunt, & multo magis, de illis qui lucidis interuallis se frui quandoque simulant.

Sed quid si is qui re vera incidit in furorem lucidis interuallis gaudeat, erit ne tunc plectendus? hæc quæstio nondum videtur à iure definita, tutius eris

erit Principem consulere: nam & in dicta l. diuus Marcus. §. si vero. ff. de offic. præsid. ita scriptum est. Si vero (vt plerumque adsolet) interuallis quibusdam sensu saniore est; num forte eo momento sceIus admiserit: nec morbo eius dandà sit venia, diligenter explorabis: & si quid tale compereris, consules nos, vt æstimemus, an immanitatem facinoris, si cum posset videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit. *hactenus ibi. Quę verba licet hunc sensum habeant, videndum esse, an scelus sit admissum tempore lucidi interualli, huc etiam trahi possunt, num scelestius quo tempore gaudet lucidis interuallis coerceri debeat; & tutius mihi videtur Superiores consulere, quàm aliquid temere committere.*

An qui lucidis interuallis iudicij fruitur sit plectendus.

e ¶ Decimus modus hæreticorum euadendi, &c. est per palliatæ sanctitatis conuersationem.] *Ex hoc decimo modo decipiendi, quo sæpe multi hæretici vti solent, duo potissimum documenta colliguntur, quorum primum est: plurimum valere ad fallendos incautos fictam & simulatam hęreticorum sanctitatem, per quam non modo idiotis & simplicibus hominibus, sed etiam litteratis, ac fidei iudicibus imponere nituntur. Alterum est: Eam sanctitatem, verane sit an ficta, ex vita & moribus eorum facile posse detegi, cum vitijs his laborent, videlicet superbia, luxuria, gula, inani gloria, inuidia, & alijs huiusmodi, quę hæreticorum vitam solent comitari.*

Hæretici per fictam sanctitatem multos decipiūt.

Quod ad primum documentum attinet, late docui mus libro 2, de causis vnde hereses oriuntur, & remedijs, quibus extirpantur, vbi multis exemplis & probatorum virorum testimonijs ostendimus, multos per hereticos fuisse deceptos per fictę sanctitatis, & simulatę probitatis speciem, quod de Priscilliano docet Sulpicius Seuerus lib. 2. sacre historię, & de Nectario Cassiodorus in historia Ecclesiast. Tripatita lib. 12. cap. 4. & de Hierace Epiphanius hęresi 67. & de Dulcino & Pseudoapostolis, & Valdensibus, seu Pauperibus de Lugduno diximus copiose supra in 2. parte, ac denique de vniuersis hereticis sanctitatem simulantibus eleganter ostendit Thomas Valdensis in prologo doctrinalis fidei, doctrina 8.

Ex secundo autem documento hoc diligenter obseruabunt fidei iudices, vt vitam & mores eius, qui sanctitatem fingit, accurate explorent: nam si ea ficta sit, vt in omnibus hereticis esse solet, protinus vel ex verbis, vel ex scriptis eius, vel ex illis cum quibus versatus est is hereticus, qui se sanctum & probum, aut humilem simulat, deprehendent in eo aut omnia, aut aliquod ex vitijs, quę paulo antea cum Eymerico hic commemorauimus. atque hic est singularis & certissimus modus detegendi fictā aut veram alicuius sanctitatem.

Qualiter detegatur si sit hæretico rū sanctitas.

Cautelæ Inquisitorum contra hereticorum cauillationes & fraudes.

98 TERTIVM in examinatione hæreticorū aduertendum est: quomodo & qualiter Inquisitor responsionibus cautelosis & cauillosis hæreticorum obuiabit. Vbi est considerandum, q quando Inquisitor videt hæreticum cauillosum, versutum & astutum, vt nolit detegere errorem suum, sed circunducat negotium per cauillosas responsiones & tergiuersationes: tunc ipse Inquisitor vt clauus † clauo retundatur, debet etiam vti cautelis, vt in errore hæreticum comprehendat, & deprehensum ad lumen veritatis fidei conuertat; vt post dicere valeat eis cum Apostolo: Cum essem astutus, dolo vos cepi. 2. Cor. 12.

† Adagium est, de quo Plaça lib. de lictorū cap. 37, num. 3.

Cautelæ autem Inquisitoris esse possunt istæ, quibus vti poterit modo vna, modo alia secundū quòd hæreticorum cauillationes, & versutiæ hoc requirunt & requirent: & sunt etiam decem.

PRIMA cautela Inquisitoris est: vt si videat hæreticum vti duplicitatibus verborum in suis responsionibus, vt pote equiuocationibus, cōditionis adiectionibus, quæstionum retorsionibus, quęstionum admirationibus, tergiuersationibus, verborum translationibus, & sic de aliis eorū cauillationibus, quæ dictę sunt supra: quod non permittat in huiusmodi persistere, sed conetur per sua interrogatoria ad propositum, de quo intendit ipse Inquisitor, reducere: vt si [a] interrogetur, an credat in vnicam sanctam Ecclesiam catholicam; intelligendo de ecclesia eorum, quæ est ecclesia malignantium: interrogetur [b] ille de qua Ecclesia dicit, & quis præest? & si dicat, quòd Papa: interrogetur vbi moratur pro nunc ille Papa, & similia, prout materia requiret: & sic de aliis ad propositum, de quo quæritur, eum reducendo. 99

SECVNDA cautela Inquisitoris est: vt si præsentiat hæreticum nouiter captū nolle detegere errorē suū: quod potest pręsentire antequā intret ad eum per custodem, qui loquatur ex se illi capto, vel aliàs per dicta testiū, vel mittendo sibi aliquem, qui ex se loquatur sibi, informādo eū, q dicat [c] Inquisitori veritatem, quia homo est misericors, & similia bona verba: tunc quādo de nouo incipit talem examinare, quem sic præsentit velle celare errorem suum, loquetur sibi blande & mansuete, dando † sibi [d] innuere, quòd iam scit eius factum, dicendo sibi hæc verba vel similia in effectu: videas, ego compatior tibi, quia sic es delusus tua simplicitate, & perdis animam quadam bestialitate: & licet habeas aliquam culpam, maiorem habet, qui te de talibus instruxit; non facias peccatum alterius, tuum; nec facias te magistrum, vbi fuisti discipulus: dicas mihi veritatem, quia vt videbis † totum negotium ego scio, sed vt gentes habeant te excusatum, & non perdas tuam bonā famam, & vt possim te citius vel statim liberare, & gratiam facere, vt vadas vias tuas ad domum, quis est ille, qui docuit te (qui nihil mali sciebas) hos errores, & vbi docuit te? & similia verba bona, semper sine turbatione, & supponendo factum esse verum, sed quærendo de circunstantijs. 100

† hoc est, in dicando ei.

† Al. tuum.

TERTIA cautela Inquisitoris est: vt si videat Inquisitor hęreticū siue delatū nolle detegere errorē suum, & stare in negatiua; & scit ipsum per testes conuictū, quòd Inquisitor legat, vel legi faciat sibi dicta testiū suppressis nominibus, ta- 101

Universidad de Deusto Biblioteca

liter, quòd cognoscat se conuictum per testes, & non intelligat qui sunt deponentes, vbi periculum deponentibus posit imminere: aliàs [c] explicare potest, & facie ad faciem affrontare, vt sic rubore & verecundia veritatem fateatur; & præsertim si ante induxerit ipsum hæreticum seu delatum ad fatendum in casu, quo coram eo veniant deponentes.

102 Quarta cautela Inquisitoris est: vt si videat Inquisitor hæreticum vel delatum nolle detegere veritatem, & scit eum per testes non esse conuictum, & secundum indicia videtur eidem esse verum, quod deponitur contra eum: quòd quando negat hoc vel illud, quòd Inquisitor accipiat processum, & reuoluat eum, & post dicat ei: clarum est, quòd non dicis verum, & quòd ita fuit sicut dico ego; dicas ergo veritatem negotij clare: sic vt ille credat se conuictum esse, & sic apparere in processu. Vel teneat in manu vnam cedulam seu scripturam, & quando delatus seu hæreticus interrogatus negabit hoc, vel illud; inquisitor quasi admirans dicat ei; & quomodo tu potes negare, nonne clarum est mihi? & tunc legat in cedula sua, & peruertat eam, & legat: Et post dicat: ego dicebã verum: dicas postquam vides me scire. Caueat tamen Inquisitor, quòd non tantum descendat ad speciem dicendo se scire negotium, quòd hæreticus cognoscat, quod ipse ignorat: sed stet in genere dicendo: bene scitur vbi fuisti, & cum quo, & quo tempore, & quid dixisti; & tãgat sibi aliquod certum, quod scit ita esse, de alijs autem in genere loquatur.

103 Quinta cautela Inquisitoris est: vt si videat sic hæreticum in negatiua perseuerantem, fingat se longius debere ire, & dicat sibi: videas, ego compatiebar tibi, & volebam quòd mihi diceres veritatem, vt expedirem te, & factum tuum, & non remaneres sic captus, quia delicatus es, & posses leuiter incurrere ægritudinem, quia habeo recedere à te, & ire vbi sum valde necessarius, & nescio quando reuertar: Nunc autem postquam non vis fateri veritatem, cum displicentia ego habeo te in carcere dimittere compeditum vsque ad regressum meum, & displicet mihi, quia nescio quando regrediar: & tunc ille incipiet rogare, ne sic in carcere dimittatur, & paulatim fortasis aperiet veritatem.

104 Sexta cautela Inquisitoris est: vt si videat hæreticum sic in negatiua taliter perseuerantem, & non esse plene conuictum, & credat probabiliter illum errorem suum negare: tunc multiplicet interrogatoria sic, quòd per multiplicationem articulorum veritas habeatur: quia modo aperiet vnum, modo aliud: vel varius comprehendetur. Quòd si sic veritas habeatur, habetur intentum; si autem non habeatur inde veritas, sed varietas: tũc quando in diuersis varius inuenitur, exponatur sibi, quomodo nunc dixit vnum, modo aliud; & quòd omnino dicat veritatem, exponendo sibi quomodo fortasis oportebit, quòd cogatur, & quæstionetur.† Quòd si dicat, habetur intentum: si non, [f] erit locus quæstionum, cum alijs indicijs, & de bono consilio peritorum poterit exponi quæstionibus & tormentis ad veritatem illis mediantibus extorquendam. Hæc autem multiplicatio articulorum non fiet, nisi vbi constet de pertinacia magna delati; aliàs non, cum per talem interrogationum multiplicationem, præsertim circa eosdem articulos & diuersis temporibus, quilibet leuiter posset induci ad variandum.

† Eymericus infra q. 61. regula 1. vbi dixi.

105 Septima cautela Inquisitoris est: ut si uideat hæreticum nullatenus uelle prodere ueritatẽ, nullo modo tradat eum canonibus †, nec fideiusionibus, nec aliàs manuleutę:† nam de cætero à talibus manuleutæ datis ueritas non habetur: immo tunc peiores efficiuntur & malignantur, & procurant multa, propter quæ Inquisitoris officium atque iudicium retardantur.

† Eymer. infra q. 90.

† Vox Catalana, qua significatur fideiusio.

106 Octaua cautela Inquisitoris est: ut si uideat hęreticum in negatiua taliter perseuerantem, blãdis sermonibus eum alloquatur, quo ad cibum, & potum tractet eum humaniter, & procuret quòd aliqui probi uiri nullatenus de fide suspecti ad eundem intrent, & frequenter & de diuersis & impertinentibus eidem loquantur, & tandẽ persuadeãt, ut confidat de illis, & cõsulant sibi quòd fateatur ueritatem, promittendo, ꝙ Inquisitor faciet sibi gratiã, & ponent se quasi mediatores. Et Inquisitor [g] intrabit ad finẽ cũ eis, & promittet sibi facere gratiã, & faciat: nã totũ est gratiosum, quod fit ꝓ cõuersione hæreticorũ, & pęnitẽtiæ sunt gratię, & medelę. Et ubi delatus petat gratiã, & ꝙ deteget errorẽ suũ, dicatur sibi, ꝙ amplius fiet sibi quàm ipse petat, & quædam uerba generalia, taliter, ut ueritas habeatur, & hæreticus cõuertatur; & fiat [h] sibi gratia, quòd ad misericordiam admittatur.

107 Nona cautela Inquisitoris est: ut si uideat hęreticum nullatenus uelle prodere ueritatem, habeat Inquisitor unum de complicibus suis, seu alium bene ad fidem conuersum, & de quo Inquisitor bene confidere posit, illi capto non ingratũ, & permittat illum intrare, & faciat [i], quòd ille loquatur sibi, & si opus fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, sed metu abiurasse, uel ueritatem Inquisitori prodidisse: & cum hæreticus captus confiderit in eo, intret quodam sero ad hæreticum illum captum protrahendo locutiones cum eodẽ, & tandem fingat nimis esse tarde pro recessu, & remaneat in carcere cũ eodem, & de nocte pariter colloquantur, ut dicant sibi mutuo, quæ commiserunt, illo, qui superintrauit, inducente ad hoc captum: Et tunc sit ordinatum, quòd stent extra carcerem in loco congruo explorantes eos, auscultantes, & uerba colligentes, & si opus fuerit notarius cum eisdem.

108 Decima cautela Inquisitoris est: ut si uideat Inquisitor talẽ sic captũ incipere dicere ueritatẽ, ꝙ nullo modo dimidiet recipere eius confesionẽ, sed continuet quantum poterit: nec curet si dimittit, seu prorogat prandium, uel cœnam, sed instet quousque ille dixerit ueritatem, saltem quo ad principalia: Nã per dimidiationes, & interruptiones confesionum hæreticorum, ubi incipiũt detegere ueritatem, frequentius est repertum, ꝙ redeunt ad uomitum, & non aperiunt ueritatem, quã aperire incœperunt habito consilio deteriori.

Istæ sunt decem cautelæ Inquisitoris ad extorquendum veritatem ab hęreticis gratiose absque quæstionibus, & tormentis.

COMMENT. XXIII.

Num. 98.

Sed vti cautelis prorsus videtur prohibitũ · quis enim dicat cauillationes, fallacias, & improbas, aut sophisticas interrogationes seu argumentationes licite vsurpari posse ad extorquendam veritatem, quas etiam veteres absque fidei luce vitandas docuerunt. Aristoteles libris duobus Elenchorum, Iurisconsultus in l. cum hi. §. si cum lis. ff. de transact. vbi sapienter protulit Accursius non debere viam aperiri malitijs. l. 1. §. sed & si quis. ff. de carb. edict. hinc Paulus Castrensis in l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iud. & in l. edita. C. de eden. vere asseruit, quòd quamuis cautelæ honorem afferant iudicibus & aduocatis in hoc sæculo, in alio tamen ædificant ad gehennam, cum doceant damnare animam.

Cautelarum quot genera, & quibus vti liceat.

Sed duo sunt cautelarum genera: Quædam deceptoriæ, & in malum finem directæ, & ad decipiendum aptæ, quæ nusquam vsurpari debent, & has iura detestantur. Aliæ sunt laudabiles & iudiciariæ pro veritate inuestiganda, in quibus non iniquitas, sed ratio, iudicium, & vtilitas versatur, ad bonum finem ordinatæ. cap. quanto. 63. dist. & c. illa præpositorum. 11. q. 3. vbi ita ait Gregorius: Illa præpositorum sollicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat. *hæc ibi. Has autem vsurpare ad fraudes detegendas, ad vitia præcauenda, & ad peccatores conuertendos valde est laudabile.*

His vsus videri potest Salomon ad inuestigandã veritatem de filiatione vera à diuersis matribus petiti infantis. c. afferte. de præsump. facit textus in c. vtilem simulationem. 22. q. 2. & de his intelligendus est hoc loco Eymericus locutus; quod satis etiam indicant illa eius verba, videlicet, Et deprehensum ad lumen veritatis fidei conuertat. *Et in hoc sacro Inquisitionis officio cautelis his laudabilibus vti licere nominatim docet Ioannes Rojas in singularibus fidei, sing. 94. circa medium.*

Has autem cautelas nullis penitus mutatis recensuit auctor Repertorij Inquisitorum verbo, prouiso solerter. §. sequuntur cautelæ. quarum multas approbat Ioan. Rojas *in singularibus fidei, sing. 94. nonnullæ etiam reperiuntur in vetusto illo codice Vaticano, ac præsertim in fragmento Summæ fratris Iuoneti, quod est in eo libro insertum parte 5. c. 2. titulo De modo examinandi hæreticos.*

Num. 99. [a] ¶ Vt si interrogetur, an credat in vnicam sanctam Ecclesiam catholicam.] *Hic locus in omnibus exemplaribus, & in Repertorio etiam Inquisitorum verbo, Prouiso solerter, fol. 649. secundum impresionem Venet. an. 1575. imperfectus videtur & mutilus, & Fratri Paulo Constabili sacri Palatij Magistro videntur, post hæc verba, hæc alia desiderari, vt sententia sit perfecta:* Et ipse respondeat se credere. *quod & verum puto.*

Locus restitutus.

[b] ¶ Interrogetur ille de qua Ecclesia dicit, & qui præest?) *Ita Barcinonẽsis impressus, sed Bononiẽsis & Repertoriũ Inquisitorũ, fol. 649. ex impresione Venet. an. 1575. & codex Cardinalis de Gambara melius habẽt ita:* Interrogetur, illi Ecclesiæ, de qua dicit quis præest? & si dicat quòd Papa: interrogetur, vbi moratur pro nunc ille Papa. *hæc ibi: Quæ sententia planior est & facilior. in Sabellano hic locus penitus est deprauatus.*

[c] ¶ Quòd dicat Inquisitori veritatem, quia homo est misericors.] *Hoc per se pręstare tutius Inquisitores possunt, commemorando reis, quoniam soleat sacrũ Inquisitionis officium misericordiam exhibere illis qui sponte delicta sua, quamuis grauisima & maxima, confitentur. hoc autem ipsum pręceptũ pręscripsit frater Iuonetus in illo Summę fragmento sępe citato, ex codice vetusto bibliothecę Vaticanę, vbi titulo De reducendis timore mortis vel carceris, ita scriptum est:* Loquantur etiam ei blandiendo sic: Non formides secure confiteri si forte quia credebas illos bonos esse homines, quia ista & ista docebant, adhibuisti eis fidem, & libenter audiebas eos, & dedisti eis de substantia tua, vel aliquãdo recepisti eos in domum tuam, vel fecisti eis confesionem, cum esset simplex; & diligens eos, quos putabas esse bonos homines, & malum nescires de ipsis: hoc enim posset contingere multo sapientioribus quàm tu es, & sic deciperentur. *hęc ibi, Neque hęc cautela est prorsus in hac causa contemnenda. multi enim hac benignitate emolliuntur, confitentur, & conuertuntur.* Num. 100.

Promissa misericordia, rei facilius cõuertuntur.

[d] ¶ Dando sibi innuere, quòd iam scit eius factũ.] *Obserua hic non dicere Eymericũ, quòd Inquisitor cũ vtitur hac cautela, dicat reo, se iã scire eius factũ: quoniã si nesciret, & se scire diceret, peccaret; quod nullo modo fieri debet, etiãsi inde veritas detegenda speraretur: sed dicit, quòd det sibi innuere se scire factũ eius. caute enim potest Inquisitor ita loqui, vt reus quasi credat omnia iã scire Inquisitorẽ: & hoc licitũ est, & valde etiam accommodatum. sed ad hanc exercendam cautelam prudentia opus est, & tali moderatione, vt mendacium nullum vnquam dicatur: neque enim facięnda sunt mala vt veniant bona. mentiri autem semper est illicitum.* Num. 100.

[e] ¶ Aliàs explicare potest, & facie ad faciẽ affrõtare.] *voce vulgari rẽ pulchre expresit: nam* affrontare *est pręsentialiter testes & reum producere & conciliare, vt acrius visis testibus, & commemoratis singulis commisi delicti circunstantijs reus vrgeatur, per textum in l. si postulauerit. §. quęstioni. ff. ad l. Iuliam de adulter.* Quæstioni, *inquit Iurisconsultus*, interesse iubentur reus, reaue, & patroni eorum, & qui crimen detulerit. *hęc ibi. quod ideo fieri pręcipitur, quoniam ex pręsentia accusatorum seu testium, reus vix potest euadere iudicium, & veritatem diffiteri: nam vbi delatores singulas delictorum circunstantias commemorauerint, titubãt reus, nec potest commodas adducere responsiones* Num. 101.

Sed hęc in alijs delictis fieri possunt, in hoc autem crimine maiorem hic articulus habet difficultatem, & Ioannes Rojas *in singularibus fidei, singul. 94. & Repertorium Inquisitorum verbo, prouiso solerter. §. sequuntur cautelę. vers. tertia cautela. hanc Directorij doctrinam sequuntur, quę iure communi roborata videtur. cap. vlt. §. cessante. de heret. lib. 6. vbi disponitur, vt cessante periculo testium no*

An in crimine hęresis, testis & reus posint confrontari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mina reo publicentur, vt se plenius defendere possit. eadem ergo ratione poterunt simul conciliari, vbi necessitas id postulauerit.

Ceterum, contraria sententia tutior est: nam si testium nomina publicari reo non debent, quod multis constitutionibus cautum esse docui plene infra super q. 75. Sane multo minus confrontari testes & reus debent, cum inde grauissimum semper periculum timeatur: ex quo amplius sequeretur vix esse qui vellent hæreticos denuntiare, aut contra eos testificari. atque hæc sententia saluberrima quadam Madriliana instructione anno Domini M D L X I. cap. 72. in Hispania comprobata est, in hæc verba, quæ nos latina fecimus ita: Quanquam in aliis tribunalibus soleant iudices ad veritatem delictorum indagandam cõciliare testes cum delinquentibus, in iudicio Inquisitionis nec debet, nec solitum est fieri; quia præterquam quòd ex hoc violatur secretũ, quod circa testes haberi præcipitur, experientia notum est, quòd si quandoque id factum est, non est secutus inde bonus effectus, immo ex eo incommoda orta sunt. *hactenus ibi.*

Non tamen ambigo posse aliquando contingere ea sum, in quo id fieri possit, vt dixi infra super 12. modo processum fidei terminandi. quod videto: sed exquisitissime considerationes præcedere debent, & cause maxime, & grauissimæ.

An Inquisitor possit cõpellere testes vt cõpareant coram reo.

Quæsitum scio, An si Inquisitor vellet testes, seu delatores cum reo conciliare seu confrontare, ipsi vero id se facturos recusarent, possint per Inquisitorẽ compelli: & si quis amplissimam Inquisitorum potestatem, & late patens officium contempletur, dicet eum hoc posse præcipere: nam cum ad testificandum, & veritatem indagandam compellere possit, poterit præcipere ea omnia, quę ad hunc actum commodius exercendum requiruntur, per singularem doctrinam Pauli de Leazaris in clement. multorum. de hæret. relatam apud Eymericum, pag. 218. Manifestũ est autem Inquisitorem cogere posse testes ad testificandum in hac causa l. vnica. C. si quis ius dicen. non obtem. Abbas in c. causam. de testi. cogen. Locatus in opere iudiciali, verbo, testis 4. numero 23. & sequ. Ioannes Rojas singul. fidei 197. Zanchinus tracta. de hæretic. capitu. 13. nume. 9. & ibi late Campegius verbo, cogi poterit. Hostien. Innocen. Ioannes Andr. & ceteri communiter in cap. dilectorum. de testibus cogendis, poterit ergo cogere ad realem confrontationem.

Et summo iure communi hoc posse Inquisitores, fortassis posset defendi. ceterum imprudentissime eos facturos putarem, si ad hoc compellerent; mihi verisimilius videtur ob multiplices prohibitiones de non publicandis testium nominibus multo magis interdici sibi, ne cogant testes confrontari.

Neque est similis ratio in compulsione ad testificandum, ac in confrontatione: quia ibi non versatur tã graue periculũ, cum nomina testium de recepta sacri officij consuetudine per Pontificum constitutiones salubriter introducta reis non publicentur.

Hoc addiderim in illis casibus, in quibus hęc confrontatio fieri potest, suspicari posse testes falso deposuisse contra aliquem, si recusent coram eo confrontari, præsertim, si sit viles & infames: nam in viris pro

A *batę virtutis secus est censendum.*

Num. 104. f ¶ Si non, erit locus quæstionum cum alijs indiciis.] *Hic aperte sentit auctor solam variationem delinquentis non sufficere ad torturam, nisi alia simul adsint indicia, de quo scribit plenius infra q. 61. vbi dixi copiosę.*

Num. 106. g ¶ Et Inquisitor intrabit ad finem cum eis, & promittet sibi facere gratiam, & faciat.] *Cautela de promittenda reo impunitate, si veritatem confiteatur, an licite possit vsurpari, & iudex obligetur ad præstandam impunitatem, vel non obstante promissione possit reum condemnare, valde est controuersa & dubia, de qua Archidiaconus, & alij in capit. vtilem. 22. q. 2. Iason in l. si mora. num. 4. ff. soluto matri. Decius, & ibi Cuchalon in additionibus, & Cagnolus in l. ea est natura. ff. de regu. iur. Fely. in c. afferte. de præsumptio. & in c. accedens. el segundo. vt lite non contest. Imola in l. is qui. ff. de pub. iud, Hippol. Marsilius in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæstio. idem singu. 201. incipiente:* In confessum. *copiose Franciscus Viuius in communibus opinionibus, verbo, iudex promittens. Iulius Clarus in pract. crim. §. fi. q. 55. ver. circa primũ. & seq. Ant. Gomez tom. 3. varia. reso. c. 12. nu. 6. Plaça. lib. 1. delictorum c. 37. Couarruuias lib. 1. var. reso c. 2. nu. 16. Io. Rojas sin. fid. 94. circa finẽ. & alij, quos libens omitto.*

B

C *In hac quæstione, quę & vtilis est, et vsu frequẽs, duo sunt mihi potissimum breuiter dicenda. Primũ an liceat hac cautela veritatem indagare: Alterum an fidem promissam reo de impunitate & gratia iudex debeat ei seruare.*

An licet iudici vti ista cautela ad veritatem hac bendam.

Quantum ad primum attinet, Hieronymus Cuchalon apud Decium in d. l. ea est natura. nu. 7. ff. de regul. iuris. quem refert Plaça præcitato loco asserit, communem esse opinionem, posse iudicem hac vti cautela ad extorquendam veritatem: quoniam certum videtur iudicibus licere exemplo Salomonis in dagandę veritatis gratia aliquid aliquando simulare. dicto c. afferte. de presumptio.

D *Hęc tamen opinio non placet Iulio Claro precita to loco: quoniam longe aliud est fingere seu simulare, quod fecit Salomon, ac mentiri, & decipere, quod sit cum promittitur impunitas, nec prestatur: & propterea alys censet cautelis iustioribus vtendum, vt veritas habeatur; quod etiam asseruit Dynus tract. de quæstio. quem refert Paris de Puteo. tracta. de syndicatu capitu. 7. atque hęc est sententia Iulij Clari.*

Verumtamen in hoc tribunali ego crederem optime posse hanc cautelam vsurpari, etiam statim à principio, offerendo reis non quidem impunitatem, sed amplam misericordiam & gratiam, si protinus veritatem fateantur: quamuis enim quo ad alia tribunalia & alios iudices sit vera sententia Iulij Clari: ea tamen in hoc tribunali locum non habet; quoniam Inquisitores in remittendis pœnis & temperandis ampliorem, quàm ceteri quicunque iudices habent potestatem. cap. vt commissi. de hæret. lib. 6. quod alibi fusius diximus: nam in ceteris delictis puniendis, in quibus per leges statuta pœna est, cum de illis constiterit, iuxta scriptas leges necessario inferiores iudices iudicare debent: S. Thomas. 2. 2. quæst. 60. artic. 5. & Dominicus Sotus lib. 3. de iustit.

E

iustit. & iure, quæst. 4. art. 5. at in hæresis crimine, etiamsi de eo constet, nec possint Inquisitores pœnas à iure taxatas penitus remittere, at possunt temperare omnes illas, quæ arbitrio eorum relinquuntur, quales sunt pœnæ pœnitentialet: iuxta quod optime dicit hic Eymericus, vt promittat sibi gratiam, quã faciat: quod qua ratione sit intelligendum, paulò post clarius explicabo.

An fides data reo de impunitate præstanda seruari debeat.

Quantum ad secundum caput susceptæ disputationis attinet: An fides data reo de impunitate præstanda, si veritatem fateatur, seruari debeat, duæ sunt extremæ opiniones. Vna est Geminiani & Præpositi in cap nos in quemquam. 2. q. 1. quos videtur sequi Felinus in c. accedens 2. vt lite non contest. & B *in c. afferte, de præsumptio. & Hugutij & Archidiaconi in cap. vtilem. 22. q. 2. & Iasonis in d. l. si mora. nu. 4. ff. solut. mat. & Cyni in l præsenti. C. de his qui ad Ecclesias confu & plurium aliorum assertium, iudicem non obstante præfata impunitatis promissione posse reum condemnare. Primum, quia cautelis vti licet ad veritatem indagandam. dicto c. afferte. de præsumptio. Præterea, quoniam hic dolus bonus est, & ad publicam pertinet vtilitatem, vt intellecta veritate, rei condemnentur, ne delicta maneant impunita. Tum quia in male promissis fides seruanda non est. cap. in malis. de regul. iuris. libro 6. constat autem hanc promissionem de impunitate delinquentium contra publicam esse vtilitatem. Item quia non refert quomodo veritas habeatur, dummodo habeatur. l. cum seruus. ff. de verbo. obligatio. Postremo, quoniam si licet iudici reos torquere, fame & vigilia afficere ad extorquendam veritatem, multo magis licebit eam exquirere verbis blandis, & fictis. in cuius sententiæ confirmationem etiam adiungitur historia ab Archidiacono allata in dicto cap. vtilem. 22. q. 2. de Alexandro III. Pont. Max.*

Alteram sententiam huic oppositam tenet Iacobus Beluisius in practica crimi. in rubri. de quæstio. Decius, Cagnolus, & Cuchalon in d. l. ea est natura. ff. de regul. iuris. Ioannes Imola consilio 109. incipiente: Visa inquisitione. *Fortunius Garcia in l. conuentionum. ff. de pactis. Hippolytus Marsilius in dicto singulari 201. nu. 4. Remigius Gonni in tract. de immunit. Eccles. fallentia 26. Aegidius Bosius titu. de confessis per torturam. Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. capitu. 12. nume. 6. & alij. eam etiam obseruandam penitus admonebat me audiente Bononiæ Ferrantes Vetius preceptor, iurisconsultus insignis, publicus iuris interpres in gymnasio Bononiensi. Primum, quoniam fides & promissio etiam inimicis præstita semper est seruanda, cum implementum eius descendat à iure naturali, quod violare non licet. l. conuentionum. ff. de pactis. vbi communiter Doctores. Rursus, quia iuramentum & fides æquiparantur. cap. ad aures. de eo quod met. causa. at iuramentum semper est obseruandum, vbi potest sine interitu salutis eterne. cap. cum dilectus. de eo quod metus caus. cap. si vero. de iureiuran. ergo & fides promissa. Postremo, quoniam ali qui ex doctoribus, qui priorem opinionem sequuntur, vt Felinus in dicto cap. accedens, el 2. vt lite non contest. expresse fatentur in foro conscientię non esse*

C *licitum talem fidem violare, quod & ceteros sentire credo; atque hæc sententia in hoc tribunali quantum ius patitur, obseruanda est.*

In quibus pœnis possint Inquisitores gratiã facere. & quomodo.

Cum vero Inquisitores hanc se facturos gratiam reis spoponderint, de his pœnis solum intelligitur, quæ in eorum arbitrio posite sunt, quales sunt multæ pœnę pœnitentiales: nam eas, quæ à iure sunt sancitę, remittere ipsi non possunt, vt vere docet Zanchinus tract. de hæret. cap. 19. nu. 1.

Rursus, in his etiã pœnis pœnitentialibus seu arbitrarijs iudicium adhibere debent, non obstante prędictę gratię promissione: quoniam si post longum tempus, & assiduas monitiones, quandoque post tormenta ea gratia promissa, delictum confiteantur, iure & iuste poterunt, omissis leuioribus pœnis pœnitentialibus, graviores imponere: neque enim æquum est eis qui tam coacte, & post tam longum tempus confitentur, pœnas aut omnes, aut graviores remittere, sed sufficit vnam aut alteram remittere, vt datę fidei, quantum licet, fiat satis.

Iam in hac promissione facienda Inquisitores ingenere loquuntur, neque ea promittant, quę sine peccato prestare non possent, vt valde prudenter hic indicat Eymericus, dum dicit, quòd promittant se facturos gratiam: nam quamcunque postea faciendo, quantumuis minimam, fidem datam adimplebunt: relapsis vero hęc impunitas aut gratia promitti non potest.

Confessio facta iudicis suasu, an sufficiat ad condemnationẽ

D *Postremo, id est valde singulare, & in hac causa diligenter animaduertendum, multos putare hanc confessionem rei extortam cum maxima iudicis persuasione & promissione sub spe venię & immunitatis, non sufficere ad condemnationem: quia iudicis dolo facta videtur, nec iudicari potest spontanea. ita Antonius Gomez 3. tom. varia. resolut. cap. 12. nu. 6. quod & latissime probat: additque Hieronymus Cuchalon apud Decium in dicta l. ea est natura. ff. de regul. iuris. oportere vt reus hanc suam confessionem persuasione iudicis factam ratificet, vt ex ea condemnari possit: quoniam talis confessio, vt singulariter docuit Imola in dicto consil. 109. ei comparatur, quę facta est in tormentis: quod sequitur Marsilius in l. 1. §. quæstioni. ff. de quæstio. vers. modo redeundo, & latissime in singul. 177. incipientes* Malitijs hominum. *& singul. 201. incipiente:* Inconfessum. *vbi plures citat, qui hanc tuentur sententiam.*

Hanc opinionem ideo magis approbo, quia sæpe contingit reos, vt à carceribus & alijs molestijs liberentur, ob promissam à iudice gratiam fateri quæ non commiserunt. itaque tutissima est hæc sententia, quæ tunc magis vera erit, cum reus confessionem ita factam reuocauerit: nam hoc casu inhumanum erit, & quasi à iustitiæ rectitudine alienum, reum pœna criminis ordinaria punire: sed mitior alia pœna arbitraria imponenda erit. quod si cum tali confessione concurrant aliæ coniecturæ, indicia, & præsumptiones commissi delicti, non erit, inquit Couarruuias, ab æquitate alienum tunc reum ordinaria pœna punire, cum his coniecturis tandem accesserit eius confessio. Couarruuias lib. 1. cap. 2. varia. resolu. nu. 16.

E *Nos in hoc crimine, vt cõsentanea præcedẽtibus*

tradamus, asseramus tutius, & securius esse vt reus ratificet confessionem, cui ita ratificatæ, etiamsi aliæ accedant coniecturæ, quas adesse frequenter contingit, semper erit leuius puniendus, & ordinaria criminis pœna temperanda, ne Inquisitor datæ à se fidei, & promissæ gratiæ deesse videatur, cum tuto possit eam facere prædictis modis.

Nu. 106. h ¶ Et fiat sibi gratia, quòd ad misericordiam admittatur.] *Ita Bononiensis & Barcinonensis impressus, & codex Cardinalis de Gambara: sed in Sabellano ita:* Et fiat sibi gratia & misericordia, vel saltem ad salutem animæ: *in Repertorio vero Inquisitorum in dicto verbo, prouisoque solerter. §. sequuntur*

Lectionis varietas, obseruanda. *cautelæ. versi. octaua cautela. hic locus ita legitur:* Et fiat sibi gratia quòd admittatur ad misericordiam, si sponte dixerit quæ commisit. *hæc ibi. Quæ lectionis varietas multum est considerandæ: ex qua fere hoc colligitur, quòd gratia in genere ab Inquisitore promissa, hoc operatur, quòd reus ad misericordiam admittatur, ac mitius puniri debeat; non tamen omnino liberari. Vel hanc habet tacitam conditionem: gratiam consequetur, si sponte & integre confitebatur quæ commisit: ex quibus confirmantur quæ paulo antea dicebamus in §. rursus in his. in fine.*

Nu. 107. i ¶ Et faciat quòd ille loquatur sibi, & si opus fuerit, fingat se de secta sua adhuc esse, &c.] *Si dicat se esse de secta sua, cum non sit; & metu abiurasse, cum non abiurauerit, & similia, mendacium dicet, quod saltem sit veniale peccatum, quod nullo modo est committendum pro quacumque veritate habeda; & tutius erit facinus impunitum relinquere, quàm per illicitas rationes illud inuestigare & detegere: nusquam enim mala sunt facienda, vt inde bona proueniant. quam ob rem ex his cautelis eas tantum in praxi vsurpare licet, quæ sine vlla mendacij, aut iniquitatis specie possunt ad vsum reuocari.*

Illicitæ cautelæ quæ absque peccato exerceri non possunt, nullo modo vsurpandæ.

Hoc semper est animaduertendum, punienda quidem esse delicta, coercendos malefactores, adhibendam esse omnem diligentiam, vt veritatem ab inuitis & sceleratis indices extrahant: at seruato iuris ordine id esse faciendum, nec committendum quidquam, quod æquitas & iustitia non admittat. quòd si ita haberi veritas non possit, nec malefactores puniri, meminerimus verissimi illius theologici dogmatis. Multa relinqui punienda iudicio diuino. *Est equidem valde laudanda iudicum quorundam sollicitudo in inuestigandis & coercendis sceleribus, sed magnopere vituperanda & detestanda consuetudo, vt illicita quæque committant ad veritatem eruendam. quorum errores diligenter detegit & refellit in hac re Franciscus Casonus integro tractatu de tormentis. sed non est nostrum hæc corrigere.*

His cautelis, quæ ab Eymerico longo sunt sermone relatę ad eruendam ab inuitis seu volentibus hæreticis veritatem, multę alię à prudentibus & eruditis Inquisitoribus & inueniri & vsurpari possunt iuxta qualitatem, naturam, & mores varios ac diuersos diuersarum personarum. placuit hic illam recensere, qua vsus est Flauianus Antiochię Episcopus ad deprehendendos detegendosque Massilianos hæreticos, qui diligenter hæresis venenum occultare conabantur. de qua re Theodoritus lib. 4. historiæ ec-

Qualiter detecta Massilianorũ hæresis.

clesiasticæ, cap. 10. scribit in hęc verba: Quin etiam Flauianus Antiochiæ Episcopus, vir multorum sermone celebratus, cum accepisset hos Edessæ ætatem agere, & suum venenum in vicinorum animos infundere, missa ad eos Monachorum turba deduxit Antiochiam, & morbum, quem pernegabant, extorsit ad hunc modum: Adelphium admodum senem benigne vocat ad se, prope assidere iubet: Tum quoniam inquit, o senex, ad longinquum temporis spatium vitam propagauimus, id circo & natura humana, & fraudulenti Dæmonum aduersariorum conatus nobis accuratius perspecti sunt & cogniti; Multoque etiam vsu, quæ & quanta sint dona gratiæ edocti sumus. Isti cum sint iuuenes, & nihil istarum rerum exquisite norint, sermones spirituales audire vix, aut ne vix quidem ferunt. Itaque tu, quæso, dic mihi, qua ratione affirmetis, & spiritum contrarium recedere à vobis, & sancti Spiritus gratiam aduentare? His verbis Senex ille delinitus venenum occultum exprompsit vniuersum. *hactenus Theodoritus. quo loco continenter subiungit, qua oratione Adelphius ille Senex hæreticus venenata hæresis felle dogmata patefecerit, tandemque subiungit dicens.* Itaque diuinus ille Flauianus, fœtido isto fonte effosso, & impijs eius riuulis patefactis, miserum senem sic affatur: O malis diebus onuste & inueterate, tuum ipsius os te coarguit, haud ego: tua labia contra te testimonium dicunt. Itaque erroris morbo retecto, Syria exacti erant illi quidem, sed in Pamphiliam profecti, eam eadem pernicie referserunt. *hęc Theodoritus.*

Insignis est profecto cautela, per quam blandiendo, & quasi desiderium discendi ostendendo, inani gloria tumescens hæreticus (quod vitium hæreticis est valde familiare) dum Episcopum vult instruere & docere, morbum hæresis, quem antea occultauerat, manifeste & patenter declarauit.

De signis & indicijs exterioribus, quibus diuersarum sectarum hæretici cognosci possint.

109

VAne quia multum interest ad habendum ab hæreticis de suis erroribus, & complicibus veritatem, cognoscere cuius sunt sequaces hæresis, siue sectæ, quod ex eorũ vita, seu moribus & ritibus ac signis exterioribus patet clare, & aperte: ea propter vt hæretici, cuius sectę sint, citius cognoscantur, de modernorum hæreticorum ritibus, viuendi modis, & eorum habitibus aliqua breuiter perstringamus.

COMMENT. XXIIII.

Nu. 109. QVo tempore Eymericus hęc scribebat, valde necessaria erat huiusmodi cognitio: nam circa ea tempora frequens adhuc erat horum hæreticorum turba & perfidia, quemadmodum ex secunda parte, vbi horum origo & errores narrati sunt, constat: hodie sola historię commemoratio valde delectat, & ceteri qui de hæreticis scripserunt post Eymericum in his eum sunt magna ex parte secuti, vt Alfonsus Castrus, Prateolus, & Luzemburgus, quorum opera de hæreticis & contra hæreticos extant frequentia.

Verumtamen hæc quoque exteriora signa fallacia esse poterant, cum frequenter huiusmodi habitus multis de causis absque hæresi, aut hæresis suspicione vsurpari potuissent, vt ostendimus supra par. 1. super quæst. 9.

At maior difficultas versatur in intelligendis & deprehendendis hæreticis occultis, qui per hæc patentissima signa errores suos & sectas minime profitentur: quæres cum sit difficilis, & cognitu necessaria, in gratiam lectoris est mihi breuiter indicanda, cum alibi ab Eymerico non doceatur, nec sit cuique patens & obuia.

Initio hoc statuamus velut certissimum & explo ratissimum, omnem hæresim per aliqua signa exterio ra esse à iudicibus fidei deprehendendam: quia ea quæ omnino occulta est, nec vllis prodita indicijs, diuino iudicio reliquitur vindicanda. Rursus, omnis hæresis, omnisue hæreticus bifariam deprehenditur, verbis, aut factis: verba enim & facta signa sunt indicantia interiorem mentis conceptum. Aristoteles lib. 1. de interpretatione, & Imperator in l. si non conuitij. C. de iniurijs.

Omnis hæresis bifariam detegitur.

Ac verbis quidem quomodo hæretici deprehendantur plusquam manifestum est, hanc nihilominus partem explicat Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 30. per totam. vbi affert 17 modos, quibus hæreticorum pertinacia conuincatur. quos paucis immutatis repetiuit Alfonsus Guererus in speculo, tit. de apostatis. 2.

Qualiter deprehendatur hæreticus ex verbis.

Verum nos vt breuius hanc tractationem absoluamus. generalibus regulis absoluentes, quod illi enumeratis indiuiduis nituntur ostendere, quod est impossibile, cum indiuidua, quæ numero esse possunt infinita, vt bene philosophantes tradunt, nullis artis præceptis comprehendi possint, dicimus, hæreticum ex verbis deprehendi eum, qui aliquid dixerit contra septem genera veritatum catholicarum, & species sub illis generibus contentas, quæ tradidimus supra par. 2. super quæst. 2. neque in his amplius vlla nostra præceptio est: nullus enim est, vel mediocriter eruditus, & in fidei dogmatibus exercitatus, qui non facile cognoscat hæreticas propositiones, & inde facile hæreticos deprehendat.

Ex factis autem cognoscere hæreticos longe difficilius est, cum & varia sint factorum hæreticalium genera, eaque multis etiam modis, & variis de causis possint à diuersis patrari; ergo in vniuersum facta quandoque indicant hominem hæreticum, vel apostatam, quandoque de hæresi suspectum vehementer, aut leuiter, iuxta facti, & personæ facientis qualitatem.

Ex quibus & quot factis quis deprehendatur hæreticus.

Illa facta hæreticum, vel apostatam indicant, ex quibus violenta oritur præsumptio, & à iure approbata est, nec in contrarium admittit directam probationem: ea vero sunt sequentia: transire ad ritus Iudæorum se circuncidendo, vel ad ritus Sarracenorũ, aut aliorum quorumuis infidelium, factum est indicans hominem hæreticum, vel apostatam. c. contra Christianos. de hæret. lib. 6.

Qui citatus ad respondendum de fide velut suspectus in ea, non comparuit, & excommunicationem per annum pertulit animo pertinaci: anno elapso ex hoc facto hæreticus reputatur. & velut talis damnatur. cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6.

Qui deficiunt in purgatione canonica, quam in causa fidei sibi indictam præstare non potuerunt, velut hæretici condemnantur. c. inter sollicitudines. de purgatio. cano. & dixi plene supra par. 2. super cap. inter sollicitudines.

Qui relabuntur in hæresim quam abiurauerunt in genere, vel in specie, ex relapsu pertinaces hæretici in ris præsumptione putantur. cap. ad abolendam. §. illos quoque. de hæret. cap super eo. & cap. accusatus. §. eum vero. de hæret. lib 6.

Qui post abiuratam hæresim, de qua conuictus fuerat, vel postea conuincitur, cum hæreticis communicat eos visitando, receptando, deducendo, associando, dona vel munera eis donando, vel mittendo, hæreticus putatur. c. accusatus. §. ille quoque. de hæret. libro 6.

Qui inuenti fuerint de hæresi suspecti, nec Episcopi mandato obedientes congrue se purgauerint, velut hæretici traduntur curię seculari. cap. ad abolendam. §. qui vero. de hæret. quod est intelligendum iuxta declarationem textus in c. excommunicamus 1. §. qui autem. de hæret. vt primum scilicet excommunicetur: nam si per annum sustinuerit excommunicationem, eo elapso vt hæreticus potest damnari.

Qui cum essent sanę mentis in corporis infirmitate & morbo constituti, petierunt hæreticos consolaturos, hæretici habentur. cap filij. de hæret. lib 6.

Qui morti etiam propinqui petierunt eosdem hæreticos consolantes, quamuis post perditam iam loquelam, vel mentem amissam, consolationem eam, seu verius desolationem receperint, si prius habiti fuerant de hæresi suspecti, vel diffamati, hæretici reputantur. dicto c. filij. de hæret. lib. 6.

Atque ex his quidem factis iuris violenta præsumptione hæretici conuincuntur, vt pulchre docuit Albertinus tract. de agnos. assertio q. 3. nu. 7. & q. 30. nu. 2. eiusmodi fere sunt etiam omnia illa facta, quę enumerat concilium Biterrense cap. 29. quod retuli supra par. 2. super quæst. 50. adde quę dixi par. 2 super quæst. 55. & Tertia suspicio.

His modis addi posset ille, quem explicui infra hac 3. parte in 2. modo processum fidei terminandi. §. nec contemnat. de eo qui recidit in hæresim de qua se prius purgauit, iuxta declarationem ibi allatam, quam videro.

Ex quibus factis vehemẽtes hæresis suspiciones oriantur.

Sunt iam alia facta propemodum infinita, ex quibus oriuntur nunc vehementes, nunc leues hæresis suspiciones, quę nominatim recenseri non possunt: nonnulla tamen referam, vt res hęc quam tracto, intelligatur apertius: Ad aras idolorum thurificare: dæmones colere vel inuocare, ab eisue responsa petere: sydera venerari, manifestę hæresis sunt signa. glossa communiter receptа in cap. accusatus. §. sane verbo. saperent. de hæret. lib. 6. Zanchinus tract. de hæret. cap. 22. nu. 7.

Conuersari cum hæreticis: aut libenter & frequenter cum alijs infidelibus, velut Hebręis, Sarracenis & similibus: euitare communionem, & con-

Universidad de Deusto Biblioteca

sortium fidelium: raro diuinis officijs interesse, quo tempore Ecclesiæ præcepto ad id obligamur, & similia opera exercere, indicia sunt hæresis. cap. excommunicamus. §. adijcimus. de hæret. Zanchinus tract. de heret. cap. 7. nu. 7.

Ecclesiastica sacramenta non recipere: Ecclesię præcepta non obseruare quo tempore recipienda & obseruanda sunt, iuxta Ecclesiæ leges & consuetudinem, vt non confiteri: non recipere Eucharistiam: non ieiunare cum possis: non abstinere ab esu carnium cū debeas, & similia, externa sunt hæresis signa, quæ suspicionem malæ credulitatis pariunt. Zanchinus tract. de heret. cap. 35. num. 2. vbi Campegius Felynus in cap. ad abolendam. nu. 2. de hæret.

Iudaizare, id est, facere id quod à Iudæis solitum est fieri, vt sabbatum colere, & similia, indicia sunt latentis perfidiæ. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 8. nu. 12, Ioannes Rojas tract. de heret. par. 1. nume. 304. & seq. Eymericus paulopost titu. de signis per quę heretici reiudaizantes dignoscuntur. nume. 114.

Huc sunt referenda opera, siue facta fautorum, receptatorum, & defensorum hereticorum: Item opera persequentium fidem Catholicam, & impedientium sacrum inquisitionis officium directe, vel indirecte, & cetera: quę longum esset recensere, ex quibus quandoque vehemens, quandoque leuis suspicio nascitur, de quibus copiose Eymericus par. 2. q. 50. & sequentibus. & nos cum eo eisdem locis. adde Albertinum de agnos. assertio q. 30. num. 60. & seq. & Iacobum Simancam de catho. instit. tit. 31. nu. 14. cum aliquot sequentibus. & Matthęum Ory in Alexipharmaco contra rediuiuas heresum affectiones, parte vltima, titu. Quomodo debet purgari Ecclesia ab heresibus.

Sunt item quædam facta & maleficia ex quibus protinus videtur oriri suspicio malæ credentiæ contra perpetrantem quod male sentiat de aliquo Ecclesiæ dogmate, aut instituto, aut ordine, aut re aliqua, de qua sentire debemus sicut catholica sentit Ecclesia; veluti de potestate Papæ, & prælatorum, de sacris Monachorum religionibus, de sacramentorum ritibus, & multis huiusmodi, quę breui oratione comprehendi non possunt: siquis enim indigno aliquo facto iniuriam & contumeliam his inferret, malę credentię suspicionem contraheret, ac proinde tanquam suspectus de heresi per iudices ecclesiasticos esset puniendus, sicut eleganter & copiose ostendit aliquando illustrissimus dominus Marcus Antonius Columna Marsilius, Archiepiscopus Salernitanus, vir iuris vtriusque peritia insignis responso quodam, quo luculenter probauit delictum quorundam, qui conspurcauerant libellos excommunicatorios, quos vulgus cedulones vocat, cum turpium figurarum appositione ad sanctum officium pertinere: hoc enim facto videntur de potestate prǫlatorum male sentire, & censuras Ecclesiæ contemnere, atque irridere, & ignominiam Ecclesię irrogare, quæ eis censuris vtitur.

Denique vt in hac causa vno verbo tradam signa quibus heretici, aut de fide suspecti deteguntur, dico, omnia opera per quę dissident à communi vita & conuersatione fidelium: aut ab Ecclesiæ probatis ritibus & consuetudinibus: aut à receptis Patrum doctrinis & preceptis, quę communes magis quàm priuatos mores respiciunt; aut hæresim inducunt, aut hæresis suspicionem. cap. excommunicamus 1. §. adijcimus. de hæret.

Signa exteriora, per quę heretici Pseudoapostoli cognoscuntur.

110
† De his hæreticis & eorum origine & erroribus, dictū est copiose supra par. 2. quæst. 12.

PSeudoapostoli † hæretici per signa huiusmodi cognoscuntur: induuntur tunica alba, longa, ac desuper mantello albo ad collum per modum pallij eleuato, & super tunica non corrigia de corio, sed funiculo adstringuntur: crines longos deferunt: caput non cooperiunt, sed incedunt capite denudato: nudis pedibus incedunt, & quandoque soleis vtuntur: per mundum discurrunt: in plateis publicis in mensa eis parata sedendo comedunt: nihil petunt: sed de omnibus quæ apponuntur eis edunt: ponentes se ad mensam cantando benedicunt, & quando surgunt, etiam cantando gratias agunt: mensam paratam in via publica cum comederint, dimittunt, nihil inde secum ferunt, sed totum ibi dimittunt, & recedunt cantando per vias publicas, clamando: agite pænitentiam, quia appropinquat regnum cęlorum: aliquando Salue regina cantant: vitam se soli tenere Apostolicam mendaciter asserunt: nulli obediunt: Apostolos se communiter † appellant, atque dicunt.

† al. communi nomine.

Quanta autem istorum Pseudoapostolorum sit impietas, & quantus error, dictum est supra in secunda parte quæst. 12. vbi agitur de hæresibus, & erroribus Pseudoapostolorum.

Signa exteriora per qua Manichęis hæretici dignoscuntur.

111
† De his Manichæis copiose diximus cum Eymerico supra par. 2. super quęst. 13.

MAnichæi † hæretici signis huiusmodi dignoscuntur: in nullo casu iurant: tres Quadragesimas in anno ieiunāt, scilicet à festo beati Britij vsque ad Natale, & à Dominica prima Quadragesimæ vsque ad Pascha, & à festo Pentecostes vsque ad festum Apostolorū Petri, & Pauli: & vltimā septimanā cuiuslibet Quadragesimę vocāt septimanā sanctā, siue strictā: quia in illa ieiunāt in pane & aqua: aliis autē septimanis tribus diebus ieiunant in pane & aqua. Isti carnes nūquam comedunt, neq. etiā tangunt; nec caseū, nec oua, nec aliud, quod nascatur ex carne per viā generationis, seu coitus edunt; sed respuunt: nullum animal gressibile, aut etiam volatile occidunt: quia fallaciter asserunt atque credunt, quòd in animalibus brutis, atque auibus degant illi spiritus, qui recedunt de corporibus hominum, qui non fuerūt de secta eorum: mulierem in nullo casu tangunt: vitam Apostolicam se soli tenere fingunt.

Quantus autem istorum hæreticorum Manichæorum sit error & impietas, dictum est supra in 2. parte. q. 13. vbi agitur de hæresibus & erroribus Manichæorum.

Signa

Signa exteriora per quę Valdenses heretici cognoscuntur.

112
† De Valdensibus late diximus cum Eymerico supra parte 2. super quęst. 14. inde petēda sūt quę ad huius loci declarationē pertinēt.

VAldenses † hæretici, seu Pauperes de Lugduno, siue Inzabbatati, qui ijdem sunt p signa huiusmodi cognoscūtur: Valdenses se vocant, seu Pauperes de Lugduno à ciuitate Lugduni, in qua principium habuerunt à quodā vocato Valdēsio: à quo & isti Valdenses etiā cōmunius appellantur, quoddā scutum in sotularis, vel zabbatæ parte superiori, hi qui Perfecti inter eos sunt, in signum deferunt, à quo & Inzabbatati etiam dicti sunt. Hi iuramentū in omni casu respuunt: imitatores Apostolorum se asserunt. Decretales, & statuta summorum Pontificum non recipiunt: nullā orationem nisi, Pater noster, admittūt: omne humanum iudicium subterfugiunt; carnes omni die comedunt: libidini totaliter se exponunt: die Lunæ, & die Mercurij etiā vtendo carnibus ieiunant: melius esse satis fieri libidini quocunq. actu turpi, quàm interius tentari publicant: vnum sibi prefetunt, quem Maioralem vocant, cui soli & non alteri obedientiam pręstāt: Quando ponunt se ad mensam per hunc modū benedicunt: Qui benedixit quinq. panes ordeaceos & duos pisces in deserto discipulis suis, benedicat hanc mensam nobis: & quando surgunt dicūt illud Apocalypsis: Benedictio, & claritas, & sapiētia, & gratiarum actio, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen. semper tenendo manus, & oculos ad cęlum eleuatos.

Ioan. 6.
Apoc. 7.

Quantus autem istorum Valdensium sit error & impietas habetur supra in secunda parte, q. 14. vbi agitur de heresibus Valdensium, & Pauperum de Lugduno.

Signa exteriora per quę Beguini, vel Begardi, seu Fraticelli heretici dignoscuntur.

113
† De his egimus cum Eymerico diffuse supra par. 2. quæst. 15.

BEguini † hæretici, seu Fraticelli, vel Begardi, seu Fratres Pauperes, siue Fratres de pęnitentia, qui ijdem sunt, signis huiusmodi dignoscuntur: Isti tertiam regulam beati Francisci se tenere & profiteri assuerunt, vestem de burello aliqui cum mātello, aliqui sine mantello deferunt: capucio demisso incedunt: faciem quasi cooperiunt: crocei in colore in facie apparent, sed pingues, vt communiter, existunt: laute bibunt & comedunt: conuiuia quęrūt: mulierum consortium non respuunt, sed amplectuntur: salutando & resalutādo dicūt, benedictus sit Iesus Christus: vel, benedictū sit nomē domini nostri Iesu Christi: intrantes ad eos sic, vt prædicitur, eos dicere † volunt, scilicet, benedictus sit Iesus Christus, vel benedictum sit nomē domini Iesu Christi: orantes in Ecclesia nec flexis genibus, nec complansis † manibus, vt ceteri Christiani, stant; sed sedent in terra verso vultu ad parietem obiectum: & oculos ad cælū non eleuāt: aliqui publice mendicant, aliqui in domibus suis habitant; congregationes maxime muliercularū sibi faciunt & adunant: quibus de postilla fratris Petri Ioannis super Apocalypsim, per Ecclesiam condemata, & de alijs opusculis eiusdem: & pręsertim de transitu dicti fratris Petri Ioannis, eis in vulgari de nocte & secrete legunt. Hi quàmplurimum venenati sunt, & multum Ecclesiæ Dei se opposuerūt de præterito, & opponunt etiam de pręsenti.

† Al. docent
† Forsan, expansis

Quantus autem istorum hæreticorum Begardorum error fuerit, atque sit, & impietas, experientia docet rerum omnium magistra, & habetur supra in secunda parte. q. 15. vbi agitur de erroribus & hæresibus Begardorum.

SIGNA EXTERIORA PER QVAE *heretici reiudaizantes dignoscuntur.*

114

REiudaizātes[a] heretici, seu cōuersi de iudaismo, & reuersi mente & secrete ad Iudaismū, huiusmodi signis exterioribus dignoscūtur: Raro Ecclesiā intrāt: Iudaismū siue locū, in quo morātur Iudęi, frequētāt: Iudęis se associāt: à Christianorū consortio se elongant: cū Iudęis in eorū festiuitatibus, vbi cōmode possunt, comedūt: carnes porcinas non edunt: diebus veneris carnes comedūt: sabbatum colunt: diebus Dominicis secrete in domibus suis operibus seruilibus se exponunt.

Quāta autem sit nequitia & malitia, error & impietas istorum peruersorū ad vomitū redeūtium, habetur supra secunda parte, q. 44. vbi agitur de erroribus, & hæresibus ad Iudaismum reuersorum.

COMMENT. XXV.

a REiudaizantes heretici, &c. & reuersi mente & secrete ad Iudaismum, huiusmodi signis exterioribus dignoscūtur: Raro Ecclesiā intrant, &c.] *Hic locus est valde insignis, & eius notitia vtilis & necessaria ad cognoscēdum tum eos, qui ex Iudaismo conuersi Christiani facti sunt, et iterum ad Iudaismū reuertuntur, vel ad præsumendū quòd qui talia faciunt, aut aliquod ex his quæ hic enumerantur, ex Iudęorum gente descendant, aut originem ducant. Huius doctrinæ vsus in illis potissimum locis est necessarius, vbi Iudęi habitare permittūtur in terris Christianorū, et sæpe nonnulli ex ipsis ad fidem catholicā conuertuntur, vt frequēter contingit Romæ.* Num. 114.

Cū ergo aliquis ex Iudæo effectus Christianus aliquid horū cōmittit, vt refert hic Eymericus, præsumendū est, quod tacite ad Iudaismū sit reuersus, & propterea Inquisitor aduersus illum procedere poterit.

His autem signis exterioribus adiūgi potest illud quod retulit auctor supra par. 2. q. 44. nu. 6. dicens solitū esse apud Hebræos, vt reuersis seu redeūtibus ad eorum sectā imponatur frequenter illud nomen quod habebant antequam baptizarentur. Si quis ergo post baptismū susceptum, in quo solitū est deponi vetus nomen Iudaicū, & imponi nomen alicuius Sācti more vsitato Christianorum, eo demisso neophytus ille aut vetus nomen Iudaicum, aut aliud Iudęus familiare & consuetū vsurpet, sane pręsumptio erit, quòd Iudaismum approbet, vt docuit Craueta consil. 73. incipien. Dicendū videretur. *de quo diximus abunde supra par. 2. super dicta q. 44. §. Et imponitur.*

Neophytus vtēs post baptismum susceptum, nomine antiquo, suspectus præsumitur.

Iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Signa cognoscendi ritu daizantes ex lege del Fuero Iuzgo.

Iã *multis alijs modis et exterioribus signis posſũt videri neophyti siue ex Iudaismo cõuersi approbare Iudaicã sectã, sicut constat ex lege quadã, quã Hiſpani vocãt* del Fuero Iuzgo, *per quã neophyti Toletanę ciuitatis, & Hiſpanię, qui post fidẽ ſuſceptã deſecerant, ſub pœna vltimi ſupplicij ſeſe obligãt ad euitandos oës Iudęorum ritus, in primis vero ad comedendũ carnes porcinas, vel saltẽ ea edulia, quę cum porcinis carnibus cocta fuerint: Eã cõſtitutionẽ, quia huic loco lucẽ eſt allatura, ex lib.* 12. *legũ* del Fuero iuzgo, *tit.* 2. *l.* 16. *hic referre placuit. habet autẽ itas*

Placitum Iudæorum in nomine Principis factum.

CLementiſſimo ac Sereniſſimo Domino noſtro Receſuindo Regi, omnes nos Hebræi Toletanæ ciuitatis atq. Hiſpaniæ gloriæ veſtræ, qui infra ſubſcripturi vel ſigna facturi ſumus.

Bene quidem ac iuſte nos meminimus cõpulſos fuiſſe, vt placitum in nomine diuæ memoriæ Chintillani Regis pro conſeruanda fide catholica conſcribere deberemus, ſicut & fecimus. Sed quia perfidia noſtræ obſtinationis & vetuſtas parẽtalis erroris nos ita detinuit, vt nec veraciter in Ieſum Chriſtũ Dominũ crederemus, nec catholicam fidem ſincere teneremus: idcirco nunc libẽter ac placite ſpopondimus gloriæ veſtræ, tã pro nobis, quàm pro vxoribus & filijs noſtris, p hoc placitum noſtrũ, vt deinceps in nullis obſeruationibus, in nullis inceſtiuis vſibus Iudaicis miſceamus: Iudæis † etiã nobis baptizatis nullo penitus execrando conſorcio conſociemur: nõ more noſtro propinquitate ſanguinis vſq. ad ſextum gradum inceſtiua pollutione in coniugatione vel fornicatione iungamur: non coniugia ex genere noſtro, aut nos, aut filij noſtri, vel noſtra poſteritas vllatenus ſortiamur: ſed in vtroq. ſexu deinceps Chriſtianis iugali copula connectamur: nõ circũciſionem carnis operemur: nõ paſcha, & ſabbata, ceteroſque dies feſtos iuxta ritum Iudaicæ obſeruationis celebremus: non eſcarum diſcretionem vel conſuetudinẽ teneamus: nõ ex omnibus quæ Iudęorum vſus, & abominanda conſuetudo vel conuerſatio agit, aliquatenus faciamus; Sed ſincera fide, grato animo, plena deuotione in Chriſtum filiũ Dei viui, ſecundum quod Euangelica, & Apoſtolica traditio habet, credamus, atq. hũc confiteamur ac veneremur. Omnes etiã vſus ſanctæ Chriſtianæ religionis tam in feſtis diebus, vel in cõiugiis, & eſcis, quàm in obſeruationibus vniuerſis veraciter teneamus & ſinceriter amplectamur: nullo reſeruato apud nos aut oppoſitionis obiectu, aut fallacię argumento, per quod aut illa quę facere denegamus, iterum faciamus; aut hęc, quæ facere promittimus, minime vel non ſinceriter cõpleamus. De ſuillis vero carnibus id obſeruare promittimus: vt ſi eas pro conſuetudine minime percipere poterimus; ea tamen quæ cum ipſis decocta ſunt, abſque faſtidio & horrore ſumamus & comedamus. Quòd ſi in his omnibus, quę ſupra taxata ſunt, in quocunque vel minimo trãſgreſſores inuenti fuerimus, & aut contraria Chriſtianæ fidei agere præſumpſerimus, aut quæ congrua catholicæ religioni promiſimus, verbis aut factis implere diſtulerimus: Iuramus per eũdem Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, qui eſt vnus in Trinitate & verus Deus, qui ex nobis horum omnium vel vnius tranſgreſſor inuẽtus fuerit, aut nouis ignibus, aut lapidibus perimatur. Aut ſi hunc ad vitam gloriæ veſtræ reſeruauerit pietas, mox amiſſa libertate, tam eum, quàm omnem rei ipſius facultatem, cui volueritis perenniter ſeruiendã donetis: vel quidquid ex eo, vel ex rebus eius fieri iuſſeritis, non ſolũ ex regni veſtri potentia, ſed etiã ex huius placiti noſtri ſpõtione poteſtatẽ liberam habeatis. Factum placitum ſub die xij. Kalendas Martias anno Feliciter ſexto regni glorię veſtrę in Dei nomine Toleto.

Editum eſt hoc placitum, vt colligitur ex annalibus Hiſpanię circa annos Dñi DCLIII. quo tempore Receſuiũdus Rex (quẽ & Receſiunthum vocant) cuius Imperio factum fuit, vt conſtat ex principio conſtitutionis, regni gubernacula adminiſtrabat.

Idem placitum refert in lingua vulgari Hiſpana auctor Repertorij Inquiſitorum verbo, comedere. §. An ſuſpectus.

In eo multa notatu digna obſeruare licet, ſed illud ‡ primis, quod de carne Suilla ſiue porcina à neophytis edenda promittitur, non eſt negligendum, nã auctor Repertorij Inquiſitorũ verbo, comedere. §. An ſuſpectus. ait, Iudęos factos Chriſtianos, ne videãtur reiudaizare, debere comedere, vel ſaltem guſtare de his, quibus priuſquam cõuerterentur, minime veſcebantur, aliàs de hæreſi fieri ſuſpectos.

Neophytiet Iudęis conuerſi, & alijs nõ comedẽtes carnem porcinã, an ſint de hęreſi ſuſpecti.

Iacobus quoq; Simãcas de catho. inſtit. tit 50. *de præſũptionibus, nu.* 32. *amplius ait, nõ eſſe leue præſumptionẽ cõtra deſcendẽtes ex Mahometanis ſi vinum non bibant, nec carnem Suillam edant, ita vt proculdubio præſumi poſſit in maiorum ſectis adhuc permanere.*

Horum virorum ſententiam non obſcure confirmant ea quę docet hic Eymericus, & quę hactenus commemorauimus: ceterum iudicio opus eſt, & mores hominum diligenter ſunt explorandi; ſunt enim quidam quibus certa quędã non placent edulia, vel quia ſtomachus illa ferre non poteſt, vel quia guſtui ſunt inſuauia, vel quia illis veſci non conſueuerũt, & propterea poteſt ſæpe contingere vt abſque vllo mũtis errore, aut vlla priori ſectæ approbatione ab his abſtineant: quare ex hoc ſolo non videtur omnino præſumendum de hæreſi vel apoſtaſia; & tunc ſortaſsis omnis ſuſpicio ceſſaret, cum conuerſi ceteros ritus Iudaicos, aut Mahometanos penitus euitarẽt, & noſtros, hoc eſt, veterum Chriſtianorum diligenter, pie, & humiliter more Chriſtiano ſequerentur & obſeruarent.

Sane ex ceteris ritibus Iudæorum, aut Mahometanorum, aut Gentilium obſeruatis, ab his qui ex illis ſectis conuertuntur, certior videtur oriri hæreſis ſuſpicio, quàm ex non manducanda carne porcina, vbi delicet ex nimia familiaritate cũ Iudæis: ex frequẽtatione ad loca, in quibus ipſi morãtur, et præſertim ad Synagogas: ex obſeruatione Sabbati, et aliis multis, quę ſupra indicauimus, et refert hic Eymericus: hos enim non ita abhorret ſtomachus, & palatum, ſicut carnes porcinas, anguillas, & alia animalia, quibus Hebræi veſci non ſunt ſoliti.

Atque

† Id eſt, Iudęis non baptizatis nos baptizati nõ cõmunicabimus.

Atque hæc tam diligens conſideratio locum habere poteſt in ipſismet cõuerſis, quibus pro conſuetudine nõ facile caro porcina, aut ſimiles cibi illis vetiti antequam cõuerterentur, placere poſſunt: At nõ ita videtur iudicandum de ipſorum filijs, & nepotibus & alijs deſcendentibus, quos non videtur veriſimile ab his abſtinere, niſi ex damnatæ ſectæ reuerentia & approbatione: cum in his ceſſet ratio illa conſuetudinis, quæ ipſoſmet conuerſos tueri poteſt.

Quæ autem de Iudeis diximus in hac cauſa, eadẽ in alijs qui ad Chriſtianam religionem. ex alijs ſectis conuertuntur, locum habere putamus, cõſideratis ritibus & moribus ſingulorum.

Signa exteriora per quæ necromantici hæretici dignoſcuntur.

115 MAgi hæreticantes a, ſeu necromantici, vel dęmonum inuocatores, & ſacrificatores, qui ijdem ſunt per ſigna exteriora huiuſmodi dignoſcuntur: habent b enim, vt communius, ex viſione & apparitione, ac collocutione malorum ſpirituum torũum viſum & obliquum: ponuntque ſe ad diuinandum de futuris, etiam de illis, quæ dependent ex mera: Dei voluntate, vel hominum: nonnulli eorum aſtrologiæ, vel alchimię intendentes: vnde ſi Inquiſitori aliquis deferatur quòd necromanticus eſt, & apparet manifeſte, quòd alias eſt diuinator, vel aſtrologus, ſeu alchimiſta, maximum ſignum ſit Inquiſitori de veritate: nam diuinatores vt plurimum expreſſe, vel tacite ſunt dęmonũ inuocatores: Aſtrologi c etiam, vt frequenter: & alchimiſtę, vt in pluribus: nam quãdo non poſſunt pertingere ad finem intẽtum, dæmonis auxilium quærunt, inuocant & implorant, & implorando obſecrant & ſacrificant tacite, vel expreſſe.

Quanta autem iſtorum ſit dementia, error, & impietas habetur in ſecũda parte. q. 43. vbi agitur de erroribus, & hęreſibus necromanticorum, ac dæmonum inuocatorum.

COMMENT. XXVI.

Num. 115. a MAgi hęreticantes, ſeu necromantici, &c.] *Eadem hæc habes apud Vmbertum in opere iudiciali, verbo, necromãtici. tradit Repertorium Inquiſitorum verbo, necromantia. & Tabienſis in ſumma verbo, ſors. §. 2. nu. 3. & his locis etiam cetera Summarum collectores. copioſe Paulus Grillandus tract. de ſortilegijs. q. 10. & Alfonſus Caſtrus lib. 1. c. 14. de iuſta hæreti. punitione.*

Prudenter vero Eymericus hoc loco non dixit, magos ſimpliciter, ſed magos hæreticantes, quaſi velit indicare, non omnem magiam illicitam, aut magos omnes vetitos & malos. quod vt apertius intelligatur, ne quis etiam in re obſcura, nec paſſim obuia decipiatur, obſeruare oportet, duplicem in primis eſſe magiam, vt videtur optime ſenſiſſe Marcus Mantua ſingulu. 514. incipien. In eadem lege. *mathematicam vnam, alteram naturalem, ſiue elementariam, quamuis vtraque naturalis ſit, cum vtraque ſine dæmonum præſtigijs exerceri poſſit: prima tamen regulis mathematicis Arithmeticæ & Geometrię videtur abſolui: altera cica res alias verſatur, aliterque conficitur, vt proxime dicam. res fiet exẽplis nota.*

Magia dupler, naturalis, & mathematica.

Naturalis magia eſt, quę ex compoſitione & mutua vnione quarundam rerum, miras alias quaſdam res producit, vt ſi quis mixturam faciat, quæ ſub aquis ardeat, vel quæ à radijs ſolis accendi poſſit: vel ſi quis ignem in certa materia ita accendat, qui oleo extinguatur, & ſimilia.

Magia mathematica eſt, quę per Geometrię & Arithmeticæ regulas mira prorſus opera fabricat: vt columbam, quę in aere volitet, quam dicitur feciſſe olim Architas, vt refert Gellius lib. 10. c. 12. noct. Attica. & Petrus Crinitus lib. 17. de honeſta diſciplina c. 12. & Caſſiodorus in libris variarũ, refert Boetium inſignem philoſophum hac arte, quam pęgmaticam vocant, mira prorſus feciſſe in hęc verba: Tibi ardua cognoſſe, & miracula monſtrare propoſitum eſt: tuę artis ingenio metalla mugiũt: Diomedes in ęre grauis buccinatur: ęneus anguis inſibilat: aues ſimulatæ ſunt, & quæ vocem propriam neſciunt habere, dulcedinem cãtilenę probantur emittere: parua de illo referimus, cui cælũ imitari fas eſt. *hęc Caſſiodorus. & patrum memoria Georgius Caputblancus Vicentinus (quem falſo Cardanus lib. 2. & lib. 17. de ſubtilitate Brixellenſem fabrum appellat) nauiculam argenteam hac arte conſtituit opere pęgmatico, vel automaco, quamplurimis in ciuitate conſpicientibus, ſuper mẽſa per ſe pergentem, cum muliere ornata lyram pulſante, nautis remos agentibus, & catulo in prora baubante. eiuſmodi nonnulla conſtruiuntur Tyburi in horto Illuſtriſsimi Cardinalis Eſtenſis, quamuis manifeſtior ſit in illis cauſa: nam impulſu aquarum artificioſe diſtinctarum illa fiũt: ſed ars eſt prorſus mira. ceterã multa omitto breuitatis ſtudio, curioſis indagãda. hęc vtraque magia, niſi recte exerceatur, dolos admittere poteſt.*

Magia vene fica & vnde orta.

Ex his orta eſt tertia venefica vocata, ſeu maleſica & infamis, quę tota eſt ex immundorum ſpirituũ incantationibus & inuocationibus concinnata: neſaria eam peperit curioſitas. nam cum multi vera arte deſtituti, mira illa opera, de quibus diximus fabricare non poſſent, ad dęmones confugerunt, qui hęc illos docerent. hanc Græci γοητείαν ſiue κακούργιαν vocant. hæc præſtigia & phantaſmata porrigit, veneficia docet, incantationes & omnia maleficia operatur. dæmonum demonſtrat. quid per hanc veteres præſtiterint, docent paſſim poetarum libri. & de hac poſtrema eſt accipiendus hic Eymerici locus, qui plane inſignis eſt, dum magos ſiue necromanticos, hæreticos appellat, quos & hæreticos eſſe plene parte 2. q. 43 demonſtrauit.

Locus emendatus.

b ¶ Habent enim, vt communius, ex viſione, & apparitione, ac collocutione malorum ſpirituũ, torũum viſum & obliquum.] *Ita omnino legendum eſt ex Bononienſi, & codice Cardinalis de Gambara, qui ceteris ſunt emendatiores hoc loco; nam vox illa,* ex apertione, *quę erat in Barcinonenſi impreſſo, non conuenit huic loco, neque illa,* tortum, *quę erat item in Barcinonenſi & Sabellano: nam vox,* obliquum, *quæ poſtea ſequitur, ſatis indicat, tortuum, hoc eſt, terribilem, & non tortum (ne fruſtra bis idem ſub duabus vocibus idem ſignificantibus re-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus repeteretur) esse legendum.

Pulchra magorũ descriptio.

Est autem pulchra Magorum descriptio, desumpta, vt puto, ex illa Horatij lib. 1. sermo. satyra 8. vbi inuehitur in Cratidiam veneficam Neapolitanam, quam ibi Canidiam vocat, cuius aspectum & scelera refert: quod ideo placet apponere, quoniam & huic loco lumen affert, & quę hodie à Magis & dæmonum inuocatoribus patrantur, omnino sunt similia, & Inquisitorum interest talia nosse. is ergo ita habet:

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, passoque capillo,
Cum Sagana maiore vlulantẽ: pallor vtrasque
Fecerat horrendas aspectu: scalpere terram
Vnguibus, & pullã diuellere mordicus agnam
Cœperunt: cruor in fossam confusus vt inde
Manes elicerent animas responsa daturas, &c.

Qualia magorũ scelera.

Eadem faciunt hodie Magi, atque his peiora: *nam res sacras interdum vsurpant ad dæmones inuocandos: aras illis construunt: candelas benedictas accendunt: verba sacra proferunt, & nefarias preces illis fundunt, vt patet ex illorum propriis confessionibus: quare non mirum, si vel hæretici ab Eymerico dicãtur hoc loco. in hos iure ciuili mortis pœna est sancita l. nullus. et l. nemo. C. de maleficijs. et mathemat. iure canonico aliter puniuntur, vt dixi supra par. 2. super quæst. 43.*

Qui dæmones inuocãt, si post abiurationem iterũ inuocẽt, an sint relapsi.

Vnum hic addidero, quod & ibi omiseram, putare Reuerendissimum Iacobum Simancam hos dæmonum inuocatores, seu magos, si propter hæresim aut vehementem heresis suspicionem coacti semel fuerint solemniter abiurare, ac deinde iterum dæmones inuocasse conuincantur, velut relapsos esse puniendos. ita Simancas de catho. institit. tit. 57. num. 9. quam opinionem dicit esse Lapi, Archidiaconi, Geminiani, & Philippi Franchi in c. accusatus. §. sane de hæret. lib. 6.

Sed solus Lapus ita tenet, vt apparet ex Geminiano in dicto §. sane. nam Archidiaconus ibi de ea re nullum verbum, in meo libro: & Geminianus et Frãchus in re tam ardua in qua hominis vita versatur, putarunt ita hoc esse distinguendum: Aut inuocatores dæmonum postquam semel prædicto modo abiurarunt, iterum inuocantes credunt dæmones ex sua propria & actiua potestate posse facere id ad quod inuocantur; & tunc quoniam id tribuunt creaturæ quod est proprium creatori, re vera sunt hæretici, & sicut relapsi puniri debent. & ita est vera opinio Lapi: Aut non credunt dæmones id omnino posse operari ad quod inuocantur, sed iuuare & inducere, vt si ad expugnandam fœminarum pudicitiam inuocentur: nam si hoc modo iterum post abiurationem eos innocent, nec iudicabuntur hæretici, nec vt relapsi erunt puniendi: quia dæmonem inuocant ad id quod sibi competit, videlicet ad tentandum. & ita potest intelligi illorum opinio, qui dicunt, eos qui post abiurationem de vehementi dæmones inuocant, non esse relapsos.

Præterea sententia Lapi, vt colligitur ex Geminiano & Franco in dicto cap. accusatus. §. sane, accipienda videtur cum inuocator dæmonum primum abiurauit vt formaliter hereticus, quia videlicet patuit eum habuisse aliquem mentis, errorem quod indicãt illa verba, quibus præfati doctores quæstionem hanc proponunt, videlicet: inuocator dæmonum in iudicio coram Inquisitore hæresim abiurauit. *in qua facti specie vera videtur omnino Lapi opinio, vt si postea inuocet dæmones, ut relapsus puniri debeat, cum semel saltem de hæresi constiterit, iuxta textum in eodem cap. accusatus. §. ille quoque. de hæret. lib. 6.*

At si inuocator dæmonum primo abiurauit solum vt vehementer suspectus, si postea inuocet, destricta (vt dicitur) ratione iuris non potest vt relapsus condemnari, nisi de errore constaret: quoniam ad hoc vt aliquis velut relapsus damnari possit, necesse est vt saltem semel de hæresi relapsi constet, vt recte docet Alfonsus Castrus lib. 2. c. 2. de iusta hæret. punit. quem sequitur Simãcas de catho. instit. tit. 57. de relapsis. nu. 5. Et de hac facti specie non videntur loqui doctores prædictis locis, nec vtriusque casus eadẽ est ratio, vt apparet; quare nullo pacto uidentur coniungendi, ut fecit Simancas de catho. instit. tit. 57. num. 9.

Tabiensis in sum. uerbo, Inquisitor. §. 18. nu. 19. ita hunc articulum diluebat. Si prima inuocatio sapiebat heresim manifeste, & inuocans abiurauit ut uehementer suspectus, & iterum secunda inuocatio sapiebat heresim manifeste: tunc ut relapsus condemnabitur, aliàs secus. hæc sententia apertior est, & clarior, quæ non est contemnenda. ceterum multum considerandа esse censeo quę paulo antea dixi.

c ¶ Astrologi etiam ut frequenter.] *Optime loquitur. nam non omnis per astrologiam diuinatio est interdicta, vt dixi super par. 2 super q. 43. & tradit beatus Thomas 2. 2. q. 95. art. 5.*

d ¶ Et Alchimistæ ut in pluribus.] *Non est cõtemnendum hoc Eymerici consilium aduersus Alchimistas, quod uerum esse multis posset exemplis comprobari. nam ut ceteros omittam, Arnaldum Villanouam scimus Alchimistam, magnum fuisse hæreticum, & dæmonum inuocatorem, ut dixi supra cum Eymerico par. 2. super q. 11. §. quidam magnus medicus.*

Sentio hic acerbe reprehendi auctorem, quod tale fecerit de Alchimistis iudicium, sed immerito carpitur: nam multa sunt quę Alchimistas impostores esse cõuincant, ut paulo post indicabo. interim uidendi de hoc articulo uterque Thomas 2. 2. q. 77. art. 2. in responsione ad primum argumentum. Oldradus cõsil. 74. incipien. An Alchimista peccet. Andreas de Isernia in c. quę sint regalia. in vsibus feudo. uersi. monetę. Fabianus de monte tract. de emptione & uenditione. Hieronymus Zaneti. in repetit. c. 1. de accusatio. Albertus Brunus consil. 76. Angelus, Syluester, Tabiensis, & alij summistę uerbo, Alchimia. Ioannes And. in additio. ad Specula. tit. de crimine falsi. copiose Cassaneus in catalogo gloriæ mundi par. 11. consideratione 40. & Surgetus in compendio militaris disciplinę, & alij: ex quibus nonnulli studio potius contradicendi quàm ueritatis indagandæ absque certa ratione Alchimiam admittunt: Sed uerior & tutior sententia eorum est, qui inutilem & reipublicæ perniciosam esse fatentur.

Alchimistæ

Sed donec perspicuum fiat, an per Alchimiam uerum argentum, uel aurum, uel gemmę fieri possint: quod non spectat ad hoc institutum, ne quis prorsus improbabilem esse credat hanc Eymerici sententiam, plurimum refert intelligere à quibus Alchimia exerceatur: nam si à principibus tractetur, & opulentis, ac pecuniosis diuitibus, hac fortassis suspicione, quã ei hoc loco tribuit Eymericus, vacabit: quòd si à pauperibus, vel mediocriter diuitibus vsurpetur, quoniam aurum & argentum maiori ex parte (vt præcitato loco dixit Caietanus) vertitur in fumum, & illi propterea ad inopiam redigun tur, ad duo solent se incommoda conuertere, aut ad dæmones inuocandos, ob rationem quam hic auctor commemorat, aut ad falsam & adulterinam monetam cudendam

Qui Alchimistę suspecti & qui cõtra.

Video huius artis professores acerbius fere in me propter hoc iudicium inuehendos, at non ego hæc loquor, sed viri grauissimi & doctissimi. & quidquid ipsi dixerint, at certe non poterunt optime satisfacere extrauaganti Ioannis xxij. incipienti: Spondent quas non exhibent diuitias pauperes Alchimistæ. *quæ refertur inter extrauagantes communes tit. de crimine falsi. per quam summus Pontifex grauissimas pœnas illis imponit, qui alchimitum aurum, vel argentum, aut monetam ex illis confectam tamquam vera vendunt, dant in solutum, aut similia: nam hæ transformationes sophisticæ sunt, non veræ, vt optime scribit ibi Romanus Pontifex. hinc illud vere etiam dictum.*

Ars suspecta probis, ars ipsa inuisaque multis,
Inuisos etiam cultores efficit artis.
Mendaces, addo, multi manifeste videntur,
Qui se ipsos, alios q; simul frustrantur inertes;
Dum rerum vertere species tentant.

De ijs quę processus fidei prorogare & retardare possunt.

116 CONsiderandum vltra occurrit, quòd quandoque sunt, quę processum fidei prorogant & dilatant, scilicet: Testium multiplicatio: Defectionum concessio: Inquisitoris recusatio: Delati appellatio: Et eiusdem delati fuga, seu elongatio. Quodlibet horum quinque processum, iudicium & sententiam prorogant & dilatant: propter quod qualiter obuietur, est aliqualiter perstringendum.

De *Testium multiplicatione.*

Testiũ multiplicatio quando sit necessaria vel non.

PRIMVM quod prorogat & dilatat Inquisitoris processum, iudicium, & sententiam est testium multiplicatio; & hæc quandoque est necessaria, quandoq; est superflua. Quando [a] enim delatus de hæresi est cõuictus tribus, quatuor vel quinque legitimis testibus, vel [b] non conuictus, sed ipse confitetur crimen totaliter in substantia, & effectu prout est delatus; tunc quia deprehenditur cõfessione propria, & non est locus defensionibus, procedere ad vlteriores testes examinãdos & multiplicandos non est necessarium, sed superfluum: sed tunc est ad pœnitentiã, vel sententiam procedẽdum cum bono consilio peritorum. Quando vero delatus non est legitime conuictus: vel si est conuictus, paucis testibus est conuictus; vtpote duobus, tribus, quatuor, vel quinque testibus, & stat in sua negatiua in parte, vel in toto, & præsumitur plus de pertinacia eius, & malitia, quàm de obedientia & pœnitentia; licet de iure sufficiant, tamẽ vt fortius conuincatur, & veritas melius detegatur, & quia facilius repelleret à testimonio tres, vel quatuor, quàm decem, vel quindecim, vel viginti; tunc ad conuincendum eius malitiam, ad examinandum etiam plures testes fidei zelatores est cum magna industria procedendum.

COMMENT. XXVII.

Num. 116.

B DIxerat *paulo antea Eymericus iudicem in hac causa esse velut medicum, qui quemadmodum non omnibus morbis eãdem adhibet medicinam; ita nec in singulis reis eundem debet iudex tenere interrogandi modum. quibus nunc addo, quòd sicut prudentis medici opus est propinatis si necesse fuerit, medicamentis, præcauere, ne morbi humanum corpus inuadant, aut morbi fiant diuturniores; ita sapientis iudicis est, ea amouere & longe lateque repellere, quæ vel iudicium impediũt, vel litem facere possunt propemodum immortalem: quod est omnino euitandum. l. properandum. C. de iudic. nam quod medicamenta morbis, idem exhibent iura negotijs. authen.* hęc constitutio innouat. §. 1. c. ceterum. *& ibi gloss. 1. extra de iuramen. calum. & gloss. in prœmio decretal. verbo, noua litigia. & propterea in sequenti disputatione Eymericus hęc impedimenta commemorat, necessariaque remedia adhibet.*

Iudex amoueat impedimenta, quæ negotiũ protrahant.

a ¶ Quando enim delatus de hæresi est conuictus tribus, quatuor vel quinque testibus.] *Hoc loco sentire videtur Eymericus per duos testes in crimine hæresis non posse quemquam legitime condẽnari, & plane multis antiquis Doctoribus ita olim visum est, dicentibus durum videri, hominem bonæ opinionis & famæ per duorum testimonia de tanto crimine condemnare, vt dixi infra super q. 71. vbi ex professo hanc quæstionem disputaui: interim videto Ioannem And. in c. excommunicamus 1. §. adijcimus de hær. relat. ab Eymerico supra par. 2.*

Quot testibus conuincendus reus in hoc crimine.

b ¶ Vel non conuictus, sed ipse confitetur crimen totaliter, &c. tunc quia deprehenditur confessione propria, & non est locus defensionibus, &c.] *Et ratio est, quoniam inter omnia probationum genera, reorum confessio obtinet primum locum. de quo vide quę dico statim in commentario sequenti.*

c ¶ Vel si est conuictus paucis testibus est conuictus, vtpote duobus, tribus, quatuor, vel quinque testibus, &c.] *Hic locus videtur superiori periodo omnino repugnare: nam cum antea dixisset tres, vel plures testes sufficere ad conuincendum aliquem; nunc eosdem paucos esse dicit. quare putabam quandoque ita legendum:* paucis testibus est conuictus, vt pote duobus, & stat in sua negatiua, &c. *& illa verba,* tribus, quatuor, vel quinque testibus, *imprudenter credebam fuisse hic repetita ab scriptore imperito ex superiori periodo. ceterum quoniam omnes codices conueniebant, non sum ausus quidquam immutare. cogitabam si posset hæc contrarietas ita conciliari:*

Locus obscurus adnotatus.

propte-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propterea in priori casu tres, quatuor, vel quinque dixit sufficere, quoniam præter testes, accesserat reorum confessio; hic vero idem non videntur sufficere, quia in sua negatiua perseuerat. Sed hoc non videtur verum, tum quia in priori casu per disiunctionem loquitur, & solam confessionem sufficere indicat: tum quia siue confiteatur reus, siue neget, per tres legitimos testes (vt cum Eymerico nunc loquar) potest condemnari.

Verum his non obstantibus sequentia apertissime indicant ideo auctorem dicere quatuor, vel quinque non sufficere, quia reus stat in negatiua, & propterea videntur pauci: quare ut fortius conuincatur, & penitus confundatur, ita ut negare non ualeat, tutius est plures testes examinare. Et hęc proculdubio fuit mens & institutum Eymerici hoc loco. Sed tamen ut dicam infra super q. 71. etiam hoc casu sufficiunt duo, qui sint omni exceptione maiores. hęc tamen postulat auctor, ut securius procedatur cũ reus est negatiuus: tunc enim nec facile nec præcipitanter est ad condemnationem procedendum.

De *defensionibus reorum*.

117 SECVNDVM quod prorogat & dilatat Inquisitoris iudicium, sententiam, & processum, est defensionum concessio: & hæc interdum est superflua, interdum necessaria. Quando[a] enim delatus, siue sit testibus conuictus, siue non, confitẽtur crimen, de quo delatus existit, & prout testes deponunt; tunc concedere sibi defensiones ad dicendum contra testes superfluum est: quia magis statur tunc suo dicto, & eius propriæ confessioni, quàm testium depositioni. Quando vero crimen diffitetur, & sunt testes contra eum, & petit defensiones sibi concedi, siue præsumatur de delati innocentia, siue de eius pertinacia, impœnitentia, & malitia, ad se defendendum admittendus est, ac[b] defensiones iuris sunt ei concedendæ, & nullatenus denegandæ. Et[c] sic concedentur sibi aduocatus, probus tamen, & de legalitate non suspectus, vir vtriusque iuris peritus, & fidei zelator: & procurator[d] pariforma, ac processus totius copia, suppressis tamen testium, & deponentium, ac accusantium nominibus, vbi Inquisitor in conscientia sua videat eisdem graue periculum imminere, si ipsorum nomina proderentur propter potentiam delatorum. Vbi[e] autem non videatur tale periculum imminere, si ipsorum nomina proderentur propter potentiam delatorum, sunt huiusmodi nomina delato in prædicta copia exprimenda, iuxta c. Statuta. de hæret. lib. 6.

De aduocato & procuratore reis cõcedendo.

Intelligas hic potentiam delatorum non tãtum potentiam generis; sed & potentiam pecuniæ, vel malitię: Grauius enim periculum immineret testibus, si eorum nomina proderentur delato homini non generoso, sed aliàs malitioso, & sacrilegis, & peruersis hominibus associato, qui nihil habet perdere, quàm homini potenti genere, vel militi, diuiti, seu mercatori locupleti, qui habet quod perdat, & non vult seipsum perdere: & hæc experientia docet Inquisitores quotidie euidenter.

A Quare quando conceduntur testium nomina publicari, multum est delati conditio attendẽda, an scilicet, aliàs sit malitiosus, vel simplex pauper, vel diues, habens societatem hominum peruersorum, vel proborum; & similia.

118 Nec putet delatus de hæresi testes à iudicio in causa fidei faciliter repellendos: nam à ferendo testimonio in causa eadem non repellit legitime quemquam, nisi sola inimicitia capitalis. Nam in fauorem fidei, infames, conscij criminis ac participes, necnon & excommunicati, & quibuscunque aliis criminibus irretiti, in defectũ præsertim aliarum probationum, ad testificãdum in causa fidei admittuntur, iuxta c. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. Immo etiam & periuri, iuxta c. Accusatus. §. licet vero periuri. de hæret. lib. 6.

Inimicitia capitalis repellit testes.

B Repellit[f] igitur sola inimicitia, nõ quæcunque, sed capitalis: vtpote[g], vel quia mors inter eos est de facto illata, vel fuit intentata, seu ea quæ sunt ad mortem inductiua atque via, vel vulnera grauia, & lethalia sunt secuta, & similia (vt videbitur infra) quæ animi peruersitatem, & malignitatem peragentis contra passum indicant manifeste; propter quod præsumitur, quòd sicut intentauit contra istum mortem corporalem per illum modum, scilicet vulnerando; intentaret & per istum, scilicet crimen hæresis imponendo: & sicut voluit ei auferre vitam, vellet auferre & famam: quare h tales inimici capitales à testimonio legitime repelluntur.

C *Graues inimicitiæ dicta testium debilitant.*

Aliæ autem inimicitiæ, præsertim graues, & si non repellunt totaliter, tamen dictum eorum debilitant aliqualiter, vt non sit plena fides eorum attestationibus adhibenda: sed cum alijs adminiculis, & aliorum testium dictis, possunt plenam facere probationem. Sane quando ipsi delato deponentium, seu testificantium nomina publicantur, & ille allegat contra eos causas inimicitiæ capitalis, producendo ad hoc testes; in[i] illo casu, an dicti deponentes & testificantes probentur legitime inimici capitales, & per consequens à testificando merito repellendi nec ne, satis ex meritis processus potest patere Inquisitori, iudici in hoc casu, & procedere diœcesanus & ipse ad sententiam sicco pede. Sed quando delato deponẽtium, seu testificantium nomina suppriminntur, nec ipse potest se ab eis defendere in specie, sed solum in genere palpitando †, cum non valeat diuinare: in isto casu multum interest Inquisitoris, vt modum congruum teneat, per quem eidem innotescat, an dicti deponentes & testes sint ipsius delati inimici capitales, nec ne, vt sine vllo errore diœcesanus & Inquisitor possint ad sententiam procedere, vt insontes non condemnent, nec reos iustificent: sed tam istis, quàm illis iustitiam administrent.

† *suspicādo*

D

E

COMMENT. XXVIII.

a Quando enim delatus, &c. confiteatur crimen, &c. tunc concedere sibi defensiones, &c. superfluum est.] *Et enim qui confitetur crimen, protinus obijcitur illud Lucę cap. 19. Ex ore tuo te iudico. nec vlla clarior, aut efficacior probatio potest inueniri, quàm reorum confessio, vt optime docet Romanus consil. 329. incipien.* Præsens consultatio in hanc. *nu. xi. & Alexander li. 1. consil. 13. incipien.* Ex his quæ in themate. *& Felynus in cap. 1. de exceptio. & in c. cum super. de re iudicata, optime dicebat probationem, quę fit per propriam confessionem, fortiorem esse ea quæ fit per testes, & rem notoriam facere. et Baldus in authent. sed nouo iure. C. si certum pet. dicebat non esse exigendam solemnitatem probatoriam, vbi adest confessio partis.*

Num. 117. Reorum confessio est probatio omnium efficacissima.

In crimine hæresis sola reorum confessio sufficit ad condemnationem.

Et quamquam in alijs delictis sola confessio delinquentis non sufficiat nisi de crimine, hoc est, verbi gratia, de corpore interfecto constet l. 1. §. item illud. ff. ad senatusc. Syllania. vbi Bart. & Bald in authen. sed nouo iure. C. de seruis fugit. & Angelus in l. 1. C. de confess. at in crimine hæresis, ex sola reorum confessione ad condemnationem procedi potest; quia cum hæresis crimen mẽte concipiatur, & in animo lateat, plerunque non potest aliter probari, quàm per propriam confessionem reorum. Bald. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcopis & cleri. quem sequuntur Felynus in c. auditis. de præscriptio. et Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 2. & Franciscus Tonzinib. de lamijs nu. 52. & 70.

B

Ex his ergo apparet veram esse doctrinam Eymerici hoc loco, videlicet, superfluum esse concedere defensiones reo ad dicendum contra testes, quotiens de delicto constat per propriam confessionem: & hunc Eymerici locum inuenies etiam apud Vmbertũ Locatum in opere iudiciali verbo, defensiones.

Et quamquam hæc ita se habeant, nihilominus tamen cum defensiones sint de iure naturę. l. vt vim. ff. de iust. & iure. non obstante propria confessione offerri debent reo defensiones, & si quid opponere voluerit aduersus eam, audiendus erit, ne iniuste vnquam se damnatum conqueratur: nam & contra propriam confessionem possunt multa opponi, vt docet Iulius Clarus in pract. crimin. § fin. q. 55. & præcipue versi. sed pone. & q. 64. versic. sin autem reus. conferunt tradita per Simancam de catho. instit. tit. 17. de defensionibus reorum, nu. 53. & aliquot seq.

C

Inquisitis de hæresi legitimę defensiones concedę.

b ¶ Ac defensiones iuris sunt ei concedendæ, & nullatenus denegandæ.] *quoniam iusta defensio est de iure naturæ, & propterea nullo modo potest, aut debet denegari. l. vt vim. & ibi communiter Doctores. ff. de iust. & iure. l. quotiens. C. de pręcibus Imperat. offerendis. clement. pastoralis. §. ceterum defectus. de sentent. & re iud. tradit Ioannes Imola in clement. sape. de verbo. signifi. super glossa in verbo, defensiones. & Bernardus Comensis in lucerna verbo, defensio. §. 2. & hoc ipsum iam prouide olim in hac causa cauit concilium Biterrense cap. 8. in hęc verba:* Ac datis dilationibus competentibus, & defendendi facultate concessa, benigne admittatis exceptiones, & replicationes legitimas eorundem. *hæc ibi. Offerebat hic locus amplam occasionem agendi de defensionibus reorum in hoc crimine: quę res, licet valde vtilis esset, at quia non erat omnino huius instituti, omittenda fuit: neq; enim ex proposito videtur agere hoc loco auctor de defensionibus. quàm ob rem de illis tantum agemus, quas Eymericus proponit, ceteras*

D

suis locis persequemur, quas ex indice operis licebit deprehendere.

Inquisitis de hæresi aduocati concedẽdi, & quales.

c ¶ Et sic concedetur sibi aduocatus, probus tamen & de legalitate non suspectus, vir vtriusque iuris peritus, & fidei zelator.] *His verbis brevissimis duo complectitur auctor. primum reis esse dandos aduocatos. alterũ quales esse debeãt de aduocatis eadem tradit Locatus in opere iudiciali verbo, aduocatus. copiose Repertorium Inquisitorũ verbo, aduocatus. & Simancas de catho. instit. tit. 5. & in enchyridio violatæ religionis tit. 42.*

Vt ergo breui cuncta huc spectantia complectar, præter has conditiones, quas vere in aduocato postulat hic Eymericus, sequentes etiam concurrere oportet: vt aduocatus non sit aut hæreticus, aut de fide suspectus, vel infamatus. Repertorium Inquisitorum verbo, aduocatus. §. sed vtrum hæreticus. facit textus. in c. excommunicamus 1. de hæret. §. credentes. ibi: Si vero fuerit aduocatus, eius patrocinũ nullatenus admittatur. *ad hæc nec malo genere natus esse debet, sed ab originarijs Christianis stirpem ducat, & generis principium.*

Quando dãdus aduocatus in hoc crimine.

Dandus est autẽ aduocatus cum reus negat obiecta crimina: nam si fateatur, nullo aduocato indiget; idque postquam tres monitiones factę fuerint reo, vt libere veritatem fateatur. in is qualis ritus obseruari debeat, salubriter & prudenter cautum est Madriliana quadam institutione anno M. D. LXI. cap. 23. in hac fere verba, à nobis latina facta: Inquisitor uel Inquisitores reum admonebunt, quantum sua interfit, fateri veritatem: quo facto nominabunt ad suam defensionem aduocatum, uel aduocatos a sancto officio huncrei destinatos: & in præsentia cuiuslibet ex Inquisitoribus reus communicabit cum eo, & de consilio aduocati vel verbo, uel scripto respondebit ad accusationem. Aduocatus vero priusquam suscipiat defensionem rei, iurabit se bene ac fideliter eum defensurum, & custoditurum secretum in his quæ audiet & videbit, etiamsi iurauerit cum primum assumptus fuit à sancto officio ad hoc munus exercẽdũ. Aduocati partes erunt admonere reum, vt veritatem confiteatur, pœnitentiamque petat pro culpa, si quam habet: responsio vero fiscali notificabitur seu intimabitur. *hæc est eius instructionis sententia vera quidem & prudens, ac proinde iudicio meo vbique obseruanda. nec nostri de hac re differentes quidquam præter hæc adducunt, quæ alicuius sint momenti. nonnulla vero huc spectantia dixi supra par. 2. super cap. si aduersus. de hæret. pag. 99.*

E

Inquisitis de hęresi an sit concedendus procurator.

d ¶ Et procurator pari forma.] *De procuratore quantum ad hunc locum attinet, agit Repertorium Inquisitorum & Locatus in opere iudiciali, verbo procurator, & Simancas de catho. instit. tit. 52. & in enchyridio tit. 43.*

Est autem procurator, qui negotia mãdato Domini administrat, cum dominus vel non vult, vel nõ potest negotijs suis superesse.

Ac quantum ad hoc crimen attinet, iure dubitatur, an procurator sit captis pro hęresi concedendus; & re vera iudicio eruditorum ei denegari non debet, & quæ de aduocato proxime diximus, eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem etiam accipienda sunt in procuratore. ceterum raro nunc admittuntur procuratores, quia aduocati sufficiunt, & munus procuratorum subeunt: immo verius Inquisitores videntur reorum procuratores, cum officio eorum fiant reorum defensiones. quòd si quandoque reo petente, Inquisitores procuratorem concesserint, probum admittere debent, non cauillosum & garrulum, vt optime admonuit Lo. catus in opere iudiciali verbo, procurator. nu. 2. reo autem petenti procuratorē non potest Inquisitor denegare, vt voluit. Repertorium verbo, procurator. §. Inquisitores tenentur.

De procuratore in hac causa apud Inquisitores Hispaniæ per Madrilianam instructionem anno M. D. LXI. cap. 35. ita scriptum est: Quamuis instructio disponat dandos esse reis procuratores, tamen dari non debent, quia experiētia docuit multa incommoda inde solere prouenire: & ob modicam vtilitatem, quam rei inde consequebantur, nō est in vsu, vt amplius dentur; quanquam aliquando ob magnam necessitatem solet concedi aduocato, vt reos defendat. *hæc ibi. In his tamen laudabiles & receptas consuetudines seruandas puto, aut respiciendum quid supremus Senatus S. Romanę generalis Inquisitionis obseruet.*

Minoribus 25. annis inquisitis dantur curatores

Hoc tamen non omittam, quòd maxime ad hanc causam videtur spectare, minoribus 25. annis delatis dandos omnino esse curatores, quorum auctoritate defendantur, ne vel ob imperitiam, vel ob iuuenilem ætatem aliquid taceant, vel dicant, quod si fuisset prolatum, vel non dictum prodesse eis posset.

De hoc curatore minoribus dando in sacro Inquisitionis officio Madriliana instructione anno M. D. LXI. c. 25. à nobis nunc latina facta ita cautum est: Si reus fuerit minor vigintiquinq; annis, priusquam accusationi respondeat, sibi dabitur curator, cuius auctoritate ratificabit confessiones factas, & formabitur totus processus: sed curator nō sit ex officialibus sancti officij. & potest esse aduocatus eius, vel quælibet alia persona grauis, fidelis, & bonæ conscientiæ. *hęc ibi. Si quid vero cum minoribus gestum sit absque horum curatorum auctoritate, id ipso iure irritum est, & nullum. l. clarū. C. de auctorit. præstan. Corneus consil. 198. lib. 4. Matthæus de Afflictis decisione 208. incipien.* Minor adultus. *Alexander consil. 115. incipien.* In causa Inquisitionis, *& eleganter Antonius Gomez tomo 3. de delictis, cap. 1. nu. 64. quā ob rem omnino sunt eis dandi curatores.*

e ¶ Vbi autem non videatur tale periculum imminere, si ipsorum nomina proderentur, &c.] *Hæc quæstio cessat hodie: neque enim delatis testium nomina publicantur, vt dixi supra hac 3. par. nu. 101. & infra nu. 209. & super q. 75. est autē hic Eymerici locus de triplici potentia valde insignis, quē ceteri qui de hæreticis scripserunt post eum, secuti sunt.*

Locus notādus.

f ¶ Repellit igitur sola inimicitia, non quęcūq; sed capitalis.] *Hæc periodus & proxime præcedens, videlicet*: nec putet delatus de hæresi, &c. *desumptę mihi videntur ex vetusto concilio Biterrensi & Narbonensi, olim contra hæreticos celebratis, in quorum primo, videlicet Biterrensi cap. 12. & 13. de hac re ita scriptum est.*

Num. 118.

Quæ exceptiones opponi possint testibus in hoc crimine

Quamuis in huiusmodi crimine omnes criminosi & infames, ac participes criminis ad accusationem & testimonium admittantur. cap. 11.

Illis tantum exceptionibus fidem testium euacuantibus in totum, quæ non ex zelo iustitię, sed de malignitatis fomite procedere videantur: vt sunt conspirationes & inimicitię capitales: alia vero crimina & si debilitent, non repellunt, maxime vbi testes de crimine fuerint emendati. *hęc ibi: In Narbonebsi quoque c. 24. & 25. ita.* cap. 13.

Quamuis in huiusmodi crimine, propter ipsius enormitatem, omnes criminosi & infames, & criminis etiam participes, ad accusationem, vel testimonium admittantur. cap. 14.

Illis tantum exceptionibus fidē testium ex toto euacuantibus, quę non ex zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere videantur, vt sunt conspirationes & inimicitię capitales: alia vero crimina etsi debilitent, non repellunt, præsertim si testes de crimine fuerint emendati. *hęc ibi. Insignia sunt plane loca, nec cuique obuia, & diligenter in hac causa animaduertenda.* cap. 15.

Inimicitia capitalis vbi de ortatur

g ¶ Vtpote vel quia mors inter eos est de facto illata, &c.] *Obseruanda sunt hęc exempla, ex quibus inimicitia capitalis nascitur. de quibus in l. licet. C. de recept. arbit. & in c. repellantur. et in c. cum oportet. de accusatio, & ibi Panormitanus. textus singularis in §. inimicitię. cū glossa in verbo. si capitales. institu de excusatio. tuto. vbi communiter interpretes effectus inimicitiarum capitalium recensere solent, inter quos vnus & precipuus est is, de quo Eymericus hic, & in l. testium. ff. de testibus. quinimmo etiamsi inimicus capitalis examinaretur, non faceret iudicium. Bart. in l. ma. itus. ff. de quæst. neque ad accusandum etiam in notorijs admittendus est inimicus capitalis, vt ait Romanus consil. 324. incipien.* In proposita consultatione.

Et qualiter probetur.

Quomodo autem probetur inimicitia, textus est singularis, vbi late Iason in l. liberi. C. de inofficio. testamento. nos vero & quomodo probetur, et ex quibus causis oriatur, copiosè diximus infra super q. 67. quę huic loco claram lucem sunt allatura.

Iā hęc eadem quæ hic docet Eymericus, refert Lo catus in opere iudiciali, verbo inimicitiæ. vers. adde ex Directorio. vide insuper Simancā de catho. instit. tit. 64. nu. 80. & Zachinū tract. de hæret. c. 13. nu. 3. & ibi Cāpegiū. et Repertoriū Inquisit. verbo inimic⁹ & verbo, testis. & Ioannē Rojā in singula. fidei, singul. 200. cetera tradidi infra super dicta q. 67.

h ¶ Quare tales inimici capitales à testimonio legitime repelluntur. aliæ autem inimicitiæ, præsertim graues, etsi non repellunt totaliter, &c.] *Hic locus in tribus manuscriptis aliter legitur, in Bononiēsi fol. 108. ita*: Quare tales inimici capitales à testimonio legitime repelluntur totaliter, cum dictum eorum debilitent aliqualiter, vt non sit plena fides eorum attestationibus adhibenda, sed cum alijs adminiculis, & aliorum testium dictis possunt plenam facere probationem. *In Sabellano vero fol. 496. ita*: Quare tales inimici capitales merito repelluntur à testimonio, &c. & licet talibus non sit plena fides adhibenda, tamen cum alijs adminiculis & dictis aliorum testium, possent

Locus notatus.

sent plenam facere fidem. *In codice Cardinalis de Gambara fol. 682. ita*: Quare tales inimici capitales à testimonio legitime repelluntur totaliter, alias licet dictum eorum debilitet aliqualiter, vt nō sit plena fides eorum attestationibus adhibenda, sed cum aliis adminiculis, & aliorum testium dictis potest plenam facere probationem. *hęc ibi. Ac proculdubio, vel corrupta sunt & depranata, vel falsa, & quæ vix sibi cohęreant: quam ob rem nos luimus recedere à Barcinonensi impresso, qui ceteris erat emendatior.*

Inimicitia nō capitalis non euacuat dictū testis, quamuis debilitet.

Sententia vero huius loci omnino hæc esse videtur, quę etiam colligitur ex concilio Biterrensi, & Narbonensi paulo antea relatis: nam in hoc crimine propter eius enormitatem omnia testimonia recipiuntur, cmniumque voces & accusationes audiuntur, exceptis solis capitalibus inimicis, & conspiratoribus: quod si alij inimici non capitales testificentur, quamuis eorum attestationes non faciant tantam fidem quantam facerent, si non essent inimici capitales; at non propterea repelluntur. & hęc sententia verissima est, quam etiam asseruerunt iam olim periti quidem Auinionenses consilio quodam edito in materia Inquisitionis. cap. 4. quod est in vetusto illo codice bibliothecę Vaticanæ, dicētes duas solas exceptiones testibus obijci posse, quæ penitus dicta eorum repellant, videlicet inimicitias capitales, & cō spirationes. quod etiam ipsum velle videtur Zachinus tract. de hæret. cap. 13. nu. 3.

Aliorum vero inimicorum & criminosorum dicta quantum debilitentur, aut quantū sit illis detrahendum propter inimicitiam aliam præter capitalē, aut propter alia crimina, arbitrio iudicantis relinquitur id inuestigare & iudicare. quod facile fortassis poterit deprehendere vir prudens ex personarum & negotij qualitate. l. testium. ff. de testib. Panormitanus in c. accedens. vt lite non contest, & in cap. cū oporteat. de accusat. Felynus in cap. quoties. nu. 4. de testibus. Campegius apud Zanchinum cap. 13. ver sic. de alijs vero.

Locus emendatus. & vnde intelligatur inimicitia capitalis.

i ¶ In illo casu, an dicti deponentes & testificantes, &c.] *Hic locus varie legebatur, nec vllus videbatur posse colligi bonus sensus; quare Barcinonensem impressum emendare oportuit ex Bononiēsi, qui ceteris hoc loco erat emendatior, in quo ita legebatur*: In illo casu, an dicti deponentes & testificantes probētur legitime inimici capitales, & per consequens à testificando merito repellendi nec ne, satis ex meritis processus potest patere Inquisitori iudici in hac causa, & procedere diœcesanus & ipse ad sententiam sicco pede. *& hęc proculdubio est vera & clara lectio.*

In Sabellano vero paulo aliter ita legitur: in illo casu prædicti deponentes, siue testificantes probantur legitime inimici capitales, & per consequens merito repelluntur à testificando: & sic ex meritis processus possunt Inquisitor & Episcopus suum firmare processum. *hęc ibi. In his hoc est Eymerici institutum: quotiens obijcitur testibus inimicitia capitalis, probari debet, & ex probatione apparet, an testes sint repellendi nec ne, quibus intellectis facile peruenitur ad sententiam.*

Modi sex tradendi copiam processus delato de hæresi, suppressis delatorum nominibus.

MOdus autē in talibus cōsueuit à diœcesanis & Inquisitoribus multiplex obseruari. 119.

PRIMVS, est: quòd prædictorum nomina, non in ipsa processus copia, sed in aliqua particulari cedula conscribantur; non tamen eo ordine quo deponunt, & talis delato cedula conferatur, sic, vt nomen testis, qui est primus in copia, sit sextus vel septimus in cedula; & qui secundus in copia, sit vltimus vel penultimus in cedula: & sic de aliis, nominum ordinem transmutando; & sic delatus quis hoc deponat, vel quis illud, & quis sit primus, & quis secundus in sua copia cognoscere non valebit.

Iste modus non videtur multum valere, quia non videtur delato multum prodesse, & deponentibus potest multum obesse. Nam per hunc modum delatus non potest cognoscere quis est ille, qui deponit illud; nec potest cognoscere, quis est qui deponit pro eo, & quis qui contra eum, cum inter deponentes interdum vnus deponat pro delato, alius contra delatum: quare clare non potest scire contra quem habet agere in specie, sed aget contra omnes illos in genere, immo contra quemlibet in specie, dando † eos omnes inimicos capitales, fingendo inimicitiarum colores. Et cū constet sibi per cedulam antedictā, sibi oblatā, quòd aliquis illorum deposuerit talia grauia contra eū, figet intentionem suam contra vnū vel duos, qui fortasse illa non deposuerunt; vel si fecerunt, cum veritate fecerūt, & conabitur eos destruere; quare grande periculum imminere poterit: & sic Inquisitor incidet in id, quod vult & debet subterfugere nisu † toto.

† Al. dicēde.

† Al. in toto processu.

Secundus modus est: nam datur delato processus copia ad partem vnam, & deponentium nō mina seu deferentium ad partem aliam, & admiscentur cum illis alia extranea eorum, qui nunquā deposuerunt cōtra in illa materia; & per hunc modum potest dicere delatus contra illum, & contra istum, & non veniet in cognitionem eius qui deposuit contra eum.

Iste modus est æque, vel magis periculosus quàm primus: nam per processus copiā, ipse scit in tali certo numero esse deponentium nomina contra eum, & per oblatam sibi cedulam noscit, quòd plura sibi nomina præsentantur, quàm sint illorum qui deposuerunt: itaque figet mentem suam contra aliquos illorum certos, qui fortasis nunquam deposuerunt; vel si deposuerunt, pro eo deposuerunt: vel si contra, deposuerunt cum veritate, & virtute iuramenti præstiti deposuerunt; & sic molietur contra eos insidias, & poterit illis graue periculum imminere, quod volumus cauere.

Tertius modus est: nam quando delatus examinatur in fine suæ confessionis, antequam sibi copia processus concedatur, interrogatur, an re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

putet se habere inimicos capitales, qui omni diuino timore postposito falso imponerēt sibi labem hæreticæ prauitatis; & tunc impræmeditatus, ac improuisus, & non visis deponentium attestationibus respondet, quòd non reputat se habere tales inimicos; vel si dicat quòd reputat se habere, nominat aliquos vt occurrunt.

Iste modus est cautelosus, quia nō datis defensionibus, nec exhibitis testium depositionibus, respondet improuisus, licet non sit deponentibus periculosus: quare non videtur multum tenēdus, quia delato nociuus.

Quartus modus est: nam delatus in fine suæ confessionis, antequam dentur sibi defensiones, B interrogatur de testibus, qui grauiora deponunt contra eum, vt de delatis, per hunc modum: Cognoscis tu talem? nominando vnum de testibus, qui grauiora deponunt contra eum: & dicit quòd non, vel quòd sic: si dicit quòd non, non potest ex tunc dando defensiones, illum ponere capitalem inimicum, cum dixerit se medio iuramento non cognoscere illum. Si dicit quòd sic: interrogatur si scit vel audiuit quòd iste dixerit vel egerit aliquid contra fidem: & si respondet quòd sic, talia vel talia; interrogatur si est eius amicus vel inimicus, & statim respondebit quòd amicus, vt eius testimonio stetur; & extunc b in illa causa nō potest dare illum inimicum capitalem, cum medio iuramento dixerit amicum. Si autem respondeat quòd non; interrogatur si est eius amicus, vel inimicus, & respondebit quòd amicus; tamen non staret propter hoc, quòd si aliquid sciret quin diceret, & extunc in illa causa non poterit eum ponere inimicum: & post sit idem de aliis testibus.

Iste modus est magis quàm immediate præcedens cautelosus, ex causis ibi allegatis; quare non est tenendus, nisi contra cautelosos & cauillosos: & hunc contra tales (licet raro) tenui, & cū essem astutus, vt dicit Apostolus, dolo eos cepi.

2. Cor. 12.

Hic modus vsu sacri tribunalis est receptus.

Quintus modus est: nam datur delato copia processus suppresis nominibus deponentium, & ipse visis depositionibus coniecturatur quis, vel qui deposuerunt talia contra eum, & frequenter venit in cognitionem, & dat quàmplures, quos dicit inimicos esse suos capitales, assignat rationes, & producit testes.

His omnibus exhibitis, & taliter actitatis, Inquisitor considerat si aliquos diuinauit, seu cognouit; & si sic, attendit ad causas inimicitiarum; & si nō sunt sufficientes, dimittit: & si sunt, examinat testes secrete; & si nō probant legitime, repelluntur: & hæc fiunt conuocato ad hoc bono E consilio peritorum: & iste modus vt communius obseruatur.

Sextus c modus est: nam delato processus copia exhibetur; sed deponentium & deferentium nomina supprimuntur, defensiones eidem concedūtur; & se defendendo multos se habere inimicos capitales exprimit, & nominat, causas talium inimicitiarum assignat: Quibus sic peractis, diœcesanus & Inquisitor cōsilium theologorum & iurisperitorum congregant, & iuxta alleg. cap. A Statuta. de hæreti. libr. 6. totum processum integraliter & perfectè, concilio per notarium legi faciunt, testium vel deponentium ac deferentium nomina, concilio publice exponunt, & non solū ad dandum sanum consilium; sed etiam ad tenēdum secretum iuramento, vel excommunicationis sententia eos arctant, & etiam eo ipso statuto ipsi Episcopus & Inquisitor sub præcepto obedientiæ extunc ad secretum huiusmodi adstringunt: Et d ibi per consiliarios tractatur si delatum & testes cognoscant plene, si inter eos est inimicitia capitalis, nec ne; & si per consiliarios plene cognoscentes istum & illos, deliberatur de om B nium, vel aliquorum inimicitia capitali contra delatum, vel non, statur consilio eorum & deliberationi: & qui per consilium iudicabuntur inimici capitales, à testimonio repelluntur; & qui non, admittuntur. Si autem consiliarij delatum & testes plene non cognoscunt; de consilio eorundem consiliariorum eligentur duo, tres, vel quatuor probi viri de villa † dicti delati, qui cognoscant plene delatum: quorum saltem vnus, vel duo sint sacerdotes parochiani, & alius (si potest commode) religiosus, & alij laici probi viri veritatis zelatores: isti per Episcopum & Inquisitorem secretius vocabuntur, & per iuramentū C vel excōmunicationis sententiam de dicenda veritate interrogabuntur de delati & testium amicitia, vel inimicitia capitali, publicando eis nomina istius & illorum, & stabitur iudicio eorundē, vt quos (habita prius inter se bona ac diligenti deliberatione;) dicent ipsius delati inimicos esse capitales, rationes legitimas allegando, à testimonio repellant; quos autem non, admittant: & istum modum communiter obseruaui, & deceptum (vt puto) inde non me inueni, sed ad veritatem negotij sic peruenī.

† Idest, oppido seu ciuitate: nam est vox Hispana.

COMMENT. XXIX.

D *Num. 119.*

HAec disputatio saluberrima est, & vtilissima: cum enim delatus non possit facile se tueri ab obiectionibus testium, quos ignorat, diligentissime debent Inquisitores præcauere, ne quid durius propterea in eos statuatur. & ob id Eymericus prudentissime hoc loco præscribit modos, quibus hoc incommodum euitetur. eosdem autem hos modos retulit Campegius apud Zanchinum tract. de hæret. cap. 13. versi. nec desunt modi. quo loco primos duos modos velut parum tutos omittit, ceteros non omnino damnat. eosdem refert nullis pene mutatis Iacobus Sprenger in malleo maleficarum par. 3. q. 11. actu. 7. & Silvester libro 3. de Strigimagis cap. 3. puncto nono.

Curandum diligēter ne Inquisiti de hæresi in notitiā testium deueniant.

In tota hac disputatione hoc est præcipue Inquisitori curandum, ne dum cautelas & modos excogitat ad inquirendum, an delati habeant inimicos capitales, per alias circunstantias efficiat, vt ijdem delati in notitiam testium deueniant. & hæc summa sit, testium incolumitati omnino consulendum esse, alias non facile reperirentur qui hæreticos, vel denuntiarent, vel aduersus eos testificarentur: quod in maximum catholicæ fidei detrimentum vergeret.

Et pro-

Et propterea in Hispania prudentissime prima instructione Hispalensi cap. 16. cautum est, quòd cum depositiones testium publicantur, & earum copia reis traditur, supprimantur quædam circumstantiæ, ex quibus testes possunt cognosci, quod refert etiam Ioannes Roias in singularibus fidei, singula. 208. Sūt autem circunstantiæ illæ, dies & hora delicti commissi, & si quæ sunt similes, quæ prudentiæ Inquisitorum relinquuntur. Simancas de catho. instit. titu. 64. num. 26. atque hoc ipsum videtur iam olim statuisse concilium Biterrense cap. 10. dum iubet ne testium nomina signo, vel verbo aliquo publicentur. de quo dicam amplius infra super quæst. 75.

Quæ circunstantiæ tacendæ, cū copia depositionū inquisitis tradatur.

Locus notatus.

a ¶ Primus est, quod prædictorum nomina B non in ipsa processus copia, sed in aliqua particulari cedula conscribantur, &c.] *In Bononiensi, Barcinonensi, & codice Cardinalis de Gambara ita:* sed in aliqua ad partem cedula conscribantur, *est phrasis Hispana latinitate inconditoque stylo donata,* ad partem, *id est in vna papyro scribantur nomina testium, in alia vero testium depositiones. sed vt cuncti facilius sententiam deprehenderent, visum est lectionem codicis Sabellani sequi, vt est impressa.*

Iam quantum ad hunc primum modum attinet, eum tradit etiam Franciscus Brunus tract. de indicijs & tortura. sed nullo modo debet in hoc crimine obseruari.

Testis semel approbatus non potest reprobari.

b ¶ Et ex tunc in illa causa non potest dare illum inimicum capitalem, cum medio iuramento dixerit amicum.] *Et ratio est, quoniam qui semel approbauit testem, non potest amplius eum reprobare. Felynus in cap. presentium. de testibus. nu. 7. & 8. S. Antoninus part. 3. tit. 9 cap. 11. §. 1. Salycetus, & alij in l. si quis testibus. C. de testibus. Alexander cons. 62. lib. 1. late Bossius tit. de publicatione process. & test. num. 13. & seq. & præceteris eleganter Boerius decisione 245. incipien.* Sed quid si quis in iudicio. *num. 2. 3. 4. vbi hoc declarat & limitat, quem omnino video.*

Tutissimū consilium ad cognoscendos inimicos in hac causa.

c ¶ Sextus modus est: nam delato processus co D pia exhibetur, &c. & se defendendo multos se habere inimicos capitales exprimit, &c.] *Hic modus est tutissimus, & vtilissimus in hac causa, quem iam olim præscripsisse mihi videtur concilium Biterrense* cap. 10. *in hæc verba:* Illud autem caueatis, secundum prouidam sedis Apostolicę voluntatem, ne testium nomina signo, vel verbo aliquo publicentur; sed si instat contra quem Inquisitio fit, dicens forte se habere inimicos, vel in se aliquos conspirasse, inimicorum ab eo, seu conspiratorum nomina, & inimicitiarum, seu conspirationis causa, & veritas exigantur: vt sic & testibus consulatur, & ipsis etiam conuincendis. *hactenus ibi, quod est diligentissime animaduertendum.*

Quid faciendum cum Inquisitus dicit se habere inimicos.

Locus notatus.

d ¶ Et ibi per consiliarios tractatur, si delatum & testes cognoscant plene, &c. *Conueniunt fere in omnibus hoc loco Bononienses, Barcinonenses, & codex Card. de Gambara. sed in Sabellano fortassis clarius ita legitur:* Et ibi tractent ipsi consiliarij, si inter delatum & testes plene cognoscatur inimicitia capitalis, vel non: & si per huiusmodi consiliarios plene cognitum fuerit de inimicitia capitali A omnium vel aliquorum, qui reputabuntur consilio plurium inimici capitales, repellentur: qui vero non reputabuntur, admittentur: Si autem dicti consiliarij nō cognouerint delatum, & testes, &c. *fere vt in impresso: in quo vt planior esset sententia, ita vellem legendum:* Et ibi per consiliarios tractetur, si ipsi delatum et testes cognoscunt plene, et si inter eos est inimicitia capitalis, &c. *Nihil fuit immutatum sed hoc fuit animaduersum. & sane codicis Sabellani lectio planior videtur.*

Hoc autem Eymerici consilium vsque adeo tutum esse existimo, vt si obseruetur, nihil inde incommodi vel testibus vel reis possit oriri. imo vero multum hac ratione reorum saluti consuletur. Cæterum integerrimos esse oportet consultores, quibus res tanti momenti credenda est; nec illis Inquisitor committet tale secretum manifestando nomina testium, vel delatorum seu denuntiatorum, quos probabiliter suspicatur, aut propter magnam amicitiam, aut sanguinis coniunctionem, aut ob alias causas reis quandoque propalaturos nomina testium aut accusatorum, aut denuntiatorum, in quo multa opus est prudentia.

De recusatione Inquisitoris.

TERTIVM quod prorogat & dilatat epi- 120
C scopi seu Inquisitoris iudicium, sententiam seu processum est ipsius iudicis, scilicet, Episcopi vel Inquisitoris recusatio; & hęc quandoque est aliqua atque iusta, quandoq; est friuola atq; nulla.

Causæ iustæ recusandi iudicem.

Quando enim delatus videt, quòd Inquisitor grauauit eum realiter & de facto, vtpote, quia defensiones iuris eidem petenti non concessit, vel ad uocatum eidem negauit, vel similia; recusat eum merito vt suspectum; causam recusationis præhabitam allegando. Tunc Inquisitor debet attendere ad causam recusationis: & si videt quòd contra ius & iustitiam eum aggrauauit, defensiones iuris sibi denegando, vel similia peragendo; tunc Inquisitor habet duas vias recusationem huiusmodi repellendi.

Modi duo repellendi recusationem.

PRIMA est, vt cum senserit, quòd delatus vult eum recusare, antequam recusatio ad eum perueniat, committat alicui plenarie vices suas; & extunc non poterit recusari, nec facta commissio impugnari, vt habetur extra de offic. dcleg. libr. 6. c. Iudex. secus si non committeret in totum & plenarie vices, vt in c. allegato.

SECVNDA via est, vt cum recusatio fuerit Inquisitori præsentata, Inquisitor videns quòd merito delatus ipsum vt suspectum recusauit, pro eo quia defensiones iuris sibi denegauit, vel aliud E simile, quod fieri non debuit, corrigat errorem suum, & reducat processum ad illum statum, in quo erat antequam ipsum aggrauasset, vtpote ad illum statum, in quo delatus ab eo defensiones iuris petiuit, dicendo: Ego reduco processum ad illū statum, in quo talis petiuit defensiones iuris, & ac quiesco petitioni suę, admittendo eum ad se defendendum; & concedo sibi iuris defensiones, & mando sibi dari copiam processus, & concedo a sibi talē, quem petit in aduocatū, & talē in procuratorē: & sic ablato grauamine aufertur causa suspi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cionis,& recusatio iam sit nulla, iuxta cap. Cum cessante. extra de appellatio.

Quando vero delatus videt se habere iniustitiam,& præsumit de iudicis vero iudicio & iustitia,exquirit interdum coloratas causas eum recusandi vt suspectum, vt sic subterfugiat eius iudicium,& recusat eum,allegando,quòd ipse Inquisitor est de parentela talis, qui denuntiauit eum, seu deposuit contra eum; seu est amicus talis, qui est eius inimicus;& similia colorata exquisita: Et tunc ipse Inquisitor, iuxta cap. Suspicionis. extra de offic. deleg.& de appella.cap. Secundo requiris,& cap. Cum speciali. eligat vnum probum virum in arbitrum, & mandet recusanti, quòd eligat alium: & sic electis arbitris mandet Inquisitor & cogat per suas litteras per † sententiam excommunicationis latæ, quatenus citent recusantem, mandando ei, quòd præsentet eis recusationem,& testes producat,& ipsi arbitri eos examinent diligenter,sic,quòd [b] infra tale certum tempus,scilicet,octo dies ambo,si cõueniãt; vel vnus eorum cum tertio per ambos electo, si non conueniant,super recusatione pronuncient: aliàs ipse vtetur suo iudicio & officio sicut prius in causa recusantis principali, recusatione huiusmodi nõ obstante.

Causæ friuolę recusandi.

† Al. sub ex cõicationis latæ sentẽtiæ pœna.

Si autem infra tempus arbitris assignatum percipiat Inquisitor, q̃ recusatio foret falsa, & per falsos testes probatur, & quòd pronuntiabitur cõtra eum;tunc,cum assensu tamen recusantis, aliàs nõ,potest alicui committere plenarie vices suas, vt patet in alleg.cap.Iudex. de offic.deleg. Si autẽ adueniente termino arbitris assignato,arbitri non pronuntiauerint;Inquisitor ex tunc iudex remaniet prout ante. Si autem arbitri pronuntiauerint recusationẽ fore nullam,remanet iudex vt prius: si autem pronuntiauerint recusationem esse legitimam,Inquisitoris officium conquiescit: & quo ad illam recusantis causam desinit esse iudex; nec potest alicui committere vices suas, vt patet in alleg.cap.Iudex.Et cum Episcopus siue Inquisitor non possit procedere ad sentẽtiam; Episcopus & Inquisitor uel alter eorum denuntiet factum domino nostro Papæ,supponendo q̃ non obstante huiusmodi recusatione possit Inquisitor procedere cum Episcopo in causa illa,uel subroget aliũ quo ad causam illam,qui cũ Episcopo & Inquisitore possit procedere in eadem.

COMMENT. XXX.

Num.120. *Hic titulus de recusatione Inquisitoris, licet parum differre videatur à sequenti de appellatione: quę fit ab Inquisitore; tamen ex definitione vtriusque discrimen non modicũ colligetur. Est enim recusatio (vt ait Hostiensis in sum.tit. de recusatio. iud. delegati.§. quid sit recusatio.) ob iustam causam suspicionis contra iudicem propositã. audientiæ eiusdem iudicis declinatio canonice allegata. Appellatio vero(vt cum Canonistis nunc sentiam) à minore iudice per inuocationem maioris iudicis prætextu iniquitatis primę latæ sententiæ rescissio. ita idem Hostiensis in sum.tit.de appellatio.§.quid sit appellatio.*

Quid recusatio.

Quid appellatio.

Tametsi vero iudices,tam ordinarij quàm delegati recusari possint. cap.suspicionis. de offic.delegati. cap.cum speciali.de accusatio.& l.apertissimi.C.de iudicys.traditque Hostiensis prędicto loco tit.de recusatio.§.quis recusetur. nihilominus tamen de Inquisitore hęretięq; prauitatis insignes uiri id negarũt, asserentes eum vt suspectum recusari non posse, cum grauissimus, æquissimus, probatissimus,& prudentissimus eligi presumatur. ita videtur posse colligi ex Archidiacono in cap.quia plerique. de offic.ord. lib.6.tradit Franciscus Ripa tract. de peste, par.3. num.140.& Iacobus Menochius lib.1. de arbitrarijs iudicum,q.37.num.40. & nominatim recusari non posse scripsit Ioannes Rojas in singularibus fidei, sing.100. incipien. Inquisitores non possunt. *& in tract.de hæret.par.2.tit. de priuilegijs Inquisitorum,num.435.& Bernardus Comensis in lucerna Inquisitorum verbo,recusatio.§.1.scripsit,in causa hæresis recusationem Inquisitoris raro & fere nunquam contingere.*

Inquisitor an possit recusari.

Ceterum Simancas de catho. instit.tit.17.num.51.& 52.Bernardus Comensis prædicto loco. Locatius in opere iudiciali verbo, recusatio. Tabiensis in sum.verbo,inquisitio.§.4.num.5.& alij non inferioris auctoritatis, posse recusari Inquisitorem admittunt.& hæc sententia summo iure verior est,& tenẽda: quamuis prior spectata iudicum probitate honestior videatur.

Recusari possunt Inquisitores.

Et in Hispania Madriliana quadam instructione anno Domini M D L X I.cap.52.nominatim hæc sententia definita videtur, vt iudices fidei recusari possint,in quo quis etiam ordo debeat obseruari præscribit,vt paulopost referam.

Cum Inquisitor recusat quis ordo seruandus.

Demus ergo posse Inquisitorem recusari, vt hic vult etiam Eymericus: nam & hoc tutius est, ac magis quoque remouet omnem iniquitatis suspicionem ab hoc sacro tribunali,& docemus breuiter quis in tota recusationis causa ordo sit seruandus. ac primũ recusationis causæ sunt afferendæ, de quibus copiose Hostiensis in sum.tit. de recusatio.§.quę sunt iustę causæ.& Ioannes And. in cap.legitima. de appellatio.lib.6. quibus locis ille tredecim, hic duodecim causas recusationis commemorant.refert etiam multas Panormitanus in ca.cum speciali.de appellatio. & alij quos prudens omitto.

Ex quibus causis recusentur Inquisitores.

Verumtamen in hoc tribunali non quælibet causæ sufficientes ad recusandos alios iudices sunt admittendæ, sed solum hæ, inimicitia, conspiratio in reos, aut quid tale,vt grauis emulatio vnde inimicitia facile oritur, quæ inimicitiæ sępe comparari possent: nam causæ quæ fuerint hic leuiores, negliguntur. Zabarella in clemen.1.de hæret. Angelus in sum.verbo, inquisitio.§.5. Simancas de catho. instit. tit.17. num.51.

Iam non quęuis inimicitia sufficiens erit ad repellendum Inquisitorem, sed iudicio meo aut capitalis, aut saltem grauis esse debet, iuxta doctrinã Speculi. & Ioannis And.ibi in additionibus tit.de iudice delegato.§.superest.vers.itẽ si est inimicus. notat Abbas in c.accedens.el 2.num.3. & ibidem Fely.extra vt lite non contest. & dixi copiose in libris de pœnis hæreticorum,ex quibus autem causis oriatur capitalis inimicitia,explicui infra super q.67.

Postremo

Inquisitore recusato, qd faciendum.

Postremo videndum est, quid fieri debeat vbi Inquisitor recusatus est.in hoc articulo, vt ex tota hac Eymerici seric disputationis colligitur, bifariam potest Inquisitor recusari: Aut quia reum non seruato iuris ordine aggrauauit: Aut quia eius est inimicus. Si ob primam causam recusatio sit proposita, duas regulas tradit auctor vt possit euitari, quas nec refello,nec approbo: quia ea potius pertinent ad titulũ de appellatione Inquisitoris, quàm ad hunc de recusatione: & vt mox dicam, tutius est recusatione interposita quiescere.

In casu recusationis non eligantur arbitri.

Si ob secundam causam recusetur,Eymericus hic §.quando vero delatus. aperte sentit, arbitros esse eligendos, qui de recusationis causa cognoscant,iuxta c.suspicionis. de offic.delegati. & c. cum speciali. de appellatio.idem tenere videtur Vmbertus Locatus in opere iudiciali verbo,recusatio. Ceterũ decentius & honestius est,ne iudicium eludatur, & negotium catholicæ fidei differatur, & vt omnis occasio facile recusandi Inquisitorem auferatur,vt nulli arbitri eligantur: sed causa recusationis ad supremum inquisitionis Senatum est remittenda,vt ibi summatim re cognita, vel Inquisitor recusatus reiciatur seu prohibeatur, ne iudicet in ea causa: vel contra,iudicare iubeatur,dummodo semper meminerimus ob friuolas & leues recusationis causas non esse prohibendum Inquisitorem ne iudicet.

Atque hęc sententia de non eligẽdis arbitris, sed de remittenda recusationis causa ad supremum Senatum in Hispania Madriliana quadam instructione edita anno Domini M. D. L X I.cap.52.sancita est his verbis à nobis latine redditis. Si aliquis ex Inquisitoribus ab aliquo reo fuerit recusatus,si Inquisitor habuerit collegam, qui fuerit præsens, debet tunc à cognitione illius causæ abstinere, & certiorem facere Senatum, & interim collega suus procedat:quòd si collegam non habeat, similiter faciat Senatum certiorem,& interim non procedat in ea causa, donec visis & examinatis causis suspicionis,Senatus decernat quid fieri debeat.atque hoc ipsum fiet cum omnes Inquisitores fuerint recusati.*hęc ibi.*

Hanc vero sententiam & ordinem in recusatione seruandum omnino existimo, tum quia tutissimum hoc est & securissimum; tum etiam quoniam in iudice recusationis perinde est in hęresis causa iudicandum atque in iudice appellationis. Manifestum est autem,quòd cum in hoc crimine admittitur appellatio, ab Inquisitore ad Papam, aut ad supremum Senatũ appellatur,vt dicemus in tit.sequenti,traditque copiose Zanchinus tract.de hęret.cap.29. ita ergo videtur penitus in recusatione faciendum.

An Inqsitor debeat cõcedere reo ad aduocatũ quẽ petierit.

a ¶ Et concedo sibi talem quem petit in aduocatum,& talem in procuratorem.] *Hæc verba diligenter sunt obseruanda: quoniam sępe vidimus dubitari,an Inquisitor debeat reo petenti hunc vel illum aduocatum concedere alium ab eis qui sunt ordinarij aduocati constituti in officio inquisitionis. & profecto non obstante quòd in sacro officio deputati sunt aduocati, cum expedire viderit Inquisitor,potest alium constituere, seu concedere reo petenti: cũ enim non reperiatur in iure sibi denegatum quo minus possit hoc facere, concessum esse videtur per ge-*

neralitatem textus in cap. vt commissi. §.aduocandi.de hæret.lib.6.

Expedire autem videbitur, quotiens aduocatus deputatus reo repertus fuerit inimicus, aut aliàs infenso in eum animo, vel ex aliqua causa suspectus: nam tunc petenti alium, concedet. sed & ex officio quandoque alium dabit, cum cognatus vel affinis ipsius aduocati fuerit delatus. iam ex pluribus aliis causis possunt hæc fieri,quę nominatim à nobis præscribi non possunt.

Cum vero noui aduocati conceduntur, meminerit Inquisitor prius circa eos obseruandas esse eas iuris solemnitates,quas supra tradidimus tit.de defensionibus reorum.§.& sic concedetur sibi aduocatus. De procuratore(si is etiam concedendus fuerit)eadem sunt accipienda.

b ¶ Sic quòd infra tale certum tempus, scilicet octo dies,ambo, &c.] *Iam monui paulo antea in hac causa non esse arbitros eligendos. ceterum si contingeret quandoque eos eligi, hęc verba sunt declaranda. dicit ergo Eymericus, vt arbitri intra tale certum tempus iudicent de causa recusationis, quoniam tempus intra quod arbitri terminare debeant causam, non est à iure taxatum: sed iudex recusatus id debet prefigere, intra quod nisi arbitri iudicarint de causa recusationis,tunc iudex recusatus cognoscere poterit de causa principali. cap. legitima. de appellatio.lib.6.ibi:* Infra quem *(scilicet terminum)* in idem conueniant, vel tertium concorditer aduocent,cum quo ambo,vel alter eorũ, eius suspicionis negotium terminare procurrent: alioqui iudex ex tunc in principali negotio procedere non omittat. *hæc ibi. quę non latuerunt Eymericum,dum paulopost dicit:* Si autem adueniente termino, &c.

Tẽpus arbitris cõcessũ ad terminandã causam, non est iure taxatum.

De appellatione quæ fit ab Inquisitore.

QVARTVM quod prorogat& dilatat iudicium,sententiam & processum Inquisitoris est delati ab Inquisitore appellatio: & hæc interdum est aliqua atque iusta, interdum est friuola atque nulla. Quando enim delatus sentit ab Inquisitore realiter et de facto contra ius & iustitiam aggrauatum, vtpote,quia non vult eum ad se defendendum admittere, vel solus sine Episcopo seu eius Vicario pronuntiauit delatum quæstionare,et similia non sienda,et appellat ab Inquisitore,huiusmodi grauamina allegando,atque apostolos sæpe & sæpius postulando: tunc Inquisitor appellatione huiusmodi sibi præsentata sine turbatione atque metu debet petere copiam appellationis protestans verbo,quòd nõ currat sibi tempus. Et cum ipse delatus tradiderit sibi copiam,adhuc Inquisitor habet duos dies ad respondendũ: et post hæc habet adhuc triginta ad apostolos exhibendum: Et licet statim possit respondere, et apostolos dare, istos vel illos, vbi multũ sit peritus: tamen,vt cautius procedatur,melius est aliquẽ terminum vel decem, vel viginti, vel vigintiquinque dierum eidem ad dandum pariter et recipiẽdum apostolos,quales dare decernit †, assignare,cum potestate prorogandi infra tempus iuris.

† al.decreuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et infra tempus assignatum debet diligenter attēdere, & discutere causas appellationis, seu grauamina allegata: & si videt habito bono consilio peritorum, ꝙ iniuste & indebite delatum aggrauauit, se ad defendendum eum non admittendo, vel solus & per se sine Episcopo, vel eius Vicario, eundem delatum quæstionandum pronunciando, vel similia, adueniente termino assignato corrigat errorem suum, & reducat processum ad punctum & statum, in quo erat, quando defensiones ille petiuit, vel terminum ad interloquendum assignauit, & similia; & tollat grauamen, quo ablato procedat prout ante: quia per amotionem grauaminis, appellatio, quæ erat aliqua, fit nulla. iuxta cap. Cum cessante. extra de appel.

Iustæ causæ appellandi.

Grauamina tollenda.

Attēdat autem circumspectus & prouidus Inquisitor, ꝙ quædam sunt grauamina reparabilia, vt sunt ista, de quibus statim dictum est; & tunc habet locum modus prędictus. Quędam autem sunt irreparabilia, vtpote si delatus iā fuerit quęstionatus realiter, & de facto, & post euadens appellat: vel si libri sunt ab eo recepti pariter & combusti, & similia, quæ nequeunt reparari nec reuocari: & tunc non habet locum modus prędictus, scilicet processum ad statū reduceret, in quo fuit grauamen huiusmodi irrogatum.

Grauamina reparabilia quædā, alia non.

122 Attendat etiam Inquisitor, ꝙ licet à die responsionis habeat triginta dies ad apostolos exhibendum: iuxta cap. Ab eo. de appella. lib. 6. & possit petenti apostolos assignare vltimam diem iuris, hoc est trigesimam ad apostolos recipiendum; tamen ne videatur, ꝙ vult vexare delatum, & de vexatione indebita reddat se suspectū; & ne videatur confirmare grauamē sibi impositum, propter quod extitit appellatum; melius est, ꝙ assignet infra tempus iuris terminum competentem, vtpote decem dierum vel viginti, & potest postmodum (si expedire viderit) adueniente termino, prorogare, dicendo se fuisse aliis negotiis fidei implicatū, vel huiusmodi.

Attendat etiam Inquisitor, ꝙ quando præfiget terminum appellanti, & apostolos petenti, ꝙ non assignet solum ad apostolos dandum, sed ad dandum pariter & recipiendum: quia si assignaret ad dandum, tunc Inquisitor à quo appellatur, haberet eis mittere. assignabit ergo appellanti terminum, hoc est, talem diem, talis anni, vtpote vigesimam † mensis Augusti ad dandum ei, & recipiendum ab Inquisitore apostolos tales, quales decreuerit se daturum.

† al. decimā

Attendat etiam Inquisitor, quòd in assignatione termini, non dicat respondendo, quòd dabit apostolos negatiuos, nec quòd dabit affirmatiuos, sed (vt possit interim plenius deliberare) dicet, quòd exhibebit tales, quales tunc ei decreuerit exhibendos.

Attendat etiam Inquisitor, quòd in assignatione huiusmodi termini appellanti, vt tollatur omnis cautela, & prouideatur & astutię & malitiæ appellantis; assignet locum in specie, diem, & horā, vtpote ꝙ assignet vigesimam diem Augusti anni pręsentis, & horam vesperorum, & cameram ipsius Inquisitoris, in domo Prędicatorum talis ci- A uitatis, vel loci sitam, tali appellanti ad dandum & recipiendum tales apostolos, quales tunc decreuerit exhibendos.

Attendat etiam astutus & circumspectus Inquisitor, ꝙ si ipse decreuerit in animo suo detinere delatum, crimine requirente, & iustitia exigente; in termini assignatione ponat, quòd assignat talem terminum ad dandum & recipiendum personaliter apostolos ipsi appellanti, assignetque talem locum ipsi appellanti ad dandum eidem, & recipiendum ab eodem apostolos, de quo sit in potestate Inquisitoris appellantem libere detinere, datis prius tamen statim apostolis negatiuis, B aliàs non.

Attendatque Inquisitor, ne aliquid innouet circa appellantem, ipsum capiendo vel quæstionādo, seu à carcere liberando, seu aliàs, ab hora, qua fuit eidem appellatio pręsentata, vsque ad horā, qua tradidit apostolos negatiuos.

123 Quando vero delatus dubitat, quin contra eū feratur sententia, quia constat sibi de culpa sua; frequenter recurrit ad appellationis remedium, vt sic subterfugiat Inquisitoris iudicium; & sic ab [c] Inquisitore appellat, & causas friuolas assignat: vtpote, quòd Inquisitor eum captum tenuit, & cautioni idoneæ eum tradere noluit, & similia fri- C uola colorata: qua appellatione Inquisitori præsentata, Inquisitor copiam appellationis petat, qua habita statim, vel post duos dies respondeat, in qua responsione diem, & horam, & locum appellanti ad dandum & recipiendum apostolos tales, quales decreuerit, præfigat; infra terminum tamen iuris, vtpote x. xv. xx. vel vigesimumquintū diem, talis mensis, infra quem terminum assignatum Inquisitor copiam appellationis, & grauamina seu causas, propter quas appellat, diligenter discutiat; & cum bono consilio peritorum deliberet, an exhibeat appellanti apostolos negatiuos, hoc est responsiones negatiuas, appellationem nō D admittendo: vel affirmatiuos, hoc est, responsiones affirmatiuas & reuerentiales, mittendas ad iudicem, ad quem appellatur, appellationi deferendo.

Si ex friuolis causis appellatum sit quid facere debeat Inquisitor.

Si enim videat ꝙ causę appellationis sunt falsę vel friuolæ, atq. nullę; & ꝙ appellans non vult nisi iudicium subterfugere, seu prorogare, det apostolos negatiuos seu refutatorios. Si autem videat, ꝙ grauamina sunt vera, & iniuste sibi illata, & non sunt reparabilia; vel dubitat si est ita, vel aliàs fatigatus propter malitiam appellantis, vult se à tanto onere liberare; exhibeat [d] appellanti apostolos af- E firmatiuos seu reuerentiales. Adueniente igitur appellanti termino assignato, si Inquisitor nondū formauit apostolos seu responsiones, vel aliàs nō est dispositus, peremptorie potest prorogare simul, vel successiue vsque ad trigesimū diem, qui est vltimus terminus iuris ad exhibendū apostolos assignatos: si autē formauit, & est dispositus, potest statim dare apostolos appellanti.

Appellatio quādo sit refutanda, & qn̄ admittenda.

Si igitur decreuerit dare apostolos negatiuos seu refutatorios, adueniente termino peremptorio assignato, exhibebit per modum qui sequitur in scriptis.

Forma

Forma dandi apostolos negatiuos. A

124 ET dictus Inquisitor respondens præfatæ interiectę appellationi (si dici appellatio mereatur) dicit, ꝙ ipse iuste & secundum canonicas sanctiones, ac consulta ad Inquisitores & priuilegia eorundem, processit, & procedere intendit, ac à iuris tramite non discessit, nec discedere intendit: neque † ipsum appellantem aggrauauit, nec aggrauare intellexit, nec intendit: quod patet per causas coloratas allegatas singulas discurrendo: Non enim grauauit eum in hoc, ꝙ ipsum cepit, & captum tenuit; quia cum sit sibi delatus de hęretica prauitate, & testes multos habeat contra eum, B merito ipsum tanquam conuictum de hęresi, vel sibi vehementer suspectum captum tenere debuit, atque debet: nec grauauit eum: quia dare ipsum noluit cautioni: † nam cum crimen hęresis sit crimen de maioribus, & ipse appellans esset conuictus, & staret in negatiua, nequaquam erat, nec est cautioni etiam maximæ dandus: sed est & erat in carceribus detinendus: *Et sic discurrat per alias rationes. Quo facto, dicat sic:*

† al. minusque

† Eymericus infra q. 90. vbi dixi.

Quare apparet, ꝙ ipse Inquisitor iuste, & debite processit, & à iuris semitis minime deuiauit, minusque ipsum in aliquo grauauit: sed ipse appellans per causas coloratas, atque fictas nititur subterfugere iudicium, iniuste & indebite appellan- C do: propter quæ eius appellatio est friuola atque nulla, vtpote à nullo grauamine interiecta, peccās in materia, & forma. Et cum appellationibus friuolis, nec iura deferant †, nec sit à iudice deferendum: ideo dicit ipse Inquisitor, ꝙ interiectam appellationem non admittit, nec admittere intendit, nec ei defert, nec ei deferre proponit. Et hanc responsionem offert dicto tali, sic indebite appellanti, pro apostolis negatiuis, & mandat inseri statim, & immediate post appellationem prædictam eidem præsentatam: *Et sic tradat notario, qui appellationem eidem pręsentauit.*

† Cap. cum appellationibus. de appel. lib. 6.

D

Forma alia concedendi appellanti apostolos negatiuos.

ET dictus Inquisitor respondendo antefatæ interiectæ appellationi (si dici appellatio mereatur) dicit ꝙ ipse iuste & iuridice contra ipsum appellantem processit, nec ipsum in iudicio † aggrauauit; sed ipse appellans timens ne secundum eius demerita feratur contra eum sententia, nititur subterfugere iudicium & iustitiam; fingensq; se indebite aggrauatum, sine causa legitima appellauit: propter quę eius colorata appellatio de iure est friuola atque falsa, vtpote à nullo graua- E mine interiecta: & cum appellationibus friuolis nec iura deferant †, nec sit à iudice deferendum; ideo dicit ipse Inquisitor, ꝙ interiectam appellationem non admittit, nec ei defert, nec deferre intendit. *Et hanc responsionem offert pro apostolis negatiuis, mandando eam inseri immediate post interiectam appellationem. Et sic tradet notario, qui appellationem eidem pręsentauit.*

† al. vel in modico

† Cap. cum appellationibus. de appel. lib. 6.

125 Quibus apostolis negatiuis, sic exhibitis appel- A lanti, statim Inquisitor continuando, ipsum suum officium exequatur, mandando eundem capi, seu detineri, vel [e] ipsum arrestando †, vel terminum ad comparendum coram se eidem assignādo, vel aliquid simile, propter quod appareat, ꝙ non desinit esse iudex; continuabitq; processum suum contra appellantem; quousque per iudicem, ad quem fuerat appellatum, sit prohibitum ne procedat: Caueat tamen Inquisitor, ꝙ nullam nouitatem † faciat erga appellantis personam, nec ipsum capiendo; nec, si captus est, à carcere liberando; nec aliàs ab hora, qua appellantis fuit appellatio sibi præsentata, quousque eidem appellanti apostolos tradiderit negatiuos: sed extunc (vt prædicitur) B poterit si iustitia hoc requirat, quousque sit prohibitus à iudice, ad quem fuerat appellatum; & tunc cum processibus † clausis & sigillatis, & cū fida & tuta custodia, idonea cautione, si oportuerit, remittet eum ad iudicem antedictum.

† Arrestare, vox vulgaris de qua videto hic in cōmentario.

† L. 1. §. 1. ff. nihil nouari appellat. in tēpo.

† Cap. 1. §. post hoc. de appel. lib. 6.

Si autem [f] Inquisitor exhibere decreuerit appellanti apostolos affirmatiuos, & reuerentiales, adueniente eidem termino peremptorio assignato ad dandum & recipiendum apostolos, exhibebit per modum, qui sequitur, in scriptis. 126

Forma concedendi appellanti apostolos affirmatiuos. C

ET dictus Inquisitor respondens præfatæ interiectioni † appellationis (si dici appellatio mereatur) dicit, ꝙ ipse iuste, & prout debuit de iure, in causa præsenti processit, & non aliàs, nec dictum appellantem aggrauasse intendit; quod patet ad allegatas rationes singulas discurrendo. Nō enim ipsum aggrauauit in hoc, quòd dicit, &c. *Discurrat per causas singulas appellationis meliori modo, & cum veritate, qua poterit respondendo, concludendo sic:*

† al. interiectæ appellationi.

Quare apparet, ꝙ ipse Inquisitor dictum appellantem nullatenus grauauit, nec causam dedit D eidem appellandi: sed ipse appellans metuens ne secundū eius demerita ad iustitiā procedatur, appellauit: propter quod eius appellatio est friuola atq. nulla, quia à nullo grauamine interiecta, nec ei est iure à iudice deferendū. Verum [g] † propter reuerentiam sedis Apostolicæ, ad quam extitit appellatum, dicit ipse Inquisitor, ꝙ dictam appellationem admittit, eique defert, & deferre intendit, totum præsens negotium ad sanctissimum dominum nostrum Papam, & ad sanctam sedem Apostolicam remittendo, assignando eidem appellāti certum tēpus, scilicet tot menses proxime sequentes, infra quos cum processibus clausis & sigilla- E tis, sibi per ipsum Inquisitorem tradendis, & aliàs data idonea cautione de pręsentando se in Romana curia, vel cum fida & tuta custodia, eidem per ipsum Inquisitorē exhibenda, habeat se in Romana curia præsentare domino nostro Papæ.

† Cap. 1. de appella. l. 6.

Et hanc responsionem offert ipse Inquisitor eidem appellanti pro apostolis affirmatiuis, & mandat eā inseri immediate post interiectam appellationem eidem presentatam. Et sic tradat Notario, qui appellationem eidem præsentauit.

 Forma

Forma alia breuior ad idem.

ET dictus Inquisitor respondens appellationi interiectæ dicit, quòd ipse iuste & debite cõtra appellantem processit, nec eum in aliquo grauauit; propter quod eius appellatio videtur esse friuola atque nulla, vtpote à nullo grauamine interiecta: verum propter reuerentiam Sedis Apostolicæ, ad quam extitit appellatum, & vt ibi melius de causę meritis videatur, dictam appellationem admittit, eique defert; totum prętens negotium ad sanctam sedem Apostolicam remittẽdo totaliter, & ex toto: asśignando † eidem appellãti tale certum tempus, infra quod cum processibus clausis, sibi per Inquisitorem tradendis, & cũ sibi data idonea cautione de se præsentando, habeat se præsentare domino nostro Papæ.

† c. Cum sit Romana. de appell. & c. 1. §. post hoc. de appell. lib. 6.

Et hanc responsionem offert pro apostolis reuerentialibus: mandans eandem inseri statim & immediate post prędictam appellationem eidem præsentatã per notarium appellationis eiusdem.

127 Attendat[h] autem prudens Inquisitor, ꝙ mox, vt apostolos reuerentiales appellanti exhibuit, in causa illa, pro qua ille appellauit, statim ipse desinit esse iudex †, nec potest amplius de illa cognoscere, nisi causa sibi remissa fuerit per sanctissimũ dominum nostrum Papam: quare de causa illa se amplius non intromittat nisi mittẽdo dictum appellantem per modum prędictum ad D. N. Papã; asśignando eidem terminum competẽtem, vtpote vnius mensis, duorũ, vel trium, quatenus interim possit se ad eundẽ disponere, & parare: recipiatq; ab eo de comparendo & se prętentãdo in Romana curia infra terminum eidẽ asśignatum, idoneã cautionem: vel si appellans non potest illam præstare, mittatur cum fida custodia & tuta, vel obliget se melius quo poterit, quatenus infra terminũ asśignatum, in curia Romana se præsentabit domino nostro Papæ, vel per ipsum non stabit.

† c. Cum appellationib. §. si vero iudex. de appel. lib. 6.

Si autem[i] Inquisitor habet causam aliam, ac procedat contra eum in alia causa, in qua delatus non appellat, in ipsa illa causa Inquisitor iudex remanet, prout ante. Et si post admissam appellationem, & datis apostolis reuerentialibus ipse appellans accusatur, vel denuntiatur Inquisitori de aliis hæresibus, vel criminibus, de quibus non agitur in causa, pro qua appellauit; non desinit esse iudex, immo potest procedere ad se informandũ, & testes examinãdum libere prout prius: & finita prima causa in Rom. curia, vel ad Inquisitorẽ remissa, potest procedere (vt prius) libere in secũda,

COMMENT. XXXI.

Num. 121. *Quæ superiori adnotatione diximus de Inquisitoris recusatione, eadem ferme de appellatione, quæ fit ab eo, statuenda videntur. ceterum quia res est diuersa, breui oratione quid in hac causa, cum appellatur, sit agendum, ostendemus.*

De appellatione in causa hæresis, q scripserint,

De hac materia copiose Zanchinus tract. de hęret. cap. 29. & ibi Campegius: Squillacensis tract. de fide catho. cap. 45. Conradus Brunus lib. 4. de hęret. cap. vltimo. Simancas de catho. institu. tit. 6.

A *idem in enchyridio tit. 65. Ioannes Rojas singularibus fidei, singul. 19. incipien.* appellatio tam in ciuilibus. *Bernardus Comensis in lucerna verbo, appellatio. Locatus in opere iudiciali. & Repertorium Inquisitorum verbo, appellare. Iacobus Sprenger in malleo maleficarum 3. par. q. 35. Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 94. Archidiaconus, Ioan. And. Geminianus, Francus, & ceteri communiter in cap. vt inquisitionis. de hęret. lib. 6. & alij varijs locis, quos omitto libenter; nam hi ceteris copiosius rem hanc spectantem tractant.*

B *Ac primum quidem, vt & quæ Eymericus tradit melius intelligantur, & quid etiam hodie in hac causa appellationis fieri debeat, percipiatur; remouẽdum est id dubium, quod auctor obijcere videtur de appellatione admittenda in causa hęresis, cum iura vbique clament hęreticis beneficiũ appellationis denegari, cap. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. vers. non obstantibus appellationibus. Federicus Imperator in l. commissi nobis. §. 7. in hęc verba:* Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficiũ ab hęreticis, receptatoribus & fautoribus eorundem penitus amouemus. *hęc ibi. Et conciliũ Constantiense sessio. 15 appellationem per Ioãnem Huſz interpositam velut iniquam & vanam explosit.*

In causa fidei nõ appellatur à definitiua sententia sed ab interlocutoria.

C *Sed hęc dubitatio facile dirimitur: nam à sententia definitiua nulla hęreticis appellatio conceditur, quoniam appellationis remedium ad præsidium imo centię, non ad defensionem iniquitatis fuit institutũ. cap. cum speciali. § porro. & cap. ad nostram. de appellatio. manifestum est enim, neminem de hęresi definitiue damnari, nisi vel confessus, vel legitime conuictus fuerit. Rursus à definitiuis non appellatur ob fidei fauorem, & odium hęreticorum, ne iudicium protrahatur. Postremo, quoniam sententia, quę multo præcedenti consilio & matura deliberatione lata est, non debet per iniquas calumniantium voces retractari.*

D *Ab interlocutorijs tamen sententijs, seu interlocutionibus Inquisitorũ prouocari reis licet, vbi se grauari indebite senserint. ita præcitati, ac præ cæteris Zanchinus dicto cap. 29. nu. 2. Simancas de catho. instit. tit. 6. nu. 3. Squillacensis de fide catho. cap. 45. & luculenter idem Eymericus 3. par. q. 217. & iuxta hanc distinctionem intelligenda sunt quę hic commemorat auctor. cuius documenta in hac disputatione diligentissime sunt obseruanda, paucis exceptis, quæ suis locis sumus singulatim obseruaturi. ad quẽ autem appelletur in hac causa, dicam paulopost in tit. de forma concedendi appellanti apostolos affirmatiuos, nu. 126. §. verum propter reuerentiam.*

Quid seruandum cum appellatur.

E *Num autem in appellatione huiusmodi, quæ fit ab interlocutorijs Inquisitorum sententijs exprimenda causa sit propter quam appellatur, recte quæritur, & scitu dignum est. Et breuiter atque constãter respondetur, quòd appellatio ab interlocutoria siue à grauamine, quo reus se grauari dicit, duo præcipue continere debet, primum est grauamen à quo appellatur, cap. cum sit Romana. extra de appel. & tradit apertissime Eymericus hic, ibi:* Et appellat ab Inquisitore huiusmodi grauamina allegando, alterum est, causa per quam grauamen impugnatur, quæ in appellatione exprimi debet. *cap. vt debitus. & cap.*

A *cap. cum causam. extra de appellat. & docet egregie Bonifacius de Vitalinis in clemen. appellanti. de appellat. num. 24. & seq. Si quis ergo simpliciter diceret, appello à tali interlocutoria: talis appellatio non valeret, quia in ea nulla grauaminis causa exprimeretur; nec esset tunc differentia inter appellationem à diffinitiua & interlocutoria contra textum in dicto cap. vt debitus. & in cap. ex parte. extra de appel. Similiter si quis appellaret, causam solũ in genere, non specifice proponẽdo dicens, appello à tali interlocutoria, quia est iniusta, huiusmodi appellatio nõ esset valida: quia talis expresio propter nimiam generalitatem, pro non facta haberetur. arg. l. si in rem. in principio. ff. de rei vendi. & l. prator edixit. in principio ff. de iniur.*

Quamquam autem taliter appellare nõ sufficiat, at nihilominus satis erit ita causam exprimere, quod ex inspectione tenoris appellationis concludatur euidenter, appellãtem fuisse grauatum, dum tamen vera sit in appellatione contenta. ita Bonifacius in dicta clemen. appellanti. de appel. nu. 27. & seq.

Cum prætiu dicium iure parabile reis inferri põt, caute procedendum & qualiter.

a ¶ Quędam autem sunt irreparabilia, vtpote si delatus iam fuerit quęstionatus realiter, & cet.] *Quotiens grauamina irreparabilia inferri possunt, prudentissime animaduertendum est, ne quid ab Inquisitoribus incaute, ac sine maturo consilio, conuocatis si opus fuerit peritis, geratur. neque ad torturam deueniendũ est sine indicijs legitimis. sed de hoc articulo insignis extat instructio Madriliana apud Hispanos anni M D L X I. cap. 50. in qua ita cautũ est:* Debent Inquisitores plurimum considerare, vt sententia de reo torquendo iuste feratur, & prędecedentibus legitimis indiciis: Et cum de hoc dubitauerint (quia ex hoc nascitur prętudicium irreparabile, & quoniam in causa hæresis habet locum appellatio ab interlocutoria iudicis sentẽtia) concedent reo appellanti appellationem. Sed si talem dubitationem non habeant, immo reputãt indicia ex processu resultantia legitima esse; tunc ad executionem torturæ sine mora est procedendum: quoniam appellatio hoc casu friuola reputatur. sed in dubio semper est appellationi deferendum. & vlterius considerare debent Inquisitores neque ad sententiam tormenti, neque ad eius executionem procedendum esse, nisi causa concluśa, & acceptis rei defensionibus. *hæc ibi. quæ vbique obseruari vellem, quoniã tutissima sunt & æquissima.*

Num. 122. Appellatiõe interposita cur nihil innouandum.

b ¶ Attendatque Inquisitor ne aliquid innouet circa appellantem, &c.] *Causam eleganter tradit Vlpianus in l. 1. ff. nihil nouari appellat. interpo. his verbis:* Appellatione interposita, siue recepta sit, siue non, medio tempore nihil nouari oportet. Si quidem fuerit recepta appellatio: quia recepta est. Si vero non est recepta: ne prætudicium fiat, quoad deliberetur, vtrum recipienda sit appellatio an non sit. Recepta autem appellatione, tandiu nihil erit innouandum, quãdiu de appellatione fuerit pronuntiatum. *hęc Vlpianus.*

Num. 123. Appellatio ob causas friuolas non admittenda, & quę sint causę friuolę.

c ¶ Et sic ab Inquisitore appellat, & causas friuolas asśignat,] *Vt appellatio ab interlocutoria Inquisitoris sententia admittatur, causæ iustæ afferri debent: nam friuolæ nullo modo sunt admittendæ.*

D *Quæ autem dicantur friuolæ appellationes, non videtur iure expressum, & propterea arbitrio iudicãtium relinquitur id definire. & Inquisitor an appellationis causa sit friuola nec ne, nisi peritissimus sit & doctissimus, cõsilio peritorum statuere debet: hoc enim semper est tutius. cognoscetur autem, friuolas esse appellationis causas, quando nec iustam afferunt rationem, aut iuri cõsonam, aut non idoneam.*

Appellationes frustratoriæ & moratoriæ repellẽdæ.

Quod vero de appellatione ob friuolas causas interposita diximus, idem locum habet, cum causę frustratoriæ, aut moratoriæ interponuntur, quę nullam

B *rationem probabilem secum ferunt. moratoriæ enim appellationes recipi non debent, cum non tam appellationes quàm ludificationes dici debeant, in eum potissimum finem à reis astutis & cauillosis fictę, vt iudicium inique euitent, & causam producant; nam frustratoria appellatio est, quę morandi causa interponitur. l. 4. ff. de appellatio. recipien. vel non.*

Postremo quia sępe contingit multos in sacro inquisitionis officio inique & fraudulenter appellare, vt processum & iudiciũ Inquisitoris impediant, sententiamque morentur, vt optime etiam hic animaduertit Eymericus: propterea his fraudibus vigilanter est occurrendum. quod quibus modis fieri possit,

C *tradit copiose Bernardus Comẽsis in lucerna verbo, appellatio. num. 6. vbi numerat 30. notabilia in hac causa satis vtilia, quę breuitatis gratia omitto.*

Qua autem ratione sit appellatio formanda, tradit abunde Hostiensis in summa tit. de appellatio. §. qualiter sit appellatio facienda. cum multis seq. & Speculator lib. 4. tit. de appellatio.

Num. 123. Appellatiõe interposita quo ordine res geratur.

d ¶ Exhibeat appellanti apostolos affirmatiuos seu reuerentiales.] *Post appellationem interpositam, quo ordine sit res gerenda docet hic Eymericus, iuxta legum sanctiones, à quibus in tota hac praxi formanda nusquam discedit: nam de proposita apostolorum materia ita scribit Martianus l. 1. ff. de libellis dimissorijs.* Post appellationem interpositam litterę dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium; quas litteras dimissorias siue apostolos appellãt. Sensus autem litterarum talis est: appellasse puta Lucium Titium à sententia illius, quę inter illos dicta est, *hactenus Martianus.*

Quid apostoli & quot eorum genera.

Dicti autẽ sunt apostoli ἀπὸ τοῦ ἀποστέλλειν, quod mittere significat. l. dimissoriæ. 106. ff. de verb. signi. & qua ratione formentur, tradit breuiter Accursius in d. l. dimissoriæ. copiose Speculator lib. 4. tit. de apostolis seu libellis dimissorijs. & Gratianus in c. post

E *appellationem. 2. q. 6. & 73. distin.*

Apostolorum vero varia sunt genera: sunt enim aut conuentionales, aut testimoniales, aut dimissorij, aut refutatorij, aut reuerentiales seu affirmatiui, vt tradit Speculator præcitato loco nu. 1. & Hostiensis in sum. tit. de appel. §. qualiter. vers. dicuntur autem apostoli. Ad hunc Eymerici locum illustrandum de refutatorijs primum, tum de reuerentialibus, quos affirmatiuos appellat, breuiter dicam.

Apostoli ne gatiui qui dicantur.

Ergo apostoli refutatorij, siue negatiui sunt illi, per quos apparet iudicem à quo appellatur, non deferre

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferre appellationi, nec eam admittere in quibus cum iudex appellationem refutat, causam refutationis inferre debet. c.1.§.in quibus. de appellatio. lib.6.ibi. In quibus appellationis causam iudex exprimat, & cur appellatio non sit admissa. *hæc ibi. Facit textus in l.penult.ff. de appellatio. recipien. vel non. ibi*: Et causam pro qua non receperit appellationem.

Qui sint apostoli affirmatiui seu reuerentiales.

Affirmatiui apostoli per contrarium dicuntur, cũ appellationi defertur: eosdem reuerentiales non incõmode appellabis, quia ob reuerentiam superioris iudicis, cui destinantur, quodammodo concedi videtur cap.eordi. de appellatio. lib.6. l.eos. §. super his. C. de appellatio. ita ferme *Hostiensis & Speculator* præcitatis locis, *vbi Speculator singulorum formas nominatim tradit: sed quas hic præscribit Eymericus, perfectas esse scio, nunquid autem hęc in hoc crimine nunc locum habeant, paulopost docebo.*

Num. 125. Quid arrestare, & quando in causa hęresis locũ habeat.

e ¶ Vel ipsum arrestando.] *Arrestare vox vulgaris est apud Hispanos. Est autem arrestare, vel domũ propriam, vel totam ciuitatem, vel alium certum, ac præfinitum locum reo assignare, extra quem non potest exire absque expressa iudicis facultate: idque quandoque sub certa pœna statuta, vt, verbi gratia, ne exeat sub pœna mille ducatorum: quandoque vero nulla pœna adiecta, vt cum delicta sunt leuia: de quo videto cap. vt famæ. & cap.nuper. de senten. excommu. & Ioannem Imolam, & Zabarellam in clemen.1.eod.tit. & Campegium apud Zanchinum cap.8.verſ.capiendo, & arrestando.*

Dixi, quandoque nulla pœna est adiecta: *quoniam cum aliquis bonæ opinionis & famę apud Inquisitores denuntiatur, si leue sit crimen, non mittitur in carcerem, sed accersitur ab Inquisitoribus, interrogatur ordine iudiciario, & fit sibi verbale mãdatum; ne verbi gratia, è ciuitate exeat, donec aliud fuerit definitum: interim secreto causa tractatur, & debito fine terminatur.*

Atque huius quidem arrestationis non est modicus vsus etiam in hoc tribunali. verum cum delictã grauia, & pœna magna, præsertim corporalis est imponenda, non est locus arresto, sed ad realem capturam venire oportebit, ut alibi plenius dixi.

*Num.*126. f ¶ Si autẽ Inquisitor exhibere decreuerit appellanti apostolos affirmatiuos & reuerẽtiales, &c.] *Quotiens apostoli negatiui reis dandi sunt, hoc est, cum eorum appellatio non admittitur, quid fieri debeat, optime hactenus docuit Eymericus, cui in præcedentibus commentarijs addidimus, quæ lucem ei afferre poterant, quæque spectata horum temporum consuetudine necessaria videbantur: nunc vero quid sit agendum cum appellatio admittitur, accurate etiam ostendit auctor iuxta communes iuris regulas: & in summa hoc concludit, vbi admissa est rei appellatio, is reus qui appellauit, transmittẽdus est ad sedem Apostolicam, cum processu, & idonea custodia ne fugere possit.*

Cum reo conceditᵉ appellatio, quid agendum.

Hæc tamen obseruatione indigent: neque enim inferiores Inquisitores hodie hoc iure vtuntur, & in Hispania quidem Madriliana instructione anni Domini M D L X I. cap.51. de hac re ita cauetur. Si in aliquo casu videatur Inquisitoribus appellationem esse admittendam, in causis criminalibus A reorum in carceribus detentorum, debent mittere processus ad Senatum inquisitionis, non factis certioribus ipsis reis, & ita caute ac secreto, vt nullus extra carcerem id intelligat: quoniam si Senatui aliter videatur in aliqua causa particulari id possit præcipere & prouidere. *hæc ibi.*

In aliijs vero prouincijs, ac præsertim in Italia, hac consuetudine vtuntur Inquisitores: vbi admissa est appellatio, Sacrosanctæ & generalis Romanæ inquisitionis in tota repub. Christiana Senatum consulunt, breuiter & summarie causa enarrata: quòd si Senatus iudicat reos esse Romam transmittendos, id fieri iubet, & Inquisitores cum idonea cautione & custodia reos tunc Romam destinant. neque ab hac cõsuetudine est vllo pacto recedendum ob pericula, quæ consequi possent, si res aliter gereretur.

B

In causis fidei ad Sedẽ Apostolicã appellandũ.

g ¶ Verum propter reuerentiam Sedis Apostolicæ, ad quam extitit appellatum.] *Vbi statutum fuerit licere in causis fidei prouocare ab inerlocutorijs sententijs, seu interfationibus Inquisitorum ratione grauaminum, protinus queritur ad quem sit appellandum: & Eymericus hoc loco vere scribit ad Sedem Apostolicam prouocandum: Sed Zanchinus tract de hæret. cap.29. & num.3. & 4. quem penitus sequuntur Auctor Repertorij inquisitorum, & Vmbertus Locatus in opere iudiciali verbo, appella re, & nonnulli alij de hoc articulo ita sentiunt: Aut appellatur à processu Inquisitoris, aut à processu Episcopi: si ab Inquisitore prouocetur, ad Papam est appellandum, cum ipse Inquisitorem delegauerit: nã regula certa est à delegato ad delegantem prouocandum, l. Imperatores. ff. de appellatio. l. precipimus. §. huic. C. de appellatio. cap. super quæstionum. §. porro extra de offic. delega. neque de hac assertione est aliqua difficultas.*

C

Quòd si ab Episcopis agentibus aduersus hæreticos prouocetur, ita distinguunt: si Episcopus procedat aduersus exemptos, quia tunc delegata iurisdictione procedit, similiter ad Papam est prouocãdũ: quòd si ex iurisdictione ordinaria agat aduersus nõ exemptos, tunc ad proximum superiorem, videlicet ad Metropolitanum appellari poterit in causis fidei, quemadmodum fit in alijs ceusis, vel etiam omisso medio ad Papam. c. si duobus. de appellatio. c. quotiens. & c. ad Romanam. 2. q. 6.

D

An in causis fidei ab ordinario ad metropolitanũ appellari possit.

Hęc postrema assertio, de prouocando in causis fidei ad Metropolitanum, non facile videtur admittẽda. quam ob rem putabam quocũque modo agat Episcopus, cum ab eo prouocetur, semper ad Sedẽ Apostolicam supremumue tribunal vniuersalis sanctissimæ inquisitionis Romanæ esse appellandum. cum enim negotia fidei inter maiores Ecclesię causas computentur, consequitur plane ad sedem esse Apostolicam deferenda. cap. maiores. de baptis. & eius esse ctu: traditque luculenter Anacletus Papa epistola quadam prima in hac verba: Difficiliores quæstiones & maiores causæ ad sedem Apostolicam referantur: quoniam Apostoli hoc statuerunt iussione Saluatoris, vt maiores & difficiles quæstiones semper ad sedem deferantur Apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Principem Apostolorum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo

E

cabo Ecclesiam meam. *hęc ibi. Huc etiam spectat, quæ doctissime docet Melchior Canus lib.6. de locis theologicis. cap.4.*

Nec mihi quispiam obijciat, hoc verum esse, quotiens agitur de propositionibus nondũ definitis, aut de dubijs circa fidei articulos; secus vero dicendum in casu nostro, in quo agitur de minimis quibusdam rebus, videlicet grauaminibus, et alijs huiusmodi, quæ ad causas fidei non videntur proprie & vere pertinere: nam hoc non facile censeo admittendum, cum simul in his causa fidei tractetur, & qui prouocat in vno, in alio quoque non obscure prouocare videatur. Rursus etiam quoniam cum ad solum Papã pertineat proprie & principaliter de fide respondere, & fidei causas terminare, & per consequens ad eum pertinebit eius accessoria expedire, ita Hostiensis in cap. excommunicamus 1.§. catholici. extra de hæret. & Ioan. And. in eodem cap. §. volumus. verſ. cruxtamen prędicari. idẽ Ioannes And. in cap. ad abolendam. circa finem. de hæret.

Atque in hanc sententiam prudentissime inclinauit paucis antea diebus quàm hęc scriberemus Petrus Dusina sanctæ Romanæ, & generalis inquisitionis assessor, vir insigni eruditione, & prudẽtia singulari, qui cum à me rogatus esset de hac re sententiam dicere, humanissime respondit in hæc verba: Magna subest causa, cur Sanctitas sua moueri possit ad statuendum, quòd in causis fidei ad Papam semper appellari debeat, vel ad supremum tribunal vniuersalis Inquisitionis Romanæ, tum propter rei grauitatem, tum etiam pp euitanda multa inconuenientia: & quia etiã ipsi metropolitani in arduis tenentur consulere sedem Apostolicam; quare circuitus inutiles essent euitandi, quibus rei fatigant, negotia fidei publicãtur, nec ea cura & dignitate tractantur, sicut tractari debent. *hactenus vir ille.*

In Hispania, vt paulo antea dicebamus, ab inferioribus Inquisitoribus ad generalem eorum regnorum Inquisitorem seu Inquisitionis præsidem prouocatur, qui cum consiliarijs eius Senatus de appellatione cognoscunt.

B

In ceteris prouincijs longe distantibus à Romana curia, ne fidei causæ protraherentur, & delinquẽtes, ipsa longa temporis mora & expectatione fatigarẽtur, saluberrimum esset constituere vnum aliquem insignem pietate & eruditione virum, veluti Metropolitanum, vel summi Pontificis Nuntium, aut à latere Legatum, si adesset, instar generalis Inquisitoris Hispanię, ad quem in hac causa prouocaretur, cũ appellatur ab inferioribus Inquisitoribus, vel Episcopis; interim, vt paulo antea diximus, sedes Apostolica consulatur.

*Num.*127. h ¶ Attendat autem prudens Inquisitor, q̃ mox, vt Apostolos reuerẽtiales appellanti exhibuit, &c. statim ipse desinit esse iudex, &c.] *Index deferens appellationi, hoc est, appellationem admittens, iudex esse desinit in illa causa. cap. cum appellationibus, §. si vero iudex. de appellatio. lib.6. huic tamen decisioni videtur aduersari textus in cap. ad aures. de appellatio. vbi is qui appellauit, si intra terminum non prosequatur appellationem, non liberatur à iurisdictione iudicis à quo.*

Iudex deferens appellationi quãdo amittat iurisdictionẽ.

C

Cęterum, huic dubitationi respondeo cum Gemiano in dicto cap. cum appellationibus. §. si vero iudex. in fine. verſan iudex. q̃ per appellationẽ interpositam. & delationem ei factam seu admissam, non est suspensa iurisdictio iudicis à quo, quãtum ad illa, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis. & hęc est causa, cur etiam post appellationem, iudex à quo remanet iudex ad terminum assignandũ, & apostolos tradendos, & ad prosequendam appellationẽ. cap.1.§.1. de appellatio. lib.6. & iurisdictionẽ tunc abdicat cum apostolos tradit; quod doctissime Eymericus hic indicat, dũ ait: Quòd mox vt iudex apostolos exhibuit appellanti, definit in ea causa esse iudex. *hanc Eymerici doctrinam nullis pene mutatis refert Iacobus Sprenger in malleo maleficarum par.3.q.35.verſ.attendat autem.*

Interpositã appellatione quando possit Inquisitor contra appellãtem procedere.

i ¶ Si autem Inquisitor habet causam aliam, &c. in ipsa ille causa Inquisitor iudex remanet prout ante.] *Hanc Eymerici doctrinam probat textus in cap. ad hæc. el primero. de appellatio. vbi statuitur posse reum conueniri coram iudice à quo appellauit, in alia causa, nisi eum velut suspectum velit recusare. addo tamen, q̃ si crimen fuerit manifestum, in quo non potest commoda afferri excusatio, aut suspicionis iustæ ratio, ob quam possit iudex recusari, tunc locum non habebit suspecti recusatio. c. proposuit. de appellatio. ex quibus iuribus videtur hoc loco verissima esse Eymerici doctrina, & diligenter notanda, cũ possit quandoque occurrere vsus eius: nam si quis, verbi gratia, in causa hæresis appellauit eo modo, quo hactenus dictum est, & post appellationẽ admissam de alijs hæresibus Inquisitori denuntietur, re vera in illis adhuc subiectus remanet Inquisitori, & appellatione non obstante, poterit procedere contra eum.*

Et quamquam Eymericus hoc loco vere asserat, in tali casu: finita prima causa, cum posse procedere libere in secunda, probabilius esse crederem, quòd si crimen de quo postea denuntiatur, est grauius vel horribilius, quàm prius, cuius punitio si omitteretur, populus fortassis, aut multi scandalizarentur; tunc omissa causa appellationis, posset Inquisitor in alia causa reum iudicare, quamuis prima appellationis causa non esset expedita, per textum singularem in dicto cap. proposuit. de appellatio. in fine ibi: Iudex tamen à quo appellatur (quia illi omnino suspectus est) eum non debet ad respondendum super alijs compellere, nisi pro crimine adeo graui & manifesto, quo ipso actu merito sit damnandus. *hæc ibi. Nam tali casu nec suspecti recusatio, nec iurisdictio iudicis ad quem est appellatum, impediunt iurisdictionem iudicis à quo: cum is tunc in graui, & manifesto crimine nihil fere faciat aliud quàm iuris pœnam ei delicto debitam & assignatam declarare. His tamen cessantibus tutius videtur non procedere, & superioris responsum expectare.*

D

E

Quòd Inquisitores non debent moram contrahere in Romana curia.

COnsulo autem Inquisitoribus quibuscunq; Ego Frater Nicolaus Eymerici Aragoniæ Inquisitor: qui in Romana curia multis annis etiã interpellatis, aliquando diuersos super crimine hære-

128

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæresis,eorũ exigentibus demeritis, fatigaui vsq; ad condemnationem; & versa vice multis annis fui etiam fatigatus, variis tædijs, miserijs,laboribus,& expensis, qui & modos curiæ sum expertus:quòd negotia fidei, quæ per appellationes ad Romanam curiam deuoluuntur, non curent Inquisitores personaliter ducere, nec partem facere,nisi confidant de pleno marsupio,& fauore curiæ magno, quòd expedientur tempore exiguo: de quibus omnibus non est faciliter & probabiliter confidendum: sed sint [b] diligentes, prouidi & circumspecti ad processus suos bene fundandum,& de his,quæ concernunt eorum officium, & non de aliis inquirendum, testes & delatum diligenter examinandum, delatum in sua causa ad defensiones legitimas admittẽdum, contra ius & iustitiam eum non vexandum, in toto processus decursu à iuris tramite non discedendum; & tunc superuenientibus appellationibus, causis ad Romanam curiam deuolutis, inquisitores dictos processus clausos & sigillatos,ad Romanam curiam mittant,iudicibus assignatis,qui iustitiam faciant, processus meritis actitatis: nec Inquisitores curent ibi agere contra appellantes,sed dimittant eos prædictis suis iudicibus iudicandos. Qui iudices,si Inquisitores nolunt facere partem contra appellantes, procedent ex officio ad procurationem † appellãtium, si voluerint expediri. Vbi autem Inquisitores ad appellantium instantiam citentur personaliter, & compareant;caueant omnino litem non intrare,sed attẽdant processus exhibere,& totam causam ad illos reducere;& procurent, vt citius poterunt remeare, ne ibi tædiis, miseriis,laboribus, & expensis damnabiliter fatigentur: sequuntur namq; damna Ecclesiæ sanctę multa,quando Inquisitores in Romana curia pp causas huiusmodi lõgo tempore trahunt moram.

† Idest,ad instantiam

A tores per similes sibi in Romana curia fatigari & detineri, erigent sibi cornua, & contemnent,ac malignabuntur;resistent, & audacius hæreses seminabunt: & vbi agatur contra eos per diœcesanos,vel inquisitorum commissarios;consimiliter appellabũt,vt sic negotia fidei inuoluantur,& securius hæreses inserantur.

Tertium damnum est: quia Inquisitores sic in Romana curia fatigati, cum redierint,& inquisitores aliarum partium huiusmodi illorum fatigationes audierint, efficientur debiliores ad negotia fidei promouendum,& ad hæreticos extirpandũ, metuentes ne per consimiles delatorum de hæresi appellationes,consimiliter tædiis,miserijs,pauperB tatibus,expensis,& laboribus fatigentur;& sic nõ curabunt negotia fidei promouere, nec hæreses extirpare; sed quiescent à laboribus suis, in magnum præiudicium fidei & Ecclesiæ sanctæ Dei.

COMMENT. XXXII.

a ¶ Onsulo autem Inquisitoribus quibuscunque,&c.] *Hęc olim initio constitutę delegatæ inquisitionis frequenter fiebant: hodie vero ob incommoda hic ab Eymerico commemorata, res aliter geritur eo modo, quo in superioribus dictum est: nam cum appellatio in causis fidei interponitur & admittitur, iudex à quo generales inquisitores consulit, à quibus quid fieri oporteat, prescribitur,nec necesse est inquisitores inferiores personaliter comparere coram supremis iudicibus, ad quos est appellatum, vt amplius diximus supra in hac 3.par.num.43.tit. de forma instituendi ab inquisitore in tota prouincia Vicarium generalem.*

Num. 128 Priuati Inquisitores nunc non accedũt ad Romanã Curiam.

b ¶ Sed sint diligentes, prouidi & circumspecti ad processus suos bene fundandum,&c.] *Tametsi in causis fidei simpliciter & de plano procedi possit.cap.fin.§.1.de hæret.lib.6.traditque Eymericus infra q.54.nihilominus in his, quæ spectant ad substãtiam causæ,nisi velint acriter coerceri, à regulis iuris discedere non debent: quod optime admonet auctor hoc loco, qui qua ratione accipi debeat,explicui infra super q.54.& 55. est autem locus hic valde insignis, & consilium Eymerici diligentissime observandum.*

Quaten[us] possint Inquisitores de plano procedere.

c ¶ Nam licet diœcesani sint ibi,&c.multis negotiis,&c.impliciti,commode non possunt,&c.aliis negotiis præferre fidei negotia,&c. qua ex causa de Inquisitoribus olim prouidit multum consulte Ecclesia sacrosancta] *Graues ergo Episcoporum occupationes causam dederunt summis Romanis Põtificibus,vt huic soli fidei negotio certos iudices constituerent.cum Eymerico sentit Simancas de catho. institut.tit.25.num.4. Episcopi tamen hãc fidei causam in primis tractaturi erant, cum iure diuino eis incumbat lupos rapaces, hoc est,hæreticos, ab ouili Domini arcere, grauissimas pœnas subituri, nisi ita faciant. de qua re extant antiquissima conciliorum decreta penitus animaduertenda: in concilio Mileuitano cap.25.in concilio Lateranensi sub Innocentio III.cap.3.in concilio Toletano 11.cap.2.& alibi sępe,traditque elegãter Albertinus de agnoscen. assertio.q.11.num.11.& 12. & Simancas de catho.*

Num. 129.

Quare olim Inquisitores fuerint cõstituti.

Quæ damna ex Inquisitorum absentia proueniant.

129 PRIMVM damnum est: q; interim propter Inquisitoris absentiam in terris eius iurisdictioni subiectis, suboriuntur hæreses & errores, qui in eius præsentia validius extirpantur, & tunc pullulant & accrescunt in magnum sanctæ Ecclesiæ detrimentum. Nam [c] licet diœcesani sint ibi pro Ecclesiæ suæ oneribus supportandis, multis negotiis tam temporalibus, quàm spiritualibus impliciti,commode nõ possunt,quia nolunt aliis negotiis præferre fidei negotia,vt deceret: qua ex causa de Inquisitoribus olim prouidit multum consulte Ecclesia sacrosancta. Commissarij etiã inquisitorum, cum sint subdelegati, nolunt se subijcere tot periculis, laboribus, & expensis, & ærumnis sicut ipsi inquisitores delegati,nec inueniunt tantum fauorem,nec reuerentur,nec timentur prout inquisitores; quare præsentia inquisitoris est multum necessaria, & eorum absentia Ecclesię multum periculosa.

Secundum damnum est: q; hæretici, seu de hæresi diffamati,delati, vel suspecti videntes inquisi

tbo.instit.tit.25.num.3. quot autem incommoda orta fuerint in causis fidei,ex eo quòd Episcopi alia negotia prętulerint negotijs fidei,copiose veterum monumenta, & nostri seculi hæreses apertissime testantur.

Inquisitiõis delegatæ origo & forum quando cœperit.

Quo vero tempore fuerint primum Inquisitores delegati in causa fidei constituti, qualia fuerint eorũ incrementa,officia,priuilegia, munera & partes,copiose docuimus in peculiari libro de hoc ipso argumẽto,quæ ob breuitatem hic tradere omittimus;tametsi res sit cognitu iucundissima, nec inutilis.

Officiũ delegatę inquisitionis (vt obiter illud hic dicam) exploratum est in prouincia Prouincię siue in Gallia Narbonensi primum beato Dominico fuisse cõmissum,ab eoque circa annos Domini M C C.sumpsisse prima exordia, temporibus Innocentij III. Pontificis maximi.

B.Dominic.

Fuit B.DOMINICVS Canonicus Oxomẽsis, vir sanctitate insignis, & Theologiæ peritia clarus, & verbi Dei prædicator admirabilis, ex illustri & antiqua Guzmanorũ familia ortus.is fidei zelo accẽsus,aduersus instantes tunc Albigensium & aliorũ hæreses, fidem Christi imperterritus prędicat, & quia multi conuertebantur,vt salutares eis imponeret pœnitentias, absolueretque redeuntes,facultatẽ à sede Apostolica id faciendi plenam obtinet,in Italiã ex partibus Tolosanis transmigrat.cũ B.FRANCISCO multam habet familiaritatem. bi duas insignes Religiones in Ecclesia Dei velut duo clarissima sydera constituunt, & officium delegatæ inquisitionis suis Fratribus exercendum relinquunt, quod in Italia adhuc exercent. In Hispania quoque fratres ordinis Dominicani (qui post obitum S. Dominici potissimũ multum in ea prouincia creuerunt, plurimumque semper,vitæ ac morum honestate profecerunt,& singulari doctrina & sanctitate claruerunt) eidem sanctæ Inquisitionis officio contra hæreticam prauitatem & apostasiam Apostolica auctoritate præfecti fuerunt. Sed cum temporibus Domini Innocentij Papę octaui, & Regum catholicorum Ferdinandi & Isabellæ idem officium de nouo esset introductum,seu verius instauratum ac renouatum, vt ait Albertinus in repetitione cap.1.de hæret.lib.6.q.12.num.4.clericis sæcularibus Decretorum,ac legum peritis cõmitti cœptum fuit, donec paulatim ad eosdem fuit omnino deuolutum, ita vt nunc nullę sint iam amplius in eo fratrum Dominicanorum partes,quamuis sępe Inquisitores in indicandis propositionibus eorum opera vtantur, & consultorũ munere apud sanctum officium fungantur.

Hoc igitur officium post aliquot sęcula in Hispania renouatum apparet anno primo Pontificatus Innocentij Papę VIII. videlicet anno Domini M C C C C L X X X I I I I. vt cõstat ex prima Hispalensi instructione: quo anno auctoritate Põtificia, Catholicis Regibus postulantibus, celeberrimus virorum in vtroque iure & sacra theologia doctissimorum conuentus Hispali habitus fuit;cui præfuit frater Thomas de Torquemada ordinis fratrum Prędicatorum Prior monasterij sanctæ Crucis Segobiẽsis primus Inquisitor generalis Regnorum Hispaniæ. In eo conuentu stabilitus ordo fuit, quem obseruare oporteret aduersus hæreticam prauitatem,latis constitutionibus,quibus etiam hodie inquisitores Hispanię prudentissimę vtuntur.

In eodem conuentu (vt apparet ex cap.3.eiusdem primæ Hispalensis instructionis) cautum fuit, vt Inquisitores in suis diœcesibus edictum proponerent cum dilatione triginta, vel quadraginta, vel pluriũ dierum, prout melius eis visum fuisset, intra quam quicunque sponte suos errores, & hæreses coram Inquisitoribus plene confiterentur, & alios hæreticos indicarent,admitterentur ad pœnitentiam salutarẽ, & Ecclesiæ reconciliarentur, nec mortem aut vincula,nec bonorum publicationem seu confiscationem pateretur. Atque hęc fuerunt prima initia delegatæ inquisitionis tam in Gallia,quàm in Italia,& Hispania,ex quibus hic Eymerici locus fit illustris.

De absentia & fuga delati.

QVINTVM quod prorogat & dilatat iudicium,sententiam, & processum Inquisitoris est, ipsius delati absentia, fuga & elongatio: & hæc quandoque est culpabilis ipsi delato, quandoque non.Quando enim Inquisitori accusatur, seu denuntiatur aliquis, q; est hæresi aliqua irretitus, & ipse non est præsens in loco,vbi est Inquisitor;est tamen in alio loco domiciliatus, infra terminos iurisdictionis Inquisitoris;tũc dicitur absens, sed non fugiens:& tunc recepta primitus aliquali informatione,poterit citari per modum sequentẽ. 130

Quis dicatur absens & nõ fugiens.

Forma citandi absentem,non tamen fugitiuũ,cum est delatus,uel suspectus de hęretica prauitate.

FRater N. ordinis Fratrum Prædicatorum, in terris talis domini Inquisitor hęreticæ prauitatis,dilecto in Christo tali,Salute,& mãdatis nostris,immo verius Apostolicis firmiter obedire. 131

QVIA de[a] persona vestra talia à fide dignis ad,nostram notitiam sunt deducta:quæ si vera essent,de fide redderent vos suspectum;ideo ex debito iniuncti nobis officij, vos monemus peremptorie per præsentes,quatenus talis die, tali hora, curetis ante nos in tali loco personaliter comparere,modo debito responsurus. Datum,&c.

Item alia forma ad hoc idem.

FRater N. ordinis Prędicatorum, in terris ditioni domini talis subiectis,Inquisitor hæreticę prauitatis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus,dilecto [b] nobis in Christo rectori talis ecclesiæ,talis diœcesis,Salutem in Domino,& mandatis nostris,immo verius Apostolicis,prompto animo obedire.

CVM talis parochianus vester fuerit delatus nobis de hęretica prauitate, & teneamur ex iniuncto nobis officio, nos de huiusmodi informare; idcirco auctoritate domini nostri Papæ, qua fungimur in hac parte,vobis districte præcipimus & mandamus,quatenus p̃dictum talem parochianũ vestrum,

vestrum, coram testibus fide dignis, vno pro trino, peremptorio citetis edicto, vt de fide responsurus, & veritatem de se, & de alijs dicturus super crimen hęresis, tali die, & loco compareat personaliter coram nobis: alioquin eidem notificetis ex parte nostra, quòd nisi comparuerit, vt sibi iniungitur per præsentes, procedemus contra eum, eius contumacia non obstante. Vos autem quicquid inde feceritis, per vestras patentes litteras, diem, locum, & modum citationis, ac testium, qui affuerint, nomina continentes, quam citius fideliter rescribatis: Reddatis litteras portatori in signũ mandati nostri completi, vestro sigillo posito in eisdem. Datis, & cetera.

132 Quando vero delatus talis exiuit totam iurisdictionem Inquisitoris, & iuit ad alias partes, non vt fugitiuus, sed ex alijs certis causis, ignorans se Inquisitori fore delatum: tunc Inquisitor procedat ad se informandum testes examinando secrete, vt ad prædicti delati notitiam (si culpabilis existit) quòd inquiratur contra eum, non perueniat, informetque se dictus Inquisitor, an dictus delatus sit venturus vel non; & si venturus est, expectet eum etiam per annum, vel plus, si oportuerit; & tunc examinet, & procedat vt iustitia suadebit. Si [c] venturus non est, sed domicilium mutauit, poterit requirere Inquisitorem, vel diœcesanum, quorum iurisdictioni subest locus, ad quem se transtulit, recepta prius informatione contra eum, quatenus mittant eum sibi: vel poterit mittere processum eis, vt faciant quod fuerit rationis.

Absens non fugitiuus si venturus speratur, expectetur.

133 Quando vero contra delatum inquiritur, vel captus pro hæresi detinetur, & iste timens de se, exhibet terga fugæ, in tali casu potest Inquisitor diligenter & secrete, & sine tumultu inquirere, vbi sit, seu declinauerit; & [d] si inueniat, siue sit infra suam iurisdictionem, siue extra, faciat eum capi, & ad se remitti. Nam si est intra, potest requirere dominum temporalem, quatenus illum capiat, & infra districtum suum ducat; & potest etiam mandare alteri domino quòd faciat similiter, quousque eum habeat, iuxta c. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6.

Contra fugitiuum quo modo procedendum sit.

Si [e] autem reperitur extra iurisdictionem ipsius Inquisitoris, nihilominus potest procedere contra eum, iuxta cap. Vt commissi. de hæret. lib. 6. & requirere, vt dictum est, diœcesanum, vel Inquisitorem illarum partium in subsidium iustitiæ, quatenus talem delatum de hæretica prauitate, vel deprehensum, qui commisit infra suam iurisdictionem, & contra quem processum fecit, capi faciant & remittant: vel [f] si vult, mittat eis processum, vt faciant quod iustitia suadebit: Modus autem requirendi erit tenoris consimilis.

COMMENT. XXXIII.

131 a QVia de persona vestra talia à fide dignis ad nostram notitiam sunt deducta, &c.] *Dixi supra in hac 3. par. num. 73. cum timetur de fuga delati, nullo modo esse faciendam verbalem citationem, sed ad realem citationem, hoc est, ad capturam esse deueniendum: nunc addo (quia hic locus* A *hoc postulat necessario) in hac citatione verbali nullo modo esse in specie causam, ob quam reus citatur, apponendam: sed generaliter reo pręcipiendum est, vt se coram Inquisitoribus sistat, quia volunt ab eo quędam scire: & proinde nec loci, nec temporis, nec delicti specificatio requiritur. ita tradit & vere Conradus Brunus lib. 4. cap. 6. de hęret. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 44. num. 12. & hoc est rationi valde consonum: nam si causa apponeretur, statim reus citatus inciperet cogitare de fuga, maxime si sibi alicuius criminis conscius esset; ideoque rectius & tutius fiet generaliter ei præcipere, vt veniat ad Inquisitores: quoniam illis opus est, quædam* B *ab eo percontari. iam hęc citatio verbalis tunc vsurpanda est, cum de leuioribus criminibus agitur, vel cum leuiter suspectus est reus: aliàs enim securius est ad realem confugere.*

In citatione verbali quid obseruãdum

Causam autem & facultatem citandi absentes Inquisitoribus concessam pulchre tradit Innocẽtius rescripto quodam Inquisitoribus vltramontanis misso, vt ait auctor innominatus tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, in rub. De ijs, quæ pertinent ad executionem officij inquisitionis, nume. 13. in hæc verba: Quia sicut intimantibus vobis accepimus, propter fautorum & credentium hæreticorum insidias non potestis ad aliqua loca se- C cure accedere, audire confessiones de hæresi suspectorum, vel reis huiusmodi criminis pænitentiam iniuncturi: Nos volentes eisdem insidijs obuiare, citandi dictos hæreticos vel suspectos pro hæresi pro audiendis eorum confessionibus, & pęnitentijs iniungendis ad loca vobis tuta, ea præcipue in quibus poteritis habere prælatorum & aliorum proborum consilium, in his præsertim casibus, in quibus deberet ferri sententia contra ipsos hæreticos, de consilio prelatorum, auctoritate vobis præsentium concedimus facultatem. *hæc ibi.*

Cur inquisitores possint absentes citare.

Fit tamen interdum vt graue sit scelus in fidem commissum, nec tamen liceat delinquentem capere, D *quoniam vel latitat, vel sui copiam facere non vult: & tũc verbaliter per litteras est citandus, in quibus causa exprimenda est, & citatio concipi poterit in hæc ferme vel similia verba:*

In verbali citatione quando sit causa apponenda.

Ad notitiam nostram peruenit, plerisque fide dignis hominibus id de te narrantibus, scripta quædam in publicum à te edita esse, in quibus quædam catholicę fidei contraria dogmata à te asserta contineantur: quibus & plebem Christianam in publicis concionibus, & priuatis congressibus infecisse diceris: Quoniam autem no- E stri officij est, vulpeculas vineam Domini deuastantes capere: idcirco te tanquam falsorum dogmatum assertorem, & de multorum errorum temeraria doctrina suspectũ & infamatum euocamus, & citamus sub tenore præsentium, vt infra terminum. N. dierum, quorum N. pro proximo N. pro secundo, & N. pro tertio & peremptorio termino, & monitione canonica tibi præfigimus, & assignamus, vt in auditorio huius

ius nostri tribunalis compareas, responsurus ad ea, quæ tibi in causa fidei, & de asserta tua doctrina obiicientur, recepturus & facturus in omnibus iustitiæ complementum: aliàs procedemus contra te, sicut iura disponunt, & tua contumacia, & delicta exegerint.

Ita poterunt concipi huiusmodi citationes mutatis mutandis, iuxta delicti & personarum qualitatem, siue fiant à Concilijs, siue ab Episcopis, siue à delegatis Inquisitoribus.

Num. 131. b ¶ Dilecto nobis in Christo rectori talis ecclesię, &c.] B *In priori forma citandi, ad ipsummet citandum directę sunt literę citatorię; hic vero ad parochum mittuntur, qui ex parte Inquisitorum eum citet, vt coram ipsis compareat: hanc vero praxim, quę contemnenda non est, ex concilio Biterrensi desumpsisse videtur Eymericus, in cuius cap. 3. ita scriptum est:* Clericis & laicis in loco illo, de quo fiet citatio conuocatis per aliquam personam Ecclesiasticam, cui hoc per vestras patentes literas committatis, qui in testimonium recepti mandati sigillum suum litteris eisdem appẽdat, & nihilominus rescribat per suas patentes similiter litteras cum suo sigillo pendenti, qualiter, & coram quibus, & quãdo mãdatum impleuerit sibi factum. *hactenus ibi.* C

Litteræ citatoriæ & citato & alij mitti possunt.

Num. 132. c ¶ Si venturus non est, sed domicilium mutauit, poterit requirere Inquisitorem vel diœcesanum, &c. quatenus mittant eum sibi.] *Quia Eymericus in hac praxi de recuperando absente, videtur indicare, aut absentem esse remittendum, aut processum esse destinandum ad eum Inquisitorem, in cuius iurisdictione absens ille moratur: propterea de remissione reorum pauca hic mihi, & breuiter sunt dicenda, cum nusquam commodius hoc tractari possit in hoc opere, sitque res vtilis & cognitu necessaria, vt quid facto sit opus iuxta iuris regulas intelligatur.*

De remittendis reis qui scripserint.

De hoc articulo copiose disserit Couarruuias in practicis quęstionibus cap. 11. num. 5. & seq. Bernar- D *dus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 24. Iulius Clarus in practica crimi. §. fi. q. 38. vers. est autem. Ioannes Roias in singularibus fidei, sing. 174. incipien.* Remittendus est reus. *Zanchinus tract. de hæret. cap. 8. Gondissaluus tract. de hęret. q. 8. num. 10. Simancas de catho. instit. ti. 2. nu. 14. & seq. Antonius Columbanus in tract. procedendi in cõtrouersijs criminalibus, art. 141. & seq. Ioannes And. Frãchus, & ceteri communiter in c. vt commissi. de hęret. lib. 6. Bartolus & communiter Doctores in authen. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. Guido Papę decis. 202. incipien.* In remissione malefactoris. *& alij multis locis: ex quibus fuse hanc quæ-* E *stionem tractantibus nos summam proposito nostro deseruientem accipiemus.*

An reus sit remittendus

Ac primum cõmunis opinio est, vt testatur Ioannes Roias loco pręcitato, remittendum esse reum ad iudicem loci in quo deliquit, quam probat textus in auth. vt nulli iudicum. §. si vero quis comprehensorum. & in l. capitalium. § famosos. ff. de pœn. & alibi sæpe. nec desunt rationes, quibus nitatur communis hæc sententia. Prima, quia punitio delinquentis in loco delicti alijs transit in exemplum, vt in pręci- A *tato §. famosos. Rursus, quoniam facilius probatur in loco vbi est commissum, quàm alibi. authen. vt omnes obediant iudici. §. hoc considerandum. Postremo, quia iudex loci in quo delictum est perpetratum super reum, ratione delicti acquisiuit iurisdictionem, quam vt puniendo possit exercere, remittendus est sibi reus.*

Veruntamen in crimine hæresis remissionem non habere locum, sed posse hęreticum puniri quocunque in loco repertus fuerit, videntur velle Paulus de Leazaris, et Zabarella in clemen. pastoralis. §. Denique. de re iud. Guido Papę in dicta decisione 202. num. 2. Cassaneus super consuetud. Ducatus Burgundiæ, Ru- B *brica 12.* Des adueuz. *num. 17. Gondissaluus tract. de hæret. quæst. 8. & alij, vt refert Couarruuias in practicis quęstionibus, cap. 11. num. 12. Et horum potissima ratio est, quoniam hæreticus vbique offendit diuinam maiestatem, & omnem creaturam lædit, cum etiam elementis faciat iniuriam. l. Ariani. & l. Manichæos. C. de hęret. & quia, vt dicit Ioannes Andreas in dicto cap. vt commissi. de hæret. lib. 6. vbicunque est male credens, ibi peccat, ideoque ibidem puniri poterit, nec propterea remittendus videtur.*

In causa hæresis an remittendus reus.

Et quamquam hęc ita se habeant, nihilominus in hac causa sequentia putarem esse obseruanda. Si inquisitor loci, in quo commissum est delictum, petat si- C *bi remitti reum absentem, id fieri debet, aliàs non est necesse. ita videntur sensisse Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, q. 5. quem paulo post referam. Couarruuias in practicis quęst. cap. 11. nu. 12. & Ioannes Roias in dicto singulari. 174.*

Rursus, si hæreticus vbique (verbi gratia, Bononiæ à qua recessit, & Ferrariæ in qua nunc habitat) vel publice vel occulte peccat, & remissio petatur, fieri etiam debet: quãquam si publice vtrobique peccauit, melius esse putarem adiungere pænitentiam iterabilem, quam faceret in eis locis, in quibus deliquit, vt in eisdem satisfaceret: quod sensit Guido Fulcodius præcitato loco, vt mox ostendam.

D *Tandem multo magis fieri debet remissio si petatur, cum hęreticus per actum exteriorem est professus hæresim Bononię, Ferrarię vero occultat hæresim, & solo prauo animo retinet: nam hoc casu præcipuæ locum habent rationes allatę paulo antea pro communi opinione: nec video quid huic remissioni, si petatur, obstare possit: & pro hac sententia facit quod docet Cynus de hac quęstione differens in l. cunctos populos. in fine, C. de sum. trini. dicens ex sententia Petri, remittendum esse hæreticum ad locum vbi hæresim exercuit, & vbi magis sunt nota delicta sua, quia ad locum maioris delicti quis remittendus est. l. si cui. §. cum sacrilegium. ff. de accusat.*

E *His ita constitutis, nonnulla sunt amplius obseruanda, vt remissio iure fieri possit: ac primum vt remissio fiat, constare debet de crimine commisso: hoc est, iudex requisitus non debet reum petitum in causa criminali remittere sine causæ cognitione: debet enim coram iudice remittente aliqualiter constare de delicto. Cardinalis in clement. pastoralis. § denique. de senten. & re iudicata. Oldradus consil. 124. incipien.* Quod remissio. *& Fernandus Vasquius lib. 1. de successionum creatione. §. 6. num. 16. vers. denique. circa finem.*

Quid exigatur in remissione facienda.

Secundo

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Secundo exigitur, vt constet crimen esse commissum in teritorio iudicis requirentis. l. 1. C. vbi de crimine agi oport. id autē constabit ex processu vel summaria illa informatione, quam iudex requirēs mittit ad iudicem requisitum, & in hoc casu ad Inquisitorē vel Episcopum alterius diœcesis.

Tertio, quòd nō commiserit idem vel aliud crimē in territorio iudicis, penes quem detinetur. nam antequam remittatur, debet ibi de tali crimine puniri. l. si cui §. fin. et l. fi. de accusatio. quod uidetur probare nō obscure concilium Narbonense c. 20. cuius verba retuli infra in hac 3. par. super q. 42. quod tunc in primis obseruandū esset in hoc crimine, cum reus in territorio iudicis requisiti publice hęresim professus, deliquisset: tunc enim non prius consulerē remittendū, quàm si debitas ibi pœnas lueret.

Quarto opus est, ut iudex debite requiratur, aliter non debet remittere. authen. vt nulli iudicum. §. si vero quis comprehēsorum. debite autem requiritur, cum iuste requiritur, & à legitimo iudice requiritur, his obseruatis documentis, quę nunc singillatim tradimus.

Quinto, quòd delictum sit graue, quoniam pro delicto minimo non debet fieri remissio. Geminianus in c. cum sit Romana. §. contrahentes, nu. 17. vers ad secundam dicit. de foro compet. lib. 6. et probat textus in dicto authen. vt nulli iud. §. si vero quis comprehēsorum. vt notat glossa in c. fin. verbo, ratione delicti. extra de foro compoten. crimē autem hęresis semper est graue, quamquā pro leui hęresis suspicione remissio non sit necessaria.

Sexto, quòd remissio petatur inter subditos eidem imperio. Baldus in l. 2. C. de seruis fugitiuis. in hac vero causa quiuis Inquisitor, à quouis Inquisitore cuiuscūque prouinciæ remissionem petere poterit: quia quoad hanc causam omnes sunt Romani Pontificis delegati, & crimen est mere ecclesiasticū, ratione cuius nulli domino temporali subsunt Inquisitores, sed soli Romano Pōtifici, aut generalibus Inquisitoribus debēt obtemperare: qua ratione sub eiusdem imperio esse merito dici possunt. itaque si delinquentium culpę ita exegerint, & commodum videatur, ac opportunum, ab Italia in Hispaniā, et vice versa, rei huius criminis remitti debēt: quod et in alijs prouincijs ob publicam vtilitatem, et criminis grauitatem penitus esset obseruandum, nullis priuilegijs, aut immunitatibus quidquam iuuantibus, quæ ratione hęresis amittuntur. l. 1. C. de hęret.

Septimo, in alijs delictis exigitur, vt remissio petatur fieri à minori tribunali ad maius, vel saltem ad æquale; quoniam non fit de maiori tribunali ad minus. Oldradus in dicto consil. 124. sed in crimine hęresis ob rationes hactenus memoratas hęc contemplatio locum non habet. quamuis enim iudices maiores non cogantur remittere reos Inquisitoribus alijs petentibus: at iustissimum erit et æquissimum, cōcedere illis petitā remissionem, vt in quo loco reus deliquit, pœnas luat.

Postremo, remissio fieri debet de condemnando, nō de iam punitio & condemnatio. Baldus in l. executorem. C. de executio. rei iud. Cassaneus ad consuetudines ducatus Burgundię, rub. 12. nu. 19. Ceterum in hoc crimine cum pęnitentia iterabilis imponi possit, quę in diuersis locis agatur, vt tradit Zanchinus tract. de hæret. c. 8. nu. 7. & Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores, q. 5. etiā in condemnato in vno loco, remissio poterit habere locum. si quis enim & Bononiæ & Ferrariæ deliquit, & Bononiæ & Ferrariæ pænitere poterit. atque hæc sunt diligenter in hac ausa obseruanda. cuius autem expensis fieri debeat hæc remissio, paulo post docebo versi. nos enim offerimus.

d ¶ Et si inueniat, siue sit infra suam iurisdictionem, siue extra, faciat eum capi, & ad se remitti.] *Hoc est prudenter & diligenter obseruaudum contra Regulos & quoslibet dominos terrarum, qui vt nescio quas suas immunitates tueantur, non verentur Inquisitorum ministris se opponere, quotiens illi reos huius criminis inuestigant, non permittentes quemquam extrahi è suo territorio: intelligant ergo hoc omnino licere inquisitoribus, vt hic admonet Eymericus, quod saluberrime iam olim sanciuit concilium Tolosanum c. 8. (à quo hæc videtur auctor accepisse) in hæc verba:* Statuimus etiam, vt quilibet in terra alterius posit inquirere & capere hæreticos, & balliui locorum teneantur eis prestare auxilium & fauorem: ita quòd balliuus Regis in terra Comitis Tolosani, & aliorum hoc facere possit, & Comes Tolosanus & alij in terra Regis. *hactenus ibi. In Hispania quoque Hispalensi prima instructirne anni MCCCCLXXXIIII. cap. 21. idē cauetur adiecta pœna contra dominos tēporales, qui non obediuerint Inquisitoribus. Eius instructionis verba à nobis latine reddita ita habēt:* Itē quia serenissimi reges pcipiūt, & ratio ita postulat, vt ęqualiter fiat inquisitio super delicto hæresis in terris nobilium, sicut in suis: Inquisitores tā præsentes, quàm futuri debent in suis diœcesibus ordinare, vt eant libere ad faciēdam inquisitionem in dictis terris. Quòd si mandatis Inquisitorum nobiles nō paruerint, procedant contra rebelles & contumaces ad imponendas omnes censuras & pœnas à iure statutas. *hęc ibi. de quo est textus in c. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. Tradit etiam Gondissaluus tract. de hęret. q. 11. nu. 7. & hæc sententia de extrahendis reis e territorio cuiuslibet domini temporalis, procedit fauore fidei, etiamsi reus extrahendus sit subditus domini.*

Num. 135. Fauore fidei in cuiuscunque territorio possunt rei capi.

e ¶ Si autem reperiatur extra iurisdictionem ipsius Inquisitoris, nihilominus potest procedere contra eum]. *Causam tradit eleganter Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 5. in hæc verba:* Quam autem in eos habeant potestatem, qui cum scirent eos procedere domicilium mutauerunt, quæri non oportet: nam si citati erant, non mutant forum, quia præuenti sunt. ff. de iurisdictio. om. iud. cum quædam puella. extra de foro competenti, proposuisti. quòd si citati non erant, & ibi iam deliquerant, ibi possunt conueniri ratione delicti, & remittendi sunt. C. vbi de crimi. agi oport. authent. qua in prouincia & in authent. vt nulli iudicum. §. si vero. & 3. q. 6. cap. 1. & si deliquerūt in pluribus locis, vtrobiq; puniri possunt in bonis: sed & in corpore, si pænitentia sit eis indicēda, quę sit iterabilis: puta peregrinationes,

Cur Inquisitores procedant contra mulātes domicilium.

nes, vel eleemosynæ: sed in carcere secus, sicut patet lippis & tonsoribus. *hactenus ille. Quod refert & sequitur auctor innominatus tractatu de forma procedendi cōtra Inquisitos de hęresis, in rubrica, de ijs quę pertinent ad executionē officij, nu. 14.*

Ibidem.

f ¶ Vel si vult, mittat eis processum, vt faciant quod iustitia suadebit.] *Videtur hic Eymericus arbitrio Inquisitorum relinquere, an velint remitti sibi reum, aut potius eum puniri in loco, in quo reperitur: quod cum decreuerint, mittent causam instructam ad iudicem, in cuius territorio reus versatur. ceterum quę paulo antea documus, existimo obseruanda. quotiens autem videbitur opportunius non esse remittēdum reum, sed puniendum vbi moratur: tunc quidquid vnus Inquisitor de eo sciuerit, ad aliū mittere debet, vt sanciuit concilium Narbonense c. 21. quod retuli infra super quęst. 42. vbi videto: & multa sunt, quę quandoque remissionem iuste impediāt, ut si timeatur quòd reus sit in itinere à suis amicis seu fautoribus intercipiendus & eripiendus è manibus ministrorum, seu custodum: interdum longum iter, & impensę immodicę, & similia, quę prudenter sunt obseruāda. hęc enim suadent plerunque melius esse puniri reum in loco vbi moratur, quàm remitti ad locum delicti.*

Cū reus non remittitur, quid faciendum.

Forma requirendi diuisim, vel coniunctim diœcesanum, vel Inquisitorem, ad quorum iurisdictionem fugiendo, vel non fugiendo delatus de hæresi se transtulit, quatenus eum remittant Inquisitori, à quo fugit: vel in cuius iurisdictione deliquit.

834 Reuerendo in Christo patri, & domino Episcopo talis ciuitatis, ac venerabili & religioso viro fratri N. in dominio talis domini Inquisitori hæreticæ prauitatis, frater N. in dominio talis domini, Inquisitor hæreticæ prauitatis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, Salutē, & impugnantes catholicam veritatem reducere ad fidei vnitatem.

CVM delicta remanere non debeant impunita †; præsertim maiora, & inter ea, illa, quæ vergunt in directam offensam diuinæ maiestatis, & iacturam Ecclesiestícę dignitatis, detrimentumque totius Christianitatis, qualia sunt crimina hęreticę prauitatis, & talis de tali loco fuerit nobis delatus de hęretica prauitate, processimus cōtra eum ad testium examinationem, & ad personę etiam captionem iustitia requirente; ipse vero mala malis accumulans, & delicta delictis coadunans, insano ductus consilio se absentauit, vel carcerem nostrū fregit atque aufugit, medicinā sibi apponi metuens salutarem, ac eius vulnera vino & oleo confoueri: verū cū (prout ad nostrā notitiā est deductū) dictus profugus ad talem locū vestrę iurisdictioni subiectū se transtulerit ad habitandū, credēs inibi latitare: Nosq; visceraliter cupiamus eūdem reducere ad carcerem antedictū, vt clarius videamus, an sit realiter & de facto infectus prefata hęretica prauitate, de qua agitur cōtra eū, & an ambulet in tenebris, vel in luce: Vos Reuer. dominū Episcopum, & vos Venerabilem Inquisitorem, in antea nominatos attente rogamus, ac in subsidiū iustitię requirimus in Domino, & exhortamur, quatenus prędictum profugū capi omnimode faciatis, & captum nobis ad talem ciuitatem, vel locum cū fida & tuta custodia remittatis. Nos enim offerimus nos promptos & paratos, ad satisfaciendum plenarie pro expensis. Datū in tali loco, tali die, talis mensis, anno tali.

† L. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi.

Alia forma ad idem.

Reuerendo in Christo patri ac domino diuina prouidentia Episcopo talis ciuitatis: vel Venerabili ac religioso Fratri N. in partibus talibus Inquisitori hæreticæ prauitatis: Salutem, & fidem catholicam feruenti spiritu defensare.

CVM longe sit grauius † ęternam quàm temporalem lædere maiestatem, & reis læsę maiestatis profugis locus non pateat, in quo valeant libere se tueri; sed vbicunque inueniantur, sint capiendi, ac etiam remittendi, ne tantum facinus pertrāseat conniuentibus oculis, ac crescentibus periculis impunitum secundum legitimas sanctiones: Quanto minus hæretica labe respersis profugis, reis inquam sacræ diuinę imperatoriæ maiestatis, aduersariis irrefragabilis catholicę veritatis, ac seminatoribus pestis proditorię falsitatis, & peruersoribus ecclesiasticæ potestatis debet patere locus alicubi se tuendi? nequaquam: sed sunt ad potestatem ecclesiasticam reducendi, vt secundum modum culparum consequatur modus vtique & plagarum. Sane cum talis de tali loco foret antefata hæretica labe respersus, ac in eadem peste iudicialiter deprehensus, & ea causa in nostris carceribus detentus, vt de eo fieret quod ius & iustitia suaderent; ipse humani generis inimici insano consilio ductus pariter & seductus, abhorrens salubrem sibi pœnam infligi temporalem, vt euaderet æternam, & expauescens medicinarum fomenta eius cruentatis vulneribus salubriter, ac misericorditer exhiberi; nos Inquisitorem eius, & consilium salutare, medicū animarum, more infirmi frenetici & insani fugit pariter & aufugit: Nosque in præsentiarum, & merito amplius quàm prius cupientes totis nostris pręcordijs eius magis ac magis vulneribus, delictis & inobedientijs cruentatis medicinarum fomentum imponere salutare, vt non in corpore & anima damnabiliter moriatur, sed viuat in Domino, & ad vnitatem fidei catholicę vtiliter conuertatur: Ea propter vos Reuer. dominum Episcopum antedictum, vel vos Venerabilem dominum Inquisitorem antefatum in subsidium iustitiæ requirimus in Domino exhortantes, quatenus dictum profugum in tali loco vestrę iurisdictioni subiecto (vt scimus certitudinaliter) commorantem, captum cum fida & tuta custodia ad nos in tali loco, eo breuius quo poteritis, remittatis; notificantes vobis nostrarum tenore pręsentium litterarum, quòd ad satisfactio-

† c. Vergentis. de hęret.

Prouer. c. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tisfactionem plenarie pro expensis, prompti existimus & parati: Rescribentes nobis quæcunque fuerint vobis grata. Datum,& cetera.

COMMENT. XXXIIII.

Reus qui petitur remittendus, qualiter fit requirendus.

EXtant in vestuto illo codice bibliothecæ Vaticanæ eiusmodi formulæ multæ, quibus omnis praxis in hoc negotio commodissime absoluatur. verum hęc aperto iure nituntur; nam in authent. vt nulli iudicum. §. si vero quis. quomodo sit reus requirendus, & qualiter sit referibendum, & totus denique ordo in hoc negotio obseruandus præscribitur in hæc verba: Si vero quis comprehensorum criminum latuerit, aut reliquerit prouinciam illam, in qua crimina deliquit; iubemus legitimis edictis à iudice euocari eum: & si non obediat, illa in eum procedere, quę nostris legibus definita sunt. Si vero cognoscatur, quòd in alia prouincia degit, iubemus prouinciæ illius iudicem,in qua peccati quid huiusmodi contigerit, epistola publica vti, ad prouinciæ illius iudicem in qua delinquens persona degit. illum vero qui publicas susceperit litteras, & periculo suo, & officij sui comprehendere huiusmodi, & ad iudicem prouincię transmittere, in qua peccauit, supplicijs legitimis subijciendum. Si vero qui publicam epistolam susceperit, neglexerit hoc facere, aut officium eius tradere, aut imperata neglexerit: tunc & ipsum iudicem tres auri libras, & officium eius alias tres pro pœna inferre iubemus. Si vero iudex,aut aliquis officij eius propter lucrum, huiusmodi personam non comprehendat, aut comprehendens non transmittat, & hoc agens conuincatur, spoliatus cingulo exilio tradatur. hactenus ibi. Quę ideo retulisse placuit, vt intelligatur quales sint iudicum in hoc casu partes, & pœnę. adde Oldradum consil. 124.incipien. Quòd remissio. & Cassaneum super consuetudines ducat. Burgundiæ Rubrica 12.

Num.134. Rei quorum expensis remittendi.

a ¶ Nos enim offerimus nos promptos & paratos ad satisfaciendum plenarie pro expensis.] Baldus in vsibus feudo. tit. de pacè tenenda. § si iudex ita de hac re sentiebat: si quis priuatus pro suo interesse petat fieri remissionẽ, tunc impensis eius fieri debet. l. cũ sępe. C. de erogat. milit. anno. lib. 12. quòd si iudex ex officio hoc petat, tunc impensis publicis eius terræ, ad quã fit remissio, fieri oportet. argumẽto l. mulier in opus. ff. de captiuis & postli. reuersis. Gondissaluus tamen tract. de hæret. q. 11. n. 8. in crimine hęresis, remissionem esse faciendã putat impensis officij, si illius redditus sufficiant: & hanc sententiam videtur hoc loco amplecti Eymericus.

Ego ita putarem dicendum in hac causa, si crimen valde offendit rempub. per actum exteriorem, quia tunc magni refert puniri reum in loco delicti, vt eius pœna ceteris transeat in exemplum, iustissimum esset reductionem fieri impensis loci: quod si obtineri non possit, fiat impensis sacri officij, quas postea soluat reus, si bona habeat: æquum est enim hæc onera subire delinquentem.

Atque hęc sententia placet Matthęo de Afflictis super feud. tit. de pace tenẽda. §. si iudex. nu. 4. dicenti remittendum esse reum de suis bonis, ac suis expensis. argu. l. quẽadmodũ. §. magistratus. ff. ad l. Aquiliam. §. si nostra. authent. vt cum. de appel. cognos. §. si vero contigerit. authent. de incestis nupt. & eorum quę notantur per glos. vltimam, & doctores in cap. ne religiosi. extra de regularib. quibus locis probatur reos de suis bonis esse alendos: sadẽ ergo ratione quotiens auctoritate legis vel superioris de vno loco ad alium transmittuntur, impensis proprijs (si bona habeant) remittendi sunt. & huic sententiæ omnino consentit instructio Madriliana anni Domini MDLXI. c. 9. incipien. El Alguazil.

PRACTICA CITANDI iuxta formam cap. Cum cõtumacia.

SI AUTEM[a] *Inquisitor inuenire non poterit, vbi ille fugitiuus est, seu quò iuit, licet aliquanto tẽpore fuerit expectatus, & diligentius perquisitus, citet eum personaliter in Ecclesia cathedrali illius diœcesis, cuius est, & etiam in Ecclesia parochiali illius villę, vel ciuitatis, in qua commorabatur, ac etiam in domo propria, vel vbi communiter degebat, quatenus iuxta c. Cum contumacia. de hęre. lib. 6. infra certum terminum coram Inquisitore personaliter appareat, de fide & articulis fidei respõsurus; aliàs nunc pro tunc excommunicet eum, nisi infra assignatum eidem terminum personaliter comparuerit, vt mandatur: & hoc per suas litteras tenoris sequentis.* 135

Forma[b] *citandi aliquem fugitiuum, quatenus infra certum terminum compareat coram Inquisitore, de fide catholica responsurus: & excommunicandi eum nisi compareat infra terminum assignatum.*

NOs Frater N. ordinis Fratrum Prædicatorum in terris tali domino subiectis, Inquisitor hæreticę prauitatis à Sancta Sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES[c] quòd fuga delatorum de hęretica prauitate, ac detentorum in carceribus pro eadẽ, suspicionem de labe præfata adijcit amplioré, vt tales fugitiui suspecti de fide habeantur, & merito fortius † quàm ante. Et cũ talis, de tali loco, talis diœcesis fuerit nobis delatus de hęretica prauitate: *Exprimantur hæreses & errores:* processimus ad testes examinandum, & ad nos de iuiusmodi informandũ; tandẽ iustitia requirente, ipsum in carcere ad custodiã iussimus detineri, vt merito videremus an ambularet in tenebris vel in luce, & an ea peruersa, quæ de eo nobis suggesta fuerũt, veritatis certitudine fulcirentur: sed ipse maligno spiritu damnabiliter agitatus ac in reprobum sensum datus, insano consilio acquiescens, & medicinã sibi imponi metuens salutarem, carcerẽ fregit pariter & aufugit. Et cum propter eius fugam, ipsum magis suspectum de fide nunc quàm prius merito habeamus; ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, eidem tali absenti vt præsenti, in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, & mandando requirimus & monemus, & monẽdo citamus; quatenus infra tres hebdomadas proxime sequentes: *vel ponatur aliud certum tempus;* Quarum primam pro primo termino, secundã pro secundo, & tertiam pro tertio termino & peremptorio, & trina monitione canonica eidem assignamus; quatenus compareat in tali loco personaliter coram nobis, de fide catholica & eius articulis responsurus, & aliàs facturus vt fuerit rationis: significantes eidem, quòd si mandatis nostris, immo verius Apostolicis non paruerit eum effectu, infra præfatum terminum ei assignatum, comparendo in loco antedicto personaliter coram nobis, quòd erit maioris excommunicationis vinculo innodatus: Quam excommunicationis sententiam, nos Inquisitor præfatus auctoritate qua supra, in eum vt in contumacem & inobedientem nobis, immo re vera domino nostro Papæ, nunc vt ex tunc, & tunc vt ex nunc, prefata trina monitione canonica præeunte, iustitia suadente, & eius inobedientia & contumacia exigente, ferimus in his scriptis. Datum, &c.

† Al plato.

† Al viribus.

Alia forma ad idem.

FRater N. ordinis Fratrum Prædicatorum in terris talis domini, Inquisitor hæreticæ prauitatis à sancta Sede Apostolica specialiter delegatus, Venerabili & dilecto nobis in Christo rectori talis Ecclesiæ, Salutem, & mãdatis nostris, immo verius Apostolicis firmiter obedire.

AD vestri notitiã deducimus tenore nostrarum præsentium litterarum (quod dolendo referimus, & referendo dolemus) quòd talis, de tali loco, talis diœcesis, delatus nobis de hæretica prauitate, recepta informatione & iustitia suadente extitit per nos captus, vt videremus an ambularet in tenebris vel in luce: ipse vero nos metuens, absq; causa, cum nostri sancti officij sit nulli obesse, sed potius prodesse: quia reducere oberrantes ad ouile Dominicum, ne lupinis hæreticorum morsibus deuorentur, imprudenti consilio inductus pariter & seductus, illius, qui primum hominem decepit, ne paradisi terrestris delitijs frueretur, carcerem fregit pariter & aufugit, & quò iuerit, ignoramus: Nosque cupientes eundem totis nostris visceribus † reducere, ne oberret, & versutorum hæreticorum laqueis inuoluatur, vel si iam inuolutus extiterit, enodetur: Ea propter auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis in virtute sanctę obedientię præcipimus & mãdamus, & mandando requirimus & monemus, vno pro trino edicto, aliàs excommunicationis sententiam vt contra inobedientem, in vos ferimus in his scriptis, quatenus die Dominica proxime venienti, in vestra Ecclesia, quando Missarum solemnia celebrantur, & maior inibi erit cleri & populi multitudo, auctoritate nostra, immo verius Apostolica, eidem tali fugitiuo in virtute sanctæ obedientiæ præcipiatis & mandetis, & mandando requiratis, moneatis, & citetis, alta & intelligibili voce: immo nos eidem tali præcipimus & mandamus, & mandando requirimus, monemus, & citamus, quatenus infra triginta dierum spatium proxime subsequentium, in tali ciuitate & monasterio eiusdem, Fratrum Prædicatorum, compareat personaliter coram nobis, de fide catholica, & aliàs de articulis fidei responsurus: quorum primos decem pro primo termino, & alios decem prædictis decem immediatos pro secundo, & vltimos decem pro tertio & vltimo & peremptorio termino assignetis: & nos etiam assignamus; notificantes publice, vbi prius, fugitiuo tali prænominato, quòd nisi coram nobis personaliter comparauerit cum effectu, infra terminum dictum eidem assignatum, & in loco in antea memorato, sciat se fore excommunicationis vinculo innodatum: quam excommunicationis sententiam nos in eum tamquam in inobediẽtem, rebellem, & contumacem nobis, immo uerius domino nostro Papę, & Ecclesię sanctę Dei nunc ut ex tunc, & tunc vt ex nunc iustitia suadente, & eius inobedientia requirente, ferimus in his scriptis: significantes eidem quòd si contumaciter se permiserit excommunicationis vinculo innodari, procedemus contra eum ad vlteriora, prout ius & iustitia suadebunt: Reddatis litteras portatori in signum nostri mandati completi, vestris subscriptionibus positis in eisdem. Datum, & cetera.

COMMENT. XXXV.

a SI autem Inquisitor inuenire nõ poterit vbi ille fugitiuus est, &c. citet eũ personaliter in Ecclesia cathedrali illius diœcesis, &c.] *Hunc ipsum ordinem citandi fugitiuos, quem hic docet Eymericus, præscripsit iam olim concilio Biterrense c. 14. in hęc verba:* Eos qui se contumaciter absentant, facitatis citari solenniter in parochiali, seu cathedrali Ecclesia eorundem, & in locis, in quibus domicilium vel habent, vel habere solebant: & ita contra eos legitimis edictis propositis, præcedenti expectatione matura, diligenti etiã discussione habita super actis: ac prælatorũ, de quibus expedire videritis, cõsilio sigillato, ad taliũ condẽnationẽ, eorum absentiã, Dei & Euangeliorũ supplente presentia, pro culparum exigentia procedatis. *hactenus ibi. Idem vult Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 6. & auctor innominatus in tract. de forma procedendi contra inquisitos de hæresi, rubrica, De his, quæ pertinent ad executionẽ officij inquisitionis. n. 15. & plenius eodẽ tractatu in rubrica, De hæreticis contumacibus. cetera quæ de ordine procedendi contra absentes tradit hic Eymericus, valde sunt notanda, quibus nos more nostro in sequentibus magis necessaria tantum adiungemus.* Num.135. Forma & ordo citãdi fugitiuos.

b ¶ Forma citãdi aliquem fugitiuum, &c.] *Diximus paulo antea cum Eymerico, eos qui non inueniuntur, aut fugiunt citandos esse in causis fidei, vt compareant responsuri de fide; nunc ea res, quomodo sit reuocanda ad praxim diligenter ostendit.*

c ¶ Attendentes quòd fuga delatorum de hęretica prauitate, ac detentorum in carceribus pro eadem, Num.135

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem,suſpicionem de labe prefata adijcit amplio rem,&c.] *Inſignis eſt hic Eymerici locus, & vera doctrina contra Zanchinum tract.de hæret.c.10.nu. 4. & Campegium ibidem verſi. fregit carcerem. & quoſdam alios aſſerentes, eum qui fuit in carcerem coniectus ad cuſtodiam pro crimine hæreſis, ſi fugiat pro conuicto habendum, & tanquam hereticum eſſe damnãdum.quamuis enim hoc in alijs criminibus ſit verum,vt multi putant per l.in eos.ff. de cuſto. reo. vbi Doctores.l.milites agrũ.§.eius fugam.vbi Bart. ff. de re milit. & l. ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœnis.tenet Iaſon in l.admonendi.nu.90. & in repetitione eiuſdem legis,nu.172.ff.de iureiurando.Marſilius in practica criminali.§.diligenter,num.46.& §. attingam.nu.44. & ceteri,quos refert Ioannes Rojas in tract.de hæret.par.2. aſſertio.15.nu.185. & ſeq.& Petrus Dueñas in regula 392.incipiente:*Fugiens ex carceribus. *& Campegius apud Zanchinũ loco precitato.*

An fugiens è carcere habeatur pro conuicto de hæreſi ob fugam.

In crimine tamen hæreſis locum non habet hęc cõmunis ſententia,vt vere ſcripſit Simancas de catho. inſtit.tit.16.nu.23. & in tractatu adnotationum ad Zanchinum c.8.quem ſequitur Ioannes Rojas in dicto tract.de hæret.par.2.aſſertio.15.quibus omnino cenſeo ſubſcribendum:nam effractio carceris,ſeu fuga nihil habet commune cum hæreſi, & potius præſumendum eſt carceris tædio,aut metu falſorum teſtiũ, aut ob ſæuitiam tormentorum aufugiſſe, quàm quòd errore intellectus id fecerit.

Ad hæc, nullo iure hæc tam ſæua Zanchini opinio comprobatur. nec videtur rationi conſonum ſolam fugam,aut carceris effractionem,violentam generare hæreſis ſuſpicionem,ex qua fugiens,aut fugere attentans debeat vt hereticus condemnari.quanto igitur rectius ſcripſerit hic Eymericus,oſtendunt aperte quæ proxime diximus.fuga itaque præcedenti ſuſpicioni aliquid addit, vt docet hic auctor: id vero quantum ſit,& quale,ex delicti & perſonę qualitate,& indicijs criminis prudens Inquiſitor iudicabit.

Et hæc vera eſſe putamus in eo qui carceri traditus eſt ad cuſtodiam, qui fugit antequã damnaretur de hæretica prauitate,de quo loquitur auctor hic, & alij præcitati;nam de damnato iam & carceri ad pœnitentiam tradito,quid ſit ſentiendũ ſi fugiat, an velut relapſus,aut impœnitens ſit damnandus,agã cum Eymerico infra ſuper q.97.hi enim caſus lõge diuerſi ſunt,nec pari iure cenſeri debent.

Fugiẽs è carcere, ob ſolã fugam qua pœna afficiẽdus.

Sed ne ob fugam impunitus euadat, qui dum cuſtodiretur pro hæreſi è carceribus effugit, conſuetudine potius quàm lege aliqua receptum eſt, præſertim in Hiſpania, vt ſi honeſtior ſit is qui fugit, vt ſi nobilis,doctor,religioſus,aut aliàs honorabilis ciuis cuſtodiatur arctius,& durius puniatur.quòd ſi vilis ſit,publice verberibus flagelletur, & cauſa hæreſis in ſuo ſtatu permanens tractatur,non tamen propterea conuictus de hæreſi habetur.quamquam & alijs pœnis arbitrarijs puniri poſſunt; in quo mitius eſt cum illis agendum,qui cuſtodis negligentia euaſerũt, vt reſpõdit Vulpianus in l.1.ff.de effractoribus,ibi: Quòd ſi per negligentiam cuſtodum euaſerint,leuius puniendos.

Circa fugientes dum haberi non poſſunt,quidobſeruandum.

Hęc tamen tunc obſeruari poſſunt,cum cõprehendi poſſunt qui aufugerunt:nam ſi haberi non poſſint, edictis publicis ſunt euocandi, & in eos velut in contumaces & impœnitentes eſt procedendum.

Diligenter vero curabunt Inquiſitores, cum primũ intellexerint reum euaſiſſe, reſcribere ad circũuicinos Inquiſitores,aut Epiſcopos,aut alios, quos idoneos iudicauerint, vt animaduertant,an is qui effugit,ad ſuam ciuitatem fuerit profectus,vt eum curent capiendum, adiectis in Epiſtola nomine,cognomine, patria, ſtatura, colore & ceteris circunſtantijs, ex quibus in notitiam rei fugientis facile poſſint deuenire.

Si autẽ fugitiuus ille,qui neſcitur quò abijt, erat deprehenſus in hæreſi non ſolum teſtibus,ſed propria confeſſione,& dixerat ac conceſſerat ſe velle eas abiurare, & ante abiurationem fugit, & præſertim ſi erat religioſus, & ipſas hæreſes prædicaſſet, poteſt citari, & verbis magis aggrauari per modum ſequentem. 136

Forma citandi aliquem fugitiuum, qui debuerat abiurare, quatenus veniat infra certum terminum, ad faciendam abiurationem prædictam, & excommunicandi eum, niſi faciat, vt mandatur.

VNiuerſis & ſingulis Chriſtifidelibus in regnis & terris illuſtriſsimi talis regis, & aliàs vbilibet conſtitutis,frater N.in prædictis terris & regnis Inquiſitor hæreticæ prauitatis à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus: Salutẽ in auctore & conſeruatore fidei Dei, & Virginis filio domino noſtro IESV CHRISTO.

MISSVS à ſede patris redemptor noſter Dominus IESVS CHRISTVS, ne ad imaginem ſuam hominem conditum perdi contingeret, ſi vnde redimeretur † non haberet, ſimilem nobis ſumens habitum, vt pateret oculis in mortis tenebris poſitorum, de ſua ineffabili pietate remedia diuerſa contulit, per quæ humano generi etiã poſſet felicitas impartiri:ſed ecce declinante iam mũdi veſpere ad occaſum, & hominum malitia excreſcente, corrupti iam ſæculi corruptelam non ſolum ſentiunt elementa corrupta, verum etiam creaturarum digniſsima creatura ad imaginem & ſimilitudinem condita creatoris. Peccat enim ad extremum homo miſerrimus, qui in ſui creatione in paradiſi medio conſtitutus, vt operaretur & cuſtodiret eundem,& de omni ligno,quod erat in eo, excepto ligno ſcientiæ boni & mali, ve ſceretur, manere non potuit in eodem; qui etiam erga fines ſæculorũ degenerat, & varijs & noxijs quæſtionum nexibus ſe innectit. Ecce nãque peccatis exigentibus oua aſpidum iam ſunt rupta, & telas araneæ texuerunt, quia fallaces & ſubdoli uulpini & infelices hæretici, falſum & peruerſum intellectum, quinimmo buccis crepantibus per mundi latera ſonuerunt. Sed re uera qui de uenenatis eorum comederit,morietur:quoniam eorum perfidæ doctrinæ, ac nefarijs conſilijs inhærentes,æternis incendijs adſcribuntur. Ecce ſiquidem

† In omniſcriptis legitur,ducatet.

Geneſi 3

Ioſue 7.& c. Eccleſia 1.q. 4. Numer.c.16.

dem noua Achan progenies, quæ de anathemate Iericho regulam auream palliolumque furatur, Abiron quoque & Dathan & Chore deteſtanda ſoboles, nouis thuribulis fermentatum thymiama,nouis volunt altaribus adolere: hi ſunt namque caupones,qui aquam vino commiſcentes, virus draconis in aureo propinant calice Babylonis; ita quòd niſi botrus,vnde vinum naſcitur,in flore lædatur, fructum non ſolum amarum, ſed etiam peſtiferum germinabit. Ecce ſiquidem (quod præ dolentes referimus,& referendo dolemus) veſtrę charitati irradiatæ ſplendoribus fidei orthodoxæ notum facimus per præſentes, quòd vir quidam Eccleſię ſanctę Dei contumax & rebellis, frater N.vocatus ordinis talis,habitu obfuſcatus, de tali villa †, talis dioceſis;tam ex teſtium legitima productione, quàm eiuſdem propria confeſſione malignitatis ſpiritu agitatus,conuictus extitit,hæreſibus multiſque erroribus irretitus iudicialiter coram nobis, † & hoc in errores quoſdam, quinimmo peſtiferas damnatas hæreſes incidendo,ſem el & bis eas in tali loco publice prædicando;immo potius aliquando pertinaci animo defendendo. Hæreſes autem & errores iſti erant: Primus quòd,&c.*ponatur:* Secundus quòd,&c.*ponatur:* Tertius,&c.*ponatur:& ſic de alijs conſequenter.* Ea propter per nos prefatum Inquiſitorem in multis concilijs diuerſis locis & temporibus celebratis, in quibus idem Frater pluries pleniſsime eſt auditus,de multorum peritorum ram ſæcularium quàm regularium, tam doctorum in vtroque, quàm magiſtrorũ & lectorum in Theologia conſilio & aſſenſu extitit vnanimiter concordatum,nullo penitus diſcrepante,quòd prefatus Frater N. ordinis memorati habitu obfuſcatus,pro ſuis hæreſibus & erroribus, quia videbatur redire ad gremium ſanctę matris Eccleſię pœnitendo, non erat pro tunc curię ſęculari tradendus vltimo ſupplicio feriendus;ſed potius (ſibi parcendo pro illa vice, & non amplius) in villa tali, vbi deliquerat,præfatos errores ac hæreſes publice prędicando, publice illos ac omnem hæreſim generaliter abiuraret: & poſtmodum ſpoliatus omnibus priuilegijs † ſui ordinis, & nudatus in conuentu tali ſui ordinis, pro carcere perpetuo reſideret,& ita fuit in eius præſentia condemnatus. Ipſe autem tamquam canis ad vomitum rediens, nouiſsima peiora prioribus commiſcens, dolores doloribus adijciens,noua vulnera corpori Chriſti myſtico grauiter imprimens;quod mentis noſtræ prędcordijs tamquam res cogitatu terribilis actuque horribilis,Deo nimium abominabilis,& omnibus Chriſtifidelibus odibilis, grauem pertulit vim doloris. Nam ipſe frater N. qui videbatur aliàs pœnitere, quem ſancta mater Eccleſia ſatagebat eius miſericordiæ vberibus enutrire, cum de eius fuga nullus aliquid cogitaret, ipſe medicinam refutans ſalutarem, vtægrotus freneticus & inſanus, timens vino & oleo eius vulnera confoueri, tamquam rebellis & inobediens, matri noſtræ Eccleſiæ ſanctæ Dei, & eius Inquiſitori iudici delegato præmiſſa complere contempſit, & quodlibet præmiſſorum; vulpi-

† id eſt; oppido ſeu ciuitate

† Maluimus hunc locum ita corruptũ relinquere, quàm ex noſtro capite quicquã addere, vel mutare.

† Cap. exeõmunicamus. 1. §. Credentes. extra de hæret.

delium, Gg 3

137

† c. Excommunicamus. 1 § adjcim⁹ de hæret.

Iudicũ.c.15.

Pulchra hęreticorũ cũ rebus fœtidis, & venenatis compa ratio.

delium,uita & habitu diſsidentes. Hi ſunt apri de ſylua motu uelociſsimo, & morſu amariſsimo fructus fidei uberes deuaſtantes. Hi ſunt qui præ tendunt quandam fictam & ſimulatam exterius ſpeciem ac imaginem ſanctitatis, per quam facilius perſuadeant & ſeducant;ſed ſunt ueraciter vt ſepulchra exterius deaurata,quæ interius plena ſunt ſpurcitijs & cadaueribus mortuorum: nam omnis cogitatio eorum intenta eſt ad malum omni tempore. Sunt enim ſerpentes hæreſis virus eſflantes,qui eos lethaliter inficiunt, ad quos accedunt:ſuntque venenoſi ac mortiferi ſcorpiones geſtu & habitu ſimplices, qui niſi de medio extirpentur,venena ſua infundent,inficient,& mactabunt. Sane nouiſsime diebus iſtis,peccatis exigentibus noſtris,in partibus iſtis,ille humani generis pertinax † inimicus, qui ab initio niſus eſt omnifaria ſua perfidia & inuidia, ſalutem hominis impedire,per quendam ſuæ miniſtrum nequitiæ,& operarium iniquitatis ſparſit mortifera venena,dum Frater talis ordinis,tali habitu obfuſcatus,auſu nefario prædicauit publice in tali Eccleſia talis ciuitatis vel loci,damnatas hæreſes, & errores intolerabiles,quæ ſequuntur: Primus, &c. *Inferatur*, prout teſtibus legitimis eſt conuictus, & etiam iudicialiter eſt confeſſus: Verum poſt multas catholicas informationes, & poſt crebras vexationes carcerales, & calamitates frequentes, adhærens conſilio ſaniori, tandem acquieuit dictos errores & hæreſes reuocare,ac publice abiurare;ſed poſt antefati humani generis inimici inſano ductus perſuaſu pariter & ſeductus, & mala malis accumulans,peioribus ſe ſordidans,errores erroribus coadunans, tamquam canis ad vomitum rediens, damnatas hæreſes priſtinas eſt amplexus; quod nimium noſtra interiora præcordia ſauciauit:Nam cum fingeret pœnitere,ac velle aſſertas ac prædicatas per eundem damnatas præfatas hæreſes & errores reuocare, ac publice abiurare & abnegare,& de eius fuga nullus aliquid cogitaret; ipſe carcerem fregit, noſque, immo ſanctam Eccleſiam deluſit pariter & auſugit, & quò eum duxerit antefatus malignus ſpiritus, cuius applauſu ſic egit, totaliter ignoramus: Noſque, & non immerito, metuentes, ne venena ſuæ perueręæ antefatæ doctrinæ alibi diffundat, cordaque ſimplicium inficiat pariter & deludat, cupientes ſimplices ab huiuſmodi prauis incurſibus præſeruare, ipſumque reducere ad gremium Eccleſiæ Dei ſanctæ, atque ad vnitatem fidei orthodoxę: Nos illi abſens corpore †, præſens autem mente,illi abſenti vt præſenti, auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, in virtute ſanctę obedientię pręcipimus & mandamus, & mandando monemus pariter & citamus; quatenus infra tres menſes, quorum primum pro primo,ſecundum pro ſecundo,tertium pro tertio,& peremptorio termino aſsignamus, in domo Fratrum Prædicatorum talis loci, facturus prælibatam abiurationem, reuocationem, & abnegationem publicam hęreſum prędictarum, & aliàs reſponſurus de fide, compareat perſonaliter coram nobis, ac etiam recepturus ſecundum ſua tanta demerita pœnitentiam ſalutarem: aliter elapſo termino præfato aſsignato, ſciat ſe excommunicationis mucrone percuſſum: quam excommunicationis ſententiam nos Inquiſitor præfatus, in eum vt in contumacem, inobedientem, & rebellem nobis, immo re vera domino noſtro Papæ, & Eccleſiæ ſanctę Dei, præfata trina monitione canonica præeunte, nunc vt ex tunc, & tunc ut ex nunc iuſtitia exigente,& eius inobedientia requirente, ferimus in his ſcriptis: notificantes eidem, quòd ſi antelata ſententia ſe permiſerit contumaciter innodari, procedemus contra eum ad vlteriora,eius contumacia non obſtante, prout volũt canonicę ſanctiones. Lata fuit hęc ſententia,& cetera.

138 *Si autem citati huiuſmodi non comparuerint, ſed promiſerint ſe excommunicationis vinculo innodari, publicabuntur excommunicati in omnibus illis Eccleſiis atque locis, in quibus fuerunt citati per literas tenoris ſequentis.*

Forma denuntiandi excommunicatum, qui citatus reſponſurus de fide, vel abiurationem facere, noluit comparere.

FRater N.ordinis Fratrum Prædicatorum, in terris talis domini ditioni ſubiectis, Inquiſitor hęreticę prauitatis à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus,dilectis nobis in Chriſto rectori talis Eccleſię,ac Vicario talis Eccleſię,& aliis quibuſcunque,ad quos præſentes peruenerint: Salutem in Domino, & mandatis noſtris, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire.

AD veſtram, & veſtrorum cuiuſlibet notitiam deducimus, noſtrarum tenore præſentium litterarum,quòd nos talem, de tali loco, iuſtitia ſuadente,fecimus moneri & citari in veſtris præfatis Eccleſijs, quatenus ſub pœna excommunicationis compareret infra ei certum terminum aſsignatum,reſponſurus de fide,& aliàs acturus & facturus, vt ratio ſuaderet, perſonaliter coram nobis,vt in noſtris litteris videbitis plenius contineri: quarum tenor ſequitur per hæc verba: Frater, &c. *Inſerantur totaliter,& ex toto.& ſequatur.*

Verum cum ductus malo cõſilio & ſeductus, non comparuerit, nec excuſationem miſerit, ſed contumaciter renuerit comparere,pariter & parere noſtris, immo re vera Apoſtolicis monitis & mandatis, propter quod eſt excommunicationis vinculo innodatus: Ea propter vobis, & cuilibet veſtrum, auctoritate Apoſtolica ſupradicta dicimus; & in virtute ſanctæ obedientiæ pręcipimus, & mandamus, & mandando vos requirimus, & monemus,vno pro terno edicto,aliàs excommunicationi volumus vos ſubiacere;quatenus prima die Dominica immediate ſequenti,& aliàs extũc, omnibus & ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis, in veſtris Eccleſiis, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur,& inibi erit cleri, & populi multitudo, ipſum talem excommunicatum alta voce & intelligibiliter publicetis, ac eum vitetis, & vitari

† cap. Veritatis.§. nos igitur. de dolo & contu.

tari à veſtris ſubditis faciatis, tantum & tamdiu, quouſque de eius abſolutione vobis per noſtras litteras conſtiterit manifeſte: Reddatis litteras portatori, diem & horam receptionis, & publicationis continentes, & teſtes etiam coram quibus veſtris ſubſcriptionibus poſitis in eiſdem. Datum,& cetera.

Forma alia ad hoc idem.

139 FRater N.ordinis Prædicatorum in terris ditioni talis domini ſubiectis, Inquiſitor hæreticæ prauitatis à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatus, Venerabilibus & nobis in Chriſto dilectis Rectoribus talis & talis Eccleſiarum: Salutem in Domino,& mandatis noſtris,immo verius Apoſtolicis firmiter obedire.

CVM talis de tali loco, &c. de mandato noſtro,ac per litteras noſtras fuerit citatus peremptorie & canonice in veſtris Eccleſijs, & aliàs in domibus proprijs,in quibus conſueuit communiter commorari, quia præſens non poterat perſonaliter inueniri,cum diceretur & eſſet veraciter fugitiuus,nec ſciremus,ſi cut nec in præſentiarum ſcimus,quò eum duxerit malignus ſpiritus humani generis inimicus: vt certa die & loco compareret perſonaliter coram nobis, ſuper quibuſdam articulis hæreticalibus, de quibus erat publice diffamatus,vel nobis delatus,vel in tali Eccleſia publice prædicauit,vel confeſſus extitit, & aliàs de fide catholica reſponſurus, & acturus, ac recepturus quod iuſtitia ſuaderet, ſub pœna excommunicationis,quaſi contra faceret)eum innodari voluimus ipſo facto:ipſe vero inſano conſilio acquieſcens,& mala malis adijciens, & peiora peioribus † ſubnectens, contumaciter [a] renuit comparere; nec pro eo tunc comparuit aliquis excuſator; nec poſtmodum, quamuis diutius fuerit expectatus;ſed ſubterfugiens,& hinc inde latitans,in cauſa fidei ſe contumaciter abſentauit. Nos igitur Inquiſitor præfatus,attendentes quòd ſecundum canonica inſtituta, pœna contumacibus debetur, & creſcente contumacia †, creſcere debeat & ipſa pœna,ipſum talem pro hæreſi fugitiuum,ac pariter ſubterfugientem, in cauſa fidei contumacem, & excommunicatum habuimus & habemus, & talem ab omnibus haberi volumus, ac etiam reputari: Ea propter auctoritate Apoſtolica, vobis & veſtrum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis præcipimus & mandamus, quatenus prædictum talem in veſtris Eccleſijs publice,alta voce & intelligibili, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, ibidem ad audienda diuina clero & populo congregatis, excommunicatum, vt contumacem pro hæreſi, & fugitiuum publice nuntietis, & vos eum euitetis, ac faciatis à veſtris ſubditis euitari, tantum, & tamdiu, quouſque vobis plene conſtiterit, quòd ſit à prædicto excommunicationis vinculo abſolutus: monentes nihilominus parochianos ueſtros ſemel, ſecundum & tertio, canonice & peremptorie ex parte noſtra, & ſub excommunicationis pœna, ne prædicto tali, aut cum eodem excommunicato participent quoquo modo: ſed [b] ipſum tanquam uere excommunicatum habeant & euitent, ac tanquam fugitiuum pro hæreſi, ſi ipſum [c] alicubi eſſe ſciuerint, nobis detegant & reuelent; alioquin in eos, qui legitime ac canonice moniti ſcienter contra fecerint,excommunicationis ſententiam, hac noſtra competenti monitione canonica præeunte, ferimus in his ſcriptis: uolentes, ut in ſignum ac teſtimonium recepti & completi per vos mandati noſtri,ſigillum ueſtrum præſentibus apponatis. Datum,& cetera.

[a] Al. priori bus

† De multis incõmodis & pœnis cõtumaciæ Vide Hoſtien. Ioan. And.& alios in c. ex communica mus 1. §. qui autem.de hęret.

COMMENT. XXXVI.

a COntumaciter renuit cõparere,nec pro eo tũc comparuit aliquis excuſator.] *Multa mihi probant Eymericum præter theologiam, vtrumque etiam ius non leuiter calluiſſe,cum in hoc præclaro opere plurima paſſim inſerat, quæ cum iuris regulis penitus conueniant: quamuis ipſe iura non citet.& qui dicunt eum nihil præter rudem praxim intelexiſſe, longe abſunt à veritate·quos ita dicere puto, vel quia eum non legerunt vt oportuit diligenter, vel vt furta ſua occultarent, cum ita fere ſit hodie natura comparatum, vt eum magis vituperent, à quo plura acceperint;aut ſaltem nolunt nominare.* *Num.*139. Eymericus peritus iuris.

Sed in viam reuertor. Hic locus inter cetera mihi ſuadet verũ eſſe quod paulo antea dicebam. nouerat Eymericus ex iuris traditionibus,nõ poſſe in cauſis criminalibus intereſſe procuratorem, præſertim in grauioribus, neque ad agendum pro abſente, neque ad defendendum eum.l.penult. §.ad crimen.ff.de publi.iudi.cap.veniens.de accuſatio.cap. 1.in fine.capitu.in criminalibus. 5.quæſt.3.cum ſimilibus allatis per Antonium Rubeum Alexandrinum in tracta.de poteſt.procurato. in cauſis criminalibus. nume. 54. & ſequen. & Ioannem Rojam in ſingularibus fidei, ſingul. 170.incipien. Procurator. *& Repertorium Inquiſito. verbo, procurator. & ratio eſt: quoniam ſicut ſententia capitalis non poteſt ferri in abſentem, ita nec in eius procuratorem, cum procurator non deliquerit. Rurſus, quoniam neceſſaria eſt reorum confeſſio, præſertim in crimine hæreſis, cum conſiſtat in mente eius, qui id ſcelus commiſit,de quo nemo melius quàm delinquens ipſe poteſt reſpondere. Hæc inquam intuitus auctor hoc loco,non dixit,nullum pro hoc abſente fugitiuo eius nomine comparuiſſe procuratorem, quia is non fuiſſet admiſſus ob rationes allatas: ſed dixit,non comparuiſſe aliquem excuſatorem.* In cauſis criminalibus cur non poſſit interuenire procurator.

Atque hoc veriſſime & doctiſſime dixit, quoniã cum reus eſt abſens,poteſt aliquis de innocentia eius coram iudicibus dicere, non velut procurator, ſed vt quilibet.ita Bartolus in extrauaganti, ad reprimendum. verbo legitime. quem ſequitur Carrerius tracta.de hæret.num.113. & Simancas de catho.inſtit.tit. 52.num.4. & Ioannes Rojas in ſingularibus fidei,ſingul.170. Pro reo abſente, an excuſator admittendus& quando.

Sed hæc omnia ita accipienda eſſe docent præcitati,vt vera ſint,cum abſens eſt reus; item cum ſolum eſt in fide ſuſpectus: ſecus autem ſi vere hæreticus eſſet; tunc enim nullus pro eo excuſator, aut defen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sor esset audiendus, iuxta c. si aduersus. de hæret. quo omne hæreticis patrocinium denegatur. neque hæc Eymericum latuerunt hoc loco, cum solum agat de citando suspecto in fide, non autem de eo, quem vere cõstabat hæreticum esse, vt series disputationis ostendit à num. 138. vsque ad nu. 140. exclusiue.

Excusatoris partes quales,

Huius autem excusatoris partes erunt allegare probabiles & iustas absentię seu fugę causas, verbi gratia, reum tędio carceris, aut tormentorum metu, cum esset delicatus, aut falsorum testium prędiicio recessisse, quę si verisimilia iudicentur, sententia differenda est, donec omnia maturius expendantur, ne inauditus reus, aut indefensus condemnetur.

Hæretici bãniti & diffidati: & quid bãnire & diffidare.

b ¶ Sed ipsum tanquam vere excommunicatum habeant, & euitent, ac tanquam fugitiuum pro hæresi, &c.] *Sed non videtur hic auctor iuxta legum sanctiones loqui, cum hæreticos propria auctoritate capere, spoliare, ac etiam interficere liceat: sunt enim banniti & diffidati. authent. Gazaros C. de hæret. ibi:* diffidamus atque bannimus. *hæc enim verba:* diffidare, & bannire *significant statuere, vel prę cipere, vt impune possint interfici. cap felicis. de pœnis. lib. 6. docent Angelus de Perusio consil. 13. quę sequitur Geminianus in c. 1. de homicid. lib. 6. circa si nem versi. quæro quid importent. & alij eodem loco. & Petrus Godofredus in dicta authent. Gazaros. C. de hæret. verbo, diffidamus. & Ioannes Rojas in singul. fidei. 5. num. 31. in octaua ampliatione. & alij per hos relati.*

Bãniti & diffidati, an impune occidi possint.

Diffidatos vero & bannitos, non modo per iudicem, sed etiam per priuatos impune posse occidi Martianus videtur permittere. l. 3. in fine. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs, ibi: transfugas licet vbicunque inuenti fuerint, quasi hostes interficere. *& ratio esse videtur, quoniam banniti & diffidati à Papa, vel Imperatore, vel à legibus iam conditis per eos, sunt extra beneficia ipsorum diffidantium: iam in diffidatos & bannitos publice bellum indictum esse videtur, vt pulchre docet Conradus Brunus lib. 5. de hæret. cap. 14. in fine.*

Hęreticos an quilibet propria auctoritate capere possit & spoliare.

Sed hæc sententia falsa est de capiendis, ac spoliandis hæreticis propria auctoritate aperte statuta est rescripto quodam Innocentij IIII. incipiente: Ad extirpanda. §. *idem quoque. in hæc verba:* Idem quoque Potestas, seu Rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci, in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis, vel loci supponat tanquam pro maleficio omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur: & teneatur bannum huiusmodi à suis prędecessoribus positum confirmare: præcipue autem

A quòd nullus hæreticus, vel hæretica, de cetero habitet, vel moretur, aut subsistat in ciuitate, seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem; & quicunque ipsum, vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impune: & omnes res ipsius, vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure. *hactenus ibi. Quę cum ita sint, non videtur debuisse loqui Eymericus prefato modo, sed oportuit eum dixisse, vt quilibet caperet & spoliaret eum, qui pro hæresi fugitat.*

Verumtamen hanc in Eymericum obiectionem bifariam diluimus. Primum dicimus, superiorem allatam à nobis sententiam accipiendam esse, cum constat vere hæreticos esse eos, qui fugiunt, aut latitant, vel quia damnati sunt, vel quia aliàs constat eos in manifestis hęresibus esse, iuxta textum in cap. super quibusdam. extra de verbor. signi. tunc enim iure & capi propria auctoritate, & spoliari, ac etiam si resisterent violenter, impune occidi possent. is autem de quo hic agebat auctor, nondum damnatus erat, nec fortasis conuictus, ideoque velut excommunicatum vitandum asseruit, non vt hæreticum capiendum, aut interficiendum, sed reuelandum, & detegendum admonuit.

B *Rursus addo, quòd etiamsi constaret hæreticum eum esse, tutius tamen est & securius, vt iudicis auctoritate & capiatur (si commode hoc fieri possit, & absque periculo euasionis ipsius rei) & spolietur, vt optime docuit Goffredus in sum. tit. de hæret. §. sed nunquid catholici. quem sequitur Archidiaconus in cap. si vos. 23. q. 5. in principio, in hęc verba:* Sed nunquid catholici propria auctoritate possunt hęreticos spoliare? dic cum Goffredo satis esse tutum, vt hoc fiat auctoritate Ecclesię vel principis. *hęc ille. idem tradit glossa in c. si aduersus. de hæret. verbo, auxilium. in fine. quod etiam videtur sentire concilium Tolosanum, quod mox citatur, & Ambrosius de Vignate tract. de hæret. quæst. 16.*

C ¶ Si ipsum alicubi esse sciuerint nobis detegant, & reuelent.] *Ita fieri iussit iam olim concilium Tolosanum c. 2. in hæc verba:* Et si quos reperierint hæreticos, credentes, fautores, & receptatores: seu defensores eorum adhibita cautela ne fugere possint, Archiepiscopo, uel Episcopo, uel dominis locorum, seu balliuis eorundem: cum omni festinantia studeant intimare, ut animaduersione debita puniantur. *hæc ibi.*

Ibidem. Reperti hæretici detinẽdi ne fugiãt & iudicibus indicandi.

IN TRE-

IN TREDECIM MODOS PROCESSVM *in causa fidei debite terminandi obseruatio.*

HAEC pars, quæ nunc sequitur, est valde necessaria: in primis verò admirabilis, multoque iudicio & prudentia constituta, cum Eymericus rem alioquin per se difficilem, fusam & late patentem ad certa quædam capita deduxerit, quibus omnis hæresis causa possit terminari. quem fuerit in hac re auctor secutus, ignotum est mihi: coniectura tamen assequor, eum acri indicio, multo labore, & diligentia, vsu rerum accedente, ex concilio Tolosano, Biterrẽsi, & Narbonensi olim in partibus Gallicanis contra hæreticos editis, & ex consultationibus Guidonis Fulcodii ad Inquisitores, hos terminandi processus modos collegisse, & in hanc methodum absolutissimam & exactissimã redegisse. neminem inuenio qui ante Eymerici tempora hæc docuerit: multos tamẽ reperio, qui ipsum penitus fuerint postea secuti, nec verbis quidem mutatis: nam inter ceteros Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum in 3. parte à quæstione 20. vsque ad quęstionem 34. totam hanc tractationem transcripsit. Idem fecit Tabiensis, breuius tamen in sum. verbo Inquisitor. 5. 12. num. 13. & multis sequentibus. & Postremo Reuerẽdissimus Vmbertus Locatus in fine sui operis iudicialis, tit. De formulis in sancto inquisitionis officio agendorum, eundem in hac parte Eymericum est imitatus.

Eymerici methodus in cõstituẽdis modis siniendi fidei processum, & qui eum fuerint imitati.

Hæc tamen non sunt furti nomine censenda. nam vt vere de hac etiam re differens Bartholomæus Riccius, vir latine peritus dicebat: nõ sunt ea furta putanda, quæ fiunt non inuitis dominis. honestius tamen & laudabilibus est ingenue profiteri per quos profecerimus: nam & hinc quandoque iniuria auctori fieri potest: qui enim ignorant tempora, quibus quisque scripserit, facile putabit, eum à quo ceteri acceperunt, vice versa à ceteris accepisse. & propter hanc causam compellimur quandoque (vt cuique honos suus illæsus conseruetur) aperte dicere, quibus locis alij Eymericum penitus sequantur. tametsi alia quoque inde nascatur vtilitas: quoniam veriora & firmiora putantur, quæ multi, præsertim viri graues & docti vno consensu sequuntur. itaque quo plures sunt qui ab Eymerico acceperint, eo magis credendum est eius doctrinam sanam esse, tutam esse, & multa æquitate, ac prudentia niti.

Quomodo & qualiter processus in causa fidei est terminandus: & sunt tredecim modi processum in causa fidei debite terminandi.

A omnis processus fidei, uno tredecim modorũ est debite terminandus. Nam delatus de hæresi uisis & diligenter discussis omnibus actis & actitatis, & in causa productis, & habitis uarijs consilijs peritorum,

EXpedito primo, quomodo & qualiter processus fidei sit initiãdus; & secundo, quomodo & qualiter sit continuandus: tertio nunc uidendũ existit, quomodo & qualiter sit fine debito terminandus. Vbi est considerandum, quòd

B 1 Vel reperitur absoluendus, & ab hæresi totaliter immunis.

2 Vel reperitur solum diffamatus de hæresi generaliter.

3 Vel reperitur quæstionibus & tormentis supponendus aliqualiter.

4 Vel reperitur suspectus de hæresi leuiter.

5 Vel reperitur suspectꝰ de hæresi uehementer.

6 Vel reperitur ſuſpectus de hæreſi violenter.
7 Vel reperitur diffamatus de hæreſi, & ſuſpectus inſimul & communiter.
8 Vel reperitur confeſſus hæreſim & pænitens, & non relapſus probabiliter.
9 Vel reperitur confeſſus hæreſim & pænitens, ſed relapſus veraciter.
10 Vel reperitur confeſſus hęreſim, & impęnitēs, ſed non relapſus realiter.
11 Vel reperitur confeſſus hęreſim, & impęnitens atque relapſus certitudinaliter.
12 Vel reperitur non confeſſus, ſed conuictus de hæreſi legitimis teſtibus, & aliàs iudicialiter.
13 Vel reperitur cōuictus de hęreſi, ſed fugitiuus, vel abſens contumaciter.

Et ſicut dictum eſt de hęreſi, ſic & dicendū eſt de hęreticorū receptatione, defenſatione, vel fautoria. Nam delatus de receptatione, defenſatione, vel fautoria hæreticę prauitatis, vel reperitur abſoluendus, & immunis totaliter, vel diffamatus generaliter, & ſic de alijs, vt de hæreſi eſt prædictum.

De primo modo finiendi fidei proceſſum quando delatus eſt abſoluendus.

141 PRimus modus proceſſum fidei terminandi & finiendi eſt, quando delatus de hęreſi proceſſus meritis diligenter diſcuſsis cum bono conſilio peritorū reperitur ab obiecto hæreſis crimine immunis totaliter: & hoc eſt, quando delatus non conuincitur, nec confeſsione propria, nec facti euidentia, nec teſtium productione legitima; nec aliàs ſuſpectus, nec diffamatus publice de prædicto crimine reperitur.

Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. Talis [a] enim per Epiſcopū & Inquiſitorem coniunctim, vel diuiſim, quia in hoc caſu vnus ſolus poteſt, iuxta gloſſ. Ioan. And. ſuper c. Multorum querela. de hęret. in Clemen. §. duro tamen. & verſic. procedere contra illos, in alijs autem non; abſoluatur per ſententiam tenoris ſequentis.

Forma abſoluendi delatum de hæretica prauitate, cum nihil probatur legitime contra eum.

142 NOS frater N. ordinis fratrum Prædicatorum, Inquiſitor hæreticę prauitatis in terris talis domini à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus: Attendentes [b] quòd tu talis de tali loco, & talis diœceſis fuiſti nobis delatus de tali hæretica prauitate, ſcilicet quòd, &c. Attendentes etiā illa eſſe talia, quæ nō valebamus, nec debebamus conniuentibus oculis pertranſire, deſcendimus ad inquirendum ſi prædicta fulcirētur aliqua veritate; teſtes recipiendo & examinando, defenſiones etiam concedendo, & alia faciendo, quę decebant, ſecundum canonicas ſanctiones: Ea propter viſis & diligenter examinatis omnibus actis & actitatis in hac cauſa, omnibuſque æqua lance libratis, habitoque conſilio peritorum in iure, ac etiam in Theologiæ facultate, illoque ſæpius repetito, ſedentes pro tribunali, more iudicis iudicantis, ac habentes præ oculis ſolum Deū & negotij veritatem, ſacroſanctis Euangelijs poſitis coram nobis, vt de vultu Dei noſtrum iudicium prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem. Ad noſtram diffinitiuam ſententiam procedimus in hunc modum.

CHRISTI nomine inuocato. Quia per ea, quæ vidimus & audiuimus, & producta & oblata, acta & actitata ſunt coram nobis, in præſenti cauſa, non inuenimus aliquid contra te legitime fore probatum de his, quibus delatus fueras corā nobis; pronūtiamus, declaramus, ac ſētētialiter diffinimus, contra te non eſſe, nec fuiſſe aliquid actū legitime coram nobis, propter quod poſsis, vel debeas hæreticus iudicari, nec ſuſpectus haberi aliqualiter de hæretica prauitate; quare te à præſenti inſtantia, Inquiſitione, & iudicio totaliter relaxamus. Lata fuit hęc ſententia, & cetera.

Alia forma ad hoc idem.

NOs frater N. ordinis Prędicatorum Inquiſitor, &c. Viſis & diligenter diſcuſsis omnibus & ſingulis in præſenti cauſa actis & actitatis, habitoque ſolemni conſilio ſuper illis, maturo pariter & digeſto, in ſacra theologia, ac iure peritorū ſedentes pro tribunali more iudicis iudicantis, habenteſque præoculis ſolum Deum, ſacroſanctis Euangelijs poſitis corā nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, ac die, hora, & loco tibi tali, de tali loco, talis diœceſis ad audiendam diffinitiuam ſententiam aſsignatis, ſententialiter declaramus, pronuntiamus, & diffinimus contra te nō eſſe coram nobis legitime probatū aliquid de his, de quibus delatus fueras coram nobis, ſcilicet quod dixeras, vel feceras, &c. propter quod debeas hęreticus, vel ſuſpectus de hæreſi reputari. Quare te abſoluentes per pręſentē noſtram ſententiam, à pręſenti inſtantia, ac noſtro iudicio relaxamus. Lata fuit hæc ſententia, & cetera.

Caueatur [c] quòd non ponatur in ſentētia, quòd eſt inſons, vel immunis, ſed quòd non fuit probatum legitime contra eum. vnde ſi poſtmodum, tēporis proceſſu iterum deferatur, & legitime probetur, poteſt non obſtante prędicta abſolutoria ſententia condemnari. 143

In ſententia abſolutoria nemo inſons pronuntiandus, & quare.

Eodem modo abſoluendus eſt quis, quādo eſt delatus de receptione, defenſatione, ſeu aliàs fautoria hęreticorum, ſeu hæreticę prauitatis, cum nihil probatur contra eum legitime.

COMMENT. XXXVII.

Num. 141. De ſententijs proferendis in hoc crimine qui differunt.

I*Dem prorſus Iacobus Sprenger in malleo maleficarū 3. par. q. 20. et Locatus in fine operis iudicialis in formula abſoluendi delatum, quando nihil eſt legitime contra eū probatū, et Zanchinus c. 41. in fine. & Tabienſis in ſum. verbo,* Inquiſitor. *§. 12. nu. 13. et Sylueſter de ſtrigibus lib. 3. c. 4. puncto. 3.*

Et de ſententijs in cauſa hęreſis pronuntiandis vide Conradum Brunum lib. 4 de hęret. c. 10. & Ioānem Rojam in ſingularibus fidei, ſingul. 177. cum aliquot ſequen. Gondiſſaluum tract. de hæret. q. 20. nu. 8. & ſeq. Franciſcum Squillacenſem de fide catholica c. 44. Simancam de catho. inſtit. tit. 60. & Archidiaconum & Ioannem And. copioſe in c. vt commiſſi. de hæret. lib. 6.

An ſolus Inquiſitor vel ſolus Epiſcopus poſsit abſoluere.

a ¶ Talis enim per Epiſcopum, & inquiſitorē coniunctim, vel diuiſim: quia in hoc caſu vnus ſolus poteſt, &c.] *Et hæc ſententia, quòd cum reus eſt abſoluendus, vel ſolus Epiſcopus, vel ſolus* In*quiſitor ipſum poſſint abſoluere de iure verior eſt: quāuis cōtraria ſit tutior: ſed de hoc articulo ex profeſſo diſputat Eymericus infra hac par. 3. q. 48. vbi dixi copioſe.*

Num. 142. b ¶ Attendentes, quòd tu talis de tali loco, &c. fuiſti nobis delatus de tali hæretica prauitate, ſcilicet quòd, &c.] *Hic videtur non obſcure indicare Eymericus in ſententia abſolutoria exprimendas eſſe hæreſes, aut delicta eius qui eſt abſoluendus, ob quæ fuit accuſatus, ſiue denuntiatus; quod tamen nullo iure cautum eſt: & propterea crederem ſalubrius eſſe nullis erroribus recitatis, cum non fuerint aduerſus ipſum probati, pronuntiandam eſſe ſententiam abſolutoriam publice, ſiue contra defunctum, ſiue contra viuentem, quod valde prudenter cautum inuenio per Madrilianam inſtructionem anni MDLXI. cap. 62. in hæc verba à nobis latina reddita.* Quando defenſor memoriæ & famæ alicuius defuncti legitime cauſam defenderit, fueritque defunctus ab ea iudicij inſtantia abſoluendus, ſententia eius pronuntiabitur in publica actione, cum edicta publicata fuerint contra ipſum. quamquam non debet hoc caſu produci ſtatuta defuncti qui abſoluitur in publica actione: neque etiam debent recitari in particulari errores, de quibus fuit accuſatus, cum probati non fuerint. atque hoc ipſum debet obſeruari circa illos, qui perſonaliter fuerunt capti & accuſati, & abſoluuntur ab inſtantia iudicij, ſi fuerit hoc ab ipſis petitum. *hactenus ibi. Quæ propterea mihi vbique obſeruanda videntur, quoniam multa æquitate nituntur, & rationi ſunt valde conſona.*

In ſententia abſolutoria, an ſint errores exprimendi.

Num. 143. c ¶ Caueatur quòd non ponatur in ſententia, quod eſt inſons, &c.] *Idem hoc obſeruant Tabienſis in ſum. verbo, Inquiſitor. §. 12. nu. 13. verſi. caueatur. &* Sprenger *in malleo maleficarum 3. par. q. 20. in in fine. quod eſt cuſtodiendum ob rationem hic ab Eymerico allatam. quamobrem minus bene fortaſſis Zāchinus tract. de hæret. c. 41. in fine poſuit in ſententia abſolutoria hæc verba:* Idcirco te tanquam penitus innocentem, per noſtram diffinitiuam ſententiam in his ſcriptis abſoluimus à dicta Inquiſitione & contentis in ea.

Qui abſoluitur non eſt pronuntiandus immunis, & quādo hoc fallit.

Sed quid ſi abſoluatur tanquam penitus innocens & immunis, & poſtea de eodem crimine deferatur, poterit ne non obſtante ſententia abſolutoria, iterum iudicari, & condemnari? Reſpondeo poſſe; quoniam in hoc crimine fauore fidei ſententię quæcunque nunquam tranſeunt in rem iudicatam, vt ſingulariter docuit Lucas de Penna in l. vnica. verbo, notum. C. de ſentent. aduerſus fiſcum latis, retract. lib. 10. quē ſequitur Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 2. aſſertio. 49. & idem in eadem parte de priuilegijs Inquiſitorum, nu. 449. & Simācas *de catho. inſtit. tit. 60. nu. 13. quam ſententiā videtur probare textus in c. vt commiſſi. §. nec non. de hæret. lib. 6.*

Verum omiſsis iam antiquis controuerſijs, nouiſſime Pius V. Pont. Max. reſcripto quodam incipiente: Inter multiplices curas. *quod eſt impreſſum inter litteras apoſtolicas pro officio* Inquiſitionis *in fine huius operis, iuſtiſſime cauit, ne ſententiæ in cauſa fidei vnquam tranſierint, aut deinde tranſeant in rem iudicatam.*

Sententię in cauſis fidei nō tranſeunt in rem iudicatam.

Atque ex his penitus refellitur opinio Decij cōſ. 137. incipien. Diligenter pro tenui facultate. Conradi Bruni lib. 4. de hęret. c. 8. in fine, aſſerentis, hęretico prodeſſe exceptionem rei iudicatæ: nullis ergo diffinitiuarum abſolutoriarum ſententiarum exceptionibus obſtantibus, quotiēs nouę probationes, aut indicia acceſſerint, de eodem crimine & inquiſitio et condemnatio fieri poterit.

Quod vero paulo antea dicebam cum Eymerico, videlicet, neminem eſſe pronuntiandum innocentem, aut immunem in ſententia abſolutoria; tunc non crederem procedere, quando per teſtes falſos fuit conuictus, aut per iniquos & maleuolos, et inimicos capitales, vel conſpiratores delatus, qui poſtea pænitentia ducti dixerunt ſe falſo detuliſſe, aut falſum teſtimonium contra delatum dixiſſe conſtitit: hoc enim caſu cum conſtet de manifeſta innocentia delati, & de aperta iniquitate teſtium & delatorum, optime poterit in ſententia abſolutoria pronuntiari inſons, & penitus immunis, vt etiam Eymericus ipſe indicat faciendum in 12. modo proceſſum terminādi nu. 208. in fine, ibi: Ipſo delato vt immuni à iudicio relaxato. *& hac fortaſſis ratione locutus cenſeri poteſt Zanchinus, quem paulo antea merito refellebamus. ſed cum teſtes, aut denuntiatores retractant dictum ſuum, videndum eſt diligenter ne id faciant, quia corrupti fuerunt prece, vel pretio, vel à delato, vel à conſangaineis & amicis delati, de quo dixi alibi plenius.*

Quādo quis poſſit in ſententia abſolutoria innocens pronuntiari.

De ſecundo modo finiendi proceſſum in cauſa fidei per purgationē canonicam.

SEcundus modus proceſſum fidei terminandi, & finiendi eſt, quando delatus de hęreſi, proceſſus meritis diligenter diſcuſsis, cum bono cōſilio peritorum, reperitur ſolūmodo de tali hæreſi diffamatus in aliqua villa, ciuitate, vel prouincia: & hoc eſt quando delatus non conuincitur, nec propria cōfeſsione, nec facti euidentia, nec teſtium productione legitima, nec quęcunq; alia indicia probantur legitime contra eum: niſi præciſe ſola infamia. 144

Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda in tali caſu. Quia [a] ſententia non poteſt ferri pro delato, abſoluendo eundē, ſed contra, indicendo ſibi purgationem canonicam, Epiſcopus & Inquiſitor coniunctim, & non diuiſim (niſi vnus committat alteri

Universidad de Deusto
Biblioteca

alteri vices suas,) iuxta cap. Multorum querela. de hæret. in clemen. ferant sententiam per hunc modum, vel similem in effectu.

Forma purgationem canonicam diffamato indicendi.

145 NOs N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum in terris talis domini, Inquisitor hæreticę prauitatis à sancta sede Apostolica specialiter delegatus: Cõsiderantes, quòd meritis processus facti per nos cõtra te talem, talis diœcesis, nobis delatum de tali hæretica prauitate, scilicet quòd, &c. non inuenimus te confessatum, nec conuictum de prædicta labe, nec aliàs suspectum, nisi quòd te reperimus legitime ac veraciter in tali villa †, ciuitate, vel diœcesi, & apud bonos & malos publice diffamatum; Ea propter ad purgandam huiusmodi infamiam tibi indicimus purgationem canonicam, vt est iuris: assignando tibi talem diem talis mensis, ac talē horam illius diei, in qua compareas personaliter coram nobis, & purges tuam infamiam tantis †, seu tot ordinis tui: qui quidem compurgatores tui, sint homines fide catholici & vita probati, & qui conuersationem tuam, & vitam nouerint, non tam moderno tempore quàm transacto: significātes quòd si in purgatione defeceris, te habebimus pro conuicto, prout volunt canonicæ sanctiones.

† Id est, opido.

† Al. tanta manu ordinis tui

146 Hic autem considerandum est, quòd cum aliquis reperitur legitime de aliqua hæresi publice diffamatus, & contra eum aliud non probatur nisi infamia ipsa sola, sibi indicitur purgatio canonica: hoc est, q̃ habeat bonos aliquos viros septem, decem, viginti, vel triginta, secundum quòd plus, vel minus, & in locis pluribus, vel paucioribus, magis, vel minus insignibus fuerit diffamatus, qui sint suæ conditionis, vel ordinis: vt si diffamatus est religiosus, & illi sint religiosi: si clericus sæcuris, & illi clerici sæculares: si miles, & illi milites, qui purgēt eum à crimine, de quo est diffamatus: qui compurgatores debent esse homines fide catholici, & vita probati, qui & illius conuersationē & vitam, non tā moderno tempore cognouerint, quàm antiquo, vt habetur extra de purg. cano. c. Inter sollicitudines.

Quales esse debeant compurgatores.

147 Si autem se purgare noluerit, excõmunicetur: quam excommunicationem si per annum sustinuerit animo indurato, ex tunc vt hæreticus condemnetur, iuxta c. Excõmunicamus itaque. §. qui autem. de hæret.

Pœna recusantis se cõpurgare.

Si autem se purgare decreuerit, sed in purgatione defecerit, hoc est, quòd purgatores tales, & tantos, prout est ei iniunctum, qui eum purgent, non inuenerit, pro conuicto habetur, & sicut hæreticus condemnatur, vt habetur extra de hæret. Excommunicamus 1. §. adiicimus. & versic. qui nisi se. & de purg. cano. c. Cum dilectus.

Pœna deficientis in compurgatione.

148 Considerandum [b] etiam hic est, quòd quando dicitur quòd indicatur diffamato, quatenus purget se; trina vel quarta manu ordinis sui, quòd ordo sumitur ibi in genere, & non in specie: vnde si

A Episcopus purgandus est, non negatur, quin cum Episcopis, in purgatione possint admitti abbates, & religiosi presbyteri, & in alijs pari forma: de purg cano. cap. Quotiens. Purgabit autem se diffamatus per modum, qui sequitur, vt colligitur extra de purg. cano. cap. Quotiens. §. porro. & cap. Accepimus.

Forma purgationis canonicæ à diffamato de hæresi faciendę.

ADVENIENTE [c] autem termino eidē 149
diffamato ad se purgandum canonice assignato,
B comparebit personaliter purgandus cum suis cõpurgatoribus coram Episcopo, seu Inquisitore, in loco vbi noscitur infamatus: & ille qui diffamatus est ponens manum super librum Euangeliorum ante eum positum dicet sic: Ego iuro super quatuor ista Euangelia sancta Dei, quòd talem hæresim: *exprimendo eam, de qua est diffamatus*: nunquam tenui; nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo. *Negabit, scilicet, cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid sit illud: Quo facto omnes compurgatores ponent manum super prædictum librum Euangeliorum, & quilibet dicet ita:* ET ego iuro super ista sancta Dei Euangelia, quòd credo ip
C sum verum iurasse. *Et tunc canonice est purgatus.*

Considerandum [d] est etiam, quòd diffamatus 150
de hæresi, ibi est purgandus, vbi noscitur diffamatus: & si in multis locis fuerit diffamatus, imponatur sibi, quòd in omnibus illis fidem catholicam publice profiteatur, & detestetur hæresim, de qua ibi noscitur infamatus. de purga. cano. c. Inter sollicitudines.

Nec [e] contemnat qui canonice de hæresi se purgauit: nam si post purgationem incidit in hæresim iam purgatam, pro relapso habetur, & tunc vt relapsus est tradendus curiæ sæculari, iuxta c. Excommunicamus 1. §. adijcimus. & versic. vel si post
D purgationem. &c. Ad abolendam. §. illos quoque. Secus autem si in aliam hæresim inciderit, de qua se ante non purgauerit, iuxta c. allegatum.

COMMENT. XXXVIII.

OBseruandum hic est primum, hunc modum secundum finiendi processum fidei differre à septimo in quo etiam agit auctor de indicenda canonica purgatione ipsi diffamato, sed ille amplius ibi, ex alijs indicijs de hæresi erat suspectus, & propter ea non modo purgationem, sed etiam abiurationem simul est subire coactus, hic vero solum erat infamatus de hæresi. Num. 144.

E *Et quę ad hunc modum spectant, repetunt Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 13. nu. 14. & Sprengerius in malleo maleficarum, par. 3. q. 21. Locatus in opere iudiciali verbo, purgatio. & in fine operis in forma ferendi sententiam contra diffamatum de hæresi; vt purget se canonice. plenissime etiam Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. Sylvester de strigibus lib. 3. c. 4. puncto 4. de qua multa quoque extant in consilio Tarraconensi relato ab Eymerico supra par. 2. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. cap. 32. & dixi multa de canonica purgatione in hoc* De purgatione canonica in hoc crimine qui diffe ruerint.

in hoc crimine omnino cognoscenda supra parte. 2. super cap. inter sollicitudines. de purg. cano. quæ sunt omnino videnda ad tollendas omnes huius loci difficultates.

Vsus canonicæ purgationis in crimine hæresis.

Et cum in omnibus fere criminibus abolitus fuerit & extinctus vsus canonicæ purgationis: in crimine tamen hæresis, etiam nunc vsitatus est, & in sacro Inquisitionis tribunali frequentatus. quamuis enim in alijs multis delictis sinistra suspicio, præsertim à maleuolis orta, aut tolerari possit, aut interdum negligi; in crimine tamen hæresis ferenda non est, nec dissimulanda. Sapienter enim scribit Rufinus lib. 1. inuectiuarum in Hieronymum: Gloriosum quidem esse Christi exemplo iniurias tolerare patienter, at vnā hæreseos notam qui ferat, aut dissimulet, non esse Christianum. & beatus ipse Hieronymus ad Pammachium epistola. 61. aduersus errores Ioannis Hierosolymitani altissima clamat voce in hęc verba: Nolo in suspicione hæreseos quemquam esse patientem: ne apud eos, qui ignorant innocentiam, eius dissimulatio, conscientia iudicetur si taceat. *hęc ille. quod retulit Albertinus in repetitione rubricæ de hæret. lib. 6. quæst. 14. num. 75. huc spectant quę tradit Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 140.*

Iustissime ergo Catholica & sanctissima mater Ecclesia, respiciens quàm graue & periculosum sit hac hæresis infamia laborare, varios modos excogitauit ad excludendam sinistram hæreseos suspicionem, quotiens aut dictis, aut factis fidelis quispiam eā cõtraxisset, varijs etiam pœnis coercens. inter ceteros vero modos vnus est canonica purgatio.

Num. 144.

An solus Episcopus, vel Inquisitor in diœcesi possit purgationem canonicam.

a ¶ Quia sententia non potest ferri pro delato, absoluendo eundem, sed contra indicendo sibi canonicam purgationem, Episcopus & Inquisitor coniunctim, &c.] *Sed videbatur quòd vnus sine altero posset indicere canonicam purgationem nā cum delinquentes in hoc crimine ad abiurationē, vel purgationem recipiuntur, non videtur pronuntiari sententia cõtra eos, sed pro eis: quare potius videtur fauorabilis & absolutoria, quàm cõdemnatoria: vn de iuxta sententiam Eymerici in modo superiori, & infra q. 48. huius 3. partis non videtur necessarium quòd simul conueniant ad hęc exercenda Episcopus & Inquisitor: & plane quamuis hęc sententia de ratione iuris stricta, fortasis verior videatur, at cõtraria est tutior, quam hic profitetur auctor, vt dixi infra in hac 3. parte superdicta q. 48. vbi hanc difficultatem plene declarauí. interim video Campegium apud Zanchinum c. 8. verbo, diffinitiuam. & Syluestrum de Strigibus lib. 3. c. 4. puncto 4. Mihi magnopere probatur contraria sentētia, iuxta id quod dixi paulo post hoc ipso commentario. §. hæc quidem.*

Et in Hispania, Abulensi quadam instructione anni MCCCCXCVIII. cap. 1. postquam statutum esset, vt in qualibet Inquisitione duo constituātur Inquisitores subdit in hæc verba: Qui (*scilicet Inquisitores*) simul, & non vnus sine altero cedant ad capturam, torturam, compurgationem canonicam, &c. *similiter ergo iustissimum est, vt in locis vbi vnus tantum est Inquisitor Apostolicus, is non indicat canonicam purgationem sine Episcopo loci.*

A b ¶ Considerandum etiam hic est, &c. quòd ordo sumitur ibi in genere, & non specie: vnde si Episcopus, &c.] *Est omnino obseruandum hoc Eymerici documentum: nam si in specie inueniendi essent tales compurgatores, qualis est purgādus, aut nunquā posset se purgare, aut facile deficeret in purgatione: nusquam enim, verbi gratia, Episcopus purgandus posset inuenire duodecim, vel viginti Episcopos, qui ipsum purgarent: ac de ceteris idem est iudicium: nam si dux belli esset purgandus, difficulter posset inuenire tot alios duces bellicos, qui ipsum purgarent. ergo sufficit ad satisfaciendum iuri postulanti in purgatione tantam manum, hoc est tantum numerum ordinis eius, cuius est ipse purgandus, vt habeantur illi, de quibus in genere vere prædicetur illa qualitas, quę est in purgando. quę latius hic persequi non est præsentis instituti, nec necessarium. videndus interim Albertinus in repetitione c. quoniam. de hæret. lib. 6. quæstione prima, & nonnullis sequentibus, qui multam lucem huic Eymerici documento dabit.* Num. 148.

Qualiter intelligendum, Compurgatores esse de bene eiusdem ordinis cum purgando.

c ¶ Adueniente autem termino, &c. comparebit personaliter purgandus cum suis compurgatoribus, etc.] *supra par. 2. super cap. inter sollicitudines. vbi egimus de canonica purgatione, praxim omisimus, quę in ea solet obseruari: quoniam* C *eam Eymericus hoc loco docebat: verum nimis breuiter persecutus est rem difficilē. et periculosam, quæ non debet nisi cum maxima fieri consideratione, vt ibi diximus. Quare vt hic locus illustretur, & supleamus quę deficiunt, tota hęc praxis indicēdæ purgationis erit hic præscribenda: nulli autem luculētius (quos ego viderim) rem hanc tradiderunt, quàm Auctor repertorij Inquisitorum verbo, purgatio §. forma. & Simancas de catho. instit. tit. 56. nu. 25. & seq. sed Simācas ordinatius loquitur, cuius verba huc transcribere placuit, cum nec melius à me, nec elegātius dici possit, & vt viro docto suus bonos habeatur. dicit ergo ita:* Num. 149.

Ritus & ordo in purgatione canonica obseruandus.

D In causa purgationis canonicæ hoc ordine & ritu procedi solet. Conueniunt in vnum Inquisitores, Episcopus, aut eius Vicarius, & assessores, seu consultores periti, & excusis probationibus, reū condemnant, vt se purget septē plus minus testibus: hoc addito, vt si defecerit in vno, duobus tribus aut pluribus, exinde conuictus plene de crimine censeatur. Hæc autem sententia reo dicēda est, & ab ea potest appellatio nem causa referenda est ad Senatum, nisi forte friuola fuerit appellatio: quia tunc ei ab Inquisitoribus deferendum non est, vt generaliter Clemens iiij. constituit, & specialiter epistola quadā Senatus sanctæ Inquisitionis plenius continetur. [l. 2. C. de decurio. lib. 10. l. 1. de appellatio. c. cum appellationibus friuolis. de appellatio. lib. 6. Num. 25.

Deinde si à sententia non fuerit appellatum, Num. 26.
vel post appellationem sententia confirmata sit, vel appellatio friuola reiecta fuit ab Inquisitoribus: tunc reus ad se purgandum debet nominare tot viros bonos, testes expurgatores, quot in sententia Inquisitorum continētur. Illi autem testes vocari seorsum debēt ab Inquisitoribus, & ab eis tria sunt inquirēda. Primum, an reum cognoscāt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& à quo tempore: secundũ, an reus, vel eius cõsanguinei, vel affines dederint, aut promiserint aliquid ipsismet testibus, vt reo fauerent: tertium, an testes ipsi se obtulerint ad reum purgandum. Quę omnia quodã instructionũ capite pleni⁹ cauta sũt.

Num. 27. Post hæc testes omnes conuocantur in auditorium Inquisitorũ, & reus ad tribunal ducitur, et ab Inquisitoribus interrogatur, an homines illos cognoscat, & an illi sint, quos ipse in testes purgatores nominauit: qui respondere solet, se illos cognoscere, & eosdẽ esse, quos nominauit. fiunt autẽ hęc omnia coram Inquisitoribus solis, ac tabellione', seu notario, qui litteris mãdare singula debet: nec alius quispiam presens esse huic purgationi permittendus est: ne ipse quidẽ vicarius Episcopi ordinarij, vt quadã epistola Senatus sanctę Inquisitionis continetur: à sententia vero purgationis excludi non potest ordinarius, aut eius vicarius, vt di xi titulo de abiuratione. [confert c.1.15.q.1.]

Num. 28. Deinde Inquisitor ad expurgatores conuersus, talia dicere solet: Scitote, fratres, ℘ Acacius reus de hoc & illo crimine accusatus, & suspectus est: quam ob rẽ ab ea suspicione se purgare tenetur, & vos nominati estis in testes innocentiæ suę. Tu vero Acaci per Deũ & sacrosancta Euangelia respõde, an ea crimina cõmiseris: & statim reus coram illis iurat, se nihil eorũ dixisse, aut fecisse. Deinde reus abire iubetur: & Inquisitor interrogat purgatores, an ea omnia probe intellexerint: qui respondent, se intellexisse: Mox testes omnes secedũt: & singulis seorsum vocatis, & ab eis solemni iuramẽto exacto, quęrit Inquisitor, an credant Acaciũ iurasse verũ, vel falsum: & quidquid responderint, à notario fideliter scribendum est. *hactenus de ritu purgationis canonicę.*

Cum indici tur canonica purgatio, aut Episcopus, aut eius vicarius adesse debet.

Hęc quidem Iacobus Simancas, in quibus id in primis mihi videtur notatu dignum, quod dicit num. 27. videlicet, huic purgationi non posse interuenire Episcopi vicarium; quod licet in Hispania custodiatur per priuatas eius Inquisitionis institutiones; alibi secus faciendum crederem, quod est iuri communi magis consonum, & doctrinæ Eymerici hoc loco conuenientius, qui scribit in purgatione iniungenda Episcopum & Inquisitorem simul cõuenire debere: quod non solum puto locum habere in pronuntianda sententia, sed etiam in toto purgationis actu exercendo: & hoc videtur esse tutius, & obseruandum donec alij meliora doceãt. quibus libentissime acquiescam: nam cum reus si deficiat in purgatione, possit vt hereticus condemnari, quod non potest fieri sine Episcopo; oportet omnino ut ei etiã actui ex quo tantus effectus facile sequi potest, Episcopus, aut saltem eius vicarius adsit presens.

Postremo, hoc mihi preterea videtur addendum, ipsis compurgatoribus, distincte & clare legendum esse processum, id est summarie, & delicta, & indicia esse illis declarãda, ob quæ purgandus ipse captus est, & compulsus canonicam subire purgationẽ: nisi enim hæc intelligant compurgatores non poterunt iure, & debite ipsum purgare.

Hispalensi quadam institutione anni M D. post cap. 4. forma obseruanda in canonica purgatione præscribitur in hæc verba à nobis latine reddita:

A Qui compurgandus est in præsentia compurgatorum iuret in forma iuris super Crucem & Sancta Dei Euangelia de dicenda veritate, super his de quibus fuerit interrogatus. Et præstito prædicto iuramẽto, Inquisitores dicant ei: Tu. N. fuisti accusatus de tali & tali delicto (specificatis ei solum illis delictis, quæ sapiunt hæresim) de quibus es vehementer suspectus, meritis processus consideratis: percontamur à te sub debito iuramenti, quod emisisti, an commiseris, vel feceris, vel credideris hęc delicta, vel aliquid ex eis? Et habita responsione ipsius rei in præsentia compurgatorum, reducatur ad carcerem: Et postea recipiatur iuramentum à compurgatoribus in forma iuris, &c. & quilibet seorsum interrogetur sub debito iuramenti, an credant quòd dictus. N. reus carceratus dixerit veritatem: & scribatur in processu quidquid dixerint: & quidquid actũ fuerit suo ordine. *hæc ibi.*

B *Ex his quæ dicta sunt hactenus videtur consequi canonicam purgationem in secreto esse faciendam, videlicet, in auditorio Inquisitorum, aut in palacio Episcoporum.*

Admonebo tamen solitum olim fuisse indicere publice canonicam purgationem, cap. illud. 23. dist. & constat ex perueteri codice manuscripto, qui penes me extat, in quo plurima continentur ad sanctum officium spectantia, vbi cum agitur de forma indicendæ purgationis canonicę ipsis infamatis, præscribitur, vt is qui se purgat, præsente multitudine copiosa id faciat.

C *Sed in hac difficultate ita videtur dicendum, si quis publice de hæresi diffamatus est, sane publice quoque purgare se debet, vt eis publice satisfaciet se purgando, quos publice per ingratum infamię offendit odorem: imo quidem in fauorem eius, qui se purgat hoc tendere videtur, vt publice si purgationem præstiterit, honori & famæ restituatur, quod si publice non fuerit diffamatus, tunc in priuato præstabit hanc canonicam purgationem. hanc distinctionem affert gloss. 2. quæst. 5. in summa. verbo, cogendus. gloss. in cap. 1. verbo, publico. 15. quæst. 5. Archidiaconus in cap. illud. 23. dist. Repertorium Inquisitorum verbo, purgatio. §. si enim est infamatus. & alij, à quibus non videtur dissentire hic Eymericus nu. 150.*

An purgatio canonica in publico fieri debeat.

Sunt autem quidam, qui cogi non possunt, vt in publico purgentur, de quibus Archidiaconus præcitato loco. hæc indicasse sit satis: nam diligentiori fortassis indigent consideratione, & vberiore explicatione.

Num. 150. D ¶ Considerandum est etiam, quòd diffamatus de hæresi, ibi est purgandus, vbi nosci tur diffamatus, &c.] *Quia medicina morbo debet esse contraria, & ideo per purgationem debet ibi satisfacere, vbi per malam famam offendit, & deliquit. Sed amplius obseruari iubet auctor; vt qui in pluribus locis diffamatus est, in pluribus satisfaciat, non quidem per purgationem, quam cum semel adimpleuerit, non debet iterum subire, sed per predicationem: quod qualiter accipi debeat, dixi supra par. 2. sup. cap. inter sollicitudines. §. precipias insuper.*

In pluribus locis diffamatus in illis debet fatisfacere.

c ¶ Nec

Num. 150. e ¶ Nec contemnat qui canonice de hæresi se purgauit: nam si post purgationem incidit in hæresim iam purgatam, pro relapso habetur, &c.]

An recidens in hæresim de qua se purgauit, sit vt relapsus puniendus.

De hac difficultate variis locis varie sensit Eymericus. nam par. 2. q. 58. in fine. nu. 7. vers. eodem modo si quis diffamatus. dixit de hoc casu iura non loqui aperte, & propterea Pontificem summum esse consulendum. & 3. par. in 7. modo processum fidei terminandi. tit. De forma hęresim adiurandi. §. ratione autem purgationis. num. 184. non admodum determinate videtur asserere sententiam, quam hic audacter adstruit, dum dicit, dubium esse an is qui incidit in hęresim de qua se purgauit, velut relapsus curię sit sęculari tradendus: quamuis subiungat, quòd videtur tradendus.

Et quoniam supra par. 2. super q. vltima. promisi me hanc difficultatem hoc loco explicaturum; ideo quanta fieri poterit et breuitate et perspicuitate, quid mihi dicendum videatur, explanabo.

A *Ac primum de iure nulla videtur esse dubitatio, quin is qui se purgauit, si iterũ incidat in hęresim, de qua se purgauit (vt hic vult Eymericus) debeat ut relapsus tradi curię sęculari per textum in c. ad abolendam §. illos quoque. de hæret. quẽ hic citat auctor, cuius verba sunt:* Illos quoque qui post abiurationem erroris: vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehẽsi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sęculari iudicio, sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos. *hęc ibi.*

Idem videtur innuere textus in cap. excommunicamus 1. §. adijcimus. de hæret. cuius verba sunt: Ipse autem Episcopus ad presentiam su im cõuo et accusatos: qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint; vel si post purgationem exhibitam, in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. *Idẽ apertius sanciuit Alexander iiij. in c. super eo. de hæret. lib. 6. ibi:* Quòdque ij, qui post abiurationem erroris, vel postquam se proprij antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia relinquendi. *hęc ibi.*

Postremo eandem Eymerici sententiam comprobare videtur non obscure conciliũ Narbonense, cap. 11. in hæc verba: Et illos qui post abiurationem erroris, seu purgationem deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquatis animaduersione debita puniendos: cum sufficiat tales per falsam conuersionem semel ecclesiam decepisse: præsertim vbi tanta eorum inualuit multitudo, ... licet eis pœnitẽtibus nequaquam pœnitentia sit neganda. *hactenus ibi.*

Ex his apparet sententiam Eymerici, aut veram esse, aut saltem multum probabilem. nam in his locis citatis videmus abiurantem & se purgantem in hoc æquiparari, vt si iterum incidant in abiuratum errorem. sæculari iudicio relinquantur.

Quòd si quis dicat his locis haberi sermonẽ de eo qui simul & abiurauit & se purgauit; hoc non videtur facile admittendũ: quoniam illa particula, vel, aperte indicat casum sequentem, diuersum esse à præcedenti. cum eius natura sit distinguere & separare non coniungere aut copulare.

Ex his plane redditur hæc quæstio valde difficilis, nec video quid primo obtutu his iuribus possit respõderi. quam ob rem omissis hic multis cõtemplationibus hanc putarem veram esse præfatorum rescripto rum sententiam: Qui abiurauit de vehementi hanc, verbigratia, hæresim: Romanus Pontifex non est caput Ecclesię. *si postea vere in eã relabatur, tradẽdus est curiæ sæculari: et hoc est sine controuersia. per textum in c. accusatus. § eum vero. de hæret. lib. 6. quod procedit etiãsi in aliã hæresim à priori diuersam incidat iuxta precitatum textum, cum generaliter abiuret omnem hęresim.*

B *Eodem modo si quis ob vulgatam & frequentem infamiam, quam ex dictis, vel factis seminauit, grauem & vehementem contraxit hæresis alicuius fucionem, verbi gratia, huius:* Nõ esse purgatorium: *aut huius:* Errare eos qui hæreticos persequuntur; & dicunt fore puniendos: *& coactus fuerit se de hac hæresi purgare tãquam vehemẽter suspectus, & grauiter infamatus, si postea vere deprehendatur incidere in eandem hęresim de qua se purgauit, re vera vt relapsus erit curiæ sęculari tradendus, iuxta textum in dicto c. accusatus. § ille quoque. de hæret. lib. 6. idque ob rationem quam adduxi supra parte 2.*

Recidens in hæresim de qua vt vehemẽter suspectus se purgauit, vt relapsus est puniendus.

C *super q 58. §. quartus casus est. quoniam per hanc secundam deprehensionem expressam declaratur animus illius, qui primo fuit in mala opinione contra fidem Christi, in qua semper præsumitur continuasse vsque ad secundam deprehensionem. & hæc mihi videtur vera et tuta sententia, cum post purgationem, quam quis vt grauiter & vehementer infamatus fecit, vere deprehendatur in hæresim lapsus. & in his terminis accipiendum videtur quòd hic valde prudẽter tradit Eymericus.*

Hanc Eymerici sententiam aperte profitetur Hostiensis in cap. Excommunicamus 1. de hæret. §. qui autem. verbo, enitentur. in hęc verba: Quòd si post purgationem præstitam, vel abiurationem factam, in hęresim eandem reciderint, sæculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquuntur. supra eod. Ad abolendam. § illos quoque. *hæc Hostiensis. Idẽ tenet in summa tit. de hæret. § qualiter deprehendatur. vers. idem si iam purgauerat se. Hostiensem sequitur Ambrosius de Vignate tract. de hæret. quæst. 19. nu. 186. & in eandem opinionem consentit Hieronymus Gabrielius cõsil. 160. incipien.* Purgatio canonica. *nu. 21. vers. Quoad tertium. & nu seq. & gloss. in cap. accusatus. § Eum vero. verbo, similiter. de hæret. lib. 6.*

D *Hoc tamen discrimen est inter eum qui abiurat de vehementi, & eum qui ut vehementer infamatus de hæresi se purgat: qui abiurat de vehementi, si iterum vere incidat, siue in eandem, siue in aliam hęresim, curię sæculari traditur, iuxta dict. c. accusatus. § eum vero. de hæret lib. 6. secus autem dicẽdum est in eo, qui ut vehementer infamatus se purgauit: nam nõ censebitur relapsus nisi recidat in eãdem hęresim de qua prius se purgauit: ita docet hic Eymericus, quod uidentur apertissime uelle iura paulo antea relata, & Hostien.*

Cur qui se purgauit nõ sit relapsus nisi in purgatam hęresim recidat.

Quòd si rationem discriminis quæras, dicam aut

E non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non facile reddi posse; sed ita voluisse legislatores, cũ non omnium quæ ab illis sancita sunt ratio reddi possit. l. non omnium. ff. de legibus. aut; quod verius & certius est; ideo qui incidit in aliã hæresim diuersam ab ea, de qua se purgauit, non punitur pœna relapsorum, nec traditur curiæ sæculari; quoniam de illa solũ aut illis hæresibus se purgauit, de quibus fuit infamatus; non autem de omni hæresi generaliter. qui vero abiurat hæresim vt vehementer suspectus, omnẽ hæresim abiurat, & propterea in quacunque postea labatur, relapsorum pœna punitur. et hæc mihi videtur vera & solida discriminis ratio.

Dixi autem hanc sententiam veram mihi videri in eo, qui vt vehementer diffamatus de aliqua hæresi se purgauit: nã si quis leuiter diffamatus esset, etiãsi in hæresim purgatam relaberetur, non putaretur relapsus: sed perinde iudicandum esset de eo, ac de illo qui de leui abiurauit sunt enim abiuratio et purgatio duo remedia ad excludendam hæresis suspicionẽ valde apta, & inter se multum similia: vnde quę de vna dicuntur, de altera possunt accipi, nisi in his, in quibus ius nominatim aliud disponit.

Si quis vero non recideret in hæresim purgatam, sed in aliam, quamuis non sit puniendus vt relapsus, acriter tamẽ esset coercẽdus. quòd si sæpius post purgationem recideret in aliam atque aliam hæresis infamiam; tunc fortassis tradi posset curię sęculari, iuxta id, quod diximus supra par. 2. super q. 58. §. hoc vnum postremo.

Quę dicatur grauis hæresis infamia: & qualiter cognoscatur.

Sed quæret quispiam; quenam dicitur grauis hæresis infamia, & respondeo multis modis hoc posse deprehendi: nam si quis apud bonos viros seu pluries, seu passim notetur infamia, ea grauis, & vehemens censenda erit. Rursus, si quis proptera à bonorũ consortio repellatur, eumque viri probi euitent, accedantque etiam indicia & suspiciones infamiam hæresis augentia, ea grauis infamia putanda erit. Præterea, si statim post magnum aliquod delictum cõmissum, verbi gratia, post deletas Sanctorum imagines, combusta templa, violata sacramenta, & similia, statim aduersus aliquem oriatur infamia, illa plane grauis putabitur. Sed & alijs quoque modis innotescere id poterit, quos prudens iudex facile inspectis personarum, locorum, et temporum circunstãtijs rimabitur.

Purgatus canonice an remaneat inhabilis.

Postremo vt nihil hic desideraretur eorum quæ ad canonicam purgationẽ spectãt, dicẽdũ erat de eius effectu, an scilicet is qui se canonice purgauit, remaneat inhabilis ad officia & beneficia quecunq; eccle siastica, an vero cõtra libere & absque vllo canonico impedimẽto promoueri possit. Sed quia hæc tractatio copiosam requirit indaginem, et à nobis diffuse alibi disputata est, ideo hoc loco omittetur.

Hieronymus Gabrielius consilio quodam 160. in eipien. Purgatio canonica. *purgatum canonice nullo modo remanere impeditum, quominus libere promoueri possit, ex multis probare contendit: ceterũ eius sententiæ non puto indistincte subscribendum, et multa considerare oportet antequam in eam eatur: nam iura fere omnia, quibus ille vtitur, loquũtur de purgato iam promoto, non autem de purgato promouendo, & eius sententiam nihil magis confirmat quàm cap. illud 23. dist. quod tamen ille omisit.*

De tertio modo terminãdi processum in causa fidei per tormenta.

151 TERTIVS modus processum fidei finiendi & terminandi est, quando delatus de hæresi processus meritis diligenter consideratis, cum bono consilio peritorum, reperitur varius: vel habens indicia contra se ad quæstiones, vt scilicet exponatur quæstionibus & tormentis; vt si quæstionatus nihil concesserit, pro immuni & innocente habeatur: Et[a] hoc est, quando delatus non est deprehensus nec propria confessione, nec facti euidẽtia, nec testium legitima productione, nec sunt indicia ad talem suspicionem, vt habeat hæresim abiurare: est tamen in suis confessionibus varius, vel aliàs sunt indicia sufficiẽtia ad quæstiones & tormenta.

Circa istum talis practica est seruanda, In[b] tali autem casu quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda, & non pro eo, per Episcopum & Inquisitorem, coniunctim, & non diuisim est ferenda, iuxta c. Multorum. in clemen. In primis si talis steterit in negatiua firmiter, & nullatenus (licet inductus per probos viros) fateri voluerit veritatem, feretur sententia, quæ videtur sapere vim diffinitiuæ sententiæ per modum tenoris sequentis.

Forma sententię interlocutorię ad supponendum aliquem quęstionibus & tormentis.

152 NOS N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & frater N. Inquisitor in terris ditioni talis domini subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus:

ATTENDENTES meritis processus facti per nos cõtra te talem, talis loci, talis diœcesis, diligenter examinatis, quòd tu es varius in tuis confessionibus, & sunt nihilominus indicia multa, quę sunt sufficientia ad te exponendum quæstionibus & tormentis: Ea propter vt veritas ab ore tuo proprio habeatur, & vt deinceps aures iudicum non offendas; interloquendo declaramus, iudicamus, & sentẽtiamus die præsenti & hora tali, te supponendum tormẽtis & quæstionibus. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Instructio accuratissima circa quæstiones reorum.

153 SI[c] quæstionandus reperiatur varius, & insimul sint indicia alia ad quæstiones sufficientia, ponatur vtrumque in sententia, vt in prædicta positum est. Si autem hæc duo non concurrant, sed vnum tantum, vtpote varietas sine alijs indicijs, vel alia indicia sine varietate, ponetur in sententia vt inuenitur. Sẽtentia autem lata mox exequetur, vel exequi simuletur.

Non

Non facile veniatur ad tormenta.

Non[d] sit tamen Inquisitor multum volũtarius ad quęstionandum aliquem; nam quęstiones & tormenta non inferuntur, nisi in defectum aliarũ probationũ; & ideo perquirat alias probationes. Quòd si non inuenerit, & tenet probabiliter, q̃ delatus est culpabilis, sed metu negat veritatem, bonis modis & quandoque cautelosis, & interdũ adhibitis eius amicis inducentibus ad veritatẽ dicendam, faciat suam diligentiam, vt ab ore eius habeat veritatem, & negotium non festinet: nam meditatio frequẽs, & carceris calamitas, & replicata informatio proborum virorum disponunt ad veritatem eruendam.

Notanda Inquisitoribus.

154 Quòd si delato conuenienter expectato, & tẽpore congruenter prorogato, ac delato multipliciter informato, credant bona fide Episcopus & Inquisitor, omnibus consideratis, ipsum delatum negare veritatem, quæstionent eum moderate, sine tamen effusione sanguinis, sciẽtes[e] quòd quęstiones sunt fallaces & inefficaces. Nã aliqui sunt ita molles corde & vecordes, quòd ad leuem torturam omnia concederẽt quæcunque falsa: aliqui autem sunt ita pertinaces, quòd quantucunq; vexentur, ab eis veritas non habetur. Aliqui sunt, qui fuerunt aliàs quęstionati; & istorum aliqui melius sustinent quęstiones, quia statim brachia trahuntur & firmantur: aliqui autem remanent debiliores, & sic minus sustinẽt quæstiones. Aliqui[f] sunt etiam maleficiati, & in quæstionibus maleficijs vtuntur, qui ante morerentur, quàm aliquid fateręntur: efficiuntur enim quasi insensibiles. Quare in quęstionibus cum maxima prudentia est agendũ, & ad conditionem quęstionandi quamplurimum attendendum.

Practica in torquẽdo ferenda.

155 Cum autem lata fuerit sententia, mox ministri se disponent ad quęstionandum delatum: Et cum disponunt se, Episcopus & Inquisitor per se, & per alios bonos viros fidei zelatores, inducãt quęstionandum ad fatendum libere veritatem: q̃ si fateri noluerit, mandẽt ministris quòd expolient eũ, & illi statim obtemperent, non læti, sed quasi turbati, & expedite expolient eum; & dum spoliatur, inducatur fateri veritatem: quod si renuerit, per aliquos probos viros trahatur ad partem spoliatus & inducatur, & inducendo informetur, q̃[g] non tradetur morti, sed † iurabit ne de cetero reuertatur ad delictum: Nam de certo (vt experientia plures me docuit) multi faterentur veritatẽ, nisi metu mortis terrerentur: & si promittatur eis, quòd non tradentur morti, fatebuntur; & audacter Episcopus & Inquisitor promittãt ei, quia possunt cũ veritate, nisi ageretur de relapsu: & tunc non est promittendum.

† Al. dummodo ampliùs non reuertatur ad delictum.

Quòd si nec minis, nec talibus promissis fateri voluerit veritatem, sententiã exequantur, & quęstionetur[h] consuetis modis, & non nouis, nec exquisitis; leuius vel fortius secundũ quod crimẽ exigit delinquentis. Et dũ torquetur super certis articulis, super quibus quæstionatur, interrogetur & frequenter, à leuioribus tamen incipiendo, quia citius concedet leuia, quàm grauiora.

156 Et dum hæc fiunt, Notarius totũ scribat in processu, & quomodo quęstionatur, de quibus interrogatur, & quomodo respondetur. Quòd[i] si quęstionatus decenter, noluerit fateri veritatem, ponãtur alia genera tormentorũ coram eo, dicendo q̃ oportet eum transire per omnia, nisi prodat veritatem: quod[k] si nec sic, poterit ad terrorem vel etiã ad veritatẽ, secũda dies, vel tertia assignari, ad cõtinuandum tormenta non ad iterandum: quia iterari non debent, nisi nouis superuenientibus indicijs contra eum; quia tunc possunt: sed cotinuari non prohibentur.

Assignatio ad cõtinuandum tormenta.

Dicetur ergo sic: Et nos N. Episcopus & Inquisitor præfati, assignamus tibi tali, diem talẽ ad quæstiones continuãdum, vt à tuo ore proprio veritas eruatur. Et totum ponatur in processu, & infra tempus eidem assignatũ, & per se, & per alios probos viros inducent eum ad fatendum veritatem: quòd si fateri noluerit, die assignata poterunt quæstiones continuari; & sic quęstionetur eisdem vel alijs generibus tormẽtorum fortius vel leuius secundum maiorem culparum vel minorem grauitatem. Et poterunt iudices multas cautelas licitas adhibere, & in verbis & in factis, vt veritas habeatur, quas magis docebit experientia atque vsus, & negotiorum varietas, quàm ars alicuius, seu doctrina.

157 Tortus sufficiẽter, & perstans in negatiua, liber dimittatur.

Vbi[l] autem decenter quæstionatus & tormentis expositus noluerit detegere veritatem, amplius non vexetur, sed abire libere dimittatur: Et si requirat iudices, quòd per sententiam expediatur, ei non poterunt denegare; & tunc feretur sententia, quòd de tali crimine, de quo fuit delatus, meritis processus diligenter discussis, non inuenitur probatum aliquid legitime contra eum, sicut in primo modo finiendi processum & terminandi dictum est. Videatur ibi.

158 Cum in tormentis confitetur, quid agendum.

Si autem[m] in quæstionibus prodideris veritatem, scribatur totum in processu, & post quæstiones ducatur ad alium locum, in quo non sit aspectus ad tormenta, & legatur sibi confessio, quam fecit in tormentis, & interrogetur[n] etiam diligentius & semel, & pluries quousq; veritas habeatur. Quòd[o] si non perstiterit in prima confessione, immo adhuc negauerit ueritatem, & non est decẽter quæstionatus, poterit (ut dictum est) iterum supponi quæstionibus & tormentis, non iterando, sed continuãdo. Si autẽ decenter quęstionatus est (ut dictum est) libere dimittatur: & si[p] omnino requirat per sententiam expediri, fiat sibi, ut dictũ est statim.

159 † Al. ratificauerit

Si autem perstiterit in ipsa confessione, & prodiderit † ueritatem, culpam propriam recognoscẽdo, & ab Ecclesia ueniam postulando, tamquam deprehensus in hæresim propria confessione, sed pœnitens, iuxta c. Ad abolendam. §. præsenti. abiuret, & sententialiter ut deprehensus publice, condemnetur per modum, quo damnãtur in hæresim deprehensi propria confessione; ut dicetur infra in octauo modo expediendi huiusmodi deprehẽsos. Videatur ibi.

Si sit impœnitens, tradatur curię sæculari.

Vbi ueró ueritatem prodiderit, & non pœnituerit, sed in hæresim pertinaciter perstiterit, & relapsus nõ fuerit, cõdemnabitur iuxta c. Ad abolendam. §. præsenti. & expectatus competenter,

Universidad de Deusto Biblioteca

& informatus decenter, tradetur brachio sæculari vltimo supplicio feriẽdus, vt dicetur infra in decimo modo. Si autem relapsus fuerit, condemnabitur per modum de quo dicetur infra in vndecimo modo processum terminandi. Videatur ibi.

160 Hic q autem est diligentius attendendum, quòd ille, qui quæstionandus est, ante quæstiones interdum contra se nihil confitetur; nec contra eum aliquid probatur, propter quod posit nec debeat hæresim abiurare, nec propter hęresim condemnari: & de talibus agitur hic, & dictum est statim.

Duranti in tormentis in negatiua quando iniungenda sit abiuratio.

Interdũ autem ipse delatus est in hæresim deprehensus, vel aliàs sunt alia contra eum probata indicia, propter quæ debet abiurare vt leuiter; vel vehementer de hęresi suspectus, propter quę non est quęstionandus: sed vltra hoc negat aliqua, quę non probantur, sed sunt indicia sufficiẽtia ad quęstiones. Et cum pro talibus quęstionatur, si nihil propter qnęstiones confiteatur, iste non est absoluendus, sed secundum probata contra eum procedetur, & abiurabit velut suspectus; vel vt deprehẽsus, prout processus merita exigunt & requirunt. Si vero propter quęstiones cõfiteatur illa, vel eorum aliqua, propter quę quęstionatur, tunc abiurabit hęc & illa, & pro istis & illis sententia cõtra eum est ferenda.

COMMENT. XXXIX.

Num. 151. *IDem tradunt Tabiensis in sum. uerbo, Inquisitor. §.14. nu.15. & Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum 3. par. q.22. multa Vmbertus Locatus in opere iudiciali, verbo, tortura. Syluester de strigibus lib.3. cap.4. puncto 5. Simancas de catho. instit. tit.65. de tormentis. sed quantum ad hunc locum spectat de torquendis reis, & ex quibus indicijs id facere liceat, videndus est Eymericus infra par. 3. q.61. vbi dixi plenissime.*

Tormentis quãdo sit locus ex Eymerici sentẽtia.

a ¶ Et hoc est quando delatus, &c. nec sunt indicia ad talem suspicionem, vt habeat hęresim abiurare, &c. vel aliàs sunt indicia sufficientia ad quęstiones & tormenta.] *Hic locus est obscurus, ita vt vix percipias quid sibi velit Eymericus: hoc tamen videtur concludere, tunc locum esse tormẽtis. cum vel varius est reus, vel sunt indicia ex quibus possit torqueri, quę tamen non sufficiant ad hęresim abiurandam. quę doctrina non videtur vera. Primũ enim sola quæuis variatio non sufficit ad torturam, vt dixi infra super quæstio. 61. §. prima regula est. Rursus, quia eadem illa indicia, quę sufficiunt ad torturam, videntur etiam vt plurimum sufficere ad indicendam abiurationem, sicuti patet etiam mediocriter eruditis.*

Ad suspicionem hæresis excludẽdam tria opportuna remedia, & qualia.

Quare hoc articulo ita clarius est dicendum: cum delictum est semiplene probatum, vel sunt talia indicia aduersus reum, vt nõ possit simpliciter absolui ab instantia seu accusatione: tunc ad diluendam delicti suspicionem, tria sunt in hoc tribunali prodita remedia: purgatio canonica, de qua egit auctor in superiori modo processum fidei terminandi: abiuratio de vehementi, seu leui, de qua agit in sequentibus: & tormentum, de quo nunc differit. hoc tamen postremum accommodatius est ceteris ad eruendam veritatem: nam purgatio, & abiuratio non tam sunt apta & inducta ad veritatem indagãdam, quàm ad suspicionẽ, & infamiam hæresis excludendam.

Itaque hoc remedium per torturã non differt præcipue ab alijs penes indicia aut suspiciones, vt hic videtur simpliciter velle Eymericus, ita vt quę non sufficiunt ad abiurationẽ, sufficiant ad torturã: quia generaliter id falsum videtur: sed differt quo ad modũ infligendi, quamuis easdem vbique contingat adesse suspiciones & coniecturas. atq; hęc est vera & solida doctrina, comprobata etiam per Madrilianã instructionem anno Domini MDLXI. c.46.47. et 48. quę suis locis retulimus.

Non tamen propterea diffiteor euenire sæpe posse, vt talia indicia concurrant contra reum, ex quibus non possit tuto imponi abiuratio de vehementi, aut alia grauior, cum ea sit grauissima pœna ob periculum relabendi: ea tamen indicia sufficientia iudicabuntur ad torturam infligendam, quę non est adeo periculosa, vt per eam indagetur veritas, & ab ore ipsiusmet delinquentis, si fieri potest, habeatur, vt tunc securius possit procedi ad iniungendam abiurationem, & alias pœnitentias. immo sæpissime hoc fieri est necessarium, & hac fortassis ratione loquitur Eymericus.

Iam quando sit locus quęstionibus, trado copiose infra par.3. super dicta q.61. ex quibus tractatio hęc lumen accipiet, cui non est facile fidẽdum sine his adnotationibus.

Et in sententia torturę, & in eius executione debet interuenire Episcopus cum Inquisitore.

b ¶ In tali casu, quia sententia interlocutoria est contra delatum ferenda, &c. per Episcopum & Inquisitorem coniunctim, &c.] *Hæc est vera & sana sententia, quam in terminis probat textus ab Eymerico citatus. illud addo non modo ad pronuntiandam tormenti sententiam, interuenire debere Episcopum & Inquisitorem: verum etiam ad executionem eius, nisi per infirmitatem, aut aliam iustam causam alter excusaretur: hoc enim tutius est, & cautum etiam in Hispania Madriliana instructione anno M D L X I. cap. 48. in hęc verba:* Ad pronuntiandam tormenti sententiam interueniant Inquisitores, & ordinarius, & eodem modo ad eius executionem, ob varios casus, qui in tortura accidere possunt. *hæc ibi. Quod cum sit tutissimum, vbique mihi videtur obseruandum; quod etiam apertissime velle videtur auctor paulo post nu. 155. ibi:* Et cum disponunt se, Episcopus & Inquisitor per se, &c. inducant quęstionandum ad fatendum libere veritatem. *quod est obseruatione dignissimum.*

Num. 153.

c ¶ Si quæstionandus reperiatur uarius.] *Hic sentit apertissime auctor ob varietatem solã reũ posse torqueri: quod qua ratione sit accipiendũ, explicui infra super dicta q.61. §. prima regula est. quòd omnino videas, ne te hic locus decipiat, qui sano modo intellectus veram doctrinam continet.*

Nõ facile veniendum ad torturam, & qualia debẽt esse indicia.

d ¶ Non sit tamen Inquisitor multum voluntarius ad quęstionandum.] *Hoc est saluberrimum documentum: quamuis enim indicia, ex quibus ad torturam deuenitur, sint arbitraria; non tamen proinde temere & in qualibet causa sunt tormenta vsurpanda; indicia enim talia esse debent, quę iure subsi-*

subsistant & approbentur, aliter reijcienda sunt, vt plene dixi super dict. q.61.

Iam tota hæc tractatio & obseruatio, quam hic tradit Eymericus de torquẽdis reis absolutissima est, & multa prudentia, ac iudicio constituta.

Num. 154. e ¶ Scientes quòd quęstiones sunt fallaces & inefficaces, &c.] *Insignis est hic locus desumptus ex Vlpiano in l.1. §. in causa tributorum. vers. quæstioni. ff. de quæstionibus. vbi ita scriptum est:* Quęstioni fidem non semper, nec tamen nunquam habendam, constitutionibus declaratur: Etenim res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat: nam plerique patientia siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo posit. Alij tanta sunt impatientia, vt quoduis mentiri quàm pati tormenta velint. ita fit, vt etiam uario modo fateantur: ut non tantum se, uerum etiam alios comminentur †. *hactenus ibi. Huc pertinet locus cõmunis à quęstionibus, & contra quæstiones, de quo elegãter Quintilianus lib.5. orato. instit. circa principium. & Cicero lib.2. de inuentione. & lib.2. Rheto. ad Herennium.*

Tortura res fragilis & incerta.

† al. criminentur

f ¶ Aliqui sunt etiam maleficiati, &c.] *Ipsemet explicat quid sibi velit esse maleficiatos, hoc est ipsi sponte deferunt maleficia, vt non sentiant sæuitiam tormentorum. nec putes hæc prorsus vana esse: nam & Paulus Grillandus causarum criminalium acer quondam iudex, in tract. de quæstionibus & tortura, q.4. num.13. & sequen. refert se expertum hęc esse; idem testatur sibi contigisse Hippolytus Marsilius in repetitione ff. de quæstio. Solent autem magna ex parte huiusmodi malefici vti verbis & orationibus sumptis, vel ex Psalmis Dauidicis, vel ex alijs sacræ scripturæ locis, quæ miris interdum modis & superstitionibus describunt in chartis membraneis puris, quas ipsi chartas virgines vocant, intermixtis quadoque incognitis Angelorum nominibus, qualia nos superiori anno vidimus à quodam vili homine, dum ad carcerem duceretur, abstracta; in quibus inusitati quidã erant circuli, characteres, & figuræ prorsus admirandæ, & valde superstitiosæ.*

Maleficia quę tuentur à tortura, & qualiter diluantur.

Hæc omnia interdum in aliqua secreta corporis parte recondunt, vt cum torturę admouentur, fiant quasi insensibiles: interdum vero solo verbo proferunt quædam voce submissa, ita vt proculdubio quandoque contingat quæ hoc loco commemorat Eymericus.

Aduersus has fraudes & incantamenta, quæ remedia opem ferant, nondum sum expertus: iuuabit fortassis cunctas vestes detrahere cum quæstionibus admouẽtur huiusmodi homines, quibus sępe has figuras scriptas occultant.

Num. 155. Locus animaduersus.

g ¶ Quòd non tradetur morti, sed iurabit ne de cetero reuertatur ad delictum.] *Ita Barcinonensis impressus, Bononiensis item & codex Cardinalis de Gambara, sed Sabellanus ita:* Quòd non tradetur morti, si confessus fuerit, dummodo amplius non reuertatur ad delictum.

Solita tormenta vsurpanda.

h ¶ Et quęstionetur consuetis modis.] *Hic locus est valde notandus: neque enim debent noua tormentorum genera excogitari, sed solita & vsitata sunt adhibenda, vt pulchre docet Antonius Gomez tomo.3. varia. resolu. cap. 13. nu.5. & dixi plene infra super q. 61. vbi totum hunc locum de tormentis copiose declaraui.*

Num. 156.

i ¶ Quòd si quęstionatus decenter noluerit fateri ueritatem, ponantur alia genera tormẽtorum coram eo, &c.] *Prima fronte videtur absurdum quod hic tradit Eymericus, dum ait eum qui decẽter est quæstionatus, debere perterrefieri appositis corã eo nouis tormentis, ac etiam iure torqueri, quod est iniquum. quando enim quis decenter est tortus, iam vicit ac superauit tormenta, & ideo liberandus est, non amplius terrendus, nec torquendus; quare ex sequentibus verbis & tota horum verborum serie hęc colligitur Eymerici fuisse sententia, cum reus primo die decenter est quæstionatus, iuxta qualitatem tormenti, quod indicatum est primo sufficere ad eruendam veritatem, licet non sit datum cum debito rigore, vt fieri solet: nam semper à leuioribus tormentis incipiendum est, nec fassus fuerit veritatem; licet pro illa vice ac die decenter sit quæstionatus, non tamen est sufficienter tortus: & tunc ostendi illi poterunt noua tormenta, quibus amplius in sequentibus sit torquendus nisi fateatur: atque hoc consilium est laudabile & securum. non ergo loquitur de eo, qui iuxta qualitatem indiciorum omnia iam tormenta superauit, sed de illo qui licet semel fuerit pro illa vice sufficienter tortus, adhuc tamen secundum iura remanet torquendus, quod indicant apertissime illa verba:* Ad continuandum tormenta, non ad iterandum.

Locus de tormentis apud Eymericum obscurus, explicatus.

Scio quæsitum esse, an qui iure torqueri non possunt, terreri saltem possint, velut milites, doctores, equites et alij nobiles. Sed hęc quęstio in hoc crimine locum non habet, cum omnes priuilegiati & exempti à tortura in alijs delictis, in hoc torqueri posint, vt dixi infra super dict. q.61.

Qui iure torqueri nõ possunt, an possint saltem terreri.

De illis vero qui vel propter immaturam ætatem & corporis debilitatem, quales sunt impuberes, aut propter senectutem non torquentur, dubium est an saltem terreri possint. & verius est posse, cum leuiter etiam & cum moderamine, iuxta personæ & temperamenti corporis qualitatem, torqueri posint, iuxta textum singularem in l.1 §. inpuberi. ff. ad senatus C. Syllanian. cuius verba sunt: Impuberi autem utrum in supplicio tantum parcimus, an uero etiam in quęstione? & magis est, ut de impubere nec quęstio habeatur, & aliàs solet hoc in usu obseruari, ut impuberes non torqueantur: terreri tantum solent, & habena, uel ferula cędi. *hæc ibi. Et tenet Simancas de catho. instit. tit.65. num.45.*

Impuberes & senes terreri possunt & leuiter torqueri.

Si quis autem alterius gratia iure torqueri prohibeatur, vt mulier prægnans propter periculũ partus; tunc nec terreri potest: quoniam ex terrore & comminatione posset sequi abortus: expectanda igitur est donec pariat, si veritas aliter quàm per torturam aut terrorem haberi non posit. de quo alibi fusius diximus.

Mulier prægnãs nec torquenda nec terrenda.

Illa vero est cognitu necessaria, & huius loci propria disputatio, An confesio facta per terrorem & comminationem, absque ratificatione sit valida, & fidem faciat. in quo articulo, qui valde singula-

Cõfessio per terrorem facta an ratificanda & quãdo pulchra disputatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris est & notandus in hac causa, ita distinguere oportet: Aut terror, & comminatio realis est, & actui propinqua, vtpote, cum reus accusatus vel inquisitus erat ligatus, vel spoliatus prope tormentum, aut sane in loco tormentorum: Aut terror remotus est à tormento, & verbis tantum illatus per iudicem comminantem reo, se miris modis eum excruciaturum, nisi veritatem fateatur.

Si primo modo per terrorem extracta sit cõfessio; tunc non valebit sine ratificatione: quia paria sunt confiteri in tormentis vel metu tormentorum. ita Baldus in l. nouissime. ff. quod falso tutore auctio. quẽ sequitur ibidem Raphael Cumanus. Idem Baldus in l. interpositas. C. de transactio. tradit Gãdinus tract. de malefi. in rubrica, De quæstionibus. vers. quæ confessio dicatur facta a formidine tormentorum. & alij quos libens omitto. & hęc sententia vera est et tuta, & obseruanda. hoc ergo casu, vt confessio valeat, ratificatio & perseuerantia exigitur, perinde ac si in tormentis facta esset.

Torturam & terrorem paria esse qualiter intelligendum.

Sin autem quis secundo modo perterrefactus cõfiteatur, valet tunc confessio absque ratificatione, & tamquam spontanea & sine tormentis facta censeri debet: nam regula quę dicit, paria esse torturam & terrorem, de qua Baldus in dict. l. nouissime. ff. quod falso tut. auct. locum habet in terrore primi generis, qui actui propinquus est, vt vere & singulariter adnotauit Antonius Gomez 3. tomo. varia. resolutio. c. 13. num. 4. vers. & ita debet procedere. tenet Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus. num. 2. ff. de quæstio. & Gandinus tract. de malefi. prędicto loco. hęc autem verbalis perterrefactio cuilibet & indistincte fieri potest, atque ex his puto hunc Eymerici locum claram lucem accepisse.

Num. 156. k ¶ Quòd si nec sic, poterit ad terrorem, vel etiam ad veritatem secunda dies, etc. assignari ad continuandum tormenta, non ad iterandum.]

Tormẽta nouis indicijs accedẽtibus, an & quãdo iteranda.

Singularis est & tutissima, & penitus obseruanda hęc Eymerici doctrina de non iterandis tormentis, nisi noua indicia superueniant. quam sententiam tradunt communiter Doctores. Bartolus in l. vnius. §. 1. ff. de quæstio. Odoffredus. Cynus, & Salycetus, in l. fin. C. de quæst. Alexander lib. 1. consil. 5. incipien. In casu Inquisitionis. nu. 5. Guido de Suzaria tract. de indicijs & tortura, nu. 3. vers. quartum notandũ. Franciscus Casonus tract. de tormentis, cap. 14. nu. 1. & seq.

Noua autem indicia voco, quę à primis differunt specie & substantia, vide Alexandrum in prædicto consil. 5. lib. 1. & Franciscum Casonum tract. de tormentis, cap. 14. Et noua indicia sunt, siue procedant ex dicto eius qui torquetur, siue aliunde, vt not. in l. per hanc. C. de tempor. appel. & tradit Casonus prædicto loco.

Verumtamen quamuis noua superuenerint indicia, non est retorquendus reus, nisi in corporis fortitudine durauerit. l vnius. §. 1. ff. de quæstio. tradit Guido de Suzaria prædicto loco. quod est obseruandum, ne forte reus in tortura, dum retorquetur, examinatus concidat; nec refert etiam si leuiter primo fuerit tortus. sunt enim multi ita debiles, vt ex primis tormentis ita remaneant infirmi, vt probabiliter credatur eos non posse alia nondum inflicta etiam leuiora sustinere sine graui iactura & periculo vel animi vel corporis. meminerint ergo iudices se non esse carnifices, & fallaces esse quæstiones, vt paulo antea monuit auctor.

Tormenta quando repeti possint.

Ceterum, vt hic locus amplius lucem accipiat, videndum est, quando tormenta repeti possint. quæ licet vulgaris sit quæstio, at est valde vtilis, & cognitu necessaria.

Sit ergo hæc prima regula: Cum reus fuit leuiter & molliter tortus, repeti potest in tormentis, ita vt sufficiẽter torqueatur. quo casu iudices solẽt cũ iubẽt reum deponi à prima tortura, iubere notario vt scribat, se illum deponi iubere animo repetendi: & hęc non tam dicitur repetitio torturę, quàm continuatio; quoniam vere & proprie loquendo repeti tunc dicitur tortura, quando reus fuit sufficienter tortus, ita quòd priora indicia plene diluerit, & superauerit: quòd si reus fuit sufficienter tortus, & nihil est confessus, tunc non possunt repeti tormenta, vt optime docuit idem Eymericus, nisi noua indicia superueniant. ita Albericus in rubrica C. de quæstio. nu. 8. vbi ita seruari asserit. & hanc opinionem vocat communem Alexander lib. 1. consil. 5. num. 5. & alij quos refert & sequitur Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 64. vers. vltimo videndum est. atque ita potest accipi hoc Eymerici dictum.

Tortura proprie quando dicatur repeti.

Sit secunda regula: Quamuis ex primis indicijs nemo debeat in tormentis repeti, quod communiter teneri tradit Atexãder in dict. consil. 5. nu. 5. hoc tamen fallit, quando prima indicia sunt multum vrgentia & manifesta: nam quamuis hoc casu secundũ aliquos de iure tortura repeti nõ possit; nihilominus de consuetudine seruatur, vt tormenta repeti possint. Bart. in l. vnius. §. reus. nu. 2. ff. de q. quem alij sequũtur, quos prædicto loco refert Iulius Clarus. sed cauendum hic est, ne quid nimis seuerum ratione huius opinionis committatur. sæpe enim contingit ob fœuitiam tormentorum multos fateri quę non commiserunt. ego tutius putarem hoc casu non esse repetenda tormenta, si reus sufficiẽter tortus fuerit, nec aliquid fassus fuerit: quamquam non ambigo in hominibus multum facinorosis, & robustis cum exquisitissima tamen consideratione, hanc regulam quandoque locum habere posse,

Sit tertia & postrema regula: Cum reus in tortura fuerit confessus delictum, et deinde ductus ad ratificandum, confessionem factam reuocauerit; tũc repeti potest in tortura, etiamsi alia indicia non superueniant, quia ea confessio primum facta in tormentis, dicitur nouum indicium. Bartolus in l. vnius. §. reus in fine. ff. de quæstio. & hanc opinionem dicit communem Bossius tit. de tortura, & alij quos refert & sequitur Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 21. vers. vlterius quęro. & q. 64. vers. vbi vero. & vers. vltimo videndum est. in fine. verum hoc casu vitanda est iudicum quorundam crudelitas, & immanis plusquam carnificum sęuitia, qui tamdiu reum detinent in tormentis, donec perfeueret: hoc enim fieri non debet, nec potest, vt optime prædicto loco scripsit Iulius Clarus.

Quotiens autem fieri possit hęc repetitio tormentorum ob reuocatam confessionem factam in tormentis, paulopost aperiam.

I ¶ Vbi

Num. 157. l ¶ Vbi autem decenter quæstionatus, & tormentis expolitus noluerit detegere veritatem, amplius non vexetur, sed abire libere dimittatur.]

Reus sufficienter tortus si nihil fateat, libe randus.

Hic locus est obseruatione dignissimus contra sententiam Cardinalis in clemen. 1. de vsuris. & Francisci Squillacensis tract. de hæret. cap. 31. nu. 1. & quorundam aliorum asserentium, reum prius quæstionandũ: & si nihil fateatur, purgandum; tandem ad abiurationem compellendum: quæ sententia velut nimis sęua explosa fuit à nobis supra par. 2. super c. inter sollicitudines. §. atque ex hac. & §. seq. & Eymericus hoc loco sapientissime more suo sentit reum sufficienter tortum liberandum esse absque alijs pœnitentijs. in quo quid sit obseruandũ, docui prędicto loco, quod omnino videas in hac causa.

Tortus sufficienter quis dicatur.

Tunc autem dicitur reus tortus sufficienter, quãdo ita rigida inflicta est sibi tortura, vt indicio prudentum considerata indiciorum qualitate ea ipsa indicia purgauerit, et nihil fuit cõfessus, sed in tortura semper mãsit in negatiua. vt ergo intelligatur quãdo per torturam indicia sint purgata, commensurãda est qualitas rigiditatis inflictæ torturę, cum qualitate grauitatis indiciorum.

Num. 158. m ¶ Si autem in quæstionibus prodiderit veritatem, scribatur totum in processu, & post quæstiones ducatur ad alium locum, &c.] *Post inflictum tormentum & confessionem in eo extortam, vt virtute eius reus possit condemnari, necessarium est vt eam ratificet extra locũ torturæ. quantũ autem tempus transire debeat in hac causa nullo communi iure (quod ego sciam) præfinitum est. Bartolus, & alij in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstio. & alij alijs locis in arbitrio iudicis hoc esse positum videntur sentire. Ceterum Antonius Gomez tomo. 3. variar. resolut. cap. 13. num. 24. rectè admonet id spatium esse debere vnius diei naturalis: quam sententiam comprobare videtur institutio Madriliana anno MDLXI. cap. 53. quam paulopost referam: sed hoc spatium ad minus debet transire. benignius tamen est, vt hęc ratihabitio fiat post duos, vel tres dies postquam inflicta fuit tortura, ne adhuc tormentorum dolor & vehemens animi perturbatio durare videatur.*

Quanto tempore transacto debeat ratificari cõfessio in tormẽtis facta, & qualiter.

Hæc ratihabitio quibus obseruatis fieri debeat, tradit hoc loco Eymericus, & præscripsit luculenter Madriliana institutio cap. 53. in hęc verba à nobis latina facta: Transactis vigintiquatuor horis post tormentum, debet reus confessionem suam ratã habere. quòd si eam reuocauerit, vtendum erit iuris remedijs. & quo tempore tormentum infligitur, notarius debet horam scribere, & similiter faciat tempore ratificationis, ne si sequenti die fiat ratihabitio dubitetur, an sit facta post vigintiquatuor horas, vel ante. quòd si reus cõfessionem in tormentis factam ratam habuerit, & Inquisitoribus fuerit satisfactum de bona reorum confessione & conuersione, poterunt ipsum admittere ad reconciliationem; quamuis in tormentis confessus fuerit. prudenter tamen animaduertere debent, qualiter huiusmodi homines recipiãt, & cõsiderare oportet hęresum quas confessi fuerant, qualitatem, an eas didicerint ab alijs, vel eas ipsi alios docuerunt ob periculum quod inde consequi potest. *hæc ibi. adde omnino Antonium Gomez prędicto loco.*

Num. 158. n ¶ Et interrogetur etiam diligentius, & semel, & pluries, &c.] *Modus autem interrogationis talis esse solet,* Recordaris eorum quę heri, aut ab hinc dies duos in tormentis dixisti? nunc dic libere veritatem. *& notarius scribat responsionem. quòd si ratam habuerit confessionem, plenissima tunc ei fides habetur, vt hactenus dictum est. & cauetur. l. 4. septipartita, par. 7. tit. 30.*

Num. 158. o ¶ Quòd si non perstiterit in prima confessione, immo adhuc negauerit veritatem, & non est decenter quæstionatus, &c.] *Hic locus de reuocante confessionem factam in tormentis non est sine adnotatione omittendus, cum sit res vsu frequens, & cognitu necessaria. Eymerici sententia talis esse videtur: si is qui reuocat confessionem non est sufficienter tortus, iterum potest torqueri, non iteratis tormentis, sed continuatis: quòd si sufficienter est tortus, & reuocet confessionem, dimittendus est. Sentire ergo apertissime videtur Eymericus, ob reuocatam confessionem factam in tormentis non posse reũ iterato torqueri, si sufficienter est tortus: sed circa hoc tene quod diximus paulo ante §. sit tertia & postrema regula.*

Reuocãs cõfessionem factam in tormentis retorquendus est.

Quotiens reus torqueri possit reus ob reuocatas confessiones.

Maior tamen difficultas est, cum reus confessionem reuocat, quotiens repeti ad tormentum possit, aut debeat. & Iulij Clari sententia esse videtur in pract. crimi. §. fin. q. 21. vers. vlterius quæro. in fine. & Antonij Comensii 3. tom. varia. resolut. c. 13. nu. 27. & Carrerij in pract. crimi. nu. 194. & aliorum, quos refert Boerius decisione 163. incipien. Dico, præmittendo. *nu. 19. & seq. & Pauli Grillandi tract. de quæst. & tortura. q. 7. in fine. horum inquam sententia esse videtur, quòd cum reus bis tortus, bis confitetur & reuocat, tertio possit torqueri, & de integro quæstio haberi. Ceterũ hæc sententia multis videtur nimis crudelis, ac multis rationibus refelli potest. Primum, quia nulla lege certa nititur: rursus, quia cõfessio secunda facta in tormentis non generat nouum indicium, cum sit eadem cum prima confessione: tandẽ, quoniam qua ratione ter torquetur, posset & pluries torqueri, cum nulla diuersitatis ratio commoda assignari possit.*

Quare benignius et securius est, ne quis ob reuocatam cõfessionem tertio torqueatur: nam hoc præterquam quòd nulla certa lege cauetur, crudele etiam nimis, & inhumanũ videtur. atq; hæc sententia placuisse quoq; videtur Iacobo Simancæ de cathol. institut. tit. 65. nu. 82. nam nõnulli alij eorũ, quos ille citat in hanc sententiam, aperte contrariam tuentur. addit tamen, quod & nos approbamus, tunc demum fortassis recipi posse superiorem sententiam de tertia torturę repetitione, cum reus bis fuerit leuissime tortus, & in posteriore illa confessione, aliqua noua signa priori confessioni addiderit: quorum alterum si desit, nullo modo tertio torquendus est reus. et hęc videntur mihi in hoc articulo diligenter obseruanda, & hic Eymerici locus idem indicare videtur, si diligenter inspiciatur.

Num. 159. p ¶ Et si omnino requiratur per sententiam expediri, fiat sibi, &c.] *Et hęc est vera sententia, quamuis enim Salycetus in l. si sibi. C. de adulter.*

Reus sufficiẽter tortus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil cõfitea tur, absque fideiussorib' liber dimittẽ dus.

& in l.3. C.ad l. Iuliam maiestatis. & in l. ea quidem. C. de accusatio. & Paris de Puteo in tract. syndicat. in parte, viso de repetitione torturæ. & alij, quos refert Antonius Gomez tom.3. varia. resolut. cap.13. num.28. teneant rei pluries torti negãtis delictum, causam indecisam relinquendam; at verior sententia est hoc casu, reum esse expediendum, & causam eius decidendam, & debito fine terminandam. quia vulgaris est regula: quod actore nõ probante reus debet absolui. l. actor. C. de probatio. l. qui accusare. C. de edendo. quod tenet & probat latissime Antonius Gomez præcitato loco. & Paulus Grillandus tract. de quæst. q.7. nu.11. & alij, quos in re aperta libenter omitto: neque ab hac sententia recedendum est; quam intellige iuxta ea quę dixi paulo antea. §. vbi autem decenter. & par.2. super c. inter sollicitudines. §. atque ex hac. & §. sequenti.

Num. 160. ¶ ¶ Hic est diligentius attendendum, &c.] *Hoc est accipiendum iuxta ea quę diximus supra in principio huius commentarij §. & hoc est, quando delatus. Atque ex his, & illis quæ copiose dicturus sum cum Eymerico infra q.61. declarantur (nisi fallor) maiores & grauiores difficultates, quę in hac materia contingere possunt.*

De quarto modo terminandi processum fidei per abiurationem de leui.

161 VArtus modus processum fidei finiẽdi & terminandi est, quãdo delatus de hæresi processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum, reperitur tantum suspectus de hæresi leuiter: & hoc est quando delatus de hęresi non deprehenditur nec confessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima, nec aliàs sunt indicia fortia seu vehementia de illa hæresi contra eum: sed tantummodo modica & leuia, & talia esse per consilium iudicata, propter quæ vt suspectus de hæresi potest & debet, vt talis, illam hæresim, de qua delatus extitit, abiurare: & talis si relabatur, pœna relapsis debita nõ punitur; licet grauius tunc fuerit puninedus, quàm si non in antea abiurasset, iuxta cap. Accusatus. in princip. de hæret. lib.6.

Qui abiurauit de leui, si relabatur, nõ punitur pœna relapsorum.

Circa istum talis practica est seruãda. Talis enim si habetur suspectus publice, abiurabit publice in Ecclesia; & si nõ, abiuret in palatio episcopali, vel in capitulo conuentus Fratrum, vbi Inquisitor morã trahit, vel in camera Episcopi vel Inquisitoris, secũdum quòd apud plures vel pauciores suspectus de dicta hęresi est habitus & reputatus.

Modus autem disponendi ad abiurationem talis erit.

Forma disponendi ad abiurationem publice faciendam.

162 VEniet namque abiurandus ad Ecclesiã vbi sit determinatum per consilium quòd debeat publice abiurare: indicto tamẽ primitus per Ecclesias Dominica præcedenti, quòd omnes interstint tali die sermoni, quem Inquisitor faciet de fide & pro fide: & ponetur in loco congruo vnũ pinnaculum, vel posticum, seu cadafal † iuxta altare in medio populi, & ipse abiurandus supra illud stans & non sedẽs, vt ab omnibus videatur, capite denudatus, stantibus custodibus circa illum: Et facto[a] sermone in Missa, populo & clero inibi cõgregato, ac in illo impugnata hęresi, de qua abiurãdus est delatus; Inquisitor dicet publice, quomodo ille ibi positus in alto bastimento, † est habitus suspectus ex talibus indicijs atque factis, de tali expugnata in sermone hæretica prauitate; & ideo dignum est quòd purget se de illa, eam vt suspectus leuiter abiurando. Quo dicto ponetur liber Euangeliorum coram illo, qui debuerit abiurare; quo posito, ipse talis ponet manus super illum, & abiurabit illam hęresim per modum qui sequitur.

† Cadafal, vox Hispana pro tabulato in quo reus sistitur.

† bastimentum, vox Catalana pro tabulato.

Forma abiurandi hęresim quando delatus est suspectus leuiter.

163 EGo talis, diœcesis talis, habitator ciuitatis vel loci talis, in iudicio constitutus coram vobis domino Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hæreticæ prauitatis in terris ditioni talis domini subiectis, sacrosanctis Euangelijs positis coram me, & proprijs manibus meis per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam & Apostolicam, quã sacra Romana Ecclesia credit, profitetur, prædicat, & obseruat. Item iuro, me credere corde, & profiteor ore, quòd dominus Iesus Christus: *exprimatur articulus catholicus contra hęresim, de qua leuiter est suspectus: verbi gratia, si est de proprio, vel communi: dicetur sic:* Iuro me credere corde, & profiteor ore, quòd dominus Iesus Christus, & eius Apostoli, dum erant in vita mortali præsenti, habebant & habuerunt in communi aliqua; quę dicit sacra scriptura illos habuisse, & quòd in illis habuerunt ius donandi, vendendi, & alienandi. *Et post abiuret hæresim contrariam sic:* Et consequenter abiuro, abnego, & reuoco illam hæresim, de qua me habetis suspectum vos domini Episcopus & Inquisitor, quæ mendaciter asseuerat, quòd dominus Iesus Christus, & eius Apostoli non habuerunt aliquid in proprio nec in communi, & etiam quòd non habuerunt in aliqua re ius illam donandi, vendendi, & alienandi. Item iuro, quòd nunquam prędictam hęresim credidi, neque credo; nec illi adhęsi, nec adhęreo de præsenti; nec vnquam credam, nec adhærebo: nec illam docui, neque docere intendo. Quòd si aliquid prędictorum fecero in futurum (quod Deus auertat) pœnis iuris taliter abiuranti debitis prompto animo me submitto, paratus [b] subire omnem pœnitentiam †, quã pro his quę feci & dixi, pro quibus merito me habetis suspectum, volueritis mihi iniungere, & illã studebo pro viribus adimplere, & nullatenus contra

† Alij pœnam.

contra venire; sic me Deus adiuuet, & hæc sacrosancta Euangelia.

164 Admonitio faciẽda post abiurationẽ. Prędicta autem abiuratio fiat in vulgari, vt ab omnibus intelligatur: qua facta Inquisitor poterit sibi dicere publice in vulgari talia verba, vel similia in effectu: Fili, suspicionem, quam de te habebamus, & non immerito, purgasti per abiurationẽ prælibatam; de cetero caueas tibi, vt non incidas in hanc hęresim abiuratam: nam licet, si pœniteres, non tradereris brachio sæculari, quia abiurasti tamquam suspectus leuiter, & non vehementer; tamen tunc multo fortius punireris, quàm si non abiurasses, & amodo pro modico habereris suspectus vehementer, & vt talis abiurares; & si prolabereris, pœna relapsis debita punireris, & absque misericordia tradereris curiæ sæculari, vltimo supplicio feriendus.

Si autem abiurat secrete in palatio Episcopi, vel camera eiusdem Inquisitoris (quando scilicet, factum non est publicum) modo consimili abiurabit. Quibus peractis feretur sententia in hunc modum.

165 *Forma[c] ferendi sententiam, seu iniungendi pœnitentiam ei, qui abiurauit vt suspectus leuiter.*

NOs N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater, &c. *vt in prędictis.* Attẽdentes, quòd visis & diligenter consideratis processus meritis per nos factis, contra te talem delatum nobis de hæretica prauitate, reperimus te talia, & talia commisisse: *dicantur illa:* quæ te reddunt leuiter suspectum de hęresi, & propter quę te talem merito nos habentes, te fecimus vt leuiter suspectum de prædicta labe, eandem hęresim abiurare: verum ne prædicta per te commissa remaneant impunita, & vt efficiaris cautior in futurum, de multorum & magnorum consilio in iure peritorum, ac etiam religiosorum, in & super his habito maturo consilio pariter & digesto, habentes præ oculis solum Deum, ac irrefragabilem sanctæ fidei catholicæ veritatem, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatẽ: Sedentesq; pro tribunali, more iudicum iudicantium, te talem hic in nostra præsentia personaliter cõstitutum, per [d] modum, qui sequitur condemnamus, sententiamus, seu potius pœnitentiamus, scilicet, ne de cetero vnquam scienter legas, teneas, seu habeas talem librum, & etiam ne deinceps, &c. *Ponantur illa, quæ commisit, propter quę suspectus habitus fuit de prędicta hęretica prauitate.* Lata est hæc sententia, seu pœnitentia, & cetera.

Iniungatur quod expediẽs videatur contra ea ex quibus orta est suspicio.

Caueat autem notarius, quòd in processu ponat, ꝙ talis abiuratio est facta per talem, tanquam per suspectum habitũ de hæresi leuiter, & non vehementer, aliàs periculum magnum esse posset.

Indulgẽtia.

Qua sententia sic perlecta, Inquisitor poterit conferre indulgentiam xl. vel xx. dierũ, iuxta priuilegium, Præcũctis †. omnibus, qui prędictis ser-

† Relat. supra pag. 137.

moni, & abiurationi iuterfuerunt; addendo, quòd quicunque præstitit consilium, auxilium & fauorem, vt prędictus abiuratus taliter abiuraret, habet tres annos de indulgentia.

COMMENT. XL.

QVæ ad intelligendos hos tres modos sequentes, videlicet quartum, quintum & sextum maxime sunt necessaria, tradita sunt copiose ab Eymerico supra par.2.q.55. vbi disseruit de præsumptionibus leuibus, vehementibus, & violentis: quo loco et nos plurima ad eũ illustrandũ addidimus. his vero locis de abiurationibus iniungendis ad purgandas vel excludẽdas, aut ad luẽdas pœnas pro illis suspicionibus disserit singillatim, praxim docẽs, quæ in singulis debeat obseruari: cuius occasione tractanda à nobis hic est abiurationis materia. Num. 161.

Abiuratio nis tractatio.

Quantum autem ad hunc modum spectat, eũ transtulit in suam summam Tabiensis verbo, Inquisitor. §.15. Iacobus Sprenger in malleo maleficarũ 3. par. q.23. Locatus in fine operis iudicialis in forma sententiæ contra leuiter suspectum de hæresi. nonnulla Zanchinus tract. de hæret. c.41. Syluester de strigibus lib.3. c.4. puncto 6.

De abiuratione qui diffe ruerint.

Sed iam nos de abiuratione dicamus, vt hi modi sequentes facilius percipiantur; de qua agunt Zanchinus tract. de hæret. cap.20. nu.2. & ibidem Campegius. Repertorium Inquisitorum et Locatus in opere iudiciali, & Bernardus Comensis in lucerna, verbo, abiuratio. Petrus Godofredus in l.2. C. de hæret. Albertinus tractat. de agnos. assertio. q.30. nu.66. & seq. Turrecremata in summa de Ecclesia, lib.4. parte 2. cap.22. Simancas de catho. institu. tit.1. idẽ in enchyridio tit.53. copiose Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula.1. idem tract. de hæret. par.2. assertione 41. nu.331. Conradus Brunus lib.3. de hæret. c.6. Doctores comuniter in c. accusatus. in principio, de hæret. lib.6. et alijs varijs locis, quos prudẽs omitto: nam hi ceteris copiosius rem tractãt. extatque etiam de abiuratione hac, de qua disserẽdum est, singularis locus in concilio Tolosano cap.11. & in concilio Narbonensi cap.6. & in concilio Biterrensi cap.29.

Abiuratio quid.

Est autem abiuratio (quantum pertinet ad hunc locum, nam ceteras huius vocis significationes libẽter omitto) solemnis hæresum detestatio, cum assertione catholicæ veritatis, & obligatione, iuramento & pœna munita permanendi in fide Christiana. ita colligitur ex c. ego Berengarius. de consecratio. dist.2. & ex c. ad abolendam. §. illos quoque. de hæret. & ex c. super eo. & ex c. accusatus. de hæret. lib.6. & ex c. inter sollicitudines. de purga. canon. & ex pluribus alijs Iuris canonici & Conciliorum, ac sanctorũ Patrum locis.

Abiuratio, res antiquissima.

Abiuratio res est antiquissima, contra quàm sentiant imperiti quidam vetustatis, & Ecclesię inimici: nam & in prima Nicæna synodo c.8. ita scriptum inuenio: Si qui voluerint venire ad Ecclesiam catholicam ex Nouatianis, placuit sancto cõcilio vt ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, vt fateãtur se cum omni cõsensu Ecclesiæ catholicę & Apostolicę statuta obseruaturos, ideſt, cõmunicaturos se

Universidad de Deusto
Biblioteca

& his, qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt: quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus, & tempus ascriptũ est, vt in omnibus sequantur ea, quæ in Ecclesia catholica & Apostolica obseruant. hactenus ibi.

Eiusdem abiurationis meminit concilium Ephesinum sub Cælestino primo celebratum, & concilium Laodicenum sub Liberio cap. 7. & alibi sæpe ab approbatis concilijs, & sanctis Patribus, & vsurpatam, & vsitatam scimus abiurationẽ. Et Leo Papa, refertque Gratianus in cap. saluberrimum. & in ca. donatum. 1. q. 7. nullum hæreticum ad vnitatem Ecclesiæ recipiendum iubet, nisi prius hæresim abiuret, & anathematizet. huc spectant, quæ docet Nicephorus lib. 6. cap. 9. historiæ ecclesiasticæ. tandem labentibus seculis idem est semper cum hæreticis redeuntibus obseruatum, vt in concilio Costantiensi sessio. 19. cum Hieronymo de Praga, & in concilio quodam sacerdotali temporibus Nicolai. 11. cum Berengario, & refertur in cap. ego Berengarius. de consecratio. distinct. 2.

Abiurationis vsus cur olim institutus.

Fuit vero olim salubriter institutus abiurationis vsus, ob continuas frequentesque hæreticorum fraudes, & intercadentias, vt abiurationis robore adacti, & quasi vinculo constricti, & alligati cogerentur in catholicę Ecclesiæ vnitate permanere, ne liberum eis esset impune quotiens vellent recedere, ac Ecclesiam deludere, vt grauiter, & vere constituit Leo primus epistola 48. cuius initium est: Relatione sancti fratris. *& refert Conradus Brunus libro 3. de hæret. cap. 6.*

Quid continere debeat abiuratio.

Iam quid continere debeat abiuratio luculenter præscripsit olim idẽ Leo eius nominis Papa primus in dicta epistola 84. ad Nicætam Aquileiensem Episcopum in hęc verba: Damnent apertis professionibus suis superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum vniuersalis Ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque decreta synodalia, quæ ad excisionem huius hæreseos Apostolicæ sedis confirmauit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis, & apertis, ac propria manu scriptis protestationibus eloquantur. nihil in verbis eorum obscurum, nihil inueniatur ambiguum: quoniam nouimus hanc istorum esse versutiam, vt in quacunque particula dogmatis execrandi, quam à damnandorum societate discreuerint, nihil sibi sensuum suorum existiment esse non saluum. *hæc ibi. Insignis est locus, & ob id non fuit omittendus: in quo illud est diligenter obseruandum, totam abiurationem propria manu esse scribendam: quod si fieri commode potest, omnino est custodiendum, & præsertim cum abiurant viri insignes, nobiles, litterati, doctores, prædicatores, aut similes.*

Quotuplex abiuratio.

Abiurationem hanc quadruplicem colligimus, ex hac Eymerici tractatione, Aut enim est de leui, aut de vehementi, aut de violenta suspicione, aut denique de hęresi formali: quę partitio aptissime conuenit abiurationi, cum omnis cui subeunda est abiuratio, aut leuiter suspectus sit in fide ob modicas, & leues malæ credentiæ suspiciones: aut vehementer, ob vehementia infidelitatis, aut hęresis alicuius indicia: aut violenter ob violenta indicia, & iuris, & de iure præsumptiones: aut vere, & formaliter sit hæreticus.

Abiuratio de leui, & de vehementi quo modo differant.

Quamquam vero huiusmodi abiurationes, præsertim de leui, de vehementi, & de violenta (nam in formali manifestior est discriminis ratio) ratione finis non differant, cum in id potissimum referantur, vt abiurantes virtute earum adacti in catholica vnitate contineantur; at quo ad effectus valde sunt dissimiles: primum enim differunt formula siue conceptione verborum, neque enim eisdem verbis concipiuntur, vt ex vtriusque formula apparet.

Præterea differunt ex quorundam sententia ratione loci vbi fiunt: quoniam abiuratio de leui fit in domo Episcopi vel Inquisitoris: at abiuratio de vehementi fit in publico, in conspectu populi ad hoc cõuocati, vt voluit Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 1. nu. 26. vbi dicit ita voluisse hoc loco Eymericum, cum auctor hic nu. 161. vers. circa istum. apertissime sentiat, hanc abiurationem de leui non modo secreto, verum etiam publice fieri posse, cum is qui sic abiurat, publice est de hęresi suspectus, item abiurationem de vehementi. & publice, & secreto ob eandem rationem fieri posse, docet paulo post Eymericus in 5. modo num. 166. §. circa istum. vers. & abiurabit publice vel secrete.

Abiuratio de leui priuatim fiat, non publice.

Tametsi vero in abiuratione de vehementi cũ Eymerico consentiam, eã scilicet publice fieri posse, immo addo, & ita fieri debere, nisi cã rationabilis aliud suadeat: quantũ ad leuẽ attinet, benignius est, & receptius vt priuatim in auditorio Inquisitorũ fiat, vt refert Iacobus Simãcas de cath. instit. tit. 1. nu. 24.

Sed Eymerici sententia olim obseruabatur, cum acrius punirentur, quàm nunc. redeuntes ad Ecclesię gremium. & concilium Biterrense cap. 29. & Narbonense cap. 6. apertissime comprobant hanc Eymerici sententiam: nam in Narbonensi ita scriptum est: Omnes vero faciatis culpas suas clero & populo conuocatis publice confiteri, & abiurare, atque iurare, prout in mandatis Apostolicis, & statutis Domini Romani plenius continetur: nisi vbi culpæ leuitas, & scandali enormitas † rigori etiam huic quicquam ostenderent detrahendũ. *hęc ibi. quod Eymericus secutus nunc publice ratione publicæ suspicionis, nunc secreto propter secretam suspicionem docuit hanc abiurationem faciendam: sed mitius est, vt dixi, vt ea semper in priuato fiat, & occulto.*

†Libentius legerem, ea guitas.

De hac vero antiqua seueritate alibi plenius diximus, & tradit multa opportune Repertorium Inquisitorum verbo, publice.

Tertia inter has abiurationes differentia est, quo ad pœnitentias iniungendas abiurantibus: quoniam de leui abiurantibus non imponitur tam acris pœnitentia, quàm abiurantibus de vehementi.

Abiurantes de vehementi si recidãt, relapsorum pœna plectũtur.

Denique vltima, & potissima differentia est, quoniam qui de vehementi abiurat, si relabatur in hęresim, relapsorum pœna punitur, & curię seculari traditur: qui vero de leui abiurat, quamuis relabatur in hęresim siue abiuratam siue aliam: nec putatur relapsus, nec relapsorum pœna plectitur, quamuis acrius ob secundum lapsum puniatur. cap. accusatus, in prin. vbi Doctores de hæret. lib. 6. Simancas de catho. instit tit. 1. num. 19. Ioannes Rojas in dicto singul. 1. nu. 26. & tradit etiam hoc loco Eymericus nu. 161. & hanc sententiam veram esse contra Ancharanum, & alios demonstraui supra par. 2. super quæst. 64. §. vel post constitit.

Initio cuiuslibet abiurationis generalis fit protestatio fidei

Qualis autem sit abiurationis formula, seu quibus verbis concipiatur, copiose tradunt præcitati in principio huius commentarij, & Eymericus in his modis finiendi processum fidei.

In quo tamen hoc est diligentissime obseruandum, commune esse omnibus abiurationibus, vt is qui abiurat, in principio generaliter seu vniuersaliter profiteatur se credere, & tenere eam fidem, quam tenet sancta Romana, & Apostolica Ecclesia; veruntamen in sequenti clausula detestationis, & anathematizationis est differentia: nam qui abiurat de leui, cum descendit postea ad detestandos errores, & hæreses exsententia Eymerici non profert clausulam illam vniuersalem, videlicet hanc: Et consequenter abiuro, & abnego omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam Romanam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam: *Sed protinus post vniuersalem fidei protestationem descendit ad particularem eius hæresis, aut earum hæresum detestationem, in quibus est habitus leuiter suspectus, sic:* Item iuro me credere, & ore profiteor (verbi gratia) summum Pontificem Romanum esse militantis Ecclesiæ visibile caput: *aut quid simile. & post detestatur hæresim huic articulo contrariam, sic:* Et consequenter abiuro, abnego, & detestor illam hæresim, quæ falso asserit, summum Romanum Pontificem non esse militantis Ecclesiæ visibile caput. *Quam differentiam inter abiurationem de leui, & inter abiurationem de vehementi, ac de violento, vt adnotaret auctor, in sexto modo processum fidei terminandi nu. 176. posuit titulum, De forma abiurandi omnem hæresim, ab eo faciendam, qui est suspectus habitus violenter.*

Abiurant de leui ex sententia Eymerici non detestatur omnem hæresim.

In hanc opinionem putarem descendisse auctorem per textum in cap. accusatus. §. eum vero. de hæret. lib. 6. vbi narratiue dicitur formaliter hæreticum simpliciter vel generaliter abiurasse: ex quo loco puto auctorem collegisse suspectos de hęresi leuiter, non debere detestari seu abiurare omnem hæresim, sed solum eam, aut eas de quibus leuiter habentur suspecti.

Ceterum, vt in hac re, quæ non est leuis momenti, quid fieri debeat indicemus: dico, primum in abiuratione de leui omitti posse secure clausulam illam generalem detestationis, & anathematizationis de omni hæresi, quia etiamsi apponeretur, nihil operaretur, cum is qui abiurat de leui siue incidat iterum in hæresim abiuratam, siue in aliam, nõ censeatur relapsus: nihilominus tamẽ posset apponi, siue in principio post vniuersalem protestationem, siue post abiuratas particulares hæreses, sic: Et postremo abiuro omnem hæresim extollentem se contra dictam sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam.

Et dũ hæc scribo Romæ, anno Dñi MDLXXVIII. die 12. mensis Octobris, consulens in sacrosancto vniuersalis Romanæ Inquisitionis officio formulas abiurationis de leui, inueni hanc generalem detestationẽ omitti quandoque solitam, quandoque vero apponi. placebat Petro Dusinę assessori sanctę Romanę In-

quisitionis, vt semper apponeretur: quod mihi etiã magnopere probatur, & ita obseruatur hodie Romę, vt eodem die mihi asseruit Frater Thomas Zobbius Sacrosanctę generalis Romanę Inquisitionis Commissarius. atque hoc etiam velle videtur Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 1. num. 12. & tit. 57. nu. 7. dum ait, omnibus abiurandi formulis conueniri, vt qui reuertitur ad Ecclesiam, omnes hæreses abiuret. & valde videtur rationi consentaneum, vt is qui quocunque modo fidem visus est offendere, & protestetur se tenere omnem illam fidem, quam professus est Sancta Romana Ecclesia, & detestetur omnem hęresim aduersus eam fidem se extollentem.

In abiuratione de vehementi generalis omniũ hæresum fit detestatio.

In abiuratione vero de vehementi nulla dubitatio est, quin prędicta generalis detestationis clausula apponi debeat post præmissam protestationem: idque siue fiat ante particularem hęresum in processu delinquentis contentarum detestationem, sic: Et consequenter abiuro, abnego, & reuoco omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam Romanam Ecclesiam: *siue post abiuratas particulares hæreses, sic:* Et postremo abiuro omnem hæresim, &c. *vt indicat faciendum Locatus in fine operis iudicialis, in forma abiurationis suspecti vehementer: nam cum abiuratur de vehementi, necessaria est hæc clausula propter relapsus delinquentium, ne si illi relabantur in aliam hęresim ab ea quam in particulari abiurarunt, tuecantur se hac exceptione, dicentes, se non incidisse in hęresim abiuratam, sed in aliam quam non abiurarunt: quod est diligenter obseruandum.*

Neque Eymericus contrarium sentit, quamuis in forma abiurationis de vehementi clausulam detestationis generalem non apposuerit, cum ipse paulo post in septimo modo finiendi processum fidei. nu. 184. vers. aduertendum hic tamen. nominatim docuerit, suspectos de hæresi vehementer, debere generaliter omnem hæresim abiurare. quod ipsum ibidem iterum adnotauit num. 186. versic. Dicatur, omnem hæresim, si abiurauit vt suspectus vehementer. *Hæc volui paulo fusius fortassis adnotare: quoniam sæpe vidi apud doctos hæc solicite quęri.*

Ad id autem quod quæsitum est; an in abiurationis formula, qua vtitur Sacrosanctum tribunal sanctæ Romanæ, & generalis Inquisitionis, videlicet: quos errores, & hæreses, simul cum omni alio errore, & hæresi contraria sanctæ matri Ecclesiæ catholicę, & Apostolicæ Romanæ, abiuro, & detestor: *an inquã in hac abiurationis formula verba illa,* error, & hęresis, *accipiantur pro eodẽ, nempe pro assertione seu propositione hęretica, iuxta ea quæ diximus supra par. 2. super quæst. 3. breuiter respondemus, nomine erroris eo loco nõ modo hęreticam, verũ ĕt quamlibet aliam propositionem in fide peccantem esse intelligendam, scilicet propositionẽ erroneã, sapientem hęresim, piarum aurium offensiuam, temerariam, scandalosam, blasphemam, schismaticam, seditiosam, & alias similes: is enim qui abiurat non modo hereses, sed etiam quidquid suspicionem hæresis continet, detestari debet. Rursus quia si pro eodem sumerentur, inutilis, & vana esset repetitio. quare nomine erroris latiori significatione id*

accipien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipiendum est, quod proxime diximus; & valde prudenter in abiurationis formula ea dictio apponitur. Ex quo efficitur, vt si is qui abiurauit, post abiurationem incidet in aliquam speciem harum propositionum proxime dictarum, etiam virtute abiurationis, & obligationis, grauius puniri possit. argumen. cap. accusatus. in principio de hæret. lib. 6.

Qui debeant abiurare.

His ita positis, videamus iam quis debeat abiurare: ac respondeo in vniuersum omnes qui ab hæresi reuertuntur: item omnes de hæresi suspectos abiurare debere vel canonice se purgare: quoniam iura de abiuratione loquentia generaliter loquuntur, ac proinde generaliter intelligi debent. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstan. & per consequens omnes prædictos comprehendent. itaque ab hac abiuratione facienda nullus in fidem delinquens, & ad eam reuertens, etiam aliàs priuilegiatus, vel in quacunque dignitate constitutus excusabitur, nisi per purgationem aut torturam indicia, & suspiciones purgauerit, vt supra monuimus: quod probat apertissime concilium Tolosanum, quod paulo post citabo.

Qua ætate possunt homines abiurare.

Sed qua ætate fieri debeat abiuratio, à paucis (quos ego viderim) differitur: ideoque hoc erit etiam obiter indicandum. Primum qui tenent cum glossa in c. 1. verbo grandiusculis. extra de delictis puerorum. de iure canonico post septem annos, homines esse doli capaces, etiam fortassis assererent ea ætate compelli posse ad abiurationem. idem dicerent multo magis qui iure ciuili aiunt capacem doli esse masculum in decimo anno cum dimidio, & fœminam in nono cum dimidio, vt tradit glossa in l. impuberē. ff. de furtis. & in l. 1. C. de donatio. & in l. pupillum. ff. de regulis iuris. & in §. pupillus. verbo, proximus. instit. de inutilibus stipulatio.

Sed iudicio meo, quamuis in ceteris delictis hæc recipi possint, in crimine hæresis non crederem habere locum, cum crimen hæresis mente concipiatur, nec cum sit spirituale tam facile appareat esse crimen, quàm furta, homicidia, rapinæ, & similia scelera: ideoque grauissimum, & durissimum mihi videtur hac ætate quemquam ad abiurationem compellere, cum vix in eam ætatem crimen hæresis cadere possit: quòd si tale quid quandoque contingeret, plurimum spectanda esset pueri puellæue conditio, & quid in ea ætate de dogmatibus fidei scire teneatur vel præsumatur. sunt enim nonnunquam multi hac ætate adeo acris ingenij, & iudicij, vt ratio naturam facile vincere videatur, nec qui intra pupillarem ætatem abiuraret, publice id facere deberet, vt admouit Si mancas de catho. instit. tit. 1. nu. 24.

Decretum concilij Tolosani, & Biterrensis de ætate qua fieri possit abiuratio.

Sed hæc difficultas olim iam proposita, & diffinita mihi videtur in concilio Tolosano anno Domini MCCXXIX. in hæreticos celebrato, vbi cap. 11. ita scriptum est: Vniuersi tam mares quàm fœminæ, masculi à decimo quarto anno, & supra, fœminæ à duodecimo abiurent omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam, & catholicam Romanam Ecclesiam, & fidem orthodoxam, quibuscunque nominibus censeatur. *hæc ibi. Idem paucis post annis cauit concilium Biterrense cap. 31. his verbis:* Præterea vniuersos tam mares quàm fœminas, masculos à quatuordecim, fœminas à duodecim annos, & supra, faciatis abiurare omnem hæresim, & iurare quòd fidem seruent, & defendent catholicam. *hæc ibi. Quæ sententia tutissima mihi plane videtur, cum tot prælatorum doctissimorum fuerit iudicio comprobata. Si quis ergo infra hanc ætatem in fide deliquerit, alijs pœnis erit coercendus, nō autem ad abiurationem cōpellendus, vt ex his verbis colligitur: & hoc tutius esse credo.*

Instructio tamen quædam Valladolitana facta anno Domini MCCCCLXXXVIII. cap. 12. indicare videtur ante hanc ætatem posse pueros abiurare si doli capaces fuerint, non tamen publice in hæc verba à nobis latine reddita: Item constituerunt, vt minores ætate discretionis tam masculi, quam fœminæ, non teneantur publice abiurare, nisi post dictos annos discretionis: qui est annus duodecimus in fœmina, & quartusdecimus in masculo: atque ita intelligatur statutum ordinationum Hispalensium, quod de hoc disponit: cumq; prædictos annos excesserint, abiurēt quod deliquerint dum essent in minori ætate constituti, si fuerint doli capaces. *hactenus ibi.*

Sane mea hæc est sententia, grauissimam esse abiurationis pœnitentiam, propter pœnas, ad quas se obligant, qui abiurant, & propterea in hac ætate non facile esse imponendam abiurationem, nisi de malitia pueri ac ceteris quæ solent delictum comitari in hac causa, velut de errore intellectus, & notitia contrariæ veritatis constaret.

Impuberes an de leui tum abiurare debeant.

Sed vbi admiserimus, in pupillari ætate cogi pueros posse ad abiurationem, abiurabunt ne vt vehemēter suspecti, aut vt hæretici formales, aut tantum de leui? Grauis est hæc difficultas, & matura indiget consideratione; & cum præmatura ætas plurimum in causa hæresis delicto detrahat, vt dixi supra par. 1. super l. si quis. C. ne sanct. baptis. itere. §. si tamen criminis, fortassis non inepte quis diceret de leui tantum iniungendam esse abiurationem: nam fragilis ætas iudicium inconstans, rationabilis, ignorantia credendorum, & alię circumstantię multum detrahunt delictis puerorum, & plurimum etiam minuunt hæresis suspiciones.

At si de hæresi formali constaret, nec excusarent quę proxime diximus, abiuratio de formali hæresi esset facienda.

De abiuratione constare debet per publicam scripturam.

Iam vt constet eum qui abiurauit, qualiter abiurauit, publicum fieri debet de abiuratione instrumentum: quod sępius inculcat Eymericus in his tribus modis, quibus de abiuratione disserit: id quod luculenter cauit olim concilium Narbonense cap. 6. in hęc verba: Omnes vero faciatis culpas suas, clero, & populo conuocatis, publice confiteri, & abiurare, atque iurare prout in mandatis Apostolicis, & in statutis Domini Romani plenius continetur: nisi vbi culpæ leuitas, & scandali enormitas †, rigori etiam huic quicquam ostenderent detrahendum: & de singulis fiant publica instrumenta continentia culpas, abiurationes, promissiones, & pœnitentias eorundem, ne vlterius perire possit, vel latere veritas diu celata; nunc autem à Domino tam mirabiliter, quàm misericorditer reuelata. *hactenus ibi.*

† Fortassis legendum, exiguitas.

An abiurans debeat se subscribere.

Postremo, vt nihil in hac abiurationis causa desideres, videamus an qui abiurat, debeat se subscribere?

bere? & sane quæ diximus paulo antea cum ageremus de origine abiurationis, subscribendum esse, probare videntur Syluester in sum. verbo, hæresis 1. §. 13. num. 19. & Ponzinibius tract. de lamijs, nu. 89. de abiuratione constare debere per scripturam aiūt: quod est verum, sed nihil de subscriptione dicunt, vt quidam falso eos citantes asserunt. Petrus Godofredus in l. 2. C. de hæret. §. hęreticorum autem vocabulo. & Campegius apud Zanchinum cap. 20. vers. abiuratio. subscriptionem non esse de essentia abiurationis autumant, & satis esse aiunt, vt de eo actu cōstet per testes, & publicam scripturam, præsertim cum non omnes aut scribere possint, aut sciant, id quod ex longa huius tribunalis consuetudine Campegius dixit comprobari.

Campegius apud Zanchinum c. 20.

Verumtamen in hac re hoc videtur penitus obseruandum, si scribere sciat reus, abiurationi à se factę addere subscriptionem debet: quòd si nesciat, aut non possit scribere, tunc Inquisitor, & notarius se subscribent. & hoc est tutissimum, & Inquisitoribus Hispanię præscriptum per Madrilianam instructionem anno MDLXI. cap. 42. in hęc verba: Abiuratio, quam rei fecerint, apponatur in fine sententię, & pronuntiationis illius, cui, si sciunt rei scribere, subscribēt, appositis nominibus suis: sed si nesciant, tunc vnus ex Inquisitoribus, & notarius subscribent. *hęc ibi. idem cautum est per eandem instructionem cap. 46. in fine.*

Quoniam vero si abiuratio fiat in loco publico, tunc reus non potest ei subscribere: curabunt Inquisitores, vt vel ante, vel sequenti die in suo auditorio, rei subscriptiones suas apponant eo modo, quo dictum est.

Id etiam erat hic dicendum, an abiuratio ante sententiam, vel post eam fieri debeat, de quo agam paulo post super quinto modo processum fidei terminandi. atque ex his, nisi fallor, manebit illustrissima Eymerici doctrina in his modis abiurandi.

Nu. 162. Absoluto sermone, quid facere possit Inquisitor.

a ¶ Et facto sermone in Missa, &c. Inquisitor dicet publice quomodo ille ibi positus est habitus suspectus, &c.] *Sed hoc hodie vsus non obseruat; neque est necessarium, cum antequam sententia pronuntietur in reum, publice legatur totius causę summa, & explicentur delicta, ob quę Inquisitores processerunt contra eum. itaque hac molestia se poterit Inquisitor absque vllo periculo liberare.*

In vetusto tamen illo codice, cuius nobis copiam fecit Illustrissimus Cardinalis Sirletus in fine, hæc praxis, quam hic tradit Eymericus, præscribitur, nam ita iubet dicere Inquisitorem. Magnifici domini rectores, nobiles, & generosi, iste qui est hic in alto positus, incidit in hereses, contra quas est vobis prędicatum, & illas tenuit, & circa illas multum offendit. *& mox iubet notario, vt legat.*

Nu. 163.

b ¶ Paratus, &c. subire omnem pœnitentiam, &c.] *Hęc est solemnis obligatio, quam præstat reus cum abiurat, quæ quid contineat, & quid in ea sit obseruandum, dixi plene supra hac 3. parte nu. 18. vbi videas quę ad hunc locum spectant.*

Nu. 165.

c ¶ Forma ferendi sententiam, seu iniungendi pœnitentiam, &c.] *In toto ordine iudiciario post perfectum iam, & completum processum, & post causam debito iuris ordine seruato terminatam, duo*

postremo loco requiruntur, sententia diffinitiua, & executio sententię, seu rei iudicatæ: in quibus quis ordo in hac hęresis causa obseruandus sit, breuiter est hoc loco dicendum. trademus vero more nostro receptiora, & securiora.

In ferenda sententia cōtra reos huius criminis quis ordo seruandus.

Ergo postquam in crimine hęresis diligens facta fuerit Inquisitio, & examinatio, & datæ suæ defensiones delato, Inquisitor cum Episcopo, vel eius vicario, ac consilio peritorum de sententia deliberabunt: vt si reus innocens fuerit repertus, absoluatur; contra vero damnetur, vbi vel confessus, vel conuictus legitime reperiatur. Gōdissaluus tract. de heret. qūst. 15. nu. 1. Simācas de catho. instit. tit. 60. nu. 2. & alij.

Ac qua ratione absolutoria sententia, sit proferenda, paulo antea docuit Eymericus, & nos cum eo in primo modo processum fidei terminandi; & ideo de condemnatoria nunc est agendum.

Citandus reus ad audiendam sententiam.

Rursus, cum decretum fuerit quo die, & qua hora, & quo loco pronuntianda sententia sit, citandus est reus, ac vocandus, vt personaliter sententiam audiat, recepturus debitam pro delictis pœnam. Gondissaluus tract. de hæret. q. 15. nu. 1. Ludouicus Carrerius tract. de hæret. nu. 128. & hæc praxis communiter obseruatur, nec ab ea est vllo pacto recedendū. Iulius Clarus in pract. crim. q. 31. versic. sed hic quæro. textus in clemen sępe. de verb. signifi. circa finem, ibi: Sententiam vero diffinitiuam (citatis ad id licet non peremptorie partibus,) &c. proferat. *Ac de hac citatione vide plene per gloss. in verbo, non obstantibus. in extrauagan. rem non nouam. tit. de dolo, & contu. inter communes.*

Nec valeret citatio si diceretur reo, vt ad audiendam iudicis voluntatem veniat; sed dicere oportet, vt veniat ad audiendam sententiam. glos. in cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. verbo respondeat. glossa in dict. clement. sæpe. verbo, ad id. Bernardus Comensis in lucerna verbo, sententia. §. 10. adde Conradum Brunum lib. 4. de hæret. cap. 10.

Neque hæc citatio omitti debet, aliàs sententia non consisteret. quam sententiam stando, non sedendo reus audire debet nudo capite.

Sententia cōdemnatoria præsente Episcopo proferenda.

Ad hæc, sententia condemnatoria proferenda non est per Inquisitorem nisi præsente ordinario, vel eius vicario. clement. 1. §. propter quod. versic. duro tamen. de hæret. nisi vnus alteri commiserit vices suas, vel adesse non potuerit, vel legitime expectatus non venerit intra terminum dict. clemen. 1. de hęret. tradit Eymericus 3. parte quæst. 49. sed consultius erit, vt semper vel ordinarius (præsertim cum publice ferenda est sententia) vel eius vicarius adsint; vocandi quoque sunt consultores, de quorum consilio ad sententiam ventum est, quamuis sine ipsis ferri possit.

In scriptis proferenda sententia.

Præterea in scriptis ferri debet, & recitari, ne deinceps ex defectu scripturæ contingeret occultari veritatem semel pro palatam, & in iudicio definitam, vt optime docuit glossa in dicta clement. sæpe. de verb. signif. verbo, in scriptis. cui sententiæ, vt ibi dem docet glossa, non aduersatur textus eius clementinæ. l. 1. C. de senten. ex breuiloquo recitan. Sylue-ster in sum. verbo, sententia. q. 4. versi. tertium. quod etiam nominatim in hac causa videtur sanciuisse cō cilium Narbonense cap. 6. quod retuli paulo ante in

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc eodem commentario. §. iam vt conflet. & ita nominatim faciendum docet in hac causa, quocunque modo in delicto fuerit processum, Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 10.

Inquisitores per alios possunt pronuntiare sententias.

Et quamquam in alijs causis iudex ipse, non alius sententiam pronuntiare debeat, Inquisitores tamen hæreticæ prauitatis per alios possunt eas recitare. c. vt commissi. in principio. de hæret. lib. 6. vbi notant Ioannes And. Dominicus, & Alij. tradit Conradus Brunus lib 4. de hæret. cap. 10. & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 94. in principio. Nam Inquisitores sicut Episcopi sententias possunt per alios recitare, vt dicit Geminianus in cap. vlt. de re iud. & Bernardus in lucerna verbo, sententia. §. 9. idem verbo, Inquisitor. §. 28.

De die proferenda sententia.

Iam sententiæ reorum de die non de nocte proferri debent. Panormitanus in c. consuluit. de officio de legati. & ibi Felynus fieri tamen potest quandoque, vt ob multitudinem reorum, & prolixitatem processuum, & delictorum non possint commode aliquorum sententiæ interdiu in hoc crimine pronuntiari, præsertim quo tempore ad actionem fidei publicam plures rei simul producuntur; quo casu quamuis de nocte nonnullorum sententiæ proferantur, non ideo reddentur vanæ, aut nullæ: melius tamen erit, & securius propter alia pericula, quæ ob tenebras interuenire possunt, interdiu omnia absoluere.

Qualiter ordinanda sententia condemnatoria.

Postremo, sententia condemnatoria ita formabitur, vt in ea primum qualitas hæresum, & errorum à reo assertorum declaretur: inde diligens criminum inuestigatio, citationes, admonitiones, confessiones, probationes legitimæ, inducię ad penitendum competentes datæ, obduratus in erroribus reorum animus, & reliqua, quæ ad iustum processum conficiendum attinent, enumerentur; tandem pro qualitate criminis secundum leges, & regulas in hoc crimine obseruandas subiungatur ipsa sententiæ dispositio. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 10. Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 2.

Cetera vero, quæ ad particulares quorundam reorum sententias spectant, veluti impœnitentium, & relapsorum, paulo post suis locis dicam: hic enim in genere tantum ostendimus, quę in pronuntiandis sententijs sint obseruanda. & multa consulto omisimus, quę vel in hoc crimine locum non habent, vel facilia sunt, & cuique vel mediocriter erudito, nota.

Sententiæ condemnatoriæ qualiter executioni mandandæ.

Sed iam alterum suscepte disputationis caput absoluamus, videlicet, de sententię pronuntiatę executione, in quo hæc summa est: Si rei contra quos sententia lata est, relapsi fuerint, aut impœnitentes, curiæ sæculari relinquuntur, nec in his vllæ amplius sunt Inquisitorum partes, sed illi per iudices sæculares statim debent vltimo affici supplicio, vt alibi fusius dictum est.

Admonitio Inquisitorũ ad pœnitẽtes.

Quòd si pœnitentes, & reconciliati fuerint, & in publicum spectaculum producti eo die, quo sententię in eos sunt prolatæ ad solitos sancti officij carceres reducendi sunt, & die sequenti producantur in auditorio Inquisitorum, & admonebuntur eorum quę per sententias fuerunt illis iniuncta, & quàm graues pœnas sint habituri, nisi humiliter iniunctas pœnitentias adimpleant. quibus peractis, vnũ quemque mittent ad locum, quem ei per sententiam assignarunt.

A *Illos vero, quos ad pœnas triremium condemnarunt, ad carceres iudicum sęcularium transmittendos curabunt. in his denique quisque laudabilem suæ Inquisitionis consuetudinem obseruabit, quamuis superiora tuta sint, & quæ facile possint, aut debeant in hoc iudicio obseruari.*

d ¶ Per modum qui sequitur condemnamus, sententiamus, seu potius pœnitentiamus.] *Pœnitentiamus dicit, non puuimus, quoniam quæ redeuntibus imponuntur pœnitentię, non sunt proprie pœnę, sed salutares medicinę, & pœnitentia quidẽ eius qui leuiter abiurauit, arbitrio Inquisitoris imponitur, iuxta personarum, & delicti qualitatem; in quo hoc est obseruandum, quòd hic indicat Eymericus,* B *vt videlicet contraria eorum quę commiserunt, reis iniungantur: quod etiam plenius explicui supra in hac 3. par. commentario. 7. num. 18. §. & dicetur eis sic; traditq; singulariter Zanchinus tract. de hæret. cap. 20. vbi valde prudenter docet quomodo sint imponendę pœnitentiales pœnę iuxta personarum, & delictorum qualitatem.*

Nu. 165.

In pœnitentijs iniungendis quid obseruandum.

De quinto modo terminandi processum fidei per abiurationem de vehementi.

C

166. QVintus modus processum fidei finiendi, & terminandi est, quando delatus de hæresi, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur suspectus de hæresi vehementer: & hoc est quando delatus de hæretica prauitate, non reperitur legitime deprehensus, nec confessione propria, nec facti euidentia, nec testium productione legitima: sed sunt magna, & grauia probata indicia contra eum, & talia per consilium iudicata, quæ illum reddunt suspectum vehemẽter de præ dicta hæretica prauitate.

D

Circa istum talis practica est seruanda. Talis namque debet, vt suspectus vehementer de tali hęresi, abiurare illam hęreticam prauitatem; ita quòd si postmodum relabatur, pœna relapsis debita puniatur: hoc est, quòd tradatur brachio sæculari vltimo supplicio feriendus, iuxta c. Accusatus. in princip. de hæret. lib. 6. Et abiurabit publice, vel secrete, secundum quòd suspectus est habitus publice, vel secrete, & apud plures, vel pauciores, & graues, vel leues, vt dictum est statim de illo, qui est suspectus leuiter de hæresi, & habet vt talis hęresim abiurare.

Abiuratio de vehementi & publice & secrete fieri pot test.

E

Modus autem disponendi ad abiurationem talis erit.

Forma disponendi ad hæresim abiurandam eum, qui est suspectus de hęresi vehementer.

167. SI enim determinatum est per consilium, quòd delatus ille debeat in cathedrali, vel alia solemni ecclesia publice abiurare, per aliquot dies ante

ante ex parte Episcopi, & Inquisitoris, vel eorum alterius, per omnes ecclesias illius ciuitatis, vel loci, in quo fienda est abiuratio antedicta, populo publice indicatur, quòd tali die, & in tali ecclesia, Inquisitor de fide sermonem debet facere generalem: & quòd non erit sermo in illa ciuitate, vel loco, nisi ibi; & sic quòd veniant, & habebunt indulgentiam consuetam. Et eadem die Inquisitor notificabit ad conuentus religiosorum, quòd tali die non erit sermo in illo loco nisi suus. Interim Inquisitor sit diligens ad componendum sermonem suum, formando secundum materiam, de qua agitur, informando populum de veritate fidei catholicæ, contra illam hæresim, quam delatus ille habebit abiurare, & ad formãdum abiurationem, & sententiam cum episcopo, vel vicario ipsius, illius ciuitatis, vel loci: & etiam vt die præcedenti abiurationem, de sero ordinet, quòd ponatur in medio in ecclesia vna sedes alta, in qua abiurandus ponatur.

Adueniente autem die Dominica ad abiuratio nem faciendam, & ad audiendam sententiam, seu pœnitentiam abiurando imponendam, Inquisitor sermonem faciet generalem, quo facto, legantur publice per notarium, vel aliquem Fratrem, vel clericum, ea de quibus ipse abiurandus est conuictus, & alia, ex quibus habitus est suspectus de hæresi vehementer: post dicetur sibi per Inquisitorem; Ecce [a] quòd ex hic recitatis tu es nobis suspectus de tali hæresi vehementer; quare oportet quòd tu purges te, & abiures hęresim supradictam: & tunc ponetur coram abiurando liber Euangeliorum, & ipse ponet manus super illum: & si scit legere competenter, tradetur sibi sequens abiuratio in scriptis, & leget coram omni populo. Si autem nesciat legere competenter, notarius, vel aliquis religiosus, seu clericus, leget ea spatiose, & abiurandus respondebit alta voce, & intelligibili per hunc modum. Nam notarius, seu religiosus dicet sic: Ego talis de tali loco; & ipse respondebit per eadem verba: & ille, in iudicio constitutus; & iste respondebit per eadem verba semper in vulgari, & sic quousque abiuratio sit finita, & abiurabit per formam tenoris sequentis.

168. *Forma [b] abiurandi hæresim, quando delatus est suspectus vehementer.*

EGo talis de tali loco, talis diœcesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venrandis dominis Episcopo talis ciuitatis, & fratre tali, Inquisitore hæreticæ prauitatis, in terris ditioni talis domini subiectis, sacrosanctis Euangelijs positis coram me, & proprijs manibus per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, & Apostolicam, quam sacrosancta Romana Ecclesia docet, profitetur, prædicat atq; tenet. Item iuro me credere corde, & profiteor ore cp, &c. *Explicetur articulus catholicus contrarius illi hęresi, de qua vementer est suspectus, vt verbi gratia, si est suspectus*

A *de processione Spiritus sancti à Patre, & Filio, dicetur sic.* Iuro me credere corde, & profiteor ore, cp Spiritus sanctus procedit † à Patre, & Filio, & æqualiter tanquam ab vno principio, & non à duobus: *& post abiuret hæresim contrariam sic:* Et consequenter abiuro, abnego, & reuoco illam hæresim, quæ falso, & mendaciter affirmat, quòd Spiritus sanctus non procedit à Patre, & Filio simul, tã quam ab vno principio, sed à duobus. Item iuro, quòd nunquam prædictæ hęresi credidi, neque nunc credo, nec credam, nec illi adhæsi, nec adhæreo de præsenti, nec adhærere intendo; nec docui, nec docere intendo; nec docebo. Item iuro, & pro

† Cap. 1. de sum. trin. & fid. catho. li. 6.

B mitto, quòd talia, & talia, *exprimantur*, propter quæ habetis me suspectum de huiusmodi hæresi vehementer, nunquam faciam, nec operã vt fiant, dabo. Quòd si aliquid de prædictis fecero in futurum (quod Deus auertat) pœnis de iure relapsis debitis, prompto animo me submitto, paratus subire omnem pœnitentiam, quam pro his quæ feci, & dixi propter quæ habetis me suspectum de dicta hæresi vehementer, decreueritis mihi iniungere; & illam iuro, & promitto pro viribus adimplere, & nullatenus contraire: sic me Deus adiuuet, & hæc Euangelia sacrosancta.

169. Prædicta autem abiuratio fiat in vulgari, vt ab

C omnibus capiatur, nisi fieret solummodo coram personis ecclesiasticis, qui linguam latinam intelligerent competenter. Si autem abiurauerit secrete, scilicet in palatio Episcopi, vel in capitulo fratrũ, vel camera Episcopi, vel Inquisitoris, quando sic licet factum non est publicum; modo consimili abiurabit.

Abiuratio fiat in vulgari, & quando possit fieri aliter.

Facta autem prædicta abiuratione, Inquisitor poterit dicere ei, qui abiurauit, talia verba ibi publice, vel similia in effectu: Fili, tu suspicionem, quam de te, & merito habebamus, purgasti per abiurationem, quam fecisti; volo tamen te reddere cautiorem: Caueas tibi deinceps quomodo ages: nam si de cetero talia agas vel dicas, propter quæ

D probetur, quòd [c] incideris in futurum in hæresim abiuratam, sine misericordia pœna relapsis debita punieris, & vt relapsus traderis brachio sæculari vltimo supplicio feriendus: quare super omnia elonges te à consortio hominum, vita, & moribus ab alijs communiter dissidentium, ne te faciant recidere in relapsum.

Admonitio facienda ab Inquisitore post abiurationem.

Sit cautus notarius, quòd ponat in actis, quomodo talis abiuratio facta est per talẽ vt per suspectum de hæresi vehementer, & nõ solũ leuiter, ad hoc, vt si relabatur, sciatur qualiter puniretur †: quia pœna relapsis debita. Quibus peractis fe-

† Al. puniri debeat.

E retur sententia, seu pœnitentia in hunc modum.

Forma sententiandi eum, qui abiurauit vt suspectus vehementer.

170. NOs N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES quòd tu talis de tali loco, & talis diœcesis, talia, & talia commisisti,

dican-

Universidad de Deusto Biblioteca

dicantur illa, vt ex proceſſus meritis diligenter diſcuſsis legitime nobis conſtat, propter quæ, & merito habentes te ſuſpectum vehementer de tali hęretica prauitate, illam vt taliter ſuſpectum te fecimus abiurare de magno conſilio in iure peritorũ iuſtitia ſuadente: verum vt efficiaris cautior in futurum, & ne reddaris procliuior ad conſimilia peragenda, & ne crimina remaneant impunita, & vt ſis ceteris delinquentibus inexemplum, de multorum magnorum in iure peritorum, ac etiam in ſacra theologia magiſtrorum, ſeu doctorum, in & ſuper his habito maturo conſilio pariter & digeſto, habentes præ oculis ſolum Deum, ac ſanctæ fidei catholicæ, & Apoſtolicæ veritatẽ, ſacroſanctis Euangelijs poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat; & noſtri oculi videant æquitatem: Sedenteſque pro tribunali more iudicum iudicantium, te talem hic in noſtra præſentia perſonaliter conſtitutum, forma, qua ſequitur condemnamus, ſeu potius pęnitentiamus, videlicet, ne deinceps talia, vel talia facere, vel dicere præſumas.

Ponantur illa, quæ conuincitur commiſiſſe, propter quæ fuit ſuſpectus habitus de prædicta hęreſi vehementer, & non illa, propter quæ ſi committeret, incideret leuiter in relapſum, ſed alia ſibi imponantur prout negotij varietas † *expoſtulat, & requirit; vt pote, quòd nunquam ſcienter habeat tales libros, vel ne eos, quos ſciuerit abiuraſſe* †; *receptet, & ſimilia.* Lata fuit hæc ſententia, & cetera.

† Al. qualitas

† Al. hæretičos.

171 Qua ſententia ſic lata pariter & perlecta, Inquiſitor poterit facere tria. Primum eſt, quòd reducat pænitentiam ad certa puncta, & pęnitentiato exponat illa vt cautior reddatur, informando eũ, quòd obſeruet pænitentiam ſibi iniunctam, aliàs incideret in relapſum, & poſſet impęnitens merito iudicari. Secundum eſt, quòd conferat indulgentiam xl. vel xx. dierum, iuxta priuilegium, Præ cunctis †. omnibus, & ſingulis, qui ſermoni ſuo, vel abiurationi prędictis interfuerunt. Tertium, quòd exponat populo, quòd omnes, qui præſtiterunt conſilium, auxilium, vel fauorem, quòd prædictus talis abiurauerit hęreticam prauitatem, vt pote, qui eum denuntiarunt, depoſuerunt, conſilio interfuerunt, abiurationem, vel ſententiam legerunt, habent tres annos de indulgentia; concludendo, & monendo populum, quòd quicunque ſciuerit aliquem hæreticum, vel de hęreſi ſuſpectum, ſeu diffamatum, debet Epiſcopo, vel eidem Inquiſitori, ſeu eorum vicarijs intimare, & habebunt etiam tres annos de indulgentia, iuxta priuilegium allegatum, & vltra hoc præmiũ in cælis in æternum.

† Habetur ſupra pag. 131.

172 Attendendum [e] autem, quòd ſuſpecti de hęreſi, & non deprehenſi, ſiue ſint ſuſpecti vehementer ſiue leuiter, non debent perpetuo immurari, nec perpetuo incarcerari: quia hæc eſt pœna illorum, qui fuerunt hæretici, & poſt pęnituerunt, vt patet in c. Excommunicamus 2. de hęret. & in c. Quoniam. de hęret. lib. 6. Sed poſſunt propter illa, quæ commiſerunt, ex quibus habiti ſunt ſuſpecti, ad certum tempus incarcerari, ſeu carceri mancipari, & poſtmodum, prout videbitur, diſpenſari, iuxta. c. Vt commiſsi. de hęret. lib. 6. Nec [f] huiuſmodi ſuſpecti ſunt crucibus conſignandi. Nã cruces ſunt inſignia hæretici pęnitentis: ſuſpecti autem non fuerunt hęretici habiti, quare non ſunt conſignandi; poteſt tamen eis imponi, quòd ſtent certis diebus ſolemnibus in valuis talium eccleſiarum, vel circa altare dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, habentes in manibus cereum ardentem tanti ponderis; vel quòd vadant ad talem peregrinationem, & ſimilia, prout negotij qualitas expetit, & requirit.

Pænitentiæ ſuſpectorum de hęreſi.

COMMET. XLI.

Num. 166.

E *Vndem hunc modum paucis mutatis pręſcribunt Tabienſis in ſumma verbo, Inquiſitor. §. 16. & Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum 3. par. q. 24. & Locatus in fine operis iudicialis tit. De forma ſententię contra vehementer ſuſpectum de hęreſi. Syluester de ſtrigibus lib. 3. cap. 4. puncto 7. nonnulla Zanchinus tract. de hęret. cap. 41. & Repertorium Inquiſitorum verbo, ſententia. § aliæ ſententię. verſic. quia nobis conſtat. & alij quos libens omitto. & circa hunc modum nulla fere occurrit difficultas, quam non abunde explicauerimus ſupra in modo 4. finiendi proceſſum.*

Hoc tamen loco illud occurrit declarandum, quod in pręcitato commentario conſulto omiſeram ob prolixitatem: An ſcilicet prius debeat fieri abiuratio, deinde vero pronuntiari ſententia, an è conuerſo? & Eymericus, vt ſeries eius indicat, in his modis ſemper abiurationem præfert ſententiæ: neque abſq; ratione. cum enim ſententia ſupponat proceſſum completum, & abſolutum, rationi conſentaneum videtur, vt priuſquam ſententia pronuntietur, cuncta debito ordine expediantur, iuxta doctrinam Speculat. *tit. de ſenten. §. nunc videndum reſtat. hęc fortaſſis reſpiciens Eymericus abiurationem vbique præmiſit, inde ſententiam pronuntiauit.*

An prius debeat fieri abiuratio, quã ſentẽtia pronuntietur.

Veruntamen Romę Illuſtriſſimus *ſacroſanctæ & generalis Inquiſitionis Senatus contrarium obſeruat: prius enim profertur ſententia, inde pęnitens abiurat. quod prudentiſſima, & conſultiſſima ratione fieri crederem: quoniam abiuratio inter pęnas redeuntibus imponendas ſolet numerari. neque ab hac conſuetudine crederem recedendum. videto Campegium apud Zanchinum cap. 41. verſic. circa ordinem vero.*

a ¶ Poſt dicetur ſibi per Inquiſitorem: ecce quòd ex hic recitatis tu es nobis ſuſpectus, &c.] *Nõ credo neceſſarium hoc Eymerici documentum, nec vſus* Inquiſitionum *hoc nunc obſeruat, quod ego ſciam: verumtamen cum hanc publice admonitionẽ reis fieri voluerint Inquiſitores, honorificentius, & magnificentius videtur, vt decretum legi iubeant, quo contineatur, talem iuridice deprehenſum in lectas hęreſes incidiſſe, aut habitum fuiſſe de illis vehementer ſuſpectum, & velut hęreticum, & impęnitentem iudicandum, niſi eas, & aliàs omnes deteſtetur hoc loco, hac die, hac hora. quo edicto publicato reus clara voce, dicet ſe pęnitere, & paratum eſſe ad abiurandum. Campegius apud Zanchinum cap. 41. verſi. circa ordinem vero. nihil damno, quiſque in his laudabilem ſuæ Inquiſitionis ſequatur conſuetudinem: aut ſi irreprehenſibilius vult agere, ſupremi Senatus ſacroſanctæ Romanæ, & generalis Inquiſitionis ritum ſequatur.*

Num. 167

Edictum an pręmittendũ ante abiurationem.

Num. 168. b ¶ Forma abiurandi hæreſim, quando delatus eſt ſuſpectus vehementer.] *Pulchræ ſunt iſtæ formæ, quas Eymericus præſcribit, ſed ſi per tempus licuerit, legito illam, quam concilium Conſtantienſe præſcripſit Hieronymo de Praga ſeſsio. 19. alteram, quam fecit Berengarius, habes apud Gratianum in c. ego Berengarius. de conſecratio. diſt. 2. quam retulit Eymericus par. 2. q. 6. vbi ego aliam eiuſdem Berengarij retuli: aliam abiurandi formulam refert* Io*annes* Turrecremata *lib. 4. de eccleſia. par. 2. c. 22. & aliam Alfonſus Caſtrus lib. 1. cap. vltimo. de iuſta hęreticorum punitio. &* Ioannes Rojas *ſingulari 1. & alij, quas velut notas, & cuique obuias omitto. ex quibus quędam hęreticis redeuntibus, quędam vehementer ſuſpectis competunt.*

De formulis abiurationũ.

Num. 169. c ¶ Quòd incideris in futurum in hæreſim abiuratam, &c.] *Idem ſentiendum eſt etiamſi non recidat aut relabatur in hęreſim abiuratam, ſed in aliam ſpeciem hęreſis. cap. accuſatus. §. eum vero. de hęret. lib. 6. quoniam hodie de recepta ſancti officij conſuetudine omnis hęreſis abiuratur, vt dixi ſupra parte 2. ſuper quęſt. 40. circa finem.*

Num. 171. d ¶ Secundum eſt, quòd conferat indulgentiã quadraginta, vel viginti dierum, &c.] *De his indulgentijs conferendis omnibus, qui actui fidei interfuerunt, pleniſſime diſſerit Eymericus in hac 3. par. q. 127. cum aliquot ſequentibus. vbi, & nos etiam multa adiungemus.*

Indulgentiã conferat Inquiſitor.

Num. 172. e ¶ Attendendum autem, quòd ſuſpecti de hęreſi, &c. non debent perpetuo immurari.] *Optime iura hoc loco per Eymericum adducta probare videntur hanc ſuam ſententiam, de quo dicam plene infra ſuper decimo modo proceſſum fidei terminandi. extatque ſingularis de hac re doctrina in concilio Biterrenſi cap. 23. & 24. quam afferam pręcitato loco. interim videto Zanchinum tract. de hęret. cap. 20. hoc vero Eymerici documentum retulit, & ſecutus eſt Locatus in opere iudiciali verbo, ſuſpicio. nu. 31. verſic. ſuſpectis de hæreſi.*

Suſpecti de hæreſi redeũtes non immurantur.

f ¶ Nec huiuſmodi ſuſpecti ſunt crucibus conſignandi, &c.] *Hoc ipſum documentum, quod & verum eſt, & obſeruandum, refert, & ſequitur Campegius apud Zanchinum cap. 20. verſic. portet crucem. & Repertorium* Inquiſitorum *verbo, crux. §. qualiter redeuntes. & de his crucibus extat inſignis locus in concilio Tarraconenſi relato apud Eymericum ſupra par. 2. & in concilio Toloſano cap. 9. & in concilio Biterrenſi cap. 26. de quo diſſeram plene commentario ſequenti, vbi eſt proprius locus. interim videto Zanchinum tract. de hęret. cap. 20. & Repertorium* Inquiſitorum *verbo, crux. & verbo, pænitentia. §. item ſi quis publice.*

Suſpectis de hęreſi redeũtibus nõ imponuntur veſtes crucibus ſignatæ.

De ſexto modo terminandi proceſſum fidei in caſu violenter ſuſpecti.

173. SExtus modus proceſſum fidei finiendi, & terminandi eſt, quando delatus de hæretica prauitate proceſsus meritis diligenter diſcuſſis, cum bono conſilio in iure peritorum, reperitur ſuſpectus de hęreſi violenter; & hoc eſt quando delatus ipſe non reperitur legitime deprehenſus confeſsione propria, nec facti euidentia, nec teſtium productione legitima; ſed ſunt indicia nõ leuia ſolum, vel vehementia, ſed fortiſsima, & violenta, quæ ipſum delatum reddunt merito ſuſpectum de hæreſi violenter, propter quę talis debet vt ſuſpectus violenter de hęreſi abiurare: Vtpote, propter aliquid, quod dixit, vel egit; vt quia ſuſtinuit excommunicationem per annum, vel plus in cauſa fidei. Qui enim ſuſtinet excommunicationem per annum, vel plus; licet non in cauſa fidei, eſt ſuſpectus leuiter de hæreſi: quia hoc non caret ſcrupulo hęreticæ prauitatis. de pœnis. c. Grauem. Et ſi citatus reſponſurus de fide non comparet, ſed renuit contumaciter comparere, propter quod excommunicatur; tunc fit ſuſpectus de hæreſi vehementer: nam leuis ſuſpicio tranſit in vehementem. Sed ſi ſuſtinet illam excommunicationem per annum animo pertinaci; tunc fit ſuſpectus de hæreſi violenter: nam vehemens ſuſpicio tranſit in violentam, contra quã non admittitur defenſio; immo ex tunc talis eſt vt hęreticus condemnandus. quæ omnia prædicta patent per cap. Cum contumacia. & not. ibidem, de hęret. lib. 6.

Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. Iſte enim licet fortaſſe in re non ſit hæreticus, vtpote, quia non habet errorem in mente, nec de illo errore tenendo pertinaciam in voluntate: vt not. argu. cap. ſupra allegato: Nihilominus eſt vt hæreticus condemnandus propter prędictam ſuſpicionem violentam, contra quam non eſt probatio admittenda. Hæreticus autem taliter condemnatur, quòd ſi nolit reſilire, & hæreſim abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere, traditur brachio ſęculari animaduerſione debita puniendus, iuxta c. Ad abolendam. §. præſenti. Si autem velit, & conſentiat cum effectu, abiurat hęreſim. & carceri perpetuo mancipatur, iuxta c. Excommunicamus. 2. de hęret. 174.

Practica circa violenter ſuſpectos ſeruanda.

Pari forma ille, qui ſic eſt ſuſpectus de hæreſi violenter, & eſt vt hęreticus iudicandus, ſi nolit reſilire, & ad gremium Eccleſiæ aduolare, nec hæreſim abiurare, nec ſatisfactionem congruam ad arbitrium Epiſcopi, & Inquiſitoris exhibere, traditur brachio ſęculari vltimo ſupplicio feriendus. Si autem velit hęc facere, & conſenſerit cum effectu, abiurabit, & ſententialiter perpetuo carceri condemnabitur.

Violenter ſuſpectus ſi renuet abiurare, traditur brachio ſeculari.

Modus autem diſponendi ad abiurationem talis erit.

Forma diſponendi ad hęreſim abiurandam eum, qui eſt ſuſpectus de hæreſi violenter.

NAm, vt dictum eſt in quarto, & quinto modis præcedentibus proceſſum fidei terminandi; Epiſcopus, & Inquiſitor concordabunt de aliqua die Dominica, vel feſtiua, in qua fiat abiuratio antedicta. Quo facto facient intimari per omnes 175.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes ecclesias illius ciuitatis, vel loci, in quo fienda est abiuratio antedicta, suspendendo omnes sermones ciuitatis, vel loci pro die illa ad abiurationem huiusmodi assignata, & monebitur populus in ecclesijs antedictis, quòd veniant ad sermonē Episcopi, vel Inquisitoris in causa fidei faciendum, & quòd habebunt indulgentiam consuetam.

Prouideat[a] etiam Inquisitor, ꝙ interim faciat fieri vnam vestem habentem duas pecias ante, & retro ad modum scapularis religiosorum, sine capucio tamen, in qua sint duæ cruces de panno croceo, vno ante, & alia retro, longitudine trium palmorum, & latitudine duorum, facientq; parari locum, seu sedem in alto in populi medio, vt stet abiurandus taliter, ꝙ à populo videatur.

Adueniēte[b] autem die prefixa, & facto sermone per Episcopum, vel Inquisitorem, legentur cul pæ publice ipsius abiurandi, per notarium, vel religiosum, vel clericū aliquem; propter quas abiurandus est suspectus habitus de hæresi violenter.

Quo[c] facto dicetur sibi sic per Episcopum, vel Inquisitorem: Fili, ex his quæ recitata sunt te commisisse, nos te habemus suspectum de hæresi violenter, propter quæ de iure tu es vt hæreticus condemnandus; Consideres ergo, & attendas quę dicam tibi: si tu vis ab huiusmodi hæresi, vel hęresibus sic resilire, ꝙ velis eas hic nunc publice abiurare, & pœnitentiam, quam tibi iniungemus, patiēter sustinere, Ecclesia, & Nos tamquam Vicarij Christi, recipiemus te ad misericordiam; sed in iungemus tibi pœnitentiam, quam bene poteris tolerare, & absoluemus te à sententia excommunicationis, qua teneris inuolutus, & poteris saluus fieri, & habebis gloriam in futurum. Si autem nolueris abiurare, nec pœnitentiam sustinere, statim trademus te brachio sæculari, & insimul perdes animam, & corpus. Quid igitur vis, abiurare, & saluari; vel renuis abiurare, & damnaberis? Si dixerit, nolo abiurare, & in hoc steterit; tunc tradetur curiæ sæculari per modum infra expressatum in decimo modo processum fidei terminandi. Si autem dixerit ꝙ vult, ponetur liber Euangeliorum apertus coram eo, & abiurabit omnem hæresim per modum, qui sequitur.

Forma abiurandi omnem hæresim generaliter, ab eo qui est suspectus habitus de hæresi violenter.

176 EGo talis, de tali loco, talis diœcesis, in iudicio personaliter constitutus coram vobis venerabilibus dominis N. Episcopo talis ciuitatis, & fratre N. Inquisitore hæreticæ prauitatis in terris talis domini, à sancta Sede Apostolica specialiter delegato, sacrosanctis Euangelijs positis coram me, eisque proprijs manibus corporaliter per me tactis; Iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, & Apostolicam, quam sacrosancta Romana Ecclesia tenet, profitetur, credit, prædicat, atque docet: & consequēter abiuro, abnego, & reuoco omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam, cuiuscunque sectæ fuerit, vel erroris.

Suspectus violenter ab iurat generaliter omnem hęresim.

Item, iuro me credere corde, & profiteor ore, *ꝙ sic, & sic, explicetur articulus catholicus, contrarius illi hæresi, de qua ipse qui abiurat, est suspectus habitus violenter: vt verbi gratia, si est suspectus habitus de virginitate Beatæ Mariæ Matris Domini Nostri Iesu Christi, dicet sic:*

Item iuro, me credere corde, & profiteor ore, quòd gloriosa Beata Maria Mater Domini Nostri Iesu Christi fuit toto tempore vitæ suę semper virgo, ante partum, & in partu, & post partum; & consequenter abnego, reuoco, & abiuro illam nefandissimam hęresim, quę falso, ac mendaciter asseuerat, quòd mater Domini Nostri Iesu Christi aliquando non fuit virgo; sed ꝙ ante partum, in partu, vel post partum fuit corrupta, & amisit virginitatem, de qua hęresi sum vobis dominis prędictis suspectus habitus violenter: *Et si de pluribus hęresibus est suspectus habitus, & non tantum de vna, abiurabit quemlibet articulum singillatim per modum statim dictum.*

Item iuro, quòd nunquam prędictę hęresi, seu heresibus adhęsi, nec adhęreo de præsenti, nec credidi, nec credo; licet propter culpam meam, & ex his, quę male egi, vos me habeatis, & merito suspectum de huiusmodi hęresi, seu hæresibus, ꝙ illi, seu illis crederim corde firmo.

Item, iuro, & promitto, quòd prędictam hęresim nunquam dogmatizabo, nec prędicabo, nec docebo: immo[d] si vnquam sciuero aliquem, qui illā hæresi sit infectus, teneat seu doceat, vel aliam qualemcunque, quòd vobis dominis Episcopo, & Inquisitori, seu alicui vestrum seu vestris Vicarijs, vel alteri eorum vel successoribus vestris, citius quàm commode potero, denuntiabo.

Item iuro, & promitto, quòd talia, & talia, *exprimantur illa*, quę egi seu dixi, propter quę ex culpa mea habetis me suspectum de dicta hęresi violenter, deinceps nunquam faciam, vel dicam; nec quòd fiant, operam dabo.

Iuramentum de Pœnitentia implenda.

Item iuro, & promitto, quòd omnem pœnitentiam, quam mihi iniungere volueritis pro prædictis, pro viribus adimplebo, nec contraueniam in aliquo; sic me Deus adiuuet, & ista Euangelia sacrosancta. Quòd si contra abiurata vel iurata fecero in futurum, diabolo instigante (quod Deus auertat) pœnis de iure relapsis debitis, nunc pro tunc me obligo, & adstringo, quatenus illis feriar, cum legitime constiterit me contrafeciſſe.

Pro Notario

Sit cautus notarius, quòd inscribat in actis, ꝙ dicta abiuratio est facta per talem tamquam per habitum suspectum de hęresi violenter, vt si † probaretur abiurans relapsus iudicaretur, & vt talis traderetur brachio sæculari.

† Al. quatenus si probaretur contra uenire abiurans, &c.

Prædicta abiuratio fiat (vt dictum est aliàs) in vulgari, vt à vulgaribus capiatur, nisi fieret tantum coram personis ecclesiasticis, & ipse abiurās latinum intelligeret competenter; tūc enim posset fieri in latino. Si autem prędictus abiurans abiuraret in secreto, hoc est, in camera Episcopi vel Inquisitoris, seu in palatio Episcopi, vel Capitulo canonicorum, vel Fratrum religiosorū, nihilominus

minus per modum præhabitum abiurabit.

177 Facta autem prædicta abiuratione, Inquisitor statim ibi publicè poterit abiuratum informare per hæc verba vel similia in effectu: Charissime, tu hęreses, de quibus habebaris merito suspectus violenter, vt debuisti, in forma consueta Ecclesiæ abiurasti: & in hoc bene fecisti; caueas tamen tibi quòd non facias contra antedictam à te factam abiurationem, incidendo in aliquam hæresim qualemcunque generaliter, seu aliàs: nam scias de certo, quòd (licut te obligasti) sine vlla misericordia traderis brachio sæculari, vltimo supplicio feriendus: quare consulo quòd sis cautus.

Absoluatur sic abiurans ab excommunicatione.

Quibus sic actis, absoluat eum à sententia excommunicationis, de qua est suspectus habitus violenter, quòd inciderit in hęresibus supradictis: vnde sicut hæreticus, cum redit & abiurat, est à sententia excommunicationis absoluendus: quia omnis hæreticus est excommunicatus, iuxta cap. Excommunicamus, 1. & 2. de hęret. & etiam iuxta c. Ad abolendam. in principio: Sic talis, de quo agitur, cum sit vt hæreticus condemnandus, vt dictum est prius, postquam abiurauerit, est ab excommunicationis sententia absoluendus: absoluetur ergo per hunc modum.

Forma absoluendi ab excommunicatione.

178 NAM dicetur Psalmus; Deus misereatur nostri. vel alius; quo dicto addetur, Kyrie eleis. Christe eleis. Kyrie eleis. Pater noster. Et ne nos inducas, &c. Saluum fac seruum tuū, &c. Dominus vobiscum, &c. Oremus.

PRAETENDE Domine famulo tuo dexteram cælestis auxilij, vt te toto corde perquirat, & quæ digne postulat, assequatur. Oremus.

PRAESTA quæsumus Domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate fidei deuiauerat delinquendo, dono tuæ gratiæ reformetur. Per Christum dominum nostrum. Amen. Et post addat sic: Ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te à sententia excommunicationis maioris, qua fueras innodatus, pro eo quia talia contra fidem commisisti, propter quæ habitus fuisti suspectus de hæresi violēter; & restituo te Sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Et si fuerat citatus responsurus de fide, & quia renuerat contumaciter comparere, fuerat excommunicationis vinculo innodatus, in qua steterat per annum animo pertinaci, & propter hoc vt suspectus de hęresi violenter, & vt hæreticus condemnandus, ab ista excommunicatione absoluetur in speciali, quę fuit sententia hominis, & non iuris, dicendo sic: Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te à vinculo excommunicationis maioris, qua per me fueras innodatus, pro eo quia citatus legitime responsurus de fide, renueras contumaciter comparere: & restituo te sacramentis Ecclesiæ. In nomine Patris, &c.

A *Qua absolutione facta feretur sententia seu pœnitentia per modum tenoris sequentis.*

Forma ferendi sententiam, siue iniungendi pœnitentiā ei, qui fuit habitus suspectus de hæresi violenter.

NOs N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter 179
ß delegatus.

ATTENDENTES, quòd tu talis de tali loco, talis diœcesis, fuisti nobis delatus de talibus & talibus fidem sanctam tangentibus; *expri manturilla*, & quòd nos processimus ad informādum nos super illis, vt iustitia suadebat, & meritis processus diligenter examinatis, & omnibus actis & actitatis in causa præsenti, inuenimus te talia & talia commisisse, *explicentur illa*: Ea propter, & non immerito de tali hæresi, *explicetur illa*, te suspectum violenter habentes, fecimus te vt taliter suspectum omnem hęresim generaliter, publice abiurare, prout nobis mandant canonicę sanctiones. † Sane cum secundum eadē canonica institu- † c. Excōicamus 1. §. qui autē. & c. Cū contumacia. de hęre. li. 6
C ta omnis talis sit vt hæreticus condemnandus, & tu saniori consilio inhærendo, & ad gremium sanctæ matris Ecclesię redeundo, abiuraueris vt prę-
D mittitur omnem hæreticam prauitatem: propter quod absoluimus te à sententia excommunicationis, qua vt obnoxius Dei Ecclesiæ astrictus merito tenebaris, si tamen de corde vero & fide non ficta reuersus es ad Ecclesiæ vnitatem; idcirco deinceps inter pœnitentes computaberis, ad misericordiæ[e] sinū te sacrosancta Ecclesia recipiente de præsenti. Verum quia indignum valde existit offensas diuinas † conniuentibus oculis impu- † c. Vergentis. de hæret.
D nitas pertransire, & iniurias hominū castigare: cū grauius sit diuinam quàm humanam lędere maiestatem: & ne[f] inulta crimina incentiuū existant aliis delinquendi, & vt tu efficiaris cautior in futurum, ac minus procliuis reddaris in posterum ad prædicta seu similia committenda, & vt in futuro sæculo leuius patiaris: Nos Episcopus & Inquisitor præfati, prehabito in & super his sano ac maturo consilio peritorum; sedentes pro tribunali more iudicum iudicantiū, habentes præ oculis solum Deum, & sanctę fidei irrefragabilem veritatem, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis; vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, te talem in nostra presentia personaliter constitutum, hac die & hora tibi in antea assignatis, sententialiter per modum, qui sequitur condemnamus, seu potius pœnitentiamus.

In primis quòd statim induaris super omnes Vestis pœnitentialis.
vestes, quas defers, veste liuida, ad modum scapularis monachi sine capucio facta, ante & retro habente cruces de panno croceo longitudinis trium palmorum, & latitudinis duorum: quam vestē deferre habeas super omnes vestes alias per

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantũ tempus, *exprimatur vnius anni vel duorum*
†Al.exegerit *vel plus vel minus prout culpa exiget* † *delinquentis*, & nihilominus [e], quòd cum dicta veste &
crucibus stes in porta talis Ecclesiæ, tali & tanto
tempore, scilicet in quatuor festis principalibus
gloriosæ Virginis Mariæ talis Ecclesię, vel talibus
& talibus festiuitatibus, in valuis talis & talis Ec-
clesiarum: teque ad talem carcẽrem ad perpetuũ,
vel ad tale tempus sententialiter condemnamus:
Ponantur illa quę videbuntur magis ad honorem fi-
dei expedire, attenta culpa maiori vel minori, seu cõ
†c. Vt cõmis. si. §. illorum. de hęre. li. 6. *tumacia delinquentis, & sequatur*: Retinentes [h] †
nobis ex certa scientia & expresse, vt nobis conce
dunt canonica instituta: quatenus dictam pæni-
tentiam posimus mitigare, aggrauare, mutare, tol
lere in toto & in parte, totiens, quotiens nobis vi-
sum fuerit faciendum. Lata est hęc sententia, &c.

180 Qua lata † mox executioni debitæ demande-
†Al.lecta. tur, & induatur veste prędicta cruces huiusmodi
continente.

Monitio In quisitorum. Quo facto poterit Inquisitor taliter monere sẽ
tentiatum, & pœnitentiatum, & inducere ad pa-
tientiam ne desperet; dicendo ei publice, quòd si
patienter sustinet, & apparent signa in eo pœnitẽ-
tis hominis, quòd Episcopus & ipse sunt prompti
dictam pœnitentiam mitigare, & facient cum effe
ctu: indicendo etiam sibi, quòd dictam pœniten
tiam interim teneat & obseruet, aliàs vt impœni-
tens puniretur.

Indulgentia. Concedat etiam indulgẽtiam quadraginta seu
viginti dierum omnibus qui sermoni, & talibus
actibus fidei interfuerũt. Indicet etiam publice,
quòd omnes, qui præsto fuerunt consilium, auxiliũ,
vel fauorem, vel deferentes, restificantes, consi-
liantes, abiurationem vel sententiam perlegentes
in causa præsenti, habuerunt tres annos de indul-
gentia ex parte domini nostri Papæ.

Moneat etiam populum, quòd quicunque scit
aliquem hæreticum, suspectum, vel diffamatum,
& specialiter de tali & tali hæresi, quę magis pro
tempore illo viget, debeat Inquisitori seu Episco
†Al. q̃ si fece rit, consequetur indulgentiam trium annorum, po intimare: & si † fecerit, consequetur ei de indul-
gentia tres annos iuxta priuilegium, *Præ cunctis.*
ex parte domini nostri Papę.

COMMENT. XLII.

Num. 173. *REferunt etiam hunc modum Tabienſis in sum. verbo, Inquisitor. §. 17. Sprengerius in malleo maleficarum 3. par. q. 25. & Locatus in opere iudiciali in fine in formula sententiæ contra violenter suspectum de hæresi. Zanchinus tract. de hæret. cap. 41. Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. §. de formis sententiarum. & alij.*

Cur ponatur gradus violẽtæ suspicionis, *In hoc vero sexto modo, si quis quærat cur Eyme ricus ponat violentæ suspicionis gradum; respondebo, huic quæstioni ipsummet auctorem satisfacere. num. 174. versi. circa istum. quoniam tametsi iuris fictione, qui ea facta committit, quæ hic refert Eymericus, & illa, quæ enumerauimus supra in hac 3. parte super titu. de signis exterioribus, quibus diuersarum sectarum hæretici cognosci possunt, nume. 109. hæreticus existimetur: at re vera fieri potest,* A *vt nullum in mente habuerit errorem, & propterea si reuerti voluerit, (dummodo non sit relapsus) reci pitur ab Ecclesia.*

Quoniam verò is ipse, qui ita reuertitur, fictione iuris hæreticus reputatur, hinc fit, vt Eymericus ve lit talem indui habitu pœnitentiali, qui in pœnitentiã solet iniungi hæreticis redeuntibus: nam per omnia exæquat violenter suspectum cum hæretico, ob vio-lentam illam suspicionem, quæ cum à iure sit ap-probata, non recipit directam probationem in con-trarium.

Iam quęcunque in hoc modo repetit de violenta suspicione, dum ait eam non recipere probationem in B *contrarium, aut similia, accipienda sunt & intelligẽ-da, iuxta ea quę adnotauimus supra par. 2. sup q. 55. & 56. quæ nunc consulto omittimus, ne eadẽ sępius inutiliter repetamus.*

a ¶ Prouideat etiam Inquisitor, quòd interim fa *Num.* 175. ciat fieri vnam vestem, &c. in qua sunt duę cru-
ces, &c.] *Hęc vestis pœnitentialis, qua, qui reuer-*
tuntur ab hæresi, induuntur, antiquissimam originem
Habitus pœnitẽtialis cruc. signat, origo antiqua. *habere videtur; neque valde obscurum eius cernitur*
in sacris litteris fundamentum: nam qui pro impie-
tatibus olim pœnas luebant, ad implorandam diuinã
misericordiam, & reddendum beneuolum Deũ, quẽ
offenderant, præter ceteras pœnitentias, sacco quan-
C *doque induebantur: nam vt alia omittam. lib. 3. Re-*
gum cap. 21. legimus Achab postquam per nefas vi
neam Naboth possedisset, commissi sceleris pœniten-
tiam acturus, vestimenta scindens saccum posuit su-
per carnem suam. c. Achab. de pœnitent. dist. 3. facit
textus in cap. in capite Quadragesimæ. 50. distinct.
nam huiusmodi vestimentum valde accommodatum
esse ad pœnitentiam agendam, ostendam paulo post su
per octauo modo processum terminandi.

Vestis crucibus signata, initio delegatæ inquisitionis vsitata. *In crimine verò hæresis vsurpatum esse, ac vsita-*
tum hunc pœnitentialem habitum etiam protinus ab
initio delegatæ inquisitionis contra hæreticos, testa-
tur primum concilium Tarraconẽse relatum ab Ey-
merico supra par. 2. vbi tit. de formis pœnitẽtiarum
§. credentes. versi. & portent duas cruces. de hoc pœ-
nitentię genere manifeste meminit, et beatus ipse Do
minicus, quibusdam litteris, quas affert Camillus
Campegius apud Zanchinum cap. 20.

Sed concilium Tolosanũ anno Dñi MCCXXIX.
aduersus hæreticos celebratum, de his crucibus in ve
ste pœnitentiali gestandis ita cauit: In detestationẽ
quoque veteris erroris, duas cruces portent de ce
tero altius præminẽtes, alterius coloris quàm sint
vestes eorum, vnam à dextris, & alteram à sini-
stris: nec propter cruces excusetur aliquis, nisi ha
beat litteras sui Episcopi testimoniales de recon-
ciliatione ipsius. *hactenus ibi.*

Vestis crucibus signata, cui⁹ coloris & qualitatis confici debeat. *Sed quoniam dubitabatur, qua ratione eiusmodi*
cruces, & cuius coloris essent conficiendæ & geren
dæ, paucis post annis concilium Biterrense cap. 26.
(à quo hęc mihi videtur accepisse Eymericus) lucu-
lenter omnia huc spectantia præscripsit in hęc ver-
ba: In detestationem etiam erroris veteris por-
tent in superiori veste duas cruces coloris crocei
longitudinis duorum palmorum & dimidij, la-
titudinisque † duorum, & in se trium digitorum
habentes latitudinem; vnã anterius in pectore, &
aliam

aliã posterius inter spatulas. vestes in quibus cru-
ces portauerint coloris crocei non habentes, su-
periori veste intellecta, supra quam in domo, vel
extra alia non portetur.

Et si fuerint Vestiti hęretici, vel Damnati, por
tent crucem tertiam competentis quantitatis, seu
coloris eiusdem in capucio, vel in velo.

Et si forte deierauerint, aut induxerint alios ad
deierandum, portent in superiore parte duarũ cru
cum (quas portare habent in pectore, & inter
spatulas) brachium transuersale palmi vnius, vel
circa.

Qui autem transfretare debebunt, portent cru
ces prædictas donec applicuerint vltra mare, &
eas vlterius non teneantur portare donec in lito-
re transmarino nauem ad redeundum intrantes,
easdem circa mare & in mari, & in insulis eas per-
petuo portent. *hactenus ibi. Illustrissimus est*
plane locus, multumque in hac causa consideran-
dus, ex quo hæc Eymerici doctrina lucem capiet, &
auctoritatem, ne temere auctor hæc sibi confinxisse
videatur.

Mos antiquus in gestandis vestibus cruce signatis. *Illud est tamen obseruatione dignissimum, quod*
de his crucibus in his locis traditur: nam concilium
Tarraconense præcitato loco has cruces paulo aliter
portandas iubet, dicens: Portent duas cruces per-
petuo ante pectus. *Concilium quoque Tolosanum*
idem videtur præscribere, dum ait has cruces gestã-
das esse, vnã à dextris, & alteram à sinistris. Eyme
ricus vero & cõcilium Biterrense vnã ante pectus,
& alteram inter spatulas retro deferri iubent.

Sed hoc postea fuit introductum ea ratione (vt
credo) vt pœnitentes patentius & manifestius omi-
nium oculis obijcerentur, siue aduersi, siue auersi
essent.

Erant autem duæ illę cruces, quę iure veteri ante
pectus deferri iubebantur ita dispositæ in pectore, vt
vnaquæque suæ papillæ respõderet, vt constat ex præ-
citatis beati Dominici litteris, in quibus ita scriptũ
extat: Religiosis vestibus induatur, tum in for-
ma, tum etiam in colore, in quibus in directo
vtriusque papillæ singulæ cruces paruulæ sint as-
sutæ. *hęc ibi.*

Harum quoque crucũ siue huius habitus pœniten
tialis frequens mentio fit in instructionibus inquisi-
tionis Hispaniæ, veluti in instructione Abulensi an-
no Domini MCCCCXCVIII. cap. 6. & in instru-
De crucibus gestandis qui meminerit, *ctione Madriliana anno Domini MDLXI. cap. 41.*
& cap. 81.

Earundem crucum meminere etiam qui aduersus
hæreticos latas pœnas tradunt. Zanchinus tract. de
hæret. cap. 20. num. 3. & ibi Campegius. & Reper-
torium Inquisitorum verbo, crux. §. qualiter redeũ-
tes. & verbo, pœnitentia. §. item si quis publice. &
verbo, signum. §. nota, quòd bonum esset. & Siman-
cas. de catho. institit. tit. 47. nu. 9. 12. & seq. & Ioan
nes Rojas in singularibus fidei, singula. 1. nu. 23. &
seq. & alij.

Appellatio vestis crucis signatæ. *Hoc palliamentum Itali* Abitello *vocant, Hispa-*
norum autem quidam Samarreta, *alij* Sant benito
appellant, quasi saccum benedictũ, propterea quòd
sit aptus ad agendam pœnitentiam, per quam bene-
dicimur, & saluamur.

A *Hę cruces ad tempus perpetuũ quandoque, quan-*
doque vero ad præfinitum imponi solent, vt indicat
Eymericus paulopost in hoc eodem modo, num. 179.
super quarum depositione interdum etiam dispensa-
tur, vt dicam in octauo modo processum terminan-
di. quæ omnino videas.

b ¶ Adueniente autem die præfixa, &c. legẽtur *Num.* 175.
culpæ publice ipsius abiurandi.] *Audiui quando-* Expedit in hoc crimine p blice legi delinquẽtiũ culpas.
que eos, qui dicerent, non expedire, vt in conspectu
popularis multitudinis reorũ delicta nominatim le-
gantur, quia multi inde arripiunt occasionem perpe-
trandi similia. sed horum iniquæ sunt voces, nec vl-
lo pacto ferẽdæ: actus quidem huiusmodi bonus est,
B *qui non propterea fit malus, quòd in malum finem*
scelerati eum conuertant.

Ac salubriter has populorum fieri cõgregationes
ad audiendas sententias hæreticorum, & eorum de-
licta, pulchre docet Ioannes And. in cap. vt cõmissi.
de hæret. lib. 6. non procul ab initio in hæc verba:
Istæ conuocationes fieri solent ad audiendas sen-
tentias, & pœnas, quas Inquisitores infligunt, ad
videndos aliquos cruciari. & expedit fideli talia pu
blice fieri ad instructionem, ac etiam ad terrorẽ.
hæc ille.

Hoc ipsum etiam fieri suasit iam olim Guido Ful-
codius in cõsultationibus ad Inquisitores. quæst. 15.
C *cap. 20. in hęc verba:* Sed illud adijcio, quòd om-
nes errores suos singillatim profiteri & abiurare
publice faciatis: quia nihil magis in confusionem
hæreticæ prauitatis redundat, & gloriam nominis
Christiani. *hæc ille.*

c ¶ Quo facto dicetur sibi sic per Episcopum, *Num.* 175.
vel Inquisitorem, &c.] *Iam monui supra super 5.* Nõ est necessariũ publice monere reũ, an velit abiurare.
modo processum terminandi. §. post dicetur sibi. non
esse necessarium hoc Eymerici documentum: sed cũ
ita fieri decreuerit Inquisitor, aliter poterit rem bo-
norificentius expedire, vt ibi dixi. nunc addo propte
rea hoc nõ fore necessarium: quoniam priusquam ad
tabulatum producatur reus, iam sunt omnia diligen
tissime adhibita remedia ad ipsum cõuertendum, qui
si vere cõuersus fuerit, absque ista prænonitione abi-
urabit, & hac consuetudine nunc vtimur.

Sin autem impœnitens extiterit, aut negatiuus nõ Impœnitẽtes ęque etiã publice monendi vt conuertantur.
modo antequam producatur, verum etiam & in ipso
tabulato inducendus est, ac sępissime & instantissime
commonendus, vt errores deponat & abiuret. idque
fieri poterit hoc ordine: pœnitentium & conuersorũ
sententię prius pronuntiabuntur, si tales affuerint,
& vltimo loco impœnitentium & negatiuorum, si
qui fuerint; sed priusquam proferantur, coram om-
ni populo admonebuntur huiusmodi hæretici, vt re-
sipiscant, & tandem conuertantur, quoniam adhuc
durat tempus misericordiæ. quòd si conuerti se vel-
le dixerint, ad carcerem sunt reducendi, & ad pœ-
nitentiam admittendi: quòd si in sua pertinacia, &
impœnitentia perseuerauerint, legenda est sententia,
& tradendi sunt curiæ sęculari, vt igni in conspectu
populi combusti, debitas impœnitentię pœnas luant.
ita Simancas de catho. institit. tit. 60. nu. 11. addens
cum Lutheranis omnium pessimis hæreticis aliter es
se faciendum.

His adiungo, plurimum esse considerandum qua- Diligenter videndum, qualiter recipi
liter recipi debeant hi qui in tabulato, aut in Eccle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piantur, qui cõuertuntur postquam in publicũ sunt producti.

sia postquam in publicam fidei actionem sunt producti conuertuntur, qui potius metu instantis mortis, quam amore veræ pœnitentiæ conuerti videntur. quã ob rem cum negatiuis hoc raro fieri debere, & nõ nisi cum exquisitissimis cõsiderationibus admonuit optime instructio Madriliana anno MDLXI. cap. 44. de quo dixi alibi plenius.

Nollem certe vnquam ab hoc sacro tribunali misericordiam excludere; veruntamen vbi malitiam perfidorum huiusmodi contemplor, auderem dicere iustissime fieri si locus misericordiæ solũ pateret reis donec è carceribus Inquisitorum educerentur, & postea nullo modo audirentur, præsertim cum tãtum & tamdiu laboratum sit in eorum conuersione: quia tamen nondum damnationis sententia est promulgata, ideo in hoc crimine vsque in id tempus locus est pœnitentiæ, & propterea sententia prior tutior est, sed hęc altera fortassis iustior, spectata perfidorum iniquitate, & sera pœnitentia.

Num. 176 d ¶ Immo si vnquam sciuero aliquem, qui illa hęresi sit infectus, &c. vobis Episcopo & Inquisitori, &c. denuntiabo.] *Hęc clausula omissa est in superioribus abiurationũ formulis, quam fortassis expediret in omni abiuratione adiungere, vt scilicet, is qui abiurat, obliget se ad denuntiandos quoscunque sciuerit hæreticos, aut de hęresi suspectos, vel infamatos, de qua obligatione alibi copiose diximus.*

Qui abiurat, an obligare se debeat ad hęreticos denuntiandos.

Num. 179. e ¶ Ad misericordiæ sinum te sacrosanctæ Ecclesiæ recipiente de præsent.] *Ita Barcinonẽsis impressus. Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara ita:* Ad misericordiæ sinum sacrosanctæ Ecclesia te recipiens de præsenti. *Sabellanus ita:* Ad misericordiæ sinum sacrosanctæ Ecclesiæ, & recipimus te de præsenti.

Locus varius

Num. 179. f ¶ Et ne multa crimina incentiuũ existant aliis delinquẽdi.] *Ita Barcinonensis impressus. Bononiensis & codex Cardinalis de Gambara ita:* Et ne impunita, &c. *sed Sabellanus ita:* Et ne impunitas criminum aliis incentiuum præbeat delinquendi.

Num. 179. Conuersi ab hæresi quo ritu olim agerent pœnitentiam.

g ¶ Et nihilominus quòd cũ dicta veste & crucibus stes in porta talis Ecclesiæ, &c.] *Desumptũ videtur ex concilio Biterrensi cap. 26. vbi grauiores pœnitentiæ imponuntur. nam cum præmisisset, pœnitentes singulis diebus Dominicis & festiuis interesse debere diuinis officijs, subdit:* Et in Missa cuiuslibet diei Dominicæ, ac festiuæ, inter Epistolã & Euangelium, veste superiori & velo, siue capucio depositis (nisi & in velo, seu capucio portent cruces) sacerdoti Missam præsente populo celebranti, cum virgis in manu publice se præsentent; ibiq; data illis disciplina exponat sacerdos, ꝙ propter culpam labis hæreticæ pœnitentiam illam agunt. *hactenus ibi. Vt vel ex his intelligas antiquam in coercendo crimine hęresis seueritatem.*

Insignis Ioãnis Scholastici locus.

Hic vero pœnitentię ritus, quem hoc loco præscribit Eymericus, antiquissimus videri potest: nam Ioannes Climacus gradu 4. de obedientia, disserẽs de pœnitentia iniuncta monachis colloquentibus dum cęteri orarent, quia contra deuotionis regulas eo loco & tempore deliquerant, ita scribit: Ad orationem plerũque stantibus nobis, animaduertit pater sanctus (*id est, qui cęteris præerat*) quosdam inuicem colloquentes, quos ante fores Ecclesiæ statuens, iussit vt per septem dies cunctis intrantibus, & exeuntibus prosternerẽtur, siue clerici, siue presbyteri fuissent. *hęc ille.*

h ¶ Retinentes nobis ex certa scientia, &c. quatenus dictam posimus mitigare, aggrauare, &c.] *Num.* 179. *Hæc clausula magnum tribuit Inquisitoribus priuilegium, & valde vtilis est, & vsu frequẽs in hoc tribunali, de qua dicam infra super octauo modo processum fidei terminandi, & super q. 86. & alibi.*

De septimo modo terminandi processum fidei per canonicã purgationem, & abiurationem.

181 SEptimus modus processum fidei finiendi & terminandi est, quãdo delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis, cum bono consilio peritorum in iure, reperitur suspectus de hæresi, & etiam diffamatus; & hoc est quando delatus ipse non reperitur legitime deprehensus, nec propria confessione, nec facti euidentia, nec testium legitima productione; sed reperitur publice diffamatus, ac etiam reperiuntur indicia contra eum, quæ ipsum reddunt suspectũ aliàs de hæretica prauitate: vtpote, quia habuit magnã familiaritatem cum hæreticis, qualis fuit ille, de quo agitur in cap. Inter sollicitudines. de purg. cano. Et tali ratione infamiæ est indicenda canonica purgatio, & ratione suspicionis debet hæresim abiurare, iuxta alleg. cap. Inter sollicitudines.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim sic publice de hęresi diffamatus, & vltra infamiam ex aliis indiciis suspectus habitus de hęretica prauitate, in primis purgabit se publice per hunc modum.

Forma disponendi ad purgationem canonicã, & abiurationem faciendam ab eo, qui est diffamatus, & aliàs suspectus de hęretica prauitate.

NAM indicto sermone generali per aliquos dies ante, in omnibus Ecclesiis illius ciuitatis, seu loci, in quo purgatio & abiuratio sunt fiendæ: & suspensis sermonibus omnibus pro illa die assignãda, & aduenięte die ad huiusmodi assignata, & ipso purgando & abiurando in medio populi in alta sede & eleuata constituto, & facto sermone de fide, per Episcopum, vel Inquisitorem, vt dictum est supra in aliis modis processum fidei terminandi: His, inquam, præhabitis; legentur culpæ ipsius purgandi & abiurandi per notarium seu religiosum vel clericum: quibus lectis, purgabit se diffamatus per hunc modum, qui sequitur.

Forma

Forma purgationis canonicę à diffamato de hæresi faciendæ.

182 COmparebit namque personaliter ipse purgãdus cum suis compurgatoribus, eidẽ in certo numero generaliter cõcessis: talibus, qui eum, & eius vitam & mores nouerint moderno tempore & antiquo, & sint suæ conditionis seu ordinis, vt dictum est in secundo modo prædicto processum fidei terminandi, vbi agitur de purg. cano. huiusmodi: & stabunt coram Episcopo & Inquisitore; in loco tamen vbi purgãdus ipse noscitur de illa hæresi infamatus, & ponetur liber Euangeliorum coram eis, ipseque diffamatus ponet manus super eum sic dicens: Ego iuro super ista quatuor Dei Euangelia sacrosancta, quòd talem hæresim, *exprimendo eam*, de qua sum diffamatus, nunquam tenui, nec credidi, nec docui, nec teneo, nec credo, *negabit, scilicet, cum iuramento illud, de quo est diffamatus, quidquid illud sit*: Quo facto omnes compurgatores ponent manum super illum librum Euangeliorum, & quilibet dicet ita: Et ego iuro super ista quatuor Dei Euangelia, quòd credo ipsum verum iurasse: & tunc canonice est purgatus. Qua purgatione expleta per ipsum diffamatum, mox idem diffamatus vt suspectus aliter, & ex alijs indiciis, hęresim, de qua est suspectus habitus, habens prædictum libellum Euangeliorum coram se, abiurabit per hunc modum.

Forma hęresim abiurandi per illum, qui est de hæresi diffamatus, & suspectus aliàs de eadem.

183 EGo talis, de tali loco, talis diœcesis coram vobis Venerabilibus dominis meis N. Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hęreticę prauitatis in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegato, in iudicio personaliter constitutus, sacrosanctis Euangeliis positis coram me, eisque propriis manibus corporaliter per me tactis, iuro me credere corde, & profiteor ore, illam sanctam fidem catholicam, quam Romana Ecclesia credit, profitetur, prædicat & obseruat: & consequenter abiuro, detestor, abnego, & reuoco omnem hæresim extollentem se aduersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam cuiuscunque sectæ fuerit seu erroris.

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, ꝙ *sic & sic: exprimatur articulus catholicus contrarius illi hęresi de qua est diffamatus, & aliàs suspectus, vt si est suspectus habitus & diffamatus,* ꝙ *non credat Deum esse visibilium creatorem, vt faciunt Manichæi, dicet sic:*

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, ꝙ Deus est verus creator omnium, tam visibilium quàm inuisibilium. Et consequenter abiuro, detestor, abnego, & reuoco illam hęresim, quæ falso & mendaciter asserit & affirmat, ꝙ Deus non est generalis omnium creator, sed tantummodo inuisibilium. *Et si de pluribus articulis hæreticalibus est suspectus habitus, abiurabit quemlibet singillatim per modum prædictum.*

Item iuro, quòd nunquam prædictæ hæresi *seu* hęresibus, *si plures sint*, adhęsi, nec credidi, nec adhęreo, nec credo de præsenti, licet propter culpam meam ex his, quæ male egi, sum diffamatus, propter quod habui me purgare, & aliàs sum suspectus merito coram vobis, quòd illis hęresibus crediderim corde firmo.

Item iuro, ꝙ prędictã hæresim seu hęreses nunquam dogmatizabo, nec prædicabo; nec docebo, nec aliquẽ instruam in illis, seu de illis: immo iuro & promitto, si vnquam sciuero aliquẽ, qui aliquam hęresim de prędictis, vel aliquam aliam teneat, credat, seu doceat, quòd vobis dominis meis Episcopo & Inquisitori, seu alteri vestrum seu vestrorum Vicariorũ, seu successoribus vestris protinus quo citius potero, intimabo.

Item iuro & promitto, ꝙ talia & talia, quę egi, propter quę & merito sum de tali hęresi diffamatus, & vltra, vos me habetis suspectum, *exprimantur illa*, nũquam deinceps faciam, seu dicam, nec operam dabo, quòd fiant.

Item iuro & promitto, quòd omnem pœnitentiam, quam mihi iniũgere decreueritis, pro prędictis, pro viribus adimplebo, nec contraueniam in aliquo: Sic me Deus adiuuet, & ista Euangelia sacrosancta. Quòd si contra prędicta iurata & abiurata fecero in futurum (quod Deus auertat) pœnis talibus de iure debitis, me nunc pro tunc libere suppono, obligo, & adstringo, quatenus illis plectar cum probatum legitime extiterit me talia commisisse.

Aduertendum hic tamen, ꝙ si indicia sint talia & tam fortia, ꝙ cum infamia prædicta vel absque ea reddant prędictum diffamatum suspectum de hæresi vehementer; tunc abiurabit omnem hæresim generaliter, vt habitum est; & si relabatur in quamcunque hæresim, pœna relapsis debita punietur, vt in cap. Inter sollicitudines. de purg. cano. & in c. Accusatus. de hæret. lib. 6. Si autem indicia illa sint ita modica & leuia, ꝙ etiam cũ prædicta infamia non reddant eum suspectum de hęresi vehementer, sed solum leuiter; tunc sufficiet ꝙ abiuret non generaliter, nec simpliciter, sed singulariter hæresim, de qua habitus est suspectus: ita ꝙ a si prolabatur in aliam speciem hæresis, pœna relapsis debita non punietur ratione abiurationis; quia scilicet vt suspectus leuiter abiurauit: licet punietur durius, quàm si aliàs non abiurasset. Et omnia hęc patent in c. Accusatus. in princ. de hæret. lib. 6.

184 Suspectus vehemẽter omnẽ hæresim debet generaliter abiurare.

Leuiter suspectus non abiurat generaliter.

Ratione autem purgationis canonicę est dubium, an si post purgationem canonicam in eandem speciem hæresis, de qua se purgauit canonice, prolabatur, pœna relapsis debita, hoc est, vltimo supplicio feriatur: Et videtur ꝙ sic, per cap. Excõmunicamus 1. §. adiicimus. vers. vel si post. purgationem, & per cap. Ad abolendam. §. illos quoque. de hæret.

Sit cautus notarius, ꝙ scribat in actis, an talis abiurauerit tanquam suspectus de hæresi leuiter,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel vehementer, quia multum interest, vt aliàs sup prædictum est.

185 Prædictæ autem purgatio & abiuratio fiant in vulgari, si fiant publice, & coram vulgaribus; si autem tantummodo coram viris litteratis, & à litteratis, poterunt fieri in latino. Et si fiant publice (vt videtur fiendum ratione infamiæ, & quia est publice diffamatus) fiant cum solemnitate in Ecclesia, de qua dictum est frequenter, scilicet, in die festiua; & facto sermone per Inquisitorẽ prius indicto in Ecclesiis parochialibus, & religiosorũ: & sermonibus aliis suspensis pro illa die; & posito abiurando in populi medio, vt ab omnibus videatur; & lectis primitus ibidem publice eius culpis per notarium, seu aliquem religiosum, seu clericum secularem.

Factisque antedictis purgatione & abiuratione, Inquisitor (vt aliàs dictum est pluries) indicet sibi publice periculum, quod sibi imminet, si in hæresim prolabatur: de cuius periculo dictum est statim: quibus sic actis, feretur sententia seu pœnitentia per formam tenoris sequentis.

Forma ferendi sententiam vel iniũgendi pœnitentiã diffamato de hæresi, & suspecto aliàs de eadem.

186 NOs N. Episcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris tali ditioni, talis domini subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus: Diligentius attendentes, quòd tu de tali loco, & talis diœcesis, fuisti delatus nobis de tali hæretica prauitate, *exprimatur illa*, Nos volentes, vt tenebamur, iudicialiter informari, an tu incidisses in prædictam hæresim condemnatam, ad inquirendum, testes examinandum, teque citandũ, & interrogandum medio iuramento, & ad alia faciendum, quæ fienda erant per nos, descendimus & processimus, vt decebat. Quibus peractis, visis & diligenter inspectis pariter & discussis, processus meritis huius causæ & omnibus & singulis productis, actis, & actitatis æqua lance libratis, habitoque in & super illis, theologorum, ac in iure peritorum pluries maturo consilio, ac digesto, reperimus te de prædicta hæresi in tali loco, seu talibus locis apud bonos & graues publice diffamatum: propter quod, vt nobis mandant canonica instituta †, indiximus tibi purgationem canonicã, qua coram nobis hic publice te purgasti, & ipsi cõ purgatores pariter te purgarunt. Inuenimus etiã te talia commisisse, *exprimantur illa*, propter quæ, & non immerito, te suspectum habuimus vehementer, seu leuiter: *dicatur si est istud, vel illud*, & hoc de hæretica prauitate: propter quod fecimus te vt taliter suspectum hæresim abiurare, *dicatur*, omnem hæresim, *si abiurauit vt suspectus vehementer*; *vel*, hæresim supradictam, *si vt suspectus leuiter*: Verum quia non possumus, nec debemus, talia quæ peregisti, vllatenus tolerare, sed cogimur ea vitare † iustitia suadente, ad hoc vt reddaris cautior in futurum, & vt crimina non remaneant impunita. & vt ceteri non reddantur procliuiores ad similia cõmittenda, & vt Creatoris iniuriæ non æquanimiter tolerentur: Ea propter te talem prædictum purgatum, & abiuratum, hic in nostra præsentia personaliter constitutum, in hoc loco, & hora tibi in antea assignatis; Nos Episcopus & Inquisitor præfati sedentes pro tribunali more iudicum iudicantium, sacrosanctis Euangeliis positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant æquitatem: sententiamus, seu pœnitentiamus per modum, qui sequitur, scilicet, quòd tenearis, &c.

187 Pœnitentiæ salutares ratæ.

Ponantur illa quę videbuntur magis ad honorem fidei esse, & ad exterminationẽ hęreticę prauitatis, vtpote, quod certis diebus Dominicis & festiuis, habeat stare ad portam talis, vel talis Ecclesiæ cum cereo tanti ponderis in manu, dum Missarum solẽnia celebrãtur, capite discooperto, & pedibus nudatis, & offerre ad altare cereum antedictum, & quòd habeat sextis feriis ieiunare, & quòd certo tempore locum illum non audeat exire, sed certis diebus hebdomadæ se habeat episcopo, vel Inquisitori præsentare, & similia, quę iniungenda videbuntur secundum cuiusque exigentiam & varietatem; quia non potest dari vna regula generalis. Lata fuit hęc sententia, seu pœnitentia, &c.

Qua lata, exequatur: poteritque dispensari, vel mitigari, vel commutari, secundum quòd negotium, & pœnitentis correctio, & humilitas hoc requirunt: quia potestatem habent Episcopus, & Inquisitor, etiam si non retineant, & hoc de iure, vt in cap. Vt commissi. de hęret. lib. 6.

COMMENT. XLIII.

Num. 181. *Iam monui supra super 2. modo processum terminandi, hunc modum septimum eo nomine à secũdo differre, quia ibi de solo diffamato, hic vero de diffamato simul & suspecto agitur.*

Ac de hoc modo agit etiam breuiter Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 18. & Iacobus Sprenger in malleo maleficarũ 3. par. q. 26. Syluester de Strigibus lib. 3. cap. 4. puncto 9. & alij.

Quæcunque autem necessaria sunt ad intelligendum huuc modum, plenissime dicta sunt à nobis supra super dicto 2. modo processum fidei terminandi.

Ad indicendã purgationem raro deueniendum.

Hoc solum præterea admonebo lectorem, ne fortassis dum hæc legit apud Eymericum, quid vnquam durius in reos huius criminis statuat, animaduertendum esse id, quod docuimus supra par. 2. super cap. inter sollicitudines. §. ita tamen. & sequentibus, nec facile & frequenter purgationem indicat, cum sit remedium valde dubium & periculosum, sed ad alia iuris remedia confugiat.

Num. 184. a ¶ Ita quòd si prolabatur in aliam speciem hęresis, pœna relapsis debita non punietur ratione abiurationis, & cete.] *Videtur hic Eymericus sentire, quòd si is qui abiurauit de leui, postea manifeste incidat in eam hęresim, quam prius vt leuiter suspectus abiurauit, debeat censeri relapsus. quę sententia videtur fuisse Ancharani in cap. accusatus. notabili 6. de hæret. lib. 6. quod tamen est falsum, vt docui supra par. 2. super quæst. 58. §. vel post cõstitut.*

Abiurans de leui incidẽs in eãdem hęresim abiurata tam, non est relapsus.

vbi

vbi ostendi apertissime Eymericum vere tenere cõtrariam opinionem. quare hic locus ita est accipiendus: Qui leuiter abiurauit, si relabatur in aliã hęresim ab ea, quam abiurauit, non erit relapsus; quia non abiurauit omnem hæresim: adde, neque erit relapsus ad hoc vt relapsorum pœna puniatur; etiam si in eandem hęresim, quam leuiter abiurauit, incidisse deprehendatur. Dixi; ad hoc vt relapsorum pœna puniatur: *quoniam si vocis proprietatem spectemus, re vera erit dicendus relapsus, cum in priorem lapsum recidat. nec putandum est virum egregie eruditũ aliter sensisse. Nec video quomodo aliter possem hunc locum accipere, quem non sum ausus immutare, quia omnes codices penitus conueniebant. ceterum ita putabã legendũ, vt ex serie auctoris colligitur*: Ita quòd si prolabatur in eandẽ speciẽ hęresis. *siue ita*: Ita quòd si prolabatur in eandem, vel in aliam speciem hęresis; *&c.*

Num. 184. b ¶ Ratione autem purgationis canonicæ est dubium, &c.] *Admonui supra in hac 3. par. super 2. modo processum terminandi. §. nec contemnat. Eymericum varijs locis, varie scripsisse de hac difficultate: sed ne actum agam, quid mihi in hoc dubio sentiendum videatur, dixi copiosè præcitato commentario, vbi omnino videas.*

De octauo modo terminandi processum fidei per abiurationem faciẽdam ab hæretico pœnitente.

188 OCtauus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de hęretica prauitate, meritis processus diligenter discussis, cum bono consilio in iure peritorum reperitur confessus hæresim, sed pœnitens, & aliàs non relapsus veraciter; & hoc est quando delatus ipse confitetur iudicialiter coram Episcopo, vel Inquisitore medio iuramento, fore verum q̃ ipse tãto tempore stetit, & perseuerauit in illa, seu alia, de qua delatus est hæretica prauitate, & illi credidit & adhęsit; sed postmodum ad informationem Episcopi, & Inquisitoris tandẽ vult resilire, & ad gremium Ecclesiæ redire, & illam ac omnem aliã hæresim abiurare, & satisfacere prout ipsi voluerint ordinare; & non reperitur, quòd vnquã aliàs hæresim aliquam abiurauerit, sed nunc abiurare prompto animo est paratus.

Circa istum talis practica est seruanda. Talis enim esto quòd multis annis steterit in hæresi prędicta, ac etiam aliis quibuscunque, illas crediderit, a dogmatizauerit, multosque induxerit in errores; si tandem cum effectu illas hęreses consenserit abiurare, & satisfactionem congruam ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris exhibere; nõ est tradendus brachio seculari vltimo supplicio feriendus; nec si est clericus, degradandus, sed est ad misericordiam admittẽdus, iuxta cap. Ad abolendam. §. præsenti. extra de hęret. & abiurata primitus hęretica prauitate, est in perpetuum carcerem detrudendus, iuxta c. Excommunicamus 2. §. si quis. & absolutionis beneficio impertito, & iniuncto eidem, quod talibus iniungi consueuit, iuxta c. Vt officium. prouiso tamen solerter, ne si mulata fictione redeat fraudulenter, & Episcopũ & Inquisitorem, immo seipsum fallẽdo, sub agni specie lupum gerat.

Prouidendũ ne ficta sit hęreticorũ conuersio.

Modus autem disponendi ad abiurationem talis erit.

Forma disponendi ad abiurationem faciendã per illum, qui est propria confessione in hęresim deprehẽsus, et pœnitet, & aliàs nõ relapsus.

B

IN primis Episcopus & Inquisitor inter se cõcordabunt de prædicta abiuratione fienda publice, aliqua certa die Dominica, vel festiua, quæquidem non sit Dominica de Aduentu, vel Quadragesima, vel aliàs dies multum solemnis, vt dies Natiuitatis Domini, vel festum Paschæ, & similes, quia prædictis diebus honestum est sermones non suspendere, & quemlibet accedere ad ecclesiam suam parochialem; quod fieri non posset si in illa fieret abiuratio antedicta: tum quia suspenderentur sermones; tum etiam quia omnes confluerent ad ecclesiam, in qua fienda foret abiuratio supradicta. Concordata igitur de tali certa die Dominica, vel festiua, mandabitur præcedẽti die Dominica, seu alia festiua, per dies aliquos ante præfixam diem ad abiurandum præcedente, ex parte Episcopi & Inquisitoris, curatis omnibus ecclesiarum illius ciuitatis, vel loci, in quo prędicta abiuratio est fienda, vel religiosis, qui habent illa die populo prædicare, quòd insinuent publice populo, ac clero, quòd tali Dominica, seu die festiua, Inquisitor in tali ecclesia pro fide & de fide sermonem faciet generalem; & sic quòd quilibet vadat illuc ad videndum, & audiendum ea quæ fient, & habebunt ex parte domini nostri Papæ Indulgentiam consuetam, scilicet, quadraginta dierum, indicando etiam, quòd illa die nõ erit alius sermo in loco illo. Quo facto, mittatur ex parte Episcopi & Inquisitoris ad domos religiosorum; qui prædicant communiter verbum Dei, & intimabitur eorum superioribus, quòd die Dominica sequenti, seu tali die festiuo, Inquisitor sermonem faciet pro fide in tali ecclesia generalem, & quòd suspendit omnes alios sermones; & ideo quòd nullus in loco illo prædicet illo mane, sed quòd quilibet superior mittat quatuor fratres, vel duos prout videbitur, qui interfint sermoni, & abiurationi, & sententiæ ferendæ. 189

E Medio autem tempore Inquisitor sermonem suum ordinabit, iuxta materiam fidei, de qua pro tunc est agendum: ordinabit etiam cum Episcopo de culpis in scriptis redigendis, abiuratione formanda, & sententia, ac etiam de loco & fede, seu bastimento ponendo in alto in ecclesia antedicta in medio, in quo posit poni abiurandus & sententiãdus, vt ab omnibus videatur. ordinabit etiã de veste fienda ad modum scapularis religiosorũ sine tũ capucio, quę sit de pãno liuido, vel alterius coloris, & habeat insertas cruces ante & retro de

Hęretici pœnitentes non relapsi recipiũtur misericorditer.

Vestis pœnitentialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Panno, seu tela crocea longitudinis trium palmorum, & ex transuerso duorum, & latitudinis medij palmorum.

Practica. Quibus omnibus sic dispositis, & aduenientе die ad abiurandū præfixa, statim in principio Missæ ponetur abiurādus in sede seu bastimento prędicto in alto, in populi medio, seu in loco, in quo possit libere ab omnibus intueri, circundantibus eum curię sæcularis, seu ecclesiasticæ ministris: & stabit discooperto capite, & dicto Euangelio (vt est moris) Inquisitor prædicabit, detestando & reprobando illam hęreticam prauitatem, seu illas in qua, vel in quibus abiurandus confessione propria est deprehensus. Quo sermone finito, Inquisitor dicet hæc verba, vel similia in effectu: Iste, qui est hic in alto positus, incidit in hęresim, contra quam vobis prædicaui, & illam tenuit, & circa illam multum offendit: quòd autem ita sit, vos audietis. Quibus dictis mandet notario statim ibi, vel religioso, vel clerico ibi in ambone præsenti, cui tradidit cedulam, culpas illius abiurandi continētem, quòd legat illam, & ille statim obtemperabit: Cedula autem, seu scriptura erit tenoris sequentis.

Forma cedulę legēdæ in publico crimina illius continentis, qui habet hęresim abiurare.

190 IStæ sunt culpæ & mala opera contra fidem catholicam, quæ gessit talis hic præsens, quæ cōfessus est in iudicio se cōmisisse ore proprio, medio iuramento.

In primis confitetur ore proprio & medio iuramento, quòd tot annis stetit, & perseuerauit in ista hęresi, & errore: *exprimantur*.

Item confitetur, quòd in dictam hęresim incidit in hunc modum: *dicatur*.

Item confitetur, q̄ dogmatizauit, & pluries induxit plures ad eandem hęresim per hunc modū: *dicatur, & sic explicentur eius culpę omnes*.

Quibus lectis si Inquisitor videat eū certis indicijs bene conuersum ad fidem, & præsumat q̄ veritatem interrogatus publicè nō negabit, interrogabit [b] eum dicens: stant ne ista omnia in veritate sicut lecta sunt? & eo respondente quòd sic, adiungat: Vis tu in istis hæresibus perseuerare; quod si feceris, damnaberis in æternum, & perdes etiam nunc corpus tuum: vel eas abnegare & abiurare, vt possis animam tuam saluare & vitā corporalem præseruare? Quo dicente, nolo in istis stare; sed volo libenter illas abnegare, & reuocare; dicet Inquisitor, sano consilio adhęsisti.

Si autem Inquisitor hæsitet, an ille sit bene cōuersus, & dubitat, quòd si interrogetur lectis culpis, an ita stet in veritate, q̄ ipse commiserit illas, quod negaret veritatem, & se ibi excusaret propter verecundiam, & populus scandalizaretur: in illo casu non curet eum interrogare, an illa quæ sunt lecta ita stent in veritate nec ne: sed illis lectis interroget eum (vt est dictum) si vult in illis hæresibus stare, vel ipsas abnegare, & abiurare; & responso, quòd abnegare, & abiurare: tunc ponetur coram ipso abiurando liber Euangeliorū: quo facto, deposito capucio, & genibus ibi flexis, ac manibus ad librum positis, leget ipse, si scit legere, abiurationem: aliàs notarius, vel religiosus aliquis, seu clericus, per orationes breues illo eadem replicante per hunc modum: Nam notarius dicet in vulgari: Ego talis, de tali loco, talis diœcesis: & abiurans replicabit: Ego talis de tali loco, illa exprimendo. Notarius coram vobis dominis Episcopo & Inquisitore: Et abiurans eadem replicabit: & sic de aliis. & quilibet dicat ita alta voce, vt quilibet discernatur. Abiuratio autem talis erit.

Forma omnem hæresim abiurādi per illū, qui propria confessione est in hæresim deprehensus, & pœnitet, & aliàs non est relapsus.

EGo talis de tali loco, talis diœcesis in iudicio 191
personaliter cōstitutus, coram vobis dominis Venerabilibus N. Episcopo talis ciuitatis, & Fratre N. Inquisitore hęreticæ prauitatis in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegato, sacrosanctis Euangelijs positis coram me, eisque propriis manibus per me tactis; iuro me credere cordē, & profiteor ore illam sanctam fidem catholicam & Apostolicam, quam sancta Romana Ecclesia credit, profitetur, prędicat, & obseruat: & consequenter abiuro, reuoco, detestor, & abnego omnem hęresim cuiuscunque sit conditionis & sectæ extollētem se aduersus sanctam & Apostolicam Ecclesiam.

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, q̄ *sic & sic: explicetur articulus catholicus, contrarius illi hęresi, in quam se confessus est incidisse. vt verbi gratia, si confessus est incidisse in illā hęresim, quod dominus noster Iesus Christus non fuit verus Deus, sed homo purus, abiuret sic:*

Item iuro me credere corde, & profiteor ore, q̄ dominus Iesus Christus beatæ Marię semper virginis filius, fuit verus Deus, genitus de Deo patre æternaliter, & verus homo ex Maria virgine conceptus, & natus temporaliter: Et consequenter abiuro, abnego, detestor, & reuoco illam hęresim damnatam per sacrosanctā Ecclesiam, quæ falso ac mendaciter asseuerat, quòd dominus Iesus non fuit verus Deus, sed homo merus & purus, in quam hæresim ego miser incidi, eamque tenui, & illi credidi per annos tot, atque dogmatizaui, docui & defensaui: Cuius rei me pœnitet corde toto. *Et si in plures hæreses se incidisse est confessus, abiurabit quamlibet singillatim per modum statim dictum.*

Item iuro pariter & promitto, quòd deinceps nullam hęresim prædictarum, seu aliam qualemcunque tenebo, credam nec adhærebo, nec dogmatizabo alicui, nec docebo, nec instruam quēcunque de aliqua hæresi prauitate, nec libros hęreticales scienter habebo: immo iuro & promitto, quòd si sciuero aliquem esse infectum aliqua hęresi labe, seu aliquem dogmatizare, docere, aut

aut quemquam instruere in aliqua hæresi, vel errore, seu libros, vel scripturas hæreticales habere, quamcitius cōmode potero vobis domino Episcopo, vel Inquisitori, seu alteri successorum vestrorum, vel alicui vicariorum vestrorum, vel illorum, denunciabo & intimabo.

Item iuro pariter & promitto, quòd pœnitentiam per vos mihi iniungendam prædictis non refutabo, nec contraueniam in aliquo, immo pro viribus adimplebo.

Item iuro pariter & promitto, quòd non fugiā, nec absentabo me, nisi de vestro beneplacito, licentia & assensu; immo iuro & promitto, quòd quandocunque & quotiescunque requisitus fuero per vos, seu alterum vestrum, seu vicariorum vestrorum, ac successorum vestrorum, aut eorū vicariorum alterius nomine, vel mandato, quamcitius commode potero, me personaliter præsentabo: sic me Deus adiuuet, & hæc Euangelia sacrosancta. Quòd si contra prædicta iurata, vel abiurata, seu eorum aliquod (quod Deus auertat) fecero in futurum, haberi volo protinus pro relapso; ac pœnis relapsis de iure debitis, me nūc pro tunc obligo & adstringo, quatenus illis plectar, si & quādo probatum extiterit legitime in iudicio, seu me confessum, contra nunc iurata & abiurata, aliqua commisisse.

Sit autem circumspectus, & cautus notarius, quòd scribat in actis, seu processu, quòd prædictus abiurauit tanquam deprehēsus in hęresi propria confessione, vt si relabatur, pœna relapsis debita puniatur.

192 Monitio Inquisitoris. Facta autem prædicta abiuratione Inquisitor poterit ei qui abiurauit, talia verba dicere in effectu: Charissime, in eo q̄ abiurasti, sano consilio adhęsisti, quia euasisti infernum, & introibis, Deo adiuuante si volueris, paradisum: sed præmoneo te, q̄ sis cautus, & in agendo, loquendo & conuersando: nam si de cetero prolabi inuentus fueris in quamcumque hæresim, vel errorem; vel eis, vel ei, quos vel quem sciueris esse in aliqua hæresi vel errore, de cætero fauorem in hæresi præstiteris, sine misericordia traderis curię sęculari, vltimo supplicio feriendus: quare tibi consulo, quòd sis cautus, & fugias hæreticos & suspiciones, & semper te associes viris catholicis atque bonis, & qui suspecti de fide nullatenus habeantur.

193 Et quia iste, qui est sic deprehensus in hæretica prauitate, est excommunicatus, iuxta cap. Excōmunicamus. 1. & 2. de hæret. Et per abiurationem rediit ad gremium Ecclesiæ, ideo est ei absolutionis beneficium impendendum, iuxta cap. Vt officium, in princip. de hæret. lib. 6. Quare post prædictam abiurationem poterit ei dicere Inquisitor: Fili, quia tu credidisti & adhæsisti hæresibus supradictis, tu fuisti excommunicatus: quia omnis talis de iure est excommunicatus; sed nūc huiusmodi hæreses abiurasti, abnegasti, & reuocasti, ideo videris pœnitens, & conuersus, propter quod ego absoluam te à dicta sentētia excōmunicationis, & restituam te Ecclesiæ sacramentis, & amodo eris particeps bonorum Ecclesiæ; dumtamen attendas bene, quòd de corde vero, & fide non ficta reuersus sis ad Ecclesiæ vnitatem, & serues ea quæ tibi iniuncta per nos fuerint & mandata; aliàs non esses absolutus; sed confido quòd veraciter es conuersus, & tibi iniungendam pœnitentiam obseruabis; ideo volo te absoluere, flecte genua. Quo facto dicatur psalmus, Deus misereatur nostri. Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c. Et ne nos, &c. Saluum fac seruum tuum, & cetera, Deus meus, &c. Dominus vobiscum, &c.

Forma abiurandi.

Oremus.

PRAETENDE Domine famulo tuo dexteram cælestis auxilij, & vt te toto corde perquirat, & quę digne postulat, assequatur.

Oremus.

PRAESTA quæsumus Domine huic famulo tuo, dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cujus integritate fidei deuiauerat in hęresim incidendo, dono tuæ gratię, reformetur, Per Christum dominum nostrum. Amen.

Et addat sic: Et ego auctoritate Apostolica, qua fungor in hac parte, absoluo te à sententia excommunicationis maioris, qua fuisti innodatus, pro eo quia in damnatam hęresim credendo incidisti, & restituo te sacramentis Ecclesiæ, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

Quibus peractis dicat sibi Inquisitor: Fili, modo Ecclesia sancta Dei recepit te ad misericordiam, & es factus vnus de numero filiorum eius: sed vt melius caueas in futurum, & Deus indulgeat tibi tantum quod cōmisisti peccatum, & sis ceteris in exēplum, dominus Episcopus & Ego iniungemus tibi pœnitentiam, non tantam quantā meruisti, sed talem qualem valeas sustinere: & ne terrearis si tibi dura videatur, quia si bene perseueres, nobiscum misericordiam inuenies. Et tunc Inquisitor iniungat notario, vel illi religioso, seu clerico, cui sententiam tradidit perlegendam ibi in ambone præsenti, quòd legat eam, & statim feretur sententia per hunc modum.

Forma sententię contra eum, qui abiurauit vt hęreticus pœnitens.

NOs N. Episcopus talis ciuitatis, & Frater 194
N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hęreticæ prauitatis, in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, q̄ tu talis de tali loco, talis diœcesis, fuisti nobis publica fama referente, ac fide dignorum insinuatione, delatus de hæretica prauitatte, & quòd illa infectus fueris multis annis, in magnum tuæ animæ detrimentum: quę delatio præcordia nostra acrius vulneraut: Nos, quibus incumbit ex officio nobis tradito, sanctā fidem catholicam in cordibus hominum cōplantare, ac prauitatem hæreticam ab eorum mētibus eneruare †, volentes vt tenebamur & tenemur) in & super his certius informari, & videre si clamor ad aures nostras peruenerat, veritate aliqua fulciretur, vt si sic veritas se haberet, prouideremus de salubri remedio opportuno; descendimus ad inquirendum, testes examinandum, teque vocandum;

† al. extermināre.

Universidad de Deusto Biblioteca

dum; ac vt congruentius potuimus, in & ſuper contra te denuntiatis te interrogandum medio iuramento, & ad peragendũ omnia & ſingula, quæ per nos erant fienda, iuſtitia exigente, ac vt nobis mandant canonicæ ſanctiones. Sane cũ vellemus cauſæ tuæ huiuſmodi congruum dare finem, & videre clare, quod compertum fuerat, an ſcilicet, ambulares in tenebris, vel in luce; & an fores infectus hęreſis labe nec ne: proceſſus meritis actitatis, ſolemne tam in ſacræ theologiæ facultate, quàm in iure canonico & ciuili peritorum coram nobis conſilium ordinauimus congregari, ſcientes quòd ſecundum canonica inſtituta, integrum eſt iudicium †, quod plurimorum ſententiis confirmatur. Et habito in & ſuper omnibus & ſingulis actis & actitatis in cauſa præſenti, ſano, maturo, ac digeſto conſilio prædictorum; viſiſque ac diligenter inſpectis proceſſus meritis, omnibuſq; & ſingulis in eo contentis æqua lance libratis, inuenimus te propria confeſsione in iudicio recepta per nos medio iuramento, in multiplici prauitate hæretica deprehenſum. Nam inuenimus quòd tu per annos tot crediſti corde, & affirmaſti ore ſæpe & ſæpius, *quòd ſic & ſic; explicẽtur omnes hæreſes, in quibus incidit ſingillatim, verbi gratia, ſcilicet*, quòd dominus Ieſus Chriſtus non fuit Deus & homo, ſed tantum homo purus. Item quòd beata Maria mater pręfati domini noſtri Ieſu Chriſti non fuit ſemper virgo, ſed poſtquam Chriſtum virgo peperit, ipſa de Ioſeph alios filios generauit, & cet. *exprimantur omnes quæcunque ſint illæ, & etiam explicentur omnia, quę contra eum legitime ſunt probata. Et poſt ſequatur ſic.* Verum [c] cum miſericors & miſerator Dominus nonnullos prolabi permittat aliquando in hęreſes & errores, non ſolum vt viri catholici & litterati in ſacris eloquiis exercitentur; verum etiam vt ſic lapſi humiliores deinceps fiant, ac in pænitentiæ operibus exerceantur, eiuſdem proceſſus [d] meritis diligenter diſcuſsis reperimus, ꝙ tu ad informationem frequentem noſtram, & aliorum proborum, adhærendo conſilio ſaniori ad gremium ſanctæ matris Eccleſiæ, & ad eiuſdem vnitatem ſalubriter euolaſti; prædictos errores & hęreſes deteſtãdo, ac fidei ſanctæ catholicæ agnoſcens irrefragabilem veritatem tuis intimis viſceribus infigendo, propter quod te admiſimus ad abiuratoriam & adiuratoriam publicam cautionem, faciendo te in præſentiarum præfatas hæreſes, & omnem aliam hæreſim publice abiurare; qua expleta abſoluimus te à ſententia excommunicationis maioris, qua ex lapſu in hęreſim extiteras innodatus, & te reconciliando, ſanctæ matris Eccleſiæ reſtituimus eccleſiaſticis ſacramentis: dum tamen de corde vero, & fide nõ ficta redieris ad Eccleſiæ vnitatem, prout te feciſſe credimus & ſperamus. Sane cum indignum valde exiſtat dominorum temporalium iniurias vlciſci; Dominique cælorum & creatoris omnium iniurias æquanimiter tolerare, cum multo grauius ſit æternam †, quàm temporalem lædere maieſtatem; & vt ipſe peccatorum miſerator, tui miſereatur; & vt ſis ceteris in exemplum, & vt crimi-

† c. Prudentiã. de offic. delega.

† c. Vergẽtis de hæreſ.

A na non remaneant impunita, & vt efficiaris cautior in futurum, & vt non reddaris procliuior, ſed difficilior ad prædicta, & quæcunque alia illicita committenda:

Nos Epiſcopus & Inquiſitor iudices in cauſa fidei antefati, ſedentes pro tribunali more iudicũ iudicantium de prædictorum in ſacra theologia, atque iure conſilio peritorum, ſacroſanctis Euãgeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, habenteſque præ oculis ſolum Deum, ac fidei orthodoxæ irrefragabilem veritatem, te talem in noſtra pręſentia conſtitutum in hoc lo- B co, die, & hora tibi ad audiendam diffinitiuam ſententiam, ſeu iniungendam pænitentiam in antea aſsignatis, ſententialiter & taliter damnamus ac pęnitentiamus, ſolam tibi vitam de miſericordia relinquentes:

In primis, quòd mox induaris veſte liuida facta ad modum ſuperſigni militum, ſeu ſcapularis abſque capucio monachorum, habente cruces de panno croceo, vnam ante, & aliam retro, longitudinis trium palmorum, & ex tranſuerſo duorum palmorum, & latitudinis medij palmi: quã veſtem & cruces ſuper veſtes alias deferre habeas toto tempore vitæ tuę in ſignum pęnitentię: C & ſi deſtruatur, habere & deferre aliam tenearis, cum cruces ſint inſignia hominis pænitẽtis: quod abhorrere non debes, ſed diligere, quia Dominus Ieſus crucẽ in ſuis humeris humiliter baiulauit. Item te condemnamus, ac pænitentiamus, ꝙ mox hac prędicta veſte indutus, ponaris cum prędicta veſte & crucibus in porta tali huius eccleſiæ, tali in ſcala, in alto, & ibi ſtes vſque ad horã prandij, taliter vt videri poſsis ab egredientibus & ingredientibus euidenter, & poſt reducaris ad eundem locum & ſcalam indutus veſte prædicta & crucibus, in prima pulſatione Veſperorum, & illic taliter ſtes vſque ad ſolis occaſum. Item te ſentẽ- D tialiter condemnamus, ꝙ tali die Dominica ſeu feſtiua ſtes in porta talis eccleſię in ſcala in alto, à principio Miſſę maioris vſque ad finem, cum veſte & crucibus ſupradictis, & tali die Dominica vel feſtiua per modum conſimilem in porta talis eccleſię, & tali: *exprimantur omnes, vel multæ eccleſiæ parochiales & religioſorum, & præſertim illæ, in quibus maior populi confluit multitudo, & aſſignentur dies ſolemniores anni, ſicut Chriſti Natiuitatis, Apparitionis, Paſchę, Aſcẽſionis, Pẽteeoſtes, & quatuor feſtiuitates virginis glorioſæ, plus vel minus, vt culpa exegerit delinquentis.*

Item te ſententialiter cõdemnamus carceri tali E ad perpetuum, vt ibi ſemper pane doloris & aqua anguſtiæ crucieris. Retinentes [e] nobis ex certa ſcientia, & expreſſe, ꝙ poſsimus libere dictã ſententiam ſeu pænitentiam mitigare, aggrauare, cõmutare, tollere totaliter vel in parte; ſi & quãdo & prout nobis, & totiens quotiens videbitur faciendum. Lata fuit hæc ſententia.

Qua lata Inquiſitor aſſumet per puncta, & di- 195
cet ſententiato hęc vel ſimilia in effectu: Fili, ſententia vel pænitentia tua ſtat in hoc, ꝙ tu ſcilicet portes toto tempore vitæ tuæ cruces, & ꝙ ſtes in

ſcala

ſcala cum eis in porta talium eccleſiarum, & ꝙ ſis in carcere perpetuo ad panem & aquam: ſed fili, non ſit tibi graue, quia certifico te, quòd ſi patienter toleres, miſericordiam apud nos inuenies; nec dubites, nec deſperes, ſed firmiter ſperes.

Quibus dictis, ſententia executioni debitæ demandetur: & ſtatim veſtis prædicta ſibi induatur, & in ſcala in alto ponatur, vt ab egredientibus euidenter videatur, circundantibus eum miniſtris curiæ, hora autem prandij ducatur à miniſtris ad carcerem: & poſt fient alia prout ponuntur in ſententia.

Dum autem ipſe induitur, & ad portam eccleſiæ ducitur; Inquiſitor faciat tria.

Indulgentia

Primo largiatur quadraginta dies de indulgentia omnibus, qui prædictis actibus fidei in eccleſia interfuerunt.

Secundò indicet ibi publice, ꝙ omnes qui pręſtiterunt conſilium, auxilium, vel fauorem, ꝙ ille abiurauerit hæreſim, & ad Eccleſiæ vnitatem redierit, ſicut fuerunt denuntiantes, teſtificantes, cõſiliantes, culpas, abiurationẽ, & ſententiã legẽtes, ac miniſtri eum cuſtodientes, habuerunt ex parte domini noſtri Papæ tres annos de indulgentia.

Tertio inſinuet etiam omnibus, quòd quicunque ſcit aliquem hęreticum, ſeu de hęreſi diffamatum & ſuſpectum, & denuntiauerit ipſi Inquiſitori, quòd etiam habebit ex parte domini noſtri Papæ tres annos de indulgentia, & ſic conſiderent & denuntient, ſi aliquid ſciuerint vel audiuerint de prædictis. & ſic eſt finis.

196 Mitigari & mutari põt pęnitẽtia hæ re. cõuerſorũ

Conſiderãdum autem eſt, ꝙ Epiſcopus & Inquiſitor poſſunt in dicta ſententia ſeu pænitentia diſpenſare, mitigare, & commutare prout maior vel minor correctio, patientia, vel humilitas apparuerit delinquentis, iuxta c. Vt commiſsi. in princ.

Redeũtium hęreticorum differentiæ.

Attendẽdum tamen eſt, ꝙ tales in hæreſim deprehenſi, poſtquam redeuntes conuerſi ſunt, in ſua conuerſione differentes ſunt. Quidã namque ſunt, qui licet hæreſibus crediderint, ac eas dogmatizauerint, tamen cõtinuo vt ab Epiſcopis ſeu Inquiſitoribus deprehenſi ſunt, & de fidei catholicæ veritate, ac contrario eorũ, quæ ante crediderunt, informati ſunt, à ſuis erroribus reſiliunt, & abiurare errores illos conſentiunt, ac de facto faciũt, & cum his mitius eſt agendũ, & quo ad ſententiam & pænitentiã, & quo ad mitigationẽ eiuſdem pænitentiæ ſeu diſpenſationẽ ipſius: vnde cũ talibus leuius diſpenſatur, pręſertim quo ad carceris perpetui detruſionẽ, & panis & aquę perpetuã macerationẽ. In aliis autẽ etiã aliqualiter, ſed non totaliter, maxime in portatione crucum. Multũ.n. congruum eſt & vtile talibus, totã ciuitatẽ ſeu locũ eis pro carcere aſsignare: ſed cruces longo tẽpore deferre. Deportatio.n. crucum publica, & poteſt eſſe deferentibus multum ſatisfactoria, immo eſſet multum meritoria propter verecundiã, quam deferẽtes ſuſtinent ſatis magnam, & poteſt eſſe & eſt ceteris plurimum in exemplum, & [f] ſic in depoſitione earum difficiliter diſpenſatur.

De effectib. portandi crucem habitus pænitẽtialis.

De ſero redeuntib. quibus minus eſt fidendũ.

Quidam autem alij ſunt, qui & hęreſibus crediderunt, & eas dogmatizauerunt, ac deprehenſi ab Epiſcopis vel Inquiſitoribus in eiſdem ſunt, &

A de earũ prauitate & cõtraria catholica veritate plenius informati, reſilire ab erroribus nolũt, ſed per tempora contumaciter perſiſtunt, & tandem fortaſſe plus metu mortis, quàm amore veritatis reſiliunt, ſeu potius reſilire ſe fingunt, & abiurant: tales rariſsime veraciter conuertuntur, ſed ficte, & ſub agni ſpecie gerunt lupum: quare talibus ſic difficiliter abiuratis, non eſt fides magna adhibenda de eorum conuerſione, propter [g] quod cum eis cautius eſt agendum, nec ſunt faciliter à carcere liberãdi, ſed potius per annos plures, ſeu perpetuo in eiſdem detinendi, ne alios inficiant; nec debẽt permitti intrare ad eos mulieres, quia fragiles ſũt, B & faciliter peruertuntur, nec viri ſimplices, ſed tãtũ viri catholici & approbati zelatores fidei, nullatenus de fide ſuſpecti: tales namque multos deceperunt, multoſque infecerunt, & fraudes quãplurimas cõmiſerunt, ac frequentius, & vt in plurimum recidiuarunt, & ad vomitum redierunt, & relabentes & impænitentes ignibus ſunt conſumpti, vt experiẽtia rerum magiſtra docet, & docuit in diuerſis mundi partibus euidenter.

Pulchra auctoris documẽta, diligẽter aduertenda.

COMMENT. XLIIII.

R*Etulit hunc modũ etiam Tabienſis in ſum. verbo, Inquiſitor. §.19. & Iacobus Sprenger in* C *malleo malleficarum 3.par.q.27. & Syluester lib.3. de ſtrigibus cap.4.puncto 10. & Locatus in fine operis iudicialis, in forma ferendæ ſententiæ, ſeu iniungendi pænitentiã ei qui per teſtes cõuictus eſt in hęreſim incidiſſe, ſed pęnitet, nec eſt relapſus, & alij.*

Num. 188.

a ¶ Illas crediderit, dogmatizauerit, multoſque induxerit in errores.] *Hic locus manifeſtę indicat Eymericum ſentire, dogmatiſtam, ſiue magiſtrũ errorum conuerti volentem, recipiendum eſſe ad Eccleſiæ gremium: quam ſententiam non eſſe ſimpliciter explodendam, (vt quidam putant) abũde docuimus ſupra par.2. ſuper quæſt.39.*

Dogmatiſta ex ſententia Eymerici recipiendus ſi cõuertatur.

Num. 190.

b ¶ Interrogabit eum dicens: ſtant ne iſta omnia D in veritate ſicut lecta ſunt?] *Sane ſiue pręſumat Inquiſitor reum libere dicturum veritatem, quia bene conuerſus videatur, ſiue negaturum, nullo pacto debet eum interrogare, an crimina obiecta & publicata ita ſe habeãt, nec ne: quoniã grauiſſimũ inde poſſet naſci incommodum. ſi.n. reus malo ſpiritu agitatus, coram populo negaret ea ita ſe habere, in dubiũ reuocarentur quę magno labore ſunt inuenta, & inquiſita; ac multitudo plebeia non leuiter etiam commoueretur. ergo ſeu ſperet confeſſurum, ſeu ſecus, tutius eſt ſemper talem omittere interrogationem. vidi ego quandoque eos qui coram vno, aut altero libere recitauerant ſuos errores, poſtea ob verecundiam fortaſ-* E *ſis, aut alios affectus magnopere expaueſcere eoſdẽ coram alijs, aut pluribus referre.*

Ad hęc: quamuis qui ita interrogaretur, nõ negaret probata crimina; poſſet tamen ſe excuſare, aut alio modo ſe fingere innocentẽ: quod omnino vitandum eſſe in hac cauſa monuit iam olim frater ille Iuonetus ſæpe citatus in ſum.par.5.cap.2. cuius fragmentũ extat in codice illo bibliothecę Vaticanæ; vbi tit. Qualiter examinãtur hęretici, ita habet: Et caueatur ne permittatur excuſare ſe, vel alio modo ſe innocentem fingere, ne populus ſcãdalizetur pu-

tantes

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantes eum iniuste damnatum. *hæc ille.*

Num.194. c ¶ Verum cum misericors & miserator Dominus nonnullos prolabi permittat aliquando in hæreses, &c.] *Sæpe monui Eymericum reconditæ eruditionis suæ semina vbique spargere: nam hoc loco quasi aliud agēs breuissime indicat quę vtilitates ex hæresibus oriantur, de quibus grauiter & vere beatus Tho. 2.2.q.11.art.3.ad secundum argumentum. plene quoque disserit Ioannes Turrecrem.in sum.de ecclesia lib.4.par.2.cap.5.*

Quot & quæ lia cōmoda ab hęresibus oriantur.

Ac in summa tria potissimum commoda pariunt hæreses, quorum duo tantum hic recēset Eymericus: primum est, intelligentia diuinarum scripturarum, & fidelium exercitatio in illis percipiendis, dum vigilanter inquirūt Spiritus sancti recondita mysteria, de quo multis locis disseruit Augustinus, sed nusquā luculentius, quàm tom.8. in psalmum 67. super illo versiculo: Congregatio taurorum, &c. *quem locū, quia valde est in hac causa insignis, referre placuit, habet autem ita:* Multi sensus scripturarū sanctarum latent, & paucis intelligentioribus noti sunt, nec asseruntur commodius & acceptabilius, nisi cum respondendi hæreticis cura compellit. Tūc enim etiam qui negligunt studia doctrinæ, sopore discusso, ad audiendi excitantur diligentiam, vt aduersarij refellantur. Denique quàm multi scripturarum sanctarum sensus de Christo Deo asserti sunt contra Photinum, quàm multi de homine Christo contra Manichæum, quàm multi de Trinitate contra Sabellū, quàm multi de vnitate Trinitatis cōtra Arianos, Eunomianos, Macedonianos, quàm multi de catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de malorum commixtione vsque in finem sæculi, ꝙ bonis in sacramētorum eius societate non obsint, aduersus Donatistas & Luciferianos, aliosque si qui sunt, qui simili errore à veritate dissentiunt: quàm multi contra ceteros hæricos, quos enumerare, vel cōmemorare nimis longū est, & præsenti operi non necessarium. quorum tamen sensuum probati assertores aut prorsus laterent, aut non ita eminerent, vt eos eminere fecerunt superborum contradictiones. *hactenus ibi Augustinus. quibus adde id quod idem docet in libro de vera religione, cap.8. in hęc verba:* Quapropter multi, vt diem Dei videant, & gaudeant, per hæreticos de summo excitantur. Vtamur igitur etiam hæreticis, non vt eorum approbemus errores, sed vt catholicam disciplinam aduersus eorū insidias asserentes, vigilātiores & cautiores simus, etiamsi eos ad salutem reuocare non possimus. *hęc ille. quæ ꝺ ymericum hoc loco non latuerunt.*

Insignis Augustini locus de cōmodis quę oriūtur ab hęresibus.

Alterum commodum ostendit hic auctor, dū ait: Verum etiā vt sic lapsi humiliores deinceps fiant, ac pœnitentiæ operibus exerceantur. *fit enim sæpe multos eorum, qui in hereses labūtur, & vere cōuertuntur, ita pœnitētiæ operibus insistere, ac vetera dæmonis opera detestari, vt & ipsi non modo sibi, verū etiam humilitatis & veræ pœnitentiæ exemplo alijs prosint vehementer.*

Tandem illud est ingens & hæresibus commodū, quod diuus Paulus commemorat 1.ad Corinth.cap. 11. dicens: Vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. *quasi dicat: constantia fidelium roboratur, vt interpretatur præcitato loco diuus Thomas. & hoc plane commodum ex hæresibus prouenientes apertissime testantur insignia & clarissima supplicia Martyrum, ab exordio nascentis Ecclesiæ vsque ad nostra tempora, qui potius miris carnificum cruciatibus affici se passi sunt, quàm Christi fidem violare, vel negare.*

Dogmata præterea fidei catholicæ, quę hæretici subuertere nituntur, firmius roborantur & stabiliuntur. vnde apud Euagrium lib.1. hist. Ecclesiasticæ, cap.11. de hac re legimus ita: Et ob hanc causam dictum est ab Apostolo planissime: Oportet hæreses in vobis esse, vt qui probati sunt manifesti fiant. Atque in hoc etiam arcanam Dei sapientiam licet admirari ad diuum Paulum sic loquentis: Virtus mea in infirmitate perficitur. Ex quibus namque rebus Ecclesię disrupta sunt membra, ex eisdem recta dogmata, quæ in nullam reprehensionē possunt incurrere, accuratius limantur, & reponuntur integrius, & Ecclesia catholica indies crescit, & ad cælum quodammodo extollitur. *hactenus ibi. Alia cōmoda refert Turrecremata præcitato loco, sed illa facile ad hæc tria enumerata referri possunt.*

d ¶ Eiusdem processus meritis diligenter discussis, reperimus, quòd tu ad informationem frequentem nostram, & cet. adhærendo consilio saniori, & cet. ad gremium sanctę matris Ecclesię, &c. euolasti.] *Ex his verbis, & ex illis paulo antea appositis, videlicet:* Nam inuenimus, ꝙ tu per annos tot credidisti corde, &c. *videtur apertissime sentire Eymericus, ꝙ sententia, qua lapsi in hæresim reconciliantur, debeat continere talem conuersum hæreticum fuisse. de hac enim re non mediocris olim inter viros insignes extitit controuersia. nam primus omnium, quod ego sciam, Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores. q.15. cap.19. tales reeuntes non esse pronuntiandos hæreticos, scripsit in hunc modum:* In ferendis autem sententijs, seu potius pœnitentiis iniungendis in eos, vel eis qui redierint, non credo ꝙ sint hæretici, vel credenres pronuntiandi; quia non sunt tales, vt probatur 24.q.vlt. dixit Apostolus.. in fine capituli, nec pronuntiādum est fuisse, quia nec est modus pronuntiandi in iure. dicetur ergo sic: quia te inuenimus per testium, vel tuam confessionem hæreticum, vel hæreticos adorasse, vel similia perpetrasse; nunc vero saniori consilio vsus, ad vnitatē Ecclesiæ (prout asseris) de corde bono & fide nō ficta vis redire: ideo te, in primis abiurata à te omni hæretica prauitate secundum formam Ecclesię ab excōmunicationis vinculis, quibus tenebaris astrictus, absoluimus; si tamen ad eam ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata seruaueris. *hęc ille. cuius sententiam eisdē prorsus verbis sequitur Archidiaconus in c.vt commissi.de hæret. lib.6. & Zanchinus tract.de hæret.cap.41.§. dictum fuit. & Gondissaluus tract.de hæ.q.20.nu.8. & Squillacensis tract.de fide catho.cap.27. & quidam alij.*

Sed verior sententia est, quam videntur sequi hoc loco Eymericus, & tenent Ioannes And. & Gemmianus in dict.cap.vt commissi. dicentes, Inquisitores nostri temporis bene pronūtiare illum fuisse hæreticum, reticum, neque aliquid esse quod obsistat; immo Simancas de catho. instit.tit.60.nu.5. qui hanc sententiam amplectitur, addit prima instructione Hispalensi cap.10. cautū esse, vt qui reincorporantur, vel vniuntur Ecclesię, declarentur fuisse hæretici, vel apostatę, & incidisse in pœnas à iure statutas: quia tamen dicunt se velle puro corde & fide non ficta redire ad Ecclesiam, iudices absoluunt eos ab excōmunicatione, & reconciliant eosdem Ecclesiæ, si ita est, vt asserunt, ꝙ absque vlla simulatione vere conuertuntur. & hanc sententiam comprobat cōmunis Inquisitionum vsus.

Cur sententia conuersorū, sub conditione profertur.

Cur autem apponantur illę conditiones: si tamen ad eam ex corde redieris, & fide non ficta, & iniūcta tibi mandata seruaueris, *docet idem Fulcodius præcitato loco in hęc verba:* Nec miremur de illis conditionibus, si tamen, &c. causa enim tollendę quęstionis expedit eas poni: vt si forte non seruauerint, appareat eos non fuisse absolutos. *hęc ille. Idem Geminianus, & alij in dict. cap. vt commissi. §. necnon, de hæret.lib.6.*

Num.194. e ¶ Retinentes nobis ex certa scientia, & expresse, quòd possimus libere dictam sententiam, seu pœnitentiā mitigare, aggrauare, commutare, &c.] *Hoc est insigne Inquisitorum priuilegiū, vt etiā post sententiam pronūciatam iurisdictio eorum in eadem causa non expiret, vt copiose docet Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q.13. quem sequitur more suo Archidiaconus in cap. vt commissi. de hæret lib.6. licet ea, quæ dicunt, indigeant animaduersione.*

Pronuntiata sententia durat Inquisitorum iurisdictio, & pœnitētias possūt aggrauare, minuere, &c.

Et valde æquum est, vt inter cetera Inquisitores aggrauare quandoque possint iniunctas pœnitentias, ne delinquentes facilitate fortassis & exiguitate iniunctarum pœnitentiarum elati, aut indeuoti effecti facile relabantur; asperitate enim facilius in debito iustitiæ officio continebuntur.

Quod vero hic docet Eymericus nō est temere ab ipso confictum, cum & olim in concilio Narbonensi idem cautum fuerit cap.7. in hæc verba: Illa semper retentione caute adhibita, vt liceat vobis, seu aliis Inquisitoribus, seu quibus hoc Romana Ecclesia, vel illi cui ex officio competit, duxerit committendum, pro vestro & illorum arbitrio, ac voluntate, iniunctis pœnitentiis addere, vel detrahere ex causa rationabili quandocunque. *hactenus ibi.*

Immo & concilium Biterrense cap.22. addit posse quandoque absque causa expressa augeri pœnas, cum negotio fidei visum fuerit expedire. ait enim ita: Ac semper vobis potestate retenta, vt si videritis negotio fidei expedire, sine noua etiam causa possitis ad carcerem reducere supradictos. *hæc ibi. quod ita est accipiendum, vt pœna pœnitentibus augeatur, aliquæ semper causa rationabilis, iuxta dispositionem concilij Narbonensis interuenire debet; nō tamen necesse est, quòd illam causam præbeant semper ipsi pœnitentes: satis enim erit quandoque si hoc fidei negotio expediat. nam si ex liberatione alicuius pœnitentis damnati ad perpetuum carcerem, timeretur probabile aliquod periculum, quod in detrimentum fidei posset redundare; sane tūc is in carcerem iterum detrudi posset: atque hoc vult concilium Biterrense: quod non est contemnendum, cum quandoque hi casus accidere possint. neque tunc iniuste quidquam committitur, cum causa religionis et fidei (quę cunctis rebus præferenda est. l. sunt personę. ff. de religiosis & sumpt. func.) hoc ita fieri postulet, ac persuadeat.*

Diligenter tamen est obseruandum, quod dicit cōcilium, videlicet: vt si videritis negotio fidei expedire: *nam nisi causa fidei id postulet; non potest iuste Inquisitor ob alias causas eum cui semel condonauit carceris pœnam iterum in carcerem detrudere.*

Quæ causæ sint rationabiles ad augēdam, vel minuendam pœnitentiam.

Quæ autem sint causę rationabiles ad augendam, vel minuendam, vel penitus tollendam pœnitentiam, prudens Inquisitor cōsiderabit, spectata pœnitentiæ, seu conuersorum conditione, natura, & humilitate: nam, verbi gratia, detrahere poterit iniunctis pœnitentijs, easque minuere, seu etiam tollere ob infirmā valetudinem, vel etiam ob insignem pœnitentis humilitatem & veram cōuersionem. sunt enim quidam, qui post lapsum ita vetera scelera detestantur, vt asperrimam sponte agant pœnitentiam, & etiam maiorem quàm illis fuerit iniuncta: his enim tunc aut minui poterit, aut mutari in aliam leuiorem, aut tolli: quod eleganter ostendit Eymericus paulo post. nu.196. vers. considerandum autem est.

Addet vero, seu aggrauabit pœnitentias ob conuersorum indeuotionem, malitiam, cōtentionem, seu rixam & similia, quę mentem & animum eorum indicant parum obedientem Dei legi, & iniunctis sibi mandatis.

Denique, vt vno verbo dicam, in aggrauando hāc regulam puto obseruandam, vt augeatur pœna, & talis imponatur, quę sit contraria ei actui. quo reus delinquit, vt amplius docui supra in hac 3. par. num. 18. Ad hunc etiam locum illustrandum spectant ea quę dixi infra super quæst. 86. cum agerem de potestate Inquisitorum in augendis statutis pœnalibus cōtra hæreticos.

Inquisitor nō retenta facultate pōt pœnitentias aggrauare, mutare, &c.

Sed quid si Inquisitor propter obliuionē, aut alias causas hanc potestatem expresse sibi non reseruauerit, poterit ne nihilominus pœnitentias augere, mutare, tollere, vel minuere? Et verius est adhuc posse: quod voluit & vere Eymericus supra in septimo modo processum fidei terminandi in vltimis verbis, ibi: Quia potestatem habet Episcopus & Inquisitor, etiam si non retineant, & hoc de iure, vt in c. vt cōmissi. de hæret. lib.6. *hæc ille. cuius sententia verissima est: tutius tamen est expresse retinere, vt iubent præfata concilia.*

Iam Inquisitores iure communi hanc habent potestatem super omnes pœnitentias iniunctas. ceterū in Hispania super quibusdam pœnitentijs inferiores Inquisitores, postquam iniunctæ sunt, nullum habent arbitrium absque generali Inquisitoris eorum regnorum facultate; quæ qualia sint, suis locis indicabimus.

Num. 196. In deponēda veste crucib. signata difficulter dispensat, & quare

f ¶ Et sic in depositione earum difficiliter dispensatur.] *Hic locus de gestādis vestibus cum crucibus depictis, & de dispensatione super depositione earundem crucum, valde est considerandus, cui similia prorsus scribit Auctor repertorij Inquisitorum verbo, signum. §. nota quòd bonum esset. notandę vero in primis sunt causæ, cur super deponendis crucibus difficul-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

difficulter fieri debet dispensatio, inter quas illa potissima est, quia multum potest gestantibus prodesse propter verecundiam: vnde si patienter eam tolerent, valde erit illis meritoria. huc accedit, quoniam huius etiam vestis, seu sacci gestatio multū est apta ad agendam facilius quamlibet pœnitentiam. vide Simancam de catholica institutione titu. 47. nume. 10.

Cruces damnatorum nō facile amouēde ab ecclesijs vbi fuerūt suspēsæ.

Iam quod hic refert Eymericus de non concedenda facile dispensatione in deponendis crucibus, locum etiam habet cum cruces pœnitentium suspensæ sunt in ecclesijs illis, in quarum parœcijs habitabāt illi: neque enim inde facile debent amoueri, immo si vetustate labantur, renouandæ sunt, inscriptis nominibus illorum, quorum palliamenta fuerunt, vt extent in perpetuum ea signa & monumenta impietatis, & eo horrendo & formidando infamiæ spectaculo homines à committendo tam graui scelere auocentur. neque hoc est recens inuentum, vt alibi plenius dixi. interim videto Simancam de catho. instit. tit. 47. num. 13.

Iure cōmuni quilibet Inquisitores dispensant in depositione crucum.

Tametsi vero Eymericus difficulter dispensari dicat: at non ait nullo modo dispensari. verum cause ad hanc dispensationem concedendam magnę concurrere debent, possuntque dispēsationem hanc concedere iure communi quilibet Inquisitores per textum in cap. vt commissi. §. illorum. de hæret. lib. 6. quod & velle videtur hic Eymericus. atque hęc sententia vera est. Iacobus tamen Simancas de cathol. institu. tit. 47. num. 12. asseruit, Inquisitores ipsos non posse moderare tempus præfinitum ad hunc vestitum ferendum; cuius sententia in solis Hispaniæ Inquisitoribus locum habet, cum ibi hoc sit reseruatum Inquisitori generali: sed nos communis iuris regulas sequimur, nec priuatas Inquisitionum sanctiones velut leges generales & vbique obseruandas putamus, tametsi illis vtendum velut aquis & iustis sæpe moneamus, vt in præfatione operis docuimus.

Hoc tamen addiderim, tutissimum mihi videri, vt ceteri Inquisitores antequam in depositione crucum dispensent, consulant Sacrosanctę & generalis Romanę Inquisitionis Senatum, expositis breuiter causis cur ea dispensatio facienda videatur: quamuis vbi iustissima visa fuerit, per se id efficere possint.

Num. 196. g ¶ Propter quod cum eis cautius est agendū; nec sunt faciliter à carcere liberandi, & cetera.]

Qui difficulter cōuertuntur, difficulter sūt à carcere ppetuo liberandi.

Hic locus de secundo genere conuersorum, videlicet eorum, qui sero & tarde post multas admonitiones reuertuntur, diligentissime est obseruandus ob periculum, quæ hoc ipso loco recenset auctor: quod videtur accepisse ex concilio Biterrensi cap. 23. vbi ita scriptum est: Curetis tamen vt talibus immurandis, fiant iuxta Sedis Apostolicæ ordinationem separatæ & occultæ camarulæ, sicut fieri poterit in singulis ciuitatibus diœcesum corruptarum, vt alterutrum, vel se vel alios peruertere nequeāt. *hactenus ibi. Sed de hac re plura sumus dicturi in sequentibus, ex quibus hic locus amplius illustrabitur. adde Albertinum in repetitione cap. quoniam. de hæret. lib. 6. quæst. 12.*

A *De nono modo terminandi proceſſum fidei in caſu relapſi pœnitentis.*

NOnus modus proceſſum fidei terminandi & finiendi eſt, quando delatus de hæretica prauitate, proceſſus meritis diligenter diſcuſsis, cum bono conſilio in iure peritorum, reperitur confeſſus hęreſim & pœnitens, ſed relapſus realiter; & hoc eſt quando delatus ipſe confitetur iudicialiter coram Epiſcopo & Inquiſitore aliàs ſe abiuraſſe omnem hæreſim, & ita legitime reperitur; & quòd poſt credidit illi tali hęreſi ſeu errori, vel quòd ſpecialiter aliquam hæreſim abiurauit, & poſt rediit, & credidit in eandem: Sed poſt adhęrens conſilio ſaniori pœnitet, credit catholice, & reuertitur ad Eccleſiæ vnitatem: Tali enim non ſunt, ſi humiliter petat, denegāda † Pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſacramenta: ſed quantūcunque pœniteat, nihilominus vt relapſus eſt tradendns brachio ſæculari vltimo ſupplicio feriendus: hoc autem intelligitur vbi reperitur quòd abiurauerit tāquam deprehenſus in hæreſim, ſeu tamquam ſuſpectus de hæreſi vehementer, non autem leuiter tantum. 197

† cap. ſuper eo. de hęret. lib. 6.

Circa[a] autem iſtum talis practica eſt ſeruāda: Nam concluſio in conſilio peritorum maturo pariter & digeſto, & ſi oportuerit replicato, quòd prædictus delatus de iure eſt relapſus, Epiſcopus & Inquiſitor mittent ad dictum delatū relapſum in carcere incluſum, duos vel tres probos viros, & præſertim religioſos, vel clericos fidei zelatores, eidem relapſo non ſuſpectos ſeu ingratos, ſed familiares & gratos, & iſti intrabunt ad eum captata hora competenti, & loquentur ſibi de contemptu mundi, & miſeriis vitæ præſentis, & gaudiis ac gloria paradiſi. Et demum his præmiſſis indicabunt ſibi ex parte Epiſcopi & Inquiſitoris, ꝙ non poteſt euadere mortem temporalem; & ideo quòd curet de ſalute animæ ſuæ, ac diſponat de peccatorum ſuorum confeſsione, ac ſacramēti Euchariſtiæ receptione: & iſti frequentabunt eum, inducendo illum ad pœnitentiam & ad patientiam, confirmantes eum pro viribus in catholica veritate, taliter vt ipſum diligenter faciant cōfiteri, ac conferri eidem petenti humiliter Euchariſtię ſacramentum: nam huiuſmodi ſacramenta non ſunt talibus deneganda, iuxta c. Super eo. de hæret. lib. 6.

Quibus ſacramētis receptis, eoque bene diſpoſito ad ſalutem iudicio prædictorum; poſt duōs vel tres dies, in quibus per prædictos in fide catholica confirmetur, & ad pœnitentiam patientiamque inducatur; Epiſcopus, & Inquiſitor mā dabunt Balliuo loci, vel Poteſtati curię ſæcularis, ꝙ die tali & hora, ſcilicet, non feſtiua; ſit cum ſua familia in tali platea ſeu loco, extra eccleſiam tamen, ad recipiendum de foro ſuo quendam relapſum, quem ipſi Epiſcopus & Inquiſitor tradēt ei; & nihilominus ꝙ die præfixa de mane ſeu præcedenti, faciat publice præconizari per ciuitatem ſeu locū in locis illis ſeu vicis, in quibus præconizationes

zationes alię communiter conſueuerunt fieri, ꝙ talı die & hora, & in tali loco Inquiſitor pro fide ſermonem faciet, & quòd Epiſcopus & Inquiſitor condemnabunt quendam relapſum in hęreticam prauitatem: tradendo eum curiæ ſæculari.

198 Relapſus ſi fit in ſacris, degradandus eſt, &c.

Conſiderandum[e] autem hic eſt, quòd iſte, qui ſic relapſus eſt, ſi fuerit in ſacris ordinibus conſtitutus, vel aliàs ſacerdos, vel cuiuſcunque ordinis ſeu religionis obumbratione fuſcatus, antequam tradatur, eſt totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudandus, & ſic omni beneficio & officio eccleſiaſtico ſpoliatus, relinquatur ſęcularis arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus: vt in c. Ad abolendā. §. præſenti. de hęre. Cum igitur talis eſt à ſuis ordinibus degradandus, & curię ſæculari relinquendus; Epiſcopus conuocet prælatos, Abbates, & viros religioſos ſuæ diœceſis: quia licet non olim, nunc tamen ſolus Epiſcopus cum prælatis, & aliis viris religioſis & peritis ſuæ diœceſis poteſt in ſacris ordinibus cōſtitutum degradare, cum eſt relinquendus brachio ſæculari, vel perpetuò immurādus pro hęretica prauitate, iuxta c. Quoniam. de hæret. lib. 6.

† Apte dicit, relinquēdo, quia laicus cum ſemper ſuerit de foro ſæculari, nō traditur, ſed relinquitur, Glo. in c. Ad abolendam. ver. laicos de hęret.

Adueniente autem die præfixa pro degradando relapſo, ſi fuerit in ſacris ordinibus cōſtitutus, ac tradendo brachio ſęculari: aut relinquendo †, ſi fuerit laicus, ad audiendam diffinitiuam ſententiam aſsignata in aliqua platea ſeu loco extra Eccleſiam, populo cōgregato, & facto ſermone per Inquiſitorem, ac ipſo relapſo inibi in alto conſtituto, & præſente curia ſæculari: ſi degradandus ipſe relapſus fuerit, ipſe Epiſcopus in Pontificalibus indutus, & prælatis ſuæ diœceſis eidem aſsiſtentibus, ipſum degradandum coram exiſtentē, & indutum ac diſpoſitum ſicut ſi deberet in ſuo ordine miniſtrare, à ſuo ordine degradabitur, & à ſuperiori ordine incipiendo, & ſic gradatim vſque ad infimum. Et ſicut conferendo ordines vtitur Epiſcopus verbis ad hoc ꝓ eccleſiā ordinatis: ita degradādo in qualibet depoſitione, & caſulæ, & ſtolę, & ſic de aliis, poterit vti aliquibus verbis contrariis primis. Qua quidē degradatione facta, vbi fienda ſit, per modū, ſecundum quem de iure, ſeu conſuetudine eſt fienda: Inquiſitor mandabit notario ſeu religioſo vel clerico, quòd legat ſentētiam: quę ſententia, ſiue fuerit relapſus laicus, ſiue clericus degradandus, feretur per modum tenoris ſequentis.

Forma ferendi ſententiā contra eū, qui in hęreſim eſt relapſus, ſed pœnitens, & vt relapſus traditur curię ſeculari.

199 NOs N. miſeratione diuina Epiſcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prędicatorū Inquiſitor hęreticæ prauitatis in terris talis domini ditioni ſubiectis, à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus.

ATTENDENTES legitime informati, ꝙ tu talis de tali loco, & talis diœceſis, fuiſti coram nobis, *ſi ita fuit*, ſeu corā talibus Epiſcopo & Inquiſitore delatus de tali hęretica prauitate, *ſeu talibus, explicentur*, in quibus hæreſibus vt legitime fuit compertum, fuiſti confeſsione propria deprehenſus, ac etiā teſtibus conuictus, & ꝙ in illis perſtiteras tanto tēpore animo indurato, *dicatur prout fuit*, ſed poſt adhęrens (vt videbatur) conſilio ſaniori, illas hęreſes in tali loco publice abiuraſti, abnegaſti, & reuocaſti in forma Eccleſiæ conſueta; propter quæ prædicti Epiſcopus & Inquiſitor credentes te veraciter conuerſum ad gremium ec cleſiæ ſanctæ Dei, te ab excommunicationis ſententia, qua conſtrictus tenebaris, abſoluentes (ſi tamen de corde vero & fide non ficta reuerſus eſ ſes ad ſanctæ Eccleſiæ vnitatem) iniunxerunt tibi pœnitentiam ſalutarē: Verum poſt omnia ſupradicta, & tot annorum curriculis iam elapſis, nunc nouiter iterum delatus nobis fuiſti & extitiſti, ꝙ iterum inciderās in tales hęreſes abiuratas, *explicentur*: Noſque, licet diſplicenter, de te talia audiſſemus, tamen iuſtitia nos cogēte, deſcendimus ad inquirendum, teſtes examinandum, teque vocandum, & interrogandum medio iuramento, necnō ad omnia, & ſingula facienda, quæ per nos fienda erant ſecundū canonica inſtituta: Sane cum vellemus præſentem cauſam fine debito terminare, ſolemne cōſiliū tam in theologiæ facultate, quàm in iure canonico, & ciuili peritorum, iuſsimus cōgregari, & habito prædicto cōſilio maturo pariter & digeſto in & ſuper omnibus & ſingulis actis & actitatis; ac viſis & diligenter diſcuſsis proceſſus meritis, & omnibus & ſingulis actis & actitatis, æqua lāce libratis, prout fieri exigebat, reperimus legitime tam per teſtes, quàm per propriam tuam confeſsionem iudicialiter receptam, ꝙ reincidiſti in hæreſes abiuratas: Nam reperimus, ꝙ talia & talia dixiſti, vel feciſti, *explicentur omnia*, propter quæ & merito, de prædictorum conſilio te habuimus, & habemus pro relapſo iuxta canonica inſtituta †; quod dolenter referimus, & referendo dolemus: Sed quia ad informationem noſtram, & proborum virorum catholicorum, diuina gratia inſpirante, iterum es reuerſus ad gremium Eccleſiæ, & ad eiuſdem vnitatem, prædictos errores & hęreſes deteſtando, & credendo catholice, fidēq; catholicam proteſtando, admiſimus te ad recipiēdum Pœnitentiæ, & Euchariſtię petita per te humiliter eccleſiaſtica ſacramenta: prout relapſis pœnitentibus, & humiliter petentibus concedunt canonicæ † ſanctiones. Verum cum Eccleſia Dei in te, & circa te non habeat vltra quid faciat, cum ita miſericorditer ſe habuerit erga te (vt prædiximus) & tu illa abuſus fueris in abiuratas hęreſes incidendo: ea propter, nos Epiſcopus & Inquiſitor iudices antefati ſedētes pro tribunali more iudicum iudicantium, ſacroſanctis Euangeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei iudiciū noſtrū prodeat, & oculi noſtri videant æquitatem, habēteſque præ oculis ſolum Deum, & ſanctæ fidei irrefragabilem veritatem, ac extirpationem hęreticæ prauitatis: te talem hoc loco, die, & hora tali, tibi ad audiendam diffinitiuam ſententiam in antea aſsignatis, ſentētialiter iudicamus eſſe veraciter relapſum in hęreticam prauitatem, licet pœnitentem,

† cap. Accuſatus §. 1. & 2. de hęre. li. 6.

† cap. Super eo. de hæret. lib. 6.

tentem, & vt veraciter relapsum in eandem, de foro nostro ecclesiastico te proiicimus & relinquimus, seu brachio sæculari tradimus. Rogamus † tamen & efficaciter dictam curiam sæcularem, ꝙ circa te, citra sanguinis effusionē, & mortis periculum sententiam suam moderetur.

† Iurta c. Nouimus: de verb. sign.

Et tunc Inquisitor conferat indulgentiam consuetam, scilicet quadraginta dierū, omnibus, qui eius sermoni interfuerūt, & sententiæ antedictis: & notificet (vt supra aliàs dictū est) ꝙ omnibus, qui dederunt auxiliū, consilium, & fauorem, vt dictus relapsus ad fidem conuerteretur, confert dominus noster Papa tres annos de indulgentia: & sic Episcopus & Inquisitor recedant, & curia sæcularis suum officium exequatur.

200 Attendendum est tamen, ꝙ quamuis Episcopus & Inquisitor debeant esse summopere diligētes, & per se & per alios facere, vt relapsus pœniteat, & ad fidē catholicā reuertatur: tamen postquam pœnituerit & conclusum fuerit in consilio, ꝙ licet pœniteat, nihilominus veraciter est relapsus, & vt talis tradendus est brachio sæculari: ipli personaliter, ꝙ tali sententia debet plecti, eidem non indicent: quia facies iudicis terret condemnandum: & verba sua magis inducunt plectendum ad impœnitentiam, quàm ad patientiam: nec ex tunc, nec ante sententiam, nec post, eum sibi faciant præsentari, vt non moueatur animo contra eos, ꝙ in casu tali mortis diligentius est cauendum: sed (vt est dictum) mittāt ad eum aliquos probos viros, præsertim religiosos, seu clericos et non ingratos, qui futuram sententiam atque mortem infligendam indicent, eum in fide confirment, ad pœnitentiam exhortentur, & post sententiam eum associent, consolentur, & cū eo exorent, & ab eo non recedant donec spiritū reddiderit Creatori: qui d tamē sint cauti & auisati, ne quid agant, seu dicāt, propter quod relapsus morte præueniatur, & ipsi efficiantur irregulares, & vnde deberent meritum reportare, deferant secum pœnam pariter atque culpam.

Considerandum etiam est, ꝙ tales sententię tradendi aliquem curiæ sæculari non consueuerunt fieri die festiuo, vel solemni, nec in Ecclesia, sed extra in aliqua platea: quia sententia est, quæ ducit ad mortem: & honestius est, quòd feratur in die feriali, & extra Ecclesiam, cum dies festiua & Ecclesia sint Domino dedicata.

COMMENT. XLV.

RESert Tabiēsis in sum. verbo, Inquisitor. §. 21. & 22. *Locatus in fine operis iudicialis. in forma sententiæ contra confessum & pœnitentem, sed relapsum. & Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum 3. par. q. 28. Repertorium Inquisitorum verbo sententia. §. sequitur sententia condemnatoria. & Syluester de strigibus lib. 3. cap. 4. puncto xj. ac de relapsis quidem copiose Eymericus parte 2. q. 58. vbi diximus, quæ hoc loco non sunt inutiliter iterum repetenda.*

Num. 197. Diligenter enitēdum vt

a ¶ Circa autem istum talis practica est seruanda. *Quicunque post Eymericum de hæreticorum pœ-*

A *nis scripserunt, in hoc consilio eum sunt penitus secuti: quamuis magna ex parte tacito huius auctoris nomine. laudat tamen Campegius apud Zanchinum cap. 16. vers. relapsus recipiatur. ac plane valde cōsentaneum est rationi, vt tam diligens opera adhibeatur ad conuertendum relapsum priusquam curiæ sæculari tradatur, ne anima eius ex hoc sæculo migratura, quę cuuctis rebus est præferenda. l. sanctimus. C. de sacrosan. Ecclesijs. naufragium faciat. Ad hæc, quę in principio huius modi tradit Eymericus, & de tradendo relapso licet pœnitente curię sęculari, & de concedendis ei Pœnitentię & Eucharistiæ sacramentis iterum repetit infra in hac parte, q. 99. &* B *100. quibus locis nonnulla addidimus.*

relapsus curiæ sęculari tradēdus cōuertatur.

b ¶ Quòd die tali, & hora scilicet non festiua, sit cum sua familia in tali platea seu loco, &c.] *Duo videtur præcipere Eymericus: primum, ꝙ relapsus non est tradendus curię sæculari in die festo: secundū, negotium tale non esse peragendum in Ecclesia, sed in aliquo alio loco nō consecrato seu religioso. & vtriusque huius dicti refert causā auctor in fine huius modi, num. 200. vers. considerandum.*

An in diebus festis sint tradēdi rei huius criminis curiæ sęculari.

Quātum ad primum attinet, scio equidem in multis Europę vrbibus obseruari hanc Eymerici doctrinam: nam cum Inquisitores hęreticę prauitatis aut relapsos, aut impœnitentes tradunt curiæ sæculari, id C *non faciunt in die festiuo, sed in alio; idque duobus etiam vel tribus diebus antequā reus comburatur solet è domibus, seu carceribus Inquisitorum ad carceres iudicum sæcularium trāsferri: in quo nolo laudabilem, & consuetam cuius libet inquisitionis consuetudinem immutari, dummodo reus criminis iusto supplicio afficiatur.*

Verumtamen hoc libere dicam, multū mihi probari earum inquisitionum ritum, in quibus huiusmodi sententię in diebus festiuis solent pronuntiari. cū enim (vt pulchre docuit Ioannes And. in cap. vt cōmissi. de hæreti. lib. 6. & dixi supra super 6. modo processum terminandi. §. adueniente autem die.) expediat multitudinem populi congregari ad videndos reorum cruciatus & pœnas, vt inde discant timere homines, & à malo committendo auocari; val de conueniens videtur fieri hęc & publice, & in D *diebus festis, cum maior tunc adsit confluentis populi multitudo.*

Quo ritu celebretur fidei actio in Hispania.

Certe in Hispania publica fidei actio in diebus festiuis solet celebrari, fortassis ob præfatam rationē; idque eo ritu, quem præscripsit instructio Madriliana anno MDLXI. cap. 77. in hæc verba à nobis latina reddita: Vbi reorum processus cōclusi fuerint, & ordinatæ sententiæ, Inquisitores diem feriatum, in quo fiat publica fidei actio, assignabūt: quem diem significabunt capitulis Ecclesię, & consistorio ciuitatis: & vbi fuerit Regius Senatus, intimabitur etiam præsidi & auditoribus, qui omnes inuitabuntur, vt fidei actionem comitentur, iuxta consuetudinem cuiusque loci, curent autem Inquisitores, vt hæc tam commodo tempore fiant, vt executio sententiarum eorum qui tradendi sunt curiæ sęculari, possit fieri de die ob eui tanda inconuenientia, *hęc ibi.*

Ingenue fatebor quod sentio, hęc mihi magnopere probantur: licet enim cum ita res hęc celebratur in

tur in Hispania, videre, horrendum, ac tremendum spectaculum, & quasi imaginem futuri iudicij, quo nihil esse potest ad terrorem incutiendum in hac causa aptius & accomodatius, ex quo ingentia commoda consequuntur.

An actio fidei celebranda sit in Ecclesia cū ali qui sunt tradendi curiæ sæculari.

Quantum vero ad alterum caput spectat: An, scilicet, actio fidei in Ecclesia celebrari debeat, eo præsertim tempore, quo vel relapsi vel impœnitentes sunt tradendi curiæ sæculari, Eymericus tum hoc loco, tum in fine huius modi, extra Ecclesiam gerendum hoc contendit: quoniam sententia est, inquit, quæ ducit ad mortem.

Verum doctissimus, & multis nominibus venerandus Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in enchyridio seu manuali de oratione & horis canonicis impresso Romæ anno Domini MDLXXVIII. c. 5. dum hanc ipsam quæstionem tractat suasu Fratris Pauli Cōstabilis Ferrariensis, sacri Palatij Magistri, rationibus non vulgaribus vere contendit intra Ecclesiam posse hoc tractari, contraquam hic vult Eymericus: cui sententiæ ob eas dem illas rationes censeo subscribendum. hoc vnum addiderim, commodissimum esse ob rationem paulo antea à me allatam ex Ioanne And. vt in ampla & late patenti platea siu foro, ac in præaltis tabulatis hęc celebrentur, vt cunctus populus facilius hęc & apertius intueatur. raro enim tam commode videntur huiusmodi spectacula intra Ecclesias, quàm in late patentibus foris ac plateis: & propterea in Hispania extra Ecclesiā solent huiusmodi publicę fidei actiones celebrari, vt optime adnotauit idem Nauarrus præcitato loco, in fine eius capitis. 5.

Num. 198. c ¶ Considerandum autem hic est, quòd iste qui sic relapsus est, si fuerit in sacris ordinibus cōstitutus, &c. antequā tradatur, est totius ecclesiastici ordinis prerogatiua nudandus.] *Eadem ferme repetit de degradatione Eymericus in modo sequēti.*

Quoniam vero hic locus proprius est huic disputationi, nec alibi tradidi, vt plurima huius Directorij loca illustrentur, dicendum est mihi breuiter de D *degradatione.*

Vetustus est degradatiōis ritus.

Franciscus Duarenus homo satis eruditus, sed parum pius lib. 1. de sacris Ecclesię ministeriis, c. 3. vix sibi persuadet morem hunc tradendi clericos exauthoratos curiæ sęculari, veteribus notum fuisse. quasi recens putet inuentum. ceterum nos qui nihil temere in Ecclesiam introductum cōfitemur, vel in moribus componendis, vel in delictis coercendis, vetustum credimus: nec esset laboriosum, aut difficile ostendere rem aliter se habere, quàm homo ille suspicetur. de hac ergo exauthoratione, & sęculari curiæ traditione, manifestissime loquitur c. degradatio. de E *pœnis. lib. 6. quod retulit Eymericus supra par. 2. in quo singulariter præscribitur ritus degradationis.*

Olim autem cum deponendi vel coercendi essent religiosi certus quidam numerus iudicum postulabatur, nam ad audiendum Episcopum duodecim Episcopi: ad presbyterum sex Episcopi: ad Diaconum tres Episcopi requirebantur, c. si quis tumidus. & c. felix. 15. q. 7. Concilium Triburiense c. 10. At quia in casu hęresis de quo nunc agimus ad exauthorandum religiosum iam per iudices fidei iudicatum difficulter tot Episcopi conuenire poterant, ideo in cap.

Solus episcopus potest degradare, & qualiter.

quoniam. de hæret. lib. 6. relato ab Eymerico supra par. 2. Gregorius nonus salubriter cauit, vt solus Episcopus clericum in quibuscunque sacris ordinibus constitutum degradare posset, conuocatis abbatibus, alijsque prælatis, & religiosis personis: quod etiam obseruat hoc ipso loco auctor.

Demum concilium Tridentinum sess. 13. de reformatione, c. 4. qualiter posset clericus etiam presbyter, & per quos degradari præscripsit luculenter. id quod breuitatis gratia omittimus, cum cuique sit obuium, & patens.

De degradatiōe qui scripserint.

Quòd si cetera omnia ad degradationem spectantia nosse cupis, ea tradunt copiose Iulius Clarus in B *pract. crimi. §. fin. q. 36. vers. scias autem. cum aliquot sequentibus. & quæst. 74. Tabiensis, Syluester, Angelus in sum. verbo, degradatio. Repertorium Inquisitorum, & Locatus in opere iudiciali verbo, degradatio. eleganter Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 13. & Ioannes Rojas in singularibus fidei. singula. 48. & Simancas de catho. instit. tit. 46. nu. 69. & 70. & alij plerique.*

Degradatio duplex, verbalis, & actualis.

Ex his colliges duplicem esse degradationem, vnā verbalem, actualem alteram, per textum in dict. c. degradatio. de pœnis lib. 6. & verbalis degradatio est, quando Episcopus pronuntiat sententiam contra clericum, per quam priuat illum ordinibus clericalibus, seu verius ordinum ministerio siue executione, C *cuius formam habes in pontificali.*

Actualis autem est, cum clericus non modo per sententiam priuatur, verum etiam actualiter & personaliter priuatur, exuitur, seu spoliatur ordinibus ecclesiasticis. ita Iulius Clarus in pract. crim. q. 74. & hanc proprie dicimus degradationem: nam primam illam verbalem, potius depositionē vocamus, tametsi quandoque Doctores degradationē appellēt, vt optime præcitato loco adnotauit Iulius Clarus.

In crimine hęresis actualis degradatio locum habet, & de ea loquitur hoc loco Eymericus, cuius formam inuenies etiam in Pontificali, & quidquid ad eam exigitur, copiosissime docuit Arnaldus Albertinus in repetitione cap. quoniam. de hæret. lib. 6. denique quo ritu fiat, singillatim tradit textus in cap. degradatio. de pœnis, lib. 6. relatus apud Eymericum supra par. 2. quæ velut facilia & obuia consulto omitto.

An solus Inquisitor pronuntiet clerum cum hæreti cum degradandum.

Nunquid autem solus Inquisitor possit declarare clericum hæreticum degradandum, quæstio est non vulgaris, quam disputat Albertinus in dict. cap. quoniam. de hæret. lib. 6. quæst. 7. nu. 3. vbi asserit id posse solum Inquisitorem, vbi Episcopus fuerit negligens, cui propterea subscribo, quoniam cū id possit Episcopus per textum in cap. ad abolendam. §. præsenti. de hæret. idem quoque poterit Inquisitor: nam E *quæ paria sunt, paris virtutis iudicantur, vt optime dicit Albericus in l. de quibus. C. de legibus. manifestum est autem Inquisitorem in hoc crimine aut maiorem. aut saltem parem habere cum Episcopo iurisdictionem.*

d ¶ Qui tamen sint cauti & auisati, ne quid agāt seu dicant, propter quod relapsus morte præueniatur, & ipsi efficiantur irregulares.] *Anu. 200. vsque ad finem huius noni modi terminandi fidei processum, quatuor potissimum documenta tradit Eymericus*

Num. 200

ricus. Primum, ad iudices violatę religionis spectat; quod est omnino obseruandum: duo postrema quę incipiunt ibi: Considerandum etiam est. *à nobis sunt explicata paulo antea hoc ipso loco. §. quòd die tali & hora. tertium ad eos attinet, qui hęreticum relapsum pęnitentem comitantur, & exhortantur, vt patienter mortem sibi infligendam ferat.*

Quid cauere debeat, qui comitantur afficiẽdũ vltimo supplicio, ne fiat irregularis.

In quo hoc sentit Eymericus: Qui dant causam dictis vel factis, vt is qui trahitur ad supplicium celerius moriatur, irregulares efficiuntur: quam ob rem diligenter præcauere debent, ne talem committant errorem.

Hæc Eymerici doctrina vera est, & communiter recepta, quam tradidit primum Beatus Antoninus 3. par. tit. 28. cap. 2. §. 5. quem sequuntur Tabiensis in sum. verbo, irregularitas. 3. §. 13. & Martinus Nauarrus in manuali seu enchyridio confessariorũ cap. 27. tit. de irregularitate. Syuester verbo, homicidium. 3. quæst. 2. vers. Tertium similiter est irregularis. & alij. si quis ergo hortetur condemnatum vt caput carnifici offerat, aut in furcarum scalas ascendat: aut carnifici dicat, vt ita aptet vindicem gladium, vt vno ictu reum iugulet, ne pluribus ictibus feriatur, aut his similia faciat vel dicat seu persuadeat, vnde celerius mors consequatur, quamuis subsecuta fuisset, etiamsi hæc facta vel dicta non intercessissent, plane irregularitatem contrahet.

Neque excusabitur propterea, quòd dicat se dare operam rei licitę, & coadiuuare vt malefactores puniantur: aut si dicat, quòd quamuis ipse hæc non dixisset vel fecisset, nihilominus is reus erat moriturus: his enim non obstantibus irregularitatem cõtrahet. ita Tabiensis pręcitato loco. & idem Tabiensis verbo, irregularitas. 1. §. 4. ex quibus constat diligenter esse obseruandum hoc Eymerici documentũ, & veram esse eius doctrinam: pro qua facit textus in cap. si quis viduam. 50. distinct.

De decimo modo terminandi processum fidei per condemnationem hęretici impęnitentis non relapsi.

201 DEcimus modus processum fidei terminandi & finiendi est, quando delatus de hęretica prauitate processus meritis diligenter discussis cum bono consilio iuris peritorum, reperitur confessus hęresim & impęnitens, non tamen relapsus: & hoc est, quãdo ipse delatus ore proprio iudicialiter confitetur, se credere aliqua, quę sunt hęretica lia plane, & ea defendit, & informatus per Episcopum & Inquisitorem, quòd illa sunt hęreticalia, non vult eis credere; immo coram eis defendit, nec vult ad eorum mandatum illas hęreses abiurare, nec abnegare, seu reuocare: immo perstitit in eis, & sustinet animo pertinaci, & non inuenitur quòd vnquam abiurauerit aliquam hęresim, seu errorem: talis, quamdiu sic in pertinaci proposito perseuerat, est veraciter impęnitẽs hęreticus, non relapsus.

Circa [a] istum talis practica est seruanda. Talis namque tenebitur in carcere firmo, bene compeditus & catenatus, ne possit euadere, & alios inficere; nullus intrabit ad eum, nec loquetur sibi, nisi custodes, qui sint probi viri, & de fide non suspecti, nec faciles decipi: frequenter Episcopus & Inquisitor modo cõiunctim, modo diuisim eum sibi facient pręsentari, & informabunt [b] de veritate fidei, & falsitatis illorum articulorum, in quibus stat animo pertinaci, adducendo auctoritates sacrę scripturę. Et si possunt eum conuertere ab erroribus, bene quidem; si non, [c] interrogent eum, in quo fundet se, & videantur eius rationes & auctoritates; & soluantur sibi, ac destruantur ei fundamenta sui erroris. Quòd si diu informatus acquiescere noluerit catholicę veritati, assignentur ei decem, vel duodecim informatores homines litterati, de diuersis statibus, vtpote, religionum diuersarum, clericorum, & sęcularium iuristarum: qui simul † conueniant: & eum faciant sibi frequentius pręsentari, & informabunt eum de catholica veritate, adducendo Biblia, vel alios libros authenticos ad eum, ostendendo sibi id, quod tenet, esse contra scripturam sacram & Ecclesiæ determinationes, ac destruendo id, in quo se fundabat. Si autem [d] conuerti noluerit, non festinetur, nec mox tradatur brachio sęculari, etiam posito quòd ipse petat & instet, credendo se pati pro iustitia, & quòd sit martyr: quia tales à principio sunt multum feruentes, vt comburantur, credentes statim euolare ad cęlos: quare eorum insanis petitionibus non est standum, sed sunt diu †, videlicet per medium annum, vel per vnum in carcere detinendi duro & obscuro bene compediti: nam vexatio frequenter aperit intellectum, & calamitas carceris: & sic sunt detinendi, & frequentius admonendi, quòd in corpore & anima cremabuntur, ac perpetuo damnabuntur, & similia. Et si videant Episcopus & Inquisitor, quòd nec propter prędictorum informationem, nec propter carceris clamitatem à suis erroribus voluerit resilire; tentent si cum aliquibus consolatorijs † possent eum reducere, ponendo eum in carcere minus malo, vel camera competenti, prouiso tamen ne possit euadere: & lautius faciant sibi ministrari, & promittere, quòd si à suis erroribus conuertatur, quòd se habebunt ad eum misericorditer; & si resiliat, benedicatur Deus. Si autem per aliquot dies, sic habitus & tractatus noluerit resilire, permittant ad eum venire filios, si quos habet, præsertim paruulos, & vxorem, seu alios attinentes, qui eum emolliant, & eidem in aliorum pręsentia colloquantur. Qui si tandem, nec prosperis, nec aduersis, nec minis, nec blanditijs poterit emolliri vt resiliat ab errori bus suis, & fuerit prædicto congruo tempore expectatus, Episcopus & Inquisitor disponent se ad tradendum eum, seu relinquendum brachio sęculari: & mandabunt per cedulam, seu muntiũ Balliuo, seu Potestati curię sęcularis, quòd tali die non festiua, & tali hora, sit in tali loco, extra Ecclesiam tamen, cum sua familia, vbi ipsi tradent sibi quendam hęreticum impęnitentem, & nihilominus, quòd ex parte sua faciat publice præconizare in illis vicis, seu locis, in quibus aliæ

† Al. qui sibi cõdiuidant.

† Simancas de catho. institit. 48. nu. 2.

† zanchinus tract. de hæret. cap. 166. nu. 5.

liæ præconizationes sunt fidei consuetæ, quòd die & hora, ac loco prædictis, Inquisitor sermonem faciet pro fide, & de fide, & tradet hæreticum quendam brachio sęculari; & ideo quòd omnes veniant, & intersint, & habebunt indulgentiam consuetam.

Adueniente autem die præfixa & hora, erunt Episcopus & Inquisitor in loco assignato, & tradendus stabit ibidem in alto, vt ab omnibus videatur, præsente populo atque clero, ac potestate curiæ sæcularis, & si tradendus fuerit in sacris ordinibus constitutus, vel cuiuscunque religionis, seu ordinis obumbratione fuscatus, stabit ibidem indutus & dispositus, ac si deberet in suo ordine ministrare. Quibus sic dispositis Inquisitor faciat sermonem detestando hæreses illas, in quibus stat ipse tradendus, & facto sermone, faciet per notarium, seu alium clericum, vel religiosum, quatenus legantur culpæ illius, & hæreses, vt frequenter aliàs fuit dictum.

Quibus lectis adhuc interrogabit eum si vult pœnitere, & ab hæresibus resilire, & abiurare ipsas: quo si Deo inspirante consenserit abiurare, admittatur: Prouiso tamen solerter, ne simulata conuersione abiuret, & sub agni specie gerat lupum. Et tunc abiurabit vt deprehensus in hæresim propria confessione; & pœnitens non relapsus secundum formam positam in octauo modo processum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Et facta [e] abiuratione, quia illa conuersio & abiuratio præsumuntur esse factę plus metu mortis, quàm amore veritatis: iste est perpetuo immurandus, & consequenter [f] primitus à suis ordinibus degradandus, iuxta cap. Quoniam. de hæret. lib. 6. Propter quod Episcopus assistentibus sibi prælatis suæ diœcesis, & alijs personis religiosis, & iuris peritis, indutus pontificalibus eundem deponet ab officio & beneficio, & etiam ab ordine degradabit; auferendo sibi ea, quæ sunt officij, & ab vltimo ordine incipiendo, & in primo finiendo, vtendo aliquibus verbis contrarijs illis, quibus in conferendo vti Episcopi consueuerunt. Qua degradatione expleta, feretur sententia contra eum, & tradetur carceri perpetuo per formã, qua dictũ est in octauo modo, vbi agitur de talibus.

Si autem noluerit pœnitere, nec hæreses abiurare, (vt fit de communi cursu quando sunt in tali passu) tunc Episcopus modo prædicto eundem degradabit; degradatione expleta, tradetur curiæ sæculari per modum tenoris sequentis.

203 *Forma g tradendi hæreticum pertinacem, aliàs non relapsum curiæ sęculari.*

NOs N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. ordinis Prædicatorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quòd tu talis de tali loco, talis diœcesis, fuisti nobis delatus fama publica referente, ac fide dignorum insinuatione, de hæretica prauitate, scilicet, quòd asserebas & affirmabas publice, *quòd sic & sic explicentur hęreses*: & quòd tu in illis hęresibus perstiteras multis annis in tuæ animę detrimentũ: Nosq; quibus ex officio incumbebat prauitatem hęreticam extirpare, volentes, prout tenebamur, in & super his certius informari, & videre, an ambulares in tenebris an in luce: diligenter inquisiuimus de prędictis, teque citantes, ac efficaciter interrogantes reperimus te prædicta infectum hæretica prauitate, ac eandem defensantem coram nobis animo pertinaci. Sane cum præcunctis nostrę mentis desiderabilibus cordi nostro insidat fidem sanctam catholicam & Apostolicam in populorum prædijs complantare, eradicata hæretica prauitate, modos diuersos, varios, & congruos tam per nos, quàm per alios adhibuimus, quatenus resilires ab hæresibus & erroribus antedictis, in quibus steteras atque stabas, prout nunc stas, contumaciter, ac pertinaciter animo indurato; Verum cum humani generis inimico tuis prædordijs assistente, teque in dictis erroribus voluente & inuoluente, nolueris neque velis à sæpe dictis hæresibus resilire, plus eligens mortem animæ incurrere gehennalem, & corporis temporalem, quàm antefatas hæreses abiurare, & ad gremium Ecclesiæ aduolare, & animam lucrari, in reprobum sensum datus: ea propter cum sis ab Ecclesia sancta Dei excommunicationis vinculo innodatus, & merito; immo à grege Dominico separatus, ac participatione bonorum Ecclesiæ priuatus, & Ecclesia non habeat circa te vltra quid faciat, cum ad te conuertendum fecerit iuxta posse: Nos Episcopus & Inquisitor iudices in causa fidei sæpefati, sedentes pro tribunali more iudicũ iudicatiũ, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & vt oculi nostri videant æquitatem: habentesque præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei veritatem, ac extirpationem hæreticæ prauitatis; hac die, hora, & loco tibi in antea assignatis ad audiendam sententiam diffinitiuam; cõdemnamus, ac sententialiter iudicamus, te esse veraciter hæreticum impœnitentem, & vt veraciter talem tradendum & relinquendum brachio sæculari; & sicut hæreticum impœnitentem per hanc nostram sententiam de foro ecclesiastico te proijcimus, & tradimus, seu relinquimus brachio sæculari, ac potestati curiæ secularis; dictam curiam sæcularem efficaciter deprecantes, quòd circa te citra sanguinis effusionem, & mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Et tunc Inquisitor conferet indulgentiam consuetam, scilicet quadraginta dierum, omnibus & singulis, qui prędictis sermoni & sententię interfuerunt; notificando etiam cunctis, quo omnes qui præstiterunt consilium, auxilium, vel fauorem, vt hic hęreticus impęnitẽs ad manus Ecclesię adueniret, p extirpãda hęretica prauitate, habẽt tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Papę.

Universidad de Deusto
Biblioteca

204 Et dum curia ſecularis ſuum officium exequetur, poterunt aliqui viri probi, & fidei zelatores ipſum aſſociare, eundemque inducere ad fidem catholicam, & exhortari adhuc, vt reſiliat ab erroribus.

Et ſi forſan tunc poſt latam ſentẽtiam, ac poſt quam traditus eſt curiæ ſeculari, dum ducitur ad comburendum, vel ligatur ad palum, vt comburatur, dicat ſe velle reſilire, & pẽnitere, ac hæreſes abiurare; crederem [a] de miſericordia poſſe recipi vt hæreticum pẽnitentem, & perpetuo immurari, per gloſ. de hær. cap. Ad abolendam. §. præſenti. & verſ. audientia. & c. Excommunicamus 2. quamuis non inueniatur (vt puto) iure cautum; nec tali conuerſioni ſit magna fides adhibenda.

†Hoc narrat Eymericꝰ ſupra par. 2ª quæſt. xj.

Et de facto † ſic contigit in Cathalonia in ciuitate Barchinon. vbi fuerunt tres hæretici vt impænitentes, ſed non relapſi, traditi brachio ſeculari; & cum vnus eorum, qui erat ſacerdos, fuiſſet igni expoſitus, & ex vno latere iã aliqualiter aduſtus; clamauit quòd educeretur, quia volebat abiurare, & pẽnitebat, & ſic factum eſt: verum ſi bene vel male, neſcio: vnum ſcio quod poſt quatuordecim annos accuſatus, inuentus eſt in hæreſim permanſiſſe continue, & multos infeciſſe; nec conuerti voluit, ſed vt impẽnitens & relapſus iterum eſt relictus brachio ſeculari, & ignibus conſumatus.

COMMENT. XLVI.

REferunt Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum 3. par. q. 29. & breuiter Tabienſis in ſumma, verbo, Inquiſitor §. 23. Sylueſter de ſtrigibus lib. 3. cap. 4. puncto 12. & Locatus in fine operis iudicialis in forma tradendi brachio ſeculari hæreticum impẽnitentem. & Repertorium Inquiſitorũ verbo, ſententia. §. ſequitur ſententia cõdemnatoria. & Campegius apud Zanchinum cap. 16. in principio. & alij quos ſuis locis paulopoſt referemus.

Num. 201. a ¶ Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda.] *Idem ſentiunt præcitati, & Simancas de catho. inſtitu. tit. 48. nu. 32. vbi teſtatur multis inſtructionum capitibus id eſſe cautum in Hiſpania.*

Cap. autem. 43. Madrilianæ inſtructionis anni MDLXI. quam ille omiſit, de hac re ita cautum eſt: Cũ reus extiterit negatiuus, & legitime fuerit de crimine hæreſis, (de quo fuit accuſatus) conuictus: vel extiterit pertinax, manifeſtũ eſt in iure, ꝙ debet tradi curię ſeculari: ceterum in tali caſu Inquiſitores multum debent eius conuerſionẽ procurare, vt ſaltem in gratia Dei moriatur. in quo Inquiſitores facient quidquid pie poterunt. *hæc ibi.*

Quid ſeruandũ circa hæreticos impẽnitentes priuſquã tradantur curiæ ſeculari.

Tota hæc praxis obſeruanda circa hæreticos impænitentes priuſquam tradantur curiæ ſeculari, præſcripta fuit olim Inquiſitoribus per concilium Biterrenſe cap. 17. ex quo eam videtur accepiſſe Eymericus. is locus inſignis eſt, & ita habet: Conuerti nolentes, vbi commode poteritis, damnare tardetis: ipſos frequenter tã per vos, quàm per alios ad cõuerſionem monentes, † ac tandem in ſua malitia pertinaces, faciatis errores ſuos ad eorum deteſtationem publice confiteri; & ſic eos damnatos præſentibus Poteſtatibus ſecularibus, eorumue Baillius, ſecundum mandatum Apoſtolicum relinquentes. *hactenus ibi. Sed quod in genere fieri præcipit concilium, qua ratione ſingulariter & in ſpecie fieri debeat prudentiſſime docet auctor hoc loco.*

†mouentes

b ¶ Et informabunt de veritate fidei, &c. addu cendo auctoritates ſacrę ſcripturę.] *Atque hic modus eſt optimus præſertim ad conuincẽdos hæreticos litteratos, vt docuit Eymericus paulo ante, nu. 87. verſ. quidam nanque. prodeſt etiam multum ad eoſdem conuertendos, vt hic indicat auctor: neque temere aut imprudenter: quoniam pauciſſimi ſunt hæretici impẽnitentes, qui non tueantur ſuam perfidiam aliqua ſcripturæ ſacrę auctoritate praue intellecta, quę vbi vere declarata fuerit, ſperandum eſt, hæreticum, qui ea nititur, ſuum errorem defendere, eum depoſiturum & conuertendum fore, niſi prorſus deliret, & clariſſimę veritatis luci tenebras offundere conetur, quod eſt proprium eorum qui pertinaces ſunt.*

Num. 201. Hæretici impænitentes per ſcripturã ſacrã conuincendi & conuertendi.

Et certum eſt ac exploratum apud eruditos ex praua ſcripturę intelligẽtia multa hæretica dogmata & pernicioſa profluxiſſe, vt optime indicat Beatus Auguſtinus tom. 4. in lib. de catechizandis rudibus. cap. 8. & lib. 1. cap. 2. contra Iulianum Pelagianum. & nos aſſerimus copioſe lib. 2. de cauſis vnde hæreſes oriuntur.

Ex praua ſcripturæ intelligẽtia hæreſes prodire.

In primis vero hæreſiarchæ, omnes ſuorum errorum occaſiones ex ſcriptura male intellecta acceperunt, vt grauiter docet Epiphanius in ſecunda ſynode Nicęna, actione 6. & habetur nunc in 3. tomo cõciliorum Colonienſis editionis anno MDLXVII. pag. 157. ait enim: Quoties recta dogmata homines iuxta ſuam opinionem ſubuertere conantur, non mirẽtur aliquis, ſi ſcripturę verba vſurpent: nam & omnes hæreſiarchę ſuorum errorũ occaſiones è diuina ſcriptura collegerunt: & quę recte à Spiritu ſancto dicta erant, peruerſe animi ſententia conuellunt. *hæc ille. quod & multis exẽplis euidenter oſtendit. Optimum eſt ergo vel ad conuertendos, vel ſaltem ad conuincendos hæreticos auctoritatibus ſcripturæ vti, vt pulchre docet hic Eymericus.*

Vetuſtum autem eſſe, & approbatum in ſancta Dei Eccleſia morem, vt ad hunc modum agatur cum hæreticis pertinacibus, vt conuertantur & reſipiſcant, apertiſſime indicat textus in cap. conuenientibus. 1. q. 7. vbi quid huiuſmodi factum eſſe cernitur. deſumptus eſt is locus ex prima actione 7. ſynodi, quæ eſt ſecunda Nicæna, vbi Petrus presbyter Hadriani Papæ Romani Vicarius loquitur in hæc verba: Et Romę quoq; extorris erat Macarius, hęreticus à ſancta ſynodo ſexta diſignatus: Verum pię memorationis pater noſter Benedictus, deliberandi ſpatium per xxx. dies illi cõceſit, & quodam tempore Bonifacium conſiliarium ad eum miſit, quo verbis admonitione plenis ex ſacra ſcriptura illum inſtrueret: verum ad meliorem mentẽ haud quaquã perduci potuit. Id aũt pater beatus ob id egit, quo rurſus illum in priſtinum ſtatum reciperet. *hęc ibi, habeturq; tomo. 3. conciliorũ Colonienſis editionis anno MDLXVII. pag. 60.*

Num. 201.

c ¶ Si non, interrogent eum in quo ſe fundet, & videantur eius rationes, &c. & ſoluantur ſibi, &c.] *Hunc locum & cõſilium ſaluberrimũ de diluendis*

Hæreticorũ rationes ſolũmodo vt cõfutentur.

dis hæretici impœnitentis rationibus, & contraria veritate ei oſtendenda, vt tandem conuertatur, deſumpſiſſe mihi videtur valde prudenter Eymericus ex extrauaganti Ioannis xxij. incipiente, Vas electionis. *relata ſupra par. 2. vbi ſummus Põtifex ad conuertendum Ioannem de Poliaco ſimili methodo vſus eſt. is vero Poliacus intellecta veritate reſipuit.*

Num. 201

d ¶ Si autem conuerti noluerit, non feſtinetur. nec mox t radatur brachio ſeculari, etiam poſito quòd ipſe petat, &c.] *Obſeruandum eſt pẽnitus hoc conſilium. eſt autem hæc vſitata hæreticorum impœnitentium inſania, & grauiſſima miſeria, qui cum à diabolo decepti pro ipſo moriantur, tamen Chriſti martyres ſe eſſe dicunt, ac velut tales coli, & adorari cupiunt: hac enim via ſe ſaltem in hoc ſeculo credunt fore immortales. quod non eſt recens noſtrorum inuentum: nam & hoc iam olim fieri ab ipſis eſt conſuetum, vt colligitur ex beato Cypriano in libro de vnitate Eccleſiæ in hæc verba:* Quam ſibi pacem promittunt inimici fratrum? quæ ſacrificia celebrare ſe credunt æmuli ſacerdotum? An ſecum eſſe Chriſtum, cum collecti fuerint opinantur, qui extra Chriſti Eccleſiam colliguntur? Tales etiamſi occiſi fuerint in confeſſione nominis, macula iſta nec ſanguine abluitur; inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ, nec paſſione purgatur: eſſe martyr non poteſt, qui in Eccleſia non eſt. *hæc ille. & paulo poſt ſubdit ita:* Cum Deo manere non poſſunt, qui eſſe in Eccleſia Dei vnanimes noluerunt. Ardeant licet flammis, & ignibus traditi, vel obiecti beſtijs, animas ſuas ponant: non erit illa fidei corona, ſed pœna perfidiæ, nec religioſæ virtutis exitus glorioſus, ſed deſperationis interitus. occidi talis poteſt, coronari non poteſt. *hactenus Cyprianus. hãc ergo martyrij laudem affectant ſæpe heretici, & velut tales coli deſiderant: & propterea ne id fiat ſub anathematis pœna grauiter interdictum eſt in concilio Laodiceno can. 34. in hæc verba:* Quòd non oportet omnem Chriſtianum Chriſti martyres relinquere, & ad falſos martyres, hoc eſt, hæreticos abire. hi enim ſunt à Deo alieni. ſint ergo anathema qui ad eos abeunt. *hactenus ibi.*

Num. 202 Ex his qui cõuertuntur qui ſint perpetuo immurandi.

e ¶ Et facta abiuratione, quia illa conuerſio, & abiuratio præſumuntur eſſe factæ plus metu mortis, quàm amore veritatis, iſte eſt perpetuo immurandus.] *Deſumptum videtur ex concilio Toloſano cap. 10. vbi ita ſcriptum eſt:* Hæretici autem, qui timore mortis, vel alia quacunque cauſa, dummodo non ſponte redierint ad catholicam vnitatem, ad agendam pœnitentiam per Epiſcopum loci, in muro cum tali includantur cautela, ꝙ facultatem non habeant alios corrumpendi. *hæc ibi.*

Intellectus concilij Toloſani.

Sententia vero huius concilij talis eſt: Qui valde difficulter, & poſt multas admonitiones, & magnũ temporis ſpatium conuertuntur, in carcere perpetuo ſunt recludendi, quia non omnino ſponte & voluntarie conuerti videntur, & propterea non ſunt liberi demittendi, ne ſi ficte fuerint conuerſi, quod eſt facile præſumendum, alios corrumpere poſſint.

Atque in hunc ſenſum intelligere quoque oportebit textum in l. commiſſi. §. 2. Federici Imperatoris relatum in bullario litterarum Apoſtolicarum in ſi-

ne huius operis. vbi ita ſcriptum extat: Si qui vero de prędictis poſtquam fuerint deprehẽſi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas ſanctiones, ad agendum pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur. *hæc ibi. Et eodem modo videtur accipiendus textus in cap. excommunicamus. el 2. §. ſi qui autem. de hæret. ſed vide Simancam de catho. inſtit. tit. 47. num. 27. & ſequen.*

Qui grauiter delinquũt contra fidẽ, immurandi, & qui ſint illi.

Nec modo bi qui valde difficulter ab hæreſi conuertuntur, in perpetuum ſunt carcerem detrudendi, verum etiam & alij quidam, quorum inſignia ſunt delicta in cauſa fidei commiſſa, quos ſingillatim enumerat concilium Narbonenſe paucis poſt Toloſanum annis celebratum cap. 9. in hæc verba: De hæreticis autem ſeu credentibus, præfata immunitate, quia veritatem de ſe, vel de alijs ſuppreſſerunt, vel quia infra tempus indulgentiæ non venerunt, ſeu aliàs indignis, paratis tamen abſolute mandatis Eccleſiæ obedire, & recognoſcere quã vel ſuppreſſerant, vel negauerant, veritatem; quamuis tales proculdubio ſint ſecundum ſtatuta domini Papæ, in perpetuo carcere detrudendi: quia tamen intelleximus vos de his tantam in pluribus partibus multitudinem inueniſſe, vt ne dum expenſę, ſed vix etiam lapides, aut cementa ſufficere poſſint ad carceres conſtruendos; conſulimus vt eorum immurationes, vbi expedire videbitur, differatis: donec ipſe dominus Papa de illorum multitudine plenius ſit conſultus: niſi forte aliqui eſſent tam facinoroſi, vt de ipſorum impœnitentia, vel fuga, vel relapſu, vel corruptione, ſeu turbatione aliorum nimium timeretur; tales enim ſine vlla prorſus dilatione firmo, & perpetuo carceri deputetis. *hactenus ibi. Qui ergo prædictis modis deliquerint, perpetuo ſunt immurandi, vbi nulla talium fuerit multitudo, ob quam ſit rigori detrahendum, cum ceſſante tunc cauſa, effectus ceſſare debeat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus. c. cum ceſſante. de appellatio.*

Quis ritus antiquus immurationis, ſeu perpetui carceris.

Iam ex his duobus conciliorum decretis aperte colliges, eandem prorſus eſſe pœnam immurationis & carceris perpetui, contraquam quidam huius ætatis ignari cenſeant.

Quamquam vero hodie aut rarus, aut nullus antiquæ immurationis, ſeu carceris perpetui vſus relictus eſſe videatur: nam, vt ait Auctor repertorij Inquiſitorum verbo, carcer. §. item nota ꝙ loco carceris perpetui. hunc Epiſcopi & Inquiſitores poſſunt commutare in detruſionem in monaſterium, quod & ſæpe faciunt: quia tamen ex cauſa poteſt optime vſurpari, præſertim his turbulentis temporibus, quibus nihil non audent hæretici; operæpretium erit referre ex concilio Biterrenſi, quo ritu, quibuſque ſeruatis immuratio fieret, ſeu perpetua carceratio. ibi ergo cap. 23. 24. & 25. ita ſcriptum eſt.

Cap. 23

Curetis tamen, vt talibus immurandis fiãt iuxta ſedis Apoſtolicæ ordinationem, ſeparatæ & occultæ camarulæ ſicut fieri poterit in ſingulis ciuitatibus diœceſum corruptarũ, vt alterutrũ vel ſe vel alios peruertere queant: & eos enormis rigor carcerũ nõ extinguat: quos ab illis, qui bona eorũ

Universidad de Deusto Biblioteca

tenuerint, fieri, & in neceſſarijs prouideri faciatis eiſdem ſecundum ſtatuta concilij Toloſani.

Cap.24. Quando remittenda pœna carceris perpetui.

Hęc autem perpetui carceris pœna, ſeu pænitentia nulli ab initio de præfatis culpabilibus remittatur, aut in aliam commutetur: niſi vel hæreticos redderet, vel propter eius abſentiam euidens mortis periculum eius liberis, vel parentibus immineret: vel propter aliam cauſam, quę multum iuſta, & rationabilis videretur.

Cap.25.

Sit autem liber acceſſus vxori ad virum immuratum, & è conuerſo, ne cohabitatio denegetur eiſdem, ſiue ambo immurati fuerint, ſiue alter. *hactenus ibi.*

Perpetuo carceratis vnde prouidendũ.

Quod vero dicit hoc concilium in cap.23. vt immuratis prouideatur ſecundum ſtatuta concilij Toloſani, id in dicto concilio Toloſano cap.10. in fine ita cauetur: Quibus (*ſcilicet immuratis*) ab illis qui bona eorum tenuerunt, prouideatur in neceſſarijs ſecundum diſpoſitionem pręlati. Si vero bona non habuerint, eis prouideatur per prælatum. *hæc ibi. de eiſdem eadem ferme traduntur in concilio Narbonenſi cap.4.*

In carcere perpetuo difficulter diſpenſatur.

Præterea quæ de difficultate diſpenſandi in carcere perpetuo tradidit concilium Biterrenſe cap.24 luculentius expreſſit concilium Narbonenſe poſtea, vt mihi ſit veriſimile celebratum cap.19. in hæc verba: Circa incarcerandos etiam duximus hoc addendum, vt à carcere nec vir propter vxorem, licet iuuenem, nec vxor propter virum, nec quiſquam propter liberos ſeu parentes, ſeu aliter neceſſarios, aut propter debilitatem vel ſenium, vel aliam ſimilem cauſam excuſetur abſque indulgentia ſedis Apoſtolicę ſpeciali. *hactenus ibi.*

Hęc omnia ex cauſa diligentiſſime mihi videntur cuſtodienda ſuo tempore, & loco, licet alicubi in vſu non ſint, quia fortaſſis temporum iniuria diu latuerunt. ſed de diſpenſatione in carcere perpetuo dicam infra in hac parte ſuper q.96.

Cetera omnia, quę cum intruſis in carcerem perpetuum obſeruari debent, conſulto hic omitto, cum non ſit proprius locus: de illis agam infra ſuper q.59. vbi videas.

Num.202 f ¶ Et conſequenter primitus à ſuis ordinibus degradandus, iuxta cap. quoniam. de hęret. lib.6.]

Clericus immurãdus degradet̃ prius.

Olim valde fuit dubitatum in principio delegatæ Inquiſitionis conſtitutę: An ſacerdos, qui ob crimen hæreſis erat detrudendus in perpetuum carcerem, iuxta prędictum ritum, prius foret à ſuis ordinibus actualiter degradandus; veruntamen hanc dubitationem ſuſtulit Vrbanus IIII. reſcripto incipiente: Conſultus. *§. quæſtioni vero. relatum ſupra par.2. vbi ita ſcriptum eſt:* Queſtioni vero, qua queritur, vtrum conſtitutus in ſacris deprehenſus in hęreſi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius ſit ab ordinibus à ſuo Epiſcopo degradandus, antequam tradatur huiuſmodi pęnitentię: reſpondemus, ꝙ talis qui eſt perpetuo immurandus, prius debet à ſuis ordinibus degradari. *hæc ibi.*

Ne quis autem putet hęc accipienda eſſe de verbali degradatione, hoc eſt, de ſuſpenſione ab ordinum executione, nõ autem de degradatione reali & actuali, cum talis non tradatur curię ſeculari, ſed ſolum carceri perpetuo; propterea valde prudenter Eyme-

A *ricus ad tollendam hanc dubitationem ait, ab officio & beneficio eſſe deponendum: quod eſt verbaliter degradare: item ab ordine eſſe degradandum, auferendo ſibi ea quę ſunt officij, quod eſt proprie actualiter degradare, vt patet ex c. degradatio. de pœnis lib.6. & hanc ſententiam videtur profiteri Paulus Grillandus tract. de hęret. queſt.7. & Albertinus in c. quoniam. de hęret. lib.6. in principio nu.55. & Campegius apud Zanchinum cap.20. verſi. obſerua denique.*

Perpetuo immurãd', cur degradetur.

Quòd ſi quis quærat, cur perpetuo immurandus degradari debeat: reſpondebo propterea fortaſſis, ita conſtitutum fuiſſe: quoniam talis immuratio perpetua morti ęquiparatur, vt ait Innocentius in cap. qualiter, & quando, el ſegundo. de accuſatio. quem refert, & ſequitur Auctor repertorij Inquiſitorum verbo, carcer. §. quotuplex ſit carcer: & Philippus Francus in Rubrica de teſtamen. lib.6. nu.27. verſi. decimo prohibetur teſtari. vbi citat Bartolum in eandem ſententiam in l.2. ff. de publi. iudic. atque hanc opinionem ſummo iure veram eſſe credo, licet conſuetudo aliud nunc communiter obſeruet, vt mox dicam. B

Ad triremes perpetuo dãnatus, an debeat degradari.

De eo vero qui in perpetuum ad triremes damnatur, quęſitum ſcio, an debeat actualiter degradari; ſed veriſſimum mihi videtur actualiter degradandum fore, cum par ſit vbique & penitus ſimilis ratio; & propterea idem erit ſtatuendum. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. quam ſententiam Campegius quoque aſſerit apud Zanchinum c.20. circa finem, verſ. obſerua denique. C

Tametſi vero hęc de iure vera ſint, nihilominus tamen cum regulariter diſpenſari ſoleat cum illis, qui vel in perpetuum carcerem, vel in perpetuum ad triremes condemnantur; ideo non ſolent condemnandi ad has pœnas actualiter degradari; ſed ſolum verbaliter: quod benignitas huius tribunalis laudabiliter introduxit. Sed poſt quot annos ſoleat hęc pęna remitti, alibi dixi copioſe.

D g ¶ Forma tradendi hęreticum pertinacem aliàs non relapſum curiæ ſæculari.] *Hęc forma vſitata eſt, & probata viris doctis: conſimilem habes apud Zanchi. c.41. verum ſi aliam cupis, accipito illam, qua concilium Conſtantienſe ſeſſione 15. Ioannem Huſz velut hęreticum pertinacem, & hęreſiarcam damnat, & curiæ ſeculari prius degradatum tradendum decernit: in qua multa licet animaduertere notatu digniſſima in hac cauſa: ſed illud eſt pręcipuum, quod vanam eius appellationem reiecit, apertiſſime indicans, eam in hoc tribunali non recipi à ſententia definitiua, vt alibi plenius diximus.* Num.203

h ¶ Crederem de miſericordia poſſe recipi, &c.] Num.204

Qui traditus eſt curię ſeculari, nullo modo recipiendus, etiã conuerti velit.

E *Sed tutius eſt, vt nullo modo recipiatur, etiamſi millies promittat veram conuerſionem, tum quia, vt optime ſcribit hic Eymericus, nullo iure id videtur cautum; tum quoniam experientia docuit, hos ita receptos, raro bonos euaſiſſe: ergo nullo modo recipiantur, vt dixi ſupra par.2. ſuper queſt.xj. §. poſtquam traditus. & quod hic dicit auctor, repetit etiam paulo poſt in duodecimo modo terminaudi proceſſum fidei, in fine.*

Ac tales quidem nullo pacto eſſe recipiendos ex multis probare contendit Arnaldus Albertinus in repeti-

repetitione, cap. quoniam, de hæret. lib.6. quæſt. 12. circa finem, num.16. verſ. ſexto, & ſeptimo caſu. cuius ſententiæ ob eaſdem rationes, quibus ille vtitur, & ob eas, quas proxime retuli, libenter ſubſcribo.

De vndecimo modo terminandi proceſſum fidei per condemnationem hæretici impænitentis ac relapſi.

205 VNdecimus modus proceſſum fidei terminandi & finiendi eſt, quando delatus de hæretica prauitate ꝓceſſus meritis diligenter diſcuſſis cum bono conſilio in iure peritorum, reperitur confeſſus hæreſim ac impęnitens, & relapſus: & hoc eſt quãdo ipſe delatus ore proprio confitetur iudicialiter, talia, & talia ſe credere, coram Epiſcopo, & Inquiſitore: quæ tamen ſunt hæreticalia manifeſte: & licet informetur per Epiſcopum, & Inquiſitorem, quòd illa ſunt hæreticalia, non vult eis credere; immo coram eis illa defendit eſſe catholica, nec ad mandatum eorum vult ea abiurare: ſed perſiſtit in eis contumaciter, & pertinaciter animo indurato, & reperitur legitime, ꝙ aliàs vt deprehenſus in hæreſim, vel vt ſuſpectus vehementer, omnem vel illam hæreſim abiurauit: ſecus ſi vt ſuſpectus leuiter abiuraſſet: & iſte talis eſt veraciter impænitens hęreticus, & relapſus.

Circa iſtum talis practica eſt ſeruanda. Talis enim (quia in omni caſu, pæniteat vel non pæniteat, tradendus ſeu relinquendus eſt brachio ſæculari vt relapſus) teneatur in duro carcere atque tuto in firmis compedibus, & catena, ne poſſit euadere, & alios inficiat: nullus ad eum ingrediatur niſi cuſtodes, qui ſint viri probi, & de fide non ſuſpecti, & qui à relapſo non poſſunt trahi faciliter in errorem. Epiſcopus, & Inquiſitor eum ſibi faciant frequentius præſentari, & exerceant vires ad eundem à ſuis hęreſibus conuertendum, nunc inducendo auctoritates ſacræ ſcripturæ, nunc determinationem Eccleſiæ, nunc ſoluendo relapſi rationes, & eneruando ſui erroris fundamenta; nũc mittendo ſibi viros literatos, & religioſos, ſeu clericos, ac laicos, qui faciant illud idem, loquendo illi nunc coniunctim, nunc diuiſim. Quòd ſi conuertatur, diuina gratia peragente; nihilominus eſt informandus per aliquos probos viros, præſertim religioſos eidem non ingratos, ex parte Epiſcopi, & Inquiſitoris miſſos, quòd non poteſt mortem euadere temporalem; & ideo quòd diſponat de ſalute animæ, & confiteatur, & accipiat Euchariſtiæ ſacramenta: quæ ſacramenta, ſi humiliter petat, non ſunt ei deneganda, iuxta c. Super eo. de hæret. lib.6. Pæniteat autem, vel non pęniteat, congruo tempore expectatus (vt dictum eſt) vt vere relapſus tradendus eſt curiæ ſæculari. Perceptis † igitur ſacramentis ſi pæniteat, vel non: ſi non pæniteat, & competenti tempore expectatus, Epiſcopus, & Inquiſitor diſponent ſe ad relinquendum eundem poteſtati curiæ ſęcularis, &

†Al. ita, perceptis igitur ſacramentis ſi pæniteat. & competenti tẽpore expectatus Epiſcopus, & Inquiſitor diſponẽt ſe, &c.

A mandabunt per cedulam, ſeu nuntium Balliuo, ſeu poteſtati, ꝙ tali die, & tali hora, ſit cũ ſua familia in tali platea, ſeu loco extra eccleſiam (vt dictum eſt) & tradent ſibi quendam relapſum, & nihilominus ꝙ faciat publice pręconizari in vicis illis, ſeu locis, in quibus conſueuerunt fieri alię præconizationes, indicãdo omnibus ex parte Epiſcopi, & Inquiſitoris, ꝙ tali die, & hora ſint omnes in tali loco, quia ibi Inquiſitor faciet ſermonem pro fide; tradendo quendam relapſum curiæ ſęculari, & habebunt indulgentiam conſuetam.

Adueniente autem die, & hora pręfixis, Epiſcopus, & Inquiſitor erunt ibi, & tradendus ſtabit ibi B in alto, vt ab omnibus videatur, circundantibus eum miniſtris, pręſente populo, atque clero, ac Poteſtate curię ſęcularis.

Quòd ſi tradendus ſit in ſacris ordinibus conſtitutus, vel cuiuſquam ordinis, ſeu religionis obumbratione fuſcatus, ſtabit diſpoſitus, & indutus, ac ſi deberet in ſuo ordine miniſtrare. Quibus ſic diſpoſitis Inquiſitor faciet ibi ſermonem pro fide, deteſtando hæreſes, pro quibus relapſus ille eſt tradendus, & facto ſermone, Epiſcopus in pontificalibus indutus, ac aſsiſtentibus ſibi ſuæ diœceſis pręlatis, viris religioſis †, ac in iure peritis, iuxta c. Quoniam. de hæret. lib.6. degradabit C eum ſecundum quòd de iure, & conſuetudine eſt fiendum, auferendo ea, quæ ſunt officij ſui, incipiendo ab ordine vltimo vſque ad primum, vtendo aliquibus verbis contrarijs illis, quibus in collatione ordinum Epiſcopi vti conſueuerunt: qua degradatione expleta, pæniteat, vel non pęniteat, relinquendus eſt brachio ſęculari: ſed ſi pęniteat, vt hæreticus pænitens, ſed relapſus, per modum quo agitur ſupra in nono modo proceſſum fidei terminandi, vbi agitur de talibus: ſi non pęniteat, vt hęreticus impęnitens, & relapſus: & hoc per formam tenoris ſequentis.

†Appellatione harũ perſonarũ, qui contineãtur copioſe docet Albertinus in repetione cap.1. de hære. lib.6. quæſtio.1. & ſeq.

D

Forma relinquendi, ſeu tradendi impęnitentem hęreticum, & relapſum brachio ſæculari.

NOs N. miſeratione diuina Epiſcopus talis ciuitatis, & frater N. ordinis Prædicatorum Inquiſitor hęreticę prauitatis, in terris talis domini, à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus. 206

ATTENDENTES, quòd tu talis de tali loco, talis diœceſis fuiſti nobis, ſeu talibus prædeceſſoribus noſtris delatus de multiplici hęretica prauitate, *explicentur*, in quibus, vt legitime eſt cõpertũ, fuiſti cõfeſsione propria ac iudicialiter, & fide dignis teſtibus deprehẽſus, & ꝙ in illis perſtiteras tãto tẽpore aĩo indurato, *dicatur prout fuit*, ſed poſt ſano cõſilio inhęrendo, illas hęreſes publice abiuraſti in tali loco in forma Eccleſię cõſueta; ꝓpter quę p̃dicti Epiſcopus, & Inquiſitor, credẽtes te veraciter reſiliiſſe ab erroribus antefatis, & ad gremium Eccleſiæ credendo catholicæ aduolaſſe, tibi abſolutionis beneficium impartie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt, absoluentes te ab excommunicationis sententia, qua adstrictus in antea tenebaris, si tamen de corde vero, & side non ficta conuersus existeres ad sanctæ Ecclesiæ vnitatem, tibique salutarē pœnitentiam iniungentes, ad misericordiam receperunt, quia Ecclesia sancta Dei non claudit gremium reuertenti. Verum post omnia antedicta, fuisti nobis delatus (quod displicenter accepimus) quòd interim incideras in damnatas hæreses per te publice in antea abiuratas, seu talia, & talia commisisti contra abiurationem prælibatam, in tuæ animæ detrimentum, *explicentur*, Nosque quamquam displicentia sauciati, quòd de te talia audisse mus: nihilominus iustitia nos cogente, descendimus ad inquirendum, testes examinandū, teque vocandum, & interrogandum (vt decebat) medio iuramento, & ad faciendum omnia, & singula, quæ per nos fienda erant secundum canonica instituta. Sane cum vellemus præsentem causam fine debito terminare, solemne tam peritorū in theologiæ facultate, quàm in iure canonico, & ciuili consilium fecimus congregari, & habito cum prædictis in & super omnibus, & singulis in præsenti causa productis, deductis, actis, & actitatis consilio maturo pariter, & digesto, ac etiam replicato, visisque ac diligenter inspectis processus meritis huius causæ, ac omnibus æqua lance libratis, prout ius, & iustitia suadebant, reperimus legitime tam per testes dignos side, quàm per tuam confessionem propriam pluries per nos iudicialiter receptam, te incidisse ac recidisse in hæreses abiuratas: Nam reperimus, quòd talia dixisti, & egesti, *explicentur omnia*, propter quæ, & merito de prædictorum consilio te habemus tuis exigentibus excessibus pro relapso secundum canonicas sanctiones; quod dolenter referimus, & referendo dolemus, nouit ille qui nihil ignorat, qui cordium intima omnium intuetur: Et cum totis nostris præcordijs cuperemus, prout adhuc cupimus, reducere te ad sanctæ Ecclesię vnitatem, ac eneruare à tuis visceribus præfatam hæreticam prauitatem, vt sic saluares tuam animam, ac mortē euaderes corporis, & animę gehēnalem, conatus nostros exercuimus ad te saluberiter conuertendū, modos cōgruos varios adhibētes; sed tu in reprobū sensum datus, maligno spiritu ductus pariter & seductus, prælegisti torqueri diris, & perpetuis cruciatibus in infernū, & hic temporalibus ignibus corporaliter consumari, quàm adhærendo consilio saniori, ab erroribus damnabilibus ac pestiferis resilire, & ad gremium ac misericordiam sanctæ matris Ecclesiæ aduolare. Ea propter cum ecclesia Dei vltra non habeat erga te quid faciat, cum ad te conuertendū totum exercuerit posse suū: Nos Episcopus, & Inquisitor iudices in hac causa fidei memorati, sedentes pro tribunali more iudicum iudicantiū, sacrosanctis Euāgelijs positis corā nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videāt æquitatem: & præ oculis habentes solum Deum, & honorē sanctę fidei orthodoxæ: hac die, hora, & loco, ad audiendam sententiam diffinitiuā tibi in antea assignatis, te talem in nostra præsentia cō

A

B

C

D

E

stitutum sententialiter condemnamus, & condemnando iudicamus, te esse veraciter impœnitētem hæreticum, & relapsum, & vt talem realiter tradendum seu relinquendum brachio sæculari, & sicut vere hæreticum impœnitentem pariter & relapsum per hanc nostram sententiam diffinitiuam de foro nostro ecclesiastico te proijcimus, & tradimus seu relinquimus brachio sęculari, ac potestati curię sęcularis: deprecantes efficaciter curiam sæcularem prędictam, quòd citra sanguinis effusionem, & mortis periculum, erga te sententiam suam moderetur. Lata fuit hęc sententia, & cetera.

Et tunc Inquisitor conferet omnibus, qui præ dictis sermoni, & sententiæ interfuerint, quadraginta dierum indulgentiam consuetam, ac intimet, ꝙ omnes qui dederunt consilium, auxilium, vel fauorem, ꝙ prædictum factum fidei fine debito terminaretur, habent tres annos de indulgentia ex parte domini nostri Papæ.

Et dum curia sęcularis suum officium exequetur, poterunt ipsum relapsum associare aliqui probi viri, fidei zelatores, qui eum informare non desistant, ac conatum suum exerceant, vt conuertatur ad fidē catholicā, ac resiliat ab erroribus suis.

Resiliat autem vel non resiliat, Ecclesia tamen eum ad suum forum deinceps non admittet. crederem tamen, quòd si tunc ad fidem catholicam cōuerteret, adhuc sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ non essent ei petenti humiliter deneganda, iuxta c. Super eo. de hæret. lib. 6. non autem esset aliter ad misericordiam ab Ecclesia admittendus.

COMMET. XLVII.

Num. 205

IN hoc modo nihil fere occurrit notatu dignum aut difficile, quod in alijs modis non sit copiose explicatum. Eum nihilominus referunt Locatus in opere iudiciali in fine, in forma sententiæ contra impœnitentem, & relapsum, & Iacobus Sprengerius in Malleo maleficarum par. 3. quæst. 30. & Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. §. sequitur sententia. eiusdem etiam meminit Syluester lib. 3. de strigibus cap. 4. puncto. 13.

Iam hic modus eadem ratione absoluitur, qua nonus fuit tractatus, in quo actum est de praxi tradendi seu relinquendi relapsum curiæ sæculari.

Quantum vero ad formam ferendi sententiam cōtra impœnitentem, & relapsum attinet, eam possumus accipere ex concilio Constantiensi sessio. 21. vbi condemnatus fuit Hieronymus de Praga, qui relapsus extiterat, & impœnitens, in hæc verba.

Teneor sententię diffinitiuę latę contra Hieronymum de Praga.

In nomine Domini, amen. CHRISTVS Deus, & Saluator noster vitis matura †, cuius pater agricola est, discipulos, ceteroſq; fideles suos in illis instituens, inquit: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Cuius summi doctoris, & magistri doctrinam sequēs, & pcepta exequēs hæc sancta Constantiensis Synodus in causa Inquisitionis hæreticæ prauitatis per eam-

† Al vera. *Ioan. 15.*

eandem sanctam Synodum mota, fama publica referēte, & clamorosa insinuatione demonstrāte, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrū in artibus, laicū, ex cuius causæ actis & processibus constat, eundem Hieronymum tenuisse, asseruisse, & dogmatizasse nonnullos articulos hæreticos & erroneos, dudum à sanctis Patribus reprobatos, quosdam vero blasphemos, & alios scandalosos, & alios piarū auriū offensiuos, temerarios & seditiosos, dudum per dānatæ memorię viros Ioannem Vvicleff, & Ioannē Husz assertos, prędicatos & dogmatizatos, ac in nōnullis eorum libris & opusculis insertos. Quique doctrina & libri prędictorū Ioannis Vvicleff, & Ioānis Husz, ac Vvicleff, memoria, dictiq; Ioānis Husz persona, per eandem sanctam Synodum & eius sententiam de hęresi damnati & damnatæ fuerunt. Quamq; damnationis sententiam idem Hieronymus postmodum, pendente huiusmodi Inquisitionis causa, in eadem sancta Synodo cognoscens & profitens verā, Catholicā & Apostolicam fidem approbauit, & eidem consensit, anathematizauitq; omnem hæresim, præcipue eā, de qua erat infamatus, & se confitebatur infamatū, & quam præteritis temporibus dogmatizauerunt & tenuerunt Ioānes Vuicleff & Ioannes Husz in suis opusculis, sermonibus & libellis, & propter quam seu quas cum suis dogmatibus & erroribus ab eadem sancta Synodo damnati fuerunt tanquam hæretici, & eorum doctrina similiter damnata, præmissorumque omnium damnationem professus, & iurauit se in hac fidei veritate permansurum. Et si ipse quicquam contra sentire, vel prædicare præsumpserit, canonum seueritati subiacere, & ęternę pœnæ voluit obligari: Necnon suam professionem manu sua conscriptā, eidem sanctę Synodo obtulit atq; dedit. Post quas professionē & abiurationem multis diebus transactis, sicut canis ad vomitum rediens, vt virus pestilentissimū, quod in suo latitabat pectore, publice euomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sancta Synodo postulauit. Qua sibi cōcessa, coram eadem Synodo publice congregata asseruit, dixit, & professus est in effectu, quòd prę fatę sententię dānationis dictorū Ioānis Vvicleff, & Ioannis Husz inique consenserat, & illam sentētiam approbando mentitus fuit: Nec verebatur se confiteri mentitū, quinnimò confessionem, approbationē & professionē suas super illorū damnatione reuocabat nunc & in æternū, asserens, se in libris Ioannis Vvicleff, & Ioannis Husz nullam vnquam hęresim vel errorem legisse, licet ante fuerit confessus, & probatum sit euidenter, ipsum libros eorum diligenter studuisse, legisse, & dogmatizasse, & in quibus constat plures errores & hæreses contineri. Vnde idem Hieronymus de sacramento altaris & transubstantiatione panis in corpus professus est, se tenere & credere quod Ecclesia tenet, dicens se plus credere Augustino & ceteris Ecclesię doctoribus, quàm Ioanni Vvicleff, & Ioanni Husz. Constat insuper ex præmissis, eundem Hieronymum prædictis Vvicleff & Husz damnatis, & eorum erroribus adhęrere,

Qualitates articulorum damnatorū, quos profitebatur Hieronymus de Praga.

Abiuratio Hieronymi de Praga.

Hieronymi de Praga relapsus in hæreses.

A

B

C

D

E

illorumq; fautorem fuisse & esse, propter quę eadem sancta Synodus eundem Hieronymum palmitem putridum, aridum, in vite non manentem, foras mittendum decernit, ipsumque hæreticum, & in hæresim relapsum, excommunicatum, anathematizatum pronuntiat, et declarat, atque damnat. *hactenus ibi.*

Hæc formula mutatis mutandis, paucis additis, et detractis deseruire poterit ad ferendam sententiā contra impœnitentes relapsos.

Nemo vero miretur, cur non sit in hac sententia nominatim dictum, sancta Synodus decernit prædictum Hieronymum de Praga tanquam impœnitentē et relapsum iuxta canonicas sanctiones relinquendū esse curiæ sæculari, quoniam satis id non obscure continetur sub illis verbis: foras mittendum decernit, ipsumque hæreticum, et in hęresim lapsum, excommunicatum, anathematizatum pronūtiat, et declarat, atque damnat. *Ex quibus verbis protinus intelligitur, eos qui tales esse declarantur, iuxta legum sanctiones per sæculares magistratus esse plectendos.*

De duodecimo modo terminandi processum fidei per condemnationē conuicti de hæresi, & persistentis in negatiua.

DVodecimus modus processum fidei terminandi & finiēdi est, quādo delatus de hæretica prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur in hęresim deprehensus facti euidentia, seu testium productione legitima, non tamen cōfessione propria; & hoc est, quando ipse delatus conuincitur legitime de aliqua hęretica prauitate, vel facti euidentia: vtpote, quia hęresim publice prædicauit, vel per testes legitimos, contra quos excipere delatus legitime non potuit; tamē ipse sic conuictus & deprehensus, persistit firmiter in negatiua, & confitetur constanter catholicam sanctam fidem. 207

Iste [b] talis quamdiu sic persistit in negatiua, hę reticus impœnitens est cēsendus, iuxta notata per Hostien. in summa. tit. de hæret. §. Qualiter quis in hæresim deprehendatur, vt patuit supra par. 2. q. 34.

Negans crimen, de quo est conuictꝰ, censetur impœnitens.

Circa istū talis practica est seruanda. Talis duro carcere est tenēdus in compedibus et catenis, frequēter ab Episcopo et Inquisitore coniūctim et diuisim, et per se, et per alios est efficaciter admonendus, quòd eis detegat veritatem, indicādo ei, quòd si faciat et confiteatur errorem suum, ꝙ ad misericordiā admittetur, abiurando primitus illam hæreticam prauitatem: si autem noluerit, et steterit in negatiua, quòd ad finem relinquetur brachio sæculari, et mortem non poterit euadere temporalem.

Quòd si diutius informatus et expectatus, steterit in negatiua, Episcopus et Inquisitor modo coniunctim, modo diuisim, nunc per se, nunc per

alios

Universidad de Deusto
Biblioteca

alios probos viros trahãt ad se modo vnũ testem, modo alium informando eum, quòd attẽdat quid depoſuit, & ſi dixerit verum vel non: quia ſi non, damnat ſe ipſum ęternaliter, & alium temporaliter; & quòd non vereatur ſaltem ſecrete eis dicere, ne ille delatus moriatur iniuſte: & verba talia ſtudeant dicere, vt clare videant ſi depoſuerunt veritatem, nec ne.

Quòd ſi teſtes ſic informati ſteterint in affirmatiua, & delatus in negatiua, nec ex hoc ſtatim velint Epiſcopus & Inquiſitor negotium per ſententiam determinare, tradendo taliter deprehenſum brachio ſeculari; ſed diutius eum teneant, nunc inducendo deprehenſum ad affirmatiuam, nunc teſtes, diuiſim tamen, ad executiendam bene conſcientiam ſuam: & ſingulariter attendant Epiſcopus & Inquiſitor ad illum teſtem, quem viderint melius diſpoſitũ ad bonum, & qui videatur melioris conſcientię: & circa illum inſtent diutius, ſi res ita ſe habuerit, vt depoſuit nec ne, eius conſcientiam onerando.

208 De teſte vacillante.

Et ſi viderint teſtem aliquẽ vacillare, vel aliàs habeant indicia cõtra eum, propter quę ſuſpectus, quòd falſitatem dixerit, merito habeatur, de bono conſilio peritorum arreſtent eum, & procedant vt iuſtitia ſuadebit. Compertum namque eſt frequenter & frequentius, quòd ſic deprehenſus teſtibus fide dignis, poſtquàm in negatiua diu perſtitit ad cor reductus, preſertim veraciter informatus, quòd non tradetur brachio ſeculari, ſed ad miſericordiam admittetur, ſi ſuam detegat prauitatem; & veritatem, quam diutius negauit, tunc libere confitetur. Et frequenter repertum eſt, quòd teſtes malitia agitati, ac inimicitia ſuperati, ſe adinuicem colligarunt ad imponendum inſonti hæreticam prauitatem; poſtea vero ad informationẽ frequentem Epiſcopi & Inquiſitoris, remorſu cõſcientiæ fatigati, reuocant quod dixerunt, & fatentur malitioſe ſe illi impoſuiſſe tantam labem, propter quod talis & taliter deprehenſus non eſt per ſententiam feſtinandus, ſed diutius, quia per vnũ annum, vel plures expectandus, antequàm ſic tradatur curię ſeculari.

Si talis tandẽ errorem ſuũ fateatur ab iuret, &c.

Quo expectato tempore competenti, & adhibita diligentia concedenti, ſi ſic delatus ac legitime deprehenſus recognouerit culpam ſuã, ac confeſſus fuerit iudicialiter ſe fuiſſe illaqueatum tanto tpe pfata hęretica prauitate & illam ac omnem hæreſim non cõtẽpſerit abiurare, & ſatisfactionem ad arbitrium Epiſcopi & Inquiſitoris congruam exhibere, tanquam in hæreſim deprehenſus & propria confeſsione, & teſtiũ legitima productione, vt hæreticus pœnitens, abiuret omnẽ hæreſim publice, per formam, de qua agitur in octauo modo ſupra poſito proceſſum fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si vero ſit confeſſus, quòd incidit in hęreſim, ſed nec omnem, nec illam voluerit abiurare, ſed ſteterit in illa animo pertinaci, relinquatur brachio ſeculari, & agatur circa illum per modũ, de quo ſupra agitur in decimo modo proceſsũ fidei terminandi, vbi de talibus agitur.

Si autem ipſe deprehenſus ſteterit conſtanter in negatiua: ſed ipſi teſtes reſilierunt à ſua affirmatiua, ſuum teſtimonium reuocando, ac culpam ſuam recognoſcendo, quia inſonti tantam labem falſo impoſuerunt, rancore & odio agitati, prece ſeu pretio ſeducti, ipſo delato vt immune à iudicio relaxato, punientur ipſi vt falſi teſtes, accuſantes ſeu deferentes, vt notat Paulus ſuper c. Multorum. & ver. illos, in prin. de hęret. in cle. & feretur ſententia ſeu pœnitentia contra eos per formam tenoris ſequentis.

Forma puniendi ac condemnandi falſos teſtes, vel falſo ſeu malitioſe imponẽtes innocenti crimẽ hæreticę prauitatis.

NOs N. miſeratione diuina Epiſcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis in terris talis domini, à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus.

ATTENDENTES, quòd tu talis de tali loco, talis dicœceſis, veniens per teipſum ſpontanea voluntate, aliàs non citatus nec vocatus, ac cõparẽs perſonaliter corã nobis Inquiſitore prędicto, ſeu Epiſcopo & Inquiſitore prędictis in iudicio conſtitutus accuſaſti, ſeu denuntiaſti, ac teſtificatus fuiſti medio iuramento, ꝙ talis, de tali loco, & talis dicœceſis, talia dixit ſeu fecit contra ſanctam fidem catholicam, ac in fauorem hæreticæ prauitatis, *exprimantur illa*: Nos merito preſumẽtes te nõ falſo cõtra prædictũ talem talia depoſuiſſe, nec ex odio vel rancore, neq; ex animo malignandi, ſed zelo fidei orthodoxæ, quantũ prima facie apparebat: dictum talem vocari fecimus coram nobis, & in iudicio conſtitutum, iuratumq; de dicenda veritate requiſiuimus, quatenus de prędictis ſuper facto hæreſis quæcunque ſciret tam de ſe quàm de alijs plenam & meram nobis diceret veritatẽ: quo conſtanter negante prędicta; & in negatiua diu & continue perſiſtente, ſuſpicantes eundem negare veritatem contra proprium iuramentum, eundem fecimus tanto tempore in carcere detineri: ſeu aliàs arreſtari, credendo te & alios eundem nobis zelo fidei detuliſſe. Demum tam ex negatiua ipſius delati talis, (in qua perſtitit, & perſiſtit medio iuramento, & multo tempore expectatus) quàm ex quibuſdã veriſimilibus coniecturis merito ſuſpicantes, quòd tu malitioſe & calumnioſe cõtra talem prædictum deponens, eum inuoluere nixus fueris in crimine tam nefando; te [d] citari, & ad noſtram præſentiam adduci, ac prædictum talem coram nobis fecimus confrontari; & cum prædictus talis delatus in negatiua perſtiterit, & tu in affirmatiua; & vterque medio iuramento, te iuſsimus detineri donec de prædictis (prout nos decuit) fuiſſemus plenius informati; & compertis talibus & talibus, *exprimantur*, te de carcere educi fecimus, & coram nobis in iudicio conſtitutum iuratumque, iterum monuimus & requiſiuimus canonice, quòd nobis aperires & diceres an ea, quæ contra talem prædictum depoſueras, continerent in aliquo veritatem: tu vero ductus conſilio ſanio ri, tuæ malitiæ conſcius, & ad cor rediens, conſtitutus in iudicio coram nobis ſponte & libere recognouiſti, quòd omnia & ſingula quæ depoſueras contra eum, non fidei zelo, nec veritatis amore hoc feceras, ſed potius typo malitiæ & rancoris, & liuore iracundię, & odio cõcitatus, & quòd talia, quæ depoſueras contra eum, non continebant in aliquo veritatem, ſed ſimpliciter erant falſa: petens tu humiliter pro præmiſsis tibi miſereri, ac tibi iniungi pœnitentiam ſalutarem: Nos igitur Epiſcopus & Inquiſitor præfati, penſatis præmiſſis ac circũſtantijs alijs, quibus motus animus noſter & cuiuſlibet iudicis potuit merito informari; certiores effecti quòd veritatem, quę ſola in negotio fidei queritur, denigraſti, ſyncritatem ſancti officij Inquiſitionis corrupiſti, & nos tuos iudices deluſiſti, in prędictum fidei orthodoxæ, & in ſcandalum ac graue periculum prędicti talis innocentis, quem in tam deteſtabili crimine malitioſe & fraudulẽter inuoluere nitebaris, falſum ferendo teſtimonium in iudicio coram nobis: Ea propter ne (ſicut nec debet nec expedit) tale & tã graue crimen remaneat impunitum, & vt tui pœna tranſeat ceteris in exemplum, & alij à conſimilibus arceantur, ſedentes pro tribunali more iudicium iudicantium, ſacroſanctis Euangeliis poſitis coram nobis, vt de vultu Dei omne iudicium noſtrum prodeat, & oculi noſtri videant ęquitatem, habenteſque præoculis ſolum Deum, de multorum peritorum in theologiæ facultate, & in iure canonico & ciuili maturo conſilio pariter & digeſto, te talem [e] in cauſa fidei falſum teſtem, ſeu delatorem ad carcerem perpetuum talem, in his ſcriptis per noſtram diffinitiuam ſententiam condemnamus: in quo ſub vinculis ferreis in pane doloris & aqua anguſtię, quamdiu vixeris, agas penitentiam de premiſsis, ſolam vitam tibi de miſericordia relinquentes; & nihilominus quòd ſtatim ponaris & eleueris in ſcala, in tali porta huius eccleſiæ, in qua ſtes ligatis manibus, & capite diſcooperto, & in camiſia ſpoliatus, vſque ad horam prandij; & modo conſimili tali die Dominica in porta talis eccleſiæ, & tali in tali, &c. *ponantur alia, vt viſum fuerit, & culpa maior vel minor exegerit delinquentis*: Reſeruantes nobis ex certa ſcientia & expreſſe, quatenus dictam pœnitentiam libere valeamus mitigare, relaxare, aggrauare, & mutare, ſi & quando, & totiens quotiens, nobis viſum fuerit faciendum. Lata fuit hæc ſententia, & cetera.

210

Si autem taliter deprehẽſus, per annũ ſeu plus, vel alio maiori congruo tempore expectatus perſtiterit in negatiua continue, & teſtes legitimi in affirmatiua; diſponant ſe Epiſcopus & Inquiſitor ad relinquendum eundem brachio ſæculari, mittendo eidem aliquos probos viros fidei zelatores, & præſertim religioſos eidem non ingratos, ſed familiares & gratos, qui [f] ſibi indicent, quòd mortem non poteſt euadere corporalem, dum ſtat in negatiua; ſed tradetur tali die vt hæreticus impœnitẽs brachio ſeculari: Et nihilominus Epiſcopus & Inquiſitor, mittant balliuo, ſeu poteſtati curiæ ſæcularis, quotiens tali die & hora ac loco, extra eccleſiam tamen, veniat cum familia ſua ad recipiendum quendam hæreticum impœnitẽtem, quẽ tradent ei; & etiam quòd faciat publice prœconizari in locis illis, in quibus prœconizationes alię fieri conſueuerunt, quòd omnes ſint tali die & hora in tali loco ad audiendum ſermonem, quem Inquiſitor faciet de fide, & tradent Epiſcopus & Inquiſitor quendam hæreticum pertinacem brachio ſeculari.

Adueniente autem die prędicta ad ferendã ſententiam aſsignata, erũt Epiſcopus & Inquiſitor in loco prędicto, ipſo tradendo ibid m exiſtente in alto, & clero & populo congregato, vt eminenter ob omnibus videatur: ac [g] præſente Poteſtate curię ſæcularis, ſtante ipſo tradẽdo, ſi fuerit in ſacris ordinibus cõſtitutus, vel cuiuſcũq; religionis ſeu ordinis obumbratione fuſcatus, induto, ac diſpoſito ac ſi deberet in ſuo ordine miniſtrare. Et facto ſermone per ipſum Inquiſitorẽ, ſi (vt dictum eſt) relinquendus ipſe fuerit in ſacris ordinibus cõſtitutus; Epiſcopus in pontificalibus indutus, eũ degradabit, ea quæ ſunt officij ſui retrogrado ordine auferẽdo, incipiendo à ſupremo: & poterit vti verbis contrariis his, quibus in conferendo talem ordinem Epiſcopi vti conſueuerunt.

Qua degradatione expleta, ſi tradẽdus fuerit in ſacris ordinibus conſtitutus, vel ſi nõ fuerit, facto ſermone prædicto, legantur culpæ tradendi ſeu relinquendi brachio ſæculari: quibus lectis feretur ſententia per hunc modum.

Forma tradendi ſeu relinquendi brachio ſaculari eum, qui conuictus eſt de hæreſi per teſtes legitimos, & ſtat pertinaciter in negatiua, licet fidem catholicam profiteatur.

211

NOs N. miſeratione diuina Epiſcopus talis ciuitatis & Frater N. Inquiſitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini, à ſancta ſede Apoſtolica ſpecialiter delegatus:

ATTENDENTES, quòd tu talis, de tali loco, & talis dicœceſis, fuiſti nobis delatus de tali hęretica prauitate, *exprimatur*, & vellem[g] certiorari, an ea quę de te, et contra te nobis dicta fuerũt, veritate aliqua fulcirẽtur, et an tu ambulares in tenebris vel in luce, deſcendimus ad nos informandũ, teſtes diligentius examinandum, teque vocãdum acinterrogandum ſæpius medio iuramento, defenſioneſque exhibendum, et ad omnia et ſingula faciendum, quæ per nos facienda erant ſecundum canonicas ſanctiones. Verum cum vellemus preſens tuum negotium fine debito terminare, ſolẽne conſilium tam in theologiæ facultate, quàm in iure canonico et ciuili coram nobis fecimus congregari; et viſis ac diligẽter diſcuſsis, proceſſus meritis, ac omnibus et ſingulis in preſenti cauſa productis, deductis, actis, et actitatis æqua lance libratis, prædictorũ conſilio digeſto pariter et maturo, reperimus contra te probatum legitime, quòd fuiſti tanto tempore infectus hæretica prauitate: nã

reperimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

eperimus quòd dixisti & fecisti talia & talia, *ex-primantur*, ex quibus apparet manifeste quòd es legitime deprehensus in prędictam hæreticā pra-uitatem. Sane cum cuperemus (prout adhuc cupi mus) te veritatem fatendo resilire ab hęresi ante-dicta, & reduci ad gremium Ecclesię sanctę, & ad sanctæ fidei vnitatem, vt sic saluares animam tuā, & tam animę quàm corporis mortem euaderes ge hennalem; tam per nos, quàm per aliòs nostram diligentiam exercentes, ac te per longa tępora ex-pectantes; tu in reprobum sensum datus contem-pisti acquiescere nostro consilio saniori, immo perstitisti & persistis in negatiua pertinaciter ani-mo indurato: quod doleter referimus & referēdo plangimus & dolemus. Verum cum Ecclesia Dei tanto tempore te expectauerit, quatenus resilires recognoscendo propriam tuam culpam, & nolue ris neque velis; & non habeat vltra quid tibi gratię faciat atque mercedis †: ea propter vt sis ceteris in exemplum, & alij ab huiusmodi hæresibus arceā-tur, & tanta facinora nō remaneant impunita: Nos Episcopus & Inquisitor, iudices in causa fidei me morati, sedentes pro tribunali more iudicum iu-dicantium, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis, vt de vultu Dei iudicium nostrū prodeat, & oculi nostri videant æquitatem, habentes præ oculis solum Deum, & sanctæ fidei gloriā & ho-norem: te talem in nostra præsentia constitutum hac die, & hora, & loco, tibi ad audiendum senten tiam diffinitiuam assignatis: diffinimus, declara-mus, ac sententiamus, te esse hæreticum impæ-nitentem, & tradendum, seu relinquendum, vt talem, brachio sęculari, & per hanc nostram sen-tentiam, vt vere hæreticum pertinacem, ac im-pænitentem, à foro ecclesiastico te proijcimus, & tradimus, seu relinquimus brachio sæculari, ac potestati curiæ sęcularis: Eandem curiā sæcula-rem efficaciter deprecantes †, quatenus circa te, citra sanguis effusionem & mortis periculum, suam sententiam moderetur. Lata est hęc sen-tentia, & cetera.

† Vox Hispana, idest, beneficij.

† Iuxta cap. Nouimus, de verb. sig.

Et tunc Inquisitor conseret omnibus, qui præ-dictis sermoni & sententiæ interfuerūt, quadragin ta dies de indulgentia ex parte dñi nostri Papę: in-dicando etiā publice, & omnes qui prestiterūt au-xilium, consilium, vel fauorem in facto fidei ante lato, habuerunt tres annos de indulgentia.

De associan tibus relaxa tum.

Poterunt autē Episcopus & Inquisitor dispo-nere, quòd aliqui probi viri fidei zelatores, ipsi re licto curiæ sæculari non ingrati, sed familiares & grati, associent dictum relictum, dum curia sęcu-laris in eum suum officium exequetur, qui eum consolentur, & adhuc inducant, quòd fatendo ve ritatem, ac recognoscendo culpam suam, resiliat ab erroribus suis.

Quòd si forsan post sentētiam, & iam relictus, & ad locum vbi est comburendus, deductus, dixe rit se velle fateri veritatem, & recognoscere culpā suam, & ita fecerit, & paratus fuerit huiusmodi hę resim & omnem aliā abiurare: licet præsumatur, quod hoc faciat plus metu mortis, quàm amore veritatis, crederem (vt dictum est supra in decimo † modo processum fidei terminandi) quòd de mi-

† Vide quæ ibi scripsim⁹.

A sericordia posit recipi vt hæreticus pęnitens, et perpetuo immurari, iuxta gloss. super c. Ad abolē-dā. §. præsenti. et ver. audientia. et c. Excōmunica mus 2. de hæret. quāuis non, vt puto, de rigore iu-ris, nec tali conuersioni (vt dictum est ibi) est ma gna fides adhibenda à iudicibus fidei.

COMMENT. XLVIII.

Num. 207.

De hoc modo agunt Tabienſis in ſum. verbo, In-quiſitor. §. 24. Iacobus Sprenger in malleo ma leficarum par. 3. q. 31. Syluester lib. 3. de ſtrigibus c. 4. puncto 14. & Locatus in fine operis Iudicialis in formula tradendi brachio ſęculari hæreticum impæ-nitentem, fidem tamē catholicam profitentem. & Re pertorium Inquiſitorum verbo, ſententia.

B

Quid potiſſi mum tractet Eymeric⁹ in duodecimo modo.

In hoc autem modo præter praxim, quæ abſolu-tiſſima eſt in hoc caſu, duo potiſſimum offert Eymeri cus examinanda: quorum primum ad reum negatiuè ſpectat, alterum vero ad teſtes, de quibus, ac pleriſq; aliis occurrentibus ſingillatim receptiora, & ſecurio ra trademus.

Num. 207.

a ¶ Tamen ipſe ſic conuictus et deprehenſus.] *Ita hunc locum imprimendum curauimus ex tribus manuſcriptis Sabellano, Bononienſi, & codice Cardi-nalis de Gambara: nam in Barcinonenſi impreſſo ita*

Locus emen datus.

C *legebatur:* Cū ipſe ſit conuictus, et deprehenſus. *quæ lectio non multum cum antecedentibus & cōſe-quentibus cohærebat: quare manuſcriptos ſecuti ſu-mus, quorum planior et facilior eſt lectio.*

Num. 207.

b ¶ Iſte talis quamdiu ſic perſiſtit in negatiua, hæreticus impænitens eſt cenſendus.] *Ex his ver-bis, & illis quæ profert Eymericus paulo poſt, num. 210. ibi:* Qui ſibi indicent, quòd mortem non po teſt euadere corporalem, dum ſtat in negatiua. *Itē ex quæſt. 34. partis ſecundæ, nu. 3. & deniq; ex tota ſerie huius diſputationis, videtur dirimi quæſtio illa anceps & controuerſa, de qua valde olim fuit dubi-tatum: An qui accuſatur de hereſi, de qua legitime*

D *conuincitur, & negat ſe talia dixiſſe vel feciſſe; pro-ſtatur tamen ſe omnino credere & tenere, quod tenet et credit ſancta Romana Eccleſia, ſit velut hæreticus impęnitens tradendus curiæ ſæculari.*

An negatiua proteſtans ſe credere vt credit Eccle ſia, ſit traden dus curiæ ſe cularj.

Et non obſtante prædicta proteſtatione, proculdubio tradendus eſt, vt his locis docet apertiſſime Eymericus, cuius ſententia vera eſt et communis, quā tradidit deciſio Rotę antiqua 875. tit. de hęret. quæ incipit: Accuſatus. *tenet etiam Hoſtienſis hoc loco ab Eymerico citatus. Calderinus conſil. 2. tit. de hæ-ret. Ioannes Anania in cap. excommunicamus. §. a-diſcimus. de hæret. & alij quidam ex antiquioribus. Recentiores autem fere omnes, qui de puniendis hęre*

E *ticis ſcripſerunt, hanc ipſam ſententiam audacter profitentur: Repertorium Inquiſitorū verbo, negati-na. 8. ſi tamen accuſatus. Albertinus tract. de agno-ſcen. aſſertio. q. 8. nu. 7. & 8. & q. 34. nu. 51. idem vi detur tenere Boerius deciſione 343. incipien.* Quia in præcedenti. *cōtra id, quod male prius diſſeruerat de ciſ. 341. incipien.* Inquiſitus de hæreſi. *tenet etiā Si-mancas de catho. inſtit. tit. 48. nu. 25. et 26. et Ioan-nes Rojas tract. de hęret. par. 1. nu. 69. & ſeq. et ce-teri bene ſentientes vno conſenſu.*

Et quamquam non deſint rationes vinę quidem & effi-

& efficaces ad hanc ſententiam comprobandam, de quibus paulo poſt agam; hoc mihi videntur iam o-lim initio conſtitutę delegatę Inquiſitionis definiuiſ ſe concilium Biterrenſe. & Narbonenſe, in quorū pri mo videlicet Biterrenſi cap. 6. 7. 8. & 9. de hac fa-cti ſpecie, ac etiam de ordine procedendi in tali caſu ita ſcriptum eſt:

A *tentia niti poſſit, ille in promptu ſunt. Primum,* ſententia ful *quoniam ſi hæreſis huius negatiui plene ac legitime* citur. *probata eſt, iam Eccleſiæ conſtat hunc hęreticum eſſe, qui niſi errores ſuos confiteatur ac deteſtetur, velut impęnitens hæreticus merito tradēdus erit cu rię ſæculari.*

Rurſus qui legitime contra ſe probatos errores nō concedit, quamuis proteſtetur, ſe rectā fidem tenere, nihilominus non ſatisfacit Eccleſiæ, quę in primis ſa tisfactionem poſtulat de probatis hæreſibus, quas ip ſe ſe dixiſſe diffitetur: quam ob rem cum non ſit cor-rectus, velut impęnitens erit damnandus, quoniā pec cati venia non datur niſi correcto:

Cap. 6.

Illos qui cum ſint culpabiles, contemnunt cōparere infra tēpus gratiæ, aut malitioſe ſupprimūt veritatem, citetis ſuo tempore nominatim.

Cap. 7.

Eiſque ſi veritatem contra ſe inuentam confi-teri noluerint, exponatis capitula ſuper quibus inuenti ſunt culpabiles, et dicta ſimiliter teſtium publicetis:

Cap. 8.

Ac datis dilationibus competentibus, et defen-dendi facultate conceſſa benigne admittatis exce ptiones, et replicationes legitimas eorundem.

Cap. 9.

Et ſi quidem in ſua defenſione defecerint, niſi culpam probatam gratis confiteri voluerint, aſsi-gnato ad ſententiam termino peremptorio com-petenti, damnetis eoſdem: non enim ſunt ad mi-ſericordiam admittendi, dū in ſua negatione per-ſiſtunt, quantumcunq; voluntati Eccleſiæ ſe ſup-ponunt. *hactenus ibi.*

B *Poſtremo, quia ad veram pœnitentiam neceſſa-ria eſt confeſſio, nec veniam conſequi meretur qui peccatum non agnoſcit. c. non poteſt, cum ſeq. de pœ-niten. diſt. 1. cum itaque is negantium non confitea-tur, impœnitens putatur, ac curię ſæculari propte-rea merito eſt relinquendus. plures alias rationes in eandem ſententiam viuas ſane & expirantes com memorat prefata deciſio Rotæ 875. quas breuitatis gratia omitto.*

Ex his omnibus valide refellitur ſententia Iu- Sentētia Iu *lij Clari, qui in §. hæreſis. verſ. & nota in hoc ca-* lij Clari reie *ſu propoſito. de hac veritate dubitauit, quamuis* cta- *Eccleſię iudicio ſe ſupponat. ceterum à ſuperio-*

C *ri ſententia nullo modo eſt recedendum, & hoc iu-re vtimur.*

Nec quiſquam dicat, iniuſte ſe hac ratione conde-mnari, nec conqueratur de iudicibus Eccleſiaſticis, vel de iudicio Eccleſię ita ſtatuentis, quę de occultis nō iudicat: ſed ſi fortaſſis per iniquos teſtes eſt conui ctus, ferat id æquo animo, ac lætetur, quòd pro verita te mortem patiatur.

Monebo tamen hoc loco apertioris doctrinę gra- Vt præfata *tia, nonnulla eſſe neceſſaria, ad hoc vt prędicta ſen-* ſententia ob *tentia locū habeat, vt optime admonent Albertinus* ſeruęē, quot *in dicto tract. de agnoſcen. aſſertio. q. 8. nu. 8. et q. 34.* requirantur *nu. 51. & Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 1. nu.*

D *84. & ſeq.*

Primum, quòd ſit conuictus de vera & formali hæreſi, verbi gratia, de hac: Non eſſe purgatorium, non de aſſertione ſcandaloſa, temeraria, male ſonante, aut ſimilibus: idem forte dicas de factis, ex quibus inſur git hereſis vel apoſtaſia ſeu credentia iuxta concilium Narbonenſe, vt paulo antea dicebamus, in quo mul ta prudentia opus eſt.

Alterum eſt, quòd verba hęreticalia, de quibus negatiuus conuincitur, ſint certa & clara, nō dubia vel ambigua, habentia duplicem ſenſum, hęreticum vnum, catholicum alterum: quoniam tunc relicto ſenſu hęretico, catholicus accipiendus eſt, vt late do

E *cet idem Albertinus tract. de agnoſcen. aſſertio. q. 7. & Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 1. num. 366. dubia enim in meliorem & ſaniorem partem inter-pretari debemus, vt etiam docet ſanctus Thomas 2. 2. q. 60. art. 4.*

Tertium eſt, quòd reus conuincatur de hereſi, quā negat, per teſtes legitimos & idoneos, ſeu omni ex-ceptione maiores, non per inimicos aut ſingulares, aut alias inhabiles.

Quartum eſt, vt illud factum ſeu dictum hęretica-le, de quo reus conuincitur, ſit recens, non vetu-

Rationes q bus ſupetior

ſtium; ita

Universidad de Deusto Biblioteca

stum; ita vt verisimiliter reus credatur eius fuisse oblitus, cum in facto antiquo obliuio præsumatur: de quo quid sit sentiendum, abunde dixi supra in 2. parte, super quæst. 34. §. sed in hac quęstione. & §. seq.

Postremum est, quòd is negatiuus per testes conuincatur asseruisse se illa credere, & credenda alijs esse. nam cum testis deponit de verbis hæreticalibus ab alio prolatis, debet etiam deponere de illius accusati credulitate: quia hoc in verbis necessarium est: cum aliquando talia verba possint dici referẽdo aliorum opiniones, aut disputando, aut lapsu linguę, aut subito iracundiæ calore, aut alijs huiusmodi modis. hęc omnia colliguntur debere concurrere ex principio, & tota serie prædictæ decisionis 875. vt optime præcitatis locis obseruauit Albertinus, quidquid dicat Ioannes Rojas, qui fortassis in hoc non bene perpendit verba Albertini.

Num. 209. c ¶ Forma puniendi ac condemnandi falsos testes, etc.] Quoniam in hoc duodecimo modo processum fidei terminandi potest contingere testium falsitas; ideo quasi incidenter de testibus falsis puniẽdis differit Eymericus: nã ex professo hoc tractat infra par. 3. q. 73. vbi diximus copiose. id solum hoc loco admonebo, dubitatũ fuisse olim, an Inquisitor posset testes falsos punire, & qua pœna. sed hæc quęstio hodie penitus cessat, vt experientia ipsa quotidie testatur. Adde Zanchinum tract. de hęret. c. 14.

Inquisitor falsos testes punire potest.

Iam quantum attinet ad formam ferendi sententiam contra falsos testes, diligenter eam hic prosequitur Eymericus, quem per omnia sequuntur repertorium Inquisitorum verbo, sententia. §. sequitur forma sententiæ. & Locatus in fine operis iudicialis, in formula sententię contra falsos testes, seu falsum deponentes.

Num. 209. d ¶ Te citari, et ad nostram pręsentiam adduci, ac prędictum talẽ corã nobis fecimus confrõtari.] Hoc ipsum in eadem facti specie consuluit faciendum Eymericus supra tit. De cautelis Inquisitorum cõtra hęreticorum cauillationes. §. tertia cautela. nu. 101. vbi diximus hanc reorum et testium conciliationem non facile esse admittendam.

Cęterum, quia in hunc locum lectorem remiserã, dum quęrerem, nunquid in aliquo casu locum hæc cõfrontatio habere possit: nunc dico, prima fronte videri æquũ et rationi consentaneum in hoc casu, vt rei negatiui et testiũ affirmantium conciliatio fiat, vt sic veritas habeatur, ne innocens negatiuus curię sęculari vltimo supplicio afficiendus tradatur.

Veruntamen quia grauis est hęc causa de confrontatione facienda, ideo in ea multũ circunspecte loqui oportet, ne ex dictis nostris quis arripiat occasionẽ; & inconsiderate quandoque agat.

Confrõtatio testiũ & reorum in crimine hæresis, an & quãdo locum habeat.

Sit ergo in hac re hoc primum axioma: Vbi magna affuerit causa, & omne periculũ cessauerit, recto iudicum arbitrio quandoque fieri potest hæc confrontatio. ita Simancas & vere in enchyridio violatæ religionis tit. 35. nu. 16. quam ob rem etiam in hoc casu, de quo hic Eymericus agit, cũ reus in negatiua perseuerat, non aliter fieri poterit confrontatio, nisi procul absit omne periculum: quod si affuturum crederetur ipsis testibus, nullatenus esset facienda ad explorandam veritatem; sed tunc ad condemnationem

A negatiui possent Inquisitores deuenire, nec dicentur iniuste eum condemnare, cum legitimis testibus sit conuictus: quia si facile permitterentur huiusmodi confrontationes, proculdubio redundaret in fidei detrimentum: nam homines à testificando contra hæreticos propterea auerterentur; quod est omnino pręcauẽdum, ne publicum commodum ob priuatam vnius, aut alterius vtilitatem lædatur.

Sit secundum axioma: Confrontatio tunc secure fieri potest, quãdo testes complices sunt eiusdẽ criminis cum reo: hoc enim casu manifestũ est ad conuincẽdum reum negantem nominãdos ei esse complices, cũ quibus dicitur deliquisse: quare similiter poterũt ei confrontari. neq; enim tunc tam confrontantur vt te-
B stes, quàm vt complices.

Sit tertiũ axioma: Cũ vilissimi sunt testes & rei, qui parum curãt bonã vel malã habere famã, quales sunt vilissimę meretices, & vilissimi homines, qui humeris onera deferunt, & si qui sunt similes; tũc fieri fortassis poterit confrontatio. sed hoc casu omnem periculi suspicionem procul etiam abesse oportet: ac in alijs etiã forsan casibus poterit admitti, qui recto iudicum arbitrio relinquuntur.

In confrõtatione facienda, & vbi fuerit facta, q̃d obseruandũ.

Iam in confrontatione facienda hæc mihi videntur obseruanda. primum ne solus Inquisitor eam decernat, quia res magni momenti est: adhibeat ergo
C consilium Episcopi & peritorum, sine quorum assensu nullo pacto crederem decernendam; quòd si non conueniant, maiores Inquisitores consulant. certe in supremo Senatu Sacrosanctę & generalis Inquisitionis Romanę nunquã fiunt huiusmodi confrontationes, nisi re cognita, et decreto interposito per Illustrissimos Cardinales in tota Christiana repub. Inquisitores generales; vt vel hinc ceteri intelligãt quàm caute in re tam periculosa sit progrediendum.

Postremo vbi decreta fuerit confrontatio, cauendum est, ne simul duos testes, aut omnes quotquot testificati sunt contra reum negatiuum producant coram ipso, sed singulos per se ei sistant, et vtriusque dicta notarius scribat: nam si diuersi fortassis in tẽ-
D pore vel loco commissi delicti deprehendantur, aut in alijs substantialibus eius delicti, de quo agitur; tũc magna presumptio erit eos esse falsos, exemplo eorũ qui falso Susannam accusarunt, ut legitur Daniel. c. 13. sed hoc non erit obseruandum cum testes & reus sunt eiusdem criminis complices: tunc enim omnes simul produci poterunt.

Quid obseruandum cit ca negatiuũ priusquam condemnet.

Quantum vero attinet ad negatiuum, priusquam vt impęnitens condemnetur, plurima considerare oportet: & rationem diligentem esse habendam et rei negatiui et testium affirmantium facile suadet grauitas huius negotij: nam si reus negatiuus ex vita anteacta, bonis moribus, et bona fama procul ab hęresi
E sibi obiecta abesse videatur, iniquo testimonio urgeri præsumendum erit. quod tunc magis erit suspicandũ, cum testes non sunt per omnia probati, aut aliquãdo accusato fuerunt inimici: quod Inquisitor ex officio debet inuestigare.

Contra vero, reum negantem iniquum pręsumere licebit, & iusto testimonio conuinci, cum malę vitæ & famę fuerit, & testes probati sunt & graues. hęc inquam et alia huiusmodi sunt aduertenda priusquã ad condemnationem deueniatur.

e ¶ Te

Num. 209. e ¶ Te talem in causa fidei falsum testem seu A delatorem ad carcerem perpetuum talẽ, etc. condemnamus.] Ex hoc loco apertissime colligimus sentire Eymericum testes falso testificantes in causa fidei non esse puniendos pœna talionis, nec tradendos curię sęculari, cum ad carcerem perpetuũ dãnet, de quo quid sentiã, dicã copiose infra super dicta q. 73.

Delatoris & testis falsi æqualis pœna in hoc crimine.

Ad hæc, illud hoc loco obseruabis, Eymericũ quo ad pœnam æquiparare delatorem, & testes, & recte quidem: quoniam licet in alijs criminibus mitius puniatur qui falso defert, quàm testes: at cum in hoc crimine delator seu denuntiator testibus annumeretur, vt aiunt Abbas & Felynus in c. in omni, de testibus. & Albertinus in tract. de secreto nu. 177. &
B Simãcas in enchyridio tit. 23 nu. 7. cõsequitur aperte delatoris & testis falsi parem futuram pœnam, æqualemque vindictam, vt subtiliter, & breuiter indicat hoc loco Eymericus.

Num. 210. f ¶ Qui sibi indicent, quòd mortem non potest euadere corporalẽ dum stat in negatiua, etc.] Horum verborum occasione diluẽda est hoc loco pulchra difficultas, quæ doctis etiam possit negotiũ exhibere: An huic ita conuicto per falsos testes, qui re vera crimen hęresis sibi obiectum non admisit, liceat illud fateri, & agnoscere, seque infamare, vt mortem euadat temporalem, & misericordiam implorando ad Ecclesię gremium pænitentiamque ad-
C mittatur.

An qui falso conuincitur in hoc crimine, possit illud fateri vt mortem effugiat.

Ac primum quidem cum fama inter bona temporalia numeretur, quamuis externorum bonorum maximum censeatur. cap. deteriores. 6. quæst. 1. Aristoteles lib. 4. ethicorum cap. 3. B. Thom. 2. 2. q. 129. art. 1. traditque copiose Dominicus Sotus lib. 4. de iust. & iure quęst. 2. art. 3. conclus. 4. & alij Theologi communiter, poterit vtique quilibet arbitrio suo ita famam vt pecunias & cetera bona temporalia profundere, pręsertim ad vitam redimendam, quæ cunctis rebus etiam pretiosissimis anteponenda videtur.

Rursus quamuis honor seu bona fama res præstan-
D tissima sit, opinione tamen hominum, qua honor consistit, pluris ęstimatur ingens auri pondus, quàm tenuis honor & fama: vitã autem famæ esse pręferendam secundum essentiã valoris vtriusque, nullus vnquam (quod ego sciã) dubitauit. licere itaq; videtur vel ad conseruandam vitam, uel etiam ad sęuitiã tormentorum euitandã; neglecta fama crimẽ fateri quod non commisimus.

Multa in eandem sententiam afferri possent, quę libenter omittimus, atque in hac difficultate sit hęc prima conclusio: Quamuis homo sit dominus suæ famæ, & se quandoque infamando, prodendo, & detegendo crimen quod commisit, non peccet contra
E iustitiam, neque vlli iniuriam irroget; nihilominus saltem veniale peccatum committit contra sui ipsius charitatem: quod plane multo magis tunc contingeret, quando ad euadendam sæuitiam tormentorum id diceret quod non commisit: nam tunc culpam mendacij admitteret; mendacium autem licet ex suo genere non sit peccatum mortale, dictum tamen in iudicio coram iudice legitime interrogante, et cum iuramento præcedenti, mortale peccatum est: quòd si venialis etiam tantum culpa esset, nec tunc

A quidem admittere licebit, quia mentiri suo genere malum est.

Vt mortem fugiam, non licet fateri crimẽ quod nõ fecimus.

Sit secunda conclusio: Quotiens quis conuincitur de nefandissimis quibusdam horrendissimisque flagitijs, quę aures exhorrescunt, veluti de crimine vtriusque maiestatis læsę, adulterio, & similibus, ipseque re vera hæc non commisit, si vel vt mortem euitet, vel tormentorum sæuitiam, vel aliud simile periculum infamet se fatendo quod non fecit, vix potest à mortali peccato excusari, etiamsi non iuratus et extra iudicium talia diceret, propter grauissimam infamiam, quam sibi imponeret. has duas conclusiones colligo ex sententia Soti lib. 4. de iust. & iu-
B re. quæst. 2. art. 3. conclusione 4. circa finem. quem per omnia sequitur Couarruuias lib. 1. varia. resolutio. cap. 2. num. 8. cui sententiæ libentissime subscribo, quia & tutissima est, & omne peccati periculum excludit.

Quam ob rem, cum crimen hæresis inter nefanda & horrenda delicta connumeretur, immo sit grauissimum & maximum, nullus vt mortem euitet debet de eo se infamare. quemadmodum enim grauiter peccaret, qui de eo crimine alterum infamaret; ita quoque peccaret qui infamaret se ipsum, iuxta doctrinam Archidiaconi in c. non est. 23. q. 5. Panormitani in c. ex parte. el 2. de sepulturis.
C Syluestri in sum. verbo, detractio. q. 3. Caietani 2. 2. q. 73. art. 2. & aliorum asserentium perinde esse peccatum mortale infamare se ipsum, ac infamare proximum.

Confessarij quid agere debeant circa negatiuũ.

Quare in hoc casu, quamuis huic negatiuo durissimum videatur innocentem mori, & propterea fortassis credat sibi licere ad mortem euitandam crimina obiecta fateri; nullo tamen modo id est permittendum. quam ob rem eorum theologorum & confessariorum, qui negatiuum talem consolantur, & ad supplicium comitantur, munus erit eum inducere, vt veritatem prodat. sed caueat omnino ne sibi crimen, quod non commisit, imponat, vt temporalem mortem euitet; memineritque, se si patienter eã
D iniuriam & supplicium toleret, velut martyrem esse coronandum.

Iam non obstant rationes initio adductę, quibus vno verbo respondemus, quòd tametsi concedamus homines dominos esse famæ (quod tamen multi negant) ac de ea velut de pecunijs sibi disponere licere: certissimum tamen est tunc prohiberi cum præter famę iacturam peccatum committitur, vt in casu proposito.

g ¶ Ac præsente potestate curiæ sæcularis, etc.] Num. 210.
In omnibus sententijs eorum qui curiæ sęculari relinquuntur, Eymericus secutus iura de hæreticis in
E hac causa tractantia, semper meminit pręsentię curiæ sæcularis: quare non infrugifera hinc nec inutilis oritur dubitatio: An Episcopus, vel Inquisitor possint ad talem sententiam diffinitiuam procedere, absente iudice sæculari: vel contra, ita eius præsentia ęxigatur, vt sententia aliter lata nulla sit.

An ad sentẽtiam ferendã contra hęreticos, sit necessaria præsẽtia iudicis sæcularis.

Ac prima quidem fronte dicendum videtur pręsentiam sęcularis iudicis requiri; quoniam vbi certa forma, seu modus adiungitur iurisdictioni alicuius iudicis, cessante eo modo, iurisdictio cessare videtur. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. facit

textus

Universidad de Deusto
Biblioteca

textus in cap. quia propter. de electio. at à iure præscribitur Inquisitoribus certus modus promulgandi sententias aduersus hæreticos, videlicet, vt eas pronuntient relinquentes damnatos præsentibus Potestatibus sæcularibus animaduersione debita puniendos. c. excommunicamus 1. in princip. de hæret. c. ad abolendam. §. illos. de hæret. & c. nouimus. de verb. signifi. sit ergo, vt aliter nequeant sententias pronuntiare.

Rursus, cum aliquid est inductum à iure pro solemnitate sententiæ, si illud prętermittitur, non valet sententia. 2. q. 1. in summa. cap. nihil. & c. Primates. eadem causa. & q. quare in casu proposito necessaria videtur iudicis sæcularis præsentia, cum velut certa quędam solemnitas à iure præscripta esse videatur.

Pręsentia iudicis sæcularis quatenus exigatur.

Verum his non obstantibus, certior & verior sententia est, valere sententiam condemnatoriam aduersus hęreticos latam in absentia iudicis sæcularis, dummodo interueniant alia substantialia. quamuis enim iura requirant in tali sententia, seu actu condemnandi, pręsentiam iudicis sęcularis, seu Bailiuorum suorum, non ita postulant, vt absq; illis nihil vtile geratur, sed vt illi velut ministri sententiā latam debitæ executioni mādent: nā omnis actus alius præterea illis interdicitur in hoc crimine, quòd mere est ecclesiasticum. c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6.

Iam si pręsentia Potestatis sęcularis necessaria esset in proferenda sententia condēnatoria contra hæreticos impęnitentes, vel relapsos, facile ob hāc causam posset impediri officium inquisitionis, dum magistratus sæcularis, aut nulla, aut ficta interdum quæsita causa, suam præsentiam denegaret.

Postremo ita iudicandum uidetur de præsentia iudicis sęcularis in hac causa, ac de adhibendo & requirendo peritorum consilio, sine quo Inquisitores iudicare possunt, cum non teneantur necessario peritorum, aut consultorum iudicium aut opinionem sequi, vt dixi infra in hac 3. parte super quæst. 78. itaque quemadmodum sententia lata, vel contra suffragia peritorū, vel non requisitis eorum suffragijs iure valet, eodem modo valebit non adhibita pręsentia iudicis sæcularis.

Sed cum Inquisitor & Episcopus in reum sententiam tulerint, vbi suam pręsentiam, aut noluerit, aut non potuerit pręstare sæcularis magistratus, ea quidem valida erit, & sufficiet per legitimam personā, publica si opus fuerit scriptura interueniente (quod est tutius) intimare iudici sæculari talem, verbi gratia Caluinum, pertinacem hæreticum & impænitentem, seu relapsum esse iudicatum: ipseque magistratus sęcularis, quamuis præsens sententię nō affuerit, fidem huic intimationi debet adhibere, & hęreticum sibi traditum vltimo supplicio afficere, nisi velit tāquam hęreticorum fautor, & sacri officij impeditor grauissime coerceri: nec processus copia sibi est tradenda, vt late alibi disserui.

His ita vere constitutis, non obstant adducta in contrarium, quibus vnica solutione satisfacimus, dicentes ex sententia glossæ in clemen. 1. verbo, inhibentes, circa medium. de iure patronatus. quòd vbi mandatur aliquid sub certo modo faciendum ei, qui aliàs habet super ea re ordinariā iurisdictionē, etiāsi procedat illo modo, & forma non seruata, vel omissa, valet nihilominus, & tenet actus. manifestum est autem, Episcopos iurisdictionem ordinariam habere ad coercēdos hęreticos: quamuis ergo non obseruent in hoc casu istam solemnitatem de adhibenda præsentia iudicis sæcularis, cum reos damnāt, nihilominus sententia valebit.

De Inquisitoribus vero, qui aliàs non habent ordinariam iurisdictionem contra hęreticos, dubium maius esse posset: nihilominus tamen dicimus idem in eis locum habere, quoniam in negotio hęreticæ prauitatis eorum potestas & iurisdictio ęquiparatur potestati ordinarię: immo non inepte quidem asserunt, maiorem eorum esse iurisdictionem in causis fidei, vt alibi examinabimus. quare quod de vno dicitur, de altero penitus accipi potest. & hanc sententiam olim etiam inuenio comprobatam responso quodam de hac re edito, quod extat in vetusto illo codice Marcelli secūdi Pontificis Maximi, cuius nobis copiam fecit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Guiliermus Sirletus, à qua nullo pacto crederem recedendum.

De tertiodecimo modo terminandi processum fidei per condemnationē conuicti de hęresi cōtumaciter absentis, vel fugitiui.

TErtiusdecimus & vltimus modus processum fidei terminandi & finiēdi est, quādo delatus de hęretica prauitate, processus meritis diligenter discussis cum bono consilio in iure peritorum, reperitur conuictus de hæretica prauitate; est tamen fugitiuus, seu absens cōtumaciter, sed congruo tempore expectatus: & hoc est in tribus casibus. 212

Primus est: quando ipse delatus est deprehensus in hæresi, vel confessione propria, vel facti euidentia, vel testium productione legitima: sed fugit, vel se absentauit, & citatus legitime noluit comparere.

Secundus casus est: quando aliquis est delatus de hæretica prauitate, & recepta informatione aliquali contra eum, habetur aliqualiter, seu leuiter suspectus de hæresi, & sic citatur responsurus de fide; & quia renuit contumaciter comparere, excommunicatur, & excōmunicatus sustinet illam excommunicationem per annū animo pertinaci, & semper contumaciter se absentat.

Tertius casus est: quando aliquis impediuit directe iudicium, sententiam, seu processum fidei Episcopi, vel Inquisitoris; vel qui ad hoc dederit auxilium, consilium, vel fauorem, & contumaciter se absentauit. Talis est excommunicationis mucrone percussus, quam si sustinuerit per annū animo indurato, ex tunc est vt hęreticus condemnandus, per c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6.

In primo casu ille talis est impænitens hęreticus condemnandus, iuxta c. Ad abolendā. §. præsenti.

In secūdo[a] casu, & tertio non est hæreticus impænitens iudicandus, sed tamquam seu vt hęreticus impænitens condemnandus, iuxta c. Cū cōtumacia, & per c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6.

Circa quemlibet istorum talis practica seruanda est. Talis enim cōgruo tempore expectatus citetur per Episcopum, vel Inquisitorē in Ecclesia cathedrali illius diœcesis, in qua deliquit, & in alijs Ecclesijs illius loci, vbi domicilium contrahebat, & specialiter vnde fugit, & citabitur per formam tenoris sequentis.

Forma[b] citandi cōuictum de hæresi absentem, vel fugitiuum contumacem ad sententiam.

213 NOs N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & Frater N. Inquisitor hæreticæ prauitatis, in terris talis domini ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus, tali, talis diœcesis, seu talis ordinis, seu religionis, Spiritum consilij sanioris.

PRAE cunctis nostrę mentis desiderabilibus illud potissimum infigitur cordi nostro, ne tēporibus nostris in dicta tali diœcesi vberē, florētēq; vineam, Ecclesiam, inquam vineam Domini sabaoth, quam summi Patris dextera virtuosius cōplantauit, quam eiusdem Patris Filius proprij, ac viuifici vnda cruoris vberius irrigauit, quam ipse almus Spiritus paraclitus miris ineffabilibusq; donis intimius fęcundauit, quam tota ipsa incōprehensibilis, atq; inattingibilis Trinitas beata, grandissimis, varijsque priuilegijs sanctius dotauit pariter & ditauit, Aper de sylua, q̄ est & dicitur hęreticus quilibet, absorbeat & depascat, fructus fidei vberes deuastando, ac lacerantes, hęresum vepres palmitibus inserendo, serpēsq; tortuosus nostri improbus humani generis inimicus, efflans virus, qui est Satanas & Diabolus; eiusdē vineę Dominicæ palmites inficiat, atq; fructus, virus prauitatis hæreticę immittendo. † Ne etiam ager ipse Dominicus, populus inquam catholicus, ad quē excolendum pariter & serendum descendit de summorum polorum arce, Dei Patris vnigenitus atq; primogenitus, seminauit miris sanctisq; prædicationibus, discurrit per villas & castella docēs non sine magnis fatigationibus, elegit Apostolos viros vtique operarios industrios, ac conduxit distans illos æternis retributionibus, expectans ipse Dei filius de agro isto magno illo die iudicij extremo vberes manipulos colligere, & per manus sanctorum angelorum recondere in cælesti horreo sancto suo, Sampsonisque vulpeculæ intricatæ, quę sunt personæ labe hæretica deprauatæ facies quidem habentes diuersas, sed caudas ignitas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum, segetem Dominicam iam albam ad messem, splendoribus fidei relucentem, morsu amarissimo demoliantur, ac discursu subtilissimo † perdant, impetuquę validissimo accedant, pariter & accendant, dissipent & deuastent, synceritatem sanctę fidei catholicæ subtiliter & damnabiliter subuertēdo: ea propter cum tu talis incideris in damnatas hæreses manifeste, illas publice in tali Ecclesia prædicando, seu taliter, ***dicatur***, seu fueris per testes legitimos conuictus de hæretica prauitate, siue deprehensus propria confessione in iudicio per nos recepta, & post captus fugeris, medicinam refutans salutarē: Nos vero citauerimus te vt de & super his coram nobis manifestius responderes, tuque ductus maligno spiritu pariter & seductus renueris comparere; ***Vel sic***: Ea propter cum tu talis delatus nobis de hæretica prauitate, & recepta informatione contra te aliàs de eadem esses nobis suspectus leuiter, quod fores infectus labe prędicta, citauimus te, quatenus corā nobis personaliter cōpareres de fide catholica responsurus: Cumq; citatus renueris contumaciter comparere, excōmunicauimus te, ac excōmunicatū fecimus publicari, in qua excommunicatione stetisti per annū, seu annos tot animo pertinaci, latitans, & fugiēs hinc & inde, ita q̄ nunc quò te duxerit malignus spiritus ignoramus, et cū te expectauerim⁹ misericorditer & benigne, vt reuerteteris ad gremiū Ecclesię sanctę Dei, & ad sanctę fidei vnitatem; tu facere contempsisti in reprobum sensum datus. Sane cū velimus (vt tenemur, iustitia nos cogente) causam tuam huiusmodi, fine debito terminare, nec valeamus tam nefanda crimina conniuentibus oculis tolerare: Nos Episcopus & Inquisitor iudices in causis fidei supradictis, te talē sæpefatū latitantē, profugum, & fugitiuum per præsens nostrū edictum publicum requirimus pariter & citamus peremptorie, quatenus tali die, talis mensis, de tali anno in tali Ecclesia cathedrali talis diœcesis hora tertia, compareas personaliter coram nobis diffinitiuam sententiā auditurus; significantes quòd siue comparueris, siue nō, procedemus ad nostrā sententiam diffinitiuam contra te, prout ius, & iustitia suadebunt. Et vt præsens nostra citatio perueniat ad tui notitiam, nec valeas ignorantię velamine te tueri, pręsentes nostras litteras, dictas requisitionem & citationem nostras in se continentes, volumus & mandamus affigi in valuis publice talis prædictæ Ecclesię cathedralis, in quorum testimonium singulorum, præsentes nostras litteras impressione nostrorum sigillorum iussimus communiri. Datum, & cetera.

† Subintelligendum hic videtur aliquod verbū, nempe, arceat, aut aliud simile.

† Al. velocissimo

Adueniente[c] autem die pręfixa ad audiendam diffinitiuam sententiam assignata, si profugus cōparuerit & consenserit publice omnē hęresim abiurare, humiliter pænitēs, admitti ad misericordiā postulando, si relapsus non fuerit, admittetur; & si fuerit deprehensus propria confessione, vel testium legitima productione, abiurabit & pęnitebit vt hæreticus pænitens, secundum modum de quo agitur supra in octauo modo processū fidei terminandi, vbi de talibus agitur. 214

De citatis absentibus venientibus post annum.

Sed si fuerit suspectus violēter, quia citatus responsurus de fide noluit comparere, & fuit ex hoc excommunicatus, & stetit in excommunicatione pęr annum animo pertinaci, & pænitebit, ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittetur & abiurabit omnẽ hęresim, & pœnitebit vt hęreticus suspectus de hęresi violẽter pœnitẽs, secũdum modũ de quo agitur supra in sexto modo processum fidei terminandi.

Si autem comparuerit & non consenserit abiurare, tradetur vt verus hęreticus impœnitens præsens brachio sęculari, per modum de quo dictum est supra, & agitur in decimo modo processum fidei terminandi.

Si autem contumaciter renuerit comparere, facto sermone per Inquisitorem, iuxta materiam, si talis profugus fuerit in sacris ordinibus constitutus, seu aliàs cuiuscunque religionis, seu ordinis obumbratione fuscatus, Episcopus in pontificalibus indutus, degradabit eum, non realiter ea quę sunt sui officij ab eo personaliter auferendo, cum non sit præsens: sed verbaliter & per sententiam eundem ab officio deponendo, iuxta c. Veritatis est verbum. de dolo & contu. & agitur supra parte 2.q.40.

Deponet autem eum Episcopus, seu degradabit per sententiam tenoris sequentis.

215 *Forma degradãdi uerbaliter absentẽ condemnandum vt impœnitentem.*

NOs N. miseratione diuina Episcopus talis ciuitatis, & cetera.

ATTENDENTES, quòd tu talis in sacris ordinibus constitutus, *exprimantur*, vel talis religionis obũbratione fuscatus, *exprimatur*, tuis demeritis exigentibus, es mox per nos & venerabilem Inquisitorẽ hęreticę prauitatis impęnitens hęreticus iudicandus, & vt talis per nostram sententiam relinquendus brachio sęculari: ea propter iustitia exigente, & vt nobis mandant canonicæ sanctiones, sentẽtiam depositionis, ac degradationis in & contra te ferimus in his scriptis, te ab omni officio sacerdotali, & sacris ordinibus, ac prædicatione, atq; confessionũ audientia deponentes. Lata fuit hæc sententia, & cetera.

Formetur depositionis sententia secundũ qp in tali sacro ordine, vel tali fuerit cõstitutus. Qua lata, Episcopus & Inquisitor forment sententiã cõtra eum, iudicãdo eũ hęreticum pertinacem, & si volunt, etiam relinquendo eum per sententiam brachio sęculari: hoc est à foro ecclesiastico expellendo, licet non realiter tradendo, quia nõ est præsens; & si volunt, etiam possunt se habere mitius, scilicet, qp declarent eum fore hæreticum impœnitentem, sed non relinquant brachio sæculari, nec à suo foro expellant ad finem qp si adhuc voluerit pœnitere, possit libere & absque quæstione admitti ad misericordiam, & abiuret.

Feretur autem sententia per modum tenoris sequentis.

Forma ferendi sententiam contra absentem, vel fugitiuum declarandum hæreticum impœnitentem.

216 NOs N. Episcopus miseratione diuina talis ciuitatis, & frater N. Inquisitor hęretiçę prauitatis, in terris talis dñi ditioni subiectis, à sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

ATTENDENTES, quòd tu talis de tali loco, talis diœcesis, fuisti nobis delatus de multi plici hæretica prauitate, fama publica referẽte, seu fide dignorum insinuatione: Nos quibus ex officio incumbit, descendimus ad videndũ, ac inquirẽdũ, an clamor, qui ad aures nostras peruenerat, veritate aliqua fulciretur, & an tu sic delatus ambulares in tenebris, vel in luce: verũ cũ inuenissemus te in hæresim deprehensum, deponentibus contra te quãpluribus testibus fide dignis te, corã nobis aduocatũ iusimus detineri, ac te interrogãtes medio iuramento, confessus es nobis iudiciali ter, quòd fuisti tanto tempore infectus prędicta hæretica prauitate: & quòd eras paratus pœnitere, ac dictam hęresim abiurare, & facere quæ tibi forent per nos imposita & mandata, *dicatur vt fuit*: Sed post maligni spiritus consilio ductus pariter & seductus, metuens tua vulnera vino & oleo salubriter confoueri, carcerem & arrestum fregisti pariter & aufugisti, latitans hinc & inde; & quò te malignus spiritus duxerit antefatus totaliter ignoramus. *Vel sic*: Verum cum inuenissemus contra te (taliter, vt prædicitur, nobis delatum de hęretica prauitate) multa indicia, propter quæ suspectum leuiter de prauitate prædicta te merito haberemus, citauimus te per publicum edictum in talibus, & talibus ecclesijs talis diœcesis; quatenus infra certum terminum tibi per nos prę fixum, coram nobis in tali loco personaliter compareres, in & super prædictis contra te depositis; & aliàs de fide catholica, & eius articulis respõsurus: Tu vero insano cõsilio inhęrẽdo, renuisti contumaciter comparere: Cũque iustitia exigente te excommunicauerimus, ac fecerimus excommunicatum publice denunciari; tu medicinam refutans salutarem, dictam excommunicationem vltra quam per annum sustinuisti, & adhuc sustines in reprobum sensum datus: animo pertinaci; & profugus latitans hinc & inde, ita vt quò te malignus spiritus duxerit, ignoremus. Sane cũ longo tẽpore *quia tamdiu*, † te expectauerit Ecclesia sancta Dei misericorditer & benigne quatenus ad eius misericordiæ gremiũ euolares, ab erroribus resiliẽdo, & fidẽ catholicã profitẽdo, ipsaq; te clemẽtiæ vberibus enutriret; malignorũ seductus consilio, acquiescere recusasti, in tua ptinacia perseuerans. Verum cũ vellemus, prout volumus, & debemus, iustitia nos cogẽte, causam tuam fine debito per sententiam terminare, citaui mus te; quatenus hac die, & hora, & hoc loco, cõpareres personaliter corã nobis, diffinitiuam sententiam auditurus: & quia renuisti contumaciter comparere, merito te ostendis velle perpetuo in in tuis hęresibus & erroribus remanere, qd̃ dolentes referimus, & referendo dolemus. Sed cũ non possimus, nec velimus iustitiã subterfugere, nec tantã inobedientiam & contumaciam ad Dei Ecclesiam tolerare, ad exaltationem fidei catholicæ, & ad extirpationem prauitatis hęreticæ iustitia exigente, & tua inobedientia ac contumacia requi-

† Alias: quia tanto, dic quando.

requirente hac die, hora, & loco tibi in antea ad audiendũ diffinitiuam sententiã peremptorie assignatis, prehabito consilio multorũ peritorũ tam in iure canonico, quàm in theologię facultate, siue in iure ciuili, processus meritis visis & diligẽter discussis, omnibusq; in eis contentis equa lance libratis: Nos sedentes pro tribunali more iudicũ iudicantium, sacrosanctis Euangelijs positis coram nobis; vt de vultu Dei iudiciũ nostrum prodeat, & oculi nostri vìdeant equitatẽ, habenteſq; prę oculis solum Deum, & sanctę fidei irrefragabilem veritatẽ, contra te talem absentem, vt præsentem, beati Pauli Apostoli vestigia imitantes, sententiã diffinitiuam taliter ferimus in his scriptis.

CHRISTI NOMINE INVOCATO.

NOS Episcopus & Inquisitor iudices in causa fidei memorati, attendentes in causa ista fidei, ac processibus inde cõfectis, ordinẽ iuris fore seruatum: attendentes etiam qp legitime citatus non cõparuisti, nec per te nec per aliũ te aliqualiter excusasti: attendentes etiam, quòd in præfatis hęresibus longo tempore contumaciter perstitisti, & adhuc etiã perseueras, ac excõmunicationẽ per tot annos in causa fidei sustinuisti, prout & nunc sustines animo indurato: attendentes etiam quòd Ecclesia sancta Dei non habet vltra ergate quid faciat; cum perseueres, & perseuerare velis in excommunicatione, & hæresibus prælibatis: Ea propter beati Pauli vestigia sectãtes, declaramus, diffinimus, ac sententiamus, te talem absentem, vt præsentem, esse hæreticum pertinacem, & vt talem relinquendum brachio sęculari, & per nostrã sententiam diffinitiuam te à foro ecclesiastico expellimus, ac relinquimus potestati curiæ sæcularis: eandẽ curiam affectuosius deprecantes, vt si quando te habuerit in sua potestate, erga te citra sanguinis effusionẽ & mortis periculũ suã sententiã moderetur. Lata fuit hęc sententia, & cetera.

217 *Quinam ex hac habendi sint hæretici, & qui vt hæretici.*

Considerandum est hic, quòd si iste profugus & contumax fuerit deprehensus in hæresim, vel propria confessione, vel testibus legitimis, & ante abiurationem aufugerit, est per sententiam vere hęreticus impœnitens iudicandus; & ita in sententia ponendum.

Si autẽ aliter non fuerit deprehensus, nisi quia delatus & suspectus habitus fuerit citatus de fide respõsurus, & quia renuit cõparere, fuit excõmunicatus, & ĩ excõmunicatione stetit vltraquã per annũ animo indurato, & tandem noluerit cõparere: iste non est iudicandus hæreticus, sed vt hęreticus, & vt talis condemnandus; & ita ponendum est in sententia, vt dictum est prius.

COMMENT. XLIX.

REferunt Iacobus Sprengerius in malleo maleficarum 3.par.q.32. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §.25. et Locatus in fine operis iudicialis in formula sententię contra hæreticũ fugitiuũ contumacem, et congruo tempore expectatũ. & Syluester tract. de Strigibus lib.3.c.4.puncto.15.

Est autem totus hic Eymerici locus planus et facilis, et in praxi velut precedentes maiori ex parte

A *etiã nunc susceptus et vsitatus, paucis exceptis, quæ ob temporũ varietatem sunt addita, vel immutata: quę qualia sint, suis locis explicabuntur. iam quę ad hunc locũ spectant, copiose tractauit Simãcas de catho. instit. tit. 2. & in enchyridio tit. 45.*

a ¶ In secundo casu & tertio non est hęreticus impœnitens iudicandus: sed, tanquam; seu, vt, hęreticus impœnitens condemnandus.] *Optime loquitur Eymericus, & secundum iuris regulas: & ratio differentię est, quia in primo casu de hæresi cõstabat (vt ipsemet auctor docet hic in principio versi. primus est.) per confessionem, vel facti euidentiã, vel testium depositionem: in secundo vero & tertio solum per iuris præsumptionem.* *Num.212.* Absẽtes contumaces, an damnandi sicut hęretici, vel tanquam hęretici.

B *Hoc vero discrimen dũ vult auctor adnotare, addit illas voces*, tanquam: *&, vt: quę licet quandoq; veritatem significent, at vt plurimũ similitudinem includunt. c. cum dudum 1. de electio. & alibi sæpe, quæ velut nota omitto.*

Archidiaconus, Ioannes And. et Franchus in c. cum contumacia. de hæret. lib.6. veritatem significare putãt: sed re vera Eymerici sententia hoc loco magis videtur secundum iura: quoniam istæ dictiones, et alię similes in materia præsumptionum aut nunquã, aut raro significant veritatem. præsumptio enim non est veritas ipsa, quamuis sæpissime super veritate fũ C *detur. quam ob rem benignior est Eymerici sententia hic dicentis, absentem in secundo et tertio casu non esse condemnandum sicut vere hęreticum, sed tanquam hæreticum, aut vt hęreticum. iuris enim præsumptione hæreticus putatur, licet fortassis re vera hęreticus non sit: quod ipsum docuit paulo antea Eymericus in sexto modo terminandi processum, num. 174. §. circa istum. & ita obseruandum (& recte iudicio meo) admonet in postremis verbis huius 13. modi. num. 217.* Dictiões, vt: &, tanquam an significẽt fictionẽ, vel veritatem.

Neque his aduersatur elegans decisio Bellamerę 676. incip. Contumax vt hæreticus. *probantis hũc contumacem absentem verum hęreticum esse reputandum, quod nos non negamus: nam re vera iuris fi* D *ctione hęreticus verus creditur, quia talis suspicio violenta est; nihilominus tamen probationem potest recipere in contrariũ. c. nec aliqua. 27.q.1.c. causam. & c. proposuisti. de probatio.*

b ¶ Forma citandi conuictum de hęresi absentem, &c.] *De citandis absentibus satis multa dixit Eymericus supra 3. par. nu. 130. in quinto impedimento, quod prorogat Inquisitoris iudicium & sententiam, vbi nos diximus satis copiose. hic vero opportune addit, quomodo sint citandi contumaces ad audiendam sententiã contra eos ferendam, nisi intra terminum præscriptum accesserint, ac sui copiã fe* E *cerint in iudicio Inquisitorum.* *Num.213.*

Quantum vero ad hanc citationis formã attinet, tametsi nõ inepte hodie possit vsurpari, consuetudine tamen receptum est, vt breuius concipiãtur citationũ formulę omissis his longis quamuis eruditis exordijs: in qua re quisq; suo iudicio, seruatis tamẽ substantialibus, potest citandi formulam componere. Priusquam ferantur sententiæ contra absentes, quis ordo seruandus.

Obseruandum est autẽ hoc loco diligentissime antequam pronuntientur sententię contra absentes in causa hæresis, plurimũ referre, an absens contumax plene cõuictus sit de vera et formali hæresi eo modo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo dixit Eymericus in principio huius modi, versi. primus est. an vero solũ hæresis suspicione laboret.

Si primo modo quis in causa fidei contumax sit et absens, nec cõprehendi potest; tunc hoc ordine res est gerenda: edictis publicis est vocandus reus, quibus ei denuntiatur, vt verbi gratia intra triginta dies cõpareat demonstraturus suam innocentiam. ea vero dilatio peremptoria esse debet, id est, vna pro tribus, in qua citãdus est reus ad omnia et singula iudicij acta, illo addito: iudicem violatæ religionis de sua causa cognituros, et sententiã pronuntiaturos contra ipsum, nisi compareat, iuxta textum in l. ad peremptorium. cum legibus sequentibus. ff. de iudicijs. & c. de illicita. 24. q. 3. cum similibus.

His peractis, si reus non comparuerit, accusatæ eius contumacia in singulis edicti terminis, fiscalis sanctæ Inquisitionis libellum accusatorium edet, iuxta ordinem traditum à nobis supra in hac parte nu. 67. quo exhibito, ordine iudiciario procedetur, obseruata sancti Officij consuetudine & legibus; quibus absolutis, si de crimine vere constiterit, de quo in casu proposito raro non constat, sententia in reum pronuntianda est, quandocunque processus rite et legitime fuerit absolutus. Bernardinus Diaz practica crimi. cano. c. 142. Simancas de catho. instit. tit. 2. nu. 6. & 7. Et hoc casu ne frustra sententia ferri videatur; statua absentis produci solet in publicum, et comburenda tradi ministris sæcularibus, vt paulo-post plenius dicam.

Quòd si is qui absens est in causa fidei, solũ est de hæresi suspectus, citandus est, vt accedat de fide respõsurus intra certũ tempus ei præfinitum, vt alibi scripsimus; qui si non accesserit intra præscriptum tempus, pronuntiandus est excommunicatus, in qua si per annum extiterit animo pertinaci, eo completo tãquam hæreticus est damnandus. c. cũ contumacia. de hæret. lib. 6. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 11. nam expleto anno iam est factus vere contumax; & tunc debito iuris ordine seruato velut hæreticus damnabitur, vt paulo antea diximus. ac talis quidẽ ordo est in vtrisque seruandus, vt breuiter in hac causa certis regulis quid sit faciendũ intelligatur; praxim ab Eymerico hic accipe.

Num. 214. c ¶ Adueniente autem die præfixa, &c. si profugus comparuerit, &c. & consenserit publice omnem hæresim abiurare, &c. admittetur, &c.] Sed nonne post annum velut hæreticus est condemnandus, c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. et propterea videtur ei audientia denegandaꝰ Respondeo, non audiri expleto anno quoad hoc vt bona recuperet, nisi vel de innocentia eius, vel de iusto impedimento legitime constiterit: auditur tamen quantum attinet ad excusandum crimen, & probandam innocentiam quocunque tempore, non obstante, quòd quiuis terminus sibi assignatus fuerit elapsus, vt vere docet glossa cõmuniter recepta in c. excommunicamus. §. qui autem. verbo, condemnentur. de hæret. per textum in l. annus. ff. de requirendis reis, ibi: In summa sciendum est, nulla temporis præscriptione à causæ defensione summoueri eum, qui requirendus adnotatus est. hæc ibi. Simancas de catho. instit. tit. 2. nu. 20. & tit. 14. nu. 10.

Anno elapso non auditur contumax quoad bona, sed bene de crimine.

Ex quibus intelliges, iniqua esse & valde iniusta

A earum ciuitatum statuta, quibus cauetur, vt certo tempore expleto post latam sententiam in absentia ob contumaciam reus nullatenus audiatur, etiã quoad crimen: hæc enim omnia statuta, velut contra naturalem rationem condita, quæ defensionem cuique permittit, delenda penitus essent: sed non est nostrũ hæc emendare.

Num. 215. d ¶ Forma degradandi verbaliter absentem condemnandum, vt impœnitentem.] Multa hoc loco commemorat Eymericus notatu digna; inter quæ dubia sunt aliqua, quæque necessario declaratione indigeant. primum dicit, absentem contumacem, si fuerit in sacris constitutus ordinibus, verbaliter B degradandum; nam realiter, seu actualiter non potest, cum sit absens: & in hoc nulla est controuersia. subiungit postea, posse hunc ita verbaliter degradatum relinqui per sententiam brachio seculari, non realiter, cum non sit præsens, sed fictè. addit etiam 5 mitius posse rem tractari, si non tradatur curiæ sæculari, vt quotiens ille reuerti voluerit, possit ad misericordiam admitti.

Verbaliter tantum degradatus, an possit puniri per iudicẽ sæcularem.

In his verbis illa occurrit grauissima dubitatio, et huius loci propria, & obseruatione dignissima: An clericus in sacris constitutus ob contumaciam condemnatus in absentia, addo etiam verbaliter degradatus, (vt cum Eymerico hic rem proponam) vbi fi- C ctè traditus fuerit curiæ sæculari, possit absq; reali degradatione puniri à iudice seculari, quotiens illum inuenerit & ceperit. & Eymericus hoc loco nõ obscure videtur indicare id posse facere iudicem sæcularẽ. ait enim: Sed nõ relinquãt brachio seculari, nec à suo foro expellãt, ad finẽ, qꝰ si adhuc voluerit pœnitere, possit libere & absq; quæstione admitti ad misericordiã, & abiuret. hæc Eymericus, Sentire ergo videtur, quòd si expulsus fuerit de foro Ecclesiæ, iudex sacularis potest tunc in eum omne suũ imperium exercere: nec erit locus pœnitentiæ etiamsi reuerti voluerit, sed quòd poterit eum punire etiam non secuta reali degradatione.

D Et pro hac sententia facit doctrina Ioannis Lupi doctoris Hispani tractatu de libertate Ecclesiæ q. 9. asserentis quòd in quocunque delicto, propter quod clericus degradari meruisset, si absens citatur & non comparet, & condemnatur in absentia, & legitime conuincitur, verbi gratia testibus, & datur facultas ab ecclesiastico iudice iudici sæculari, vt capiat eum, et secundum suas leges iudicet, quòd ex hac sola sententia, sine alia actuali degradatione, talis clericus habetur pro realiter degradato ad hoc vt non gaudeat priuilegio clericali, per textum in c. cum non ab homine. de iudi.

Rursus, eandẽ sentẽtiam probare potest cõmunis E illa Doctorũ opinio in c. 1. de homicidio. lib. 6. asserẽtiũ, clericũ de assassinio imputatũ, vbi probatũ hoc fuerit & declaratũ, posse iudicem sæcularem ipsum punire nulla præcedẽte actuali degradatione: et hãc esse testatur communem opinionem Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 36. ver. sed quæro. quod multo magis videtur habere posse locũ in clerico hæretico, qui grauius crimen cõmisit. c. vergentis. de hæret.

Postremo, quãuis per verbalem degradationem iudex laicus nullã assequatur iurisdictionẽ in clericum ita degradatũ: hoc tamen fallit, quando præter verbalem

verbalem degradationem relictus est amplius curiæ sæculari: nã tunc perinde ac si esset actualiter degradatus, subest iurisdictioni iudicis secularis. & hanc etiã testatur esse cõmunem opinionẽ Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 36. vers. scias autem.

In sententia contra clericos cõtumaces in hoc delicto, quid obseruandũ.

Ex his et alijs multis fit valde probabilis hæc Eymerici sententia. mihi tamen (quamuis grauissima sit hæc quæstio, et fere naucleris destituar, cum nusquam viderim in his terminis tractatã) in hoc casu ita sentiendum videtur. Primũ quotiẽs siue in clericos, siue in laicos absentes huius criminis reos pronuntiatur sentẽtia, mitius est et benignius, (vt hic obseruat Eymericus,) ne ecclesiastici iudices eũ expellãt de foro suo, ob rationẽ, quam adducit, vt videlicet, si cõuerti voluerit, sine quæstione, hoc est, absq; cõtrouersia, possit ab Inquisitoribus recipi, ne iudex sæcularis dicat se acquisiuisse super eũ, per talem fictam traditionẽ sibi factam, iurisdictionem et potestatem.

Præterea dico, qꝰ quamuis clericus in sacris cõstitutus uerualiter degradatus et fictè relictus curiæ sæcularis, iure posset puniri per iudicem sæcularẽ, et vltimo supplicio affici. tutius tamen est et humanius, ut actualiter degradetur: quoniã iura loquentia de degradatione ad effectum tradendi aliquẽ curiæ seculari, ut per iudicẽ sæcularẽ puniatur, de actuali omnino videtur accipienda. c. quoniã. de hæret. lib. 6. c. degradatio. de pœnis. c. excõmunicamus. el 2. de hæret. quibus locis degradationis nomine vere & proprie actualẽ degradationem accipimus: nã verbalis degradatio, depositio solet vocari, vt optime tradit Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 74. in principio. et nisi ita fieret, populus commoueretur vehementer, dicẽs indignũ fieri facinus absq; actuali degradatione clericũ in sacris constitutũ vltimo supplicio affici: quod aliquando contigisse scio.

Tandem addo quòd, quamuis superior sententia vera sit in alijs crimini bus, pro quibus clericus potest degradari, vt in eo qui commisit crimẽ falsi, et in eo qui intulit calumniã Episcopo suo, iuxta glossam in c. ad abolẽdam. verbo, relinquatur. de hæreticis. et in assassinio, in quo ipso iure dicitur degradatus. c. 1. de homicidio. lib. 6. quibus casibus postquam de crimine constitit, & in potestatem iudicis secularis clerici redacti sunt, non audiuntur, etsi conuerti velint: in crimine tamen hæresis in proposita nostra difficultate, non videtur ita sentiendum, cum sit crimen occultum, & in mente consistens, & propterea non credere tutum, vt absenti contumaci redeunti etiam degradato (vt hic scribit Eymericus) audientia denegaretur: itaque melius est, vt semper admittatur ad proponendam excusationem de crimine, & ad misericordiam etiam, si humiliter petierit. & hæc sententia tum maxime obseruanda esset, cum is qui in absentia condemnatus est per fictas iuris præsumptiones tantum esset conuictus de crimine, vt quia per annum sustinuit excõmunicationem in causa fidei, nec comparuit ad se defendendum, iuxta textum in c. cum contumacia. de hæret. lib. 6.

Absenti contumaci de gradato redeunti, non videtur audientia deneganda.

Iam magistratus sæculares non obstante verbali degradatione, & traditione sibi facta in hoc crimine melius facient si clericũ captum Inquisitoribus asserant, vt ab ipsis audiatur, & quid sit faciendũ, iudicetur, quod ipsum & circa laicum quoque putarẽ

A obseruandum: & ideo melius esset, vt in talibus sententijs ferendis Inquisitores nominatim dicerent, ac iuberent magistratibus sæcularibus, vt quotiens tales in absentia damnatos inuenerint, & ceperint, id sibi significare debeant in hæc, aut similia verba. Et contra eundem de capiendo ipsum personaliter vbicunque locorum officio nostro subiectorum repertus fuerit, &c. mandatum executiuum decernendum fore, & esse, quemadmodum nunc decernimus & relaxamus, & exequi mandamus, ipsumque captum carcerandum esse per quencũ que iustitię ministrũ: ac eius carcerationẽ nobis significari debere, vt quod iustitia postulauerit exequi valeamus: &c. Quæ verba & pronuntiandę sententię modum vidimus in quodam manuscripto libro, quo continebatur forma sententiæ contra tales ferendæ.

B

Num. 216. e ¶ Sententiam diffinitiuam taliter ferimus in his scriptis.] Est tamen quæstio, An elapso anno requiratur sententia condemnatoria, vel censeatur iã ipso iure lata. & Hostiensis, Ioannes And. Ioannes Anania, Panormitanus, Felynus, & ceteri communiter. in c. excõmunicamus. 1. §. qui autẽ de hæret. & Philippꝰ Frãchus in c. cũ cõtumacia. de hæret. lib. 6. nu. 2. vers. fecũdo nota. vno cõsensu aiũt, post exactũ annũ nõ requiri sententiã iudicis condemnatoriã, sed C ipso iure in eos iam intelligi latam, cum lex ipsos cõdemnet. authent. Gazaros. C. de hæret. vbi ita scriptum est: Ita quòd si sic per annum permanserint, ex tunc omnes tanquam hæreticos condemnamus. hæc ibi. quo loco verbum, condemnamus, quod est præsentis temporis, ipso iure iam esse factã condemnationem demonstrat. atque hæc sententia vera est.

An elapso anno in hoc crimine requiratur sententia cõdemnatoria.

Neq; huic opinioni obsistit textus in c. excommunicamus. el primo. §. qui autẽ. & in c. cum contumacia. de hæret. lib. 6. vbi non lata ipso iure sentẽtia, sed potius ferenda indicatur, dũ dicitur: Ex tunc velut hæretici condemnẽtur: quoniam, vt prædicti Doctores, et vere asserunt, prædicta authent. Gazaros. per Ecclesiam fuit in hoc crimine approbata. c. vt Inquisitionis. in principio. de hæret. lib. 6.

D

Dum autem Eymericus hic & Inquisitores singuli has in absentes cõtumaces sententias ferunt, nihil de nouo statuunt, sed potius declarant, quod est contra ipsos per leges statutum. quare hæ sententię declaratorię potius sunt, quàm de nouo cõdemnatorię, necessario tamen ferendę, vt his certis personis, quæ per tales sententias hæreticę sunt declaratę, pœnę à iure statutę applicentur.

Verum hoc est obseruatione dignissimum, quod receptissima consuetudine solet in hoc crimine custodiri, dum in absentes contumaces sententia diffinitiua E prænuntiatur: nam ne frustra lata esse videatur, & coram omni populo publicari solet, & amplius imago absentis, quam Statuam vulgo dicimus, in publicum producitur, cui titulus affigitur continens nomen et cognomen absentis cõtumacis qui damnatur, eaque statua sæculari potestati traditur, in quam cõbustionis sententiam & pœnam exercet, ac facturus esset in absentem ipsum si præsens adfuisset, (nisi cõuerti voluisset) aut aliàs esset relapsus. Simãcas de catho. instit. tit. 2. nu. 8.

Absentis imago quando producẽda.

Universidad de Deusto Biblioteca

Ritus comburendi statuas in hoc crimine quãdo cœperit.

Quando cœperit hæc laudabilis consuetudo comburendi statuas reorum absentium, qui ob contumaciam damnantur in hoc crimine, incertum est mihi. crederem tamen rem esse non valde antiquam; cum nec Eymericus, qui dilgentissime cuncta ad praxim spectantia in hoc crimine complexus est, nec alij ex veteribus, qui de ordine procedendi contra hæreticos scripserunt, (quod ego legerim) huius consuetudinis meminerint: nec in codice illo Vaticano, nec in illo Illustrissimi Cardinalis Sirleti, vbi plurima sunt, etiã minutissima de ordine iudicandi, ac puniendi hęreticos, aliquod reperitur huius consuetudinis vestigium: res tamen est valde laudabilis, & aptissima ad incutiendum timorem, & propterea omnino exercenda.

Atq; hic est vnus casus, in quo statua eius qui damnatur pro hoc crimine, producitur in publicã actione, & curię sęculari traditur. alios addo infra in hac 3. parte super q. 43.

Quãuis imago absentis sit combusta, si cõpareat, audiẽdus est.

Postremo illud est obseruãdum, quòd tametsi absentis statua combusta sit, et ille postea viuus, siue spõte, siue vi comprehensus est, audiendus est tamen; nulla enim temporis præfinitione à causæ defẽsione submoueri debet. l. annus. ff. de requiren. reis. tradit optime Simancas de catho. instit. tit. 2. nu. 20. & in A *Enchyridio violatæ religionis tit. 45. num. 16. & si misericordiam petierit, admittẽdus erit ad Ecclesię gremium, nisi fuerit relapsus: acerbissime tamen puniendus est propter contumaciam, quamquam tunc lenienda pęnitentia erit, & rigori detrahẽdum; cum sponte ad agnoscendam culpam suam accesserit, aut impedimenta verisimiliter probauerit, quo minus in tempore accedere potuerit.*

Atque ex his remanent iudicio nostro satis declarata ea, quę pertinent ad ordinandos & absoluendos quoslibet processus, qui fieri possunt aduersus quoscunque huius criminis reos, viuentes tamẽ: nam qua ratione is processus sit ordinandus, qui contra mortuos B *concipitur in hoc crimine, quod morte non extinguitur, non docuit Eymericus, idque propterea vt credo, quoniam ex dictis non difficulter poterat colligi: cum eadem fere (paucis tamen mutatis) sit series & textura. Ceterum ne quid in hac causa omissum esse videatur, & modum instituendi processum contra mortuos huius criminis reos, & formulas pronũtiandę sententiæ damnandęque defunctorum memoriæ iuxta canonica instituta trademus copiose infra super quęst. 43. vbi de potestate Inquisitorum procedendi contra defunctos differit Eymericus.*

IN QVÆSTIONES CENTVM ET TRIGINTA super practica officij Inquisitionis obseruatio.

ABsoluta praxi, non adhuc omnino fuit absoluendum opus. nam cum ingentes interdum difficultates in hoc negotio oriantur, quibus nondũ erat satisfactũ; ob id Eymericus ne quid imperfectum, aut parum explicatum reliquisse videretur in toto Inquisitionis negotio; nunc in fine huius operis centum triginta quæstionibus propositis vniuersas ferme difficultates, quæ in titulis de hæreticis continentur, declarat: pressius tamẽ & obscurius interdũ quàm fieri debuerit: sed nos nihil omittimus (nisi fallor) parum explicatũ: & quamquã singulæ fere quæstiones tractatum integrum postularent, nihilominus maiori breuitate quàm sit credibile, cuncta huc spectantia complexi sumus.

QVAESTIONES CENTVM TRIGINTA

SVPER PRACTICA OFFICII INQVISITIONIS eidem officio congruentes.

QVAESTIO PRIMA.

De conditione Inquisitoris.

PRIMA quæstio est: Inquisitor hęreticæ prauitatis cuius debet esse cõditionis?

Respondemus, quòd Inquisitor debet esse conuersatione honestus, prudentia[a] circumspectus, constantia firmus, sacra [b] doctrina fidei eminenter eruditus, & virtutibus circumfultus. Ita habetur supra parte 2. in litteris Vrbani iiii. & Clementis iiii. ad Inquisitores generaliter: Præ cunctis. & infra. Prouidimus igitur ibidẽ ad præsens personas aliquas circũspectas, pro tãto negotio deputari, quarũ honesta cõuersatio exẽplum tribuat puritatis †, & doctrinã fundãt erudita labia salutarẽ, vt sacro ipsarũ ministerio *Pag. 129.*

† Al. pietatis

præfatæ partes ab huiusmodi contagijs expurgentur. Et infra: quatenus in charitate Dei, hominũ timore postposito, virtutẽ Spiritus induentes ex alto, prędictum officium, & cętera.

COMMENT. L.

In causa fidei duo iudicum genera, ordinarij, & delegati.

DVo sunt genera iudicum in causa fidei, Ordinarij, vt summus Romanus Pontifex, & Episcopi locorum, qui cum ordinantur, seu consecrantur, iure diuino in hęreticos accipiunt potestatem, & iurisdictionem, vt optime scribit Conrradus Brunus lib. 4. de hęret. c. 1. Simancas de catho. instit. tit. 25. nu. 3. & tit. 34. & Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 11. nu. 11.

Alij sunt iudices delegati, quibus à sede Apostolica hoc munus iudicãdi hęreticos in specie datũ est, quos iura, Inquisitores, *vocant: quæ appellatio vulgaris etiam facta est, cum vulgus quoq; ita appellet. Eymericus tũ in hac, tũ in sequentibus quæstionibus de his postremis potissimũ loquitur, quamuis de ceteris etiam agat, cum se offert occasio.*

De Inquisitoribus qui tractarint.

Ac de his quidem inquisitoribus delegatis multa multi tradunt. Repertoriũ Inquisitorum, Locatus in opere iudiciali, Bernardus Comẽsis in lucerna, et Tabiensis in summa verbo, Inquisitor. Simancas de catho. instit. tit. 34. idẽ in enchyridio tit. 7. Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari 94. 95. & seq. & eleganter Conrradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 1. & alij passim, qui cũ de qualitate Inquisitorũ differunt, quantum ad hunc Eymerici locum illustrandum spectat, eadem penitus tradũt; licet mutatis verbis: quę tamen omnia hoc loco ab Eymerico breuiter recensentur. quibus adiunge Campegium apud Zanchinũ tract. de hæret. in præfatione verbo, circa.

Prudẽtia in Inquisitore maxime necessaria.

a ¶ Prudentia circumspectus.] *In omnibus iudicibus prudentiæ virtus penitus requiritur; sed maxime desideratur in Inquisitoribus hęreticę prauitatis cum plurima sint in hac causa, quæ prudentię potius quàm legũ regulis debeant expediri. hũc uero de prudentia Inquisitoris locũ abunde tractat Simãcas de catho. instit. tit. 34. nu. 10. quem videto.*

Fidei doctrina quæ dicatur.

b ¶ Sacra doctrina fidei eminenter eruditus.] *vox* Sacra, *deest in Bononiensi et Sabellano, quam habent Barcinonensis & codex Cardinalis de Gãbara. sed siue desit, siue adsit per doctrinam fidei vere & proprie theologiæ cognitionem accipere debemus: iuris prudentia enim non dicitur fidei doctrina.*

Inquisitores iurisperiti, an theologi sint eligẽdi.

Vnde videtur sentire Eymericus, Inquisitores theologos potius quàm iurisperitos esse eligendos: et ita plane contendit Melchior Canus theologus & ipse non vulgaris lib. 8. c. 7. de locis theologicis. versi. quæ cum ita sint. & videtur etiam velle Conrradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 1. quibus fauet doctrina Illustrissimi Cardinalis Caietani apud beatum Thomam 2. 2. q. 185. art. 3. & Augustini de Ancona in summa de potestate ecclesiastica q. 3. art. 5. asserentium omni tempore theologum iurisperito, vt Episcopus fiat, esse præferendum. manifestum est autem in hac causa animaduertẽdi in hæreticos, Inquisitores in locum Episcoporum substitui: eligendi itaque videntur theologi. Quòd si quęras, an Inquisitor hæreticæ prauitatis debeat necessario esse sacerdos, Re- A *spondetur quòd non, licet contrarium velit* Franciscus *Aretinus cons. 58. incipien. Diligenter nu. 6. vers. Restat igitur. nec valet ratio Aretini, quia* In*quisitor absoluit redeuntes, sed nõ in foro pęnitẽtię.*

Simancas tamen de catho. instit. tit. 41. nu. 3. iurisperitos esse eligẽdos relictis theologis contendit. nec desunt grauissimę rationes pro vtraque parte, quas studio breuitatis consulto omitto.

Veruntamen hoc est certum, quòd solus theologus, aut solus iurisperitus non facile dirimet hanc litem, cum quisque causam suam tueatur, & pro se sententiam dicat.

Inquisitor theologus & iurisperitus simul eligendus.

Ego ita sentio, si fieri posset, is esset eligendus Inquisitor B *omnino, qui vtraque studia & theologię & vtriusq; iuris coluisset; sin minus, ritus cuiusuis prouincię obseruetur: tametsi enim maiori ex parte in Italia Inquisitores Apostolici delegati, theologi eliguntur; non propterea causæ fidei tractantur inepte, aut contra iuris regulas.*

Hoc tamẽ esse debet exploratum, Inquisitores in primis diuinarum litterarum et sacrorum canonum peritos esse debere, vt grauiter & vere docet Cõrradus Brunus *lib. 4. de hæret. c. 1. & Campegius apud Zanchinum in præfatione verbo, circa.*

Illud adiungam, consultissimũ mihi videri, vt in illis ciuitatibus, in quibus duo sũt Inquisitores, vnus C *eligatur probatissimus & doctissimus theologus, alius constituatur iurisconsultissimus & canonũ peritissimus: grauia enim sunt fidei negotia, & res, quas tractant, magnæ; & propterea per iudices integerrimos & doctissimos esse peragenda.*

QVÆSTIO II.

De ætate Inquisitoris.

SEcũda quæstio est: Inquisitor cuius debet esse ætatis?

Respõdemus[a], quòd quadraginta annorum sic, q incœperit quadrage- D simum annum. Ita habetur in c. Nolentes. de hæret. in clemen. vbi sic dicitur: Nolentes splẽdorem solitum negotij fidei per actus indiscretos & improbos quorumuis Inquisitorum hæreticæ prauitatis quasi tenebrosi fumi caligine obfuscari, hoc sacro cõcilio approbãte, statuimus nullis ex nunc, nisi qui quadragesimum ætatis annum attigerint, officium Inquisitionis prędictæ committi Inquisitoribus. Hæc etiã ętas requiritur in Inquisitorum commissarijs, vt dicit Ioã. And. in gloss. super c. allegato. *Supra pag. 113.*

E COMMENT. LI.

Inquisitorũ ætas, annorum 40.

a RESpõdemus, quòd quadraginta annorum, &c.] *Atque in hac ętate nihil adhuc immutatum inuenio, licet in Commissarijs Inquisitorum triginta anni sufficiant, vt dicemus paulo post super quęst. 16.*

Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 12. generali decreto Pontificis maximi constitutum dicit, vt qui tricesimum annum attigerit, in Hispania Inquisitor esse possit. id decretum nõdum vidimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec scimus cuius Pontificis sit. & quamuis id in ea prouincia fiat, alibi ius commune omnino obseruandū censeo; nam & experientia docet, in tam inuenili ętate non facile contingere tam acre adesse iudicium, & tantam prudentiam, quanta ad hoc grauissimum officium exercendum requiruntur.

Non tamē ambigo ex causa spectata personę probitate, doctrina & prudentia, super hac ætate a iure communi requisita, dispensari posse.

Cur in Episcopo 30. anni sufficiāt, nō sic in Inquisitore.

Quòd si quis quærat, cur in Episcopo, qui est Inquisitor ordinarius solū postuletur annus tricesimus. c. cū in cunctis. §. 1. de electio. in Inquisitore autē quadragesimus, causam docet Panormitanus in dicto. c. cum in cunctis. §. 1. nu. 6. dicens: Sed forte hoc cōtingit, quia promouendi in Episcopos transeūt cū magna Inquisitione: nam recipiuntur testes, & discutitur prius promotio in cōsistorio Papæ in collegio Cardinalium. Itē quia promotus ad tantam dignitatē præsumitur ex omni parte idoneus, sed officium Inquisitionis non cōmittitur cum tanta indagatione, & ideo voluerunt iura, vt sit maturus ætate. *hactenus Panormitanus.*

Glossularius in clement. nolentes. de hęret. §. 1. verbo, quadragesimū, dicebat hęc esse de arbitrarijs: de quibus rationem reddere nō cogimus, iuxta dictū iurisconsulti in l. non omnium. ff. de legibus.

Ceterum hęc 40. annorū ętas Inquisitoribus statuta et requisita uideri potest, vel quia hoc tēpore solēt prudentissimi esse homines, vt ait Dionysius lib. 2. Rom. antiquitat. vel quia tunc potissimū viget mens & intellectus, vt ait Aristoteles lib. 7. politico c. 6. vel denique ob alias causas, quas grauiter inquirit Conradus Brunus lib. 4. de hęret. c. 1 sed vide Tabiē sem in sum. verbo, Inquisitor. §. 1. et Locatū eodē verbo, nu. 4. et Simancam de catho. instit. tit. 34. nu. 11.

DE INSTITVTIONE Inquisitoris.

QVAESTIO III.

De auctore potestatis Inquisitorum.

A Papa est Inquisitorū potestas.

TErtia quæstio est: Inquisitor à quo potestatē habet, vt tale officiū exequat? Respōdemus [a], q̄ à domino nostro Papa, qui interdū immediate Inquisitorem instituit oraculo viuę vocis, et per suas litteras Apostolicas, vt fecit de multis: interdum committit alicui domino Cardinali, seu eius Legato: regulariter [b] tamē cōmittit Magistro & Prioribus Prouincialibus Ordinis Prędicatorū; Generali ac Prouincialibus Ministris Ordinis Minorū, quatenus in partibus eis traditis, valeant de fratribus sui Ordinis de Inquisitoribus prouidere: ita habetur in eorū priuilegijs Apostolicis.

COMMENT. LII.

a REspondemus, q̄ à domino nostro Papa.] *Et hoc est commune omnium decretum, Locati in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 5. Repertorij Inquisitorum verbo, Inquisitor. §. itē an Inquisitores per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccatorum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, virtutem Spiritus induentes ex alto, prædictum officium, in dictis partibus simul vel separatim, aut singulariter, prout negotij vtilitas suadebit, ad extirpandā de ipsis partibus hęreticam prauitatem sub spe mercedis ęternæ sic efficaciter prosequi, & exequi studeatis, vt per sollicitudinis vestrę prudentiam de partibus ipsis radix iniquitatis hęreticæ succidatur. Expressius habetur in. c. Ne aliqui. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Ne aliqui dubitationem sollicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium Inquisitionis hæreticæ prauitatis, sollicitudini vestræ infra certos limites ab Apostolica sede commissum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit, &c. Ad idem in cap. Multorum. in princip. de hęret. in Clementinis.*

COMMENT. LIII.

Inquisitores non sunt iudices ordinarij sed delegati.

a VTrum Inquisitor sit ordinarius vel delegatus,] *Archidiaconus in cap. ne aliqui. de hæret. lib. 6. in fine libenter admittit, Inquisitores hęreticæ prauitatis esse iudices ordinarios, cum sint, inquit, à Principe ad vniuersitatem causarum deputati. Ceterum sententia quam hic profitetur Eymericus, prevaluit, videlicet, eos delegatos esse, eamq; communi voto amplectuntur glossa singularis in clement. nolentes. de hęre. verbo, ipsorum commissarijs. Ioannes And. Geminianus, & ceteri communiter in dicto cap. ne aliqui. de hęret. lib. 6. Lapus allegatione 32. incipien.* An frater Minor. *Federicus de Senis consil. 145 incipien.* Ioannes Episcopus *nu. 1. Syluester in sum. verbo, hæresis 2. quæst. 1. Abbas in cap. causam matrimonij. num. 7. de offic. delegati. Idem in c. fin. de sentent. & re iud. Gondissaluus tract. de hæret. quæst. 23. nu. 6. Aleiatus, qui hanc dicit communem opinionem in rubrica de offic. ord. nu. 19. Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 13. Locatus verbo, Inquisitor. nu. 5. & sequen. Bernardus Comensis in Lucerna verbo, Inquisitor. §. 16. Ioannes Rojas in singularibus fidei 44. & 97. & alij quos libenter in re manifesta omitto.*

Inquisitores delegati sunt ad vniuersitatē personarū

Illud tamē obseruatione dignum est, quòd tamet-si Inquisitores non sint dati ad vniuersitatem causarum, quo fit vt non dicantur ordinarij, cum sint dati ad specialem hęresis causam tractandam; sunt tamē dati ad vniuersitatem personarum, cum in hac causa fauore fidei aduersus omnes personas (paucis quibusdam exceptis, de quibus suo loco dicemus) procedere possint. ita & vere Geminianus in dicto cap. ne aliqui. de hæret. lib. 6. atque ex hoc capite efficitur, vt parum ab ordinarijs distare videantur.

Inquisitorū iurisdictio ad quæ se extendat.

b ¶ Quia nullam habent iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis, &c. *Hęc est probatio illius axiomatis, videlicet, Inquisitores non esse iudices ordinarios. sed delegatos, quia nullā, inquit auctor, habēt iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus &c. et. quæ verba sita sunt accipienda ac si dixissent eos non habere vniuersalem iurisdictionem, ita vt aduersus omnes personas pręter*

Cur tributa potestas prælatis ordinarijs vt Inquisitores eligant.

A Sitores. & ceterorum. quod est apertissime definitum Apostolico rescripto Clementis IIII. incipiente: Catholicæ fidei. *relato apud Eymericum supra par. 2. §. nam si prædicta sedes. quod refert iterum Eymericus paulo post in hac parte, q. 6.*

b ¶ Regulariter tamen committit Magistro & Prioribus Prouincialibus, &c.] *Ratio vero potissima, cur summi Pontifices tribuerint hanc potestatē eligendi Inquisitores Apostolicos Magistris Generalibus & Prouincialibus ordinis Prędicatorū, et Minorū, ea fuit: quoniā ipsi maiorē notitiā præsumuntur habere de Fratribus suis, et propterea facilius iudicant, qui sint magis idonei, ut tāto muneri præficiātur* adde Syluestrum in summa verbo, hęresis 2. q. 1.

Multis vero Pontificū rescriptis cōstat de hac potestate Magistris Generalibus & Prouincialibus vtriusq; ordinis memorati concessa: Prædicatoribus quidem rescripto quodam Innocētij IIII. incipiēte: Licet ex omnibus. *quod est impressum in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. Item alio Alexādri IIII. quod incipit:* Olim præsentiēs. *quæ nos authentica vidimus in Archiuo Inquisitionis Bononiensis.*

Minoribus vero eandem potestatem tribuit Clemens IIII. rescripto incipien. Licet ex omnibus, *& Alexander IIII. rescripto item incipien.* Licet ex omnibus. *quorum, & multorum aliorum ad hæreticam prauitatem coercendam spectantium, authēthicorum quidem cum pēdenti plumbeo, nobis copiā nuper humanissime fecit Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Frater Felix† Perettus de Mōtealto vir pietissimus, & hæreticorū hostis acerrimus, quę suis locis sunt notata.*

†Nunc est Sixtvs. V. diuina clemētia Pontifex Opt. Max.

Hodie in tota Italia Apostolici Inquisitores non eliguntur à Prælatis Ordinum prædictorū, sed à Reuerendissimus Cardinalibus Inquisitoribus Generalibus in vniuersa republica Christiana, qui diligenti inuestigatione facta eos eligunt. in Hispania etiā præses inquisitionis Inquisitores constituit.

QVAESTIO IIII.

Inquisitor sit ne iudex ordinarius, an delegatus.

Inquisitor non est ordinarius, sed delegatus.

QVarta quæstio est: Vtrū [a] Inquisitor sit ordinarius vel delegatus? Respondemus, quòd non est ordinarius, sed delegatus domini nostri Papæ: quia [b] nullam habet iurisdictionem, nec in personis, nec in criminibus, nec in causis nisi vbi, quantum, & circa quos ei confert dominus noster Papa. vnde licet Episcopi vtātur potestate ordinaria in non exemptos, & delegata in exemptos, iuxta c. Ad abolēdam. §. si qui vero. de hæret. & c. Per hoc. §. siue autem ordinaria. de hæret. lib. 6. Inquisitores tamen non ordinaria, sed semper delegata vtuntur, quia auctoritate Apostolica; ita habetur supra in secunda parte, in litteris Apostolicis præfatis Vrbani iiij. & Clemētis iiij. Prę cunctis. & infra. Vt autem Inquisitionis officium † contra hæreticos in prefatis partibus posit efficacius adimpleri: discretioni vestrę per

Pag. 139.

† Al. negotium

A committentes in fidem inquirant, & de omnibus delictis pręter hęresim cognoscant, & de omnibus causis pręter eas, quæ ad fidem spectant, se intromittāt: quoniam hoc ordinariorum est, & potestas Inquisitorum hanc habet qualitatem annexam, vt non nisi ad ea quæ negotium tangunt fidei, pertingat.

QVAESTIO. V.

De comparatione Episcopi & inquisitoris.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus & Inquisitor pares sunt, cum potestate delegata procedunt.*
2 *Citatus ab eis pro temporibus diuersis debet vtrique parere.*
3 *Si vero pro eadem hora citetur, vtri maluerit, obediat.*
4 *Inquisitor maior est Episcopo potestate ordinaria procedente.*
5 *Quare coram illo potius comparere debet citatus, &c.*
6 *Ordinarij pcessū Inquisitoris nequit phibere.*

QVinta quæstio est: Vtrum Inquisitor sit maior Episcopo ordinario in officio Inquisitionis, ad quod ip se Inquisitor est delegatus?

Respondemus, quòd Episcopi, & prælati, vt dictum est supra, q. proxima. & patet c. Per hoc. extra de hæret. lib. 6. Quandoque procedunt contra hæreticos, suspectos, seu diffamatos auctoritate delegata, quandoque auctoritate ordinaria.

1 Quando procedunt auctoritate delegata, prout faciunt semper ipsi Inquisitores, tunc pares sunt: quia & isti & illi ab eodem, & ad idem delegati sunt. Vnde quando Episcopus & Inquisitor procedunt cōtra aliquem exemptum, pares sunt; & vnus maior alio non est, nec impedire eum potest. arg. 21. dist. Inferior.

2 Quare si Episcopus & Inquisitor eum citēt, vnus pro die vna, & alius pro die alia, seu pro eadem die, sed vnus pro hora Tertiarum, & alius pro hora Vesperorum, tenetur coram vtroque huiusmodi militer comparere: quia vterque potest eum citare, iuxta c. Multorum. de hęret. in Clemen.

3 Vbi * autem quilibet eorum eundem talem citet pro eadem die & hora, sed ad loca diuersa, in quibus non potest insimul esse, compareat coram illo, de quo placuerit, & liberatus est de rigore iuris. Si tamen compareret hora assignata coram vno, & coram alio alia hora etiam non assignata protestando q̄ comparuit etiam corā alio, & non potuit coram vtroque pro hora eadem cō parere; putarem q̄ prudenter ageret, & suspicionem, pro qua citatur, aliqualiter purgaret: licet ad huiusmodi minime teneretur.

4 Si autem Episcopi & prelati procedant auctoritate ordinaria, cum Inquisitor semper procedat auctoritate delegata, certe maior est Inquisitor

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor Episcopo; quia delegatus est: omnis enim dele A gatus in officio sibi commisso maior est quocunque ordinario, iuxta illud de officio & potestate iudicis delegati. c. Sane.

5 Sed quid si Episcopus & Inquisitor eundem citent, ille potestate ordinaria, iste delegata, comparebit ne coram vtroque? vtique, si citent pro diuersis temporibus, sic distinctis, vt citatus possit coram quolibet comparere; nam quilibet potest etiam vnus sine alio; vt in c. Multorum. de hæret. in clemen.

Sed ponatur q̃ quilibet eundem citet de fide respondurum pro eadem die & hora, sed ad diuersa loca, siue ad tales terminos, q̃ citatus nõ potest commode coram vtroque in assignato termino comparere: reuera cum Inquisitor sit delegatus domini nostri Papæ, vt in c. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. quia aliàs officium sibi non competit; auctoritatem habet illius, à quo delegatus est, vt not. 2. q. 6. Si Episcopus. & vices eius gerit, ac locum eius obtinet. 93. dist. c. vlt. Ad idem 97. dist. Nobilissimus. & de offic. iudic. deleg. Sane. Propter q̃ citatus, deserto Episcopi iudicio, comparebit coram Inquisitore. ff. de re iudi. Contra pupillũ. ad maius enim tribunal vocatus est, & ab eodem præuentus est postquam pro eodem termino, & ad eundem terminum, ad diuersa loca citatus est; quia Inquisitor maior est: & ideo coram eo comparere debet. Nec obest si primo ab Ordinario citatus est, quia Inquisitor maior est: & ideo coram eo comparere debet. 11. q. 3. Qui resistit. & ff. de re iudi. Contra pupillum.

Ordinarius processũ Inquisitoris nõ potest prohibere. 6 Sed nonne potest ordinarius processum Inquisitoris prohibere; Non; quia minor est, & minor in maiorem nullum habet iudicium, vel imperiũ, nec potestatem; immo nec in parem. 21. dist. Inferior. ff. ad Trebel. ille à quo. & potius est obediendum maiori potestati, quàm minori. 11. quæst. 3. Qui resistit. de his Archidiaconus in cap. Per hoc. de hæret. lib. 6. Et b Guido Fulcodius postmodum Clemens iiij. in q. 1. illarum quindecim, quas fecit ad Inquisitores hæreticę prauitatis

COMMENT. LIIII.

EX tota quæstionis huius serie colliguntur quatuor potissimum axiomata.

Primum est: Episcopus & Inquisitor procedere possunt auctoritate delegata, & tunc pares sunt.

Alterum est: Cum Episcopus procedit auctoritate ordinaria, & Inquisitor auctoritate delegata, tũc Inquisitor est maior. ibi: Si aũt Episcopi & Prelati.

Tertium est: Si Episcopus & Inquisitor citant eundem, vt coram ipsis se sistat, responsurus de fide, citatus coram vtroque debet comparere, si diuersa sint citationis tempora; q̃ si eadem, compareat corã Inquisitore. ibi. Sed quid si Episcopus. *quod procedis etiamsi prius sit ab Episcopo citatus.*

Vltimum est: Episcopus non potest impedire processum Inquisitoris.

Inquisitor cur maior Episcopo in causa fidei. *Præcipua huius quæstionis conclusio est, Inquisitorem velut summi Pontificis delegatum, in causa hæresis maiorem esse Episcopo. hanc assertionem probat textus præcipuus in cap. sane. lo. 2. de officio delegati. concordat textus in c. studuisti. de officio legati. textus in l. fi. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict. & in l. etsi prætor. eod. tit. atque vt vno verbo dicam, hęc est communis opinio. nec placet hic, quia breuitati studeo, recensere varias interpretum cõtẽplationes, quę non tam vtiles sunt, quàm subtiles. eas in scholis disputandas libenter omitto.*

a ¶ Vbi autem quilibet eorum eundem talem citet, &c.] *Citatum ab Ordinario & Inquisitore eodem tempore debere comparere coram Inquisitore, cum is sit maior, optime probant relata per Panormitanum. in c. significasti. nu. 1. & 5. de officio delegati. & in c. finali. nu. 10. de consuetud. & in repetitione c. si quis contra. nu. 22. de foro compet. & in c. pro illorum. nu. 15. de præben. & in c. sane. nu. 3. & 8. de officio delegati. nã cũ delegatus repræsentet vices summi Põtificis in causa sibi specialiter cõmissa, ei velut Põtifici summo relicto omni alio iudice, obtemperandum est. Immo amplius addit Auctor repertorij Inquisitorum verbo, delegatus. §. delegatus repræsentat. Ordinarium etiam eius mandato obedire debere; quoniam delegatus non modo summi Pontificis vices gerit, sed etiam eius locum tenet. cap. si quis Episcopus. 2. q. 6. & c. vltimo. distin. 93.*

Num. 3. Citatus ab Episcopo & Inquisitore, corã Inquisitore compareat.

Iam quantum ad hanc assertionem attinet, eam probat latissime Carrerius tract. de hæret. num. 71. vers. citantibus tamen ambobus. C *& Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 44. & Guido Fulcodius, quem hic citat Eymericus in fine quæstionis, in consultationibus ad Inquisitores q. 1. quod etiam tenet Lapus allegatione 32. incipien.* An frater Minor. *multa vero ad hanc quæstionem spectantia tradit Campegius apud Zanchinum, confuse tamen satis, ac sine ordine, ita vt vix sæpe intelligas quid velit.*

Num autem huiusmodi prælationis, seu superioritatis priuilegium, quod competit Inquisitoribus supra Episcopos, conueniat etiam Inquisitorum Commissarijs, grauis est quæstio, nec vulgaris, nec inutilis, aut infrugifera, quę à me breuiter est hoc loco declaranda ex sententia Bartoli in l. filius. ff. de legationibus, quem ceteri, quos mox referam, vno consensu laudant & sequuntur. D

Priuilegia Inquisitorũ, an competãt eorum commissarijs.

Obseruandum est ergo duo esse genera vicariorũ. Quidam enim sunt vicarij constituti ab ipsomet iudice inferiore, siue ordinario, siue delegato, qui succedunt, cum ipse iubet in locũ suum: quidam vero sunt constituti ab ipsa vniuersitate, siue à principe, qui sępe cõsueuit eligere magistratum aliquẽ, & amplius in locum eius mortui, vel absentis constituit vicarium.

Duo vicarium genera.

Si de primo vicariorum genere sit sermo, illi non gaudent ea immunitate & priuilegijs, quibus fruuntur illi quorum sunt vicarij. dict. l. filius. & l. vicarius. ff. de legatio. q̃ si de postremis vicarijs à principe constitutis sermo habeatur, illi proculdubio gaudent illis priuilegijs, quibus vtuntur illi quorũ sunt vicarij. l. fin. C. vt dignit. ordo seruet. lib. 12. l. 2. C. de officio eius qui vices alterius gerit. & hanc Bartoli sententiam sequuntur communi voto magnę auctoritatis doctores Alexander in Rub. ff. de officio eius cui mandata est iurisdict. nu. 14. & seq. Romanus singulari 367. incipien. Bartholus in l. filius. *Abbas & Decius in cap. sane 2. de officio delegati. Abbas & Felynus in c. mandata. de præsumptio. Felynus* E

nus in Rub. de maioritat. & obedient. Iason in l. 1. nu. 74. ff. de officio eius. Ludouicus Gomez, qui alios in hanc sententiam citat, in §. fuerat. instit. de actio. Aretinus in §. cum autem. instit. quibus. modis ius pat. potest. sol. Iason in l. sed si hoc. ff. de in ius vocando. Cum his concordat etiam Baldus in l. aliquando. ff. de officio procon. & Cardinalis Florentinus in clemen. 1. in 6. oppositione. de officio vicarij, per illum textum cum glossa in verbo sacerdotium. vbi dixit de consuetudine obseruari, vt distincte vicerector gaudeat immunitate rectoris.

Vicarius Inquisitoris à Papa constitutus priuilegijs Inquisitorum gaudet.

Quare in proposito nostro, si vicarius aut cõmissarius Inquisitoris ab ipsomet Inquisitore fuerit constitutus, nec ordinario præferetur, nec indistincte omnibus alijs priuilegijs gaudebit, quibus fruitur Inquisitor: quod si vicarius nominatim auctoritate Apostolica sit cõstitutus, ille & gaudebit priuilegijs Inquisitoris, & ordinario præferetur, eis modis quos in hac quæstione tradit Eymericus. nã quamuis subdelegatus sit, non est tamen subdelegatus à delegato, sed ab ipso principe; & propterea par erit vtriusque priuilegiũ. & hanc sententiam verã puto, quã videntur quandoque indicare rescripta pontificia, vt obseruaui supra parte. 2. super c. fraternitatis. §. iam hæc prohibitio. quod videto, quamuis in casu de quo ibi videar aliter sentire. hoc ipsũ ẽt tenere videtur Locatus in opere iudiciali verbo Inquisitor. nu. 7. vers. in contrariũ est. Sed an ita teneat nec ne parũ refert.

Num. 6. b ¶ Et Guido Fulcodius, postmodũ Clemens iiij.] *Guidonis autem huius verba ex duobus illis vetustis codicibus, de quibus alibi diximus ita habent:* Item constat q̃ delegatus in commisso sibi negotio maior est quolibet ordinario, vt extra de offic. & potesta. iud. deleg. sane. pone ergo q̃ citatur aliquis ab Inquisitoribus, nemo certe dicet q̃ possit ordinarius prohibere processum, quia inferior est, vt dixi, & minor in maiorem nullum habet imperium, quinimmo nec in parem. argumento 22. dist. inferior. ff. ad Trebellian. ille à quo §. tempestiuum, & potius obediendum est maiori potestati quàm minori. 11. q. 3. qui resistit. quid igitur faciet ordinarius si illum citat, qui auditur ab Inquisitoribus? non recte agit, quia citatus est corã maiore. ff. de in ius vocando. l. 2. §. fin. itẽ si ponas, q̃ primo eum citauerat ordinarius, adhuc dico q̃ deserto eius iudicio debet venire corã Inquisitoribus, si eum citent. ff. de re iudicata. contra pupillum. §. vltimo. & 11. quæst. 3. qui resistit. & ita nullus est effectus ordinarij processus, siue præueniat, siue præuentus sit ab Inquisitoribus. *hactenus ille.*

Citatus ab Episcopo, & ab Inquisitore corã quo debeat comparere

QVAESTIO VI.

Inquisitor à Prelatis ordinis sui institutus, cuius sit delegatus.

SExta quæstio est: Vtrum Inquisitor, qui est institutus ab ordine suo auctoritate Apostolica, sit delegatus tantum domini nostri Papæ, vel etiã Magistri ordinis, seu Prioris Prouincialis, vel Ministri Generalis, seu Prouincialis, qui eũ instituit. E

Respondemus, q̃ tantum domini nostri Papę, & non alterius: licet enim dominus noster Papa commiserit prædictis ordinum Prædicatorum & Minorum prælatis, quateuus personam eligerent, nullam tamen sic eligentibus cõtulit potestatem. Ita habetur supra in secunda parte in litteris Apostolicis Clementis iiij. & vrbani iiij. directis Prædicatorum & Minorum Inquisitoribus, in quibus dicitur sic: Catholicæ fidei negotium. & infra. Nã si prædicta sedes interdum prælatis aliquibus vestrorum ordinum, per suas sub certa forma committat litteras, vt ad exercẽdum Inquisitionis officium contra hæreticam prauitatem, aliquos suorum ordinum Fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint, amouere, ac alios subrogare: non tamen per hoc q̃ ipsis ea dumtaxat de causa in hac parte committitur: quia de Fratrum suorum ordinum idoneitate, pleniorem habere notitiam præsumantur, aliqua eis super huiusmodi Inquisitionis negotio vobis immediate, à prædicta sede commisso & committendo, facultas, vel iurisdictio attribuitur, seu potestas. Supra pag. 365.

COMMENT. LV.

C *QVæ ad hanc quæstionem spectant facile intelliguntur ex his quę tardidimus supra super q. 3. huius partis. cum Eymerico sentiunt Repertorium Inquisitorum, verbo. Inquisitores. §. item an Inquisitores. Lucerna inquisit. eodem verbo, §. 1. & alij. certissima est autem hæc Eymerici doctrina, Inquisitores enim hæreticæ prauitatis à quocunq; eligantur, seu nominentur. semper sunt Papæ delegati, & ab eo accipiunt iurisdictionem & potestatem, illi vero quibus hoc Romanus Pontifex committit, solum habẽt à Papa ministerium eligendi seu nominandi Inquisitores. ita prædicati & vere. conferunt tradita per Lapum allegatione 32. incipien.* An Frater Minor.

DE DESTITVTIONE Inquisitoris.

QVAESTIO VII.

An defuncto Romano Pontifice expiret Inquisitoris potestas.

D

SEptima quæstio est: Vtrum defuncto Romano Pontifice, qui Inquisitorem instituit, statim spiret potestas Inquisitoris ab eodem defuncto Romano Pontifice instituti? Respondemus q̃ non, sed manet, etiam quo ad negotia non incepta. Ita habetur in c. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Ne aliqui dubitationem sollicitam excitantes, in dubium reuocent, an officium inquisitionis hæreticæ prauitatis solli citudini vestrę intra certos limites ab Apostolica sede commissum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit; præsenti declaramus edicto, Supra pag. 106.

Per mortem Romani Pont. non expirat Inquisitoris potestas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

edicto, ipsum officium non solum quo ad negotia viuente mandatore incepta, immo etiam quo ad integra, & non cœpta; & (quod plus est) quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerserant in fauorem fidei, post committentis obitum perdurare.

A

COMMENT. LVI.

Mortuo Papa officiũ Inquisitorũ nõ expirat.

EX hac quæstione simul & ex textu quem auctor citat, duo colliguntur axiomata. Primum est: Inquisitorum officium morte concedentis non expirare.

Alterum est: Eorum officium extendi ad negotia nondum cœpta, & de nouo exorta, cum mandator, scilicet Romanus Pontifex, moritur.

B

Vtrumque axioma fauore fidei est inductum, & maximam habet æquitatem: de quibus agunt communiter Doctores in cap. ne aliqui. de hæret. lib. 6. quod hic citat Eymericus. & Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 4. Ioannes Rojas tract. de hære par. 2. num. 436. idem in singularibus fidei, singul. 114. & 115. incipien. Iurisdictio. de catho. instit. tit. 34. nu. 14.

Verum Geminianus in dicto cap. ne aliqui. de hæret. lib. 6. num. 4. vers. quid si isti Inquisitores. tunc dicebat morte Pontificis non expirare officium Inquisitorum, quando immediate à summo Romano Pontifice essent creati: secus si à Cardinalibus, Episcopis, seu Magistris ordinum Generalibus, Prouincialibus, aut quibusuis alijs: quam sententiam persuadere conatur ex illis verbis in dicto cap. ne aliqui. Ab Apostolica Sede commissum: *quasi aliud sit sentiendum, cum ab alijs, quàm à Romano Pontifice Inquisitoribus est officium commissum.*

C

Geminiani sententia reiecta.

Sed huius sententia tamquam falsa merito ab alijs explosa est: quoniam à quocunque eligantur Inquisitores, semper ab Apostolica Sede habent auctoritatem, vt quæstione 3. & 6. huius partis apertissime docuit Eymericus, & alij à nobis super eis locis citati, quod est certo certius: nec debuit hæc ignorasse Geminianus.

D

Ioãnis And. & Arelatani opinio reiecta.

Ad hæc, Nicolaus Arelatanus in dicto notabili 4. nu. 3. secutus Ioannem And. in dicto c. ne aliqui. de hæret. lib. 6. vers. in glossa 1. in fine primum axioma dicebat verum esse, cum Inquisitor simpliciter erat datus: secus autem si in priuilegio poneretur huiusmodi clausula: Ad beneplacitum Romani Pontificis: *Nam tunc, inquit, mortuo Papa expiraret Inquisitoris officium; cum voluntas Papæ delegantis & concedentis per mortem expirauerit, per textum in c. si gratioſe. de rescriptis lib. 6.*

Sed vt verum fatear, hoc etiam in hac causa falsum est, vt alibi copiose ostendimus. & summa hæc est: quocunq; modo sit Inquisitor constitutus, siue ad beneplacitũ Sedis Apostolicæ, siue ad beneplacitũ Romani Pontificis, non expirat eius officium morte delegantis, donec aut expresse, & nominatim fuerit reuocatus: aut nisi in litteris creationis contrarium caueretur. & hoc propter singularem fidei fauorem, ne incidamus in aliquem casum, in quo, aut in hæreticos non inquiratur, aut eorum punitio omittatur, seu differatur. neque ab hac sententia puto recedendum, & ex his remanet declarata hæc quæstio.

E

QVAESTIO. VIII.

An defuncto prælato instituente Inquisitorem, spiret potestas Inquisitoris.

Neque per mortem prælatorum, à quib. fuit instituta.

OCtaua quæstio est: Vtrum defuncto promotore, seu amoto Magistro Prouinciali, seu Ministro, qui Inquisitorem instituit auctoritate Apostolica, seu etiã Cardinali, vel Legato, spiret potestas Inquisitoris taliter instituti?

Respondemus q̃ non: nã (vt dictum est supra statim q. 6.) talibus fuit data potestas personam eligendi, sed non auctoritatem, nec potestatem aliquam, sic electis conferendi: Vnde potestatem habent Inquisitores à domino nostro Papa immediate, & eius funguntur auctoritate, non ab alio quocunque. Et etiam quoniam si defuncto Romano Pontifice, qui Inquisitorem instituit, & ei officium commisit, non spirat potestas Inquisitoris, vt dictum est statim supra q. 7. & habetur in c. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. quanto minus spirabit defuncto Magistro, vel Ministro, qui auctoritate, non sua, sed Apostolica personam elegit, & nullam electæ personæ potestatem contulit?

COMMENT. LVII.

NVlla super hac quæstione occurrit notatu digna difficultas. rectissime autem argumentatur hoc loco Eymericus, quoniam si defuncto Papa, à quo habent auctoritatem, iurisdictionem & potestatem, non expirat Inquisitorum potestas, vt dictum est in quæstione proxime præcedenti, multominus expirabit defuncto prælato, qui solum habebat ministerium eligendi seu nominandi.

An autem Inquisitor durante officio possit ab inferiore à Papa promoueri ad aliquod aliud officium seu dignitatem, quæstio est, nec huius loci, nec nostræ breuitatis. vide Lapum allegatione 32. incipien. An Frater Minor.

QVAESTIO IX.

A quo possit Inquisitor ab officio remoueri.

Inquisitores etiam à prælatis ordinis possunt amoueri.

NOna quæstio est: Vtrum solus dominus noster Papa, possit Inquisitorem ab officio remouere?

Respondemus, q̃ dominus noster Papa, & etiam alius à Papa, quia Magister Prouincialis, & Minister Generalis, vel Prouincialis, & Vicarius Prouincialis possunt, auctoritate tamen Apostolica, Inquisitores suorum ordinum ab officio remouere. Ita habetur in priuilegijs ordinis Prædicatorum, quæ incipiunt: Virtute cõspicuos. & infra dicitur sic: Illos vero ipsius ordinis Fratres, qui ad prędicandum crucem, vel inquirendum contra hæreticam prauitatem, seu ad alia huiusmodi negotia sunt, vel fuerunt vbicunque à sede Apostolica deputati: Tu fili Magister, tuique successores remouere, ac reuocare, peni-

penitus transferre, ipsisque q̃ supersedeant iniungere, aliosque substituere, cũ expedire videritis, licite, ac libere valeatis; & in eo si contra venerint, censuram ecclesiasticam exercere; ac quilibet Prior Prouincialis, vel eius Vicarius eiusdem ordinis in sua Prouincia, circa Fratres ipsius ordinis, quibus ab eadem sede similia contingeret in illa committi, facere possit.

A

COMMENT. LVII'I.

Quis possit Inquisitores remouere.

CIrca remouendos Inquisitores tria potissimum sunt tractanda. Primum, quis possit eos remouere, de quo in hac quæstione differitur: Alterũ, quibus ex causis possint remoueri, quod tractatur q. 10. & 12. Vltimum est, quis possit remouere Inquisitoris Commissarios seu Vicarios, de quo agitur q. 17. De duobus postremis suis locis dicetur: nunc de primo videamus.

B

Priuilegia de remouendis Inquisitoribus.

Optimo cõsilio hæc tractat Eymericus: nam cum remouere Inquisitorem à tanto officio & dignitate sit valde odiosum, iure dubitatur à quo possit remoueri. & plane nisi auctoritate Pontificia cautum esset, vt Magistri Generales & Prouinciales, aut alij quibus id ius datum est possent eos remouere, solus id Papa facere posset.

Quantum vero attinet ad hoc priuilegium, quod hoc loco citat Eymericus, cuius initium est: Virtute conspicuos: *id nobis nondum contigit videre, nec circumfertur in impressis ordinis Fratrum Prædicatorum priuilegijs: sunt tamen alia, quæ nos vidimus in inquisitione Bononiensi eiusdem roboris Innocentij IIII. quod incipit:* Licet ex omnibus. *Item aliud eiusdem, quod incipit:* Odore suaui. *Quod etiã ipsum continetur in priuilegijs Clemẽtis IIII. & Alexandri IIII. missis ad Magistrum Prouincialem ordinis Minorum, quę habuimus ex bibliotheca Illustrissimi Felicis† Peretti Cardinalis de Mõte alto. quo loco in eo rescripto quod incipit:* Licet ex omnibus: *hæc sunt verba:* Si vero quemquam eorundem Inquisitorum, ex causa videris aliquando amouendum, alium illo amoto substituas pari potestate functurũ, quotiens id faciendũ, deliberatione cũ discretis Fratribus prehabita, tibi vel Vicario tuo te absẽte, visum fuerit expedire. *hęc ibi. ceterorũ rescriptorum de hac re eadem est sententia.*

† Nunc est Sixtvs V. Pont. Opt. Max.

C

Atque hæc quidem ante Eymerici tempora, post Eymericum vero annis ferme centum, Sixtus IIII. anno Domini MCCCCLXXIX. idem renouauit in bulla aurea incipiente: Sacri Prædicatorum & Minorum. *§. & si in aliquo. quæ habetur in libro priuilegiorum ordinis Prædicatorum fol. 163. pag. 2.*

Cur data certis Personis facultas remouendi Inquisitores.

Propterea autem, vt credo, his prælatis data est facultas remouendi Inquisitores: quoniam facilius ipsi intelligunt quando remouere expediat, cum suos quisque cognoscat Fratres, & cuiusque notas habeat vires, & an sufficiant ad tantum officium exercendum: hæc enim non tam facile intelligeret supremus Pontifex. verum non temere ac pro libero voluntatis arbitrio remouere possunt Inquisitores, sed ex causa, vt paulo post aperiam.

D

Hodie nullæ sunt horum prælatorum partes in remouendis Inquisitoribus, nam Reuerendiss. Domini Cardinales Inquisitores Generales in vniuersa repub. Christiana, ex causa, re mature cognita (vt decet) Inquisitores remouent, mutant, ac de vno, cum expedit, ad alium locum transferunt.

E

QVAESTIO X.

An Inquisitores ex mera prælatorum suorum voluntate remoueri queant.

DEcima quæstio est: Vtrum præsidentes ordinum Prædicatorum & Minorum possint Inquisitores suorum ordinum ab officio remouere voluntate libera absque causa legitima atque iusta?

Respondemus, q̃ non mera & libera voluntate; sed exigente causa rationabili, legitima, atque iusta. Ita habetur supra quæst. proxima in clausula priuilegiorum prædictorum ordinis allegata, vbi dicitur sic: Tu fili Magister, tuique successores remouere, ac reuocare, penitusque transferre, ipsisque quod supersedeant iniungere, aliosque substituere, cum expedire videritis, licite & libere valeatis. In hoc, quod dicit: cum expedire videritis: iudicium dicit & iustitiam, & non voluntatem merã. Et in c. Nolentes. de hæret. in clemen. loquendo de Inquisitoribus & commissarijs pecunias extorquentibus, committitur prælatis eorum, & dicitur sic: Qui equidem prælati Inquisitores & commissarios prędictos, reos inde repertos, ab officijs amouere, & amotos aliàs punire debite, seu corrigere teneantur. Videant tamen prælati gloss. Ioannis And. Pauli, & Genzellini, quid est pecunias extorquere: nam pœnas pecuniarias applicandas officio non prohibet, sed illicitas exactiones, vt videbitur infra quęst. 104.

Relat. supra pag. 113.

De penis pecuniarijs.

COMMENT. LIX.

Inquisitores non nisi ex causa iusta remouendi.

NVnc prosequitur secundum caput, eorum triũ, quæ superiori quæst. circa remouendos Inquisitores diximus esse considerandа.

Secũdum autem caput est: ex quibus causis possint Inquisitores remoueri: & in hac quæstione Eymericus solum in genere docet non posse remoueri Inquisitores, nisi ex causa iusta, rationabili, seu legitima; quod apertissime indicant verba rescripti à nobis citati in superiori commentario.

Quid significent hæc verba, cum expedire videbitur.

Quæ autem sint causę legitimę & rationi consentaneæ ad remouendos Inquisitores, explicabitur à nobis infra super q. 12. Eymericus vero subtiliter hoc loco ex illius rescripti à se citati verbis, cũ expedire videritis: *docet causas has iustas & æquas esse debere: nam hęc verba:* cum expedire: *equitatem & vtilitatem continent. c. non solum. de regula. lib. 6. notat Archidiaconus in cap. cum expediat. de electio. lib. 6. tradit Albericus in l. 1. §. 1. ff. de aqua quotidiana & æstiua.*

Rursus hæc verba: cum visum fuerit expedire: *important arbitrium boni viri, vt pulchre tradit Decius consil. 493. nu. 17. vt vel hinc colligas, quàm vere & secundum legum decreta Eymericus semper loquatur.*

Hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hanc quæstionem habes etiam apud Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor. §. Inquisitor non tantum. nu. 38. adde Campegium apud Zanchinum tract. de hæret. in præfatione.

QVAESTIO XI.

Mandari ne possit Inquisitoribus à suis prælatis, vt supersedeant ab executione officij.

VNdecima quæstio est: Vtrum prælati Ordinum Prædicatorum, possint mandare Inquisitoribus fuorum Ordinum, supersedere quo ad certos articulos, certasue personas, seu eos suspendere, ne suum officium exequantur?

Respondemus, q̃ olim sic; per clausulam priuilegiorum ordinum prædictorum in quæst. duabus supra proximis allegatam, vbi dicitur sic: Ipsisque q̃ supersedeant iniungere, & cetera. Hodie tamen non, & bene: & hoc patet supra in secũda parte, in Priuilegio Alexandri iiij. Clementis iiij. & Vrbani iiij. directo Inquisitoribus Prædicatorum & Minorũ, vbi dr̃ sic: Catholicæ fidei. & infra: Etsi forsan Magister & Minister Generales, aliique Priores & Prouinciales, ac custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum Ordinum, prætextu quorumcumque priuilegiorũ, seu indulgentiarum eiusdem sedis, dictis ordinibus concessorum, aut concedendorum in posterum: vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquomodo præceperint, vt ad tempus vel quo ad certos articulos, certasue personas in negotio supersedeatis eodem: Nos vobis vniuersis & singulis auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis: Nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi (quantum ad hunc articulum) tenore præsentium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas prorsus decernimus, & inanes.

Relat. supra pag. 136.

COMMENT. LX.

Referunt hanc Eymerici doctrinam Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor. §. nota quod, nu. 39. Ioãnes Rojas tract. de hæret. par. 2. nu. 418. & Campegius apud Zanchinum cap. 31.

Hoc autem priuilegium, vt prælatis suorum ordinum non tencantur obedire Inquisitores in spectantibus ad suum officium: fauore fidei ipsis tributum est. nam cum Romani Pontifices sacrum Inquisitionis officium ab omni impedimento liberum & immune constituere sapienter & religiose decreuerint, vnũque ac præcipuum impedimentum nasci potuerit à prælatis religionum, si cum Regulares Inquisitores creantur, suis prælatis obedire in suo officio teneren tur, propterea prudentissima ratione cautum fuit, vt ab eorum quo ad hoc iurisdictione eximerẽtur: nec prælati ordinum super Inquisitionis negotio vllam habent potestatem; immo vero tamquam impeditores sancti officij acriter possent coerceri, iuxta qualitatem impedimenti, si quid eorum committerent, quę in hac quęstione recensentur, ac prohibentur illis ne faciant.

Et profecto ob eandem causam tollendorum scili cet omnium impedimentorum Pontifices summi omni ætate ac tempore variis priuilegijs & præsidijs sanctum Inquisitionis officium munire studuerunt, vt ex multis constitutionibus in eius fauorem editis manifeste constat.

QVAESTIO XII.

An Inquisitores teneantur reddere rationem prælatis ordinis despectantibus ad officium suum.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores subduntur prælatis ordinis in concernentibus religionem suam.*
2 *Non autem in ijs quæ sunt officij Inquisitionis.*
3 *Ab Inquisitore ad prælatos ordinis non potest appellari.*
4 *Diluuntur obiecta quędam contra præfata.*
5 *Quę sint causę legitimę remouendi Inquisitorẽ.*

VOdecima quęstio est: Vtrũ prælati ordinum Prędicatorum possint mandare Inquisitoribus suorum ordinum quatenus eis, seu Capitulo Generali, vel Prouinciali reddant rationem de his, quæ spectant ad eorum officium Inquisitionis hęreticæ prauitatis?

1 Respondemus q̃ non: Inquisitores enim & sunt religiosi, & sunt domini nostri Papę delegati, iuxta c. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. Inquantũ sunt religiosi suis prędicatoribus, ac domino nostro Papæ sunt subditi; vnde quo ad ea quæ concernunt suam religionem subiecti sunt domino Papæ, & etiam præsidentibus suæ religionis: & ideo si Inquisitores committunt contra vota, seu regulam, aut alias obseruantias regulares, & denuntiantur, & interrogantur, & inquiritur, tenentur veritatem dicere de his, & de aliis etiam concernentibus religionem, vt si inquiratur quid, vbi, & quantum habent, & similia, tenentur præsidentibus eorum inquirentibus reddere rationem. extra de stat. mon. cap. Cum ad monasterium.

Inquisitores in quibus dantur prælatis ordinis.

2 Inquantum vero ipsi Inquisitores sunt domini nostri Papę & nullius alterius delegati, vt in c. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. soli domino nostro Papæ sunt subiecti: vnde quo ad ea quæ concernũt ipsam delegationem, seu delegationis officium, in nullo subsunt eorum præsidentibus, sed solum soli domino Papæ.

In quibus vero non sunt eis subiecti.

3 Et ideo si ipse Inquisitor indebite aliquem vexaret captum pro hæresi, vel ipsi capto videretur, talis non posset appellare ad prędictum illius religionis, sed tantum ad dominum nostrum Papam, nec Inquisitor prędicti suæ religionis petenti,

Ab Inquisitore ad prælatos ordinis appellari potest.

senti vt sibi respondeat de citationibus, captionibus, processibus, abiurationibus, ac sententijs per eum latis, & aliis ad suum officium pertinentibus tenetur ei in aliquo obtemperare, sed soli domino nostro, cuius immediate gerit vices. Quis enim sanæ mentis diceret, quòd visitator, seu vicarius Magistri Ordinis Prædicatorũ, seu Ministri Generalis Minorum, ad aliquam prouinciam visitandam destinatus, teneretur reddere rationem eorũ quæ reperit atque concernunt suum vicariatum, seu visitationem, alteri præsidenti illius religionis, nisi soli Magistro, vel Ministro; qui eum ad huiusmodi destinauit? Et certe si aliquis alius à Magistro, seu Ministro ei mandaret, & ille obtemperaret, vterque ignoranter ageret, & dignus pœna foret, quanto magis si præsidentes ordinũ Prædicatorum mandarent Inquisitoribus fuorum ordinum, quatenus eis de concernentibus illorum officium redderent rationem, & illi obtemperarent, & isti & illi agerent vt ignorantes, ac digni pœna, tanquam vsurpantes iurisdictionem domini nostri Papæ haberentur?

4 Et si dicatur, q̃ aliquando sic factum est, respondetur, q̃ male factum est, & contra ius factũ est, & non est curandũ quid factum est, sed quid fiendum est. Nam quę contra ius fiunt, debent pro infectis haberi †. Nec ad consequentiam est trahendum, si illi, qui hoc fecerunt, magni fuerũt; nam in hoc magni in iure non fuerunt, quia à iure communi exorbitauerunt: quæ autem à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda, extra de reg. iur. †. Nec etiam obuiat supradictis q̃ in c. Nolentes. de hæret. in clemen. mandatur prælatis Inquisitorum, q̃ si eos reos reperiant, modis scilicet illicitis pecunias extorquendo, q̃ eos deponant, & depositos puniãt: hoc autem (vt videtur) requirit præuiam inquisitionem, in qua si interrogetur Inquisitor, tenetur super huiusmodi respondere: Nam dicitur q̃ hoc factum est ad correctionem Inquisitoris, & ista est sola culpa vna, in qua conceditur prælatis deponere Inquisitorẽ in cap. allegato. à particulari, autem ad vniuersalem, consequentia est nulla. Et etiam quia modis licitis pecunias extorquere, nõ est actus officij Inquisitoris, immo est contra officium Inquisitoris: quia à Papa in cap. allegato Nolentes. est eis interdictum. Et si tenetur Inquisitor prælato suo requirenti, an modis illicitis à talibus extorserit pecunias respondere, non tamen sequitur q̃ teneatur de alijs quibuscunque respondere; vt pote, quos processus fecit, si contra talem processit, quis & quid talis testificatus fuerit, & similia. Nec valet si dicatur, q̃ iuxta priuilegia ordinum prędictorum, Magistri & Priores Prouinciales, ac Ministri Generales, & Prouinciales possunt Inquisitores suorum ordinum remouere seu reuocare, cum eis visum fuerit expedire, quod denotat dictorum præsidentiũ non meram voluntatem, sed causam rationabilẽ sic exigentem; quod requirit iudicium præuium & Inquisitionẽ. Nam verũ existit q̃ eos possunt reuocare, cum viderint expedire, & non libera voluntate.

† l. nemo potest. ff. deleg. 1. l. non dubium. C. de legib.

† c. quæ à iure. de regul. lib. 6.

5 Expedire [b] autem videtur Inquisitorem ab officio remouere, cum eum præsidentes facti euidentia ad laborandum viderint impotentem, infirmitate, senectute; & quòd e deterius est, ignorãtia; seu aliàs, cum facti euidentia ad laborandum viderint eum negligentem; & tunc ante debent eũ sollicitare, & ad diligentiam excitare. Quòd si tẽpore cõgruo expectatus noluerit vacare, possunt eum licite reuocare, vel si euidenter eis constiterit, quòd pecunias extorserit modis illicitis, viso digeste quid est de iure, & secundum gloss. c. Nolentes. alleg. modis illicitis pecunias extorquere. His modis & similibus expedit Inquisitores per dominum nostrum Papam, ac per eorum præsidentes ab officio reuocare.

Causæ amouendi Inquisitorem.

Sed q̃ ipsi eorum præsidentes inquirant cum eisdem, contra quos, & qualiter processerunt, qui & quę testificati fuerunt, & similia directe officiũ contingentia, nequaquam tenentur eorum præsidentibus in & super his inquirentibus respondere, quia subiecti eis in huiusmodi non existunt, sed tantummodo domino nostro Papæ, in quibus auctoritate eius agunt, ac vices eius gerunt, vt not. 2. q. 6. Si Episcopus. & locum eius obtinẽt. 93. dist. cap. vlt. quare maiores in officio eis tradito ordinum prędictis sunt, vt in c. Sane. de offic. iudic. deleg. Minor autem in maiorem non habet imperium, immo neque in parem. argum. 21. dist. Inferior. & ff. ad Trebelli. Ille à quo. quare in his obedire Inquisitores talibus præsidentibus non debent, sed Papæ, quia potius est obediendũ maiori potestati quàm minori. 11. quæst. 3. Qui resistit.

COMMENT. LXI.

Totam hanc Eymerici disputationem transtulit Locatus in suum opus iudiciale verbo, Inquisitor. §. reddere autem rationem. nu. 40. retulit etiã, sed breuius, Campegius apud Zanchinũ, c. 31. vers. secundum quod ad superiores attinet. meminit eiusdem priuilegij, de quo hic disseritur, Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. nu. 418. tota per se est facilis, nec fere indiget interpretationis lumine: verum more nostro insigniora illustrabimus.

a ¶ A particulari autem ad vniuersalem consequentia est nulla.] *Axioma est Aristotelis lib. 1. Prior. Analy. cap. 7. dicentis, in nulla syllogismorũ figura ex sumptionibus particularibus, siue sint affirmantes siue negantes, effici necessariam conclusionem.* Num. 4.

b ¶ Expedire autem videtur Inquisitorem ab officio remouere, cum eum præsidentes, &c.] *Hæc disputatio de causis, quibus remoueri possunt Inquisitores, propria erat quæstionis decimæ. sed quoniam occasio non inepta oblata hoc loco fuit, ad hanc disputationem habẽdam, propterea res fuit hic ab Eymerico tractata. persequitur autem tum breuiter, tum diligenter singulas remotionis causas: sunt vero in genere tres, impotentia, negligentia, iniquitas, dolus seu fraus prætextu officij commissa, de quibus suo ordine dicam.* Num. 5.

Causę ex quibus possunt Inquisitores remoueri.

Ac de causis quidem remouendi iudices singularis extat constitutio in l. si quos. C. de offic. præfecti prætο.

Universidad de Deusto
Biblioteca

præto. Orient. in hæc verba: Si quos iudices vel propter aduersam & longinquam corporis valetudinem; vel propter negligentiam, aut furtum vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse reperit: his ab administratione remotis, & vice eorum alijs subrogatis, furibusq; pœnis legitimis subactis, ad nostræ mansuetudinis scientiam, non crimina, sed vindicta referatur. *hęc ibi.* Sed ad Eymericum reuertor.

Sub impotentia ad exercendum officium Inquisitionis contra hæreticos ponit & recte, infirmitatem senectutem, ignorantiam, siue imperitiam: quamuis enim quod ait hic Eymericus de imperitia Inquisitorum, non sit in Barchinonensi impresso, nec in Bononiensi, nec in codice Cardinalis de Gambara, in Sabelano tamen recte ponitur, vt paulo post aperiam.

Ob quam infirmitatē posſit Inqſitor remoueri.

Sed iam percurramus singula. de infirmitate distinguendum est: nam quędam est temporalis, alia vero perpetua. ob temporariam, siue transeuntem infirmitatem non est Inquisitor remouendus; nam tunc ipsemet inquisitor infirmitate durante, potest sibi vicarium seu commissarium instituere, cui conferat plenarie vices suas; quod iure fieri posse alibi docuimus: nam cum sit principis delegatus, ob iustā causam potest subdelegare. infirmitatem vero & absentiam iudicis delegati, iustas esse subdelegandi causas explorati iuris est. l. 1. vbi communiter Doctores. ff. de officio eius cui mand. est iurisdict. vbi vero liberatus fuerit à morbo, poterit ad se subdelegatam iurisdictionem reuocare, vt optime docet Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 2. cuius sententiam veram esse aduersus Panormitanum in c. venerabili. nu. 6. notabili. 9. de officio delegati. & Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 6. copiose alibi probaui.

Quòd si infirmitas, aut perpetua sit, aut talis vt Inquisitorem vel omnino impediat, aut certe ineptiorem reddat; tunc remouendus erit. argumento textus in l. morbus sonticus. vbi glossa & Doctores. ff. de verb signif. Et eorum quę docet sanctus Thomas 2. 2. quæst. 71. art. 2.

Inquisitores quando ob senectutem posſint remoueri.

De senectute idem sentiēdum arbitror, cum morbo comparetur, iuxta illud Terentianum: Senectus ipsa morbus est. *& ideo de senibus etiam distinguendum arbitror. Quidam enim sunt adeo senio confecti, vt nec memoria valeant nec iudicio; qui quamuis fuerint prudentissimi, interdum tamen vel delirant, vel non sunt eorum consilia tuta ob rationis & iudicij imbecillitatem, de quibus vere accipitur illud:* Bis pueri senes. *& hi iuste, immo necessario remoueri debent.*

Sunt alij consistentes, & mente & iudicio validi, qui & ob multam ętatem, & rerum experientiam, multa prudentia decorantur: & hi non modo remoueri non debent, verum in officio sunt confirmandi; quamuis illi id tractare recusent. hi enim ad regendum & gubernandum aptissimi sunt, vt grauiter & vere docuit Aristoteles lib. 7. politicorum, & beatus Hieronymus Epistola quadam ad Nepotianum, traditque optime Archidiaconus in cap. tanta. distinct. 86.

Iam qui dicantur senes, docet Speculator tit. de teste. §. nunc tractemus. versic. sed quos vocat senes. & Felinus in cap. quoniam. extra vt lite non contest.

Iudices ob imperitiā remouendi.

Quod vero ad imperitiam spectat, exploratissimū est ob eam posse Inquisitores amoueri. si enim non sunt quales docuit Eymericus paulo ante quæst. 1. velut inepti reijci debent. & generaliter quidem cautum est, iudices omnes peritos esse oportere: imperitos vero remouendos. in authent. de iudicibus. §. 1. consentit textus in c. ex litteris. §. ceterum. de cōsanguinit. & affinit. cuius verba sunt, Ceterum tuam prudentiam volumus non latere, quòd non sunt causæ matrimonij tractandæ per quoslibet, sed per iudices discretos, qui potestatē habeant iudicandi & statuta canonum non ignorent. *hactenus ibi. Quod multo magis obseruari debet in causis fidei, quæ causis matrimonij præponderant. facit textus in §. 1. instit. de officio iud.*

Peritorū nomine qui intelligantur.

Debent autem Inquisitores, si fieri potest, theologiæ, iuris canonici, & ciuilis periti esse: nam & peritorum nomine hos intelligimus, vt docet Ioannes And. in c. vt commissi. de hæret. lib. 6. q; si cum eligunturr (vt sępe contingit) non plene intelligunt quæ ad exercendum hoc grauissimum officium exiguntur: at deinde oportet eos diligentissimos esse in cognoscendis omnibus his, sine quibus vix possunt suo muneri satisfacere; & uisi ita faciāt, non dubito quin grauissime peccent.

Nunc vero huic incommodo satis occurrere poterunt Inquisitores, cum in vno hoc Directorij volumine demus illis quidquid ad eorum officium secure exercendum attinet. nam quod non est apud Eymericum tractatum, in nostris hisce exiguis laboribus vidēbunt fortassis non male explicatum.

Ob negligentiā remouendi Inquisitores.

De negligentia, nulla dubitatio est. quin ea causam præbeat ad Inquisitorem remouendum, cū generaliter quilibet prælati iurisdictionem habentes possint ob negligentiam circa officium suum remoueri, c. si qui Episcopi. 1. quæst. 1. Glossa, Hostiensis, & cōmuniter Doctores in c. excommunicamus 1. §. vlt. de hæret. & negligētia dolo æquiparatur. Speculat. tit. de restit. in integrum. §. 1. versi. vt autem. iam quanto tempore inducatur & quomodo probetur negligentia, tradit Bart. in tract. de testibus, & Felynus in c. si autem. de rescript. nu. 3.

Inquisitores omnino ab negligētiā cauteant.

Monebo hic, vt Inquisitores in hac fidei causa negligentiam omnino euitent: quoniam etsi in omnibus iudicibus negligentia circa officium suum graue peccatum sit; in Inquisitoribus tamen ingens est scelus, & non caret fautoriæ hæreticorum suspicione, iuxta tradita per Eymericum par. 2. quæst. 53. nu. 1. hinc grauissimę olim pœnæ statutæ sunt in Episcopos negligentes procedere aduersus hæreticos, vt accurate docet Conradus Brunus lib. 4. de hæret. cap. 1. & tradit textus in cap. excommunicamus 1. §. vlt.

Quis dicat negligens.

Generaliter autem cum appello negligentem, qui aut non exercet, aut debito tempore non exercet quę ad munus suum spectant. itaque non modo dico negligentem eum, qui non procedit contra hæreticos, verum etiam illum, qui non debito tempore procedit; vt si procedat quando capi non possunt, aut quando iam hæreses docuerunt, cum potuerit, si diligenter egisset, hęc incommoda præcauere. & de ne-

de negligentia Inquisitorum extat textus in clem. 1. de hæret. §. verum quia. versi. quod si odij.

Inquisitores iniqui remouendi, & ex quib. causis.

Denique ob iniquitatem possunt etiam remoueri Inquisitores, de qua loquitur hic Eymericus num. 5. dum ait: vel si euidenter eis constiterit, quòd pecunias extorserit modis illicitis. *sub iniquitate ergo pono cum auctore primum auaritiam, & extorsionē illicitam pecuniarum sacri officij prætextu. per textum in clement. 2. §. 1. de hæret. & facit textus in l. illicitas. ff. de officio præsid. & in c. in tantum. & in c. audimus. de simo. tradit Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 10. & Frāciscus Squillacensis tract. de fide catho. cap. 53.*

Nomine Pecuniæ quid intelligatur.

Nomine vero pecuniæ (vt obiter id dicam) hoc loco non solum intelligimus pecuniam numeratam aut cussam, sed rem etiam quamcunque pretio æstimabilem, vt ait optime Zabarella in dicta clemen. 2. de hæret. quod apertissime docet Hermogenianus in l. pecunię nomine. ff. de verb. signifi. dicens: Pecuniæ nomine non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli quàm mobiles, & tam corporā quàm iura continentur. *hęc ille.*

Rursus sub iniquitate colloco prauitatem, qua imponunt alicui crimen, vel suspicionem hæresis. de qua in clemen. 1. §. verū quia. de hæret. tradit que Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 9. & alij communiter tum ibi, tum alijs locis.

Alijs quoque modis possunt per iniquitatem Inquisitores in grauissimo & integerrimo tribunali delinquere, quos singulatim tradere non est artis. atq; vt tandem finiam, nullę sunt causę ob quas possunt Inquisitores remoueri, quę ad hęc tria generalia capita non referantur.

Inquisitores delinquētes à quo puniē di.

Quòd si queras à quo puniri debeāt Inquisitores, cum in causa sancti officij deliquerint, respondebo iure cautum esse in clemen. 2. de hæret. §. qui equidem. vt à suis prælatis puniātur in hęc verba: Qui equidem prælati, Inquisitores & commissarios prædictos reos inde repertos ab officiis amouere, & amotos aliàs punire debite seu corrigere teneantur. *hęc ibi.*

Ceterum hodie sicut nec Prelati ordinum constituunt, aut destituunt seu remouent Apostolicos Inquisitores, vt supra q. 9. dictum est, ita nec eos puniunt, sed ea res ad Cardinales Inquisitores generales in vniuersa republica Christiana delata est, ipsi enim culpabiles puniunt.

In Hispania præses Inquisitionis (quem Maiorem Inquisitorem vocamus) Inquisitores delinquentes coercet, quod iure videtur posse facere per textū in dicta clemen. 2. de hæret. quem paulo ante retulimus, & refert Eymericus supra q. 10. huius partis. nihilominus diplomate quodā Leonis X. Pontificis maximi id ei expressius indultum est.

Quibus tamen minime obstantibus quotiēs domino Papę visum fuerit ad Rom. curiam libere potest quoslibet Inquisitores quorumcumque regnorum vocare, citare, & punire: cum sit omniū iudex. & Inquisitores ab eo sint delegati, & ad eum spectet eorū causas delictaq; cognoscere & coercere. quòd si alij de eis cognoscant, id ex potestate à Papa concessa cōtingit, quam quotiēscumque voluerit, & auferre potest, & ad se negotium auocare.

A *Ex quibus fit consequens, minus decenter & vere Ioannem Rojam tract. de hæret. par. 2. tit. de priuilegijs Inquisitorum, nu. 417. versi. item Inquisitores. dixisse, Inquisitores non posse ad Rom. curiam citari; id enim absolute & simpliciter falsum est. Eidem non possunt Inquisitores à quibusuis iudicibus, & pro quibusuis causis sicut alij quilibet ad Romanam curiam euocari, at à Romano Pontifice velut à proprio & immediato iudice, & possunt quidem citari, & debent ipsi (nisi rebelles haberi velint) & obedire & comparere, nullis indultis aut priuilegijs obstantibus, quorum ope nullo pacto à Romani Pontificis iurisdictione eximi possunt.*

Citari posſunt Inquisitores ad Romanam cur.

B *Postremo cum de puniēdis Inquisitoribus in causis sancti officij delinquentibus agitur, id obseruandū cēseo qđ beatus Thomas admonebat 2. 2. q. 70. art. 2 ad 3. argum. edisserens de coercendis Cardinalibus Rom. Ecclesię, vt scilicet caueatur ne ex condemnatione, aut punitione alicuius eorum derogetur in opinione hominum dignitati & auctoritati sancti officij sacrosanctę Inquisitionis, quod est periculosius, quàm impunitum relinquere aliquem peccatorem: nisi tale esset delictū vnde scandalum oriretur, ac propterea non esset impunitum relinquendum: cū enim Inquisitores Apostolici multis ac præsertim sceleratis hominibus sint formidabiles & inuisi, si facile ac publice punirentur, non difficulter eorum delicta à populo stulto & insana plebe in odium & dedecus sancti officij traherentur. itaque cum necessitas punire Inquisitores cogit, caute id fieri debet, ne in superiora incommoda prolabamur.*

Caute sunt puniendi Inquisitores.

C ¶ Et quod deterius est, ignorantia.] *Hęc verba in solo codice Illustriss. Cardinalis Sabelli reperiebantur, quę nullo pacto visa sunt omittēda. & satis est verisimile hęc scripsisse Eymericū, vt prioribus præceptis cōsentanea tradat. cum. n. supra q. 1. huius partis dixerit, Inquisitorē debere esse eminenter eruditum, consequitur eum propter ignorantiā, seu imperitiam remoueri posse, vt paulo antea diximus.* Num. 5.

D

DE INSTITVTIONE Commissarij Inquisitoris.

QVAESTIO XIII.

An Inquisitor posſit instituere sibi Vicarium.

E TErtiadecima quæstio est: Vtrum Inquisitor posſit sibi Vicarium seu Cōmissariū auctoritate Apostolica instituere?

Respondemus quòd sic: quia delegatus est domini nostri Papæ, vt dictum est supra in hac par. 3. q. 4. & patet in c. Ne aliqui. de hęreticis lib. 6. Delrgatus autem potest subdelegare. C. de iudicijs. A iudice. & extra de offi. iudic. deleg. Super quęstionum. Possunt igitur Inquisitores subdelegare, & cōmissarios seu vicarios facere vel instituere, & hoc supponitur in c. Multorū. de hęret. in clemen. §. verum. vbi dicitur sic: Verū. & infra: Episcopo & Inquisitori prędictis, ac aliis ad

Relat. supra pag. 111.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicti executionem officij substituendis ab eis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ præcipimus, &c. & supra eo.c.§.porro.& eo.tit.in c.Nolentes. §.& tam ipsorum: vbi dicitur sic: Et tam ipsorū quàm Episcoporum, seu capitulorū sede vacante, super hoc deputatis commissarijs quibuscunque, districtius iniungentes, &c. & infra: Notarij vero, & officiales dicti officij, nec non Fratres & socij Inquisitorum, & commissariorum ipsorum, qui dictos Inquisitores aut commissarios, &c.

COMMENT. LXII.

Inquisitores vicarios possunt sibi instituere.

NOn inepte hanc quæstionem proposuit Eymericus: quia olim & initio constitutę delegatę inquisitionis, & pauco post tempore dubitatum fuit, An Inquisitores possent sibi vicarios, seu commissarios constituere. hodie tamen hęc res omni dubitatione caret, non modo per canones in hac quæstione ab Eymerico citatos; verum etiam & ob sequentia Pontificū rescripta: in primis vero per bullā Pij II. incipientem: Cum iam dudum. *missam ad Gabrielem de Barchinona Inquisitorem Bononiēsem, quàm vidimus in Archiuo inquisitionis Bononiēsis. & per Bullam Clemētis VII. missam ad Paulum Butigellam, quę incipit:* Cum sicut. *vbi ita scriptum extat:* Decernimus insuper, vt vestros vicarios siue cōmissarios instituere valeatis; viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint. *hęc ibi. Refertur in libro priuilegiorum ord. Prędicat. fol.201.pag.2. & in bullario litterarum Apostolicarum pro officio inquisitionis in fine huius operis.*

Quòd si plura huc spectantia videre cupis, ea tradunt Decius in cap.cum causam. de appella. notabili 3. Antonius Butrius, Panormitanus, & ceteri in cap. super quæstionum. §. si vero. de officio deleg. Bonifacius Vitallinus in clement. 2. de hęreti. num. 30. & seq. Gondissaluus tract. de hęret. q. 7. nu. 13. Zanchinus de hęret. cap. 30. & ibi Campegius. Repertorium Inquisitorum verbo, Inquisitores. §. an inquisitor. & verbo, commissio. Ioannes Rojas *in singularibus fidei, singula. 97. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 2. Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 29. & alij, ex quibus intelliges & delegatum posse subdelegare, & Inquisitorem plenarie posse cōmittere vices suas: quod & verum est, & sequenti commentario fusius ostendemus.*

QVAESTIO XIIII.

An vicarij Inquisitoris ab ipso solo institui possint, & non ab eius prælatis.

SVarta decima quæstio est: Vtrum solus Inquisitor possit in officio sibi tradito vicarios seu commissarios instituere; vel etiā Magistri & Prouinciales Ordinis Prædicatorum; Ministri Generales & Prouinciales Ordinis Minorum illud possint?

A Respondemus, quòd solus potest Inquisitor, & non dictorum ordinum prælidentes: quia prędicentibus nulla attribuitur potestas, seu iurisdictio prauitatis hęreticæ officium exequendi: sed tantum attribuitur eis ministerium Inquisitorum personas eligēdi; quia præsumitur, eos habere suorum fratrum notitiam pleniorem, vt dictū est supra parte ista. q. 10. Quare ipsi Inquisitores, & nō dictorum ordinum prędicentes, sunt in dicto inquisitionis officio delegati, & consequenter ipsi Inquisitores solum possunt sibi cōmissarios substituere, & subdelegare.

COMMENT. LXIII.

Condēnatio relapsorū & impœnitentiū reseruanda Inquisitoribus.

B *PRacticam creandi Vicarios seu Commissarios luculenter ostenderat Eymericus supra in principio huius 3. partis nu. 37. & multis sequentibus: at ex illis nō liquebat huius difficultatis solutio, et propterea hoc etiā fuit declarandū. Vnica vero conclusione rem absoluit, videlicet à solis Inquisitoribus, non ab eorū prelatis, de quibus hic, posse creari commissarios seu vicarios. ratio qua vtitur auctor vera est & certa, nec indiget amplius declaratione nostra.*

Hanc quoque quęstionē Locatus transtulit in suū opus iudiciale, verbo, Vicarius.

Inquisitor plures vicarios creare potest.

C *Inquisitor non modo vnum aut alterū, sed plures interdum Vicarios aut Commissarios sibi constituere potest, cum eius diœcesis seu prouincia late patet, ac multę in ea ciuitates continentur: nam cum tūc Inquisitor singulis per se interesse non possit, necesse est Commissarios in eis constituere.*

Quales vicarij constituendi.

Creabit vero in singulis vnum cōmissarium virū prudentem, doctum, Christianū veterem, piū & negotio aptum atque idoneū, sui vel alterius ordinis religiosum, aut clericum secularē, verbi gratia aliquē in ecclesia principali eius ciuitatis in dignitate constitutum, aut canonicū, quem proculdubio credat negotia fidei diligenter & iuxta canonicas sanctiones esse curaturum. iam qualis esse debeat Inquisitoris Commissarius paulo post docet auctor quæst. 16.

D QVAESTIO XV.

An Inquisitor vices suas alij plene committere valeat.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor vices suas alij plene cōmittere potest.*
2 *Vicarius Inquisitoris non potest vicarium substituere.*
3 *Quænam sibi reseruare consueuerint Inquisitores.*
4 *Et communi & priuato iure licet Inquisitori plenarie committere vices suas.*

E QVintadecima quæstio est: Vtrum Inquisitor Vicario suo seu commissario, possit plenarie committere vices suas?

1 Respōdemus quòd sic; Nam Inquisitor (vt dictū est supra parte ista. q. 13.) est delegatus dñi nostri Papæ, vt patet in c. Ne aliqui. de hęre. lib. 6. Et oīs delegatus pōt subdelegare, & alteri plenarie cōmittere vices suas, vt extra de offi. iudic.

iudic. deleg. Super quæstionum.

2 Non tamen sic plenarie, quòd sicut Inquisitor potest Commissarium instituere, quòd ipse cōmissarius possit etiam aliū cōmissarium substituere: nam subdelegatus non potest subdelegare.

Potest igitur Inquisitor commissarium instituere, & eidem committere, vt possit delatos vel suspectos citare, testes examinare, reos condemnare, & generaliter eidem committere plenarie vices suas.

3 Sed licet possit, attendat tamen quibus cōmittit: nam in pluribus non sunt ita experti sicut Inquisitores, nec ita reuerentur nec timētur; & ideo non committitur eis regulariter condemnatio relapsorum, nec impœnitentium: immo etiam raro quòd possint sentētias diffinitiuas ferre, nisi prius consultato Inquisitore, cuius est processus etiam suorum commissariorum, quadam decentia defensare.

4 Sed si Inquisitor potest de iure cōmuni vt delegatus, commissarijs suis committere plenarie vices suas, cur non & iure priuato? vt in priuilegijs Vrbani, Innocentij, Alexandri & Clemētis summorum Pontificum ad Inquisitores. Et in cap. Vt commissi. de hęret. lib. 6. conceditur eisdem Inquisitoribus, quatenus possint committere citationes, testium examinationes, & sententiarum denuntiationes. Respondet Ioan. And. quòd propter prædictam decretalem, Vt cōmissi. olim dubitabatur à nonnullis, an Inquisitor hoc posset: sed hodie non est dubium, quia est expressum in c. Multorum. §. verum. & in c. Nolentes. §. Inquisitoribus. & §. Notarij de hęret. in Clemen. vbi expresse committitur Inquisitoribus substituere & commissarios ponere. not. de hoc Ioan. And. in c. Nolentes. allegato.

COMMENT. LXIIII.

Quæstionis summa.

EX hac quæstione duę potissimum colliguntur assertiones.

Prima est: Inquisitores Vicarijs seu Commissarijs à se institutis plene cōmittere possūt vices suas.

Altera est: Commissarius tamen cum plena potestate institutus, non potest sibi alium Commissarium substituere.

Quantum ad primam assertionē attinet, eā abunde docuit Eymericus paulo antea in hac 3. par. titu. De forma instituendi Vicarium specialem. nu. 37. & dixi ibi. eamque ostendunt etiam illi, quos citauimus paulo ante super q. 13. §. quod si plura. quibus adde Locatum in opere iudiciali verbo, Inquisitor, nu. 4.

Num. 2. Subdelegatus, an possit subdelegare, anceps quæstio.

a ¶ Non tamen sic plenarie, &c.] *Hæc est secūda assertio, quam probat Eymericus dicens, subdelegatum non posse subdelegare.*

Hęc tamen ratio valde est controuersa & anceps inter Doctores: nam Raphael Fulgosius in l. more maiorum. ff. de iurisdict. om. iud. quem videtur laudare Iason in l. à iudice. C. de iudic. subdelegatum posse iterum subdelegare ex multis contendit. cuius plane rationes non sunt fortassis debiles, nec contemnendæ, quas apud ipsos videto. neque enim instituti nostri est scholastico more singula discutere, sed summatim certiora tradere.

A *Panormitanus tamen in c. cū Bertholdus. nu. 25. extra de senten. & re iudi. hanc difficultatem dissimctione tollebat. horum tamen sententias (cōmuniora & verisimiliora secuti) libenter omittimus.*

Vicarius Inquisitoris nō potest alium Vicariū sibi creare.

Communis enim opinio est, delegatum principis, qualis est Inquisitor, subdelegando, non posse dare facultatem subdelegato suo seu vicario, vt iterum ille subdeleget. ita glossa singularis in c. super quæstionū. §. porro. verbo, transfert. de officio iudi. delegati, & glos. in c. cum causam. verbo, delegatus. de appellat. Archidiaconus in c. quamuis. & Ioan. And. in c. is cui. de officio deleg. lib. 6. Alexander in d. l. à iudice. C. de iud. quod ipsum sequitur expresse Albericus in l. more maiorum. ff. de iurisdictio. om. iud. & Panormitanus in c. super quæstionum. §. si vero. num. 2. de officio iud. deleg.

Probari potest hęc sententia, quam hic sequitur Eymericus viuis quidē nec obscuris rationibus. prima est Ioan. And. prędicato loco: quoniam si delegatus posset suo vicario aut subdelegato concedere facultatem subdelegādi, progressus esset in infinitum: nam & subdelegatus subdelegati id etiam posset, cui nulla diuersitatis ratio afferri cōmoda possit aut probabilis. progressus vero infinitos vitari leges iubēt. l. fideicommissum. §. si quis. ff. de legat. 3.

Altera ratio & vera esse potest: quoniam delegatus potestatem quam habet subdelegandi, à lege habet, quod est velut personale priuilegium, quod cum personam, cui tribuitur, sequatur, in alterum transferri non potest, & cū persona extinguitur. cap. priuilegium. de reg. iuris lib. 6. notat. Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. & glossa in c. quàm sit. de electio. lib. 6. ex quibus sit perspicuum, doctrinā Eymerici hoc loco securam & sanam esse, & cōmunibus interpretum votis niti. quare Cōmissarius non potest sibi alium substituere commissarium.

C *Quam autem facultatem possit Inquisitor concedere suis commissarijs, copiose explicatum est supra in hac 3. parte num. 37. super tit. de institutione Vicarij seu Commissarij.*

D QVAESTIO XVI.

De ætate & conditionibus Vicarij Inquisitoris.

SExtadecima quæstio est: Inquisitoris Vicarius seu Cōmissarius cuius debet esse conditionis, & præsertim ætatis?

Respondemus, quòd debet esse E vir litteratus, constans & firmus, multum circūspectus, fideique zelator feruidus, vt litteraturā atque scientia sciat discernere inter lepram & lepram, hæresim & hæresim, catholicam veritatem & hęreticam prauitatem, vt constanter aduersitates & labores toleret patienter, nec trepidet, sed constanter & viriliter negotia fidei exequatur, vt circunspectione sit prouidus atque prudens, & sciat prouidere quomodo & qualiter sit agendū, & vt fidei zelo & feruore sit deuotus, ac sub spe mercedis æternæ negotia fidei deuotius exequat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quantū[a] vero est de ætate, non est in iure expressum de ipso commissario, quamuis de Inquisitore quòd debet attingere quadragesimū annū, in c. Nolētes. de hære. in Clemen. glos. tamē Ioan. And. ibi habet, ꝙ idem de commissario putat; sed si ipse putat, non sequitur, quòd alij putent, nec quòd ita sit, cum iure non sit cautum.

COMMENT. LXV.

Quales esse debeāt Inquisitorū Vicarij.

Duæ sunt partes, vna est de qualitate commissarij, altera de eius ætate.

Quantum ad primam attinet, eadem ferme dicit Eymericus de qualitate Vicarij Inquisitoris, quę supra quæst. 1. de ipsomet Inquisitore tradiderat; nec immerito: nam cum subrogatum seu substitutū debeat sapere naturā eius in cuius locum subrogatur. l. parabolani. C. de Episco. & cleri. eadem qualitates, quibus decoratur Inquisitor, debent eius commissarium illustrare.

Triginta anni sufficiunt in Vicariis Inquisitorū.

a ¶ Quantum vero est de ætate, &c.] *De ætate cōmissariorum, vt vere scribit hoc loco Eymericus, iure nihil cautum nominatim ostenditur: & quidā annos quadraginta natum esse debere vt Inquisitorem volebant. quam opinionem, quamuis non refellat auctor; non tamen videtur approbare. ac satis tuto dici poterat pauciores annos natum constitui olim potuisse, cum regulariter, nec omnia, nec maximę ardua fidei negotia Inquisitorum Vicario demandari solerent.*

Verumtamen hodie hęc controuersia sublata est per rescriptum Clementis VII. quod incipit: Cum sicut. §. *decernimus. quo loco et cōmissariorum qualitas, & eorundem triginta annorum ętas luculēter præscribitur. eius rescripti verba relata sunt à nobis paulo antea super quæst. 13. vbi videto.*

QVAESTIO XVII.

De destitutione commissarij Inquisitoris.

SVMMARIVM.

1 *Vicariū Inquisitoris amouere non possunt Prelati ordinis.*
2 *Electio personę Inquisitoris cur sit Prelatis cōmissa.*
3 *Verba canonis non sunt in pœnalibus extendenda.*
4 *Locus à maiore non habet semper locū in iure.*
5 *Vicarios & Notarios Inquisitorum mutare nō licet Prelatis.*
6 *Quales se præstare debeant Prelati erga Inquisitores, & contra.*

DEcima septima quæstio est: Vtrū Inquisitoris Vicarium seu commissarium, possint Magistri seu Priores Prouinciales ordinis Prędicatorum, vel Ministri Generales seu Prouinciales ordinis Minorū, infra eorū ordinē amouere?

1 Respondemus, quòd non: Nam eius est destituere, cuius est instituere: & omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur. extra de reg. iur. Magistrorum autem, Priorū Prouincialium, seu Ministrorum, non est Vicarium seu Commissarium Inquisitoris instituere, sed solius Inquisitoris, vt patet supra hac parte 3. q. 14. vbi de hoc quæritur: Igitur nec illorum præsidentium, sed solius Inquisitoris est Vicarium suum destituere. Et vltra: Delegati enim est subdelegare: & illius solius in officio, ad quod est delegatus. C. de iudicijs. A iudice, & extra de offi. iudi. deleg. Super quæstionum. Inquisitor autem domini nostri Papæ est delegatus, vt patet in cap. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. & non Magistrorū, nec Ministrorum, nec Priorum, vt patuit supra parte 3. q. 6. vbi de hoc quæritur: Igitur Inquisitoris solius est sibi Vicarium subdelegare, & subdelegatum tenere, & à subdelegatione, cum ei videbitur, reuocare.

Inquisitoris Vicariū non possūt remouere eius Prelati.

Electio personæ Inquisitoris cur sit Prelatis commissa.

2 Et amplius: Licet enim Magistrorum, Ministrorum, & Priorum Prouincialium sit personam Inquisitoris eligere, vt patet in eorum priuilegijs & insultis; hoc ideo fit, quia pleniorem notitiam de idoneitate suorum Fratrum videntur habere, quàm dominus noster Papa; & ideo cōmisit eisdem personā eligere, vt de hac causa patet in priuilegijs Inquisitorum Vrbani IIII. & Clemen. IIII. Catholicæ fidei. & patuit supra hac parte 3. q. 11. Nullam tamen potestatem seu iurisdictionem super dicto inquisitionis officio tribuit prędictis antedictis, vt patet expresse in priuilegijs, & quæst. prædictis, sed personæ ab eis electæ, scilicet Inquisitori, cuius tantū est auctoritate Apostolica Vicarium sibi instituere, & subdelegare, in causa fidei procedere, inquirere, testes cogere & examinare, & sententiam cum diœcesano ferre. Sicut igitur prædicti præsidentes non possunt in causa fidei procedere, nec testes ad testificandum cogere, nec processus Inquisitoris detrūcare, nec reuocare, nec eius sententias mutare, nec testes prohibere ne deponāt; sic nec possunt Vicarios in officio instituere, nec institutos destituere, nec eis mandare ne procedant: quod si fecerint, tamquā impeditores officij inquisitionis, excommunicationis mucrone eo ipso sunt percussi, in qua si steterint per annum animo indurato, ex tunc sunt vt hęretici condemnandi, vt patet in c. Vt inquisitionis officium. de hæret. lib. 6. Et vltra hoc contra eos vt contra fautores hæreticorum, per ipsos Inquisitores est procedendum, iuxta priuilegiū Vrbani iiij. & Clemen. iiij. Præcunctis. in §. ceterum vero. quod habetur supra par. 2. Vicarium igitur Inquisitoris instituere & destituere est Inquisitoris solius, & non alterius nisi domini nostri Papæ, qui habet super istum & illum plenitudinem potestatis.

Relat. supra pag. 139.

3 Nec valet quod allegatur ab eorum quibusdā, ꝙ eis committitur potestas Inquisitorē instituendi & destituendi, & consequenter eius Commissarium per locum à maiori, † quia cui conceditur quod est plus, videtur & cōcedi quod est minus: Nam commissio facta alicui tantum valet, quantum verba sonant, nec sunt verba extēdenda præsertim

† Authen. multo magis C. de sacrosanct. eccles.

† Cap. odia. de regu. iur. lib. 6.

sertim in odiosis & pœnalibus, quia odia restringi, fauores autem congruit ampliari. extra de reg. iur. † In priuilegiis autem prædictorum præsidentium, & commissionibus eis factis, & si fit mentio de Inquisitoris destitutione, non tamen de destitutione eius Vicarij; quare cum destitutio sit odiosa, non est ad Vicarios extendenda.

4 Nec a locus à maiori in iure habet locum. Si enim Papa aliquem delegat ad inquirendū de vita, moribus & regimine alicuius Magistri vel Ministri Generalis cum potestate etiam deponendi, de quibus est informatus seu deformatus, nulla facta mentione in commissione de Prioribus, vel Ministris Prouincialibus, seu Guardianis, nunquid poterit de eis inquirere ac eos deponere? nequaquam. Sic nec in proposito. Destitutio ergo dicti Vicarij ad Inquisitorem & nō ad prædictos noscitur pertinere.

† Al. concedic.

Et vltra: Si enim dominus Papa male, sed vere informatus de malo regimine, vita, & moribus Archiepiscopi per eius bonos suffraganeos & Ecclesiæ zelatores, delegat aliquē vt inquirat de Archiepiscopo, cum potestate eum suspendendi vel deponendi, nulla facta mētione in litteris delegationis de inquisitione, suspensione, seu depositione fīdis de suffraganeis antedictis, poterit ne delegatus agere ad suspēsionem vel depositionē suffraganeorum prædictorum? nequaquā: sic & in proposito; cum in litteris Apostolicis prædictis præsidentibus directis fiat mentio tantum de destitutione Inquisitoris, & non eius Vicarij; poterit illum ex causa legitima, & non voluntate libera deponere, vt habetur supra partē ista 3. q. 10. sed non eius Vicarium: sed amoto Inquisitore spirat statim potestas Vicarij antedicti.

Notarij Inquisitorum & prelatis nō possunt amoueri.

5 Minusque valere videtur quod ab eorūdē quibusdā replicatur; ꝙ præsidentes prędicti possunt Fratres suos de loco ad locum, ab officio ad officium transferre ad libitum voluntatis; quod nequaquam fieret, si non possent Vicarios & Commissarios Inquisitorum destituere libera voluntate: Nam ab illo eodem, scilicet à domino nostro Papa, cuius est religiones condere, † & approbare, & sustinere, & priuilegiare; à quo dicti præsidentes habent quòd prælideant, & quòd Fratres eis subiaceant, ab eodem habent Inquisitores, & eius Commissarij, & Fratres, qui antequam intrarent ordinem, habebant auctoritatem officiū notariatus exequendi, quòd in causa fidei procedāt, Inquisitor vt delegatus & Commissarius vt subdelegatus, & Frater dudum notarius, si per Inquisitorem fuerit requisitus, quòd sit eius notarius auctoritate tunc Apostolica fultus, vt in cap. Vt officium. §. ad conscribēdas. de hæret. lib. 6. Quare præsidentibus non licet eos in officio eis tradito, impedire, eos de loco ad locum transferendo, vel de officio ad officium transmutādo, per quod ipsi in causa fidei ne procedant, valeant impediri; nec ipsi dictis prędentibus in huiusmodi sunt subiecti, sed domino nostro Papæ; & ideo illi & non istis debent obedire: nam potius est obediendum maiori potestati, quàm minori. 11. quæst. 3. Qui resistit.

Relat. supra pag. 139.

6 Debent igitur Præsidentes prædicti, Inquisitores, eorum Commissarios & socios ac notarios fouere, & causam omnem licitam præstare, vt tam salubre officium diligentius exequantur, & ad cōtrarium nullatenus causam dare debent.

Et etiā Inquisitores salua sui officij libera executione, Fratribus materiā non præstare, vt à sua obedientia resiliant salutari. Igitur illi & isti suis terminis sint contenti, cum sint insimul diuinis obsequiis mancipati.

Saluberrima admonitio.

COMMENT. LXVI.

IN tota hac quæstione vnū præcipue axioma tractatur, videlicet: Solum Inquisitorem posse Cōmissarium à se institutum deponere, & nullo modo id posse religionum suarum præfectos. quod axioma probat multis eisdemque viuis quidem ac spirantibus rationibus: inde vero obstantia diluit argumenta, ibi: Nec valet quòd allegatur ab eorum quibusdam.

Solus Inquisitor deponit Vicariū sibi substitutum.

Totam hanc tractationē retulit Campegius apud Zanchinum, breuius tamen, cap. 30. vers. denique dicit. & Locatus in opere iudiciali, verbo, Vicarius. nu. 1. & alij. Est autem tota quæstio facilis, & per se perspicua, adeoq; dilucide loquitur auctor, vt nulla nostra fustore interpretatione indigeat, vno excepto, quod mox explanabo.

Num. 4.

a ¶ Nec locus à maiori in iure habet locū, &c.] *Depositionem Cōmissariorum esse odiosam, ut in proximis precedentibus verbis ostendit Eymericus, certissimum est, & exploratissimum: at locum à maiori in iure non habere locum, paradoxon videtur esse & improbabile, cum communis sit theorica, argumentū à maiori & forte esse in iure, & frequens, & vtile. c. licet vniuersis. vbi glossa extra de testibus. l. nec ex vera. C. de acquiren. possess. l. 1. C. de negotijs gestis. glossa, Ioan. And. & Panorm. in c. cum in cunctis. de electio. & copiose Euerardus in locis argumentorum legalibus in loco à maiori.*

Locus à maiori in iure validum.

Sed quo apertius hęc intelligas, finge Eymericum huic argumento respondere: Cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus. c. cui licet. de regul. iur. lib. 6. at prælatis ordinum licet remouere Inquisitores, quod videtur plus: ergo licebit Commissarios eorum, quod est minus. Eymericus respondet maiori propositioni dicens, prędictam regulam in iure non habere locum, idest, non semper habere locum; quod est verum: nam argumentum à maiori tunc solū procedit, quando minus continetur sub maiori tanquam species vel pars. cum itaque Vicarius Inquisitoris non sit eius pars, aut species subiecta; non mirum, si is qui remouet Inquisitorem, non possit remouere eius Vicarium.

Locus à maiori ad minus, quando nō procedat.

Rursus dico, sępe eos qui possunt maiora, nō posse agere minora, quoties ius, consuetudo, vel priuilegiū repugnant. Sed vide Hostiensem & Prepositum in cap. per venerabilē. extra qui filij sint legit. glos. singularem in Clemen. vlt. verbo, defensor. de rebus Eccles. non alienan. Paulum Castrensem in authent. multo magis. C. de sacros. Eccles. & Zabarellā in clemen. ne Romani. in 4. oppositio. de electio.

Multis quoq; alijs modis prefata regula nō procedit, quos refert Euerardus in loco à maiori num. 4.

ex quibus intelligimus prudenter fuisse locutum auctorem. qui, vt alibi monui, hoc habet familiare, vt non citatis legibus secundum leges loquatur, & ob id nobis fuit valde molestum has in eum adnotationes perficere.

QVAESTIO XVIII.

De creatione Notarij inquisitionis.

DEcimaoctaua quæstio est: Vtrum Inquisitor possit sibi notarium creare?

Respondemus quòd non, nec de iure communi, nec priuato, nec in priuilegijs Inquisitorũ de hoc aliquid reperitur. Habeat ergo notarios publicos Episcoporum, locorum, vel dominorum temporalium illarum terrarum vel regnorum, in quibus officium est sibi commissum, qui processus conficiant, & alia, quæ ad negotia fidei pertinent, exequãtur; vel petat à domino nostro Papa creari sibi tres vel quatuor, quos sibi nominauerit in notarios; quod sibi non negabitur, qui auctoritate Apostolica in partibus Inquisitoribus traditis, negotia fidei exequantur; dummodo hoc tolerẽt dicti domini temporales, quod male libenter communiter faciunt: quare tutius est, cum notarijs Episcoporum, locorũ, vel dominorum temporalium illarum terrarum vel regnorum, quòd processus fidei conscribantur.

COMMENT. LXVII.

Olim Inquisitores non poterant sibi notarios creare, hodie secus.

PVtabit aliquis imprudenter loquibic Eymericũ, dum dicit non posse Inquisitorem sibi notarium creare, cum aliud videatur esse statutum in c. vt officium. §. verũ quia. de hæret. lib. 6. & in litteris Vrbani IIII. incipien. Licet ex omnibus. §. *ad conscribendas. verumtamen non est ita: nam illis locis, solum cauetur, vt qui iam notarij erant, ab Inquisitoribus compellantur ad id munus exequẽdum, tametsi religiosi facti sint: nec vllum vidimus antiquũ rescriptum, quo tribueretur Inquisitoribus potestas creandi notarios: ideoque olim notarijs deficientibus, quia notarios creare non poterant, duos viros idoneos assumere poterant ad acta inquisitionis conscribenda, vt alibi fusius diximus.*

Ceterum hodie quodam Pij IIII. *rescripto incipiente:* Pastoralis officij cura. *dato Romæ apud sanctum Petrum anno Domini MDLXI. sexto Calen. Septemb. quod refertur in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis, cautum est, vt Inquisitores & eorum commissarij in quibusuis fidei causis cum viderint expedire, auctoritate Apostolica possint vnum vel plures etiã clericos sæculares, vel quorumuis ordinum regulares in notarios eligere, assumere, atque creare.*

In creando notario quid obseruandũ.

Sed in hac causa hoc animaduertere oportet, non propterea religiosum, aut clericum notarium creari, quod ab Inquisitoribus iussus sit officij sacri acta conscribere, sed vt cuncta valida sint, coram alio notario hũc religiosum notarium creare oportet, testibus adhibitis, tradito sibi de more calamo & atramentario, additoque solemni iurciurando, & verbis consuetis, videlicet: Esto notarius & fidelis. *adde*

A *Campegium apud Zanchinum. cap. 9. vers. adde rursus. & Locatum in opere iudiciali, verbo, notarius. nu. 4. & 5. cetera huc spectantia dicam seq. quæst.*

QVAESTIO XIX.

An Inquisitor cogere possit ad exequendum tabellionatus officiũ clericos, & alias personas idoneas.

B DEcimanona quæstio est: Vtrum Inquisitor, clericũ seu religiosum etiã sacerdotem, aliàs notarium, vel alias personas idoneas, possit cogere ad exequendum tabellionatus officiũ, quo ad ea, quę concernunt inquisitionis officium hereticæ prauitatis?

Relat. supra pag. 107.

Respondemus quòd sic, iuxta cap. Vt officiũ. de hæreti. lib. 6. §. Ad conscribendas. vbi dicitur sic: Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in cõmisso vobis officio ad scriniarij, seu tabellionis officium pertinent, teneri districte precipimus, cum per vos fuerint requisiti, omnes & singulos vestri ordinis Fratres, qui dum essent in sæculo tabellionatus officium habuisse aut exercuisse noscũtur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officiũ ratione præfati negotij fidei, fuit ab Apostolica se de commissum, & in posterum committetur, concedentes huiusmodi Fratribus, necnon & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuerunt & exercuerunt, quibusuis etiam clericis sæcularibus officium ipsum habẽtibus (etiamsi ijdem Fratres religiosi & clerici sint in sacris ordinibus cõstituti) exercendi libere officium ipsum, quo ad præmissa, non obstante statuto aliquo contrario canonis vel ordinis quocunque vallato munimine potestatem. Et eo. c. §. verum. dicitur sic: Volumus & mandamus, vt in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia per publicã (si commode potestis habere) personam, aut per duos viros idoneos, fideliter eorũdem depositiones testium conscribantur. Eadem verba habentur in priuilegiis prędictis Vrbani iiij. & Clementis iiij. Prę cunctis. §. verum.

COMMENT. LXVIII.

Inquisitor quoslibet idoneos potest cõpellere ad scribendas inquisitionis acta.

PErsonas religiosas cuiusuis ordinis, quę dum essent in sæculo notarij fuerant, posse per Inquisitores compelli ad hoc officium exequendum ob singularem fidei fauorem, cauit etiam Vrbanus iiij. in rescripto incipien. Licet ex omnibus. §. *ad conscribendas. relato in bullario litterarum Apostolicarum. & Alexand. iiij. rescripto incipiẽte:* Ne commissæ. §. *ad hęc. relato item in bullario in fine huius operis. quæ sub pendenti plumbeo authentica vidimus in archiuo inquisitionis Bononiensis: quo loco in hac*

in hac causa hunc ordinem obseruandum videtur innuere Papa, vt primum laici notarij vocentur, & illis deficientibus, personæ religiosæ, quę dum essent in sæculo officium tabellionis exercuerant, accersantur: quibus denique deficientibus. alij duo viri idonei clerici vel laici ad acta officij scribenda accedere iubeantur. sed hodie, vt superiori commentario docui, notarij creari possunt, ne ex defectu scribentiũ quicquam omittatur, quod ad fidei negotium propagandum spectet.

A notario scripturo inquisitionis acta, de no uo iuramentũ est requirendum.

Illud est tamen hoc loco diligenter obseruandum, vt quotiens Inquisitores notarios quoslibet de nouo aduocant ad conscribenda acta sacri officij, denuo ab illis exigant iuramentum de officio fideliter exercendo, & custodiendo secreto, non obstante, quòd fideliter semel iurauerint cuncta exercere, cum primum notarij fuerunt creati: quod est in causa fidei particulare, vt notat glossa in clemen. 1. §. *porro. verbo, iurabunt de hæret. & ibidem Paulus, Ancharanus, & Imola. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili* 36. *incipien.* Nota quod quamuis. *Ioan. Rojas singulari* 141. *incipien.* Notarius. *Bernardus Comensis in lucerna verbo, notarius.* §. 1.

Cetera huc spectantia tradunt Repertoriũ Inquisitorum, Bernardus Comensis in lucerna, & Locatus in opere iudiciali verbo, notarius. Campegius apud Zanchinum cap. 9. vers. omnia faciet. & Simancas de catho. institit. tit. 41. num. 7. & sequen. C

QVAESTIO XX.

De socijs Inquisitoris.

SVMMARIVM.

1 *Non potest Inquisitor ad libitum sui ordinis Fratres in socios assumere.*
2 *Sunt ei tamen à prælatis socij grati & idonei consignandi.*
3 *Ad Romanam curiam ire possunt Inquisitores cũ socio sine prælatorum ordinis licentia.*
4 *Gregorij XI. de hac facultate litteræ.*

VIcesima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit sibi libere Fratres sui ordinis in socios assumere, ad se associandum, cõmorandum, & ad exequendum officium hereticæ prauitatis, & cum eisdem procedere hinc & inde, etiam ad Romanam curiam, & ibi causas sui officij ducere, non habita nec petita sui ordinis præsidentiũ licentia speciali?

1 Respondemus duo: Primum est, q̃ licet in c. Nolentes. §. notarij. de hæret. in Clemen. fiat mẽtio de socijs Inquisitorum, & eorum Commissariorum: tamen nec in iure communi, nec priuato inuenitur, q̃ Inquisitor regulariter, † nisi vt dicetur, possit sibi assumere, absque sui ordinis licẽtia socium, vel socios sui ordinis Fratres ad se associandum, secum cõmorandum, & ad exequendum officium hereticę prauitatis.

† Al. realiter.

2 Bene tamen inuenitur, quòd prẽsidentes eorũ tenentur eis concedere socios, de quibus merito cõsolẽtur: Vnde in priuilegiis Vrbani iiij. & Clementis iiij. directis Prioribus Prouincialibus Cõuentualibus, ac Subprioribus & Vicarijs ordinis Prędicatorum, dicitur sic: Ne catholicę fidei negotium dilectis filijs Fratribus vestri ordinis, infra designatos eis limites, sedis Apostolicæ auctoritate commissum, & in posterum committendũ, ex personarum defectu contingat (quòd absit) quomodolibet impediri, volumus & præsentium auctoritate vobis districte prẽcipiendo mandamus, quatenus tu fili Prior Prouincialis, singulis ex prędictis Fratribus, singulos socios, Fratres videlicet ipsius ordinis, prouidos & discretos, ac eidem negotio congruentes, de quibus hi quibus consignati fuerint, merito valeant consolari, sublata difficultate qualibet, assignare procures; & nihilominus tam tu, quàm vos alij Priores, Subpriores, Cõuentuales, ac Vicarij quotiens ab eisdem Fratribus, quibus dictum est cõmissum negotium & committetur in posterum, fueritis requisiti, & dicto negotio fuerit opportunum, de alijs etiam Fratribus eiusdtm ordinis præter illos, qui eis in socios deputati fuerint, cum omni prõptitudine prouidere curetis; ita quòd præfatum negotium, nullum † ex vestra negligentia fuscipiat detrimentum.

Inquisitoribus assignari debẽt socij officio cõgruentes, & eis grati.

† In autographo ita, nullam ex negligentia vestra dilationẽ capiat, sed potius ex diligentia continuum suscipiat incremẽtum.

3 Secundum est: quòd confertur Inquisitoribus libera potestas, ad curiam Romanã eundi ac morandi, & socium assumendi absque licentia sui ordinis, vt patet in litteris Gregorij XI. impetratis per me Inquisitorem Frattem Nicolaum Eymerici, tenoris sequentis.

4 Ad perpetuam rei memoriam. Catholicę fidei nẽgotium per Nosipsos promouere, & per alios promoueri facere (pro vt ad id tenemur) plenis desideriis affectantes, vniuersis & singulis Prędicatorum & Minorũ Fratribus Inquisitoribus hæreticę prauitatis, vbilibet constitutis, præsentibus & futuris veniendi libere ad Romanam curiam, & in eadem morandi cum vno socio sui ordinis, non obtenta, vel petita licẽtia quorũcunque suorum superiorum, seu prælatorum; & huiusmodi socium mutandi, & alium de sua Prouincia assumendi, & secum tenendi quotiens fuerit opportunum, non obstantibus quibuscunque prohibitionibus, seu constitutionibus eorundem prælatorum, seu capitulorum generalium, seu Prouincialium, ordinum prędictorum, quorumcunque tenorum existant, contrarijs plenam licentiã tenore præsentium impartimur.

COMMENT. LXIX.

Quales esse debeãt Inquisitorũ socij.

MAgnã habet æquitatẽ quod hic docet Eymericus, cũ non sit æquũ, Inquisitorẽ solũ in magnis rebus et negotijs tractãdis ac peragẽdis degere.

Siue ergo Inquisitores ipsi socios sibi eligant, siue à prælatis suis eis conferãtur, eos eligi oportet, quorum prudentia & consilio in arduis vti possint, & aduersa superare.

Quantum vero attinet ad primum rescriptum, quod hic citat Eymericus, id integrum extat, & authenticum in archiuio inquisitionis Bononiẽsis, quod etiam curauimus imprimendum in Bullario litterarum Apostolicarum, in fine huius operis.

Ioannes Rojas tract. de hæreti. par. 2. tit. de priuilegijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

uilegijs Inquisitorum. num.418. vers.item Inquisitores Monachi. huius priuilegij de quo hic Eymericus meminisse etiam videtur.

DE EXCOMMVNICATIONE Inquisitoris, eius socij, & notarij.

QVAESTIO XXI.

Excommunicari ne possit Inquisitor, & eius notarij ab Apostolicę Sedis delegatis.

VIcesima prima quæstio est: Vtrũ sedis Apostolicæ delegatus, aut ab eo subdelegatus, cõseruator, aut executor, à sede Apostolica deputatus, possit Inquisitorem, & eius notarios excommunicare?

Respõdemus quòd non, vt patet in litteris prędictis domini Vrbani iiij. tenoris sequẽtis: Ne inquisitionis negotium contra damnatam hæresim prudentię vestræ cõmissum, impediri (quod absit) propter aliquorum astutiam, vel etiam retardari contingat: vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt nullus sedis Apostolicæ delegatus, vel subdelegatus, ab eo conseruator, aut etiam executor à sede Apostolica deputatus eadẽ, seu etiã deputãdus, in vos, vel quatuor[a] notarios siue scriptores vestros, super his vobis fideliter obsequẽtes, quamdiu in prosecutione huiusmodi negotij vos & ipsi fueritis, possit excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam promulgare, absque speciali mandato prędictæ sedis faciente plenã & expressam de hac indulgẽtia mentionem: decernentes irritum & inane, si secus fuerit attentatum. Nulli ergo, & cet.

Habẽtur supra pag.132.

COMMENT. LXX.

Inquisitores nequeunt ab inferioribus excommunicari.

INsigne hoc est & præclarum priuilegium fauore fidei concessum, ne causæ religionis propter excommunicationem Inquisitorum, aut aliorum officij ministrorũ deferantur, aut impediantur; & interim impeditis iudicibus hæretici impune grassentur.

Cõcessit Vrbanus hoc priuilegium Inquisitoribus anno Domini MCCLXI. idem prorsus tribuerat paucis antea annis Alexander IIII. anno Domini MCCLIX. Anagniæ. xiiii. Cal. Maij, referturque in libro priuilegiorum ord. Prędicat. fol.49. pag.1. idẽ concessit etiam Clemens IIII. rescripto incipiente: Catholicæ fidei. vers. nos enim eorum. quod refertur supra apud Eymericum par.2. & huius etiã priuilegij meminit Campegius apud Zachinum cap.31. vers. secundum autem.

a ¶ Vel quatuor notarios siue scriptores vestros.] Quod hic de quatuor notarijs dicitur, de pluribus etiam intelligendum est, si plures constituerentur: & quatuor expressit, quoniam tunc illi sufficiebant.

An ministri Inquisitorũ, sicut eorum notarij nequeant excõmunicari.

An autem hoc priuilegium de non excõmunicandis Inquisitoribus vel eorum notarijs, competat etiã nunc alijs Inquisitorum & sacri officij ministris, veluti aduocatis, promotori fiscali, consultoribus, carcerum custodibus, & similibus dubitari potest: & posset quis fortassis satis probabiliter dicere alijs quoque ministris cõpetere, tum quia fauores ampliari debent, non restringi. cap. odia. de reg. iuris lib.6. tum fauore fidei: tum postremo quoniam eadem etiã in his ministris ratio reperiri videtur, quare idẽ statui oporteret. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam. ac sane quo modocunque res se habeat, satis videtur æquum, vt Sanctitas sua etiam ad alios ministros extenderet.

Verum id est notandum quod in rescripto continetur, videlicet: Quandiu in prosecutione huiusmodi negotij vos & ipsi fueritis: *vt intelligatur nõ tribui hoc priuilegium ministris amotis ab hoc officio: quoniam cessante causa priuilegij priuilegiũ cessat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. c. cum cessante. de appellatio.*

Atque ex his rescriptis, quorum cum Eymerico meminimus, respondetur ad dubium nobis aliquando propositum, an scilicet Inquisitor hæreticæ prauitatis obligatus in forma cameræ ad soluendam pensionẽ, aut ad quodlibet aliud possit virtute obligationis excommunicari ob non solutionem, nam non posse in personam ipsius Inquisitoris intentari aliquam actionem, aut excommunicationem ferri, durante officio per hęc rescripta videtur esse certum: nec apparet inter priuilegia præfecti Cameralis, vt etiam contra Inquisitores possit censuras proferre. quare fauore fidei ne in officio impediantur absque expressa Romani Pontificis facultate, faciente de hoc priuilegio mentionem, ac illud reuocante, nullus cuiusuis auctoritatis, aut potestatis existat, potest Inquisitores censuris ecclesiasticis innodare.

Nec obstat, si dicatur, Inquisitorem obligando se in forma Camerę huic priuilegio renuntiasse; quoniã respondetur, quod cum aliquod beneficium seu priuilegium concessum est toti potius alicui ordini, quàm priuatis personis eius ordinis, tunc tali priuilegio renuntiari non potest, cap. si diligenti. extra de foro cõpeten. & ibi communiter glos. Hostien. Ioan. And. & alij. quare cum priuilegium prędictum sit concessũ toti ordini & collegio Inquisitorum: item propter publicam vtilitatem, nempe ob fidei fauorem, & vt hęreses extirpentur, consequitur plane, vt ei renuntiari non possit.

Quòd si dicas ex hoc damnificari contrahentes cũ Inquisitoribus, cum non possint ius suum consequi, respondebo id non esse ita, cum vel ad sanctissimum dominum Papam, qui quoslibet priuilegiatos coercet, vel ad supremos Inquisitores recursus haberi possit, qui re cognita iubeant, atque decernant, vt Inquisitores & iuri & debitis suis satisfaciant: non enim debent officij ac priuilegiorum suorum prętextu quemquam lædere. Clemen. 1. §. 1. de hęret. vbi communiter Doctores.

QVAESTIO XXII.

An Inquisitor absque incursu excõmunicationis requirere possit Dominos tẽporales excommunicatos, Vicesi-

VIcesimasecunda quæstio est: Vtrũ Inquisitor absque incursu pœnæ excommunicationis, possit requirere dominos temporales, eorumque officiales excommunicatos, quatenus iuxta officium suum prętent sibi auxilium & fauorem?

Relatum supra pag.105.

Respondemus quòd sic, vt patet in cap. Præsidentes. de hęret. lib.6. vbi dicitur sic: Præsidentes regimini alicuius regni, Prouinciæ, siue loci (licet excommunicati, vel de facto tantum, & nõ de iure iurisdictionem habentes, ac eorum officiales ad requisitionem ordinariorum, vel delegatorum ipsorum, aut Inquisitorum hæreticę prauitatis non valentium sine morę dispẽdio, vel negotij periculo, recursum habere ad superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi) possunt & debent contra hęreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, iustitiã & suum officium exercere. Nec requirentes huiusmodi excommunicatos, propter hoc sententiã excommunicationis incurrunt. Non tamen prędictis prędictis prælibatis, vel officialibus eorundem, propterea in aliis casibus intelligatur concessum aliquid, vel permissum.

COMMENT. LXXI.

ALexandri IIII. est hoc rescriptum, quo proposita quæstio dirimitur, quod dedit Anagniæ V. Calend. Iunij, Pontificatus sui anno sexto, qui incidit in annum Dom. MCCLIX. incipiebat: Quęsiuistis. *id vidimus integrum & authenticũ in Archiuio inquisitionis Bononiensis.*

Inquisitor participans cum excommunicatis, quatenus nõ excommunicetur.

Fauorem fidei respicit, & etiam Inquisitoribus priuilegium tribuit non vulgare: quoniam participans cum excommunicato maioris excommunicationis vinculo innodato, minori excommunicationi supponitur. c. nuper. & c. si quidem de sent. excom. c. quoniam multos. 11. q. 3. quod tamen incommodũ hic fauore fidei euitant Inquisitores.

Notant hoc priuilegium Gondissaluus tract. de hæret. quæst. 19. nume. 8. Ioannes Rojas singul. 59. incipien. Excommunicatus est. *& singul. 72. incipien.* Gesta per regem. *idem tract. de hæret. par. 2. num. 441. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 40. incipien.* Quamuis tyrannus. *quibus locis dicunt hoc esse speciale fauore fidei, vt notat etiã glossa in cap. 1. de offic. Vicarij lib.6.*

Est aliud etiam speciale: quoniam gesta per tyrannum ipso iure sunt nulla. c. fundamenta. §. quod si secus. de electio. in 6. clemen. pastoralis. de re iudi. l. decernimus. C. de sacros. ecclesijs. at fauore fidei si iussu Inquisitorum quid in hęreticos exerceat tyrannus, aut alius iniustus dominus, validum est. ita prædicati.

Monebo tamen hæc tunc locum habere, cum Inquisitores nõ possint sine morę dispendio superiores consulere: quod patet ex illis verbis: Non valentium sine moræ dispendio, &c. *aliter enim in excommunicationem inciderent, glossa in c. præsidentes. verbo, dispendio. de hęret. in lib.6. & notat nominatim Gondissaluus prędicato loco.*

QVAESTIO XXIII.

An Inquisitor & eius socius se mutuo absoluere possint ab excommunicatione,

VIcesimatertia quæstio est: Vtrum Inquisitor, ac eius socius, si forsan recognouerint se esse excommunicationis vinculo innodatos, aut etiam irregularitate ligatos, possint se mutuo absoluere, & in irregularitate etiam dispensare?

Respondemus quòd sic, vt patet in litteris Vrbani iiij. tenoris sequentis:

Relat. supra pag.132.

Vt negotium fidei valeatis liberius promouere, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt si vos, & Fratres vestri ordinis socios vestros excommunicationis sententiam, & irregularitatem incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate cõtingat, vel recolatis etiã incurrisse: quia propter iniunctum vobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere non potestis, mutuo vos super his absoluere, iuxta formam Ecclesiæ, & vobiscum auctoritate nostra dispensare possitis in casib. in quibus dictis Prioribus, vt dicitur, est ab Apostolica sede cõcessum: Nulli ergo, &c.

COMMENT. LXXII.

Inquisitores mutuo se absoluunt, & secũ in irregularitate dispensant.

MAgnum est etiam hoc priuilegium, & est duplex. vnum vt ab excommunicatione se possint absoluere: alterum vt super irregularitate secũ possint dispensare. concessit hæc Vrbanus anno Domini MCCLXI. idem refert Repertorium Inquisitorum verbo, irregularitas. §. si tamen. & Campegius apud Zanchinũ cap. 31. in princ. Ioãnes Rojas tract. de hęret. par. 2. num. 423.

Obseruanda tamen sunt illa rescripti verba: Quia propter iniũctum vobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere non potestis: *Nam à cõtrario sensu optime videtur sequi, Inquisitores non posse, aut non debere se mutuo absoluere ab his censuris, si facile & sine fidei & sacri officij detrimento ad suos possint recurrere superiores, à quibus mutuo absoluantur.*

Et quãuis hęc sententia summo iure sustineri possit, altera huic aduersa benignior est, & fortassis verior, cum sit fauorabilis; nec argumentum à contrario sensu semper locum habet, vt late docent Doctores in rub. ff. de offic. eius cui mandata est iurisd.

Num autem hoc priuilegium Commissarijs etiã Inquisitorum competat, dubitari potest, & verius est competere fauore fidei. sed de hoc alibi plenius scripsimus.

QVAESTIO XXIIII.

Quibus casibus Inquisitores excommunicationem Papæ reseruatam incurrant.

SVMMARIVM.

1 *In tribus casibus excommunicationem Papę reseruatam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruatam incurrunt Inquisitores.

2 *Si contra iustitiam & conscientiam ex odio, vel amore omittant procedere, &c.*

3 *Si modis illicitis pecunias extorqueant.*

4 *Si bona Ecclesiæ ob delictum clericorum scienter fisco applicent.*

VIcesima quarta quæstio est: Vtrũ sint aliqui casus speciales excommunicationis, à quibus Inquisitor nõ possit absolui si incurrat, nisi per dominum nostrum Papam?

1 Respondemus quòd sic: & sunt tres, vnus qui ponitur in cap. Multorum. §. verum. de hæret. in clem. vbi dicitur sic:

Relat. supra pag. 111.

2 Verum & infra. Quòd si odij, gratiæ, vel amoris, lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam, & conscientiam suam omiserint cõtra quemquam procedere, vbi fuerit procedendũ super huiusmodi prauitate: aut obtentu eodem, prauitatem ipsam, vel impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint quoquo modo vexare (præter alias pœnas pro qualitate culpæ imponendas eisdem) episcopus, aut superior, suspensionis ab officio per trienniũ; alij vero excommunicationis sententias, eo ipso incurrant. A qua quidem excommunicationis sententia, qui eãdem incurrerint, nisi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa) absolutionis beneficium obtinere: nullo in hac parte priuilegio suffragante.

Supra pag. 113.

3 Alij casus duo ponuntur in cap. Nolentes. §. Et tam ipsorum. de hæret. in clemen. vbi dicitur sic: Et tam ipsorum, quàm Episcoporum, seu capitulorum sede vacante, super hoc deputatis Cõmissarijs, quibuscunque, districtius iniungentes, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant:

4 Nec scienter attentẽt ecclesiarum bona ob clericorum delictum, prædicti occasione officij, fisco etiam ecclesiæ applicare. Quòd si secus in his, vel eorum altero fecerint, excõmunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto: A qua non possint absolui præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorserint, plene satisfecerint de pecunia sic extorta. Nullis priuilegijs, pactis, aut remissionibus super hoc valituris.

COMMENT. LXXIII.

Quibus casibus non possint Inquisitores se cum tuo absolue re.

Hæc quæstio superiorẽ limitat, & eius summa est: Tres esse casus, in quibus Inquisitores mutuo se non absoluunt.

Primus est: cum omiserunt procedere contra quẽ procedere debuerant.

Secundus est: cũ alicui hæreseos crimen falso imposuerunt: aut dixerunt eos impediuisse sacrum officium, qui re vera non impediuerunt. & hi duo continentur in clemen. 1. de hæret. §. verum quia. hoc loco ab auctore relata, quamuis Eymericus vnum hic tantum casum contineri dicat.

Tertius est: cũ illicitis modis prætextu officij pecunias extorserunt; vt in clemen. nolentes. §. Et tam ipsorum. de hæreti. ex quo loco auctor hic ponit duos casus, vnum de illicita extorsione pecuniarum, alterum de confiscandis ecclesiarum bonis ob delictũ clericorum. & ita re vera erunt quatuor casus, duo in clemen. 1. & alij duo in clemen. 2. & horum meminit Campegius apud Zachinum cap. 31. in principio. & Caiet. in summa verbo, excommunicatio. casu seu cap. 3. in his ergo casibus Inquisitores non se absoluunt mutuo.

Rursus etiam ab illis casibus nõ se possunt absoluere, quorum absolutio non est suis superioribus cõcessa. quod indicant non obscure illa rescripti verba relata in quæst. 23. proxime præcedenti in fine dum dicitur: In casibus, in quibus dictis Prioribus (vt dicitur) est ab Apostolica sede concessum. *Ergo à contrario sensu aliud est in casibus nõ concessis: quod est verum, & diligenter obseruandum.*

Obseruandum tamen est, q̃ ad hoc vt Inquisitor subiaceat prædictæ pœnæ ex omissione procedendi cõtra quos procedere debuerat, requiritur nõ solum vt illa omissio sit contra iustitiam, sed etiam contra cõscientiam & scientiam ipsius Inquisitoris: Papa enim noluit prædicta pœna plecti Inquisitores omittentes procedere, ex ignorantia. sed eos, qui cum intelligerent ac scirent esse procedendum, odio, gratia, amore, pretio vel prece, contra iustitiã & conscientiam propriam omiserunt procedere vbi fuerat procedendum, aut contra processerunt, cum non debuissent. ita colligitur non obscure ex textu in dicta clement. 1. §. verũ, de hæret. & docet nominatim Caietanus in summa verbo, excõmunicatio. casu seu cap. 3. quod etiam videtur posse colligi ex B. Antonino par. 3. titu. 24. cap. 7.

CONTRA QVOS POTEST procedere Inquisitor.

QVAESTIO XXV.

An Inquisitor vel quisquã alius procedere possit cõtra Papam deprehensum in hæresi.

VIcesimaquinta quæstio est: Vtrum Inquisitor, vel quis possit procedere cõtra Papam deprehensum in hæretica prauitate?

Respõdemus, q̃ Inquisitor nõ: q̃a delegatus eius est, & consequenter inferior; inferior autẽ in superiorem non habet potestatem, vt 22. distin. Inferior. & ff. ad Trebel. l. Ille à quo.

Quis autem sit illius iudex, vel generale concilium, vel Cardinalium cõsistorium, nihil ad præsens negotium: sed de hoc vide Archidiaconum in cap. In fidei. de hæret. lib. 6. in principio.

COMMENT. LXXIIII.

Grauis est difficultas, quę hoc loco proponitur tractanda, quę nec huius est loci, nec temporis, nec nostræ breuitatis.

Qui tenent summum Pontificem (postquam rite & legitime electus est Pontifex Romanus. & Ecclesiæ caput) posse incidere in hæresim, mox de iudice quærunt, vt hic facit Eymericus. Primũ ergo quærendum erat, an Papa hereticus fieri possit, inde de iudice erat inuestigandum.

Papã in hæresim posse incidere qui docuerint.

Quantum ad primum attinet, Eymericus aperte sentit, Papam in hæresim posse incidere: cuius sententia communi Theologorum & Canonistarum voto recepta est: quam tenent Turrecremata in sum. de Ecclesia lib. 2. cap. 93. & multis seq. Caietan. in opusculo de auctoritate Papæ & cõcilij, Cardinalis Hieronymus Albanus Iurisconsultus celeberrimus in libro de potestate Papæ, par. 1. Dominicus Sotus lib. 4. senten. dist. 22. q. 2. art. 2. versic. dubium autẽ est. Alfonsus Castrus lib. 2. cap. 23. in princip. de iusta hæret. punitio. Melchior Canus lib. 6. cap. vlt. de locis theologicis. Sylvester in sum. verbo, Papa. q. 4. num. 4. Canonistæ communiter in c. si Papa. 40. dist. Ioãnes Rojas singula. 146. incipien. Papa de crimine hæresis. *Augustinus de Ancona in sum. de potestate ecclesiastica, q. 5. per totam quæstionem. Simancas de catho. institu. titu. 12. nume. 13. & titu. 45. de Papa, nu. 35. & alij quos longum esset recẽsere. quorum frequentiori sententia, Papa effectus hereticus concilio velut legitimo iudici supponitur.*

Papam non posse incidere in hæresim asserit Albert. Pighius

Sunt alij qui intrepide asserant, Papam non posse fieri hæreticum, inter quos est Albertus Pighius Cãpensis lib. 4. cap. 8. de Ecclesiastica Hierarchia, cuius sententia satis probabilis videtur, & consona rationi, & fortassis etiam antiquorũ Patrum dictis. quæ si vera sit, omnes superiorum Doctorum longissimæ altercationes facile cessabunt.

Hoc certũ putat Albertus Pighius præcitato loco, omnes Romanos Põtifices, qui in hæresim incidisse cõmemorantur, posse ab hæresi notaliberari, ostẽdique rem aliter habuisse, ac à multis referatur.

Et hæc sententia illo potissimum nititur fundamẽto, quòd Christus orauit pro Papa ne deficiat fides sua, vt ipse fratres suos in fide nutantes confirmaret; quasi videatur hoc priuilegiũ personale esse, & annexum ei qui rite & canonice electus est Pontifex Romanus, ex assistentia Spiritus sancti nõ permittentis eum in hæresim labi; quamuis in quæuis alia delicta possit ex humana fragilitate incidere. sed de his alibi plura.

Interim Locatus hęc eadem, quæ ab Eymerico dicuntur, refert in opere iudiciali verbo, Papa, num. 6. vbi addit extare bullam Pauli IIII. de hac materia diffuse loquentem.

QVÆSTIO XXVI.

An Inquisitor possit procedere contra officiales Papæ.

VIcesima sexta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere, contra officiales, seu nuntios domini nostri Papę, si deferantur de hæretica prauitate?

Relat. supra pag. 125.

Respondemus quòd nõ; vt patet in litteris domini Ioan. xxij. tenoris sequentis: Cũ Matthæus de Pontiniano ordinis Prędicatorum, Inquisitor hæreticæ prauitatis in Regno Siciliæ auctoritate Apostolica deputatus, friuola occasione quæsita, ac nostra, & Apostolicę sedis reuerentia & honore postpositis in dilectum filiũ magistrum Guillermum de Baleto Archidiaconum Foroliuien. capellanum nostrum, Campaniæ maritimæque rectorem, excommunicationis sententiam, inconsultis motibus non sine multa temeritate duxerit proferendam: Nos volentes de cetero talium præsumptionibus † obuiare: vniuersis & singulis tam ordinarijs quàm delegatis iudicibus, ac Inquisitoribus prauitatis eiusdẽ, & alijs vniuersis & singulis quacumque auctoritate fungãtur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne contra nostros & Apostolicæ sedis officiales, vel nuntios, aut ipsorum aliquem quauis occasione, vel causa, absque nostra, & Apostolicę sedis licentia speciali, eis per sedis ipsius literas cõcedenda, plenam faciente de tenore præsentium mentionem, procedere quoquo modo præsumãt, aut in eos, vel ipsorum aliquem excommunicationis, vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare: Nos enim ex nunc decernimus irritũ & inane, quicquid contra inhibitionem & mandatum huiusmodi contigerit attentari. Volumus tamen q̃ diœcesani & Inquisitores prędicti super his quę negotium tãgunt fidei, alij vero super his, quæ rem tangunt, vel publicam, vel priuatam, siue ordinarij, siue delegati quacunque auctoritate fuerint, prout posset ad eorum officium pertinere, si quid per officiales & nuntios ipsos indebite forsan attentatum extiterit, se plenius informare: idque nobis significare studeant, vt prouidere super hoc de remedio opportuno valeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auinione xij. Cal. Ianuarij. Pontificatus nostri, anno vndecimo.

†Al. præsumptoribus.

COMMENT. LXXV.

Vplex axioma colligo ex hac quæstione. Primum est: Inquisitores non procedunt contra officiales, & nuntios sedis Apostolicæ.

Alterum est: Possunt tamen talium delicta sedi Apostolicæ denuntiare.

Et quoniam alibi promisi me hoc loco de hac re disputaturum; ideo quamuis tractatio sit late patens, breuissime tamen eam expediam.

Per hanc quæstionem videtur ampliari definitio c. Inquisitores. de hæret. lib. 6. & limitari Inquisitorum potestas: quia nedum contra Episcopos, sed neque contra officiales, & nũtios sedis Apostolicæ possunt procedere.

Quis dicatur officialis vel nũtius sedis Apostolicę.

In hac quæstione tota difficultas posita est in intelligendo quis dicatur nuntius, aut officialis sedis Apostolicę. & quãuis nomen nuntij sit generale, quo significamus eũ, per quem quid alijs denuntiamus, nobisque vicissim quid alij denuntiant. l. 1. ff. de procurato. l. qui autẽ. 14. §. vlt. ff. de constit. pecunia. at hic per nuntium, seu officialẽ sedis Apostolicæ eũ accipimus, qui nuntium eius siue mandatum profert, qui & Legatus dicitur. 97. distin. cap. nobilissimus.

Officialium sedis Apost. duo genera, & cõtra quos nõ procedãt Inquisitores.

Rursus obseruandum est, duo esse genera nuntiorum, officialium, seu delegatorum sedis Apostolicę. Quidam sunt, qui dati sunt ad decidendam causam aliquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquam inter partes, quæ ad sedem Apostolicam nõ pertinet, sed priuatorum vtilitatẽ respicit. Alij sunt ab ipsa sede constituti, circa ea quę honorẽ & dignitatem sedis Apostolicę respiciunt: & qui vices Põtificis summi in aliquibus causis, seu causa gerunt, quorumque officium circa negotia sedis Apostolicæ versatur. primi nõ gaudent priuilegio immunitatis, de quo hic Eymericus; postremi omnino illo priuilegio fruuntur; neque enim Inquisitores possunt procedere contra eos. ita voluit Lapus de Castilione antiquus iuris interpres quodam responso de hac re edito incipien. Factum super quo. *versic. Ad secundum vero dicendum est. quod responsum nunc circumfertur post consilia Oldradi, Lapum sequitur Decius in Rub. ff. de officio eius. num. 8. & in rub. extra de officio deleg. nu. 9. quorum sententia vera est, & tenenda; nam cum hoc priuilegium sit tributum ob reuerentiam & honorem sedis Apostolicæ, valde equum est, vt illi soli eo vtantur, qui negotia immediate ad dictam sedem spectantia tractant: quãdo vero liceat absolute Inquisitoribus contra hos procedere, dicam in quæst. sequenti. & ex his breuissime dictis remanet tota hęc quæstio clarissima.*

QVAESTIO XXVII.

An Inquisitor procedere possit contra Episcopos.

VIcesima septima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cõtra Episcopos & prælatos alios superiores super hęretica prauitate?

Relat. supra pag. 109.

Respondemus q̃ non: vt patet in c. Inquisitores. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Inquisitores hæreticę prauitatis, ab Apostolica sede, seu alio, vel alijs quibuslibet deputati, de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeũt, aut eius prętextu procedere contra eos: nisi in literis cõmissionis Apostolicæ, q̃ hoc possint, continetur expresse. Si tamen Inquisitores ipsi, Episcopos, vel alios superiores Prælatos sciuerint, vel inuenerint circa crimen hæreseos commisisse, aut eos de hoc diffamatos existere, vel suspectos, id tenebuntur sedi Apostolicæ nuntiare.

COMMENT. LXXVI.

PRiuilegiũ est Episcopalis dignitatis, cui semper plurimũ tributũ est, vt Inquisitores non inquirant in Episcopos. & tradit Gondissaluus tract. de hęret. q. 7. nu. 15. Simancas de catho. institu. tit. 25. nu. 7. & 8. Repert. Inquisit. verb. Episcopus. §. ad secundum. Carrerius tract. de hęret. nu. 74. versi. prohibentur autem tales. & alij communiter.

Quid possit Inquisitor cõtra Episcopos hęreticos

Monendi tamen sumus, posse Inquisitores recipere dicta testium aduersus Episcopos, vt eorum delicta sedis Apostolicæ possint denuntiare. ita Simancas & Repertorium prędictis locis; quod & verũ puto. & id sensisse etiam videtur Ioãnes Monachus in c. Inquisitores. de hęret. lib. 6.

Num quan doque liceat Inquisitorib. in Episcopos procedere.

Num autẽ aliqui sint casus, in quibus liceat Inquisitoribus agere aduersus Episcopos, nõ erit inutile inuestigare, & Repertorium inquisitorũ verbo, Episcopus. §. ad secundum. & Gondissaluus tract. de hæret. q. 7. num. 15. dicunt, quòd licet Inquisitores non possint cognoscere de hoc crimine contra Episcopos: si tamen id specialiter illis à Papa committeretur; tunc proculdubio possent procedere. idem Simancas in enchyridio tit. 8. nu. 1. neque de hoc est aliqua dubitatio, cum id expressum esse videatur in dicto cap. Inquisitores. de hęret. lib. 6. ibi, nisi in litteris cõmissionis Apostolicę quod hoc posint continea tur expresse. *hęc ibi.*

Rursus, si Episcopus hęreticus esset suspectus de fuga; tunc Inquisitores possent eum incarcerare, vt ad Papam remitteretur: ita dicunt se credere posse fieri Repertorium & Gondissaluus prędictis locis.

Quod si verũ est, multo magis tunc procederet, cũ Episcopus aliquid moliretur, quod in manifestũ fidei detrimentum, & fidelium perniciem conuerteretur, vt si hereses prædicaret, & fideles seduceret, aut quid simile graue & horrendum patraret: tũc enim expediret Episcopos capere, & custodire. donec Romanus Pontifex certior redderetur.

Ceterum, quia video generaliter prohiberi Inquisitoribus, ne contra Episcopos procedant. c. Inquisitores. de hęret. lib. 6. & generaliter causę criminales grauiores etiam hęresis contra Prælatos sedi Apostolicæ reseruentur, vt sanciuit concilium Trid. sess. 24. de reformat. c. 5. parcissime & rarissime vtendũ est hac facultate; nec aliquid molieudum puto in hac causa contra Episcopos, nisi ex vrgentissimis & exquisitissimis cõsiderationibus. & cauere omnino debent Inquisitores ne prætextu superioris sentẽtiæ & facultatis aliquid committant incautum. ne quod in amplificationem fidei est concessum, in detrimentum ministrorum eius conuertatur, itaque vbi tales casus acciderint. si consulere Papam commode non possunt, prudentissime id gerant quod fidei fauorem & vtilitatem respicit, & caueant ne scãdalum aliquod inde ruinosum consequatur.

Iam quod de Episcopis diximus, eadem putamus habere locum ob easdẽ causas in officialibus & nuntijs sedis Apostolicæ, aduersus quos ob reuerentiam & dignitatem Apostolicam nec temere, nec facile in hoc casu est procedendum.

Num autẽ vice versa non possit Episcopus procedere contra Inquisitorem, grauis est quæstio, de qua Eymericus paulo post quæst. 30. vbi dicam.

Sed ad Episcopos reuertor, quorũ huiusmodi causæ si quandoque necessario extra Romanam curiam committendæ sint, quibus personis committi debeãt, & quanta cum cautela id fieri debeat, diligenter cauit concilium Tridentinum sessio. 24. de reformat. cap. 5. & siue committantur siue non committantur, semper diffinitiua sententia sanctissimo domino Papę reseruatur.

Illud postremo adiungam, quod Pius Papa V. Romę sanciuit per extrauagantem incipien. Romanus Pontifex. *anno Domini MDLXIII. vt scilicet Reuerendissimi Cardinales Inquisitores generales in vniuersa republica Christiana procedere possint contra Episcopos, & quoslibet alios Prælatos de quibus ibi, eosque moneant, citent, & requirant vt intra certum terminum personaliter compareãt, idque sub grauibus pœnis in dicta extrauaganti contentis*

tentis, vt cum processus confectus fuerit sanctissimo domino nostro referatur, vt debita & iusta sentẽtia contra tales promulgetur. hæc autem extrauagans refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis in fine huius operis.

QVAESTIO XXVIII.

An Inquisitor possit procedere contra religiosos exemptos.

VIcesima octaua quæstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere cõtra religiosos exemptos, & præsertim cõtra Prædicatores & Minores, & maxime Inquisitor de ordine Prędicatorũ, contra Fratrẽ Minorem: & Inquisitor de ordine Minorũ, contra Fratrem Prędicatorẽ.

Relat. supra pag. 107.

Respondemus q̃ sic: vt patet in c. Vt officium. §. denique. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Deniq; vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrum coertionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas; volumus vt ea omnia viriliter exequamini (si opus fuerit) inuocato auxilio brachij secularis: cõtradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: Non obstãtibus aliquibus priuilegijs vel indulgentijs, quibuscunque personis cuiusuis conditionis, dignitatis vel gradus, religionis vel ordinis, cõmunitatibus vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum, specialiter vel generaliter, sub quacunque verborum expressione vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterũ concedendis, cum ex huiusmodi vel aliis priuilegijs vel indulgentijs, nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi.

Inquisitor procedere potest cõtra exemptos.

Relat. supra pag. 105.

Et in c. Accusatus. de hæret. lib. 6. in fine, vbi dicitur sic: Religiosi etiã sunt immurationis pœna, vel alia grauius puniẽdi, quàm sæculares: si inuenti fuerint in hæresi vel cõsimilibus deliquisse. Eadẽ verba habentur in priuilegijs Alexandri iiij. & Vrbani iiij. quod supra habetur etiã magis expresse in literis Clementis, Alexandri, & Vrbani iiij. in quibus de hoc dicitur sic: Denique vt circa prędicta plene vobis & singulis vestrum, coertionis expedita & inuiolabilis adsit auctoritas, volumus vt ea omnia viriliter exequamini; inuocato (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis: contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs quibuscunque personis cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, & præsertim Cistercien. Prædicatorum, & Minorum, seu Eremitarum, siue communitatibus, &c. Sequitur generalis clausula sicut prius. Et si inueniantur litteræ Clementis iiij. quòd Prædicator non inquirat cõtra Fratrem Minorem, & econtra, per eundẽ fuerunt postmodum reuocatæ, & post per Bonifacium viij. in Sexto.

De procedẽdo cõtra exẽptos in hoc crimine varia olim statuta sunt.

COMMENT. LXXVII.

VNica est assertio & vera: Hodie Inquisitores in quoslibet religiosos exemptos inquirere possunt & procedere, quia quo ad crimen hęresis omnis exceptionis cessat immunitas, licet olim in hac re aliter quandoque fuerit statutum.

In hac causa multa antiquis temporibus fuit varietas circa facultatem procedendi cõtra exemptos: nam Alexander iiij. rescripto quodam incipiente: Ne commissæ vobis. *anno Domini MCCLX. statuit, vt indistincte Inquisitores contra quoslibet religiosos & exemptos procederent: idem ipsum & alij sanciuerunt. verum ea res mutationem passa est: nam Pius secũdus circa annos Domini MCCCCLX. generali Vicario ordinis Fratrum Minorum concessit, vt ipse Inquisitionem & punitionem suorum Fratrum in fide, vel hęresi suspectorum exerceret, inde post aliquot annos Sixtus per bullam auream incipientem:* Sacri Prædicatorum. *quę habetur in libro priuilegiorum ordin. Prędicatorum fol. 163. sanciuit, ne Prædicatores contra Fratres Minores, aut Minores contra Fratres Prędicatores in locis in quibus exercent Inquisitionis officium, procederent. Inde vero aliquot annis interiectis Innocẽtius octauus, omnibus Inquisitoribus interdixit, ne cõtra Fratres Minores quomodolibet procedere, vel inquirere auderent, vt patet in litteris Apostolicis de hac re conscriptis & relatis in libro, cui titulus est:* Fundamentum trium ordinum beati Francisci.

Omnes religiosi in causa fidei subduntur potestati Inquisitorum.

Verum, cũ ex his immunitatibus manifesta quandoque in fidem pericula sequerentur, posteriores Põtifices valde salubriter omnes religiosos etiam aliàs exemptos in causa fidei (sicut olim) Inquisitoribus hęreticę prauitatis subiecerũt, vt Clemens septimus rescripto incipiente: Cum sicut. *relato in bullario literarum Apostolicarum pro officio sanctę Inquisitionis in fine huius operis: & Pius Papa Quartus rescripto incipiente:* Pastoris æterni. *quod est etiã impressum in bullario literarum Apostolicarum in fine Directorij.*

In nonnullis religionibus ordo præscribitur, qui seruari debeat in Fratribus hęreticis, aut suspectis denuntiandis: nam (vt alias omittam) in constitutionibus Fratrum beatæ Mariæ Seruorum in rubrica de Prædicatoribus, cap. 25. & in rubrica de visitatoribus, cap. 30. de hac re cauetur, & postremi loci verba ita habẽt: Si qui fratres de fide suspecti inueniantur, vel libros habeant ab indice prohibitos, Prior conuentus Prouinciali, & Prouincialis Generali, & Generalis sanctissimo officio inquisitionis denuntiet. *hæc ibi. sed vt hic circuitus euitetur, vbi commode superiora obseruari non poterũt, ne causa fidei differatur, solus Prior poterit denuntiare, aut eo absente alius loco eius.*

Prælati religionũ hodie non iudicãt suos subditos in causis hæresis.

Tametsi vero in prędicto rescripto Pij Quarti cõtineatur, vt Inquisitores possint in hac causa procedere contra quoslibet religiosos & exemptos, dũmodo à suis superioribus non fuerint prædicti, vnde consequitur non obscure posse religiosos contra fidẽ delinquentes, si eorum superiores iudiciũ & causam præoccupent, ab eisdem suis superioribus iudicari: nihilominus tamen quoad hanc partem illa extrauagans non videtur fuisse in vsu recepta, & quamquã aliquando recepta fuerit, nunc sancti tribunalis stylus & consuetudo contrariũ obseruat; nulli enim superiores audent suos subditos religiosos in hac causa iudicare

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicare, aut punire, sed protinus ad sanctum officium causam deferunt, nec aliud agentes bene facerent.

Iustissime vero atq; rectissime huius causæ cognitio contra quoscunque à ceteris abdicata est, & ad solos Inquisitores siue delegatos, siue ordinarios delata: nam in horum tribunali magis iuridice cuncta geruntur, & cum maiori secreto: & cum ex cotidiana experientia notos habeant hæreticorum mores, melius intelligunt modum & ordinẽ interrogandi, examinandi, & conuincendi reos, quàm quilibet alij religionum superiores, qui tametsi essent vtriusque iuris peritissimi, tamen ob non frequentatum hunc iudicandi morem non possent ita diligenter processus fabricare sicut iudices fidei in suo tribunali, ac ob has quidẽ & alias causas fortassis graviores, quas prudens omitto, non debent contra suos subditos procedere.

Cõtra prælatos religiosũ cautè procedendum.

Postremo hoc admonebo, q tametsi Inquisitores, vt proxime dictum est, contra quoscunque religiosos etiam exẽptos procedere possint, nihilominus tamen certi quidam sunt religiosi, contra quos ob prærogatiuam dignitatis non facile debent priuati Inquisitores procedere, sed fere cum eis eadem obseruanda censerem, q̃ paulo antea custodienda dixi cum agerem de causis Episcoporum.

In hoc numero reponi possunt Magistri ordinum Generales, veluti Generales ordinis Prædicatorum, Minorum, & similes: item Magistri Generales religionum militarium. contra hos enim cum procedendum est, res prius nuntianda videtur Generalibus Inquisitoribus, qui causa cognita decernant quid facto opus sit.

QVAESTIO XXIX.

An Inquisitor procedere possit contra sacerdotes.

Relat. supra pag. 105.

VIcesima nona quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra sacerdotes?

Respondemus quòd sic: vt supra patet. quæst. proxima & in c. Accusatus. §. sacerdotes. extra de hæret. vbi dicitur sic: Sacerdotes insuper & alij clerici, qui negotium Inquisitionis instruẽdo citatos hæreticos, vel eorum credentes, de celanda veritate, vel dicenda falsitate, seu eos indebite liberando, inuenti fuerint impedire (cum non sit dubium eos ipsa facere in fauorem hæreticæ prauitatis,) per Inquisitores à talibus compesci possunt, & pœna debita castigari, tam per captionẽ personarum, quàm aliàs, prout culpa exegerit delinquentis. Eadem verba habentur in priuilegijs prædictis Alexandri iiij. & Vrbani iiij. quæ sunt supra.

COMMENT. LXXVIII.

CVm de sacerdotibus puniendis tum in hoc, tum in alijs criminibus agitur, duo potissimum obseruanda sunt. Vnum est, vt caute admodũ ad actus iudiciales veluti ad capturam, & ad publicam pœnitentiã procedatur, tum ob prærogatiuam sacerdotalis dignitatis, tum ob iniuriã totius ordinis sacerdotalis: laici enim, quos infestos esse clericis iura, & experientia testantur, cap. laicos. & cap. laici in accusatione. 2. q. 7. magnopere lætantur in peccatis & punitione eorum, & tales esse ceteros facile & suspicantur & iactitant.

Alterum est, vt cum in hac causa de eorum constiterit crimine, quod facile excusationem non admittat acrius & seuerius quàm laici puniãtur. argumẽto textus in cap. accusatus. §. sacerdotes. versi. religiosi. de hæret. lib. 6. & eorum quæ docet Andreas Tiraquellus in tract. de pœnis temperan. aut remittendis, causa 31. nu. 25. quem retulimus supra par. 2. super cap. grauem. de pœnis. §. volentes tamen. quis enim neget sacerdotem, qui tantæ dignitatis nobilitatem potissimũ Deo debet, si in fide & religione ipsius errauerit, multo magis in eum peccare, quàm laicum.

QVAESTIO XXX.

An Episcopus vel Inquisitor procedere possit contra alium Inquisitorem.

TRicesima quæstio est: Vtrum Episcopus vel Inquisitor possit procedere contra alium Inquisitorem delatum vel suspectũ de hæretica prauitate?

Nec Episcopus nec Inquisitor põt contra Inquisitorẽ procedere.

Respondemus, quòd Episcopus non: quia Episcopus (vt supra dictum est) inferior est. Nec etiam Inquisitor, quia par est. Inferior autem in superiorem, & par in parem non habent dominium. 21. distinct. Inferior. & etiam ipse Inquisitor est officialis, vel saltem nuntius domini nostri Papæ: quia delegatus eiusdem, vt patet in cap. Ne aliqui. de hæret. lib. 6. contra officiales autem & nuntios domini nostri Papę non possunt Episcopus & Inquisitor procedere, vt patet supra par. 2. in extrauagan. domini Ioan. xxij. Cũ Matthæus. vbi reprehẽditur Inquisitor, quia processerat contra G. capellanum domini nostri Papæ, vbi dicitur sic:

Relat. supra pag. 125.

Nos volẽtes de cetero taliũ præsumptoribus † obuiare, vniuersis & singulis tam ordinarijs quàm delegatis iudicibus ac Inquisitoribus prauitatis ęiusdem, & alijs vniuersis & singulis quacunque auctoritate fungantur, auctoritate Apostolica districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne cõtra nostros & Apostolicę sedis officiales, vel nũtios, aut ipsorum aliquem, quauis occasione vel causa absque nostra & Apostolicæ sedis licentia speciali eis per sedis ipsius litteras cõcedenda, plenam faciente de tenore præsentium mentionem, procedere quoquomodo præsumãt, aut in eos vel ipsorum aliquem excommunicationis vel suspensionis, seu quasuis alias sententias promulgare, Nos enim ex nunc decernimus irritum & inane quidquid contra inhibitionem & mandatum huiusmodi contigerit attentari.

† Al. præsumptionibus.

Crederem tamen, quòd sicut ibidem dicitur de officialibus & nuntijs domini nostri Papę, & de Epi-

de Episcopis dicitur in c. Inquisitores. quòd Inquisitores non possunt procedere contra eos, sed possunt & debent se plenius informare, & significare domino nostro Papæ: quòd ita possit fieri in proposito, quòd informent se, & significent domino nostro Papę.

COMMENT. LXXIX.

EX hac quæstione vna potissimũ colligitur conclusio, videlicet: Neque Episcopi, neque alij Inquisitores possunt procedere cõtra Inquisitorẽ hæreticũ, aut de hæresi suspectũ, sed recipere debent informationes contra eũ, & summo Pontifici denuntiare.

Hęc quæstio longe difficilior est, quàm illa, quæ à nobis tacta est supra, super q. 27. quoniã in hac nulla nominatim reperitur summi Pontificis definitio; & ob id et à pluribus, & maiori rationũ robore hinc & inde tractatur. de qua breuiter etiam dicam, quia facile potest huiusmodi factum incidere, de quo Zanchinus tract. de hæret. cap. 8. nu. 9. versi. sed pone. & ibidem Cãpegius. Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor, nu. 15. & verbo, Episcopus, nu. 2. Geminianus in c. Inquisitores. de hæret. lib. 6. nu. 5. versi. sed quæro, an Episcopi. & ibidẽ Abbas & Lapus. Gondissaluus tract. de hæret. q. 7. nu. 17. Repertoriũ Inquisitorum verbo, episcopus. §. 1. Ioannes Roias singulari 109. incipien. Iudices si sunt duo. *Alfonsus Guerrerus in thesauro religionis Christianæ, tit. de hæret. num. 9. & alij plerisque locis.*

An Episcopus possit agere cõtra Inquisitorẽ, varia opinio.

Hi vero inter se dissentiunt: nam Zanchinus, Repertorium, & Gondissaluus posse Episcopum cõtra Inquisitorem procedere, libenter admittunt. Sed Locatus, Campegius & nonnulli alij id Episcopis licere negant. ceteri de crimine distinguunt: nam si Inquisitoris esset manifesta hæresis, tunc Episcopus posset contra Inquisitorem procedere; secus si esset occulta, tunc enim summo Pontifici esset nuntianda.

An Episcopi quandoque possint agere cõtra Inquisitores.

Nos in hac controuersia diluenda, eadem fere illa obseruãda crederemus, quę tradidimus supra super q. 27. §. num autem. & sequen. nam neque temere in Inquisitores delegatos irrnẽdum est. quamuis n. nõ sint Episcopali dignitate decorati; at proculdubio sunt officiales summi Pontificis, & proinde continebuntur sub dispositione extrauagãtis, cũ Matthęus. de hæret. de quo Eymericus paulo antea q. 26. Quare sicut Episcopis plurimum in hac re defertur propter priuilegium episcopalis dignitatis: ita & Inquisitoribus plurimum deferri debet, ac tribui, propter reuerentiam sedis Apostolicæ, cuius sunt officiales, & propter summi Pontificis eminentem honorem, cuius personam Inquisitores repræsentant. itaque si hæreticus fuerit Inquisitor, aduersus eũ Episcopus aut alius Inquisitor informationes secreto recipere poterit, vt summo Pontifici denuntiet, vt optime docet hoc loco Eymericus §. crederem. at ad capturam realem accedere non credo tutum.

Quòd si manifestissima esset Inquisitoris hæresis, & malitia effrenis; vt si cõtra fidem prædicaret, aut scriberet, aut prædicari & scribi permitteret, aut hæreticos captos impunitos dimitteret, & his similia perpetraret, quæ in manifestum fidei detrimentum conuerterentur, nec facile summus Pontifex posset consuli, & interea fides periclitaretur; liceret tunc Episcopo in Inquisitorem agere. Ceminianus in cap. Inquisitores. de hæret. lib. 6. nu. 5. Locatus, Repertorium, & Ioannes Roias præcitatis locis.

Verum in hac quoque re cauti & prudẽtes debẽt esse Episcopi, & cauere debent, ne ad has punitiones & capturas descendant absque exquisitissimis considerationibus, & causis maturo consilio pensatis; & cum aliter fides defendi non potest. nam magnus honor habendus est ei, quem summus Pontifex idoneũ iudicauit, vt tanto muneri præficeretur: est enim & dicitur Inquisitor, fidei defensor. cap. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. tradit Albertinus super rub. de hæret. lib. 6. q. 5. nu. 3.

Iam id rescriptum, quo vtitur auctor in hac quæstione, optime conuenit Inquisitoribus: quãuis enim in eo nominatim de Inquisitoribus mentio non fiat; at proculdubio sub rescripti verbis continentur. cũ sint officiales summi Pontificis immo personam eius repræsentent, vt alibi diximus, & docuit etiam singulariter Lapus responso de hac re conscripto, quod habetur post consilia Oldradi.

Et quod diximus de Episcopis, idem sentimus de Inquisitore contra Inquisitorem; nam vnus aduersus alium procedere non facile posset, nisi prædictis modis fauore fidei.

Quid de cõmissariis Inquisitorum.

Idem fortassis etiam dici posset de Commissarijs Inquisitorũ Apostolica auctoritate constitutis iuxta id quod disseruimus supra in hac 3. parte super quæst. 5. §. num autem.

QVAESTIO XXXI.

An Inquisitor possit procedere contra reges & omnes laicos indistincte.

TRicesima prima quęstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere cõtra principes, & omnes laicos indistincte in hæresi irretitos, suspectos, vel diffamatos?

Relat. supra pag. 107.

Respondemus q̃ sic: vt patet in c. Vt officiũ. §. denique. de hęret. lib. 6. fæpius allegata ibi: Cuiuscunque sint conditionis, dignitatis vel gradus: Patet etiam in litteris Clemẽtis, & Vrbani iiij. quę incipiunt: Præ cunctis. in quibus eadem clausula est inserta, vt visum est supra quæst. 28.

Relat. supra pag. 129.

Consulerem tamen, vt contra reges & regales personas publice non procederent Inquisitores: sed vt cautius & tutius negotium fidei possit agi, informaretur primitus dominus noster Papa, vt procederetur eius consilio & mandato, & secundum modum, quem ipse decreuerit obseruandũ.

COMMENT. LXXX.

DVę sunt assertiones, & veræ ambæ, & communiter receptę.

Prima est: Inquisitores aduersus quoslibet, quacunque auctoritate decoratos procedere possunt.

Secunda est prioris veluti declaratiua: Quamuis in omnes procedere possint, tutius tamen est, cũ procedendum est aduersus principes, & magnates hæreticos,

reticos, aut de hæresi suspectos, vt summus Pontifex consulatur, cuius arbitrio & modo ab eo perscripto aduersus eos procedatur.

Prima conclusio nullam habet difficultatem: nam si possunt Inquisitores agere contra exemptos, vt docuit paulo antea q. 28. multo magis procedent in eos qui nominatim non sunt exempti. adde Carrerium tract. de hære. nu. 85. versi. item potest procedere cõtra quascunque personas.

Quantum ad secundam assertionem spectat, eam tenet etiam Ioannes And. in cap. Inquisitores. de hæret. lib. 6. quem sequuntur ibidem Geminianus versi. quæro an indistincte. & Philippus Francus circa finem cap. versi. Et dicit hic Ioannes And. *& horũ sententia vera quidem, & prudentiæ plena talis est. Prædictum cap. Inquisitores. de hæretic. lib. 6. quo prohibentur Inquisitores procedere contra Episcopos, prohibere etiam ne procedant contra laicos inconsulto Romano Pontifice, quotiẽs vel magnæ sunt personæ, & dignitate conspicuæ; vel tanta est hæreticorum multitudo, vt si contra illos procederetur, aut ingens periculũ, aut grauis populi turbatio proueniret.*

Quando nõ debeat Inquisitor contra laicos procedere.

Non tamen intelligas eadẽ ratione vtrũque prohiberi: nam ob prærogatiuam Episcopalis dignitatis, Inquisitores in Episcopos non inquirunt: sed in viros potentes & illustres, ideo non inquirũt, ne ob id scandalum oriatur, nõ quòd in hoc casu aliquid nobilitati deferatur, quæ propter hæresim amittitur. Adde Simancam de catho. instit. tit. 23. num. 8.

Quos appellet auctor viros regales.

Viros autem regales vocat hic Eymericus, vel Regulos, quales sunt Duces, Marchiones, & similes: vel eos qui Regibus adstant, vt consiliarios & Senatores: vel denique potentes Barones cuiuslibet ciuitatis, qui regali luxu viuunt, & opibus abundant, quos velut patronos multi tum nobiles, tum plebei sequũtur in omnibus ferme ciuitatibus: vel denique intelligere potest per viros regales ciuitatũ magistratus. vt Gubernatores, Potestates, Consules, & similes: in hos enim, si publice vellent Inquisitores animaduertere, facile impedirẽtur, præsertim in locis suspectis, & vbi Inquisitores sunt pauperes et imbelles.

Abundante hæreticorum multitudine, quid facere debeat Inquisitor.

Illud postremo monebo, vt quando ob multitudinem hæreticorũ Inquisitor non potest procedere; tũc quia hæretici suscipiunt incrementum, & fideles corrumpuntur, Inquisitores in publicum prodire debent, & audacter verbum Dei prædicare: quamuis intelligant graue sibi periculum imminere, vt nutantes in fide confirment; quo casu necessaria est in Inquisitore theologiæ cognitio.

QVAESTIO XXXII.

An Inquisitor cogere possit ciuitatum rectores ad iurandum de defendẽda Ecclesia contra hæreticos.

Ricesima secũda quæstio est: Vtrum Inquisitor possit & debeat in speciali procedere contra Comites, Barones, Potestates, Capitaneos, Balliuos, ac ciuitatum & locorum Consules & Rectores, quatenus iurent corã eo de defendenda Ecclesia contra hæreticam prauitatem?

Respondemus, quòd iuxta c. Ad abolendam §. statuimus. de hæret. & in c. Vt officium. §. statuimus. de hæret. lib. 6. omnes prædicti tenentur ad requisitionem Episcoporum vel Inquisitorũ, iurare Ecclesiam defendere cõtra hæreticos fideliter & efficaciter, bona fide iuxta posse & officiũ suum: & obseruare & obseruari facere toto tempore sui regiminis, in terris suo regimini seu iurisdictioni subiectis, constitutiones cõtra hæreticos, credẽtes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ipsorum filios & nepotes, à sede Apostolica promulgatas, ac etiam approbatas. Quòd si iurare noluerint, debet Inquisitor procedere contra eos, secundum tenorem illorum capitulorum, & ad pœnas ibi contentas in cap. alleg. Ad abolendam. vbi dicitur sic: Statuimus insuper, vt Comites, Barones, Rectores & Cõsules ciuitatum & aliorum locorum iuxta commonitionem Episcoporum, præstito corporaliter iuramento promittãt, quòd fideliter & efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos & eorum complices adiuuabunt bona fide, iuxta officium & posse suum. Si vero id obseruare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur: & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilominus excommunicatione ligandis, & terris ipsorum interdicto ecclesiæ supponendis. Ciuitas autem, quę his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionem Episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & Episcopali se nouerit dignitate priuandam.

Relat. supra pag. 97.

Relat. supra pag. 107.

In c. Vt officium. §. statuimus. dicitur ita: Statuimus insuper, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector vel Consules, seu quiuis alij, qui ciuitati præsunt, vel loco alteri ad præsens, aut præerunt in futurum, ad requisitionem diœcesanorum vel Vicariorum suorum, seu Inquisitorum hæreticæ prauitatis, iurent præcise attendere inuiolabiliter, & obseruare, ac facere à suis subditis obseruari toto tempore sui regiminis, in terris suæ iurisdictioni, regiminiue subiectis constitutiones contrn hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, ipsorũque filios & nepotes à fede Apostolica promulgatas; ac etiã approbatas: quas qui iurare noluerit & seruare, vt infamis & tamquam hæreticorum fautor, ac de fide suspectus officio & honore sui regiminis spolietur: nec vlterius Potestas, Capitaneus, Consul, vel Rector habeatur in aliquo, aut de cetero in aliquam dignitatem vel officium publicum vlterius assumatur: & quę vt Potestas, Balliuus, Consul, vel Rector fecerit, nullam obtineant firmitatem.

COMMENT. LXXXI.

De compellendis ciuitatum magistratibus ad præstandum hoc iuramentum de defendenda Ecclesia ab hæretica prauitate, & custodiendis legibus in hæreticos latis, copiose egit Eymericus supra initio tertiæ partis num. 9. & sequent. quo etiam loco nos ea abunde tradidimus, quæ ad hanc quæstionem illustrandã spectant. adde Simancam de catho. instit. tit. 23. nu. 8. & 9. & copiose Repertorium Inquisito. verbo, inramentum. et Campegium apud Zãchinum c. 31. ex quibus accipies quæ hanc quæstionem & sequentem illustrabunt.

QVAESTIO XXXIII.

De iuramento a Dominis tẽporalibus præstando in initio officij de extirpandis hæreticis.

Ricesimatertia quæstio est: Vtrũ Inquisitor debeat compellere seu monere dominos temporales, perpetuã vel temporalem iurisdictionẽ habentes, quatenus in eorum nouitate antequam eorum officium exequantur, iurent corã Inquisitore hæreticos per Ecclesiã denotatos pro viribus à suis terminis extirpare?

Relat. supra pag. 101.

Respondemus quòd sic; iuxta c. Excommunicamus itaque. de hæret. §. moneantur. vbi dicitur sic: Moneantur autem & inducantur, & (si necesse fuerit) per censuram ecclesiasticam compellantur sæculares Potestates, quibuscunque fungãtur officijs, vt sicut reputari cupiũt & haberi fideles, ita pro defensione fidei præstent publice iuramẽtum, q̃ de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus extirpare studebũt: ita q̃ amodo quãdocunq; quis fuerit in potestatẽ siue perpetuam siue temporalẽ assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. hæc ibi. & non solum in sua nouitate, immo semper, vt patet in c. Ad abolendam. §. statuimus. de hæret. & c. Vt officium. §. statuimus. de hæret. lib. 6. & patet expresse supra parte ista tertia, q. 32. proxima.

COMMENT. LXXXII.

De hoc iuramento præstando, ac de eius formula copiose actum est supra cum Eymerico in principio huius partis nu. 9. & seq.

Interest autem sæcularium magistratuũ et principum nõ modo requisitos, sed etiam spontaneos hoc iuramentum præstare, & hæreticos debellare, cum facile corruant principatus & regna, in quibus hæretici impune permittuntur habitare. equidẽ multa in hanc sententiã conferri poterant, quæ gratia breuitatis omitto. illud tamen quod de regibus Hispaniæ legitur in cõcilio Toletano 6. c. 3. quod habitũ fuit gratia 686. non est silentio prætereundũ, videlicet, vt cum fortiti fuerint regni apicem, non ante conscendant regiam Sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta polliciti fuerint se non permissuros habitare in regno suo eos, qui non fuerint catholici. quod vtinam nunc vbiq; & in vsum reuocaretur, & inuiolabiliter custodiretur.

Regum Hispaniæ iura circa hæreticos debellendis infidelibus de regno suo.

QVAESTIO XXXIIII.

An Inquisitor cogere possit ad reuocandum statuta impedientia officium sanctę Inquisitionis.

Ricesimaquarta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cõtra dominos temporales, seu eorũ officiales condentes statuta, per quę inquisitionis negotium seu officium, directe vel indirecte impediatur, seu quomodolibet retardetur?

Supra pag. 106.

Respõdemus q̃ sic; vt patet in c. Statutum. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Statutum ciuitatis, castri, villæ, vel alterius loci, per quod negotium inquisitionis hæreticæ prauitatis directe vel indirecte (ne in eo libere procedi valeat) contigerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius existere firmitatis, ipsiusque ciuitatis vel loci dominũ, Potestatem, Capitaneũ, Consules vel Rectores, per quem vel quos eadem ciuitas seu locus regitur, quocunque nomine censeantur, ad statutum huiusmodi loci diœcesano vel eius Vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitoribus labis præfatæ sine more dispendio exhibendum: & si tale inuentum fuerit, reuocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quòd per illud inquisitionis processus non impediantur, vel aliquatenus retardentur: per censuram Ecclesiasticam decernimus cõpellendos.

Statuta, per quæ officiũ inquisitionis impeditur reuocari debẽt

COMMENT. LXXXIII.

Omnia impedimenta, quibus iurisdictio Inquisitorũ poterat cohiberi, quominus libere in hæreticos possent animaduertere, sustulerũt vbiq; sumi Romani Pontifices. quia vero vnum poterat esse, idque maximũ, statuta seu leges municipales cuiuslibet oppidi: ideo hæc deleri iubentur, cũ directe vel indirecte sacro huic officio opponuntur.

Priuilegium de delendis statutis negotio fidei oppositis, sæpius cõfirmatum.

In eandem sententiam extat elegans rescriptum Alexãdri IIII. quod incipit: Implacida relatio. *q̃d vidimus authenticũ in archiuo Bononiẽsis inquisitionis, & retulimus in bullario litterarũ Apostolicarũ in fine huius operis. idẽ cauit Innocentius IIII. ante Vrbanũ IIII. rescripto incipiẽte:* Ad extirpãda. *§. ceterum teneatur. relato item in litteris Apostolicis pro officio sanctæ Inquisitionis. idem quoq; constituerunt et alij Romani Pontifices vno cõsensu. de quo agit etiã Carrerius tract. de hæret. nu. 93. versi. item potest tollere. Campegius apud Zanchinum c. 31. versi. cessat prætera. circa finem. Repertorium inquisito. & Locatus verbo statutum.*

Quamuis autem rescriptum hoc, quo vtitur Eymericus, indicet statuti nomen sumi stricte siue presse pro iure priuato cuiuslibet ciuitatis, vel oppidi, iuxta notata per Bartolũ & Doctores in l. omnes populi. ff. de inst. et iure. quasi hoc solum deleri debeat, si negotio fidei opponatur, non autem ius commune: nihilominus tamen id ipsum locum habet fauore fidei aduersus ius commune: quare si in iure communi reperiretur aliqua lex, per quã negotium inquisitionis impediretur directe vel indirecte, eam etiam iubere possent Inquisitores cessare.

Idem locum habet aduersus ius commune.

Addo nomen statuti quandoque generale esse, & ius commune etiam complecti l. quamuis. C. de iuris & facti igno. c. decessorum. 25. q. 2. & quod dico de statutis & legibus delendis, cum fidei negotium impediunt, idem intellectum volo de consuetudine, quamuis esset vetus & immemorabilis. si enim per

Item aduersus consuetudinem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eam negotium inquisitionis impediretur, per Inquisitores posset aboleri; nec consuetudo cẽseri debet, sed abusus, & praua corruptela.

Leges & statuta impediẽtia negotiũ fidei, ipso iure nulla.

Illud tamen obiter dixerim, huiusmodi statuta, seu leges directe vel indirecte officium inquisitionis impedientia ipso iure nulla esse, & prorsus inualida, tã quam edita contra Ecclesiæ catholicæ libertatem, vt constitutione quadam Federici Imperatoris tit. de statutis & consuetud. cõtra libertatem Ecclesiæ editis in principio, plenius continetur, & refertur in authent. cassa & irrita 1. C. de sacrosan. Eccles. vbi glossa & communiter Doctores. adde Tabiẽsem in sum. verbo, Inquisitor. nu. 10.

Quid autem sit directe, vel indirecte negotium, fidei impedire, tradit Eymericus supra par. 2. q. 54. vbi dixi in §. quidam namque sunt.

QVAESTIO XXXV.

An Inquisitor procedere possit contra Dominos temporales negantes ei debitum auxilium.

SVMMARIVM.

1 *Domini temporales requisiti ab Inquisitore, tenẽtur illi parere in captione hæreticorũ, &c.*
2 *Inmittendo captos ad loca designata intra districtum dominij eorum.*
3 *Et in recipiendo sibi relictos, ac puniendo debita pœna.*
4 *Nec possunt de hoc crimine cognoscere, vel iussu Inquisitoris captos liberare:*
5 *Neque eius iudicium, sententiã, vel processum vllo modo impedire.*

Ricesimaquinta quæstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere contra dominos temporales, & eorum officiales, qui requisiti per eundẽ non iuuãt eum iuxta posse & officium suũ, seu eidem non obtemperant prout debent?

Respondemus quòd sic; vt patet in c. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt inquisitionis. & infra.

Relat. supra pag. 110.

1 Vniuersos sæculi Potestates & dominos temporales, ac prouinciarum, terrarum, ciuitatum, aliorumq; locorum rectores quibuscunq; dignitatibus vel officijs, aut nominibus censeãtur, requirimus & monemus, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defensione fidei diœcesanis Episcopis, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, à sede Apostolica deputatis, aut in posterum deputandis, pareant & intendant in hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti.

2 Et vt præfatas personas pestiferas in potestatẽ seu carcerem Episcoporũ, aut Inquisitorũ dictorum, vel ad locũ, de quo ipsi vel aliqui ex eis mãdauerint, infra eorundẽ dominorũ Potestatẽ vel Rectorum districtum ducant vel duci faciant sine mora: vbi p viros catholicos à prefati Episcopis seu Inquisitoribus, vel eorũ aliquo deputatos sub arcta & diligenti custodia teneãtur donec eorum negotium per Ecclesiæ iudiciũ terminetur.

3 Vtq; de hæresi à diœcesano Episcopo vel Inquisitore, seu Inquisitoribus condemnatos, præfati potestates, domini tẽporales, siue rectores, vel eorum officiales seu nuntij sibi relictos statim recipiant in dilate animaduersione debita puniẽdos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorũ nequitiæ filiorum: cum tã secundum ordinationem prædecessorum nostrorũ, quàm secundum legem imperialem appellationis & proclamationis beneficiũ expresse sit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum.

4 Prohibemus quoq; districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & Rectoribus, eorundem que officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absq; dictorum Episcoporũ siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licẽtia vel mandato à carcere liberẽt, aut executionẽ sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, prõpte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectẽt: vel aliàs diœcesanorum aut Inquisitorum iudicium, sententiã seu processum directe vel indirecte impedire præsumant.

5 Si quis vero de prædictis Potestatibus, dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus, seu Balliuis, contra prædicta fecerit, aut præfato fidei negotio sæpefatis diœcesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnõ & qui scienter, in prædictis dederit auxiliũ, consilium, vel fauorem, excõmunicationis se nouerit mucrone percussum: quam si per annũ animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hæreticus condẽnetur. In litteris vero Vrbani iiij. & Clemẽ. iiij. Præcunctis. de hoc habetur sic: Ceterũ, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunq; conditionis huic negotio vobis cõmisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt nõ possit procedi libere in eodẽ: immo nisi seu requisiti id fouerint, & iuxta officiũ & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tamquã hæreticorum fautores, & defensores secundũ sanctiones canonicas freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

Relat. supra pag. 129.

COMMENT. LXXXIIII.

Materia huius quæstionis eò etiam spectat, vt Inquisitores muniat, quo liberius & validius officium suum exequantur.

Multis quoque Pontificum rescriptis et extrauagantibus tributum est priuilegium de quo hic agitur Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quæ referuntur inter litteras Apostolicas in fine huius operis. de quo Carrerius tract. de hæret. nu. 93. vers. item potest cogere. Locatus in opere iudiciali, verdo, domini temporales. Simancas de catho. instit. tit. 25. de dominis temporalibus. nu. 8. & 9. Matthæus de Afflictis in proœmio cõstitutionũ regni Siciliæ nu. 50. et multis sequent. et alij plerisq; in locis, quæ prudẽs omitto.

QVAESTIO XXXVI.

An Inquisitor possit procedere cõtra impedientes eius officium.

Ricesimasexta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra dominos tẽporales, eorumq; officiales, eius processum, iudicium, seu sententiam directe vel indirecte impedientes, seu retardantes; vel ad hoc præstantes auxiliũ, consilium, vel fauorem?

Relat. supra pag. 110.

Respondemus quòd sic; iuxta c. Vt inquisitionis. §. prohibemus. lib. 6. vbi dicitur sic: Prohibemus quoque districtius potestatibus, dominis tẽporalibus, & rectoribus, eorundemq; officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cũ mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent: siue captos pro eodẽ crimine, absq; dictorũ Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltẽ alterius eorundẽ licentia, vel mandato à carcere liberent, aut executionẽ sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore iniunctam, prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent, vel aliàs diœcesanorum aut Inquisitorum iudiciũ, sententiam, seu processum, directe vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorũ officialibus, seu balliuis cõtra prædicta fecerit; aut præfatõ fidei negotio sæpefatis diœcesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire: necnõ & qui scienter in prædictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum: quã si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tũc velut hæreticus condemnetur.

Relat. supra pag. 129.

In litteris vero Apostolicis Vrbani iiij. & Clemen. iiij. Præ cunctis. §. ceterum. dicitur sic: Ceterũ, si forte (quod non credimus) aliqui cuiuscunque conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsũpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiose, cõtra eos tãquam contra hæreticorum fautores, & defensores secundum sanctiones canonicas freti eadẽ auctoritate intrepide procedatis.

COMMENT. LXXXV.

Ex hac quæstione licet multæ cõclusiones possint colligi; cum tamen Eymericus ad vnum solum institutum citet rescriptum pontificium ex c. vt officium. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. ideo vnum simplex axioma colligemus, videlicet, Inquisitores posse coercere magistratus sæculares impedientes processus, aut sententias in hæreticos latas, aut eorũ punitionem differentes: quoniam cũ hoc crimen sit mere ecclesiasticum, de eo nullus laicus directe vel indirecte se debet intromittere.

Ex hac assertione, quæ & vera est & auctoritate pontificia roborata atq; declarata, validissime refellitur opinatio multorum Iurisconsultorum asserentium, posse iudices seculares, postquam ipsis traditi, vel relicti sunt rei hæreseos relapsi, vel impœnitentes, vltimo supplicio feriendi, iterũ examinare processum et causam, & corrigere vel mutare, si opus fuerit, aut etiam nullam dicere sententiã. nam, vt alios omittam, hoc asserunt Bartolus, Fulgosius, Paulus Castrensis, & multi alij iuris ciuilis interpretes in l. magistratibus. ff. de iurisdictio. om. iudi. idẽ Bartolus in l. nõ dubiũ. et in l. diuus. ff. de custo. reo. Marcus Mantua singul. 274 incipien. Crimen hæresis. *& alij quos omitto consulto.*

Iudex laicus absq. requisitione processus facti per inquisitorem debet sibi relictũ punire.

Sed Canonistæ per dict. c. vt inquisitionis. §. probibemus. veram sequuntur sententiam. Abbas et Ancharanus in c. at si clerici. de iudicijs Ioannes Imola in c. 1. de officio ord. Iason in dict. l. magistratibus. de iurisd. om. iud. Cassaneus in cõsuetud. ducat. Burgun. Rubrica des Iuſtices. § 8. circa finem nu. 14. Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 25. nu. 43. cum seq. Bernardinus Diaz. in pract. crim. cano. c. 141. Ioã. nes Anania in c. excommunicamus. lo primo. de hæret. nu. 27. Alfonsus Castrus lib. 1. de iusta hæret. punitio. c. 23. Bernardus Comensis. in lucerna verbo, executio. §. 6. vers. sed quæritur. quod ipsum tenent etiam victi veritate multi iuris ciuilis Doctores, quos refert Fernandus Vasquius lib. 1. de successionum creatione. §. 6. nu. 16. vers. denique. (quamuis ipse eo loco more suo contra communem et veram opinionem feratur) & Simancas de catho. instit. tit. 36. num. 5. Ioannes Rojas singula. 107. incipien. Iudex de qua re. *idem in tract. de hæret. par. 2. num. 450. Campegius apud Zanchinum cap. 8. vers. sed quid si laicus. Matthæus de Afflictis in proœmio constit. regni Siciliæ num. 56. vers. secunda conclusio sit ista. AEgidius Bossius tit. de foro competen. num. 160. vers. & ideo in crimine hæresis. idem tit. de hæret. num. 10. vers. non potest autem. Salicetus in l. ea quidem. C. de accusation. Iulius Clarus in pract. crimi. quæst. 96. vers. Quæro etiam. idem in §. hæresis. vers. hoc crimen. & vers. Et scias. & plerique alij, quos longum & molestum esset singulatim recensere. atque hæc sententia definita fuit per Innocentium octauum rescripto quodam incipiente,* Dilectus filius. *quod curauimus imprimendum inter bullas Apostolicas pro officio sanctissimæ Inquisitionis in fine huius operis.*

Vera canoni statum sentẽtia.

Ergo Inquisitor iudici laico processum à se factum ostendere non debet, sed magistratus sæcularis indilate & sine mora sententiam iudicis ecclesiastici debet executioni mandare: quod si id facere omittat, aut executionem præter morem solitum sine vlla legitima causa differat, cõpelli potest ad exequendum per Inquisitorem per censuram ecclesiasticam. & ita cautum asserit Bernardus Comensis in lucerna verbo, executio. §. 7. vers. immo Inquisitor. quodàm rescripto Vrbani IIII. incipiente: Cum sicut. *quod nondum vidimus.*

Inquisitor cõpellere potest iudices laicos, vt mãdent executioni sententiã à se latã.

Sed paucis antea diebus quàm hæc scriberemus, Illustrissimus & Reuerendissimus Felix† Perettus Cardinalis de Montealto Venetijs (vbi multis an-

† Nunc est SIXTVS V. Pont. Opt. Max.

Universidad de Deusto Biblioteca

nis multa cum laude viriliter, ac prudēter exercuit officium inquisitionis contra hęreticam prauitatem) afferri iussit authenticū rescriptū Alexandri IIII. quod incipit: Ad audientiam: *cuius ob publicam vtilitatē nobis humanissime copiam fecit, quo apertissime deciditur hæc sententia, tribuiturq; plenissima potestas Inquisitoribus aduersus magistratus negligentes, aut differentes sententias latas in hæreticos executioni mandare. id rescriptum breuitatis gratia hic omittimus, nam in fine huius operis curauimus imprimendum. Qui vero tam graue & immane scelus commiserint, velut fautores hæreticorum puniendi sunt, vt alibi diximus.*

Varia consuetudo in puniēdo eos qui traduntur curiæ sęculari.

Iam hæreticos curię sęculari traditos indilate, & statim puniendos iubet Romanus Pontifex in dicto c. vt inquisitionis. §. prohibemus. quę verba, id est, sine mora, *interpretatur ibidem glossa.*

Verum in hac re consuetudo prouinciarum spectanda est. Solēt in Hispania quamprimum lecta est sententia relapsorum, aut impęnitentium, aut quorūcunque qui traduntur curiæ sæculari, iudices sæculares eosdem statim in suum forum recipere, & ad supplicij locū pronuntiata mortis seu combustionis sententia rectà deferre. ¶ In Italia in multis vrbibus, quas vidimus, iudices sęculares reos sibi per inquisitores relictos, aut traditos, per tres, vel quatuor dies, antequam vltimo supplicio afficiant in suis carceribus detinent: inde certo die non festiuo publice educunt & comburunt: quod videtur fieri auctoritate Innocentij IIII. in bulla incipiente: Ad extirpanda. *relata in bullario in fine huius operis, vbi ita scriptū est:* Damnatos vero de hæresi per diœcesanū vel eius Vicariū, seu per Inquisitores prædictos, Potestas, vel Rector, vel eius nūtius specialis, eos sibi relictos recipiat, statim vel infra quinq; dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus. *hactenus ibi.*

Ex quibus declaratur pulchra difficultas, videlicet, non esse negligentes, nec velut fautores hęreticorum puniendos magistratus, qui per quinq; dies differrēt hęreticorum supplicium: nec etiam si differrēt per sex dies, vt in rescripto Innocentij octaui, incipien. Dilectus filius. *cuius hæc sunt verba:* Eisdem officialibus sæcularibus sub excommunicationis pœna, & alijs censuris ecclesiasticis præcipiatis atque mādetis, vt infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuū, per vos agitatorum visione, sententias per vos latas contra huiusmodi hæreticos prompte exequātur appellatione remota. *hęc ibi.*

Quæsitum est, quid facere debeat Inquisitor *siue ordinarius siue delegatus, si videat iudicem sæcularem ita negligentem, vt etiam post transactos hos quinq; vel sex dies absq; legitimo impedimento, non curet hæreticos sibi traditos vel relictos vltimo supplicio afficere? dicebat mihi quidam non imperitus posse tūc Inquisitorem præcipere iudici sæculari, vt combustionis vel mortis pœnam exerceat in hæreticos sibi assignatos, cū ea pœna solita sit in tales exerceri: neque propterea incideret in irregularitatem, sicut Felino placuit in c. ad abolendam. circa finē extra de æhret. quem sequuntur Tabiensis in summā verbo, irregularitas. 2. §. 9. nu. 10. et §. 15. nu. 16.*

& Maiolus lib. 2. de irregularitate, c. 10. & pro hac sententia facit quod diximus supra parte 2. super c. nouimus. de verbor. signif. §. Quamquam autem.

Ceterum idem Felinus in c. vergentis. de hęret. cū de eadem difficultate dissereret, anceps hęsitauit, & profecto tutum non videtur, vt Inquisitor *in hoc casu pœnam cōbustionis, aut mortis nominatim exprimeret, præcipiendo iudici sæculari vt eam imponeret: nam fortassis in irregularitatem incideret, ob quam euitandam cum consignat hæreticos iudici sęculari, facit solitam protestationem, de qua in c. nouimus. de verbor. signif.*

Quare omisso hoc modo dicendi, tutius est, vt in genere iubeat & præcipiat iudici sęculari sub pœna excommunicationis, aut alijs censuris, vt sententias à se latas executioni mandet. hic modus dicendi continetur in rescripto Alexādri IIII. *incipien.* Ad audientiam. *cuius paulo antea mentionem fecimus, itē in rescripto Leonis X. incipiē.* Honestis petentium votis. *& hic modus secure vsurpatur, & sufficit ad euitandam irregularitatem, c. Episcopus. ne clerici vel Monachi, lib. 6.*

Potest etiam Inquisitor *in proposito casu, iubere magistratui sæculari sub cēsuris ecclesiasticis, vt seruet constitutiones et leges contra hæreticos editas. et hic modus præscribitur non obscure ab Innocentio* IIII. *in extrauagan. Ad extirpāda. §. dānatos vero. cuius verba paulo antea retulimus in hoc eodē commētario. Atq; hi quidem modi tuto seruari possunt.*

Quòd si nec ita iudex sæcularis induci uelit ad puniēdos hęreticos sibi assignatos, ad grauiores pœnas erit, procedendum: quod vt maturius peragatur, senatui Inquisitionis erit significandum.

QVAESTIO XXXVII.

An Inquisitor in aliquo casu possit compescere quæstuarios.

TRicesimaseptima quęstio est: Vtrum Inquisitor possit & debeat in aliquo casu procedere contra quæstuarios prædicantes?

Respōdemus q̄ sic: vt patet in c. Vt officium. §. cōpescendi. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Cōpescendi præterea monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita prædicatores quæstuarios (vbi cōtigerit pro inquisitionis seu fidei negotio congregationem fieri, vel aliàs eidem negotio quomodolibet ex hoc impedimentum aliquod afferri) à prædicationis officio; quod ad ipsos nullatenus pertinet (quorū interest tantum charitatiua subsidia suppliciter petere, ac indulgentiam, si forte habent, exponere) liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritatē pręsentium facultatem.

Relat. supra pag. 197.

Idē habetur per omnia etiā de verbo ad verbū in litteris prędictis Apostolicis Vrbani, Clemētis & Alexandri iiij. Præ cunctis. §. compescendi.

COMMENT. LXXXVI.

F*Acilis est huius quæstionis tractatio. potest enim Inquisitor procedere contra quæstuarios imponendo illis silentium ne prędicent, quotiens actionem fidei sunt celebraturi.*

Idem

Idem penitus cauetur rescripto Vrbani IIII. *incipiente:* Licet ex omnibus. *§. compescendi. & alio rescripto Gregorij noni incipiente:* Ille humani generis. *quę vidimus in archiuo Inquisitionis Bononiēsis, et curauimus imprimenda in bullario litterarum Apostol. in fine huius operis. Idem hoc Inquisitorū priuilegium tradit Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 11.*

Inquisitores celebraturi fidei actionē, prædicatores silere iubent.

Sed hodie in quęstuarijs iam hęc locū non habent, cum eos sustulerit concilium Tridētinum sessio. 4. c. 2. in fine. & sessio. 21. de reforma. c. 9.

In ceteris tamen prædicatoribus & nunc et olim habet hæc Eymerici, seu potius Romani Pontificis doctrina, quæ licet de solis quæstuarijs loquatur, ad alios etiam trahenda est, cum par sit vbiq; ratio, nēpe fauor fidei. erit ergo idē statuendū. l. à Titio. ff. de verbo. obligat. l. illud. ff. ad l. Aquiliam. notat Zabarella in clem. dudum. §. ab olim. q. 12. in fine. de sepult. tradit Tabiensis in summ. verbo, Inquisitor. et Bernardus Comēsis præcitato loco. et notant Ioānes And. Geminianus, Franchus in c. vt officiū. §. compescendi. de hęret. lib. 6.

QVAESTIO XXXVIII.

An Inquisitor prohibere possit laicis disputare de fide.

TRicesimaoctaua quæstio est: Vtrum Inquisitor possit excomunicare, vel aliàs procedere contra laicos de fide catholica disputantes publice vel priuate?

Respondemus q̄ tales sunt excommunicandi, vt patet in c. Quicunque. de hęret. lib. 6. §. inhibemus. vbi dicitur sic: Inhibemus quoque, ne cuiquam laicę personę liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Eadem verba sunt in priuilegio Alexand. iiij. Nouerit vniuersitas, &c. de hoc habetr plenius supra parte prima, q. 10. Vtrū liceat de fide publice disputare.

Supra pag. 104.

COMMENT. LXXXVII.

D*E materia huius quęstionis copiose dictum est supra parte 1. super q. 10. pręter Doctores in c. quicunque. §. inhibemus. de hæret. lib. 6. vbi de hoc agunt abunde, vide B. Thomā. 2. 2. q. 10. art. 7. Alfonsum Castrum lib. 1. c. 19. de iusta hæret. punitione, & Conradū Brunum lib. 3. de hæret. c. 1. 13. & seq. & alios quos super dicta quęstione retuli.*

QVAESTIO XXXIX.

An Inquisitor procedere possit contra aduocatos & notarios patrocinantes hæreticis, &c.

TRicesimanona quæstio est: Vtrū Inquisitor possit procedere contra aduocatos, notarios, seu scriptores, prę stantes hæreticis, credētibus, receptatoribus, defensoribus, ac fautoribus eorundē, patrocinium vel iuuamē; & contra eos, seu alios homines, libros vel scripturas auctoritate Apostolica, seu legatorū eius factas, in quibus processus facti contra prædictos, continentur, & eos cogere quatenus tradant ei?

Respōdemus q̄ sic: & primo patet de notarijs & aduocatis præstantibus prędictis patrociniū & iuuamen: vnde in c. Si aduersus. de hæret. dicitur sic: Si aduersus nos terra consurgeret. & infra: Quia plus timeri solet quod specialiter iniūgitur, quàm quod generaliter imperatur: vobis aduocatis, & scriniarijs firmiter inhibemus; ne hęreticis, credētibus, fautoribus, vel defensoribus eorundē in aliquo pręstetis auxiliū, consilium, vel fauorē: nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorū examine vestrum patrociniū præbeatis, & pro ipsis publica instrumēta, vel scripta facere nullatenus attentetis. Quòd si contra præsumpseritis, ab officio vestro suspensos perpetuę vos decernimus infamię subiacere.

Relat. supra Pag. 99.

Aduocatis & notarijs vetatur patrocinari hæreticis.

Et secundo patet de habentibus processus, seu scripturas prædictas. vnde in c. Vt commissi. de hæret. lib. 6. dicitur sic: Vt commissi vobis. & infra: Necnō faciendi à quibuslibet assignari vobis libros seu quaternos, & alia scripta, in quibus inquisitiones factę ac processus per quoscunq; auctoritate sedis Apostolicę, vel legatorum eius habiti contra hæreticos continentur.

Relat. supra pag. 108.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbū in prefatis litteris Apostolicis, Clementis, Alexādri, & Vrbani iiij. Prę cunctis. §. necnon.

COMMENT. LXXXVIII.

E*X hac quęstione duę potissimum colliguntur assertiones.*

Prima est: Inquisitores procedere possunt contra eos qui hęreticis, vel eorū complicibus pręstant auxilium, fauorem, aut patrocinium.

Altera est: Inquisitores cōpellere possunt eos qui habent processus, aut quælibet alia instrumēta facta contra hæreticos, vt sibi ea assignent.

Inquisitor quælibet instrumēta ad inquisitionē spectantia sibi iubet assignari.

Quantum ad primā assertionem spectat, videnda sunt quę scripsimus supra parte 2. super c. si aduersus. de hęret. et alibi super postremis quæstionibus secundę partis. quæ hic nō sunt inutiliter repetēda. & ideo altera nunc est breuiter declaranda.

Ac ante Bonifacium VIII. *quinquaginta fere annis sanciuit hoc ipsum de assignandis scripturis quibuslibet, & processibus factis contra hæreticos Alexander* IIII. *rescripto quodam incipiente:* Cupientes. *misso Fratribus Prædicatoribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia & Marchia* Ianuensi: *quod ipsum vidimus in archiuo inquisitionis Bononiensis. Et paucis antea diebus quàm hęc scriberemus ex Assisio allatū est idem authenticum rescriptū missum Fratribus Minoribus ab eodem Alexandro* IIII. *in quo plenius quędam continentur. ea vero pars, quę de hoc disserit, quia huic loco lucem est allatura, transferenda huc fuit. habet ergo ita:*

ALexāder Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Fratribus de ordine Minorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVPIENTES, vt inquisitionis negotium cõtra hæreticam prauitatem sollicitudini vestræ cõmissum ad Dei gloriam & augmentum fidei catholicę, in vestris manibus feliciter prosperetur, compellendi appellatione remota per censurã ecclesiasticã per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos, vos vel alter vestrum duxeritis eligẽdos omnes illos qui scripta, vel instrumẽta inquisitionis, vel ad eius officium pertinentia, per quoscunque hactenus factę, ac etiã faciendæ contra hęreticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum habent vel habuerint, vt ea sine cuiuslibet difficultatis, seu dilationis dispendio, vobis vel alteri vestrum exhibeant, &c. auctoritate præsentium, vobis & cuilibet vestrum concedimus facultatem. *hęc ibi. Huius etiam priuilegij meminit Geminianus, Franchus, & alij in c. vt commissi. de hęret. lib. 6. Bernardus in lucerna verbo, Inquisitor. §. 22. Repertorium Inquisit. verbo, libri. §. nota quòd Inquisitores.*

Propria instrumẽta cõtra se edenda I causa fidei.

Ex hoc priuilegio Perusinus, Franchus, & alij primum inferunt, et recte, in causa hęresis teneri reũ edere contra se Fiscali agenti propria instrumenta, ad intentionem suam & accusationem fundandam; quamuis regulariter de iure sit contrarium statutum l. qui accusare. & l. vlt. cũ ibi notatis per Doctores. C. de edendo. & hanc sententiam tenet Purpuratus in dict l fin. C. de eden. nu. 20. & Nicolaus Arelatanus tract. de hęret. notabili 21. incipiẽ. Magnificus. *Ioannes Rojas singulari 54. incipien.* Edere instrumenta. *& faciunt notata per Angelum in l. per hãc. C. de tempo. appellatio.*

Item edenda cõtra tertiũ.

Rursus hæc sentẽtia, quòd quis teneatur edere in causa hęresis Fiscali agenti propria instrumenta, libros, & alias quaslibet scripturas, non modo habet locum, cum agit Fiscalis contra te, sed etiam cũ agit contra quemlibet alium: tu enim poteris cõpelli edere contra illũ tertium quidquid ad id negotiũ spectãs habes. ita videtur probare glossa in dicto. c. vt cõmissi. verbo, quibuslibet. et quamquam id glossa non sentiret, adhuc verum est fauore fidei: & quia si quis cõtra se edere tenetur propria instrumenta, multo maiori ratione, aut saltẽ pari tenebitur edere contra tertium. ergo si Titius captus pro hęresi, librum hæreticum, aut quid simile dedisse dicatur Sempronio, compellendus est Sempronius id non modo contra se, sed contra Titium edere.

Item edendum quidquid iuuare potest.

Denique non modo libros et scripturas, sed quidquid iuuare potest ad veritatem inueniendam, fauore fidei exhibendum est: quia dum Papa iubet, vt quælibet instrumenta exhibeantur, plane iubet, vt exhibeatur quidquid ad causam instruendã spectat: nam nomine instrumenti id intelligimus. l. 1. ff. de fi de instrument. itaque imagines, statuas, marmora, et similia, per quæ in hac causa aut inuestigari veritas, aut haberi potest, edendum est: cur autem olim ita sanctum fuerit, alibi docui, quæ nunc breuitatis gratia omitto.

QVÆSTIO XL.

An Inquisitor possit procedere contra scienter sepelientes hęreticos in loco sacro.

QVadragesima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere cõtra eos, qui hęreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorũ præsumpserint scienter tradere ecclesiasticæ sepulturę.

Respondemus q̃ sic; iuxta. c. Quicunq; in principio. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Quicũque hęreticos, credẽtes, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter præsumpserint ecclesiasticę tradere sepulturæ, vsq; ad satisfactionem idoneã excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere: nec absolutionis beneficiũ mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulẽt, & proijciãt huiusmodi corpora damnatorũ: & locus ille perpetua careat sepultura. Supra pag. 104.

Eadem verba habentur in priuilegio Alexãdri iiij. Nouerit, & cetera.

COMMENT. LXXXIX.

VNica est conclusio, videlicet, Inquisitores posse procedere contra illos, qui hæreticos, credẽtes, fautores, & ceteros huiusmodi tradiderint ecclesiasticæ sepulturę.

Duo sunt in hac quæstione breuiter tractanda. Vnum erit de priuatione sepulturæ: nam sepultura carent hęretici, & qui illis fauent.

Alterũ erit, qua ratione possint Inquisitores procedere contra sepelientes.

Hęretici sepultura priuati, & quare.

Quantum ad primum spectat de priuatione ecclesiasticæ sepulturę, cum textu allato hic ab Eymerico, consentit textus in c. sicut ait. de hæret. vbi Alexander III. in concilio Lateranensi multis annis ante Alexandrum III. hæreticos & eorum fautores & alios similes sepultura priuauit, quod ipsum & multi alij Romani Pontifices aut sanciuerunt, aut comproharunt.

Priuantur autem hęretici, eorum credentes, fautores, & ceteri ecclesiastica sepultura multis rationibus. Primum, quoniam excommunicati discedũt, & in peccato mortali; et propterea in locis sacris nõ sunt sepeliendi. 13. q. 3. c. quibus.

Priuatio sepulturæ magna pœna,

Rursus, quoniã illi indigni sũt sepultura, pro quibus orare non licet, vt late prosequitur beatus Augustinus in libro de cura pro mortuis gerẽda: at pro hæreticis orandũ non est, cum constet eos in peccato decedere. optima ergo ratione sepultura priuantur. Potissima enim causa cur ante Ecclesias constituta sunt cœmeteria & defunctorũ sepulchra est, vt viuẽtes introeuntes & exeuntes, pro illis ad Deũ preces fundant: hinc sepulchra (vt docet Augustinus præcitato loco) dicta sunt monumenta, quia moneant viuorum mentes, vt defunctorum recordentur.

Iam priuatio sepulturæ magna pœna est et ignominia. l. vnica. C. de bis qui parentes, aut lib. occid. Bald. consi. 426. incipiente: Prætermittendũ. *nu. 5. versi.*

versi. item quia corpus nõ traditur sepulturæ. lib. 1. et Frãciscus Ripa tract. de remedijs cõtra pestẽ nu. 139. quibus adde de hac pœna loquentes. Repertorium Inquisito. verbo, sepultura. Alfonsum Castrũ lib. 2. c. 18. de iusta hęret. punitio. versi. exista pœna. Syluestrum & Tabienſem in sum. verbo, sepultura. amplius de hac differunt Ioannes Rojas in singularibus fidei, singul. 181. incipien. Sepultura ecclesiastica. *Gondissaluus tract. de hęret. q. 22. nu. 7. Paulus Fuscus lib. 1. de visitatione eccles. c. 25. nu. 4. & alij per hos relati.*

Exhumandi hęretici, & comburẽdi.

Quòd si quãdoq; de facto sepulti fuerint hęretici, exhumari debent, & procul abijci; immo nunc cõburi, dummodo discerni, seu separari possint eorũ cadauera, vel ossa ab ossibus et cadaueribus catholicorũ. c. sacris. de sepult. et locus pollutus debet reconciliari. c. consuluisti. de consecrat. ecclesię, vel alt.

Item si post mortem alicuius detectum est eum hęreticũ decessisse, qui uelut catholicus erat sepultus, cum eius crimen in vita fuisset occultum, exhumari debet, vt dicemus paulopost super q. 43.

Qui priuant sepultura.

Item non modo hęretici formales, verum etiam credentes, fautores, receptatores, et defensores eorũ sepultura priuantur; quod ipsum ad quoslibet suspectos, aut diffamatos de hæresi decedentes trahẽdum est ob easdem causas.

Postremo, hoc ipsũ de priuatione sepulturæ multo magis quàm in proxime citatis, locũ habet in illis, qui in carceribus pro hęresi, aut hæresis suspicione detenti, se ipsos occiderunt, quoniã impœnitentes censentur, & in manifesto mortali peccato decedunt.

Contra sepelientes hæreticos quatenus procedãt Inquisitores

Quid autẽ sit tradi ecclesiasticę sepulturæ, aut ea carere, docet Archidiaconus in c. quicũq. de hęret. lib. 6. in verbo, ecclesiasticæ sepulturę.

Sed alterum iam caput susceptę disputationis est declarandum, videlicet, quomodo sit accipiendum quod hic tradit Eymericus, dum dicit, Inquisitores posse procedere aduersus eos qui hæreticos scienter sepeliunt: nam textus per Eymericum citatus ex c. quicunque. de hęret. lib. 6. solũ iubet, vt is qui hæreticos et ceteros de quibus ibi, sepeliuit, eosdem publice extumulet, nec vlterius videtur quidquã Inquisitoribus concedere.

Sane neminem hactenus vidi, qui hæc diluerit. ac primum posset hic quispiam dicere, Eymericum hoc velle, vt Inquisitores possint procedere contra eos qui sepeliunt hęreticos, cogentes eos, vt proprijs manibus extumulent huiusmodi damnatorum cadauera. quæ expositio quamuis textui conueniat; non tamẽ conuenit instituto auctoris, cum hoc ipsemet Eymericus nominatim deinceps doceat q. 118. & imprudens esset bis idem repetere.

Qui scienter sepeliunt hęreticos, suspecti de hęresi, & quare.

Quare verius est hoc velle hic auctorem, vt scilicet Inquisitor possit contra sepelientes procedere, tamquam contra suspectos de hæresi: nam præterquã quòd illi qui ita hæreticos sepeliunt, sunt ipso iure excommunicati, & tenentur proprijs manibus exhumare quos sepeliuerunt; amplius ex hoc facto incurrunt hęresis suspicionem: nam qui sciẽter sepelit eos, quos Ecclesia, vt hęreticos, aut de hęresi suspectos persequitur & damnat, quamuis aliud animo gerat, hoc facto indicare, ac profiteri videtur, aut non debuisse Ecclesiam tales sepultura priuare, aut pro hæreticis, & eorum credentibus & ceteris esse orandum, cum more catholicorum eos sepeliat, aut aliud simile, vnde suspicio hęresis proculdubio oriatur. atque hæc sententia colligi potest ex illis textus verbis: Vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. *tandiu enim sunt excõmunicati, donec idonee satisfecerint. per satisfactionem autem idoneam & abiurationem, & canonicam purgationem possumus intelligere c. ad abolendam. §. præsenti. & c. excommunicamus 1. §. qui autem. de hæret. nam qui abiurat, vel se purgat, et iniuncta sibi mandata adimplet, idonee satisfacit. manifestum est autem, abiurationem et canonicam purgationem non indici nisi suspectis, vel diffamatis de hæresi. et hoc uidetur sentire Archidiaconus in dicto c. quicũque. de hæret. lib. 6. verbo, ideneam †. dum citat. dict. §. qui autem. in c. excommunicamus. de hæret.*

Quid sit idonee satisfacere.

† Apud Archidiaconũ est in verbo, condigna.

Num autem hęc suspicio sit tantum leuis, an etiã vehemens, ex personarũ qualitate pensandũ erit iudicio peritorum. hoc tamẽ pro explorato habeo eum vehemẽter fore de hæresi suspectum, qui de facto hæreticum aut suspectum ab Ecclesia notatum, et vt talem persecutum scienter sepeliret, nisi probabilis alia ratio in eius excusationem afferri posset.

Quando hæretici licite possint terra condi.

Si quis vero hęreticum, aut credentem, aut fautorem, aut ceteros huiusmodi mortuos deprehendat in his locis, in quibus non possit facile eos ad legitimos iudices deferre; tunc terra non sacra condere potest, ne cadauera insepulta aerem corrũpant: neque ex hoc merebitur vllam pœnam, nec cõtrahet vllam hæresis suspicionem: nam in bonum facit finẽ; et hoc non est tradere ecclesiasticæ sepulturæ, vt præcitato loco docuit Archidiaconus: rem tamen cũ poterit, ad iudices fidei referre debet, vt illi quid facto opus sit, statuant.

Celebrãs exequias pro hæreticis, & eorum ossa custodiens, suspectus de hæresi.

Postremo eadem illæ suspiciones, quæ oriuntur, quotiens quis sepelit hæreticum, credentem, aut aliũ huiusmodi, nascuntur aduersus eũ, qui celebrat eorũ exequias more catholicorũ, quando is hereticus, aut suspectus alibi est defunctus, verbi gratia Geneuæ, aut alibi, vbi hęretice viuitur & creditur.

Idem sentias de illo, qui hęreticorum combustorũ cineres, ossa, vestes, aut similia furatur, & custodit: hic enim verisimiliter putatur credere, cum qui iudicio Ecclesię damnatus est, sanctum esse; quod induxit hæresis suspicionem. de quo vide Eymericum par. 2. q. 15. versic. vigesimus nonus error. et quę scripsi super q. 53. supra par. 2. circa finem. versic. Quintũ est. Atque hoc esse videtur proculdubio Eymerici institutum in hac quæstione.

QVAESTIO XLI.

An Inquisitor posit procedere contra renuentes iurare in causa fidei, &c.

QVadragesima prima quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra illos, qui iurare coram eo de dicẽda veritate in causa fidei requisiti, contumaciter renuerint?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supra pag. 101.

Respondemus quòd sic: iuxta c. Excommunicamus itaque, extra de hæret. §. adijcimus, vbi loquendo q̃ testes compellãtur iurare, sequitur sic: Si qui vero ex eis iuramenti religionẽ obstinatione damnabili respuẽtes, iurare forte noluerint, ex hoc ipso tãquam hæretici reputentur. De hoc Ioan. And. in nouella super eod. c. Iste enim est error Valdensium, qui dicunt iuramentum esse peccatum mortale: secus si dubitant iurare ex quadã honestate, tandem obtemperant.

COMMENT. XC.

Recusantes iurare, quando hæretici, & quando non,

EX hoc solo quòd contumaciter iurare renuunt, contrahunt hæresis suspicionem, immo vero tãquam hæretici reputantur, vt dicit textus hic ab Eymerico citatus: videntur enim sentire iuramentũ esse illicitum; quod sentiunt Valdenses, quod patuit apud Eymericum par. 2. q. 14. versi. tertius error.

Quem errorem grauiter cõfutat beatus Thomas 2. 2. q. 89. art. 2. & Dominicus Sotus lib. 8. de iust. & iure q. 1. art. 2. Syluester in sum. verbo iuramentũ 1. et eodẽ verbo Tabienses. Nauarrus in manuali c. 12. nu. 4. et alij, quos in re manifesta omitto.

Et profectò textus in c. excommunicamus 1. §. adijcimus versi. Si quis vero ex eis de Valdensibus accipiendus omnino videtur, qui tempore Innocẽtij III. (sub quo in concilio Lateranen. factũ est decretũ eius canonis) iam erant exorti, vt dixi copiosè supra parte 2. super q. 14. et tenaciter hunc errorẽ profitebantur de nõ iurãdo in aliquo casu. Ad cognoscendũ ergo aliquẽ hæreticum de secta Valdensiũ hoc erat euidens argumentũ, sicuti Hostiensis et ceteri cõmuniter canonistæ docent in predicto c. excõmunicamus 1. §. adijcimus. de hæret.

Non tamen essent hæretici qui ex quadã honestate recusarent iurare, vt docet hic Eymericus in fine; quales sunt clerici, et religiosi ceteri, si quadam simplicitate putarent non esse licitum eis iurare etiam in causa fidei coram Inquisitoribus absq; superiorũ suorum licẽtia, cũ tamen fauore fidei iurare debeãt, & etiam in alijs casibus, quos refert Raynerius in sum. verbo, iurare. et Syluester verbo iuramentũ 2. q. 3. nu. 2. et in causa fidei omnes compelli possunt ad testimonium ferendum, & ad iurandum de veritate dicenda, vt alibi plene diximus, & tradit Eymericus paulo post q. 62.

QVAESTIO XLII.

An Inquisitor possit procedere contra delatos, qui aliò se transtulerunt, &c.

QVadragesima secunda quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra eos, qui extra partes iurisdictionis Inquisitori subiectas, domicilium transtulerunt, vel aliàs se absentarunt, delatos de hæretica prauitate; vel extra iurisdictionem Inquisitoris delinquentes, in sua nunc existentes?

A Respondemus quòd sic: iuxta c. Vt commissi. in principio, & iuxta c. Cũ contumacia, de hæret. lib. 6. In c. Vt cõmissi. dicitur sic: Vt commissi. & infra: Et contra illos quos in prouincia, in qua vobis inquisitionis officiũ est cõmissum, hæresis crimen constiterit commisisse (licet ad alias partes se transferendos duxerint) procedendi. Supra pag. 108.

Idem habetur per omnia de verbo ad verbũ in præfatis litteris Apostolicis, Clementis & Vrbani iiij. Præcunctis. §. Etiam contra illos.

In cap. Cum contumacia, dicitur sic: Cum cõtumacia (in causa præsertim fidei) suspicioni præsumptionẽ adijciat vehementẽ, si suspectus de hæresi vocatus à vobis vt de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo, q̃ parere subterfugit, aut cõtumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus: quã si per annum animo sustineat pertinaci, extunc velut hæreticus condemnetur. Supra pag. 105.

Etiam potest procedere contra eos, qui licet extra iurisdictionem Inquisitoris istius deliquerint, nunc autem in sua sunt: quia hæreticus vbi inuenitur, ibi conuenitur. ad hoc Ioan. And. in c. Vt commissi. in principio.

COMMENT. XCI.

C *DVo axiomata complectitur hic Eymericus.*

Primũ est: Inquisitores procedere possunt contra eos, qui in sua prouincia deliquerunt, & ad aliam se transtulerunt.

Alterum est: Item possunt procedere contra eos, qui cum alibi deliquerint, in sua prouincia nunc morantur, ibi: Etiam potest procedere.

Inquisitorũ potestas in absentes.

Quę in hac quæstione traduntur ab Eymerico ex citatis Pontificum responsis collecta, fusius explicãtur in cõcilio Narbonẽsi c. 19. 20. & 21. vbi et potestas procedendi contra absentes, & modus quo procedatur, luculenter tribuitur, et præscribitur in hæc verba: Si qui vero culpabiles, vel suspecti ad vestram pertinentes inquisitionem, præsentes nec sint, nec fuerint, & infra competentem terminum eisdem à vobis peremptorie assignatum, & per ecclesias publicatum non curauerint comparere, vel se legitime excusare, contra eos tamquam cõtra præsentes non dubie procedatis. Cap. 19.

Ad Inquisitionem quippe vestram eos intelligimus pertinere, qui vel infra eiusdem inquisitionis limites deliquerunt, vel domiciliũ ibi habent, seu habebant, quãdo inquisitio cœpta fuit; vel cũ ibi morarentur occasione † officij cuiuscunq; publici, seu priuati, vel certũ domicilium non habẽtes ibidem inuenti, citati fuerunt à vobis, siue illis per quamcunq; cautionem adstrictis; siue nõ, Inquisitionem contra eos facere incœpistis, vel eis purgationem forsitan indixistis. Si quidem cõtra tales præsentes, vel absentes potestis procedere, ac debetis: nisi forte ratione delicti maioris, seu minoris commissi alibi, vel ratione domicilij, vel alia de prædictis, Inquisitores alij procedere cœperint contra illos. Etenim cum in locis diuersis, & per Inquisitores diuersos Deo auctore inquisitio celebret, tutius & salubrius est, vt quisq; culpabilis in quibuscũq; † locis deliqrit, vni & illi Inqsitori permaneat Cap. 20. † ratione † quocunq; loco

permaneat obligatus, à quo primo ex aliqua de causis præscriptis, sine fraude, & sine periculo negotij & animarum fuerit occupatus.

Cap. 21.

Ita tamen vt Inquisitores ceteri, quidquid de illo nosse poterunt, inquirant nihilominus, & scribant inquisitoribus illis, quibus idem culpabilis sit adstrictus: sic enim quasi vir vnus pugnabitis, & vincetis. *hactenus ibi.*

Huc spectant quę tradit Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores quæst. 5. quem retuli supra tit. de forma citandi absentem nu. 133. §. Si autem reperitur. vbi tradidimus multa ad hanc quæstionem intelligendam spectantia.

Quoniam vero nec proxime citato loco, nec in 13 modo processum fidei terminandi quanta fortasse oportebat distinctione egimus de modis procedẽdi contra absentes, proinde breuiter id est hic explicandum.

Res hęc tota Hispalensi quadam prima instructione cap. 19. præscripta est Inquisitoribus Hispaniæ, quam latine tamen redditam referre placuit, nec enim puto verius in hac causa à me, aut ordinatius quicquam dici posse. habet autem ita:

Inquisitores procedunt cõtra absentes multis modis

Similiter decreuerunt, vt contra culpabiles in dicto hæresis crimine si absentes forent, Inquisitores procedant, citando præfatos absentes per publica edicta, quę publicari faciant, & affigi ianuis Ecclesię principalis illius loci, vel locorum, in quibus morabantur.

Primus modus proceden di contra absentes.

Possunt autem Inquisitores fabricare processus contra absentes vno ex tribus modis. Primo secundum formam cap. Cum contumacia, de hæret. lib. 6. videlicet citando & admonendo absentes, vt compareant ad se defendendum, & respondendum de iure suo super certis articulis fidei causam contingentibus, & super certo hæresis crimine, &c. sub pœna excommunicationis cum suis admonitionibus in forma. Quod si non comparuerit, iubebunt promotori Fiscali, vt accuset eius cõtumaciam, & petat litteras seu libellos magis aggrauantes, quibus denuntientur, q̃ si per spatiũ vnius anni perseuerauerint in sua pertinacia & cõtumacia, declarẽt illos hęreticos in forma iuris. Et hic processus est magis tutus & minus rigidus.

Secũdus modus proceden di contra absentes.

Secũdus modus est, q̃ si Inquisitoribus visum fuerit delictum contra aliquem absentem debere plene probari, citent illum per edicta, sicut dictũ est, vt veniat responsurus & dicturus super iure suo, & ostensurus suam innocentiam infra triginta dies in tribus terminis diuisos, vnicuique termino decem dies tribuendo: vel cõcedant illis aliud longius tempus, si expedire viderint iuxta distantiam seu locorum intercapedinem, in quibus præsumitur, vel præsumi debet habitare prædictos citatos: quos citare debent ad omnia processus acta vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue: quo casu si reus non comparuerit, accusabitur eius cõtumacia in omnibus edicti terminis: recipiantque Inquisitores eius denuntiationem & accusationẽ à Fiscali, conficiantque processum in forma: quibus absolutis, si delictum visum fuerit sufficienter probatum, poterunt absentem condemnari, eo amplius non expectato.

Tertius modus proceden di contra absentes.

Tertius modus, qui in conficiendo processu contra absentes obseruari potest, hic est, vt si in inuestigatione processus facti in Inquisitione reperitur præsumptio hæresis contra absentem, tametsi delictum non videatur plene probatum, possunt Inquisitores decernere edictum contra talem absentem notatum & suspectum de crimine hæresis, & iubere ei, vt infra certum tempus cõpareat ad se liberandum & canonice purgandum a dicto errore, seu delicto: eo addito, quòd si non cõparauerit ad recipiendam & præstandam prædictam canonicam purgationem, vel non se liberauerit, vel purgauerit, habebunt ipsum pro conuicto, procedentque ad faciendum, quod iure fieri debeat. Atque hęc processus forma est aliquantulum magis rigida: ceterum iure recte nititur, & Inquisitores prudentes & litterati eligent modum, quem magis tutum iudicauerint, & melius viderint in practica posse vsurpari iuxta diuersitatem causarũ, quæ sese offerre poterunt. *hactenus ibi.*

An expediat fieri diuersos processus cõtra aliquem.

Quòd si quæras, an expediat, cum absentes sunt rei, diuersos à diuersis fidei iudicibus fieri processus contra eos; breuiter respondeo id non expedire: quia si diuersi processus fierent, posset quandoq. contingere, vt quidam iudices absoluerent, alij vero damnarent, vnde facile discordia oriretur, aliaque non leuia incommoda, quæ diligẽter sunt in hac causa præcauenda. Quare tutius est, vt is Inquisitor processũ conficiat, qui præuenerit in iudicio, ceteri vero ad illum transmittant quicquid habent actorum in suis Inquisitionibus aduersus illum reum. ita prudenter ac salubriter cautum est Valladolitana quadam institutione anni Domini MCCCCLXXXVIII. cap. 8. & præscripsit etiam non obscure concilium Narbonense cap. 21. cuius verba paulo ante retulimus in hoc eodem commentario.

Vbi quis deliquit, ibi puniendus.

Iam quantum spectat ad secundam conclusionem de puniendo, et capiendo hæretico, qui alibi deliquit; obseruandum est, generalem esse regulam, delicta ibi esse punienda vbi sunt commissa, non alibi; itaque cõmittens homicidium Bononiæ, tutus erit Ferrariæ, nisi ibi habeat domicilium. c. vlt. de foro cõpet. c. 1. de rapto. c. ibi semper causa. 3. q. 6. et in authen. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. quia in quo loco quis per delictum dedit malum exemplum, ibidem debet per punitionem debitas luendo pœnas, satisfacere.

Hæretic⁹ vbique capi, & puniri põt.

Hęc tamen regula multis modis fallit, de quibus Socinus & alij. Sed omissis ceteris, qui non pertinẽt ad hoc institutum, non habet locum in hæresi; quia vbique hæretici capi possunt & puniri, Bald. in l. etsi excepta. C. de maleft. & mathe. Cardinalis in clement. 2. §. denique. q. 9. de re iud. Carrerius tract. de hæret. num. 153. item quia hæreticus. Socinus regula 220. incipiente: Delicta extra territorium. *in prima fallentia. Iacobus de Raudna in l. 1. C. de sum. trinit. & fid. catho. glos. in cap. vt commissi. de hæret. lib. 6. verbo procedendi. Repertorium Inquisitorum verbo, absens. Simancas de catho. instit. tit. 2. num. 12. ex quibus patet veram esse hanc Eymerici conclusionem.*

Num autem in hoc casu reus sit remittendus dictum est abunde supra in hac 3. par. nu. 131.

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO LXIII.

An Inquisitor possit procedere contra mortuos.

QVadragesima tertia quæstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere contra mortuos, qui ante mortem, vel post delati sunt eidem de hæretica prauitate?

Relat. supra pag. 104.

Respondemus q̃ sic, iuxta c. Filij. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Filij vel hęredes illorũ, qui dum in ęgritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolaturos, vt ab eis per manus impositio nem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorundem; sicque viam fuerint vniuersę carnis ingressi, ad probandum q̃ ipsi defuncti consolationem illam: immo verius desolationem non sanæ mẽtis † effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cum tamen mo ris sit, vt dicitur apud eos, q̃ nullum taliter consolentur, qui non sit sanę mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent, si dum viuebant diffamati erant de hæresi, vel suspecti: aut legitime constiterit q̃ sanę mentis existentes, huiusmodi hęreticos petierunt: alioqui admitti poterũt prædicti filij, vel hęredes ad probandum præmissa: non tamen per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos; sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

† Antonius Gomes tomo 3. variar. resolut. cap. 3. num. 71.

Idem habetur de verbo ad verbum in litteris prædictis Apostolicis Vrbani & Alexandri iiij. Olim. & in c. Accusatus. §. in eo vero. de hæret. lib. 6. De hoc plenius Archidiaconus super cap. Filij. de hæret. lib. 6.

COMMENT. XCII.

VNum est axioma, videlicet, Inquisitorem posse procedere contra mortuos huius criminis reos: quod quibus modis contingat, paulopost aperiã in hac eadem quæstione.

In hac quæstione tria mihi sunt breuiter tractanda. Primum, quanto tempore duret hæc actio procedendi contra mortuos in hac causa, aut intra quantũ tempus extinguatur: est enim hęc res cognitu necessaria, & valde frequens.

Alterum est, in quibus locum habeat, an in solis hæreticis, an etiam in fautoribus, receptatoribus, & similibus: nam hęc proprie spectant ad Eymerici institutum hoc loco.

Tertium & postremũ erit, cum proceditur contra mortuos, quis sit ordo seruandus, & qualiter sententię pronuntientur.

Quantum ad primum attinet, animaduertendum est, regulã esse generalem q̃ morte delinquentiũ extinguitur etiã delictum, & omnis actio contra illud siue intentata iam sit siue intentanda vacat, ita vt postea nullus aut accusari aut puniri possit. l. 2. & 3. C. si reus vel accusator mort. fue. l. vlt. C. de bonis eorũ qui sibi mort. consci. l. in senatus. §. si propter mortẽ. ff. ad senatusco. Turpillia. c. peruenit. c. causam quę. el segundo. qui filij sint legit. c. quorundam. dist. 23. & ratio est, quoniã mors omnia soluit. auth. de nuptijs. §. deinceps. l. defuncto. ff. de pub. iud.

Delicta morte extinguũtur, secus tamen in hæresi.

A *In crimine tamen læsæ maiestatis diuinę vel humanæ speciale est, vt morte non extinguatur, idque ob immanitatem facinoris ad maiorem eius detestationem. c. accusatus. §. fin. de hæret. lib. 6. c. filij. vbi glossa eo. tit. & c. si quis Episcopus. extra de hæret. vbi communiter Doctores, & concilium Biterrense c. 18. quod paulo post citabo.*

Ob duplicẽ causam procedit Inquisitor contra defunctos.

His ita positis, videamus intra quot annos possit Inquisitor contra hæreticos defunctos procedere. sed vt quæstio hæc melius intelligatur, aperioris doctrinæ gratia distinguendum est: nam bifariam potest procedere Inquisitor aduersus defunctos. Primo, ad effectum confiscandi bona, seu potius declarandi iam
B *confiscata, vt à tertio possessore auferantur, & sacro Inquisitionis officio applicentur. Secundo, potest agere ad effectum & finem damnandi memoriam defunctorum, declarando eos hæreticos decessisse, & velut tales pœnas hæreticorum incurrisse, ex quo tandem sequitur alius effectus, vt eorum cadauera seu ossa exhumentur, & extra locum sacrum proiiciantur, aut comburantur.*

Quãto tẽpore duret actio contra hæreticos defunctos.

Quantum ergo attinet ad primam partem, videlicet, cum agitur ad effectum confiscationis bonorũ, Bartolus & Salycetus in l. 2. C. de apostatis. Hippolytus Marsilius singul. 307. incipien. Bona delinquentis, *& alij quos ibi refert, dicunt Inquisito-*
C *res non posse inquirere contra hæreticos defunctos, quoad bonorum publicationem post quinque annos, a morte delinquẽtis cõputãdos. Hos sequitur Romanus singula. 436. incipiẽte:* De crimine. *Idẽ tenet glossa in l. Manichęos. C. de hæret. verbo, subire. & Angelus in §. interdũ. inst. de hær. q̃ ab intest. defer.*

Verum Panormitanus in c. cũ nobis. de præscriptio. nu. 8. & ibidem Felinus nu. 11. & Antonius Gomez tom. 3. varia. resolu. c. 14. n. 5. versic. nec obstat textus. ita distinguunt: Cum bona hæreticorum
D *defunctorum applicantur fisco seculari, post quinquẽ annos non possunt Inquisitores procedere contra hæreticos defunctos, quo ad hunc effectum, iuxta textũ in l. 2. C. de apostatis, & in l. 2. C. de vectigalib. com. q̃ si bona adiudicentur fisco ecclesię, tunc spatio quadraginta annorum durabit hęc actio, atque ita monent intelligendum textũ in c. 2. §. 1. de præscriptio. lib. 6. vbi sancitur, bona hæreticorum defunctorum præscribi per filios vel hęredes catholicos spatio quadraginta annorũ, dummodo ea possederint bona fide.*

Durat p quadraginta annos.

Hac tamẽ distinctione non obstãte, verior mihi sẽtẽtia videt. indistincte asserere durare hãc actionẽ quo ad effectũ cõfiscãdi bona per quadraginta annos, siue applicanda sint fisco sæculari, siue fisco ecclesię.

Primum, quoniam in delictis ecclesiasticis coercendis dispositioni iuris canonici standum est, potius
E *quàm iuris ciuilis: manifestum est autem hoc crimẽ mere esse ecclesiasticum. c. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6.*

Rursus, quoniam cum in detestationem tanti criminis constitutum sit, vt bona etiam post mortẽ publicentur, sane dicendum erit ad quadraginta annos hoc extendi, iuxta textum in dicto c. 2. de præscriptio. lib. 6. vbi indistincte loquitur Papa de hac confiscatione, nulla facta mentione de fisco sæculari vel ecclesiastico: quare indistincte est is textus accipiendus. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. quoniam

niam vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. 3. ff. de officio præsid. l. de pretio. ff. de publi. in rem actio.

A *Et hęc sententia apertissime est diffinita in prima instructione Hispalensi, c. 20. vbi tametsi bona defunctorum hæreticorum applicentur fisco seculari, nihilominus spatio xl. annorum durare hęc actio declaratur, non modo ad damnandam memoriam defunctorum, sed etiam ad confiscanda bona, vt à quibuscunque possessoribus auferantur.*

Leges ciuiles quando locũ habeãt in crimine hæresis

Neque obstat l. 2. C. de apostatis. vbi quinquẽniũ tantum post mortem datur ad procedendum contra defunctos: quia non est absurdum dicere ius canoni cum, quod postea superuenit, ei derogasse, maxime in
B *crimine mere ecclesiastico.*

Rursus addo, leges ciuiles in hoc crimine in his habere locũ, quæ non sunt à sacris canonibus prouisa. item in pœnis alijs, quę per Ecclesiam, aut iudices ecclesiasticos non possunt irrogari, quale est hæreticos vltimo supplicio afficere. quam ob rem hanc puto veram sententiam, & in praxi obseruandam, vt Inquisitores indistincte procedant contra hæreticos defunctos, quo ad effectum publicationis bonorum integro quadraginta annorum curriculo durante, siue fiat applicatio fisco Ecclesiæ, siue fisco seculari, aut cuilibet alij.

Filij vero vel hęredes defuncti tunc bona fide dicẽ
C *tur possedisse bona defuncti, cum & tempore mortis eius, & toto quadraginta annorum spatio crediderũt & intellexerunt defunctum catholicum decessisse: nam si intra hos quadraginta annos quandocunque intelligant defunctum hæreticum decessisse, cum iam incipiant esse in mala fide, nunquam præscribent: nã ad præscriptionem inter cetera requiritur saltem de iure canonico omni tempore bona fides. c. fin. de præscriptio. ibi:* Vnde oportet, vt qui præscribit, in nulla temporis parte rei habeat conscientiam alienę. *hæc ibi. itaque si mala fide possederint, etiã post quadraginta annos fiscus officij Inquisitionis talia bona occupabit vide Zanchinum tract. de hæret. cap. 24. & 25.*

Quòd si plures de hac re videre cupis, de ea disserunt Conradus Brunus lib. 5. de hæret. c. 17. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 54. Simancas de catho. instit. tit. 18. nu. 11. & seq. Zanchinus de hæret. c. 24. & 25. nu. 4. Repertorium Inquisito. verbo, bona. §. sed an sint. Petrus Godofredus in l. 2. C. de apostatis. Bald. in margarita verbo, memoria. Marsilius singulari 307. incipi. Bona delinquẽtis. *Ioannes Rojas singul. 50. incip.* Delictum defunctorum. *Baldus consil. 70. tom. 4. glos. in c. accusatus. de hæret. li. 6. verbo post mortẽ. Carrerius tract. de hæret. nu. 142. vers. sed infra quantũ tẽpus, et alij.*

Ad damnandam memoriam hæreticorum omni tempore procedit inquisitor hæret.

His ita positis, videamus iam alterã partẽ propositæ difficultatis, videlicet, Cum Inquisitores agunt
E *ad effectũ & finem damnandi memoriam defunctorũ, an aliquibus tẽporũ metis circũscribatur, vel cõtra, quocũq; tẽpore, nulla annorũ prescriptione obstante, eos pronuntiare possint hæreticos decessisse.*

In qua difficultate breuiter dico, nullis temporũ spatijs hanc actionẽ impediri aut finiri; immo etiam post quadraginta et plures annos, quocunq; tẽpore detectum fuerit, ac legitime constiterit, quempiam hæreticum decessisse, poterunt Inquisitores agere cõtra eum. ad memoriam eius damnandam, & vt declarent excommunicatum decessisse, atque vt inhibeant ne quisquam pro illo oret, & vt extumulentur ossa, si fieri possit, & comburantur: nam cui viuo cõmunicare non licet, nec mortuo licebit.

Iura vero prefatũ tempus quadraginta annorum præscribentia, iura quod contra defunctos hæreticos agi potest, intelliguntur quoad effectũ confiscationis bonorum, non de damnanda memoria: nã in hoc nulla
B *præscriptio currit. ita videtur sentire Felynus in dicto c. cum à nobis. extra de præscript. nu. 12. & nu. 13. & Conradus Brunus lib. 5. de hæret. c. 17. in fine. & Simancas de catho. inst. tit. 18. nu. 14. tametsi valde obscure loquantur interdum non distinguentes hos duos fines, sed simul de vtroque loquentes. sed quidquid alij senserint, ita tenendum putamus.*

Damnata hęreticorũ memoria, filij eorum iuris pœnas incurrunt.

Et ex hoc capite nascentur multi & magni effectus: nã excepta confiscatione bonorũ, quã filij euitabũt, si bona fide per annos quadraginta possederint, ceteras iuris pœnas incurrẽt, quas filijs dãnatorũ iura decernũt, nẽpe infamiã, & inhabilitationẽ ad officia publica & beneficia. & hæc sentẽtia summo iure vera est, quãuis illud sentiã, facile cum his esse dispensandum, quia aliena culpa & delicto torquẽtur.

An post mortem inquiri possit contra fautores, receptatores, & defẽsores hæreticorum.

Alterũ caput præcipuũ in hac quæstione declarã
C *dum erat: An scilicet, hæc actio procedẽdi contra defunctos in hoc crimine locum habeat aduersus hæreticos solum, an etiã contra credentes, fautores, receptatores & defensores eorum. Filippus Francus in c. accusatus. §. si vero. notab. vlt. nu. 2. Gondissaluus tract. de hæret. q. 22. nu. 8. Simancas de catho. instit. tit. 4. de accusationibus. nu. 5. & tit. 18. de defunctis nu. 13. & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singulari 134. incipien.* Morte delinquentium, *nu. 11. & 12. non posse contra hos post mortem procedi scribũt. quorũ plane sententia verissima est, & iure aperto nititur in c. accusatus. §. si vero. de hæret. li. 6. ibi:* eius hęredibus non est satisfactio, pro extincto iam crimine iniungenda. *hæc ibi.*

Et ratio quidẽ vera et solida esse potest, quoniã in
D *hoc crimine suspiciones quãtumuis vehementes mortem reorum extinguuntur. Simancas de catho. instit. tit. 46. de pœnis. nu. 77.*

Ceterũ si prædicti aut hæretici fuerint, aut errores defenderint, etiã post mortẽ inquirũtur, quia tũc pari iure cũ hęreticis cẽsentur. neq; de his est aliqua dubitatio. Adde Zanchinum de hæret. c. 24.

An cõtra credentes hæreticorũ post mortem procedatur.

Sed in credentibus dubitari potest, An post mortẽ eorũ inquiri in eos possit. & Gondissaluus in dicto tract. de hæret. q. 22. nu. 8. neq; in credentes hęreticorũ defunctos dari hanc actionẽ asseruit. quod tamen
E *absolute non crederẽ verũ: nã credentes hæreticorũ, hæreticis ipsis exequantur; quã ob rẽ aduersus eos defunctos procedi poterit: & hanc sententiam videtur sanciuisse concilium Biterrense c. 18. in quo ita scriptum est.* Ad hęreticorum seu credentium cõdemnationnem, qui nõ fuerunt reconciliati canonice ante mortẽ, citatis eorũ hęredibus, siue aliis, qui de iure citãdi fuerint, & cõcessa eisdẽ opportuna copia defendẽdi similiter procedatis. *hęc ibi.*

Et huic sentẽtiæ multũ quidẽ adstipulatur textus in dicto cap. accusatus. §. si vero. de hæret. lib. 6. vbi

nullum

Universidad de Deusto Biblioteca

nullum apparet verbum de credentibus, cũ agitur de extincto crimine post mortem: sed tantum habetur, sermo de fautoribus, receptatoribus, & defensoribus, & præcitati quoq; doctores de hoc articulo disserentes, nullã de credentibus mentionẽ fecerunt.

Mihi hæc sententia verissima videtur, à qua non puto recedendũ, dummodo accipiatur in his, qui vere & proprie credentes hæreticorum tam ex verbis, quàm ex factis iudicantur: non in illis qui improprie dicuntur credentes, de quibus dixi supra par.2. super.q.50.§.quidam alij sunt. vbi videas ad intelligẽdum hoc discrimen.

Sed veniamus iã ad tertiã & postremã huius disputationis partẽ, videlicet, quis ordo seruari debeat cũ proceditur contra defunctos huius criminis reos.

Quot modis cõtĩgat post mortẽ hæreticos dãnari.

Ac primum quidem obseruandũ est, multis modis posse contingere aliquem post mortem vt hæreticum iudicari: primum si antequã moreretur, cœpta fuit Inquisitio contra eũ, & de eius crimine cõstitit, aut per propriã confessionẽ, aut per facti euidentiã; aut per testiũ legitimã probationẽ, & antequã processus finiatur, is reus moritur, vel confessus & impænitens, nolens Ecclesiæ reconciliari, vel negatiuus: hic enim post mortem est condemnandus.

Idem iudicium est de relapso, tametsi pænitenti & conuerso, qui aliàs iuxta canonum sanctiones, si viueret, tradendus esset curiæ sæculari, & antequã traderetur, mortuus est.

Quod ipsum in eo quoq; locum habet, qui cum in carceribus esset pro hæresi detentus, se ipsum occiderit, is enim vt paulo post dicemus, tanquam impænitens damnandus est; cum se interficiendo, crimen confiteri videatur, vt Cynus scripsit in l.2.C.qui testamen. facere possunt. quæst.4.nu.6.

Denique reum huius criminis post mortem damnari, potest contingere, quotiens dum viueret de eius hæresi non constitit, aut de ea non fuit accusatus. post mortem tamen eius quocunque tempore constitit eũ hæreticum decessisse.

Constabit vero vel per aliorũ dicta & attestationes: vel per facta, opera seu libros ab eo compositos, quæ excusari non possint: aut per quamuis aliam rationem legitimam.

Multi post mortem hæretici detegũtur.

Neque enim incognitum est, multos post mortem hæreticos detegi, qui dum viuerent, catholici habiti sunt. nam vt ceteros nunc omittam, quendam Hermãnum Italum (vt scribit Prateolus lib.8.cap.11. de vitis & sectis hæreticorum, & Bernardus Lutzemburgus in catalogo hæreticorũ lib.2. verbo Hermãnus) scimus multis annis Ferrariæ pro sancto habitum & cultũ, à Bonifacio octauo iussum exhumari, & comburi, quia constitit eũ & hæreticũ vixisse, & impœnitẽtem decessisse. Et Ioannẽ Vuicleff eodẽ modo post mortem damnatum nouimus in concilio Constantiensi sessi.8. anno Domini MCCCCXV.

De hac materia qui disseruerint.

His positis progrediamur ad institutum. De materia huius quæstionis disserit Zanchinus tract. de hæret.cap.24. Repertorium Inquisitorum verbo, defunctus. Simancas de catho. inst.tit.18. de defunctis. Hieronymus Gigas tract. de crimine læsæ maiestatis lib.1.tit. qualiter in crimine læsæ maiestatis procedatur, quæst. 20. & aliquot sequentibus. Conrradus Brunus lib.5. de hæret.c.17. Ioannes Rojas tract.

A de hæret. parte 2. assertione 14. idem in singularibus fidei, singul.134. incipien. Morte delinquentium. glossa, Aretinus & alij in §.interdum. instit. de hæredit. quæ ab intestato deferuntur. doctores in l.2.C.de apostatis. canonistæ in c.filij de hæret. lib.6. glossa 24.q.2. in summa. Gõdissaluus tract. de hære.q.22. Iulius Clarus in §. hæresis, ver. sic. item de crimine hæresis. Bellamera decisione 677. incipiẽ. In tali processu. & decisione 678. incipiẽ. Si apparent filij. & decisione 679. incipien. Conclusio supra præcedẽs, & decisione 687. incipiẽ. In causa conclusionis, & decisione 688. incip. proxima conclusio. In quibus multa eleganter tractat in hac materia. Adde
B alios ab his citatos, quos gratia breuitatis omitto.

Ordo procedendi contra hæreticos defunctos desumi posset ex concilio Constantiensi sessione 8. vbi processum fuit aduersus Ioannem Vuicleff iam defunctũ: sed ne quid in hac causa desideretur, singulatim cuncta huc spectantia præscribemus, tum inde, tũ aliunde collecta.

Contra memoriam defũcti formãdus pcessus.

Obseruatione dignum est, quod Angelus Aretinus docet in §.interdum, insti. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur. videlicet, q cum proceditur contra defunctum reum læsæ maiestatis, non formatur processus aduersus mortuum, qui cum defunctus sit, citari ad iudicium non potest. l.de qua re.§.1.ff.de iu-
C dic. sed formãdus est contra eius memoriam, quæ per sententiam est damnanda.

Ob quem finem proceditur cõtra defunctos in hoc tribunali.

Proceditur vero contra defunctos in hoc tribunali ob triplicẽ potissimum finẽ: primum vt memoria eius damnetur: Secundo vt bona illius per fiscum ab hæredibus defuncti, seu à quibuslibet alijs possessoribus auferãtur: tertio, vt defunctus exhumetur, & extra locum sacrum proijciatur, & comburatur. Zãchinus tract. de hæret.c.24. instructio prima Hispalensis, anni MCCCCLXXXIIII. cap.20.

Non est procedendũ contra defũctos, nisi sufficiẽs probatio habeatur.

Primũ itaq; non est leuiter instituenda actio seu accusatio cõtra aliquẽ defunctũ, seu verius loquẽdo cõtra memoriã & famã eius, nec aliter dãnãda, nisi
D plena probatio habeatur, sicut recte & salubriter sãciuit instructio Abulẽsis anni MCCCCXCVIII. c.4. in fine cuius hæc sunt verba, Nec vocetur in iudicium defunctus aliquis, nec procedatur contra euis memoriã & famã, nisi plena probatio habeatur, vt inde possit condemnari. hæc ibi.

Fiscalis petitio, vt cõtra defunctũ procedatur.

Cum itaq; talia præcesserint indicia & probationes, qualia diximus, protinus Fiscalis sancti officij petet instanter, vt contra eũ reũ procedatur, libello proposito & concepto per hæc, aut similia verba: Corã te Reuerendo domino Inquisitore aduersus hæreticam prauitatem & apostasiam cõparet N. huius sancti officij promotor Fiscalis, qui de
E nuntiando, insinuando, & accusando proponit, talem defunctum, talis loci habitatorem, dũ viueret, contra catholicam fidem hæc aut illa dixisse vel cõmisisse, *explicentur in libello hæc delicta*, & nõ peracta pænitentiã in eis erroribus decessisse: quamobrem petit eũ declarari fuisse hæreticum, eiusq; memoriã damnari, ceterisq; pœnis affici, quas contra tales statuerunt canonicæ sanctiones.

His quidẽ aut similibus verbis poterit cõcipi libellus accusatorius cõtra defunctos huius criminis reos. Reptoriũ Inqu. verbo, libellus. §. forma libelli.

Hiero-

Heronymus Gigas tract. de crimine læsæ maiest. li.1. ti. qualiter in crimine læsæ maies. procedatur. q.22.

Accusatio cõtra defunctũ quibus sit notificanda.

Hæc accusatio filijs, vel hæredibus, vel alijs quorum interest memoriã defuncti non damnari, notificanda protinus est, qua in re diligẽtissimos esse oportet Inquisitores, & videre omnino debent, an sint aliqui defuncti descendentes, vt personaliter citentur ad defendendã rei memoriã. instructio Madriliana anni MDLXI. cap.61. Aretinus in §.interdũ. insti. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur. Et præscripsit nominatim conciliũ Biterrẽse c.18. in hæc verba. Ad hæreticorũ seu credentiũ condemnationem, qui non fuerunt canonice reconciliati ante mortem, citatis eorum hæredibus, siue alijs, qui de iure citãdi fuerint, & concessa eis opportuna copia defendendi, similiter procedatis. *hæc ibi.*

Publica edicta proponẽda.

Ne quis autẽ accusationẽ aut ignorãtiam causari possit, per publica edicta, addito legitimo termino ad comparendum citandi quoq; erunt filij, aut hæredes defuncti, aut quicunq; alij quorũ interesse possit, vt ad defensionem legitimam proponendam accedant.

Eo termino elapso si nullus ex præcitatis comparuerit, Inquisitores defensorẽ causæ cõstituent, virũ piũ, fidelẽ, & negotio idoneũ, qui pro defuncto legitimas excusationes & defensiones proponat, atq; huic similiter accusatio & testificatio contra defunctum communicabitur, iniuncto ei vt secretum obseruet, negotiũq; cũ aduocatis sancti officij solũ conferat. & ita fiet processus iure & ordine debito obseruato.

Quòd si comparuerit, admittendus est ad memoriam defendendam; nec refert an is qui comparuit ad defendendum in hac causa sit etiam de hæresi notatus, aut inquisitus, aut in carceribus detentus: quia cum fieri possit, vt & defunctus, & hic qui cõparet inquisitus liberari possint ab ea iudicij & accusationis instantia. profecto ne cui præiudicium fiat, concedendum huic est (cum sua quoque intersit) vt ad reum defunctũ excusandum admittatur. quod Madriliana instructio præcitato loco recte constituit.

An quilibet sit admittendus ad defunctũ defendendum.

Illud præterea quæsitum est, an quilibet sine delectu audiendus sit, qui velit memoriam & famã defuncti defendere. Simancas de catho. instit. tit.18. nu.15. quemlibet esse admittendum non improbat, si modo probabilem defensionis causam afferat: nam & vnicuique Deus mandauit de proximo suo: & natura inter omnes homines cognationem quandam constituit: & in omnibus rebus, præsertim fidei & religionis omnes sumus fratres in Christo: & postremo quia humanitatis ratione cuiuslibet appellatio pro homine ad mortem damnato admitti solet, nec quæritur cuius intersit: multo ergo magis admittenda pro defuncto defensio est, qui se defendere nequit. Equidem huic sententiæ libenter accedo.

Defũctorum causæ breui tẽpore sunt finiendæ.

Obseruandum etiam censeo diligenter, quod capite quodam quarto Abulensis instructionis anni MCCCCXCVIII. sancitum extat, vt processus contra defunctũ breui tempore conficiatur, nec in causa supersedeant Inquisitores ob defectum probationum; nisi forte sit verisimile quòd intra breue tempus, alia probationum genera superuenient: cũ vero plena probatione reus conuictus non fuerit, protinus absoluendus est. Rationem huius decreti profecto iustissimam addit præcitata instructio: quo-
A niã nisi ita fieret, filij forte & filiæ eius defuncti, cuius causa agitur, si diu in ea supersederetur, interim nõ inuenirent cum quibus matrimonia cõtraherẽt, nec possent disponere de bonis à defuncto relictis.

Etiam absoluto defũcto tractari denuo causa potest, si probationes superueniant.

Quòd si fortassis post absolutum defunctum alij contra eum testes superuenirent, tractari denuo causa posset: nam in hoc crimine fauore fidei (vt alibi copiose diximus) sententiæ latæ non transeunt in rem iudicatam. priora vero testimonia vim suam integrã conseruabunt, & cum his quæ superuenerunt coniũgi poterunt ad faciendam plenam probationem.

Acta in vno iudico ĩ alio faciunt fidẽ.

Quamuis enim perempta instantia, pereant acta ordinaria, quæ instantiam illam respiciunt, vt fideius-
B soris datio, citatio, litis contestatio, & id genus alia, l.properandum.§.& si quidem. vbi Bartolus & alij C.de iudicijs. l.cum lite mortua.ff. iudicatum solui. ea tamen acta, quæ concernunt litis decisionem, vt sunt confessiones, attestationes publicatæ coram iudice, & similia tendentia ad probationem iuris & merita causæ, non pereunt. l. iubemus. C.de liberali causa. l.properandum.§.vlt.C.de iudi. & propterea fidem facient in alia instantia, & causa tendente ad eundem effectũ cum prima. ita singulariter & vere docet Alexander consi.58. incipien. Visa petitione. lib.1. & notant communiter canonistæ in cap. causam quæ. el.1. extra de testibus. & doctores in l.
C is apud quem. C.de edendo. & hæc est vera, communis, & vsu recepta sententia, quam profitentur, quos præcitato loco adducit Alexander.

Contra defũctũ plenior exigitur probatio, q̃ contra viuentẽ.

In hac causa cum agitur contra defunctũ, plenior & clarior probatio exigenda est, quàm cum proceditur contra viuentem. & ratio in promptu est, quia defunctus se defendere nequit. quare in præcitata instructione Abulensi anni MCCCCXCVIII.c.4. rectissime statutũ est, ne absq; plena probatione ad damnandã memoriã et famã defuncti procedatur.

Bonorum sequestratio cur non fiat.

Tametsi vero sufficiẽs probatio habeatur contra aliquẽ defunctũ ad eius famã & memoriã condemnandã, nihilominus tamen non debet fieri bonorũ se-
D questratio: quæ cũ sint iam apud tertios possessores, non debent illis spoliari donec defunctus fuerit hæreticus declaratus, & possessores bonorũ in iudicio uicti. atq; hoc est iuri & rationi consonũ, vt recte testatur Madriliana instructio anni MDLXI. cap.61.

Si reus moriatur anteq̃ eius causa finiatur, quid agendum.

Cum reus moritur priusquam eius causa esset absoluta, & finitus processus, quamquam ille cõfessus esset, si tamen talis confessio non plene satisfaciebat depositionibus contra eũ in processu habitis, & propterea viuens non poterat ad reconciliationẽ recipi, similiter id notificandũ est filijs, aut hæredibus eius, aut alijs quorũ interest eum defendere, & illis de-
E fendere volentibus, danda copia est accusationis, & testificationis, vt supradictũ est: et quicquid legitime ad defuncti defensionẽ proposuerint, audiẽdũ & admittendum est. huc spectant tradita per Aretinũ in §.interdũ. insti. de hæredit. quæ ab intest. deferũtur.

Cum defunctus est absoluẽdus, qualiter sit sententia pronuntianda.

His ita positis & rite obseruatis, aut absoluẽdus est defunctus, aut contra memoria eius & fama condẽnanda. si absoluendus fuerit, sententia absolutoria publice pronuntiari debet, idq; optima ratione fieri oportet, quoniã cum cœptum est procedi contra defunctũ, publica edicta proposita fuerunt, ex quibus constitit populo, q Inquisitores procedere volebant

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad damnandam famam & memoriam eius. vt ergo quoquo modo fieri poteſt famę reſtituatur, publice nuntiandus eſt abſolutus.

Statua defũcti abſoluendi nõ eſt producenda.

Ceterum hoc caſu nec defuncti ſtatua in publicũ producenda eſt, nec errores de quibus accuſabatur, nominatim referendi ſunt, cum probati non fuerint. atque hęc rectiſſime vt cetera, ſanciuit Madriliana inſtructio anni M D L X I. cap. 62.

Statua defũcti damnãdi producenda eſt in publica fidei actione.

Contra vero fiet ſi damnanda fuerit defuncti memoria: nam in primis imago ſeu ſtatua eius, qui damnatur, in publicum producenda eſt, (cui maioribus characteribus deſcriptum affigitur nomen illius defuncti, cuius memoria damnatur) & præterea corã illa, ac ſi defunctus ipſe viuens & preſens eſſet, recitantur omnes articuli erronei ſeu hęreticales, facta item ſeu opera hęreticalia, quę legitime probata fuerunt contra defunctũ, eo modo quo geſta ſunt ab illo, qui damnatur, ſicut in concilio Conſtantienſi factum fuiſſe videmus, & obſeruatũ contra Ioannẽ Vuicleff, cuius memoria damnata fuit, & articuli eius reprobati ſeſsio. 8. vt paulo poſt apparebit.

Statua defũcti damnati curiæ ſæculari traditur.

Hęc defuncti ſtatua per ſententiam curiæ ſeculari traditur, quam iudex ſæcularis deinde comburit, ac combuſiſſet defunctum illum ſi vixiſſet, & pertinax deceſſiſſet.

Statua eius qui ſe occidit an ꝓducenda.

De illo, qui in carcere pro hęreſi detentus, ſe ipſum interfecit, dubium videtur, an eius ſtatua produci in publicum debeat, & curiæ ſeculari tradi: et verius quibuſdam apparet, illius velut impęnitentis ſtatuam in publicam actionem producendam, & curię ſæculari tradendam: quod Ioannes Rojas aſſeruit tract. de hæret. par. 2. aſſertione 14. nec ratione id caret: nam conſcientia criminis ſibi mortem cõſciuiſſe putandum eſt, & eo ipſo crimen confiteri videtur, vt Cynus ſcripſit in l. 2. C. de his qui teſtamen. facere poſſunt q. 4. & Gondiſſaluus tract. de hæret. queſt. 22. nu. 1. & Simancas de catho. inſtit. tit. 18. nu. 31. & Montaluus in legibus Hiſpanis ſepriparti tis, partita 7. tit. 1. l. 24. & ceteri per hos relati.

Quare niſi filij, aut hæredes eius qui ſe interfecit, aut alij quorum intereſt, probauerint reum non ſe interfeciſſe criminis conſcientia (quod equidem iudicio meo difficulter probari poteſt) ille perinde punietur, ac ſi eius hæreſis plene probata fuiſſet, quod recte præcitato loco Simancas ſenſit.

Atque hoc ipſum Simancas & Ioannes Rojas tum habere cenſent in eo, qui poſt plenam confeſſionẽ ſibi manus intulit: nam eius confeſſio poſt necem non valebit ad eum excuſandum aut tuendum: nam & Iudas confeſſus fuit crimen, quia tamen laqueo ſe ſuſpendit, neque confeſſio neque pœnitentia quidquam ei profuit, cap. Iudas. & cap. nihil. de pœnit. diſtinct. 3.

Vſus procedi ſtatuas in ſancto officio.

Quòd ſi quæras, an quæ de ſtatua producenda, et relaxanda ſeu tradenda curiæ ſæculari, & comburenda prædiximus, aliquo iure ſint conſtituta, reſpondeo, id mihi non conſtare, nec videri rem admodũ antiquam, vt dixi ſupra ſuper 13. modo proceſſum fidei terminãdi, circa finem: iure enim ſolum cauetur, vt defunctus exhumetur, eiuſque oſſa eccleſiaſtica ſepultura priuentur. cap. quicunque de hæret. lib. 6. et in concilio Conſtantienſi, ſeſſio. 8. nihilominus tamen res eſt valde apta ad defunctorum memoriam damnandam, & timorem incutiendum: ideoque in hoc, vt in ceteris, quæ lege definita non ſunt, conſuetudo ſancti officij pro lege ſeruanda eſt, nec ſine piaculo hæc reijcere licet, aut improbare, ſicut latius alibi de hoc diſſerendo, oſtendimus.

Sed proponamus iam tandem formulam ſententiæ pronuntiandę contra huiuſmodi defunctos. & omiſſis ceteris, quæ referri poſſent, de quibus Zanchinus tract. de hæret. cap. 41. & Repertorium Inquiſit. verbo, ſententia §. ſupra viſum eſt. illam omnino recenſere placuit, quam protulit concilium Conſtantienſe ſeſsio. 8. contra Ioannem Vicleff, vnde totus ordo procedendi contra hæreticos defunctos colligi poteſt. ea vero ita habet.

Sententia damnationis doctrinæ Joannis Vicleff, & articulorum quadragintaquinque.

Heb. 11.

FIdem catholicam, ſine qua (vt ait Apoſtolus) impoſsibile eſt placere Deo, à falſis eiuſdem fidei cultoribus, immo peruerſis impugnatoribus, & per ſuperbam curioſitatem intendentibus plus ſapere quàm oportet, mundi gloriam cupientibus, oppugnatam ſæpius, & contra illos per fideles Eccleſiæ milites ſpirituales oppoſito ſcuto fidei defenſatam fuiſſe, ſanctorum Patrum ſcripturis atque geſtis inſtruimur. Hæc quippe bellorum genera, in bellis carnalibus Iſraelitici populi aduerſus gentes idololatras præſignata fuerunt. In his itaque ſpiritualibus bellis ſancta Eccleſia catholica in fidei virtute ſuperni luminis radijs illuſtrata, Domino prouidente & ſanctorum patrocinio opem ferente ſemper immaculata permanens, erroris tenebris velut hoſtibus profugatis, glorioſiſsime triumphauit. Noſtris vero temporibus vetus ille & inuidus hoſtis noua certamina (vt probati tẽporis huius, manifeſti fiant) ſuſcitauit, quorum dux & princeps extitit quondam Ioannes Vuicleff. pſeudo Chriſtianus, qui dum viueret, aduerſus religionem Chriſtianam & fidẽ catholicam pertinaciter aſſeruit & dogmatizauit plures articulos, quorum X L V. huic paginæ duximus inferendos. *hactenus ibi.*

Et mox concilium ſubdit nominatim & expreſſe articulos hęreticales & erroneos eiuſdem Ioannis Vuicleff, & condemnationem eorum, & ceterorum tractatuum & librorum eiuſdem: inde vero eum pronuntiat hæreticum, & memoriam eius condemnat, et oſſa ipſius exhumari mandat in hæc verba.

Formula ſententiæ damnatæ memoriæ hæreticj.

Inſuper quia auctoritate ſententiæ & decreti Romani concilij, mandatoque Eccleſiæ & ſedis Apoſtolicæ, datis dilationibus debitis proceſſum fuit ſuper condemnatione dicti Ioannis Vuicleff & ſuę memoriæ, edictis propoſitis denunciationibusq; ad vocandum eos; qui eundẽ, ſiue eius memoriam defendere vellent, ſi qui pœnitus exiſterẽt. Nullus vero comparuit, qui eundem, ſiue eius memoriam defenſaret. Examinatis inſuper teſtibus ſuper impœnitentia finali pertinaciaque dicti Ioannis Vuicleff, per cõmiſſarios deputatos per dominum Ioãnem Papam, modernum, & hoc cõcilium

cilium, ſeruatiſque ſeruandis, prout in tali negotio poſtulat ordo iuris, de eius impœnitẽtia ac finali pertinacia per euidentia ſigna teſtibus legitimis comprobata, fuit legitime facta fides. Propterea inſtante procuratore fiſcali, edictoque propoſito ad audiendum ſententiam ad hanc diem, hæc ſancta Synodus declarat, diffinit, et ſententiat, eundẽ Ioannem Vuicleff fuiſſe notorium hæreticũ, pertinacem ac in hæreſi deceſsiſſe, anathematizando ipſum pariter & ſuam memoriam condemnando, decernitque & ordinat, corpus & eius oſſa (ſi ab alijs fidelib⁹ corporibus diſcerni poſsint) exhumari, & procul ab Eccleſiæ ſepultura iactari, ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones. *hęc ibi. Quę omnia mutatis mutandis, pauciſque additis & detractis, pro cauſæ varietate, facile poterunt quibuſuis defunctis damnandis accõmodari. Atque ex his omnibus copioſe, niſi fallor, explicata remanent quęcunque in hac cauſa deſiderari poſſunt.*

Domus hęreticorũ ſæpe diruuntur.

Quoniam vero contingere ſæpe ſolet, vt cum hæreticus quiſpiam vel hæreſiarcha vel viuens vel mortuus condemnatur, domus quoque eius ſeu turres et habitacula, in quibus ille hæreticus aut hęreſiarcha conuenticula & congregationes perfidiæ celebrauerat, diruantur penitus, & ſolo æquentur, ne tantę impietatis vllum remaneat veſtigiũ: propterea hęc etiam formula ſententię diruendarum domuum quę ab Eymerico vbique fuit omiſſa, ſuppleri debuit. ea vero ita habet:

Formula ſententię, qua domus, in quibus hæretici reperti ſunt, aut conuenticula celebrarunt, dirui iubentur.

CVM fida teſtium relatione, aut facti euidentia, vel propria confeſsione reorum nobis conſtiterit legitime, in tali domo, ſeu turri ipſo domino ſciente & diſſimulante, aut non impediente, hæreticos ſua conuenticula legibus vetita celebraſſe, aut eoſdem eſſe receptos, aut dãnata, & falſa dogmata prædicaſſe: idcirco vt locus ille, qui fuit receptaculum, & latibulum hęreticorum, ſit in ſordium putredinumque receptionem, ob deteſtationẽ tanti criminis perpetuo deputatus, auctoritate, qua fungimur pronuntiamus, præcipimus & iubemus, præfatam domum funditus dirui, & ſolo æquari, ſine ſpe reædificationis in futurũ: pronuntiantes amplius & declarantes, omnes lapides, rudera, & cœmenta inde amota ad fiſcum noſtrum pertinere. *Ita fere Zanchinus tracta. de hæret. c. 41. & Repertorium Inquiſitorum verbo ſententia. §. aliud genus ſententiæ.*

Multis conſtitutionib⁹ ſanctum, vt domus hæreticorum diruantur.

Hæc pœna diruendarum domuum in deteſtationem huius criminis multis Eccleſię ſanctionibus continetur: nam in concilio Toloſano anno Domini MCCXXIX. contra hæreticos celebrato, cap. 5. ita ſcriptum eſt: Illam autem domum, in qua fuerit iuuentus hæreticus diruendam decernimus, & locus ipſe ſiue fundus confiſcetur. *Et paucis poſt annis in concilio Biterrenſi c. 35. idem eſt plenius cautum his verbis:* Domos etiam in quibus inuenti ſunt vel fuerint hæretici viui vel mortui, veſtiti ſeu damnati, ſcientibus & conſentientibus dominis domorum exiſtentibus legitimę ętatis, diruifaciatis, & bona omnium ibidem tunc habitantium confiſcari: niſi ſuam innocentiam & iuſtam ignorantiam probare potuerint manifeſte. *hactenus ibi. Et nõ multo poſt tempore Innocentius III. hoc ipſum ſanciuit reſcripto quodam incipiente:* Ad extirpanda *(cuius archetypus extat in inquiſitione Bononienſi) §. Domus autem. in hæc verba:* Domus autem in qua repertus fuerit aliquis hæreticus vel hæretica ſine vlla ſpe reędificandi, funditus deſtruatur, niſi dominus domus eos ibidẽ pro curauerit reperiri. Et ſi dominus illius, domus alias domus habuerit cõtiguas illi domui, oẽs illę domus ſimiliter deſtruantur. *hæc ibi. Eandem hãc pœnã cõfirmauit, & declarauit idẽ Innocentius paucis poſt annis per Bullam incipientẽ,* Cum in conſtitutionibus. *quam inferuimus in fine huius operis, de quo plenius diſſerui alibi: interim videto Zanchinum tracta. de hæret. c. 39. vbi Cãpegius. & c. 40. Repertorium Inquiſitorum, verbo, domus. & Simãcas de Catho. inſtit. tit. 46 nu. 88. & ſequen.*

Area diruæ domus ſale cõſpergitur.

Illud hic addiderim, ſolere quandoque aream diruę domus ſale conſpergi ob ſterilitatem, cum dirorum prolatione ac imprecatione verborum, vt pulchre docet Bernardinus Miedes vir varia lectione lib. 2. commentariorum de ſale. nu. 43. & alibi in eodem opere, quod tametſi nullo iure (quod ego legerim) cautum ſit, nihilominus laudabiliter iudicio noſtro, poterit in deteſtationem huius criminis vſurpari: quod cum fieri decreuerint Inquiſitores, in ſententia apponẽdum curabunt; videlicet vt & domus diruatur, & ſolum ſale conſpergatur.

In area diruę domus columella erigitur, rẽ geſtã indicans.

Poſtquã autem domus vel turris diruta eſt et ſolo æquata, vt perpetuum extet infamiæ ac iuſtæ punitionis monumentum, in eadem area ſiue ſolo ſolidus lapis vel marmorea columella quatuor aut quinque pedibus alta erigitur, inciſis in ea maiuſculis quibſdam characteribus continentibus nomen domini domus, deſtructioniſque cauſam indicantibus, & tempus ſignificãtibus, ſub quo Romano Pontifice, & ſub quo Imperatore vel Rege imperante res acta eſt. cuius rei noſtris diebus celebre monumentum extat in Hiſpania in illuſtri oppido de Valladolid, vbi anno Domini M D L I X. Auguſtinus Cazzalla tametſi conuerſus & pœnitens velut dogmatiſta traditus fuit curię ſeculari, & domus eius diruta, in cuius nunc area, columella appoſita cernitur rem geſtam, ſicut prædiximus, indicans.

Queſtiones autem varias, quæ dum huiuſmodi domus dirui iubentur incidere poſſunt, explicui copioſe in commentarijs concilij Biterrenſis, cap. 35. quos (ſi Deus conceſſerit) proxime edemus. interim vide Albericum de Roſate tract. de ſtatutis par. 3. quæſtio. 46. & ſeq.

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO. XLIIII.

An Inquisitor possit procedere contra Blasphemos, Sortilegos, Necromanticos, &c.

QVadragesimaquarta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere contra blasphemos, sortilegos, necromanticos, per annum excommunicatos, apostatas, schismaticos, neophytos ad priorem perfidiam reuersos, Iudæos, & infideles ceteros, in terris Christianorum conuersantes, dæmones inuocantes, seu aliàs fidē catholicam peruersis dogmatibus corrumpētes?

Respondemus, q̄ ad hoc responsum est in secunda parte in 41. q. & sequentibus, in qua de his sunt formatę specialiter quęstiones: videātur ibi.

COMMENT. XCIII.

CVm auctor hoc loco non proponat materiam huius quæstionis ex proposito disputandam, cum multis eam explicauerit supra parte 2. quæstione 41. & seq. vt ipsemet testatur, frustra hic repetere rentur, quæ copiosè sunt à nobis illis locis declarata. vide Tabiensem in summa verbo, Inquisitor. §. 28. vbi consentit cum Eymerico.

QVÆSTIO XLV.

Cōtra quos generaliter ex officio suo possit Inquisitor procedere.

QVadragesimaquinta quæstio est: Inquisitor contra quos generaliter ex suo officio potest procedere, & tenetur?

Respondemus, q̄ potest procedere contra de hæresi suspectos, de hæresi diffamatos, hęreticos, credentes, receptatores, defensores, fautores, ac officii impeditores, ac directe, vel indirecte retardatores.

De hæreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus hæreticorum, habetur in c. Excommunicamus itaque. in §. credentes. de hæret. Sed de omnibus his, ac etiam de diffamatis, & suspectis, habetur expressius in c. Vt officium. in princi. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt officium inquisitionis contra hęreticos in Prouincia, in qua vobis idē officium est commissum, auctoritate Apostolica posītis efficacius adimplere, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfata Prouincia simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotij vtilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, necnon contra infamatos de hęresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas, (hominum metu diuino timori postposito) procedatis.

De impeditoribus officij, seu retardatoribus habetur in litteris Clementis, & Vrbani iiij. quę incipiunt: Præ cunctis. in §. ceterū. vbi dicitur sic: Ceterum, si forte) quod non credimus) aliqui cuiuscunq; conditionis huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliqua tenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint, & iuxta officium & posse suum singuli iuuerint studiose, contra eos tamquam hæreticorum fautores & defensores, secundum sanctiones canonicas freti eadem auctoritate intrepide procedatis.

Relat. supra pag. 101.

Relat. supra pag. 129.

COMMENT. XCIIII.

OMnes contra quos procedere potest Inquisitor breuiter cōplexus est hic Eymericus, quē Tabiensis sequitur in summa verbo, Inquisitor. §. 28. Ego vero vt vno verbo rem late patentē comprehendā, dico inquisitorem posse procedere in hac causa cōtra omnes, paucis quibusdam exceptis, qui ab eius iurisdictione iure eximuntur, quales sunt Episcopi, & officiales Papæ, & similes de quibus paulo antea dictum est. quamuis enim Inquisitor non sit iudex ordinarius, sed delegatus specialiter ad causam hæreticæ prauitatis tractādam, nihilominus tamē in Prouincia sibi decreta datus est contra vniuersitatem personarum in ea causa, vt optime Geminianus scribsit in c. ne aliqui. de hæret. lib. 6. ergo contra illos omnes procedere poterit, qui excepti non reperiuntur. hanc tamen latentem potestatem iudicio & prudentia gubernare debet, vt alibi diximus.

Inquisitor procedere potest cōtra omnes qui non reperiuntur excepti.

DE MODO PROCEDENDI.

QVAESTIO XLVI.

An Inquisitores plures in eadē Prouincia delegati procedere possint. vnus sine altero.

QVadragesima sexta quęstio est: Vtrū vnus Inquisitor possit procedere sine alio Inquisitore, quando sunt duo in eadem Prouincia, & sunt communiter auctoritae Apostolica delegati?

Respondemus quòd sic; vt patet in c. Vt officium. in princip. de hęre. li. 6. vbi dicitur sic: Vt officiū inquisitionis contra hæreticos in prouincia, in qua uobis idem officium est cōmissum auctoritate Apostolica posītis efficacius adimplere, discretioni vestrę per Apostolica scripta mandamus, quatenus vbique in præfacta Prouincia simul, vel separatim, aut singulariter, (prout negotij vtilitas suadebit) contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum: necnon contra infamatos de hęresi, vel suspectos, iuxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis.

Relat. supra pag. 107.

COMMENT. XCV.

EX tota hac quæstione vna conclusio præcipue colligitur, videlicet, Inquisitores simul et separatim procedere possunt quotiens contingit duos esse in eadem Prouincia constitutos. c. vt officium. de hęret. lib. 6. quo auctor vtitur hic ad probandam suam sententiam: rationē vero huius assertionis pulchrā, & veram docet Ancharanus in dict. c. vt officium. quoniam habent, inquit, iurisdictionem in solidum, in quo sunt similes ordinarijs.

Simul duo Inquisitores accedere possūt, & quare.

Decuit autem ita constituī in fidei fauorem, vt liberius fidei negotia tractarentur, et per plures hæretici extirparentur, vt tradit Panormitanus in c. fin. de reiud. et copiose Carrerius tract. de hęret. nu. 69. vers. & dicit Panormitanus. nu. 94. vers. Et nota de istis Inquisitoribus. cum Eymerico sentit etiam Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 25.

Reus ab vno tantum puniendus.

Quamuis autem simul, vel separatim procedere valeant, reus tamen hæreseos non punietur ab omnibus, sed ab vno. Angelus in l. si pluribus. in principio, vers. propterea dixit. ff. de legat. 1. Guido de Suzaria in l. si quia postea. ff. de iudi. Carrerius in dict. tract. de hęret. nu. 94. in fine. neq; enim iustū est pro eodem delicto quempiā pluribus pœnis affici, cum ab vno legitimo iudice sufficienter fuerit punitus.

An Inquisitores procedant contra eū cui datus est Inquisitor specialis.

Sed obiter est hic nobis diluenda pulchra difficultas, An Inquisitores Prouinciarum, & diœcesum, qui quodāmodo vt iudices generales videtur vniuersalem habere iurisdictionem, saltem ratione personarum, vt alibi docuimus, possint procedere contra eū, cōtra quem à Papa specialis datus est Inquisitor. & omissis multis, breuiter respōdeo, non posse; quia summus Pontifex causam alicuius delinquentis alicui specialiter committendo, censetur ad se, seu ad specialem iudicem datum aduocare. & ideo videtur potestas procedendi alijs interdicta. Decius cons. 137. in principio. facit textus in c. vt nostrū. de appellatio. & in c. studuisti. de officio. deleg. sequitur Ludouicus Carrerius tract. de hæret. nu. 83. vers. item nō potest procedere. atque hæc sententia vera videtur etiamsi alij Inquisitores procedere incœpissent: quia suspensa censetur eorum iurisdictio per specialem commissionem à Papa factam.

Verum qui constitutus est Inquisitor specialis, vti poterit omnibus actitatis & inuentis ab alijs Inquisitoribus, quos si necesse fuerit, poterit compellere ad exhibēdum sibi omnes processus, scripturas, inquisitiones, testium depositiones, & cetera quę forsitan iam fuerunt cōtra reum per alios Inquisitores inuenta. per textum in c. vt commissi. vers. necnon. de hæret. lib. 6. & dixi supra super q. 39. quāuis modestius sit, vt hoc faciat superioris auctoritate, quando specialiter in litteris suę commissionis non est sibi hæc facultas tributa.

Postremo tamen hoc mihi addendum videtur, q̄ si Inquisitor specialis vel ob malitiam, uel ob alias causas aut non procedat, aut non recte, & diligenter vt decet, procedat aduersus eum contra quem habet potestatem: tunc si periculum aliquod inde probabiliter fidei imminere uideatur, alij Inquisitores si deliter tenerentur rem Romano Pontifici indicare, vt is quid facto opus sit, statuat.

QVÆSTIO XLVII.

An Inquisitor sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore procedere possit.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor per se potest Episcopus sine Inquisitore & contra, citare, arrestare, &c.*
2 *Et tria non potest vnus sine altero: & quæ.*

QVadragesimaseptima quęstio est: Vtrū Inquisitor possit procedere sine Episcopo siue diœcesano ordinario, & Episcopus sine Inquisitore?

Respondemus q̄ sic; nisi in tribus casibus, in quibus vnus sine alio non potest, vt patet in c. Multorum. in pric. de hęret. in clem. vbi dicitur sic:

Relat. supra pag. 111.

1 Multorum querela. & infra: Vt negotium inquisitionis huiusmodi eò prosperetur felicius, quò deinceps eiusdem labis indago solemnius, diligentius & cautius peragetur, ipsum tam per diœcesanos Episcopos quàm per Inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio, vel timore, ac cuiuslibet cōmodi temporalis affectione semotis) decernimus exerceri: sic q̄ quilibet de prędictis, sine alio citare possit & arrestare, siue capere, ac tutę custodiæ mancipare: ponēdo etiam in cōpedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit faciendū: super quo ipsius conscientiā oneramus: Necnon inquirere cōtra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundum Deum & iustitiam viderit expedire.

Quæ possit Episcopus sine Inquisitore & Inquisitor sine Episcopo.

2 Duro tamē tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur: uel tormentis exponere illos: aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diœcesano, aut eius officiali, uel Episcopali Sede uacante capituli super hoc delegato: si sui ad inuicē copiam habere ualeant, intra octo dierum spatium, postquam se inuicem requisierint, nō ualebit: & si secus pręsumptum fuerit, nullum sit & irritum ipso iure.

Et quæ non possit vnus sine altero.

Quòd autē unus sine alio procedere ad sententiam non possit, ante istam Clementinam iā erat cautū in c. Per hoc. de hęret. lib. 6. sed perfectius habetur hic in c. Multorum. allegato.

COMMENT. XCVI.

QVòd Inquisitores & Episcopi possint simul et separatim procedere, etiam cauit Urbanus IIII. rescripto quodā incipiēte: Licet ex omnibus. *§. non obstantibus aliquibus, vers. nec prætextu cōmissionis. quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis.*

Inquisitor sine Episcopo, & vice versa Episcopus sine Inquisitore possit procedere

Verumtamen neque in eo rescripto, neq; in c. per hoc. de hæret. lib. 6. qua ratione id esset intelligendū, declaratum fuit, & cum non modica difficultas in hoc versaretur, cum sæpe contigeret super eadē causa et eodem reo diuersos processus per Inquisitorem & Episcopum fabricari, indeque dubia non parua oriebantur, Benedictus XI. extrauaganti quadam incipiente: Ex eo, *relata ab Eymerico par. 2. qualiter id esset accipiendum, declarauit. de quo agit paulo post Eymericus.*

In hac vero quæstione illa sunt in primis obseruāda, quæ possunt facere Inquisitores sine Episcopis, et vice versa. de quibus Repertorium Inquisitorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

verbo Inquisitor.§ in quibus possit. Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor.nu.9. Carrerius tract. de hæret.nu.77.vers.item prohibentur carcerare. Zanchinus de hæret.c.8. Albertinus tract. de agnos.assertio.q.23.nu.62. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor.§.13.& verbo, capere.§.penult.& alijs quos omitto consulto.

QVAESTIO XLVIII.

An sententiam pro delato diffinitiuã ferre possit Episcopus sine Inquisitore, & contra.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam absolutoriam ferre potest Episcopus sine Inquisitore; & versa vice, Inquisitor sine Episcopo.*
2 *Quid de antiquo iure poterãt Episcopus & Inquisitor.*
3 *Idem cum Eymerico tenent Ioan. And.& Paulus.*

QVadragesimaoctaua quæstio est: Vtrum Inquisitor possit procedere sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore, ad sententiam diffinitiuam, quando est ferenda pro delato & non e contra?

Supra pag. 111. Sententiam pro delato ferre potest Inquisitor sine episcopo, & contra.

1 Respondemus q͡p sic; iuxta c. Multorũ. de hæret. in Clemẽ. & in quæst. supra proxime allegata. Nam exponendo tres casus, in quibus non potest vnus sine alio, vt dictum est, dicit sic: Duro tamẽ tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur, vel tormentis exponere illos, aut ad sententiã procedere contra eos, &c. Ergo sicut vnus sine alio potest tradere carceri, qui non magis ad pœnam, quàm ad custodiã videatur, & fit quotidie: ita procedere potest ad sententiam pro eis: quia à iure † veteri non recedimus, nisi in quantum inuenitur expressum in iure nouo.

† l. Sancim' C. de testa.

2 De iure autem antiquo vnus poterat per totum sine alio: de iure autem nouo sunt expressi tantum tres casus prædicti, in quibus non potest vnus sine alio, de quorum numero non est iste de quo quæritur: igitur remanet ius antiquum, per quod vnus potest sine alio.

3 Istius intentionis est Ioãnes And. in c. supra alleg. Multorũ. in verbo, contra eos. Paulus etiã idẽ dicit super eodem c.& ver. Zenzellinus nihil dicit, nec Guillermus de Monte Laud. in glos. suis.

COMMENT. XCVII.

VNa est conclusio affirmatiua, videlicet: *Episcopus sine Inquisitore, & vice versa, Inquisitor sine Episcopo, quotiens reus est absoluendus, potest sententiam absolutoriam promulgare.*

Hæc conclusio valde est dubia et controuersa inter Doctores vtriusque iuris ob rationes nec vulgares nec infirmas, quę hinc & inde afferri solent. mihi tamen breuitati studenti satis erit more meo summa rerum capita attingere, & communiora atq; certiora præscribere, ne vel lectori defuisse videamur, vel lucem huic quæstioni detraxisse.

Ac primum hoc statuendum est in hac lite dirimenda, non esse priuatas inquisitionum quarumlibet sanctiones inspiciendas, quibus sæpe ex causa id cauetur quod iuri communi & communibus Doctorũ dictis videtur aduersum.

Solũ Inquisitorem, aut solũ Episcopũ posse, absoluere quę asseruerũt.

His positis, hæc Eymerici sententia cõmunis est, quam sequuntur illustres vtriusq; iuris interpretes, Ioannes And. hic ab Eymerico relatus in Clemen. multorum. de hæret. in glossa super verbo, cõtra eos. Paulus de Leazaris, Zabarella, Panormitanus, & alij in dict. clement. multorũ, quos sequuntur Tabiẽsis in sum. verbo, Inquisitor. §.11. in fine. Iason in l.3. ff. de re iudicata. Decius in l. nemo qui condemnare. ff. de regul. iuris. et alij in rubr. ff. de acquirẽ. possess. vbi late solet hęc quæstio à iurisperitis nostris disputari. Camillus Campegius apud Zanchinum cap. 8. vers. diffinitiuam. Bonifacius Vitallinus in dict. clemen. multorum. num. 173. & 174. Carrerius tract. de hæret. nu. 72. vers. in præmissis autem quærendum est. vbi tandem videtur Ioannem And. sequi. Zanchinus de hæret. cap. 15. num. 2. idem videtur velle Archidiaconus in cap. vt officium. de hæret. lib. 6. Franciscus Bursatus consil. 24. incipien. Quidam notarius. *num. 3. vbi hanc dicit esse communiorem opinionem canonistarum. & Eymericus hoc asserit tum hic, tum supra 3. par. in primo modo processum fidei terminandi. num. 144. vers. circa istum. & alij quos esset longum singulatim recensere. quorum vnanimis sententia est, posse Inquisitorẽ sine Episcopo, & vice versa sententiam absolutoriã pronuntiare, cum nihil est aduersus aliquem legitime probatum.*

Oppositam sententiã profitentur Ancharanus in dicta clemen multorũ. & nonnulli iuris ciuilis interpretes. Aretinus & Bartholomæus Socinus in rub. ff. de acquiren. poss. & Marianus Socinus ibidem nu. 66. & multis sequen. quos sequitur Simancas de catho. instit. tit. 3. nu. 9. & in adnotationibus ad Zãchinum c. 1. & alij quidam, sed longe fortassis & numero, & auctoritate superioribus inferiores.

Inquisitorem solum, aut Episcopum solum posse absoluere, rectum est decretione iuris stricta.

Ac plane sententia prior summo iure verior videtur, & multis rationibus confirmatur. Primũ, quia hoc non est nominatim interdictum: rursus, quoniam fauorabilior est absolutionis, quàm condemnationis causa: præterea, ob rationem quam hic valde subtiliter affert Eymericus, quę robore et firmitate ceteris præponderat. videlicet, quia à iure veteri non recedimus, nisi inquantum prohibitum, correctum, seu emẽdatum inuenimus: semper enim censetur in suis terminis permanere, nisi correctum inueniatur. authent. de non alienan. aut permutan. rebus ecclesiast. §. fin. quod enim non mutatur, stare non prohibetur. l. sancimus. C. de testamen. l. præcipimus. de appellatio. & notatur in c. ad nostrã. de regula. manifestum est autem de iure veteri saltem Episcopos per se potuisse totum negotium tractare et definire, neque hodie contrarium est sancitum in absolutione: poterit ergo proculdubio absoluere solus Episcopus aut Inquisitor. postremo si rectè inspiciatur textus in dict. clemen, multorum. de hæret. apertissime vide-

videbitur hanc sententiam probare, inducẽdo illum, sicut hac ipsa quæstione inducit Eymericus. idem videtur posse colligi ex rescripto Vrbani IIII. Præcẽctis. §. si vero. relato ab Eymerico par. 2. sed manifestius ex rescripto Clementis VII. incipiente: Cum sicut. *relato in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. cuius verba sunt:* Contra huiusmodi exemptos, vsque ad sententiam diffinitiuã, ad quam ferẽdam (si fuerit condemnatoria) cum cõsensu ordinarij procedatis. *hęc ibi. nam illa verba, si fuerit condemnatoria: indicare videtur, quòd in absolutoria consensus ordinarij non requiratur.*

Ex his omnibus apparet priorem sententiam veriorem esse, et propterea fortassis non erraret, qui eã in praxi usurparet. ceterum posterior opinio tutior est: non enim quidquid iure permittente fit, id semper tuto fit. quare salubrius & tutius erit etiam in absoluẽdo mutuum consensum vicissim requirere, sicut in condemnando, nequid vnquã incautum in hac causa committatur, cum maturius & sanius sit id consilium, quod plurimorum sententijs roboratur, neque aliter faciendum consulerem.

An solus Episcopus vel solus Inquisitor possit remittentibus in dicere abiurationem.

An autem eodem modo solus Inquisitor vel solus Episcopus possit pœnitentibus aut suspectis abiurationem indicere, grauis est controuersia, & Antonius de Pendalijs responso quodam de hac re edito, cui subscripserunt illustres iurisconsulti, quos refert & sequitur Campegius apud Zanchinum c. 8. vers. diffinitiuam. audacter tenuit abiurationem fieri posse coram solo Inquisitore, & quòd solus Inquisitor potest abiuratum absoluere, & pœnitentiam ei imponere.

Primum, quia tunc sententia ferri dicitur contra aliquos in hoc crimine, cum hæretici pertinaces, aut impœnitentes, aut relapsi declarantur, & ita declarati traduntur seu relinquuntur curię seculari: at cũ iudicitur abiuratio redeuntibus ab hęresi vel suspectis, non videtur sententia ferri contra illos, sed pro illis, cum absoluantur à censuris, & Ecclesiæ reconcilientur. postremo, quoniam redeuntes non dicuntur hæretici, nec in sententia hæretici pronũciãtur. In eandem sententiam adducit pleraq; alia Bernardus Comensis in lucerna verbo abiurario. §.4.

Solus Inquisitor, aut solus Episcop' non imponat abiurationẽ.

Verumtamen quamuis summo iure hæc fortassis sententia defendi possit, vt indicaui supra in hac 3. parte super primo modo processum fidei terminãdi. §. talis enim. at contraria tutior est, et securior, & vsure cepta, quã etiam non obscure insinuasse videtur Innocentius IIII. rescripto quodam incipiente: Tunc potissime. *§. si vero aliqui. relato inter litteras Apost. vbi ita scriptum est:* Si vero aliqui hæretica labe pœnitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ consultis diœcesanis, eisdem beneficiũ absolutionis impendens, iniungas eisdem quod iniungi talibus cõsueuit. *hactenus ibi. Itaque consultius facturos putarem Inquisitores, vt semper in his exigant Episcoporum consensum, vt sine vllo erroris periculo, & abiuratio, & pœnæ impositio statuatur. mea hęc est plane opinio. has sententias quibus redeuntes cõpelluntur ad abiurandum, proprie non posse dici absolutorias, & profectò magis participant de condemnatorijs, ac proinde non debere ferri per solum Episcopum, aut Inquisitorem. Et hãc sententiã videtur tueri Bernardus Comensis in Lucerna Inquisit. verbo, absoluere. nu. 2. vers. Aliqui tamen.*

Neque obstant rationes in contrariũ allatę. Primum enim verissime dicere possumus, non modo ferri sententiam contra aliquos, cum illi curiæ sæculari adiudicantur, verum generaliter contra eos pronũciari dicitur, quotiens non absoluuntur, et penitus liberantur, quod videtur verius. iam in proposita causa: quis dicat eũ omnino absolui, qui per abiurationẽ obligatur ad pœnas relapsis debitas? neminem sane credo id dicturum. Nec obstat secunda ratio: falsum enim est redeuntes ab hæresi non pronuntiari in sententia hæreticos, vt ahũde docuimus supra in hac 3. parte super 8. modo processum fidei terminandi. tradit que Simancas de catho. instit. tit. 60. nu. 5.

Solus Inquisitor, aut solus Episcop' non indicat canonicãpurgationem.

In indicenda canonica purgatione hoc ipsũ existimo obseruandũ, idq; multo etiam magis, cũ canonica purgatio sit res valde periculosa. de quo vide quæ dixi supra super 2. modo processum fidei terminandi.

Sit ergo hoc apud nos exploratũ, non modo in ferendis sententijs, quibus hæretici brachio sæculari relinquuntur, verũ etiam in abiurationibus quibuscũque & purgationibus canonicis indicẽdis, omnino iudicio nostro Episcopũ et Inquisitorem simul interuenire debere, nec vnum solum hæc decerni oportere.

Atq; hęc videtur quoque esse non obscura Eymerici sententia, qui in praxi modorũ finiendi processus fidei, tam in indicendis purgationibus, quàm in iniungendis abiurationibus, semper memimit Episcopi & Inquisitoris, indicans hęc potius sapere naturam sententiarum condemnatoriarum, quàm absolutoriarũ: aliter enim vnus tantum ex sentẽtia huius auctoris suffecisset, vt ipse docet hac ipsa quæstione.

An abiuratio facta coram Episcopo vel Inquisitore tãtum, sit valida.

Quòd si quæras, an censeã abiurationem redeuntium, vel canonicam purgationem infamatorum de hæresi, corã Episcopo tantum, aut Inquisitore tantũ factã, & præstitam inualidã esse & nullam, an vero contra viribus consistere: respondeo primũ iuxta prędicta, corã altero tantũ hæc fieri non debere. hoc enim conati sumus proxime pro virili tueri.

Rursus dico, quòd si vnus tantum ad abiurationem, vel canonicam purgationem quempiam admittat, talis abiuratio vel purgatio valida penitus videtur: primo quia non videtur aliquo iure nominatim cautum contrarium. præterea quia olim ante constitutos Inquisitores Apostolicos coram solo Episcopo hęc peragebantur, & à veteri iure non recedi tur, nisi correctum inueniatur, §. fin in Authent. de non alienan. rebus eccles. optima glos. in Clemen. 1. in verbo, contra eos. de hæret. & quod non mutatur stare non prohibetur l. sancimus C. de testamen. ergo nunc aut coram Episcopo, aut coram Inquisitore, vel eorum subdelegatis plenam ad hoc potestatem habentibus, fieri hæc poterunt: nam Inquisitorum potestas non fuit data priuatiue sed cumulatiue. cap. per hoc. vbi communiter doctores de hæret. lib. 6. postremo quamuis aliquo pacto ex traditis paulo antea hæc vni eorum uiderentur esse prohibita, nihilominus putarem hæc esse de genere illorum prohibitorum, quę si fiant, facta tenent. cap. 1. extra de eo qui duxit in mat. quam pol. per adult. cap. rursus. qui cler. vel uouen. cap. transmisse. de eo qui cognouit consang. vxo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris sue. valebit ergo abiuratio facta, & purgatio canonica præstita à sciente et non contradicente, vel nõ appellante, coram altero tantum ex supradictis.

Ex his cõsequitur nobilis ille effectus, de quo Frãciscus Bursatus consil. 24. incipiẽ. Quidã notarius. *lib. 1. si quis enim vt hereticus, aut vehemẽter suspectus corã altero tantũ ex prædictis abiurauerit, & posiea in hæresim incidisse deprehẽdatur, velut relapsus tradẽdus erit curię sæculari: nec poterit se tueri opponendo nullitatẽ seu inualiditatẽ abiurationis, ob id quia corã altero tãtũ ex prædictis facta fuerit.*

QVAESTIO XLIX.

An Episcopus & Inquisitor possint procedere ad sententiã alter sine altero, quãdo nequeũt vel nolũt in eũdẽ locũ cõuenire.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus et Inquisitor possunt sibi mutuo vices suas cõmittere in his quæ neuter per se potest.*
2 *Debet vnus alterũ requirere quando simul conuenire nolunt.*
3 *Quot diebus vnus alterum expectare debeat.*

QVadragesimanona quæstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere ad sententiã sine Episcopo, & Episcopus sine Inquisitore: quando nõ possunt, vel nolũt personaliter ad eundẽ locum inuicem conuenire?

1 Respondemus quòd si non possunt, aut nolũt personaliter adinuicem conuenire, potest vnus alteri cõmittere vices suas: vel mittere Cõmissariũ, seu Vicarium: vel suum significare per litteras cõsilium & assensum.

2 Quòd si noluerit, vnus requirat aliũ, quatenus infra octo dierũ spatium adueniat, vel substitutũ, vel suum mittat consiliũ & assensum. ita habetur in c. Multorum. de hæret. in Clemen. ibi in clausula allegata supra in proxi. q. dicitur ita:

Supra pag. 111. 3 Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur: vel tormentis exponere illos, aut ad sententiam procedere contra eos, Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor siue Episcopo diœcesano aut eius officiali, uel Episcopali sede uacante capituli super hoc delegato: si sui adinuicem copiam habere ualeant infra octo dierum spatium, postquã se inuicem requisierint, non ualebit: Et si secus præsumptum fuerit, nullum sit, & irritũ ipso iure. Verum si Episcopus, vel eius capituli (sede vacãte) delegatus cũ Inquisitore, aut Inquisitor cũ altero eorũdẽ propter præmissa nequeat, aut nolit personaliter cõuenire, possit Episcopus, uel eius, seu capituli (sede uacãte) delegatus Inquisitori, & Inquisitor Episcopo, uel eius delegato, seu sede uacante, illi, qui ad hoc per capitulum fuerit deputatus super illis cõmittere uices suas, uel suum significare per litteras consilium & consensum.

A

COMMENT. XCVIII.

QVę hoc loco traduntur nulla nostra indigent diligentiori explicatione, apertis enim iuris diffinitionibus nituntur. idẽ docent Tabiensis in summa verbo, Inquisitor, §. 5. Simancas de catho. instit. tit. 34. de Inquisitoribus Apostolicis. nu. 38. adde Zabarellam in Clemen. 1. §. Duro tamen. de hæret. et ibidem Ioannem de Imola.

B

QVAESTIO L.

Quid agendum cum Episcopus & Inquisitor discordant.

QVinquagesima quæstio est: Vtrũ Inquisitor sine diœcesano Episcopo, uel Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiã, quãdo nõ possint adinuicem concordare, uel tunc in casu huiusmodi quid agendum?

Respondemus quòd non, sed tunc negotium bene instructum uterque destinet † domino nostro Papę. Ita habetur in c. Per hoc. de hæret. lib. 6. ubi sic dicitur: Per hoc. & infra: Per utrosque simul sententia proferatur (scilicet per Episcopum & Inquisitorem, de quibus ibi loquitur) & sequitur: In qua ferenda si non conuenerint, per utrosque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur.

† Al. mittat. *Supra pag. 109.*

C

COMMENT. XCIX.

EX hac quæstione hæc colligitur certa & vera conclusio: Cum Episcopus & Inquisitor non cõueniunt in ferenda sententia; tunc non potest vnus sine altero eam pronuntiare. sed causam instructã ad summum Pontificem transmittere debent.

De materia huius quæstionis agit Zanch. tract. de hæret. c. 15. nu. 2. vbi textum ab Eymerico hic citatum ex c. per hoc. de hæret. lib. 6. ita videtur interpretari, vt tunc debeant consulere Papam, cum discordant in condemnando: secus si ageretur de absoluendo pœnitente: quoniam, inquit, si vnus solus processit, qui cognouit, posset absoluere, etiamsi consensum alterius non haberet.

D

Hæc sententia si vera est, amplissimam tribuit Inquisitoribus potestatem. nobis, quibus nihil licet sine efficaci probatione & firma ratione quidquam in rebus grauibus statuere, ita videtur dicendum; vt generaliter siue agant de condemnando, siue de absoluendo in causa discordiæ superiorẽ cõsulere debeãt: quia textus in c. per hoc. nullã indicat talẽ distinctionem qualẽ Zanchinus imaginatus est. quare succedit

E

vulgaris illa & trita iuris regula: Quòd vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus; &, quòd lex generaliter loquens, generaliter debet intelligi. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstandis. l. 3. ff. de officio præsid. cum similibus. & hoc est etiam conueniẽtius ei sententiæ, quã docuimus paulo ante super q. 58. dũ assereremus etiam in absolutione equius et tutius esse, vt vnus sine altero non procedat.

Neque ab his est aliena Eymerici sentẽtia in hac quæstione, qui generaliter etiam loquitur, dicens: Vtrum Inquisitor sine diœcesano Episcopo, vel Episcopus sine Inquisitore possit procedere ad sententiam. *Quibus verbis non distinguit de sententia cõdemnatoria vel absolutoria. atq; hoc ipsum nominatim affirmat Repertorium Inquisit. verbo, Episcopos. §. quãdo Episcopus. pag. 302. ex impressione Venet. ann. MDLXXV. quo loco ita interpretatur textum in dicto c. per hoc. adde notata in c. vlt. de sent. & re iudicata.*

In quocunq; casu Inquisitor & ordinarij discordãt supremus inquisitionis Senatus consulatur.

Iam illud vlterius addo, non modo cum in cõdemnando vel absoluendo Episcopus & Inquisitores discordant, causam esse ad supremum inquisitionis tribunal remittẽdam; verumetiam quotiens in alijs nõ ita arduis & grauibus reperiuntur dissentientes, vt admonet Ioãnes Rojas tract. de hæret. par. 1. nu. 437. de qua facti specie extat in Hispania pulchra doctrina in instructione Madriliana anno MDLXI. c. 66. in hęc verba à nobis latine reddita: In omnibus casibus, in quibus contigerit suffragiorum discrepãtia inter Inquisitores & Ordinarium, vel aliquem ipsorum, in definitione causę, vel in quocũq; alio actu, vel sententia interlocutoria, debet causa ad Senatum supremũ inquisitionis remitti. quòd si Episcopus & Inquisitores concordauerũ, quãuis periti seu consultores dissentiant, etsi numero sint plures, sententia Episcopi & Inquisitorum executioni mandetur. verumtamẽ in causis grauissimis nõ debẽt vota Inquisitorũ, ordinarij, & cõsultorũ executioni mãdari, etiãsi fuerit cõformia, incõsulto Senatu, sicut solitum est, & iussum fieri. *hactenus ibi. Est equidem hæc tutissima methodus, et ob id mihi vbique videtur obseruanda.*

Hoc summe notandum.

Studeant Inquisitor & Episcopus, vt sint concordes.

Hoc postrẽmo adiungam. enitendum omnino esse, vt inter se conueniant Episcopus & Inquisitores: quod facile eueniet si diligenter iuri dent operam, vt intelligãt quid cuiq; casui et negotio secundũ regulas iuris in hac causa conueniat; nam ex iudicũ discordia ingentia solent oriri incommoda, vt tradit Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 19. sed hoc casu præcipuum incommodum vergit in præiudicium reorum, qui non detinerentur tanto tempore in carceribus, si iudices cõsensissent. Ego ita puto, grauissime peccant qui vel ob negligentiam studendi, vel ob alias causas præbẽt occasionem ne in ferendis sententijs inter se conueniant; quare nisi velint ex opere bono detrimentũ reportare, discordiam fugiant, quam euitabunt, si diligentissime studuerint. causa fidei grauis est et iudices postulat diligentissimos.

QVAESTIO LI.

De communicatione processuũ inter Episcopum & Inquisitorẽ.

QVinquagesimaprima quæstio est: Vtrũ Inquisitor & Episcopus teneãtur sibi mutuo communicare processus, quando procedunt diuisim, & non coniunctim?

Respondemus quòd sic, iuxta c. Per hoc. §. verum. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Verũ vt dictũ inquisitionis negotium efficacius, melius, vtiliusque procedat: concedimus, quòd per Episcopos ipsos, & per Inquisitores, de facto eodẽ inquiri valeat cõmuniter vel diuisim: & si diuisim processerint, teneãtur sibi inuicẽ cõmunicare processus, vt per hoc possit melius veritas inueniri.

Supra pag. 109.

COMMENT. C.

VNica est assertio, *Communicationem processuum fieri debere cum diuisim processerint Episcopus, & Inquisitores.*

Ratio huius assertionis in promptu est: nã quãdo procedunt coniunctim, apertũ est iam esse cõmunicationem processuum factam; et propterea tunc fieri debet, quando diuisim proceditur.

Cõmunicatio processuũ quãdo & cur fieri debeat.

Ideo autẽ cõmunicatio faciẽda est, quia res grauis est et ardua, ideoq; paria indicia requirere oportet, vt absq; errore sententia proferatur. Zachinus tract. de hæret. c. 15. nu. 1. copiose Cãpegius apud eundem Zanchinũ c. 8. vbi docet quando hęc processuũ cõmunicatio fieri debeat: quãuis id apertius cautũ sit per extrauagantem incipien. Ex eo. *de hæret. relatam ab Eymerico supra par. 2.*

Cetera huc spectantia tradit Repertorium Inquisito. verbo, communicare. §. sed quomodo. Aegidius Bossius tit. de hæret. nu. 12. Carrerius tract. de hæret. nu. 128. vers. in ferẽda tamẽ sententia. Simãcas de catho. instit. tit. 60. nu. 2. idẽ in enchyridio tit. 64. nu. 1. et Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 10.

QVAESTIO LII.

Quando diuisim procedere dicãtur Episcopus & Inquisitor.

QVinquagesima secunda quæstio est: quomodo intelligitur, q̃ Episcopus & Inquisitor procedũt diuisim, & nõ coniunctim?

Respondemus, q̃ intelliguntur diuisim procedere, non quando Inquisitor tantum, vel quando Episcopus tantum procedit, sed cum Episcopus per se procedit ex vna parte, & Inquisitor per se ex altera; ita q̃ fiunt duo processus de eodẽ facto, vnus per Episcopum, & alius per Inquisitorẽ. Ita habetur in extrauag. domini Benedicti XI. Ex eo. ubi sic dicitur: Nos autẽ de Fratrũ nostrorum consilio, intelligendo diœcesanos & Inquisitores tunc demum diuisim procedere, cum ij & illi separatim, non quando Episcopi tantum uel Inquisitores tantum procedunt.

Supra pag. 125.

COMMENT. CI.

IN cap. per hoc. de hæret. lib. 6. statutum erat, vt super eodem facto Episcopus & Inquisitor possent procedere communiter vel diuisim, vel proferre sententiam: id statutum quomodo sit intelligendum declaratum fuit per extrauag. domini Benedicti incipien. Ex eo. *tit. de hæret. qua vtitur Eymericus in hac quęstione.*

Quamquam vero super eodem facto aduersus vnum & eundem reum, & per Episcopum & per Inquisitorem diuersi processus fieri possint, commodius tamen uidetur, ut in illis ciuitatibus & prouincijs, in quibus Apostolici Inquisitores sunt constitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti(nam in alijs ad solos Episcopos id negotium spectat) per alterum eorum tantum, videlicet per Inquisitorem, qui carceres & ministros ad hoc habet destinatos. vnicus processus fiat. ita tamen vt Episcopus ad Inquisitorem secreto transmittat quidquid nosse poterit et habere contra reum illum inquisitum, sicut fieri oportere diximus paulo antea super quæstione 42. cum ageremus de ordine procedendi contra absentes. Et profecto nisi ita fieret, facile causa omnis & ordo procedendi confunderetur, ac perturbaretur, & propterea vix interdum posset veritas inueniri. immo vero hodie iam vsu receptum esse videtur hoc ipsum quod nunc faciendum admonemus: soli enim Apostolici Inquisitores vnum faciũt processum, vocatis episcopis, aut eorum Vicarijs ad omnia illa iudicij acta, quæ sine ipsis iure expediri non possunt, iuxta decretũ Clemen. 1. §. propter quod. de hæret. Ego ab hac consuetudine nõ nisi ex magna causa, putarem recedendum.

QVAESTIO LIII.

Quãdo faciẽda sit processuũ cõmunicatio, in medio, an in fine.

Vinquagesima tertia quæstio est: Vtrũ inquisitor in medio causæ, vel tantum in fine ista communicatio processuum sit fienda?

Respondemus quòd in fine tantum, quando nihil restat agẽdum, vt patet in prædicta extrauag. domini Benedicti XI. Ex eo. i qua dicitur sic: Ex eo q̃ quædã nouella constitutio super negotio hæreticæ prauitatis à bonæ memoriæ Bonifacio Papa viij. prædecessore nostro edita cõtinet, q̃ in ipso negotio p̃ diœcesanos Episcopos & Inquisitores super eodẽ facto inquiri valeat cõmuniter vel diuisim: & si diuisim p̃cesserint, teneãtur sibi inuicem cõmunicare processus: Nos cõsulere voluistis, quãdo & quotiens sit ista processuũ cõmunicatio facienda: Nos autẽ de Fratrũ nostrorũ consilio, intelligendo diœcesanos & inquisitores tunc demũ diuisim procedere, cum ij & illi separatim, non quando Episcopi tantũ, vel Inquisitores tantum procedunt: Consultationi vestræ breuiter respondemus, q̃ quando vtriq; procedunt sciunctim, sibi debent in fine tãtum, dum nil restat agendũ, nisi quòd solum sententia promulgetur, cõmunicare processus. & infra: Vnum sane casum excipimus, si alter commode non possit procedere, nisi alterius actis visis: Ex hac enim causa semel tantum (vt fraudi locus nõ fiat) in toto negotio copia tribuatur.

Relat. supra pag. 125.

COMMENT. CII.

VNa est conclusio. videlicet, In fine tãtum causę debet fieri processuũ cõmunicatio, quãdo nihil restat agẽdum: nisi alter commode procedere nõ posset, nisi alterius actis visis: tunc enim semel processus copia esset tribuenda ante finem causę.

Hęc assertio nulla nostra indiget declaratione, cũ sit per se apertissima. videto interim Campegiũ apud Zanchinum c. 8. versi. processum. & Repertoriũ Inquisito. verbo: communicare. §. sed quomodo.

Occurrit tamen hoc loco difficultas necessario ad me diluenda, An cum diuisim proceditur, ante torturam fieri debeat processuũ cõmunicatio. et verius est oportere fieri cõmunicationem; quoniã cum sentẽtia interlocutoria super tormentis per vtrumq; simul, Episcopum scilicet & Inquisitorẽ proferri debeat. clemẽ. 1. de hęret. §. propter quod. versi. duro tamen. necessarium est, vt indicia, ex quibus reus torquendus est. ab vtroq; videantur: aliter enim non poterit iudicari, an sint sufficiẽtia ad torturã nec ne. ita Repertorium Inquisitorũ verbo, cõmunicare. §. sed quomodo versi. & similiter. et Campegius apud Zãchinum prędicato loco.

An cum diuisim proceditur, debeat fieri ante torturam processuum cõmunicatio.

Testes 5 hac causa vterq; torquere potest.

Sed hoc intelligendum est, quando reus torquẽdus est: nam si testis esset torquendus, tunc nõ oporteret processus cõmunicare, cũ vterq; per se testes torquere possit in hoc tribunali, iuxta doctrinã traditam ab Eymerico infra i hac 3. parte, q. 73. vbi dixi. interim videto Zanchinum tract. de hæret. c. 14.

QVAESTIO LIIII.

An in negotijs fidei summarie & de plano procedi possit, &c.

Vinquagesima quarta quęstio est: Vtrũ inquisitor possit p̃cedere in negotijs fidei sũmarie, simpliciter, & de plano, & absq; aduocatorũ & iudiciorum strepitu & figura?

Supra pag. 111.

Respondemus quòd sic, iuxta c. Statuta. de hę ret. lib. 6. vbi dicitur sic: Statuta quædam felicis recordationis Innocentij, Alexandri, & Clementis prædecessorum nostrorũ quibusdã declaratis & additis recensentes; concedimus, quòd in inquisitionis hęreticę prauitatis negotio procedi possit simpliciter, & de plano, & absq; aduocatorum ac iudiciorum strepitu & figura.

Idem habetur in priuilegijs antedictis.

COMMENT. CIII.

POssunt Inquisitores procedere simpliciter et de plano, vt statuit Bonifacius VIII. cuius est rescriptum in dicto c. statuta. de hæret. lib. 6. quo vtitur hoc loco Eymericus.

Verum ante Bonifacium multis annis idem sanciuerat Alexander IIII. anno Domini MCCLI. rescripto quodam incipiente: Cupientes, vt inquisitionis negotium. *& Vrbanus IIII. anno Dñi MCCLXI. alio rescripto incipiente:* Licet ex omnibus. *item Innocentius IIII. quę vidimus authentica in archiuo Inquisitionis Bononiensis. & in bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Felicis † Peretti de Montealto, quę ex Assisio afferri iussit, vt alibi scripsi plenius.*

† Nunc est Sixtvs V. Pont. Opt. Max.

Est autem magnum et singulare hoc priuilegium: quoniam iudex, qui potest procedere simpliciter & de plano, non cogitur omnem ordinem iudiciariũ seruare: nã hęc verba inter cetera hoc operantur, vt si quid omissũ sit ex ordine iuris, nõ propterea processus vitietur, vt pulchre tradit glossa in dicto c. statuta. de hęret. lib. 6. verbo, figura. dumodo substãtialia causę et iudicij non omittantur; nam tunc processus etiã in causa hæresis vitiaretur: neque enim possunt, negari

Iudex procedens simpliciter & de plano, quid possit.

negari appellationes ab interlocutoria, nec legitimæ defensiones, & similia, quæ à natura potius quàm à iure concedi omnibus videntur.

Iam huius priuilegij meminerunt Oldradus consil. 115. incipien. in iudicio. Corneus cõsil. 315. lib. 2. & ceteris copiosius Gondissaluus tract. de hæret. q. 12. ex quo accipiet lucem hæc quæstio. cetera huc spectantia tradam sequenti commentario.

QVAESTIO LV.

De intellectu verborũ, procedere sũmarie, simpliciter & de plano.

SVMMARIVM.

1 *Cum summarie proceditur, quę nam omitti possint.*
2 *Probationes ac defensiones legitimæ nõ prętermittendę.*
3 *Neque citatio & iuramentum de veritate dicenda.*

Vinquagesima quinta quæstio est: Quomodo intelligãtur ista verba, scilicet, p̃cedere sũmarie, simpliciter, & de plano, & absq; aduocatorũ & iudiciorũ strepitu & figura?

Relat. supra pag. 120.

Respõdemus, quòd hoc declaratur de verbor. signifi. c. Sæpe. in clemen. vbi dicitur sic: Sæpe cõtingit, q̃ causas committimus, & in earum aliquibus simpliciter & de plano, ac sine strepitu & figura iudicij procedi mãdamus: de quorum significatione verborũ à multis contenditur, & qualiter procedi debeat, dubitatur: Nos autem dubitationem huiusmodi (quãtum nobis est possibile) decidere cupientes, hac in perpetuũ valitura constitutione sancimus, vt iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellũ non exigat, litis contestationem non postulet, tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure procedere valeat: amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorẽ, exceptiones, appellationes dilatorias & frustratorias repellẽdo, partiũ aduocatorum & procuratorum contentiones & iurgia, testiumq; superfluã multitudinem refrænando:

2 Non sic tamen iudex litem abbreuiet, quin probationes necessariæ & defensiones legitimæ admittantur.

3 Citationem vero, ac prestationem iuramenti de calumnia vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi.

COMMENT. CIIII.

DOcuit Eymericus superiori quæstione, priuilegium esse Inquisitoribus tributum, vt in fidei fauorem, quò citius & absq; fraudibus negotia religionis tractentur, possint procedere simpliciter et de plano: nunc iure optimo docet, qua ratione verba hæc intelligi debeãt. et summa disputationis est, ordinẽ et solẽnitates à iure aliàs requisitas nõ esse necessario

Quid sit procedere simpliciter & de plano.

obseruãdas: illę tamẽ omittẽdæ nõ sũt, quę ad substãtiam causæ spectãt, hoc est illæ, sine quibus nec iuste, nec rectè aut commodè negotium tractari posset.

Olim ante tempora Clementis V. cuius est hęc cõstitutio, valde fuit controuersum de significatione harum vocum, nempe, Simpliciter & de plano, sine aduocatorum & iudiciorum strepitu, & figura iudicij. *Et multa sunt ab Hostiensi, et alijs antiquis interpretibus, qui ante Clementẽ V. floruerũt, dicta in c. olim de accusatio. et in dicto c. statuta. vbi glossa verbo, figura. de hæret. lib. 6. quę per hoc rescriptum sunt aut declarata, aut penitus sublata; ideoq; cauendum in hac parte ab illis glossemmatis.*

Nunc vero qua ratione hoc rescriptum in causa hæresis locum sibi vendicet, tradunt nostri (hoc est, illi qui aduersus hæreticos scribunt) multis locis, copiosè Tabiẽsis in summa verbo, inquisitor. §. 38. Carerius tractat. de hæret. num. 103. versi. Et an ordinem. Repertorium inquisit. verbo, ordo iudiciarius. §. sed quo ad telam iudiciariam. Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 27. Ioannes Roias singul. 145. incipi. Ordo iudiciarius. *& omnes quos superiori commentario citaui.*

Quæ solemnitates possint omitti cum summarie procedit.

Itaq; cum summarie procedere possint Inquisitores, multa expedire possunt, quæ iuri cõmuni aduersantur. Primum enim non erit necessaria solemnitas requisita per l. libellorum ff. de accusatio. vnde si agatur in hoc crimine per viam accusationis, non se inscribet accusator ad pœnam talionis, vt copiosè do cui supra in hac 3. parte tit. de primo modo procedẽdi in causa fidei per accusationem.

Rursus, conclusio in causa non erit necessaria, sed quotiens reus se defendere voluerit, audietur, vt tradit glossa i clemẽ. sępe. de verb. signifi. et notat Bart. in extrauaganti, Ad reprimendum. *atq; vt vno verbo dicã, multa alia poterit omittere absq; vitio, quæ in alijs causis sunt de iuris præscripto seruanda.*

Processus in causis fidei quo ad substantialia integer esse debet.

Admonebo tamẽ, processum in causa hæresis, quãtũ ad substantialia attinet, ita oportere bene formatũ esse, ac si pleno iuris ordine procederetur, vt optime obseruauit Tabiẽsis prædicato loco, quẽ sequitur Locatus in opere iudiciali verbo, processus, nu. 7.

Quæ dicãtur substãtialia.

Voco autem substantialia illa, sine quibus iudicium non potest iuste expediri, vt citationem, iuramenti præstationem de veritate dicenda, probationes legitimas, exceptiones vtiles, appellationes necessarias, inducias seu terminos competentes, et alia huiusmodi, sine quibus aut vere delictum probari nõ posset, aut reus non posset se iure defendere, & cetera, quæ reo competunt non tam ciuili iure, quàm naturali ratione: hęc enim omnia & si quæ sunt similia, prohiberi non possunt ab Inquisitoribus virtute huius amplissimi priuilegij.

QVAESTIO LVI.

An Inquisitor familiam armatam possit habere.

Vinquagesimasexta quæstio est: Vtrũ Inquisitor possit procedere cum armatis, ad suum officium exequendum?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Supra pag. 113.

Respõdemus quòd sic, ad tuitionem suę personæ, vel familiæ suæ, & ad capiendum hęreticos, credentes, receptatores, defensores eorum, & fautores. Sed debet cauere ne huiusmodi abutatur, iuxta c. Nolentes. in clemen. §. Porro. vbi dicitur sic: Porro Inquisitoribus ipsis districtius inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet concessione portionis armorum, nec officiales nisi sibi necessarios habeant tales, qui se conferant ad sua cum Inquisitoribus ipsis officia exequenda.

De hoc Ioan. And. in cap. Statutum 1. de hæret. lib. 6.

COMMENT. CV.

Cur institutũ vt Inquisitores familiã armatam habeant.

Hoc singulare priuilegium, & Inquisitores possint habere officiales armatos, quotiens aut ad suam defensionem, aut ad capiendos hęreticos opus esset, iustissimus causis illis ab initio delegatę Inquisitionis fuit tributum. cum enim tanta esset hęreticorum sęuitia, vt sępissime imbelles Inquisitores immaniter trucidarent, vt cum agerem de Beato Petro martyre indicaui supra parte. 2. super q. 13. his periculis omnino oportuit occurrere. itaque mox statutum, vt & armatam possent habere familiam, de qua re hic agit nunc Eymericus, & vt auxilium brachij secularis possent inuocare, de quo disserit auctor quæstione sequenti.

Quoniã vero sępe contingit, vt sub velamine priuilegij abusus sese insinuent, nisi prudenter priuilegium vsurpetur; ideo Clemens V. in concilio Viennẽ si circa annos Domini MCCCX. idem priuilegiũ Inquisitoribus confirmauit: abusum tamen, si quis irrepserat, abstulit.

Idem priuilegium renouauit Ioan. xxij. rescripto quodam incipiente: Exigit ordinis vestri. *quod vidimus in archiuo Inquisitionis Bononiensis, ac curauimus imprimendum in bullario litterarum Apostolicarum in fine huius operis. id edidit Aumione anno Domini MCCCXXI.*

Huius vero priuilegij quòd Inquisitores familiã armatã habere possint, meminit Gondissaluus tract. de hæret. q. 11. nu. 15. et seq. Repertoriũ Inquisit. verbo, arma. § sed vtrũ Inquisitores. Bernardus Comensis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 14. Simancas de catho. instit. tit. 41. nu. 15. Ioãnes Rojas tract. de hæret. parte 2. tit. de priuilegijs Inquisit. nu. 422. versi. item Inquisitores habent familiam armatã, & alij.

Familia in quisitorum arma defert, nulla lege obstante.

Iam hoc priuilegium ita competit Inquisitoribus fauore fidei, & in odium hæreticę prauitatis, vt eorũ officiales portare possint arma et de die & de nocte; idque non obstãte quacunq. lege ciuili, vel municipali in contrariũ edita vel edenda. immo quicunq. legem conderet, qua prohiberentur officiales Inquisitorum arma deferre, velut impeditor sacri officij puniri posset, iuxta doctrinã glosse cõmuniter receptã in c. statutũ. el primero. de hæret. lib. 6. de quo plene Eymericus par. 2. q. 54. vbi dixi.

Quibus competat deferre arma.

Rursus, arma deferre non solum crederem competere illis Inquisitorum officialibus, quos vulgus Crucesignatos *in Italia, in Hispania* Familiares *appellat, qui destinati sunt ex officij sacri instituto vel ad denuntiandos hæreticos vel ad comitandum Inquisitores, vel ad capiendos hæreticos, si et quãdo fuerint ab Inquisitoribus requisiti: sed etiã ceteris ministris, qui quauis alia ratione officio sacro inseruiunt, veluti aduocatis, notarijs, consultoribus, custodibus, & alijs: ibi enim omnes ratione officii inuisi esse solent male credentibus, blasphemis, ac similibus peccatoribus, & ob id ob eandem rationem iustissimum est, vt vel ijdem vel eorum famuli armati incedant, maxime in illis partibus, in quibus vel hæretici abundant, aut saltem de hæresi sunt suspectę.*

Idem dicendũ existimarẽ de illis, qui publice scribunt aduersus hæreticos. hi enim non modo sacri officij ministri sunt: verum, quod amplius est, fidei sunt defensores, qui cũ multos habeant inimicos, iustum videtur, ut hoc priuilegio delationis armorũ utãtur, aut saltem iustissimum esset, vt ad hos etiam benignitate pontificia extenderetur.

Quibus autẽ hominibus concedenda sint arma ab Inquisitoribus, eleganter præscripsit Ioan. xxij. in præcitato rescripto: Exigit ordinis vestri. *quo cauet, ne sceleratis hanc facultatem concedant, sed nec alienigenis est concedenda nisi ex magna causa.*

Idem putarem dicẽdum de neophytis ex Iudaismo vel Paganismo conuersis: tales enim non facile sunt creandi familiares, aut Crucesignati, neq; nunc in tanta veterum Christianorum copia necessario in his indigemus eorum auxilio; quamuis ex causa quãdoque aliud rectè fieri possit.

Tandẽ nec illis est vsus portationis armorũ concedẽdus, qui verisimiliter hoc priuilegio abuti possũt, ne sub fidei prętextu facinora committant.

An Episcopis competat Priuilegium habẽdi familiam armatã.

Postremo in hac quæstione illa occurrit utilissima et scitu digna difficultas breuiter mihi hoc loco diluẽda: An hoc idẽ priuilegiũ habendi familiã armatã Episcopis cõpetat. et Panormitanus in c. significasti. de officio deleg. multis rationibus, debilibus tamẽ et infirmis, probare contendit Episcopis non cõpetere hoc priuilegiũ; sed quidquid ille senserit, vera & cõmunis opinio est, Episcopos etiã hoc priuilegio decorari. ita Bald. in l. nã salutẽ. §. fin. ff. de officio prefecti vigil. copiose & rectè Decius in dicto c. significasti. nu. 17. & seq. de officio deleg. Repertorium Inquisitorum verbo, arma. § sed nunc quæritur. & §. sed supra dictum est. copiose Gondissaluus tract. de hæret. q. 11. nu. 16. et sequen. & alij quos libens omitto: nã quę ratio in Inquisitoribus est, eadem in Episcopis reperitur, ergo idem ius statuere oportet. l. illud. ff. ad legem Aquiliam. cum similibus.

An omnia priuilegia Inquisitorũ competant Episcopis cõpetant.

Num autem cetera etiam priuilegia Inquisitoribus concessa, Episcopis quoque concessa esse intelligantur, grauis est quæstio, nec huius loci, nec nostræ breuitatis. mihi obiter hæc percurrenti hęc sententia placebat: Omnia priuilegia, quę fauore fidei tributa sunt Inquisitoribus delegatis, cõpetere etiam & ordinarijs, nisi expresse illis denegentur, qualis est lectio librorum prohibitorum, quæ conceditur Inquisitoribus & Episcopis denegatur, vt ostẽdi supra parte 2. super c. fraternitatis, de hæret. non enim conferuntur ratione personarum, sed intuitu fidei: fauor autem fidei vbique vnus est.

Verum caute hoc accipere oportet, ne dissensio ex hac opinione consequatur, cum multa sint, quæ solis Inquisitoribus delegatis competere videantur; crederem ergo (ad remouendam nunc omnem dubitationem) absentibus aut mortuis Inquisitoribus, & nullis alijs in eorum locum substitutis, omnia priuilegia Inquisitoribus tributa Episcopis competere.

Idem dicas in illis locis, in quibus nunquam sunt adhuc delegati Inquisitores constituti. in illis enim Episcopi in causis fidei ea præstare poterunt, quæ si adessent Inquisitores ratione suorum priuilegiorum præstitissent: idque fauore fidei, qui est huius assertionis potissima & certissima ratio: atque hinc patebit posse Episcopos sicut Inquisitores citare testes extra suam diœcesim, vt dixi infra super quæst. 74.

QVAESTIO LVII.

An Inquisitor brachii sęcularis auxilium inuocare possit.

Quinquagesimaseptima quæstio est: Vtrum Inquisitor pro capiendis hęreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, diffamatis de hæresi, vel suspectis, possit inuocare auxilium brachij sæcularis?

Supra pag. 107.

Respondemus q̃ sic, iuxta c. Vt officium, §. denique. vbi multis præmissis sic subiungitur: Deniq; vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrũ coercitionis expedita, & inuiolabilis adsit auctoritas, volumus, vt ea omnia viriliter exequami ni (si opus fuerit) inuocato auxilio brachii sæcularis.

Hæc eadem verba habentur per omnia in litteris Apostolicis sæpe allegatis Clementis, & Alexandri, & Vrbani iiij. Præcunctis.

Delegatus [a] enim non potest ex officio suo inuocare auxilium brachij sæculatis, nisi ex speciali commissione, vt fit Inquisitoribus. De hoc arg. super cap. & §. allegatis.

COMMENT. CVI.

Inquisitores compellunt magistratũ, vt auxilium sibi præstet.

Non modo Inquisitores habent familiam armatam, sed quotiens ea non sufficit pro officij sacri executione, auxilium sęcularium magistratuũ possunt inuocare. quod ipsum sanciuit iam olim Vrbanus IIII. rescripto quodam incipiente: Licet ex omnibus. §. *denique. quod vidimus in archiuo Inquisitionis Bononiensis, referturque impressum in bullario litterarum Apostolicarum. tradunt etiã hoc priuilegium Repertorium Inquisitorum verbo, brachium. Zanchinus de hæret. c. 37. nu. 1. Panormitanus in c. 1. de officio ord. Simancas de catho. instit. tit. 23. n. 8. Locatus in opere iudiciali verbo, Inquisitor. nu. 30. Ioan. Rojas sing. 21. incipiẽ. arma. et alij.*

Priuilegium Inquisitorũ vt brachium sęculare inuocent.

Atque hoc etiam priuilegium magnã habet æquitatem: sæpe enim est tanta hæreticorum multitudo, aut potentia, vt vires Inquisitorum, aut Episcoporũ nõ sufficiant; et propterea oportuit brachiũ sęculare inuocare. l. si quis 10. C. de Episcopis & clericis.

Hoc amplius additum est huic priuilegio, vt possint Inquisitores per censuras ecclesiasticas compellere magistratus sæculares, vt sibi auxilium hoc præbeant quotiens fuerint requisiti; vt multis Pontificum rescriptis cautum alibi docuimus, qui si in eo auxilio præstando, aut contumaces aut negligentes fuerint, & excommunicari possunt, & honore priuari, & alijs pœnis pro delicti qualitate coerceri. iuxta c. ad abolendam. §. penult. & c. excommunicamus. §. moneantur. de hæret.

a ¶ Delegatus enim non potest ex officio suo inuocare auxilium brachij sæculari, &c.] *Hanc quæstionẽ late disputat Archidiaconus & Ioannes Fătuccius in c. administratores. 23. quæst. 5. vbi multorum pugnantes refert sententias. de eodem auxilio sęculari præstando vide textum & ibi glos. & doctores in c. 1. & in c. quoniam. extra de offic. iud. ordinarij. & Innocentium & doctores in c. significasti. de offic. deleg.*

Delegatus ratione solius delegationis an inuocet auxilium sæculare.

Et quamuis communis sententia videatur contra Eymericum: nihilominus nihil est nominatim cautũ; & fortassis probabilius est quod hoc loco asserit auctor, videlicet, delegatum, qualis est Inquisitor, non posse ex officio, & ratione solius delegationis auxilium sęculare inuocare: quoniam alias hoc non concederetur sibi tanquam priuilegium, dum vulgo in rescriptis delegatorum dicitur: Inuocato, si opus fuerit, auxilio sæculari: *Frustra enim fieret expressio eius quod inest, & concessio specialis eius, quod suo iure conuenit.*

Itaq; hæc Eymerici sententia magis videri posset alicui ad veritatem accedere propter memoratã rationem, & curię consuetudinem: quam etiam videtur velle Repertorium Inquisitorum verbo, brachiũ. §. sed an delegatus. & hanc Eymerici sententiam tenet Archidiaconus in c. vt officium. §. compescendi. de hæret. lib. 6.

Ceterum Federicus de Senis vir magnæ auctoritatis, consil. suæ quæst. 163. incipien. Super inuocatione & petitione. *ex multis contendit, delegatum etiamsi non habeat expresse in mandatis, quod possit brachium sęculare inuocare: nihilominus tamen posse inuocare; quia cum res aliqua conceditur, omnia etiam illa concessa intelliguntur & permissa. sine quibus ea res expediri non potest. quare vt delegatus recte exercere possit suam iurisdictionem, brachium sęculare debet posse inuocare, quamuis id sibi expresse non concedatur, sane hæc sententia multum fauorabilis est, & mihi placet.*

DE CARCERE Inquisitoris.

QVAESTIO LVIII.

An Inquisitor posit habere carcerem proprium.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor potest habere proprium carcerem ad custodiam reorum.*
2 *Domini temporales in quibus parere tenentur Inquisitoribus.*
3 *Carcer ad pœnam Episcopo & Inquisitori debet esse communis.*

Quinquagesimaoctaua quæstio est: Vtrum Inquisitor possit habere carcerem proprium, pro reis seu delatis ibidem detinendis ad custodiã seu ad pœnam?

1 Respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Relat. supra pag. 115.

1 Respondemus, ꝙ sic ad custodiam, vt patet in c. Vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt inquisitionis, & infra:

Vniuersos sæculi potestates, & dominos temporales, ac ꝙuinciarum, terrarũ, ciuitatũ, aliorũq; locorũ rectores quibuscũq; dignitatibus vel offi cijs, aut nominibus censeantur: requirimus & mo nemus, vt sicut reputari cupiũt et haberi fideles.

Domini tẽporales Inq fitoribus pa rcant.

2 Ita pro defensione fidei diœcesanis Episcopis, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatis, aut in posterũ deputãdis, pareãt & intendant in hęreticorum, credentiũ, fautorũ, receptatorũ, & defensorũ ipsorũ inuestigatione, captione, ac custodia diligenti, cũ ab eis fuerint re quisiti: & vt præfatas personas pestiferas in potestatem seu carcerem Episcoporum, aut Inquisito rum prędictorum, & cetera.

Relat. supra pag. 111.

In c. etiam, Multorum. de hęret. in clemen. in prin. loquendo de Episcopis & Inquisitoribus, di citur ita: Sic ꝙ quilibet de prædictis sine alio citare posit, & arrestare siue capere, ac tutę custodiæ mancipare, ponendo etiã in compedibus vel manicis ferreis, si eis visum fuerit faciendum.

3 Ad pęnã autem nõ: vnde carcer, qui est magis ad pęnã, quàm ad custodiã, est Episcopo & Inquisitori communis, vt vnus non posit sine alio tali tradere carceri quemquã, iuxta c. Multorum. allegatum: vnde post prędicta verba dicitur ita: Duro tamẽ tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnã, quàm ad custodiam videatur, vel tormẽtis exponere illos, aut ad sententiã procedere con tra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diœcesano, aut eius officiali, vel Episcopali sede vacante capituli super hoc delegato, si sui adinuicem copiam habere valeant, infra octo dierum spatium postquam se inuicem re quisierint, non valebit.

COMMENT. CVII.

Dvę assertiones, quas hic ponit Eymericus de carcere proprio & communi, verissimæ sunt, vt paulo post indicabo.

Carcer ad custodiendum, nõ ad punięndũ inuẽtus, secꝰ tñ de iure canonico.

Vt quæ de carcere his quæstionibus traduntur ab Eymerico, apertius intelligantur, obseruandum est, carceres ad continendos homines non ad puniendos inuentos esse. Baldus in l incredibile C. de pœnis. Bos sius tit. de carcere, in princip. Follerius in pract. cri. 1. par. 2. partis. vers. vel carceretur. num. 1. de quo est textus apertissimus in l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis ibi: Solent præsides in carcere continendos damnare, aut vt vinculis contineantur.

At iure canonico ad pœnam potest esse carcer. c. quamuis. de pœnis lib. 6. c. tuæ. de pœnis. tradunt Conradus Brunus lib. 5. de hæret. cap. 12. Locatus in opere iudiciali. Repertorium Inquisito. Bernardus Comensis in lucerna verbo carcer. & ceteri communiter, quibus adde Zanchinum tract. de hæret. c. 10. & Syluestrum in sum. verbo, hæresis. 2. q. 7. nu. 9. & Simancam de catho. instit. tit. 16. nu. 14. & seq.

Et iuxta hanc iuris ciuilis & pontificij differentiam de carcere vel ad custodiam, vel ad pœnam, loquitur hoc loco Eymericus, dum ait, Inquisitorẽ posse habere carcerem proprium, qui ad custodiã spectat; is vero qui ad pœnam est constitutus, Inquisitori cum Episcopo debet esse communis.

Ingsitor cus carcerem ꝓprium habe re posit.

Ratio autem primæ assertionis in promptu est; nã si Episcopus potest habere proprios carceres, plane multo magis id poterit Inquisitor, cum maiorẽ aut saltẽ parẽ cum Episcopo habeat in causa hęresis iurisdictionem: verum hodie non solent carceres separati constitui, sed idem carcer qui est Inquisitoris, in quo vincti ad custodiam continentur, communis etiã est Episcopo, vt indicat Eymericus quæstione sequenti: ꝙ salubrius est, ne frustra fiat carcerũ multiplicatio, cũ vnicus sufficiat, et cũcta æque bene tractẽtur.

Carcerẽ propriũ, qui sit ad pęnã, cui non habeat inquisitor.

Alterius autẽ assertionis ratio est, quoniã condẽnare non potest Inquisitor sine Episcopo, nec vice versa. clemen. 1. §. duro tamẽ. de hęret. & propterea non poterit habere carcerẽ proprium, qui ad pœnã sit fabricatus, qualis est ille, in quem vel in perpetuũ vel ad tempus hęretici redeuntes detruduntur.

Intellectus clemen. 1. de hęret. §. sane.

Carceres ergo qui iuxta dict. cle. 1. de hæret. §. sane. iubẽtur esse cões, vbi et muri dicũtur, quorũ ibidẽ etiam iubentur esse duo custodes, non sunt ad custodiã. sed ad pœnã, vt voluerunt ibi Cardinales in prima oppositione et Ioannes de Imola super glossa, sub delegare. vers. sed aduerte, quos refert & sequitur Bernardus Comensis in lucerna verbo, carcer. §. 2.

Mihi vero paulo attentius seriem eius §. contemplanti, verisimilius videtur de carcere ad custodiam eo loco haberi sermonẽ, non autem de carcere ad pœnam constituto. Primum, quia Papa videtur ibi statuere, non esse amplius necessarium separatos habere carceres in hęc verba: Nos volentes super hoc prouidere; statuimus, vt quilibet talis carcer, vel murus, quẽ de cetero Epo, & Inquisitori ꝓdictis volumus fore cõem, duos custodes habeat, &c. *Rursus, hęc ratio mihi magnopere persuadet, non loqui ibi Papã de carcere ad pœnã: quoniã in eo nõ adhibetur tanta diligentia in custodiendis & occludendis reis, ne quis cum eis loquatur, quia iam tunc iudicati sunt, & vt alibi docuimus, ad adeundos damnatos ad carcerem perpetuũ aditus patet alijs: secus autem in his qui carceribus ad custodiam detinentur, qui propterea tam diligenter custodiri iubẽtur, ne quis eos instruat de celanda veritate, aut de dicenda falsitate, aut de iusto iudicio declinãdo. & hęc mihi sententia verissima videtur, quã fortassis etiam indicat non obscure Eymericus quæst. seq. nu. 1. & 2.*

Solus inquisitor non dũ nat ad carcerẽ qui sit ad torturam.

Pręterea hæc sententia, quòd videlicet Inquisitor non possit habere proprium carcerem, qui sit ad pœnã in quẽ sua sola auctoritate conijcere aliquẽ & dãnare possit, non modo procedit quotiens per sententiam aliqui damnandi sunt ad carceres, vt prædiximus: verũ etiam cum ad torquendos & affligendos reos huius criminis, in deteriores & obscuriores carceres detruduntur, vt acerbitate mansionis crimen detegant: nã cũ Inquisitor sine Episcopo, & vice versa Episcopus sine Inquisitore non possit tormentis exponere delinquentes, vt in dict. clemen. 1. de hęret. §. propter quod. vers. vel tormentis exponere illos. eodẽ modo non poterit conijcere reos in duriorẽ carcerẽ, qui magis ad pœnam quàm ad custodiã videatur; & hæc quoq; videri potest vera expositio, & sententia textus in dict. clem. 1. de hæret. §. propter quod. ibi. Duro tamen tradere carceri siue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad custodiam videatur.

Est

Est autem quandoque necessarium hæc fieri ob malitiam, et pertinaciam reorum, à quibus vix veritas extrahi potest, quos necesse est sæpe ĩ duros carceres detrudere, vt docuit Eymericus cum impœnitentibus faciendum. 3. par. in 10. modo processum fidei terminandi, nu. 201.

Reus quãdo posit in duriorem carcerem trudi p solum inquisitorem.

Et quamquã hæc ita se habeant, vt prædiximus, nihilominus tamen cum reus securus non est in loco mitiori, tunc ad arctiorem per solum Inquisitorem potest transferri: quia tunc ad custodiam fieret. non ad pœnã ita Paulus de Leazaris, Zabarella, Imola & alij in dict. clemen. multorum. de hęret. quare si verbi gratia fuga, colloquiũ, aut perucrsio aliorum, aut aliud quid huiusmodi, quod in detrimentum veritatis vergeret, immineret: tunc solus Inquisitor, nõ requisito Episcopo reos posset durioribus locis & obscurioribus conclauibus occludere: & hæc sententia vera mihi videtur, & obseruanda.

Reis male sanis locis, tra ditis, & ob id mortuis, Inquisitores fũt irregulares.

Veruntamen dum hęc fiunt, quę in præcedentibus tradidimus de tradendis reis durioribus carceribus siue ad custodiam siue ad pœnam, illud cauendum est, ne tanta sit carcerum asperitas, vt delinquẽtes horrore, & malitia loci moriantur: quoniam tũc iudices fidei, qui hęc decreuerunt subire reos, irregulares fierent. Laudunus & Zabarella in clemen. vnica de homicidio. Abbas in c. à nobis. de apostatis. & in c. qualiter & quando. de accusatio. traditq; Locatus in opere iudiciali verbo, carcer. nu. 6.

Et de hac re singulare decretum extat in concilio Biterrensi c. 23. in hæc verba: Curetis tamen, vt talibus immurandis fiant iuxta sedis Apostolicę ordinationem separatę & occultę camarulæ, sicut fieri poterit in singulis ciuitatibus diœcesum corruptarum, vt alterutrũ, vel se, vel alios peruertere nequeant, & eos enormis rigor carcerum non extinguat. *hæc ibi. quod tametsi de damnatis in carcerem ad pœnam loquatur, locum etiam habet in detrusis: aut detrudendis in carcerem ad custodiam ob eandem rationem. cetera huc spectantia tradam copiose sequenti commentario.*

QVAESTIO LIX.

An Episcopus & Inquisitor possint habere communem carcerẽ, & de custodibus carceris.

SVMMARIVM.

1 *Proprios carceres possunt sibi communes facere Episcopus & Inquisitor:*
2 *Alicubi carceres sunt apud Inquisitorem.*
3 *Alibi Episcopi ipsi carceres habent.*
4 *Quid de custodibus carcerum canones statuãt.*

Vinquagesima nona quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor possint carcerem habere communem pro reis seu delatis ibidem detinendis ad custodiam seu ad pęnã: & tunc de custodibus qualiter fuerit prouidẽdũ?

1 Respondemus, quòd quilibet tam Episcopus quàm Inquisitor potest habere carcerem proprium, vt patet in alleg. c. Multorum. & ponere ibi delatos ad custodiam in manicis ferreis, & in compedibus, vt dictum est supra quæstione proxima. Et quilibet suum carcerem potest facere communem ambobus.

2 In aliquibus enim partibus, vt in Tolosa, & Carcassona, Inquisitores habent in suis domibus carceres, quos vocant muros, quia domunculæ illæ adhærent muris loci, qui sunt Episcopo & Inquisitori communes, & de his habetur in cap. Multorum. alleg. de hæret. in clemen. §. sane. vbi dicitur sic: Sane quia circa custodiam carcerum hæreticalium, qui muri in quibusdam partibus vulgariter nuncupantur, multas fraudes dudum intelleximus perpetratas: Nos volentes super hoc prouidere, statuimus, vt quilibet talis carcer vel murus, quem de cetero Episcopo & Inquisitori prædictis volumus fore cõmunẽ, & cetera. Supra pag. 111.

3 In quibusdam autem alijs partibus, Episcopi habent ipsos carceres, in quibus possunt detineri hęretici siue suspecti, nõ solum ad custodiã, sed etiam ad pœnam, & mox vt detinentur ad pœnã, fiunt carceres communes, quia absque Inquisitoris consensu hoc fieri non potest, vt est dictum. Et de his habetur in c. Multorum. alleg. §. & quia, vbi dicitur sic: Et quia sæpe contingit Episcopos proprios habere carceres sibi & dictis Inquisitoribus non communes, & cetera.

4 Qualiter autem est de custodibus prouidendum, statutum est in c. alleg. Multorum. per hunc modum, quòd (loquendo de carceribus siue muris prædictis) sint duo custodes principales, discreti, & industrij, & fideles: & quòd vni prouideat Episcopus, & alteri Inquisitor, & horum quilibet habeat substitutum, & quòd sint ibi duæ claues: Qui custodes iurabunt coram Episcopo & Inquisitore, quòd suum officium fideliter exequẽtur, & non permittent, ꝙ aliquis loquatur dictis captis in secreto, & ꝙ ministrabunt eisdem prout per Episcopum, & Inquisitorem fuerit ordinatum.

Loquendo vero de carceribus Episcopi, ꝙ custodes positi per Episcopum, iurabunt coram Inquisitore, ꝙ suum officium exequentur.

Quia vero ordinatio ista de custodibus muro rum & carcerum prædictorum longa est, & verbalis, & non realis, quia non est prouisum (vnde Inquisitor prouidebit sibi & custodibus antedictis) non curaui totam inserere in præsenti; nam non seruatur: nec potest propter penuriam stipendiorum Inquisitorum commode obseruari.

COMMENT. CVIII.

Quæstionis summa.

IN hac quæstione rursus Eymericus de carcere agit, addens id quod omiserat superiori quæstione, videlicet, Inquisitorem & Episcopum habere posse carcerem communem non modo ad pœnam, verum etiam ad custodiam.

Sunt autem huius quęstionis tres potissimũ partes: Vna est de carcere ad custodiam, altera de carcere ad pœnam, tertia de custodibus carcerum. de quibus singulis nimis breuiter agit auctor: sed nos ne quid parũ explicatũ reliquisse videamur, de singulis plenius disseremus, ea summatim præscribentes, quæ ad vsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad vsum nostrorum temporum sunt accommodata; nam reliqua libenter omittimus.

Primum ergo de carcere ad custodiam constituto agendum est, de quo duo potissimum capita explicabimus. Primum erit de his quæ præcedere debent priusquam quis in carcerem custodiendus cõijciatur. Alterum vero, quis ordo in carceratis custodiendis & collocandis debeat obseruari.

In capiendis reis quis ordo seruãdus.

Quantum ad primum caput attinet, vbi de delicto constiterit, & visum fuerit reum capiendum esse, ad realem captură poterit deuenire Inquisitor, illis obseruatis, quæ breuiter docuimus supra in hac 3 parte nu. 73. quibus adiungo sequentia diligenter in hac causa consideranda.

Personæ insignes qualiter capiendæ in hoc crimine.

Si persona delata insignis alicuius fuerit auctoritatis, videlicet, religiosa, nobilis, aut litteris conspicua, quæque incorruptæ vitæ fama publica illustretur, non prius ad eam capiendam accedere vellem Inquisitores, quàm superiores consuluerint, & decreuerint, an is in carcerem sit mittendus nec ne.

Quoniam vero id superiores deliberare nequeunt nisi re cognita; ideo priusquã Inquisitores ad eos summarium mittent indiciorum, & delictorum informationẽ: eò vero amplius hoc facere debent, cũ non omnes periti de captura cum Inquisitore consenserint.

Hæc aut his similia præscripta videntur Inquisitoribus Hispaniæ per Madrilianam institutionem anni M D L X I. cap. 5. in hæc verba à nobis latine facta: Si Inquisitores de captura consenserint, iubeant eam fieri sicut decreuerũt, quòd si negotium fuerit magni momenti propter personas insignes, vel ob alias causas, priusquã suũ decretũ executioni mandẽt, senatum consulant: vbi uero suffragia non fuerint conformia, res ad Senatum remittatur, vt is prouideat quod fieri conueniat. *hęc ibi.*

Quæ propterea mihi vbique videntur obseruada, quia valde sunt rationi consentanea, & multũ conferunt ad conseruandũ honorem delatorũ, quod in hac causa omnino fieri debere alibi dixi copiosius.

Personæ insignes incon sulto senatu quando capi possint.

Verum hęc tam diligens & exquisita obseruatio tunc cessabit, cum vel delati fuga timetur, vel cum hæreticus est manifestus, tunc enim superioris expectare responsum imprudens esset & periculosum, & quamuis hæc vera sint, nec vlla probatione indigeãt, videndi tamen erunt qui hæc latius persequuntur. Repertorium Inquisitorum verbo, carcer. §. viso de carcere. & §. seq & Locatus verbo, carcer. Simancas de catho. instit. tit. 16. Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assertio. 1. Zanchinus tract. de hæret. cap. 10. nu. 1. & alij.

Mandatum de capiendo reo dandum & qualiter.

Iam vbi captura fuerit decreta, mandatum de capiendo reo exhibendum est ei ministro, qui ex consuetudine sancti officij reos capere solet, idque mandatũ subscribendum est ab Inquisitoribus. quòd si plures personæ fuerint eodem die, aut tempore capiendæ, de singulis singula mandata dabuntur: quę deinde singulorum processibus inserẽtur, vt de actibus huiusmodi, quę magni sunt ponderis, aperte constare possit.

Nõ sunt omnibus reis pares carceres assignandi.

His ita constitutis, quæ priusquam ad capturã deueniant, obseruãda videntur, nunc alterum primæ huius partis caput est explicandum, videlicet, Quis intra carceres ordo obseruari debeat; in quo id est primum animaduertendum, ne inquisitor omnibus re-

A *pares carceres assignet: nam pro delictorum & personarum qualitate nunc duriora conclauia & obscuriora, nunc vero lętiora & amœniora assignabit: nam qui leuius deliquit, mitius tractari & leuius custodiri debet. l. diuus. ff. de officio præsi. l. 1. ff. de cust. reo. tradit Simancas de catho. instit. tit. 16. num. 5.*

Quando autem domus propria, vel ciuitas tota, aut certus aliquis locus pro carcere assignari possit, in superioribus docuimus.

Mares & fœminę nõ carcerantur simul.

Rursus id obseruandum est, ne in eodem conclaui
B *mares & fœminę concludantur. l. quoniam. C. de custo. reorum. ibi:* Sexu tamen dispares diuersa claustrorum habere tutamina iubeantur. *Tradit Thomas Grammaticus decisione 33. incipien.* Magnifica Lucretia, *nu. 12. Sylvester in summa, verbo, hęresis. 2. q. 7. versi. tertiũ. Simancas de catho. instit. tit. 16. nu. 6. quod obtinet tam in carcere ad custodiam, quàm in carcere ad pœnam constituto, cum sexuum commistio sit periculosa.*

Hoc tamẽ fallit, præsertim in carcere ad pœnã dato, in marito et vxore, vbi vel ambo vel vnus tantum fuerint condemnati: nam & simul concludi possunt, vel vnius ad alterum accessus patere debet, vt cauit olim concilium Biterrense cap. 25. in hęc verba: Sit autem liber accessus vxori ad virum immuratum, & è conuerso, ne cohabitatio denegetur eisdem:
C siue ambo immurati fuerint, siue alter. *hæc ibi.*

Multi simul in eodem conclaui nõ ponãtur, & quare.

Item id præcauere oportet, ne simul duo, vel plures in eodem cubiculo concludantur, nisi ex causa aliter faciendum statuerit Inquisitor: nam vinctis præsertim scelerati & facinorosi, maiori ex parte secum ineunt consilia de celanda veritate, de fugiendo, de euadendis interrogationibus, & similibus, quę multum solent quandoq; negotium Inquisitoribus, aut quibusuis iudicibus facessere: quod eò magis contingere solet, quia communis calamitas breuissimo temporis spatio solet magnam amicitiam inter reos conciliare: vnde non difficulter secum deliberant de instanti miseria auertenda & euitanda.

Inquisitores carceres visitent, & quotiens, & quãdiu.

D *Ad hęc, Inquisitores bis singulis mensibus tenentur visitare vinctos, et ab eis quærere an illis necessaria ministrẽtur, et an bene vel secus habeãt. ita Simancas de cath. instit. ti. 16. nu. 13. quod & recte probat.*

Verũ si occasio, aut necessitas postulauerit, et ter, & quater id facere non erit indecorum; immo quandoque est necessarium, vt cum reus impatienter fert carceris calamitatem, & infamiam: tũc enim sępius non modo per se ipse Inquisitor, verũ & per alios eũ curabit consolandum, dicens quòd si confiteatur libere, cuncta fore & cito & humaniter expediendа: quãuis enim quandoque reis terribilis esse soleat vultus iudicis, aliàs tamen non mediocriter humana & mã
E *sueta eiusdem iudicis allocutio reos solet consolari.*

Inquisitores cum reis loquantur si d negotio ipsorum.

Hęc amplius Inquisitores obseruare oportet, ne cum reis loquantur, vel cum examinantur, vel cũ visitantur, nisi de his quæ ad eorũ negotium spectãt; nec solus Inquisitor, vel dum visitat, vel dum aliter eos auscultat, esse debet; sed vel cum collega, vel saltem cum notario, vel alio fideli sacri officij ministro: quod tunc maxime obseruare debet, cũ agendũ est cũ scelera-tis quibusdã, & iniquis reis, qui vndique calũnian di arripiunt occasionem, quod etiam cautum est Madrilianą institutione anni MDLXI. cap. 17.

In pri-

Rei non facile trãsferrẽdi de vno cubiculo ad aliud.

In primis vero id quoque custodiendum est, secũ
A *dum prouidum multorum peritorum Inquisitorum consiliũ, ne rei ex vno cubiculo ad aliud transferantur, & cũ alijs associẽtur: sed vincti, qui semel simul in vno conclaui clausi fuerint, vbi transferẽdi fuerint, simul etiam transferri conuenit: sic enim vitantur communicationes eorum, quæ intra carceres geruntur; nam experientia compertum est, reos ex vna societate ad aliam translatos, referre solere quæ ibi gesta sunt: atque hoc tunc maxime obseruandum est, quãdo post translatos aliquos de vno conclaui, et vna societate in aliam, contingunt confessionum reuocationes: quare hoc velut præcipuum & maximum existimo præcauendum. cetera huc spectãtia ab vsu*
B *magis quã ab arte et præceptis nostris petẽda sunt, vbi tamẽ cũ sint quædã, quæ nõ oporteat vel euulgare, vel docere, & sint Inquisitoribus satis per se nota.*

An carcerati admitti debeãt causa prędente ad audiendam Missam, & alias orationes,

Debis autem qui in carceres ob hęresim conijciũtur ad custodiam, donec causa eorum definiatur, quæsitum est, an admitti debeant ad audiẽdam Missam. & ad alias orationes, quæ intra carceres dicun:. r. Et Martinus Nauarrus in Manuali de oratione & horis canonicis c. 22. vbi hanc difficultatem ad vtrã quæ partem disputat, duo potissimũ concludit, primũ est, præfatos hęreseos accusatos, vel inquisitos, non esse iure communi à Missa, nec ab alijs orationibus & sacramentis excludendos, plusquam alios accusatos & inquisitos, ob alia crimina excommunicationem annexam habentia. Alterum & postremũ est, existimare se è re christiana fore, si prouideretur, vt qui causa fidei violatæ conijciuntur in carceres, donec damnarentur, perinde ad sacramentorum & diuinorum participium admitterentur, ac alij ob crimina in bulla cœnæ Domini prohibita capti. Atque
C *hæc est viri docti & pij sententia, quam multis rationibus probare nititur, quamuis libenter sanctissimi domini Papę & prudentiorum sententiæ se supponat.*

Carcerati in sancto offitio iuste repelluntur ab audiẽda Missa & alijs orationibus, quæ intra carceres dicuntur.

Ceterum omisso nunc eo capite, an de iure communi admitti debeant nec ne, breuiter dicimus, huiusmodi reos in carcerem coniectos, lite seu causa pendente, rectè & prudenter per fidei iudices repelli ab audienda Missa & orationibus, quæ intra carceres Inquisitorum dicuntur.

Simoniacus à dicenda Missa exclusitur.

Primum, quoniam ita hoc obseruat sacri tribunalis recepta consuetudo, quæ vt mox patefiet, ratione non caret.

Rursus res quodammodo horrenda fieri videretur, si illi ad hæc diuina mysteria admitterentur, qui pro sceleribus vel aduersus eadem, vel aduersus similia commissis capti detinentur.

Pręterea, quoniam minora crimina, qualis est simonia, ab his mysterijs peragendis pendente lite excludit, c. accusatum, de simonia. & c. accusatum 2. q. 4. quod ex beati Gregorij Regesto desumptum esse videtur, lib. 5. epistola 3. vbi rescribens Maximo
D *præsumptori Ecclesiæ Salonitanę, quem per Simoniam ordinatum intellexerat, dicit ita:* Peruenit itaque ad nos, quòd per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum quãmaxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne missarum solemnia celebrare
A debuisses: donec quid esset, verius potuissemus ad discere. *hactenus Gregorius.*

Ad hęc, excommunicatos vitare iubemur, vt est notissimum, c. nuper extra de sent. excom. c. ad mensam. xj. q. 3. cum multis similibus, at magna præsumptio est, eos qui pro hęresibus capiuntur excommunicatos esse, ergo tametsi inspecto communi iure ante sententiam vitare non teneremur, tutius tamen est, vt euitemus, cum plura argumenta suadeant eos tũc tales esse.

Item quia si vincti huiusmodi ad hęc audienda producerentur, (præterquam quòd difficulter possent custodiri, præsertim vbi magna esset eorum multitudo) facile contingeret, vt saltem nutibus & signis complices, socij, & participes criminis sibi mutuo indicarent, qualiter esset iustum iudicium subterfugiendum, aut cęlanda veritas.

Postremo hęc Inquisitorum & sacri tribunalis
B *consuetudo & receptus vsus, per quem isti ab audiẽda Missa repelluntur, prudentissima quidem & equissima ratione nititur, quia cum in sancto officio non soleant comprehendi rei, nisi legitimis indicijs & sufficientibus argumentis præcedentibus, videlicet receptis teslibus & propositionibus qualificatis, & cum multa diligentia discussis, vt Abulensis quadam institutione anni MCCCCXCVIII. cap. 3.*
C *& alia Madriliana anni MDLXI. c. 1. 4. et 5. plene sancitũ est, & tradit Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assert. 1. nu. 12. & multis seq. et Simancas de catho. instit. tit. 16. nu. 1. et 2. inde consequitur apertissime, vt rei ita comprehensi et in carceres coniecti, pendente iudicio, ab audienda Missa iuste arceantur: cum vtiq; per præcedẽtes probationes & ante habitas depositiones & informationes quasi notum & exploratum sit fidei iudicibus, reos illos comprehensos tales esse, quales denuntiati sunt.*

In sancto officio nõ solent comprehendi rei nisi præcedat sufficiens informatio.

Et ex his non difficulter potest responderi ad omnia argumenta, quæ pro contraria parte afferri possent: si quis enim pro alijs criminibus captus ad hęc
D *audienda admittatur, non refert, quia minora sunt, nec solet per alios iudices ante capturam fieri tam diligens criminis inuestigatio.*

Nec obstat si dicatur, quòd per extrauagantem Martini V. solum tenemur euitare excommunicatos denuntiatos, & manifestos percussores clericorum: nam tutius est, vt quos scimus aut præsumimus tales esse, euitemus. & hęc responsio nunc sufficiat, tametsi posset alijs modis responderi.

Item non est facile admittendum; quod pro aduersa sententia adducitur, videlicet, quia si rei carcerati admitterentur ad supradicta, facilius confiterentur; quoniam non sunt adhuc id Inquisitores experti: immo vero si non admittantur, videtur magis con-
E *ferre ad expediẽdas reorum causas, quia hac ratione qui catholici & vere fideles sunt, facilius confitebuntur, & citius petent expediri, ne tanto tempore tantis bonis & suffragijs priuentur.*

Immo vero frequenter Inquisitores hinc sumere possunt probabile signum & argumentum, aut culpę aut innocentię ipsorum reorum: sunt enim quidam carcerati, qui tametsi multo tempore in vinculis contineantur, nihil curant; nec dolent, quòd huiusmodi beneficijs careant ac priuẽtur, quod eorum

culpę

Universidad de Deusto Biblioteca

culpæ indicium eſſe poteſt: alij contra ſe his priuari contriſtantur, quod innocentię eſt argumentũ, niſi ficta fieri videatur, & ad citius expediendam eorum cauſam multum conducere debet, ne tantorum bonorum fructu diu priuẽtur, vt paulo antea dictum eſt.

Poſtremo non obſtat ſi dicatur, pleroſque ex his qui comprehenduntur, abſolui; quoniam conſiderato numero eorum qui condemnantur, qui abſoluuntur pauci quidem ſunt, & lex, quæ plerumque accidere ſolent, conſiderat. l. nam ad ea. ff. de legibus. illi autẽ qui recipiuntur ad Eccleſię gremium hæreſi abiurata, non dicuntur proprie abſolui, & ſi hæreſim abiurent, iam conſtat fuiſſe hæreticos. quòd ſi mitiori pœna plectantur, id fit, vel quia iudices benigne ſe cum illis habuerunt, vel quia non conſtitit de errore intellectus, quamuis ad id præſumendum ſufficientia extarent indicia. iuſte ergo pẽdẽte iudicio, à Miſſa & alijs orationibus audiendis repelluntur. hęc tamẽ omnia libentiſſime ſapientiorum cenſurę ſubijcio.

Num. 3.

a ¶ In quibuſdam autem alijs partibus Epiſcopi habent ipſos carceres, & c.] *Hæc eſt ſecunda huius quæſtionis pars de carcere ad pœnam deſtinato, quẽ perpetuum vocare ſolemus; de quo ſatis multa diximus ſupra in hac 3. parte ſuper. 10. modo proceſſum fidei terminandi hoc vero loco ea ſolum adiungemus quæ ibi conſulto omiſimus, quæque nunc frequentius ſolent obſeruari.*

Carcer perpetuus inſtituendus, & quare.

Ac primum, quamuis noſtris ſæculis non ſoleat carcer perpetuus in eam formam conſtitui, qua olim ſolitus erat fabricari, opportuum tamen eſt, & omnino procurandum, vt certa aliqua domus velut carcer perpetuus deſtinetur, in qua habitent illi, qui iure sũt immurandi. neque enim ſi aliter fiat, ſatis poteſt intelligi, quomodo pænitentes adimpleant penitentias ſibi iniunctas. in his omnibus qualis ordo debeat obſeruari ſaluberrime cautum inuenio per Madrilianam inſtructionem anno M D L X I. capitul. 79. & 80. in hæc verba à nobis latine facta: Damnati ad perpetuum carcerem cuſtodi carceris perpetui conſignabuntur. iniungendo eidem vt cuſtodiat eos: & curet vt adimpleant impoſitas pænitentias, atque vt certiores reddat Inquiſitores de illorum negligentia, ſi qua fuerit. item curet, vt ſubueniatur eis in ſuis neceſsitatibus, procurãdo vt afferatur illis materia iuxta officiũ, ſeu artificiũ cuiuslibet, vt inde aliquid lucrãtes alantur, & præſentem miſeriam & paupertatem ferant.

Quis ordo in eo ſeruandus.

Cap. 79.

Cap. 80. Inquiſitores autem aliquotiens in anno perpetuum carcerem viſitabunt, vt videant qualiter viuant, quomodo tractentur, & quàm vitam degãt, & quoniam in nonnullis inquiſitionibus non eſt carcer perpetuus, cum ſit res valde neceſſaria, debent emi domus vt carcer talis fiat: quoniam deficiente carcere nõ poteſt intelligi quomodo adimpleant reconciliati ſuas pænitentias, nec poſſunt cuſtodiri qui fuerint cuſtodiendi. *hactenus ibi. Sunt quidem hæc diligenter in hac cauſa pręſcripta, & ideo iudicio meo vbique obſeruanda.*

Quis obſeruabit, an pænitentes adimpleant pænitentias.

Quod vero hac inſtructione cauetur de obſeruando, nunquid pęnitentes adimpleant iniunctas pęnitentias, cuius rei curam tradit carceris cuſtodi, olim in concilio Narbonenſi cap. 8. diligentiſſime quoque fuit pręſcriptum, ſed paulo aliter in hæc verba: Obſeruationis etiam pęnitentiarum curam proprijs eorum ſacerdotibus cõmittatis, ita vt ipſi ſacerdotes penes ſe habentes pęnitentias ſingulorum parochianorum ſuorum, & circa earum obſeruationes ſolicite vigilãte cõtẽptores ſi qui fuerint, vobis, ſeu quibus ſtatueritis †, denuntient ſine mora, proceſſuris in eos iuxta formam inferius deſignatam *hęc ibi.*

† al. commiſeritis.

Mihi hoc conſilium de committenda cura obſeruationis pænitentiarum proprijs ſacerdotibus, eo nomine nunc magnopere probatur; quoniam in ciuitatibus vbi non eſt carcer perpetuus, aut non ſolet eſſe tanta pænitentium multitudo, vt carcer talis fieri debeat: ſed vnus aut alter pænitens tantum quandoque reperitur, non videtur commodius cuiquã poſſe hęc cura iniungi quàm proprio ſacerdoti. is ergo hãc curam ſuſcipiat, vbi inſtructionis præcitatæ conſiliũ locum non habet: conſilium vero Narbonenſis concilij vbique locum habere facile poteſt.

In carcere ppetuo quis diſpenſet.

Poſtremo de commutatione pœnę perpetui carceris, ſeu de diſpenſatione eſt dicendum, in quo hoc eſt exploratum, iure communi quilibet priuati Inquiſitores vnà cum ordinarijs arbitrium habent diſpẽſandi, vt alibi docuimus per textum in c. vt commiſſi. §. & illorum. de hæret. lib. 6. & hoc iure adhuc vbiq; vtimur, excepto ꝙ Inquiſitoribus Hiſpanię id eſt denegatum per priuatas eius inquiſitionis ſanctiones; nam ſolus generalis Inquiſitor in hoc diſpenſat, ſicut & in depoſitione veſtis crucibus ſignatæ, vt docet Simancas de catho. inſtit. tit. 16. nu. 20. ſed hoc in illis regnis tantum locum habet.

Poſt quantũ tẽpus in carcere perpetuo diſpenſetur.

Quæſitum ſcio, poſt quãtum tempus ſoleat in carcere perpetuo diſpenſari: ſed neque in hoc velut in pluribus alijs, quidquam eſt nominatim vniuerſis Inquiſitoribus iure pręſcriptum: quamobrem eorũ arbitrio hæc relinquuntur, qui ſpectata pænitentium humilitate & pænitentia intra minus tempus poterunt hanc pœnam remittere aut in aliam leuiorem commutare: & poſt lapſum triennij remitti ſolere ſcripſit Simãcas præcitato loco nu. 21.

Quòd ſi pœna carceris irremiſſibilis fuerit impoſita, elapſo octauo anno ſolet relaxari, vt idem Simãcas teſtatur ibidem nu. 22. ceterum nullo hęc ſunt iure ſancita, nec in his quidquam præſcribimus, cum in arbitrio Inquiſitorum ſint poſita. atque hactenus ſummatim diximus, quæ ad hunc locum ſpectabant: nunc reliqua ſimili breuitate perſequamur.

b ¶ Qualiter autem de cuſtodibus prouidendum, &c.] *Hæc eſt poſtrema pars huius diſputationis quę de cuſtodibus carcerũ cõcepta eſt, in qua optime admonet auctor, ea quę iure veteri erant ſancita, nunc non obſeruari: erat autem accuratiſſime & diligentiſſime cautum quidquid ad cuſtodiendos reos ſpectabat: ſed poſtquam hęc in deſuetudinẽ abierunt, quid nũc fieri debeat, oſtendamus.* *Num. 4.*

Carcerum cuſtos qualis eligẽdus, & quid cuſtodire debeat.

Ergo ſiue ſit vnus, ſiue duo carcerum cuſtodes (tametſi hodie vnus tantum eſſe ſoleat) is eligendus eſt, qui ſit fidelis & induſtrius; idem nihil cum reis in ſecreto loquetur: nihil dabit reis ex his quę à conſanguineis vel amicis reorum mittuntur, inconſultis Inquiſitoribus: idem coram Epiſcopo & Inquiſitore iurabit ſe fideliter muneri ſuo ſatisfacturum.

Huc accedunt plurima alia, quæ ex conſuetudine fere,

fere ſingularum inquiſitionum ſunt, perenda, inter quæ hoc maxime obſeruandum eſt, vt fideliſſimi & integerrimi ſint reorum cuſtodes, aliàs vix poterit veritas ab illis inueſtigari, ſi de his quæ foris gerũtur per infidos cuſtodes et miniſtros, certiores reddãtur.

Cetera huc ſpectantia tradunt Sylueſter in ſum. verbo, hæreſis. 2. q. 7. nu. 9. Locatus in opere iudiciali verbo, carcer. nu. 11. et ſeq. Gondiſſaluus tract. de hæret. q. 11. num. 11. & ſeq. Conradus Brunus lib. 4. de hęret. c. 3. ſed præ ceteris Simancas de catho. inſtit. tit. 16. nu. 7. & ſequentibus.

QVAESTIO LX.

De iuramento notariorum & cuſtodum carcerum.

Exageſima quæſtio eſt: Vtrum Epiſcopi notarij, & eius carcerum cuſtodes teneantur iurare coram Inquiſitore de fidelitate; & econtra, Inquiſitoris notarij, & carcerum eius cuſtodes coram Epiſcopo?

Supra pag. 111.

Reſpondemus quòd ſic; iuxta c. Multorum. al. leg. de hæret. in Clemen. in §. porro. de cuſtodibus Inquiſitorum carcerum, ibi dicitur ſic: Porro coram Epiſcopo vel capitulo ſede vacante & Inquiſitore, prædictis, vel ſubſtitutis ab eis cuſtodes ſupradicti, antequam ſuum officium exequantur, iurabunt ad ſancta Dei Euangelia corporaliter à ſe tacta, quòd in cuſtodia immuratorum & aliorum pro crimine ſupradicto in ſua cuſtodia poſitorum & ponendorum, omnẽ diligentiam & ſollicitudinem, quam poterunt, fideliter adhibebunt.

De cuſtodibus vero carcerum Epiſcoporum, dicitur ibi ſic: Et quia ſæpe contingit Epiſcopos proprios habere carceres, ſibi & dictis Inquiſitoribus non communes: volumus, & diſtricte præcipimus, vt cuſtodes ad incarceratorum pro dicto crimine cuſtodiam per Epiſcopos, vel ſede vacãte, per capitulum deputandi; & eorum miniſtri coram dictis Inquiſitoribus vel ſubſtitutis ab eis, pręſtent ſimile iuramentum.

De notarijs ſequitur ſic: Notarij quoque inquiſitionis coram Epiſcopo & Inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis, iurabunt ſuum officium fideliter exercere. Et idem fiet de alijs perſonis neceſſarijs ad prædictum officium exequendum.

COMMENT. CIX.

De iuramento pręſtando in ſancto officio ab eius miniſtris generaliter ſancitum eſt, vt tam Inquiſitores ipſi, quàm reliqui omnes officiales & miniſtri, quo tempore recipiuntur ad officia ſua exercenda, iurent quòd bene, diligenter & fideliter officijs ſeu muneribus ſibi iniunctis inſeruient, vnicuique ius ſuum tribuent ſine acceptatione perſonarũ, & ſecretum omnino ſeruabunt. Hiſpalenſi inſtructione anno MCCCCXCVIII. c. incipien. Item que los dicos Inquiſidores.

Cuſtodes autem carceris coram Epiſcopo & Inquiſitore iurabunt, quòd in cuſtodiendis reis curam & ſollicitudinem fidelem adhibebunt: & quòd neuter eorum alloquetur eos, niſi coram altero cuſtode: & quod nihil ſubtrahent ex alimentis, nec ex illis rebus, quæ carceratis deferuntur: quod ipſum iurare etiam debent miniſtri eorum. ita colligitur apertiſſime ex dicta Clemen. 1. §. porro. de hæret. qua vtitur hoc loco Eymericus. idem docẽt beatus Antoninus in ſum. parte. 3. tit. 18. cap. 2. §. 2. Sylueſter in ſumma verbo, hæreſis. 2. quęſt. 7. & Simancas de catho. inſtit. tit. 16. de cuſtodia reorum. nu. 10.

De iuramento notariorum ſancti officij ſimiliter conſtitutum eſt, vt idem præſtent iuramentum. non enim ſufficit, quòd quando notarij creati fuerunt, iurauerunt officium ſuum fideliter exercere, cap. ad audientiam. de præſcript. gloſ. in l. quędam. §. nummularios. verbo, decurritur. ff. de edendo. nam eo iuramento non obſtante cum in notarios ſancti officij recipiuntur, iterum iurare debent gloſ. in dicta Clemen. 1. § porro. verbo, iurabunt. 2. de hære. & notant communiter ibidem Zabarella Imola & alij, & Nicolaus Arelatanus tract. de hęret. notabili 36. incip. Nota quòd. *Ioannes Rojas in ſingularibus fidei, ſingul. 141. incipien.* Notarius quando creatur. *Lucerna Inquiſitorum verbo, notarij. §. 1. & alij, quos omitto conſulto.*

QVAESTIO LXI.

De quæſtionibus & tormentis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus & Inquiſitor ſimul tormentis exponere poſſunt.*
2 *Indicia ad torturam ſufficientia ſunt varietas & vacillatio.*
3 *Infamia cum vno teſte de ſcientia.*
4 *Infamia cum indicijs vehementibus vno, vel pluribus.*
5 *Teſtis de ſcientia cum vno vel pluribus indicijs vehementibus.*
6 *Indicia plura vehementia ſeu violenta.*
7 *Infamia cum teſte de ſcientia & indicijs vehementibus.*
8 *Nullus torqueri debet ex ſola infamia, vel propter vnum teſtem ſeu indicium tantum.*

Exageſimaprima quæſtio eſt: Vtrum Epiſcopus & Inquiſitor poſsint aliquos exponere quæſtionibus, & tormentis, & ex quibus indicijs atque cauſis?

1 Reſpondemus, quòd primum non eſt dubiũ, quin Epiſcopus & Inquiſitor poſsint aliquos exponere queſtionibus & tormentis coniunctim, ſed non diuiſim, iuxta cap. Multorum. de hæret. in Clemen. in princip. vbi enumeratis quę poteſt facere quilibet diuiſim, de his, quæ habent facere communiter & coniunctim, ſequitur ſic: Duro tamen tradere carceri ſiue arcto, qui magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur; vel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra eos, Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo diœceſano, aut eius officiali, vel Epiſcopali ſede vacãte capituli ſuper hoc delegato,

Relat. ſupra pag. 111.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to,si sui adinuicem copiam habere valeant infra octo dierum spatium postquam se inuicem requisierint,non valebit.

In hoc autē quod negat, quòd vnus non possit sine alio,concedit quòd vnus possit cum alio.

De indicijs ad torturā.

2 Quibus[a] autem indicijs, & causis sufficientibus possunt aliquos exponere quæstionibus & tormentis,non possunt perfecte atque infallibiles regulæ assignari:dantur tamen aliquę.

Regula 1. Varius & vacillans torqueri potest.

Prima[b] regula est: quòd si delatus de hæresi reperitur in suis confessionibus vacillans ac varius, negans tamen id, de quo principaliter inquiritur, quæstionandus est: vt patet in ijs, quę notantur per Doctores in c. Cum in contemplatione. extra de regu. iuris. vide etiam de pœnis. Super his. & 5.q.5. Illi qui. Nam præsumitur quòd veritatem,quam nouit, vult celare: & quia non potest commode, vacillat & variat ad interrogatoria iudicis respondendo.Secus si crimen negaret in vna confessione, & post ductus pœnitentia & conscię tia,in alia fateretur. tunc enim non reputabitur varius,nec consequenter quæstionandus, sed pœnitens & condemnandus,iuxta c. Accusatus. §. licet periuri.de hęret.lib.6.Ad hoc facit quod not.in c. Litteras. de præsump. vbi prima facie videntur hæc litteraliter contineri.

Regula 2. Et cōtra quē extat infamia & testis de scientia.

3 Secunda[c] regula est: quòd si quis reperitur de hæresi diffamatus, & cum hoc probatur habere contra se vnum testem de scientia, talis quæstionandus est, vt patet.4. q. 3.c. Si testes. §. sępe. & cum notatis ibi. de testi. Sicut.quia vnus testis & fama dicuntur facere semiplenam probationem; immo vnus testis solus dicitur facere indicium competens, vt notat Azo † in summa de quęstionibus. Nam hæc sunt duo indicia vehementia: duo autem indicia vehementia ad torquendum sufficiunt, vt patet in his quæ notantur in c. Præterea.de testib. Et licet dicatur, quòd testis vnus,est testis nullus;& dictum testis vnius, dictum nullius,verum est ad condemnandum, non autem ad presumendum:quia licet duo,seu plures testes,& nō vnus solus faciant probationem plenam, vnus tamen facit semiplenam, vt iamque superius est deductum.& hoc[d] valet in ciuilibus: in criminalibus autem quamquam vnus testis semiplenam probationem non faciat, vt allegatur per Doctores.ff.de excu.tut. l. 2. † faciet tamen competens indicium,vt notat Azo in summa vbi supra.

† Lib. 9. Codicis.

† Notat ibi glossa in verbo,legitimis.

3.Regula

4 Tertia[e] regula est:quòd si quis reperitur de hęresi diffamatus,& cum hoc probatur contra eum, vnum vel plura indicia vehementia aut violenta, talis quæstionandus est,vt patet: quia fama per se non est sufficiens, saltem quo ad quęstionandos clericos.notat Abbas in c. Grauis. de depositio.& dicit[f] clericos non torquendos, nisi infames: secus si leue, vel leuia. Nam hic sunt plura indicia simul iuncta ad torquendum sufficientia, scilicet infamia,& vnum, vel plura alia indicia vehementia & fortia.

4.Regula

5 Quarta[g] regula est: quòd si quis reperitur super crimine hęresis habere contra se vnum testem de scientia, & cum hoc probantur contra eum vnum vel plura indicia vehementia aut violenta, talis quæstionandus est. patet, & est dictum supra proxime in tertia regula:secus si leue, vel leuia.Nam in hoc casu sunt duo indicia ad torquēdum sufficientia simul iuncta,scilicet, vnus testis de scientia, & vnum siue plura indicia de hæresi vehementia,aut violenta, vt dictum est supra.

5.Regula

6 Quinta[h] regula est: q; si quis reperitur contra se habere plura indicia de hæresi vehementia & violenta,absque alia infamia,aut teste de scientia, talis est quęstionandus,vt patet ex prædictis: secus si leuia.Nam in tali casu sunt plura indicia ad torquendum sufficientia,scilicet,plura indicia de hæresi vehementia,aut violenta.

6.Regula

7 Sexta[i] regula est: q; si quis reperiatur de aliqua hæresi diffamatus, & cum hoc probatur habere contra se vnū testē de scientia,aut etiam vnū,,vel plura indicia de hæresi vehementia aut violenta, talis quæstionādus est,vt patet ex præcedentibus. Nā in hoc casu sunt tria in genere sufficientia in dicia simul iuncta ad torquendum, scilicet,infamia,testes de scientia,& plura alia fortia indicia.

7.Regula

8 Septima[k] regula est: propter infamiam tantum,aut[l] vnicum testem de scientia tantum, aut[m] indicium vehemens, vel violentum tantum, [n] * * * * * * * * * nullus quæstionandus est: nam nullum prędictorum indiciorum tantum,est sufficiens ad tormentum; sed bene duo eorū vel omnia simul iūcta, vt patet ex prędecentibus: nā quæ singula non possunt,simul iuncta sufficiunt, vt dictum est supra in quarta regula.de quo latius in summa Innocētii super hac materia compilata.

COMMENT. CX.

Nulla fere est in toto hoc opere hac vtilior quæstio,nulla difficilior,nec quæ maiori & diligētiori declaratione indigeat. In ea vero explicanda breuis commentarij sunt nobis metæ negligendę,idque necessario;quoniam nisi ita fiat,obscurus remanebit hic locus,poteritq; quandoq; etiā mediocriter: eruditos decipere,nisi cuncta singulatim declarētur declarabuntur autem,vt spero, multa facilitate.

Iam tota hac tractatio in duas potissimum partes est diuisa,in quarum prima docet, posse Inquisitores vnà cum ordinarijs reos torquere; in altera septem regulis ostendit quando torquere liceat,ibi: Quibus autem indicijs.

Olim Inquisitores non torquebant reos.

Et quantum ad primam partem attinet, olim in principio constitutę delegatę Inquisitionis, non videtur licuisse Inquisitoribus reos torquere ob periculum (vt credo) incurrendæ irregularitatis, sed tortura aduersus hęreticos,aut suspectos per iudices laicos exercebat,nā in cōstitutione Innocētij IIII. incipiente. Ad extirpanda. §. *teneatur prēterea. ita scriptū est:* Teneatur pterea Potestas seu Rector omnes hęreticos, quos captos habuerit, cogere citra mēbri diminutionē,& mortis periculū,tanquam vere latrones & homicidas animarū & fures sacramentorum Dei & fidei Christianæ errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos, quos sciunt,& bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures & latrones rerum temporalium accusare

accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.*hactenus ibi.*

Cur statutū vt iudices fidei reos torqueant.

Ceterum cum hinc secreta sępius in hac causa reuelarentur, & non mediocria in fidem incommoda nascerentur,cōmodius postea & salubrius visum est statuere,vt cum totum hoc crimen mere ecclesiasticum esset, tota eius cognitio ac plena disceptatio ad Inquisitores pertineret: quę cū fieri sępe non possit sine quęstionibus, ideo cautū est, vt Inquisitores & Episcopi possint reos huius criminis torquere; quod probant recentiora iura, quibus hic vitur Eymericus: concessaq; insuper illis est facultas, vt si cōtingeret quandoque irregularitatem contrahere, mutuo secum possent dispensare, vt patet in rescripto Vrbani IIII. incipiente: Vt negotium. *relato ab Eymerico supra par. 2. atque hoc iure nunc vtimur,neq; modo vlla est controuersia, an Inquisitores possint reos torquere.*

Num. 2.

a ¶ Quibus autem inidicijs & causis sufficientibus, & c. nō possunt, &c. infallibiles regulæ assignari.] *Recte plane loquitur: quoniam quando et quibus dari debeat tortura, & ex quibus indicijs et causis iudicium fere prudentię & arbitrio relinquitur, vt is pensata delictorum & personarum qualitate quęstiones adhibeat. Guido Suzaria tract. de indicijs & tortura num. 20. versi. quæ & qualia. & Bart. in l. vlt. ff. de quæstio. Salicetus in l. vlt. C. de quæstio. Panormitanus in c. cum in contemplatione extra de regul. iuris. & alij.*

Arbitrio iudicis relinquitur an & quando reus sit torquendus.

Quia vero hæc res vsu frequens est, & cognitu necessaria, vt ī hac parte iudicibus fidei satisfaciamus obiter huc spectantia in genere erunt à nobis afferenda,inde in specie ad indicia cū auctore descēdemus.

Priusquam reus torqueatur, quid seruandum.

Primum ergo ad torturā non est accedendū priusquam de delicto constiterit, seu in casu nostro de dicto,aut facto hæreticali:tortura enim non tam adhibetur ad inuestigandum factū quàm ad habēdam veritatem ex ore ipsiusmet delinquētis,cū factum vel dictum,quod dicitur esse cōmissum,diffitetur. ita & recte Franciscus Brunus tract. de indicijs et tortura par. 2. q. 5. nu. 10. quem sequitur Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. q. 64. versi. debet autē iudex. & ceteri cōmuniter.in hac autē causa de delicto cōstare dicitur adhoc vt tortura possit infligi, cū adest semiplena probatio,vel sufficiens indiciū ad torquendū, iuxta id quod dixi supra in hac 3. parte super 3. modo terminādi processū fidei. §. quare in hoc articulo.

Quando nō torquēdum.

Rursus,si delictum aliter quàm per torturam probari potest,ad torturam accedere non debemus: quoniam regulariter non deuenitur ad torturam nisi in defectum aliarum probationum. est enim tortura subsidium quoddam extremum ad inueniendam veritatem: quamuis hodie de sanguinariorū quorūdam iudicū consuetudine,facile non expectatis alijs probationibus,ad torturam protinus accedatur, in quo grauissime erratur. Angelus. l. fi. num. 4. C. de quæstio. Boerius decis. 163. incipien. An per torturam. *num. 1. Marsilius in l. 1. in princip. num. 7. ff. de quæstio. vbi hanc fatetur esse communem opinionē, quam & ceteri Criminalistæ vno ore sequuntur, & Panormitanus in c. cum in contemplatione. q. 2. de regul. iuris.*

In delictis manifestis tortura raro habet locū.

In delictis manifestis torturam fere non habere locum,sed in occultis, cum occulta delicta sint difficilis probationis, ideoque facilius in occultis quæstio vsurpatur,quàm in manifestis. et hęc opinio communis etiam est, & vsu recepta. Igneus in l. 1. §. serui. num. 75. ff. ad senatusc. Syllania. Bald. in l. nemo. C. de Episc. audient. quod sequitur,& multis modis atque exemplis illustrat Franciscus Brunus tract. de indicijs & tortura par. 2. q. 8. nu. 2. pro qua sententia facit textus in l. vlt. C. de quæstionibus, ibi: Et ex his ea quæ occulta sunt, reuelari, *vnde cum crimen hęresis maiori ex parte sit occultum, cum in intellectu consistat, in eo frequenter tortura locum habebit, vt quid reus credat intelligatur; tametsi de eo constare dicatur quando adsunt exteriora indicia sufficientia ad torturam infligēdam, vt paulo antea dicebamus.*

Indicia præcedant torturam.

Ad hæc priusquam ad torturam deueniamus,indicia præcedere oportet: quoniam regula communis est,nō esse à tortura inchoādū. l. 1. ff. de quęstio. tradit Thomas de Piperata Bononiēsis Bartolo vetustior, tract. de fama,nu. 58. Zasius consi. 19. nu. 31. lib. 1. Bolognius in additionibus ad tractatū de tormentis Guidonis de Suzaria nu. 29. & hanc testatur communem esse sententiam Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 64. versi. dixi etiā. Itaq; tunc demū ad torturam est deueniendum, cum suspectus est reus, & cum multis argumentis vrgetur.

Indicia ad torquēdum probata esse debent.

Iam indicia ex quibus reus torqueri potest,probata esse debent, vt vere tradit Marsilius in pract. crim. §. diligenter. & in l. 1. §. idem. ff. de quęstio. est- que communis etiam conclusio, vt testatur Ioannes de Ami. consi. 127. nu. 10. vbi vere addit, quodlibet indicium, siue adminiculū per duos testes ad minus esse probandum. idem tenuit iam antea Bartolus in l. fin. nu. 7. ff. de quęst. & probat plenissime Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 22.

Indicia sint legitima.

Itē indicia ex quibus reus torqueri possit, legitima esse debēt, & à iure approbata, uel saltē cōmuni uoto à magnis Doctoribus recepta. nā ex alijs indicijs, inter quę leuia cōputātur, nemo torqueri debet: sed hęc qualia sint, dicam paulopost cum Eymerico.

Vbi ergo præcedentes regulæ fuerint obseruatę, ad torturā erit deueniendum, iuxta eum ordinem et ritū, quē accuratissime prescripsit Eymericus 3. par. in 3. modo processum fidei terminandi. super quo dixi multa, quę hanc quęstionem illustrant.

Gradus torturę.

Solent à nostris gradus torturę quinq; numerari, eo ordine quo infliguntur, quos omitto, quia cuiq; sunt obuij et patētes, traduntur q; singulatim à Paulo Grillādo tract. de quęstio. q. 4. num. 11. & à Iulio Claro pract. crim. §. fin. q. 64. versi nūc de gradib⁹. & retulit etiam Locatus in opere iudiciali verbo, tortura. & alij.

Qualia tormenta vsurpanda.

Qualia tormentorum genera vsurpari debeant, non est iure cautū; ideoque arbitraria sunt, potestque iudex id torquēti genus imponere, quā sibi ad veritatem eruendam commodius videatur, iuxta qualitatem personæ & indiciorum; dummodo id caueat diligenter, ne insolita tormentorum genera adhibeat, sed ea tantum quæ vsu iudicantium prudenter recepta sunt, vt pulchre et uere more suo explicat Antonius Gomez to. 3. uaria. resolut. c. 13. num. 5. Funis

Universidad de Deusto
Biblioteca

seu (vt vulgus loquitur) chordæ tormentum hodie vbiq; frequens est, à quo non est recedendum.

Varia tormẽta excogitata.

Non tamen defuerunt qui plura excogitauerint tormentorum genera, vt Marsilius in repetit. l. 1. ff. de quæstio. in princip. vbi quatuordecim species tormentorum enumerat, additq; se alia inuenisse, vt omni substractionem: quem laudat Paulus Grillandus tract. de quæst. q. 2. quorum multos torquẽdi modos commemorat Locatus in opere iudiciali verbo, tortura. nu. 38. ceterum, vt ingenue dicã quod sentio; hæc tractatio de nouis tormentis excogitandis carnificum est potius & crudelium, quàm iure consultorum et theologorum; ideoque consulto existimo omittendam.

Torqȝre reos res laudabilis.

Laudo equidem consuetudinem torquendi reos, maxime his temporibus, quibus facinorosi vix vllis cruciatibus delicta cõmissa fatentur: immo sæpe multi, quorum insignis est audacia & impudentia, vltro delinquunt cum spe superandi tormenta, quæ per maleficia euitant, vt docui cũ Eymerico supra super 3. modo processum fidei terminandi. §. aliqui sunt etiã maleficiati. at vehementer reprehendo sanguinarios iudices, qui vt vanam & inanem, nescio quam gloriã aucupentur, noua genera tormentorum contra ius & fas miserlis reis imponunt, ita vt præ sæuitia aut deficiant in tortura rei, aut membra rumpantur, ita vt in perpetuum reddantur inutiles. id quod grauiter etiam reprehendit Antonius Gomez to. 3. varia. resolutio. c. 13. nu. 5. Vsitatus ergo modus nec periculosus in tormentis retineatur, & Christiani iudices habeant illa Iurisconsulti verba ante oculos in l. quæstionis modum. ff. de quæstio. videlicet: Itaq; quæstionem habere oportet, vt seruus saluus sit vel innocentiæ, vel supplicio. *quod recte quoq; admonuit Panormitanus in c. cũ in contemplatione. q. 3. nu. 4. extra de regul. iuris.*

In crimine hæresis omnes priuilegiati torquẽtur & quare.

His constitutis, quæ in genere ad indicia & tormenta spectant; nunc ad personas quę torqueri possunt, accedamus: & quamuis in alijs causis & delictis quędam sint exceptę personę, veluti doctores, milites, decuriones, nobiles, horumq; filij, item impuberes, id est, minores quatuordecim annis, item senes, & si qui sunt similes. l. milites. l. diuo Marco. l. decuriones. C. de decurio. l. 3. §. pœna militum. ff. de re milit. vbi copiose Doctores. quod omissis ceteris tradunt eleganter Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 13. num. 3. & seq. & Ioannes Rojas in singularibus fidei, singula. 209. incipien. Torqueri non possunt.

In hoc tamen hæreseos grauissimo et horrendo crimine, nullũ priuilegium, aliquam personam tuetur, sed omnes torqueri possunt. l. 4. C. ad l. Iuliam maiestat. l etsi excepta. C de malef. & mathe. Angelus tract. de malefi. verbo, fama publica. Couarruuias lib. 2. varia. resolut. cap. 9. nu. 4. Paulus Grillandus tract. de quæstion. & tortura, q. 6. circa finẽ. Antonius Gomez & Ioannes Rojas locis præcitatis. Simancas de catho. instit. tit. 65. nu. 44. et seq. et ratio potissima est fauor fidei. interest enim plurimũ reipub. hæresis detegi crimen, vt coerceatur, ne dũ latitat, insciat & corrũpat fideles. Rursus etiam, quoniã si prefatæ priuilegiatę personę ob crimẽ læsæ maiestatis humanæ torquẽtur, vt probãt proxime citatæ leges, multo magis torqueri debent ob hæresim, cũ longe sit grauius diuinam quàm humanam offendere maiestatem. c. vergentis. de hæret.

Religiosi minus torquendi.

De clericis, monachis, & ceteris religiosis personis idem iudicium est; dummodo memineremus, & ob periculum excõmunicationis, si grauius torquerẽtur & læderentur, et ob dignitatem ipsam, qua decorantur leuius & mitius torqueri debere, nisi delicti enormitas, & indiciorum grauitas acriorem torturam infligendam suaderent.

Clerici à quo torquendi.

Illud addit Simancas de catho. instit. tit. 65. nu. 50. clericos non debere torqueri à tortore laico; nisi forte clerici non possint inueniri, qui id facere velint, aut sciant. et hæc sententia multum mihi probatur si seruari commode posset. Verumtamen vsitatũ est iã & communiter receptum, vt à ministris laicis clerici torqueantur.

Quæ personæ hoc crimine nõ torqueantur.

Sed quantum pertinet ad hunc locũ de torquẽdis clericis, cum pulchre & copiose persequitur Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. c. 117. quem ommino videas, vt in hac re cautius agas.

Quod autem paulo antea dictum est de personis torqueri prohibitis, quas in hoc crimine torqueri posse ostendimus, verum est, cũ torqueri prohibẽtur ob dignitatem, vel priuilegium: secus si ob ætatẽ, senectutem, vel partus periculum sint torqueri prohibitę; quoniam tunc nec in hoc crimine, nec in alijs exceptis torquebuntur, vt optime docet Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. c. 13. nu. 3. circa hos tamen quid exerceri possit, tradidi supra in hac 3. parte super 3. modo processum fidei terminandi. §. scio quæsitum. cum aliquot seq.

Minores vero 25. annis ob hæresis suspicionẽ torqueri posse explorati iuris est, vt tradit etiã Simancas de catho. inst. tit. 65. nu. 45. minor autẽ 14. annis torqueri non potest, sed terreri, & ferula cædi, vt dixi in prędicato commentario.

In quibusdam regnis etiam Aragoniæ, tortura locũ habet in causa hæresis.

Postremo, quod de personis quibuscunq; torquendis diximus in hoc crimine, idem etiam locum habet in quibuscunque locis, in quibus vel ob antiquã consuetudinem, vel ob leges municipales nullus ob delicta torqueri solet, vt in Augusto & semper catholico Aragonum regno, vnde mihi generis origo est, in quo nõ potest per iudicẽ in delictis imponi tortura, vt agnouit etiã Antonius Gomez to. 3. varia. resolut. c. 13. nu. 1. nam fauore fidei etiã in hoc regno quicunq; etiã priuilegiati ob suspiciones hæresis torquentur, neq; enim tãtum debet cuiuscunq; loci prędualere immunitas, vt ea in fidei prędicium quãdoque conuertatur.

His ita constitutis, quę sunt velut fundamenta futuræ disputationis, nunc ad indicia & causas, ex quibus ad torturam deueniri possit, vnà cum Eymerico accedamus.

b ¶ Prima regula est, Quòd si delatus de hæresi rẽperitur in suis confessionibus vacillans, &c.] *Hæc prima regula, quòd per variationem delinquentis sumatur indicium ad torturam, pugnare videtur cum regula septima eiusdem quæstionis, in qua dicit auctor propter vnum indicium neminem esse torquendum: variatio autem unum est indicium. Rursus, ob indicia à crimine remota nullus videtur torquẽdus, variatio autem indicium videtur à crimine satis*

Num. 2.

An variatio sit indicium sufficiens ad torturam.

satis remotum: quare dicendum videtur variationẽ, seu vacillationem delinquentis non facere indicium ad torturam, & hanc sententiam vocat communem Carrerius in pract. crim. nu. 119. versi. quintum indicium est. vbi asserit solam variationẽ, aut mendaciũ, aut pallorem, titubationem, trepidationem, & id genus alia, quę coram iudice fiunt, non facere indicium ad torturam, sed quandam suspicionem, cum hoc sit remotũ indicium. idẽ tenet Marsilius in practi crim. §. diligenter. idem consil. 51. Grammaticus decis. 34. incipien. In præsenti. *Ioannes de Ami. consil. 134. & alij quos ibi Carrerius refert.*

Qui dixerit variationem sufficere ad torturam.

Verum è diuerso variationem esse sufficiens indicium ad torturã, profitetur hoc loco Eymericus, idẽ docuit supra in hac 3. par. tit. de cautelis Inquisitorum contra hæreticorum cauillationes, cautela 6. nu. 104. eandem sententiam tenent Gondissaluus tract. de hæret. q. 13. n. 6. Guido de Suzaria tract. de indicijs & tortura, versi. quæ & qualia. nu. 33. Franciscus Brunus tract. de indicijs par. 1. q. 3. n. 30. Marcus Antonius Blãcus tract. de indicijs n. 220. et alij qui hos sequuntur. & hanc dicunt fuisse sententiam Baldi in l. multum interest. & Bartoli in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. tametsi quidam dubitent, an Bar. ita senserit, nec ne.

Quæ concurrere debeant vt reus pp variationem torqueatur.

Ex his videtur valde difficile definire, quid sit in tanta controuersia inter tot viros graues statuendũ. ne quid tamen parum explicatum, aut indecisum relinquatur in hac frequẽti & quotidiana tractatione, ita mihi videtur sentiendum: Quotiescunque res, de qua agitur cum reo, talis est, circa quam exiguo temporis spatio obliuio cadere non facile præsumitur (quod arbitrio iudicãtis relinquitur) & reus non est omnino stupidus, aut obliuiosus, si vel in eadem cõfessione, vel in diuersis vacillet et variet. torqueri ob id poterit.

Sed in hoc articulo vltra variationem, sequentia videntur debere concurrere. Primum, ꝙ variatio, vacillatio, seu mendacium committatur circa substãtialia delicti, de quo quæritur. ita tradit valde singulariter, & iudicio nostro vere, Paris de Puteo in tract. syndicatus verbo, tortura. lo primo. versi. viso de indicijs. quem sequitur Carrerius in pract. crimi. nu. 119. & 120. vbi addit solam variationem nõ facere indicium. nisi & alia concurrant, de quo paulo post dicam. Hos refert Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 21. versi. mendacium. & hanc sentẽtiam prudentissime indicat hoc ipso loco Eymericus, dum ait: Negans tamen id, de quo principaliter inquiritur, quæstionãdus est. *quare variatio circa extrinsecas quasdam & remotas delicti circunstantias nullo modo est sufficiens indicium, seu causa ad infligendam torturam.*

Rursus, præter variationem & mendaciũ, necesse est quòd alia signa delicti commissi à vacillante interueniant, vt quia, verbi gratia, reus aliàs suspectus est de hæresi, vel infamatus, quòd id crimen cõmiserit, de quo interrogatus vacillat. ita Iulius Clarus prædicato loco. & Simancas de cathol. instit. tit. 65. num. 33.

Et hanc sententiam ita explicatam appellat communem Plotus in repetit. l. si quando. num. 886. & ita est intelligendus hoc loco Eymericus: quod in hoc crimine semper contingit, cum nemo in carcerem cõijciatur, nisi magna de delicto commisso præcesserint indicia. Si quis ergo huius criminis reus, dum legitime interrogatur, vacillet, peieret, mẽtiatur, vt prędiximus, ob id ad torturam rapi poterit.

Causæ cur reus sæpe vacillat.

Quam ob rem sola variatio, aut titubatio, aut pallor, nisi & quæ tradidimus, concurrant, nullo modo sufficiunt ad torturam; nam verecundia, timor, periculi magnitudo, rei nouitas, iudicum auctoritas, ira, dolor, recordatio futurę infamiæ, & ceterę animi perturbationes, ita sæpe rationem impediunt & perturbant, vt sępe etiam sapientissimi & prudentissimi viri aliena loquantur. quam ob rem diligenter est perscrutandum, an & quando deceat ex hoc indicio ad torturam infligendam accedere. hominibus facinorosis, quibus familiare est vti fraudibus ad occultandam veritatem, facilius ob variationem infligenda tortura erit.

Num. 3. Fama & vnꝰ testis simul sufficiunt ad torturam.

c ¶ Secunda regula est, Quòd si quis reperitur de hæresi diffamatus, &c.] *Hæc regula secunda nullam habet dubitationem; nam si fama sola quandoque, & vnus solus testis aliquando faciunt indicium ad torturã, vt in septima regula dicemus, plane ambo simul iuncta plenissimũ facient indicium. & quod hic docet Eymericus, probat satis aperte textus in c. præterea. de testibus. glossa in l. 3. verbo, cõiectus. C. ad legẽ Iuliam maiestat. vbi Cynus. Bartolus, Albericus, Baldus, Salicetus & Doctores communiter. textus in l. de minore. §. tormenta. vbi glossa, Bartolus & cõmuniter Doctores. ff. de quæstio. probat plene & efficaciter Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 13. nu. 7. & 10. & Carrerius in pract. crim. nu. 110. & 111. & alij quos in re facili omitto. ergo si quis, verbi gratia, hæreses Lutheranorum secutus, imagines Sanctorum visus fuerit ab vnico teste conculcasse, fregisse, aut deleuisse. simulque orta fuerit fama de hoc delicto contra eum, isque coram iudicibus fideineget, proculdubio ex dictis illius testis & fama, rapi poterit ad quæstionem. ac talis quidem est hoc loco Eymerici doctrina, quæ cõmunis est, & certissima, & tutissima.*

Num. 3.

a ¶ Et hoc valet in ciuilibus; in criminalibus autem quamquam vnus testis semiplenã probationem non faciat, &c.] *Sententia Eymerici hoc loco est, in ciuilibus causis vnum testem omni exceptione maiorem facere semiplenam probationem; in criminalibus autem non facere nisi solum indicium.*

Vnus testis idoneus ī criminalibus semiplene probat.

Ceterum nõ video quomodo eum hic tueri possim; nam communis opinio est, vnum testem fidedignum & omni exceptione maiorem deponentem de facto, seu delicto per visum, vel alium sensum corporeum, ita vt concludat, etiã in criminalibus semiplene probare. glossa in l. admonendi. ff. de iureiurando. verbo, exacto. & ibi Bart. nu. 36. & communiter Doctores, & præcipue Iason in 2. lectura num. 92. glossa in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. verbo, decidi oportet. circa medium. & ibidem Baldus & communiter Doctores. glossa in l. 3. C. ad legem Iuliam maiestat. verbo, conuictus. & ibi cõmuniter Doctores. quod refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 12. num. 2. circa finem. idem testatur Zabarella consi. 9. incipien. In facto dominæ Bayetæ. *num. 7. & alij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnus testis idoneus sufficit ad torquẽdum.

Atque ex his amplius infertur vnum testem tantum, & talem, qualem nunc descripsimus, facere etiam sufficiens indicium ad torturam, vt paulopost etiam indicabo in septima regula.

Cũ vero hoc loco in fine huius regulæ Eymericus dicit, vnum testem tantum facere competẽs indiciũ, intelligendum est ex sententia eius, ad inquirendum, non ad torquendum: ne sibi sit contrarius, cum in regula septima dicat, vnum testem tantũ non sufficere ad torquendum: nam communis regula est, vnicũ testem ad inquirendũ sufficere, vt testatur Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 21. versi. vnus testis. sed hęc amplius in sequentibus suis locis explicabo.

Num. 4. e ¶ Tertia regula est, Quòd si quis reperitur de hæresi diffamatus, & cũ hoc probatur, &c.] *Hæc etiam regula est apertissima & verissima, videlicet, famam de delicto commisso contra aliquem ortam, iunctam cum alijs grauibus indicijs sufficere vt quis torqueatur. verbi gratia, publica fama est legitime per duos testes probata, Bucerũ male sentire de Eucharistiæ sacramento, & hanc famam comitantur alia indicia legitime etiam probata, exempli gratia, Bucerum raro interesse Missę sacrificio, quo tẽpore de Ecclesię præcepto iubetur interesse; aut per vnũ testem conuincitur in vniuersum male sentire de Ecclesię sacramentis: profecto hoc casu torqueri poterit. & ratio huius regulę est, quia fama alijs adminiculis corroborata, sufficiens est indicium ad torturam. Gratus consi. 57. nu. 8. lib. 2. & hanc sententiã testatur esse communem Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. quæst. 21. versi. fama sola. & Carrerius in pract. crimi. versic. secundum indicium. num. 111. vbi plures affert huius sentẽtiæ assertores, quos gratia breuitatis omitto.*

Fama cũ alijs grauibus indicijs sufficit ad torquẽdum.

Clericus in hoc crimine etiam nõ infamatus torquendus.

Num. 4. f ¶ Et dicit clericos nõ torquẽdos nisi infames.] *Ex dicto Abbatis antiqui, cuius hoc loco meminit Eymericus, colligimus, qualis sit huius loci sententia. Abbas enim antiquus in cap. grauis. de deposito, vt refert ibidem Panormitanus num. 6. versic. nota vlterius. dicebat se nunquam reperisse, quòd clericus possit torqueri nisi sit infamatus, quamuis alia concurrant indicia. & hęc sententia communi multorum insignium iurisconsultorum voto recepta est, quos refert & sequitur Bernardinus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 117. idem in regula 125. incipiente:* Confessus de crimine. *in tertia sublimitatione. quod ipsum probat latissime Carrerius in practi. crimi. num. 161.*

Abbatis antiqui sentẽtia de non torquendis clericis nisi sint infamati.

Et quamquam hæc sententia benigna sit, & pluri mũ clericis faueat; nihilominus verior videtur aduersa opinio, quam sequitur Panormitanus in dicto cap grauis. de deposito. num. 6. & Alciatus in cap. 1. de officio ord. nu. 43. & Simancas de catho. instit. 65. num. 48.

Et tametsi plurimi priorem illam sententiam sequantur; ea tamen nulla certa ratione nititur, nec iure probatur, vt optime monuit Panormitanus prędicto loco, hęc vero posterior rationibus non vulgaribus nititur, quas Simancas paulo ante relatus cõmemorat: quibus adde iniquũ videri & valde à ratione remotum, si in causa fidei iustissimis & euidentibus indicijs concurrentibus non posset torqueri clericus, nisi & infamia laboraret. quare torquebitur A ille quidem sicut & ceteri laici ex legitimis indicijs prędecentibus; mitius tamen & rarius, vt supra diximus. §. de clericis. cetera ad hanc regulã spectantia amplius in sequentibus declarabuntur.

Num. 5. g ¶ Quarta regula est, Quòd si quis reperitur super crimine hæresis habere cõtra se vnum testem de scientia, &c.] *Hæc regula etiam est certissima et plusquam manifesta: quoniam cõis opinio est, vt in secunda regula diximus, vnum testem etiam in criminalibus facere semiplenam probationem, & per consequens facit indicium sufficiens ad torturam: quare multo magis indicium faciet, si cum teste concurrãt alia indicia vehementia aut violẽta. quod exigit hoc loco Eymericus, non quòd aliter res transigi non possit, sed quia auctor securiora docet.*

Vnus testis cum grauib' indicijs sufficiunt ad torturam.

Itaque vnus solus testis de visu siue scientia, vt quia verbi gratia, audiuit Lutherũ dicentem, non esse purgatorium; aut vidit Lutherũ imagines sanctorum delentem, & similia, si sit fide dignus seu omni exceptione maior, cui nihil opponi possit, quãuis nulla alia indicia concurrant siue vehemẽtia siue leuia, sufficiens indicium facit ad torturam. Romanus cõs. 451. incipien. Quædam mulier. *num. 4. Clarus in pract. crim. q. 21. versi. vnus testis. & hanc sententiam vocat communem Antonius Gomez tom. 3. varia. resol. cap. 13. nu. 7. tenet etiã Carrerius in pract. crim. nu. 110. versi. primo maius indiciũ. quibus omnino censeo subscribendum.*

Vnus testis fide dignus sufficit ad torturam.

Non dubito tamen posse quandoque iudices à tortura abstinere, etiamsi adsit vnius fidelis testis dictũ, quando reus eius est qualitatis & probitatis, vt facile delictum præsumi non possit: tunc enim tutius erit obseruare ea, quę postulat Eymericus in hac regula, quę verissima sunt & securissima.

Num. 6. h ¶ Quinta regula est, Quòd si quis reperitur contra se habere plura indicia, &c.] *Marcus Antonius Blancus tracta. de indicijs. nume. 10. loquens de vario genere indiciorum, ita habet:* Distinctio autem indiciorum leuium, & indiciorum grauium cognoscitur hoc modo: nam si frequenter & facile hoc ab illo contingit abesse, tunc est leue indicium: si autem frequenter & facile contingit adesse, tunc est graue indicium. *hęc ille. his consentit quod diximus supra par. 2. super q. 55. vbi habes plenissime explicatum quidquid attinet ad cognoscenda indicia, suspiciones seu præsumptiones leues, vehementes, & violentas: quibus adde Locatum in opere iudiciali verbo, suspicio. nu. 9. & multis sequentibus.*

Num. 6. Quæ sint leuia indicia, quæ grauia, & quæ violẽta.

Et de culpis vnde oriantur violenta indicia de hęresi, habes locum insignem in concilio Narbonensi cap. 29. quod retuli supra parte 2. super quæst. 50. §. factis autem.

Ex indicijs vehemẽtibus aut violentis torqueri potest reus.

Cognitis ergo culpis, factis, seu dictis, vnde indicia vehementia, aut violenta contra aliquem de hęresi oriantur, facillimum erit percipere, quod hoc loco tradit Eymericus, cuius doctrina talis est: ex vehementibus, aut violentis indicijs torqueri aliquis potest, absque infamia, vel testibus.

Hęc sententia verissima est, & communis, quam probat Bartoli doctrina in l. fi. ff. de quæst. nu. 6. quę sequitur Marcus Antonius Blancus in tract. de indicijs. in 6. præmisso num. 39. cum multis sequentibus. & nu.

& nu. 178. & ceteri communiter Criminalistę. nam si vnum tantum indicium vehemens, seu violentum, propinquum tamen & cum crimine coniunctum sufficiens facit indicium ad torturam, vt plene probabo in vltima regula, & tradunt prædicti; multo magis facient duo vel plura simul iuncta, & de hac re nulla est dubitatio.

Si quis ergo scienter præstitisse auxilium, consilium vel fauorẽ hæreticis conuicatur: item probetur, eundem citatos pro hæresi informasse qualiter debeat tacere veritatẽ, aut dicere mendacium: quoniam hinc vehementia indicia oriuntur, cum hęc operãtem reddant de hæresi vehementer suspectum, iuxta veram Eymerici doctrinam parte 2. quæst. 56. num. 3. & 4. torqueri poterit.

Et iuxta hãc sententiã, multo magis poterit is torqueri, aduersus quem violenta indicia sunt probata.

Casus autẽ ex quibus oriũtur indicia seu præsumptiones violentæ numerauit supra in hac 3. parte nu. 109. super tit. de signis & indicijs, quibus diuersarũ sectarum hæretici cognosci possint. §. illa facta.

Ex leuibus autem indicijs quemadmodum nemo capiendus est in hoc crimine, nec in carcerem mittendus, iuxta veriorem sententiam, vt alibi ostẽdimus; ita nemo est torquendus.

Num. 7. i ¶ Sexta regula est: Quòd si quis reperiatur de aliqua hæresi diffamatus, &c.] *Hęc regula apertissime consequitur ex traditis in superioribus: nam si infamia sola quãdoque sufficit ad torquendum, vt dicemus, & solus vnus testis, & solum vnum indiciũ propinquum vehemens, multo magis sufficient hęc omnia simul iuncta, quod patebit amplius ex his quę proxime dicemus.*

Ex multis indicijs torquẽdus reus.

Num. 8. k ¶ Septima regula est, propter infamiam tantũ, &c.] *Hęc postrema regula ceteris lucem affert: nam in ea declarat qualiter superiora sint intelligenda. verum quę proponũtur in ea valde disputabilia sunt, in primis vero vtilia, & vsu frequentia: & ppea singulatim cuncta explicabo, ne quis obscuritati, aut dubitationi locus in hac tractatione relictus esse videat.*

Ex sola fama nemo torquendus.

Primũ ergo dicit, Propter solam infamiam neminem esse in hoc crimine torquendum. *Quæ sententia & vera, & cõis est: nam sola fama, seu infamia in criminalibus nõ facit indicium ad torturam. Bartolus in l. milites. C. de quæstio. Antonius de Butrio & communiter Doctores in c. veniens. el primo. de testibus. Ioannes And. in additio. ad Speculat. tit. de probatio. §. videndum. ad nu. 19. verbo. sciãt. Angelus tract. de malef. verbo, quod fama publica. nu. 41. Panomitan. cap. 1. nu. vlti. de purgatio. cano. & hanc opinionem vocat communem Marsilius singula. 97. incipien.* Fama sola. *& Iason in repetitio. l. admonendi. nu. 251. ff. de iureiuran. & ceteri quos refert Petrus Dueñas in regula. 300. incipien.* Fama in criminalibus. *fallentia. 4.*

Ob solam famam quãdoquis torquẽdus.

Verum hæc communis opinio quandoque fallit: nam primo sola fama, seu infamia sufficere dicitur ad torturã, quando est vehemens. ita expresse cõcludit Bartolus in consil. 191. incipien. Domino paci. *quod sequitur Baldus in c. 1. §. iniuria. de pace iuramento firmanda, in vsibus feudo. Felyn. in c. veniẽs. 1. de testibus. nu. 15. Marsilius in pract. crimi. §. dilegenter. nu. 19. idem consi. 3. nu. 6. & consi. 49. n. 65.*

& singul. 97. & 205. Thomas Grammaticus decis. 34. incipien. In præsenti. *nume. 52. & alij plurimi, quos refert & sequitur Petrus Dueñas in regula 301. incipien.* Fama in criminalibus. *in prima limitatione. & hęc sententia sępe locum habere poterit, vt ex tradendis patebit.*

Fama vehemẽs, quæ dicatur.

Sed tota difficultas posita est in cognoscendo, quæ dicatur fama vehemẽs. & Marsilius in l. de minore. §. plurimum. nu. 30. & Grammaticus in dicta decis. 34. nu. 53. ex Baldo dicunt arbitrio iudicantium relinquendũ esse, quãdo dicatur fama vehemens: quod nos libenter amplectimur; verum declarandum putamus in gratiam lectoris, ne quis temere arbitratu suo famam vehementem esse facile pronuntiet.

Ergo si à fidedignis personis orta sit. si frequẽs sit, si ob id quis viciniã, amicosue, aut viros probos, & plures scãdalizauit, & alijs quibusdam modis, quos retuli supra in hac 3. par. super 2. modo processum fidei terminandi. §. sed quæret quispiam. malam de se opinionem seminauit; is vehementer diffamatus censendus erit, & ob id torqueri fortassis iuste poterit.

Ad hęc, sola fama indiciũ sufficiens præstabit ad torturam. cum reus, de quo mala fama inualuit, aliàs erat malę opinionis & famę, malæ vitæ. & malis moribus præditus. Gandinus tract de malefi. in rubri à quo vel à quibus possit fama incipere. nu. 12. Augustinus Ariminensis apud Angelum. tract. de malefi. verbo, ꝙ fama publica. nu 44. quos refert & sequitur Petrus Dueñas in dicta regula 301. incipien. Fama in criminalibus. *in 3. limitatione. quibus in hoc crimine propterea libẽtius censeo subscribendũ; quoniam qui deprauatis sunt moribus prędditi, facilius in errores & hæreses labuntur, quam alij, & præsertim in eas, quæ oriuntur ab eo vitio, quo sunt irretiti: nam intemperatissimi, & ad venerem multum procliues facilius inducuntur ad credẽdum simplicem fornicationem non esse peccatum. vnde aduersus tales ob solam infamiam, legitime tamen probatam, poterit Inquisitor ad torturam accedere.*

Fama cũ fuga sufficit ad torturam.

Præterea, quando simul cũ fama adesset fuga delinquẽtis, is torqueri posset. authen. de exhiben. reis. §. si vero. authen. de sanctissimis Epis. §. si quis autẽ. Bartolus in l. fin. ff. de quæstio. Gratus consi. 48. n. 8. volum. 2. Ioannes Imola, & ibi Felyn. nu. 6. in c. nullus. de præsumptio. immo Antonius Gomez tom. 3. varia. resolu. cap. 13. nu. 10. versi. quartum indiciũ. addit, solam fugam post delictum commissum sufficiens indicium esse ad torturam, quod qualiter intelligi debeat, pulchre docet Carrerius in practi. crimi. nu. 112. versi. tertium indicium.

Fama cũ dicto vnius sufficit ad torturam.

Item, fama cum dicto crucesignati seu familiaris sancti officij, seu cuiuslibet alterius catholici contra aliquẽ, sufficiens facit indicium ad torturam. Bartol. consi. 191. incipien. Domino paci. *Paris de Puteo in tract. syndicatus. verbo, an fama nu. 3. & Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs. nu. 315. & alij. Quod & verum est, quamuis hoc non præstet sola fama, cum dictum vnius (quem syndicum siue officialem vocant prædicti) quasi testis superaddatur.*

Fama à fide dignis orta sufficit ad torturam.

Iam sola fama dicitur facere plenum indicium ad torturam, cum originem habuit ab honestis personis & fide dignis. Marsilius in dicta l. de minore. §. plurimum, num. 30. ff. de quæstio. Salycetus in l. ea quidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem.C.de accusatio.Franciscus Aretinus in dicto c. veniens.nu.36. de testibus. Paulus Parisius consil. 153.incipien.In causa ista.nu.12.volu.4.facit textus in c. cum in iuuentute. de purgatio. cano. hoc ipsum profitetur expressius Hippolytus Marsilius cõsil.3.incipien.Sæpe ac sepius decreui.nu.5.& ratio esse potest, quoniam personæ honestæ & integræ, à quibus fama duxit initium (iuxta ea quæ in superioribus tradidimus (vehementem famam faciunt; ex vehementi autem fama torqueri reus potest, vt ostẽdimus paulo ante. §.verum hęc.

Fama orta si mul cũ delicto an sufficiat ad torturam.

Denique sola fama indicium faceret ad torturam quando orta esset contra aliquem à personis fide dignis, cum primum delictum est cõmissum; verbi gratia, si cum combusta est Ecclesia, aut Sãctorum imagines deletæ & fractæ, aut violata Sacramenta, protinus nec temere, nec ab stultis oritur fama, Bucerũ id fecisse; tunc is & capi poterit & torqueri: quoniam fama statim cum commisso crimine orta, crimini inesse videtur. ita Gandinus tract. de maleficijs tit.de quæst. & tormentis, num.39.versi.sed de vno quæro.quem refert & sequitur Franciscus Casonus tract.8. de indicijs ex dicto in delicto, seu post delictum, cap.2.num.2. & alij.

Verum plurimum in hoc casu pendendum existimo à quibus fuerit orta fama; item an verisimiliter is qui infamatus est, id delictum committere potuerit: nam vt in eodem exemplo persistamus, si Bucerus male putabatur prius de sacris imaginibus sentire, si raro visus est eis caput aperire aut reuerentiam exhibere, forte torqueri potcrit. itaque ne quid durius dicam, tunc crederem ex fama orta cõtra aliquem, quamprimum fuit delictum cõmissum, ad torturam posse deueniri, quando alia concurrerent adminicula.alieq; coniecturę verisimiles præcessissent: quod arbitrio prudẽtis iudicis arbitror relinquẽdũ.

Num. 8. Vnus testis sufficit ad torturam.

1 ¶ Aut unicum testem de scientia tantũ.] *Ex his quę diximus supra super secunda, & quarta regula sit perspicuum, vnicum tantũ testem omni exceptione maiorem, idest, talem cui nihil opponi possit, facere sufficiẽs indicium ad torturam, tum quia etiam in criminalibus facit semiplenã probationem; tum quia qui dicto vnius testis vrgetur, grauiter est de crimine infamatus apud iudicem competentem: & propterea absque vllo erroris periculo torqueri potest, & hęc est cõmunis opinio, vt ait Ruinus consi.147. lib.5.quam tenẽt alij, quos refert & sequitur Iulius Clarus in pract.crimi.q.21.versi.vnus testis. Eymericus vero, vt tutiora traderet, non sufficere vnũ testem dixit. & eius dictum verissimum est, quãdo testis non esset omni exceptione maior: tunc enim non faceret indicium ad torturam, nisi alia concurrerent indicia, & adminicula.*

Num. 8. An ex vno indicio vehementi, aut violẽto quis torqueri possit.

m ¶ Aut indicium vehemens, vel uiolentum tantum.] *Grauis est difficultas, An propter vnum indicium tantum vehemens, aut violentum aliquis torqueri possit. hanc quæstionem mouet Bartolus in l.fin.ff.de quæstio.nume.6.quam prosequitur copiose Marcus Antonius Blancus tract.de indicijs nu.39. versi.sexto prẽmitto.*

In hoc dubio non desunt qui dicant arbitrio iudicũ esse relinquendũ, an sufficiat vnum indicium, vel cõtra plura exigantur ad torquendum: leges enim loquentes de indicijs idoneis & sufficientibus ad torturam, omnes fere loquuntur in plurali, vt in l.1. in principio, & in l.vnius.§.1. & in l.vlti.ff. de quæst. vbi plura indicia postulari videntur. Aliquę tamen glossę sunt, quę videntur sentire vnum tantum indicium sufficere, vt i l.si quis. C.ad leg. Iuliã maiestat. & in l.vlt.ff.de quæst. vbi glossa verbo, suspicionibus.de suspicione loquitur in singulari. quę omnia latius prosequitur Salycetus in l.vlt.C.de quæst.nu.7. versi.quero, an sufficiat vnum indicium.

Verum omissis in hoc articulo prolixis multorum altercationibus, breuiter & resolutiue dico, q; si indicium est leue, & remotum à delicto; tunc non sufficit ad torturam absque alijs adminiculis suffragantibus, et ad crimen ipsum propius accedẽtibus, iuxta doctrinam cõem traditam à nobis in precedentibus: quare sola fama, quia indiciũ est à crimine remotum, regulariter non sufficit ad torturam. de ceteris indicijs & præsumptionibus leuibus idem est iudicium.

Si vero indicium est propinquũ, vrgens, vehemẽs, & (vt cum Eymerico loquar) violentum; tunc vnicũ sufficit ad torturã, vt vnus bonus testis de visu, vel confessio extra iudiciũ, vel res furto sublata apud aliquem reperta. ita Bartolus in dicta l.fin. nu.6.ff.de quæstio. Salycet.in l.fi.C.de quæstio. & Marcus Antonius Blãcus tract.de indicijs.nu.45. vbi dicit hãc esse cõem opinionem, à qua in praxi non est recedendum: quoniam hęc indicia licet singularia sint, cum tamen negotium ipsum seu delictum comitentur, & raro ab eo cõtingat abesse, absque dubio sufficient ad torturam. hanc opinionem satis confirmant Iulius Clarus in pract.crimi.§.fin.q.21. versi.vnus testis. & Antonius Gomez tom.3. varia.resolut. cap.13. nu.7. & 8. & ceteri criminalistæ.

Ac postremo de varijs indiciorum generibus, & an ex illis quis possit ad pœnam ordinariam condemnari, videto Boerium decis.164.incipien. Alia insuper orta fuit quæstio.

Quare si hęretici cõbusti ossa vel vestes religiosę cultę apud aliquẽ reperiantur, cũ hoc sit vehemẽs hęresis latentis indiciũ, is torqueri poterit, vt intelligatur, quid credat de Ecclesia hęreticos puniente.

Idem dicas de illis, qui scięter recipiunt litteras, vel munera ab hęreticis missa, nulla causa apparẽte, qua excusari possint. huc referas illa opera, quę reddunt operantes violenter suspectos: vt se circuncidere, hęreticos adorare, dęmones obsecrando inuocare, & similia, de quibus plerisq; locis egimus: ob hæc.n. indicia etiam singularia torqueri poterunt, quicũque dixerint se nõ fecisse malo animo; aut non habere errorẽ in intellectu, cum non sit verisimile hæc tam horrenda à quoquam patrari absque mentis errore. Simancas de catho.instit.tit.65.nu.52.ex sentẽtia Albertini tract.de agnos.assert.q.36.in fine.

Ac de varijs quidem indiciorum generibus, quæ d hunc locum spectant, multis locis egimus, nempe aarte 2.super quæst.53. §.iam vt nihil. & super q.p5.eiusdem 2.partis.item parte 3.nu.109.tit.de signis & indicijs, quibus diuersarum sectarum hęretici cognosci possint.§.illa facta.adde. Locatũ in opere iudiciali. verbo indicium.

Num. 8.

n ¶ Aut propter indicia vehementia, aut violenta tantum.] *Hęc verba erant in omnibus codicibus tam*

Locus animaduersus.

tam impressis quam manuscriptis, ea tamen omnino duximus omittenda, cum ex diametro pugnent cum traditis in quinta regula precedenti, vbi scripsit auctor, ob plura indicia vehemẽtia, aut violenta aliquẽ torqueri posse. nec vllo modo crederem hęc scripsisse auctorem, sed ab imperito quopiam librario temere, & aliud cogitante, dum scriberet, addita fuisse. et sequentia apertissime indicant hęc non esse auctoris verba, cum protinus adiungat, duo aut plura ex his indicia ad torturam sufficere.

APPENDIX SEV COROLLARIVM ad septem Eymerici regulas de causis torquendorum reorum.

Confessio ex traiudicialis sufficit ad torturam.

DIxi hactenus summatim quidquid pertinebat ad declarandas septem propositas ab Eymerico regulas. sed quoniam ex alijs causis & indicijs amplius rei huius criminis in hoc tribunali torqueri possunt; ideo breuiter eas quoque adiungemus.

Ergo prꝛter memorata indicia, confessio delinquẽtis extraiudicialis sufficiens quoque indicium erit & probabile satis ad torturam. glossa singularis in l.capite quinto.ff.de adulterijs. vbi Bartolus, Raynerius, Angelus, & cõiter Doctores. Bartolus in l.fi.nu.6. ff.de quæstio. & ceteri, quos longo ordine refert Antonius Gomez tom.3.varia resolut.cap.13.nu.8. & 9. & Iulius Clarus in pract.crimin.§.fin.quæst.21. versi.confessio extraiudicialis. & Carrerius in pract. crimi.num.121.versi.septimum indicium.

Si quis ergo dixerit inter amicos, aut alibi (referendo, seu iactando, aut gloriando, aut alijs modis, vt sæpe contingit) se sæpius concionibus hęreticorũ interfuisse, cœnam more eorum sumpsisse, Mahometum adorasse, dæmones inuocasse, aut aliquid hęreticale dixisse vel commisisse, vbi constiterit per testes legitimos de eius confessione extraiudiciali; vocari poterit, & interrogari, & vbi expediens fuerit, iudicatum in carcerem mitti, & si negat, torqueri ob illã confessionem poterit.

Ad hęc si factum vel dictum hęreticale confiteatur, intentionem autem prauã hęreticandi neget, torqueri poterit vt intentionem declaret: & hoc postremum vere asserit Albertinus tract.de agnos.assertionib.q.36.circa finem, quem sequitur Iacobus Simancas de catho.instit.tit.65.nu.52.

Addit Antonius Gomez tom.3.varia.resol.nu.8. versi.secũdo.quia.multorũ, quos ibi refert, sententiã esse, vsqueadeo verum esse confessionẽ extraiudicialem esse sufficiens indicium ad torturã, vt si reus positus in tormento confiteatur delictum, non requiratur postea aliqua perseuerantia vel ratificatio, quia sufficit illa confessio extraiudicialis, quę præcessit, vt postea plene probet confessio quę sequitur in tormento, vt reus definitiue condemnetur sine aliqua alia ratificatione: licet aliàs regulariter semper requiratur, quando positus sit in tormento ratione aliorum indiciorum & confiteatur delictum.

Confessio extraiudicialis in tormentis iterata, ratificari debet.

Verum hęc sententia obseruanda non est in praxi. tum quia nullo iure nititur; tum quoniam generaliter ius disponit confessionem factam in tormentis ratificandam: postremo, quia cum confessio extraiudicialis iam sit suum effectum operata, vt scilicet ea reus torqueri possit, non debet alium effectũ operari, vt scilicet non requiratur ratificatio. ita asserit, & vere, Antonius Gomez præcitato loco.

Si quis autem fuerit sacerdoti confessus, isque vel per malitiam vel per imprudentiam aut ebrietatem confitentis delictum detegat, talis confessio seu reuelatio nullũ prorsus effectum producit, vt dixi supra par.2.super concilio Tarraconensi. §.sed hic est pulchra difficultas. & §.seq.

Socius criminis an faciat indicium ad torturam.

An autem socius criminis faciat indicium ad torturam, quæri solet: sed verior & receptior sententia est, non sumi hinc ad torturam indicium, quãuis qualis qualis præsũptio inde oriatur Boerius decis.319. incipien. Socius criminis. *Ioãnes de Anania cõs.59. incipien.* uisa inquisitione, *Grãmaticus decis.28.incip.* Magnificus Ioãnes. *nu.14. et alij multi p hos relati.*

Si tamen duo socij criminis aduersus aliquem deponant, & is neget, tunc torqueri poterit. Boerius dicta decisio.319. Iulius Clarus in practi. crimi. §.fin. q.21. versic. sed pone.

De confessione facta coram iudice incompetenti, an faciat indicium ad torturam, longa à nostris instituitur disputatio, quę cum ad hoc negotium conferre possit, non est contemnenda: sed cum breui oratione concludi non possit, videndus est Clarus in pract. crimi.§.fin.q.21.versi. sed hic quæro.

Libri vero hęreticorum apud aliquem reperti, an indicium faciant ad torturam, ex qualitate personarum, penes quam reperiuntur, pensandum erit, iuxta id quod tradidimus supra in hac 2. parte. super cap. Fraternitatis. de hęret.

An aduocatus admittatur, cum quę ritur an indicia sufficiant ad torturã.

Postremo videndũ est: An cum disputatur in hoc tribunali, num reus sit torquẽdus nec ne, debeat eius aduocatus ad disputationẽ admitti, vt videatur num sufficiẽtia sint indicia ex quibus est torquẽdus reus: & cum agatur de grauissimo delinquẽtis præiudicio, ne indefensus videri possit, uocandum esse aduocatũ, vt reum iuste, si potest, tueatur, respõdit Auctor repertorij Inquisitorũ verbo, aduocatus. §. sed an aduocatus. & verbo, tortura. §. an aduocatus.

Hoc exploratum est, indiciorũ exemplum, seu copiam reo dandam esse, & cõcedendã dilationẽ ad ea diluenda, & suam innocentiam probandã. hoc.n. & naturalia & humana iura fieri iubẽt, & iurisc̃onsulti vno ore fatẽtur, & tradũt passim criminalistæ, quos in re facili consulto omitto; interim videto Antoniũ Gomezium tom.3.variarum resolut. cap.13.nu.21.

DE TESTIBVS IN negotio Inquisitionis.

QVAESTIO LXII.

An Inquisitor cogere possit testes ad testificandum.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor super crimine hęresis, & id contingentibus testes recipere potest:*
2 *Et ad veritatem dicendam iuramẽto illos cogere:*
3 *Ac eos iterato examinare.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

EXagesima secũda quæstio est: Vtrũ Inquisitor testes posit compellere ad iurandum de dicenda eidẽ in causa fidei veritate, ac etiam pluries eos examinare?

1 Respõdemus quòd sic: nam Inquisitor potest & debet inquirere super hæretica prauitate, & in tali Inquisitione testes examinare, de qua testium examinatione habetur in cap. Vt officium. §. verum. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Verum quia in tam graui crimine cũ multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vllo proferatur errore dure ac digne seueritas vltionis) volumus & mãdamus, vt in examinatione testiũ, quos recipi super crimine B prædicto, ipsumq; contingẽtibus oportuerit: &c.

2 Testes[a] autem cogendi sunt in causis ecclesiasticis veritatẽ deponere medio iuramento. extra de testi. cogen. Peruenit. aliàs testimoniũ non valeret. & extra de hæret. c. Excommunicamus itaque. §. adiicimus. dicitur, ꝙ Archiepiscopus vel Episcopus, (& idem de Inquisitore) parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres vel plures boni testimonij viros, vel etiã si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat: & sequitur infra: Si qui vero ex eis iramenti religionem obstinatione dãnabili respuentes iurare forte noluerint, ex hoc ipso tamquam hæretici reputentur.

3 Quòd[b] autem pluries possint examinari, ita docet Archid. in c. Vt officium. §. verũ. super ver. testium. vbi dicit sic: Inquisitor debet esse solicitus, vt si testes confuse deposuerint, & de causa scientiæ minus plene requisiti fuerint, ꝙ iterato cũ eis inquirat: nam hoc de iure fieri potest. extra de testi. Per tuas. Ad hoc. ff. de quæstio. Repeti.

Supra pag. 107.

COMMENT. CXI.

Disputatio de testibus.

EYmericus absoluta disputatione de tortura, alteram nunc exorditur de testibus; cuius cognitio quàm sit vtilis & necessaria, res ipsa indicat. prosequitur vero hãc tractationem multis quæstionibus, quas singulatim tutiora & communiora tradentes breuiter enarrabimus.

Sed illud præfandum est; circa testes in hoc crimine multa esse singularia fauore fidei inducta, quæ in aliis criminibus nõ admittũtur: quę qualia sint, suis locis declarabitur. & in hac prima quæst. duo potissimum docet. primũ est de compellendis testibus: alterũ de eisdẽ interrogandis, ibi: Quòd autẽ pluries.

Testes quicũq; in hoc crimine cogẽdi ad testificandum.

Quantum ad primam conclusionẽ attinet, licet dubitatũ sit, an in causis criminalibus testes cogi possint ad testimonium ferendum. c dilectorũ. de testi. cogen. nunc tamen omissis in hac re futilibus quæstionibus dico, in crimine hæresis quoscunque quacunq; auctoritate præfulgeant, compellẽdos esse ad iurandum de dicenda veritate. Zanchinus tract. de hæret. cap. 13. nu. 9. & ibi late Campegius. Reperto. Inquisitorum verbo, testes. §. an si testes. Felyn. in dicto c. dilectorum, nu. 3. de testibus cogen. Ioãnes Rojas sing. 197. incipiente: Testificari in criminalibus. *Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 12. & seq. & alij.*

Nec vero putãdum est, ab hac regula aliquos eximi, quoniã omnes compelli possunt non obstante quo-

A *libet priuilegio. faciunt quæ tradunt Innocentius in c. 1. nu. 5. de testi. cogen. Hostien. & Ioan. And. in dicto c. dilectorũ. de testi. cogen. Repertorium Inquisit. verbo, testes. §. an si testes. Ioan. Rojas in dicto singu. 197. Socinus regula 509. incipiente:* Testificari in criminalibus. *fallentia 3. item compelli possunt quilibet religiosi, Sylvester in sum. verbo, testis. q. 8. Cãpegius ad Zanchinum cap. 13. versi. & quoniam. tradit Archidiaconus in c. vt officium. §. verum quia. de hæret. lib. 6. relatus supra parte 2.*

testificando in hoc crimine nemo excusatur.

Sed præter ceteros singulariter Guido Fulcodius hoc docuit in consultationibus ad Inquisitores, q. 8. in hæc verba: A ferendo testimonio priuilegiatos excusari non puto, nisi super hoc ipso priuilegiũ speciale haberent, quia ad veritatem detegendam in hoc casu omnes tenentur, vt infra dicã: sed nec iuramento, vel voto in contrarium emisso. nam licet veritatem celare possimus hosti vel persecutori, vt 22. q. 2. ne quis. iudici tamen veritatẽ inuestiganti eam occultare mortale peccatum est, vt 11. q. 3. quisquis. ergo iuramẽtum vel votum in contrarium emissum non est seruandum. 22. q. 4. in malis. & determinant quæstionem expresse. extra de testi. cogen. peruenit. & cap. vlt.

Sed nec excommunicatio ordinarij nocet, qui illos excommunicare præsumpsit, qui coram Inquisitoribus deponerent veritatem: Tum quia nõ potest inferior superiorẽ suis diffinitionibus subiugare. 21. dist. inferior. Tum quia maiori est potius obediendum. 11. q. 3. qui resistit. Tum quia huiusmodi sententia cõtinet errorem expressum. extra de sentent. excom. per tuas. nec est quæstio, quin in crimine hæreseos testes sint compellendi, vt extra de hæret. excõmunicamus. *hactenus Guido Fulcodius, à quo nusquã discedit hic Eymericus.*

testis sensus dicere testimonium, an sit suspectus.

Sed opportune hic quæritur, an si aliquis vocatus ab Inquisitoribus ad testificandum contra aliquem, & non impeditus recusset venire, aut dicere testimonium, præter alias pœnas, quas propterea meretur, D *fiat etiam suspectus de hæresi, & tãquam fautor, aut celator hæreticorum haberi & puniri possit. Gemmianus & alij in cap. vt officium. §. verum. de hæreti. lib. 6. compellendum dicunt esse testem, si se à dicendo testimonio subtraheret in hac causa, sed dubitationi propositæ non satisfaciunt.*

Ego distinguendum putarem, an is testis vocetur ad testificandũ contra personas sibi sanguinis vel affinitatis coniũctas, vel amicissimas, vt contra parentes, fratres, & alios ascẽdentes, vel descendentes, vel transuersales, an vero contra alios quoslibet cũ quibus nec sanguinis nec magnę amicitiæ vinculo est cõiunctus: nam in primo casu quamuis ob inobedientiã E *& contumaciam, quia Inquisitoribus non satisfecit in hac causa, iuste præcipientibus, puniri possit, at nõ videtur vlterius suspectus tamquam fautor vel celator habendus, quoniam affectione carnali potius, quàm aliquo intellectus errore, aut odio cõtra fidem catholicam id facere præsumendum est, argumento eorum quę diximus supra par. 2. super q. 56. §. seu aliàs fauorem.*

In secundo vero casu fautor quãdoque censeri poterit, aut celator, & velut talis puniẽdus consideratis persoñæ, & negotij de quo agitur, & inobedientiæ aut

Celatores in hac causa qui dicãtur.

tiæ aut contumaciæ qualitate.

Nomine autem celatorũ hoc loco non solũ intelligimus eos, qui quos cognoscunt hæreticos, aut suspectos omittunt iudicibus reuelare, cum possint, iuxta concilium Tarraconense relatum supra par. 2. §. Celatores. sed illos quoque multo magis, qui coram iudicibus scienter & prudẽter renuunt comparere, vt hæreticos occultent, aut postquam comparuerint de illis interrogati, supprimunt malitiose quam nouerãt veritatem, ne illi contra quos proceditur, deprehendantur, aut puniantur.

Num. 2.

a ¶ Testes autem cogendi sunt, &c. veritatẽ deponere medio iuramento, &c, aliàs testimonium non valeret.] *Hoc ipsum docuit Eymericus supra in* B *hac 3. parte, nu. 82. vbi dixi in §. quilibet horum.*

Testes iurare debent cum deponunt.

Et quamuis iramentum sit de validitate testimonij, quia sine iuramento testimonia testium non valent. l. iusiurandi. C. de testibus. non tamen est de substantia & essentia testimonij. sed de his vide Repertorium Inquisitorum, & Locatum in opere iudiciali verbo, iuramentum.

Num. 3. Testes sæpiꝰ examinãdi.

b ¶ Quòd autẽ pluries possint examinari, ita docet, &c.] *Hoc ipsum docuit iam olim luculenter Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 15. cap. 16. & 17. in hæc verba:* Et si testes inueneritis confuse deposuisse, & de causa scientiæ minus plene requisitos fuisse, suppleatis omissa; & eos de causa scientiæ, & causa causæ, vbi faciẽdum videbitur, sollicite requiratis; quod sic fieri posse, scilicet iterari testium interrogationes omissas, dicit decretalis de testibus, per tuas. & concordat. l. ff. de quęstio. repeti.

Cap. 17.

Et hoc dico cum tanta diligentia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur, præcluditur via iuris in notitia testium, & reddendis interrogationibus, prout in iure fieri consueuit: & quanto magis eis præcluditur, tanto sollicitudo maior vobis incumbit; adeo quòd etiam de inimicitia testium per vos debetis inquirere, cum non possint alij diuinare; & nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem indicere, vel differre sententiam, quàm damnare. *hactenus Fulcodius, quibus nihil potest prudẽtius vel tutius in hac causa præscribi.*

In causa hæresis clara est testes debent testium dicta, & quare.

Tametsi vero in omnibus causis enitendum sit, vt clara & aperta sint testium dicta; in crimine tamen hæresis id est præcipue obseruandum, præsertim cum sæpe contingat ex vnius voculæ mutatione, additione, subtractione, aut declaratione, vel adesse hæresim, vel abesse: quod in primis contingit testibus imperitis, qui nesciunt veritates catholicas ab erroribus secernere & separare; & propterea in hac causa omnino est vitanda in testium dictis vel obscuritas vel ambiguitas.

In dubiis dictis id accipiendum qd delictum excludit.

Sed cum in dictis testium deponentiũ contra aliquẽ de dicto hæreticali contingit obscuritas, seu ambiguitas, ita vt dictum illud & ad delictũ & ad non delictũ referri possit, aut hæresim includere, seu contra excludere, nec testis aut reus adsit, vel sciat dictum suum interpretari: tunc ille sensus accipiẽdus est, qui delictum excludit. l. si quis intentione. ff. de iudi. Innocentius in c. dudum. de electio. tradit Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 19. & co-

A *piosius q. 34. nu. 48. & seq. & Ioannes Rojas tract. de hære. par. 1. nu. 199. & seq. quotiens enim verba propositionum, de quibus reus accusatur, duplicem possunt habere sensum, catholicum vnum, hæreticum alterum, sensus catholicus accipiendus est fauore delinquentis. l. fauorabiliores. ff. de regu. iuris.*

Exemplũ de propositione habẽte duplicẽ sẽsũ, vnũ catholicum, alterũ hæreticum.

In qua re, vt cetera exempla omittam, appositissimum est illud quod de Florianis & Colluthianis hæreticis refertur in c. quidã autẽ. 24. q. 3. relato apud Eymericum par. 2. quorum Colluthiani Deum non facere mala asserebant; quæ verba de malo culpę accepta, catholica sunt, sed de malo pœnæ intellecta (vt illi intelligebãt) hæretica sunt: et ppea fuerũt dãnati.

Dictũ dubiũ quando non sumẽdum in bonã partẽ.

B *Floriani contra, asserebant, Deũ creasse mala, quę de malo pœnæ sumpta, catholica sunt, hæretica vero de malo culpæ, vt ab illis intelligebatur; quemadmodũ pulchre ibi declarat doctissimus Turrecremata.*

Veruntamen hęc interpretatio in meliorẽ sensum, tunc iudicio meo locum habet, cum is qui protulit dictum dubiũ, vir probus est, & omni mala suspicione carens; tunc. n. in tali viro non est præsumẽdum delictum: secus autem esset cẽsendum, cum is qui protulit verbum dubium, aliqua alia sinistra suspicione laborabat, vt quia vel infamatus esset de hæresi, vel ex suspectis prouincijs esset, veluti Anglia, Germania, aut similibus, vbi nunc hæreses pullulant. argu-
C *mento textus in l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. l. quòd si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edicto. ibi:* Seruos bonos esse, quia nationis non infamatæ; quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est. *hęc ibi. tradit Ioan. Rojas (cui libenter subscribo) trac. de hære. par. 1. nu. 205. et seq.*

Hæc vero in hoc tribunali magnum momentũ habẽt, ad excusandos rudiores quosdam, qui sępe absq; hæresis malitia propositiones habentes sensum hæreticum proferunt; quales sunt illæ: Sola fides sufficit: Deus solam voluntatem respicit, & similes, quæ bene & male accipi possunt.

Etiam publicatis attestationib. testes possunt recipi.

Iam quod de examinandis & sæpius interrogan-
D *dis testibus confuse deponentibus docet hic Eymericus, locum habet etiam post publicatas attestationes c. cum clamor. extra de testibus. hoc consilio ab Eymerico relato supra par. 2. & ratio est: quoniam obscurum dictũ quo ad effectũ iuris pro non dicto habetur. glos. in c. si testes. §. in testib. verbo, simpliciter 4. q. 3. glossa in c. qui episcopus. verbo, simplicibus. 23. dist. concordat textus in l. de ætate. §. si interrogatus. ff. de interrogato. actio. Rursus, quoniam hoc etiam postulat æquitas ad pleniorẽ innocentis defensionem. argu. l. 1. §. si quis vltra ff. de quæst. tradit Socinus reg. 498. incipiente:* Testes publicatis attestationibus. *in fallentia 6. 10. & 11.*

E *Denique publicatis attestationibus nõ modo ijdẽ illi testes, qui prius deposuerunt, possunt iterum atque iterum in hac causa, vbi occasio postulauerit interrogari, & examinari, verumetiam & alij testes possunt audiri & recipi. Socinus præcitato loco. Archidiaco. in cap. super hoc. de hæret. lib. 6. Carrerius tract. de hæret. num. 124. versic. sed an publicatus. & Ioannes Rojas singu. 22. incipiente.* Attestationibus publicatis. *quod intelligo non modo cum recipiuntur ad defensionem reorum; verum etiam ad offensam, & pleniorem delicti probationem, quidquid*

fiat

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiat in alijs delictis, idque fauore fidei. tenet Carrerius præcitato loco, cui libenter subscribo secutus Ang. in l. per hanc. C. de temp. appellat. & Geminianum in c. in officium. §. verum. de hæret. lib. 6. & Simancam de catho. instit. tit. 64. nu. 50. & seq.

QVAESTIO LXIII.

An Inquisitor debeat solus cũ notario examinare testes. siue reos.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor duas religiosas personas adhibere debet in examinibus faciendis.*
2 *Religiosæ personæ quænam hic intelligantur.*

Exagesima tertia quæstio est: Vtrum Inquisitor in examinatione testiũ & reorum, seu delatorum, cum suo notario debeat esse solus?

1 Respondemus quòd non; immo oportet quòd in tali examinatione, sint etiam duæ religiosæ & discretæ personę, vt patet in c. Vt officium. proxime alleg. de hæret. lib. 6. in ver. verum. vbi dicitur ita: Verum quia in tam graui crimine cũ multa oportet cautela procedi (vt in reos sine vllo proferatur errore dure ac digne seueritas vltionis) volumus, & mãdamus, vt in examinatione testiũ, quos recipi super crimine prędicto, ipsumque cõtingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia per publicam (si commode habere potestis) personam, aut per duos viros idoneos fideliter eorũdem depositiones testium conscribantur.

Supra pag. 107.

2 Religiosæ[a] personę possunt hic intelligi, personę honestæ, siue sint clerici, siue laici: sed magis videtur, q̃ loquatur de religiosis, qui religionis habitum receperunt, vt dicit Archid. ibi in glossa.

COMMENT. CXII.

Quæ ad hanc quæstionem spectant copiose tradidit Eymericus supra par. 3. nu. 84. tit. quot personæ esse debeant in examinatione testium & delatorũ. tradũt etiam Simãcas de catho. instit. tit. 64. nu. 9. Locatus in opere iudiciali verbo, testis. post nu. 54. vers. & primo. & alij communiter. ideo vero huiusmodi personæ interesse iubẽtur, vt quæ geruntur, postquã tot sunt oculis inspecta, & tot sensibus insinuata, falsi suspicionem excludant.

Num. 2.

a ¶ Religiosæ personę possunt hic intelligi, &c.] *Idem fere tradit auctor supra 3. par. num. 84. & per religiosas personas Philippus Franchus in c. vt officium. de hæret. lib. 6. eas tantum intelligit stricte & presse loquendo, qui religionis habitũ assumpserunt, vouerintque illa tria, paupertatem, obedientiam, & castitatem: pro his enim multũ præsumitur, de quibus in c. cum monasterium. de statu monacho.*

Per religiosas personas qui intelligãtur.

Sed Archidiaconus, Ioãnes And. & alij in dicto c. vt officium. §. verum quia. per c. denique. dist. 4. optime obseruant, religiosorum nomine intelligi etiã clericos sæculares: quare & hi poterunt huic examini adhiberi, quod & Simancas adnotat de catho. institu. tit. 64. num. 9.

A *Et quamquam re vera (vti ego existimo) supradictę personæ comprehendantur in dispositione dicti c. vt officiũ. §. verum quia. de hæret. lib. 6 nihilominus vbi visum ita fuerit Inquisitoribus, discretos etiam laicos, peritos, honestę vitę & spectatæ prudentię huic examini poterunt adhibere. Primo, quoniã Christiani laici honeste viuentes large religiosi appellantur. c. ecclesta S. Marię. de constit. c. fin. de rebus ecclę. non alienan. tradit plene Albertinus in c. quoniam. de hære. lib. 6. q. 1. concl. 3. nu. 5. Rursus, quãuis dum est sermo de materia odiosa et pœnali verba proprie & stricte accipi debeant. c. statutum. de electio. lib. 6. at in materia fauorabili large accipi possunt, vt Albertinus adnotauit præcitato loco nu. 6.*

Nomine teli giosorũ laici quandoque intelligũtur.

B *Cum ergo hic sit sermo de fauorabili materia, vt manifestum est, laici adhiberi poterũt. Postremo hoc voluit Eymericus 3. par. n. 84. Deniq; arbitrio Inquisitorum hęc crederem relinquenda, qui eos adhiberet, quos magis idoneos iudicaret: honestius tamen & decentius est religiosos monachos, vel clericos sæculares adhibere.*

Per discretas autẽ personas, viros peritos & doctos accipere debemus, qui intelligãt negotiũ de quo agitur, sciantque discernere quod geritur, vt optime interpretatur Archidiaco. in dicto c. vt officium. §. verum quia de hæret. lib. 6. nu. 14.

C *Tametsi vero ob causas in principio huius cõmentarij relatas, cum vel rei, vel testes examinantur, huiusmodi duę religiosę personæ interuenire postulentur; hodie tamen maiori ex parte processus in sancto tribunali fiunt absque præsentia. siue interuentu istarum personarum, & eos sic factos tolerat supremus senatus sanctæ Romanæ & generalis Inquisitionis. Et profecto duæ illæ religiosę personæ de cõsilio magis, quàm de precepto videntur adhibendæ.*

Equidem in hac causa mea sententia est, si fieri cõmode posset, singulis actibus examinãdi reos, aut testes adhibendas fore has duas personas: aut saltem vtilissimum & consultissimum esset finitis examinibus repetere omnia coram illis: quod tunc potissimũ procurare debent Inquisitores, cum agitur maior aliqua & grauior causa, qualis est relapsi, vel pertinacis, vel cum reus qui examinatur callidus est cauillosus & sceleratus.

Episcopi in causis fidei eũdem ordinem seruare tenentur, quem obseruant Inquisitores.

Cũ testes examinantur difficilius possunt hęc obseruari: cum multi nolint coram illis personis deponere contra aliquem, timentes ne reuelentur, aut ob alias causas.

Quòd si quæras, an Episcopi in suis diœcesibus, præsertim vbi non sunt Apostolici Inquisitores, debeant hęc seruare; respondebo debere quidem. quod non obscure significatur in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. quare recte Simancas scripsit de catho. instit. tit. 25. de Episcopis. nume. 4. quòd Episcopi in procedendo super hoc crimine, eundem ordinẽ seruare tenentur, quem in Inquisitores seruant.

QVAESTIO LXIIII.

Excõmunicati & socij criminis sint ne admittendi in testes in causa fidei.

Sexage-

Exagesima quarta quæstio est: Vtrũ Inquisitor excõmunicatos, seu participes, vel socios criminis, possit licite admittere ad agẽdum & testificandum in causa fidei?

Supra pag. 105.

Excõicati & socij criminis possunt esse testes in causa fidei.

Respondemus quòd sic, in probationum aliarum defectum, vt patet in cap. In fidei. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: In fidei fauorem, Concedimus, vt in negotio inquisitionis hæreticæ prauitatis excommunicati & participes, vel socij criminis ad testimoniũ admittantur, præsertim in probationum aliarum defectũ contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores & defensores eorũ, si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium: aut personarũ tam deponentiũ, quàm eorũ, cõtra quos deponitur, qualitate, ac alijs circunstãtiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur.

COMMENT. CXIII.

Testes aliàs inhabiles fauore fidei admittuntur in hoc crimine.

Hic incipit tractare de testiũ qualitate. vbi notandum, q̃ quamuis regulariter inhabiles, vt excõmunicati, infames, & similes à testimonio repellantur. cap. 1. de exceptio. c. licet. de probatio. c. testimonium. de testibus. c. testes. 2. q. 7. cum similibus. at in causis fidei propter religionis fauorem, ne tam graue hæresis crimen remaneat impunitum ob defectum probationum, qui aliàs repellerentur ob quemcumq; defectum, nunc in causis fidei admittũtur, vt apertissime probat textus in c. in fidei fauorẽ. de hæret. lib. 6. hic ab Eymerico citatus. cui penitus consentit concilium Biterrense cap. 12. in hęc verba; Quamuis in huiusmodi crimine, omnes criminosi & infames, ac participes criminis ad accusationem & testimonium admittantur. hæc ibi. idem in concilio Narbonensi cap. 24. & de hoc nulla est ambiguitas.

In hac vero quæstione & duab. potissimũ sequentibus, hoc in primis est inquirendum, postquã cõstat testes aliàs inhabiles in hoc crimine admitti ad testificandũ; an duo ex illis plene probent, quẽadmodũ duo

Multiplex in testibus c. in fidei. de hæret. in 6.

idonei & omni exceptione maiores plene probant.

Primum hoc constituere oportet, varios & multi plices intellectus afferri à Doctoribus super dict. c. in fidei fauorem. vt patet ex his quæ docent Franciscus Aretinus in c. fin. de testibus. Aegidus Bossius tit. de hæreti. nu. 3. & 4. Angelus in l. in iudicio. ff. de accusatio. Socin. cons. 118. in pri. volu. Glossa, Ioan. Andr. Dominicus, Franchus & alij in dicto c. in fidei fauorem. Gondissaluus tract. de hæret. q. 13. & Ioan. Rojas singul. 189. incipien. Testis criminosus.

Duo testes min' idonei non faciunt plenã fidem.

Ceteris tamen in præsentia omissis, quãuis nec inutiles sint, nec inepti, communior & receptior dicti cap. in fidei fauorem. sensus est, prædictos testes periuros, vel excommunicatos, vel socios criminis, vel infames, aut denique aliàs minus idoneos, in crimine quidem hæresis, seu in criminibus exceptis admitti: ceterum duo ex ipsis nõ sufficere ad plenã probationem faciẽdam, vel ad pœnam delicti ordinariam imponendam, sed ad præsumptionem vel aliqualẽ probationem faciendam, vel indicium ad torturam, vel pœnam extraordinariam imponendam. ita Abbas in c. per tuas. nu. 4. de simo. Felynus in cap. testimonium. nu. 22. de testibus. Iason in l. 4. §. si tibi ob in-

dicium. nu. 4. ff. de condi. ob turpem causam. Hippolytus Marsilius in pract. crimi. §. diligenter. nu. 56. Gondissaluus tract. de hæret. q. 13. num. 12. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. vlti. Simancas de catho. inst. tit. 64. nu. 36. Ioan. Rojas in dicto singul. 189. nu. 11. Aretinus in c. fin. in fine, de testibus. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 34. nu. 3. & alij plerique, inter quos est Iulius Clarus in pract. crim. §. fi. q. 21. versic. sed pone. vbi in multis alijs delictis ita seruatum testatur apud illustres insignium ciuitatũ Senatus: nunquam. n. ob dicta duorum testium sociorum in crimine, pœnam ordinariam impositam dicit, sed tantum dicit facere indicium ad torturam.

B *Ex his ergo more nostro in hac causa, quę grauissima est, certiora & securiora colligentes.*

Primum hoc ponamus: Duo testes inhabiles & minus idonei in crimine hæresis non facient plenam probationem, & proinde reus non punietur pœna ordinaria, sed alia mitiori arbitrio iudicantis: ex quo cõsequitur, neque relapsum, neque negatiuũ per duos testes inhabiles conuictum, tradendos fore curię sęculari: atque hoc axioma consequitur apertissime ex præcitata sententia: quod equidem non obscure videtur indicari in dicto cap. in fidei fauorem. dum ait: Et ex numero testium. *quasi diceret, ex multitudine testium.*

Plures testes quàm duo min' idonei, cum alijs cõiecturis plene probant.

C *Nec refert, si quis dicat appellatione numeri duos intelligi. l. vbi numerus. ff. de testibus. c. pluralis locutio. de regu. iuris. nam ea verba hunc sensum non ferunt; immo vera intelligẽtia est, quòd si plures excommunicati quàm duo, vel participes, vel socij criminis, deponunt contra aliquem de hæresi, si ex coniecturis aliquibus non præsumantur falsa dicere; tũc tales plures quàm duo, additis alijs coniecturis de veritate criminis, sufficient ad condẽnationem. Propositum enim summi Pontificis in dicto c. in fidei fauorem. hoc fuit, fauore fidei cõcedere, vt testes aliàs inhabiles in hoc crimine testificarentur; non tamen sanciuit, q̃ duo ex illis sufficerent ad condemnationẽ, & ob id addidit illa verba:* Et ex numero testium. *ita Franciscus Aretinus in dicto c. fin. de testibus. quem sequitur Palacius in allegat. de hæresi. §. vlti. quos agminatim laudãt multi ex præcitatis, quibus omnino censeo subscribendum: quoniam & verissima mihi videtur hæc sententia, & tutissima, ac penitus in praxi obseruãda. & pro hac expositione facit quod notat Felinus in dicto c. testimonium. de testib. nu. 22. vers. secundo limitant.*

Plures testes min' idonei quãdo plene probant.

Sit secundum axioma: Plures quàm duo testes inhabiles & minus idonei in hoc crimine tunc facient plenam probationem, & ad condemnationem. seu pœnã criminis ordinariam imponendã sufficient, quãdo ex circunstantijs & coniecturis, & personarum qualitate, verisimiliter præsumuntur verum deponere. et hanc sententiam videntur non obscure probare illa textus verba in dicto c. in fidei fauorem. Si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium; aut personarum tam deponentium quàm eorum contra quos deponitur; qualitate, ac alijs circunstantiis, sic testificãtes falsa non dicere præsumantur. *hęc ibi. Ita Palacius Rubius, Aretinus, & Albertinus præcitatis locis; vbi amplius admonent, hac ratione posse accipi sententiam eorum qui dicunt, ad condem-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

condemnandum hæreticum non sufficere duos testes: de quo articulo dicemus paulopost super q. 71. atq; hic plane videtur verus & germanus sensus dicti c. in fidei fauorem. & hæc est doctrina secura, tuta, & ob id in praxi seruanda.

Testis idoneus & alius minus idoneus nõ probat in hoc crimine.

Sit iam tertium & postremum axioma: Quamuis in multis causis testis valde dignus, & alius testis infamis, seu minus idoneus coniungantur ad faciendam plenam probationem, quia integra & superabundans fides vnius supplet defectum alterius, vt singulariter notant Baldus & Ang. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. quos refert & sequitur multa in eandem sententiam adducens Marsilius in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & Iason in l. cunctos populos. in 2. lectura, num. 53. versf. item in quantum. C. de sum. tri. & fide catho. & pleriq; alij quos prudens omitto: in causa tamen hæresis hoc nõ crederem habere locum, quoniam præfata sententia locum nõ habet, quotiens ex forma iuris vel hominis requiruntur duo testes: quia tunc, præsertim in criminalibus, vbi probationes debent esse clarę & certæ. l. sciãt. C. de probatio. vterque testis debet esse integer, & probatę vitę. ita limitabat singulariter & vere præfatam sentẽtiam Felynus in c. tertio loco, in fine. post Bal. ibidem, extra de probatio. quos sequitur Bernardinus Diaz in reg. 752 incipiente: Testis valde dignus. in 2. limitatione.

Manifestum est autem in causa hæresis ad minus duos testes idoneos à iure postulari, sicut copiose ostẽdemus infra super dicta q. 71. quare, vt ad dicta duorum testium reus huius criminis cõdemnetur, illi ex omni parte fide digni & integri esse debent: sin autẽ res aliter se habuerit, pœna extraordinaria erit imponenda. ne propterea omnino inulta crimina relinquantur. neque ab hac sentẽtia discrepat Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores q. 15. cap. 17. quem alibi retuli.

Testis non idoneꝰ, emẽdatus, idoneꝰ efficitur.

Verumtamen, si testis ille minus dignus de crimine fuisset emendatus, & per posteriores probatæ vitę laudabiles actus bonæ fidei, & opinionis specimen dedisset; tunc iudicio meo sufficeret: quoniã is iam potest dici idoneus: quod videtur sensisse concilium Biterrense cap. 13. & concilium Narbonẽse cap. 25. quę alibi retulimus.

Testis minꝰ dignus eũ digno & aliis indiciis probant.

Idem videtur dicendum, si cum teste digno, & teste minus digno concurrerent aliæ coniecturę, & indicia de crimine perpetrato: tunc enim indicia alia testimonium testis minus idonei coadiuuarent: quod videtur indicari per textum in dicto c. in fidei fauorem. ibi: Ac alijs circunstantiis sic testificantes falsa non dicere præsumantur. Sed de his amplius agemus in sequentibus.

Socius criminis cũ deponit, iurare debet.

Testes vero inhabiles cum admittuntur, sicut ceteri iurare debent de dicenda veritate, vt alibi plene scripsimus.

Sed de socio criminis an iurare debeat, dubitatur: & Marcus Antonius Blancus tract. de indicijs, nu. 384. in socio criminis non esse iuramentum necessarium putauit. prævaluit tamen Iulij Clari sententia in pract. crim. §. fin. q. 21. versf. quęro nunquid. dicẽtis, dictum socij criminis non facere indicium, nisi cũ iuramento deponat. quamuis enim quo ad se ipsum sit reus, tamen dum deponit contra alium, fungitur vice testis; ideoque non est sibi habenda fides nisi cũ iuramento.

Sufficit autem socio criminis iurare quandocunque, siue antequam torqueatur, siue etiam iuret pręsente ipso contra quem deposuit. ita Clarus præcitato loco. mihi magis probatur, vt in principio iuret, vt in reliquis testibus obseruatur; quia cum deponit testis est potius quàm reus.

An testis inhabilis torqueri debeat

Illa est etiã in hac quæstione pręcipua dubitatio, An huiusmodi testes suspecti & minus idonei cum admittuntur, torqueri debeant, an potius dictis ipsorum sine tortura sit standum. & glossa 15. q. 6. in summa, torquẽdos autumat, siue sint serui, siue viles personę, vel etiam si sint liberi homines, dũmodo sint criminosi & infames, vel obscuri vel ignoti. idem sequitur Hyppolitus Marsilius consil. 109. incipien. Spiritus sanctus. nu. 13. 14. & 15. & in pract. crimi. §. diligenter. nu. 62. & Bartolus in l. cunctos populos. C. de summa trinit. & fide catho. num. 12. eiusdem sententiæ esse videtur, siue testes sint infames infamia facti, siue infamia iuris: nam non admittũtur inquit, nisi in subsidium, & cum tormentis. adde Gondissaluum tract. de hæret. quæst. 13. num. 15. & Iulium Clarum in pract. crimi. quæst. 21. versic. sciam etiam.

Socio criminis, an credatur sine tormentis.

Equidem tametsi hęc sententia vera sit, dura tamen nimis & aspera videtur. & ideo crederem hos testes inhabiles indicium facere siue maius siue minus, spectatis personarum qualitatibus, & alijs circunstantijs, etiam si sponte & sine tormentis testimonium dixerint. & plane si testes inhabiles non admitterentur ad testimonium dicẽdum sine tormentis, facile auerterentur à dicendo testimonio in causa fidei. quare benignior est & fortassis commodior hæc sententia. non tamen ambigo quãdoque & posse & debere torqueri; quod quando fieri debeat, arbitrio iudicantis relinquitur, spectata testium infamium malitia, improbitate, & varietate.

Socius criminis quis dicatur.

De socio criminis quęsitum est, an ei credi debeat sine tormentis, & Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 21. versf. scias etiam. torquendum arbitratur, vt idem faciat: Cum enim, inquit, ex proprio delicto sit effectus infamis, nõ debet admitti in testem sine tortura. idem omnino tenet Hyppolitus Marsilius in dicto consi. 109.

Sed magis mihi placet sententia Iacobi Simancæ de catho. instit. tit. 64. nu. 38. asserentis, socium criminis absque tormentis indiciũ facere maius aut minus pro personarum qualitate, & criminum & aliarum rerum circunstantijs. verum ex causa torqueri etiam potest, vt proxime dictum est.

Socius criminis quis dicatur.

Quis autem dicatur socius criminis notatur in c. negligere 2. q. 7. & in cap. 1. 14. q. 6. et in cap. ita plane. 23. q. 4. & in l. comparentem. C. ad leg. Fabiam de plagiarijs, & in l. quoniam liberi. C. de testibus. vbi late glossa Cynus & Salycetus. & Archidiaconus in cap. quicunque. de hæret. lib. 6. verbo, fautores, versf. nec te moueat. Ex his colligo priumũ, socium siue participem criminis dici posse eum, qui committit aliquod crimen cum illis, cum quibus habet societatem, cap. ita plane. 23. q. 4. ibi: Ita plane si sociatur quis malis, idest, si mali aliquid cũ eis committit. item socius delicti dicitur, is qui participeps est eiusdem infectionis, vt præcitato loco Archidiaconus scripsit. & qui delinquentibus fauent, participes & socij criminis vocantur. vt patet in pręcitatis iuribus. glossa quam laudat Salycetus in dicta l. quoniam liberi. C. de testibus. ait non omnes criminosos appellari socios criminis, sed illos tãtum, qui eiusdem delicti numero fuerunt socij, ita quod absolutoria lata pro vno, prosit alteri: vel condemnatoria quale quale ei parit præiudicium. Recte tamen iudicio nostro, præcitato loco Salycetus addit, idem esse tametsi non sit idem crimen numero, dummodo sit ei connexum, verbi gratia quia sit illius causa vel occasio, quare in causa hæresis, qui induceret aliquem, vt alicuius hæretici sermonibus interesset, socius criminis esset ei qui prædicaret, cum ei cooperaretur in eo delicto, & causa esset, vt alij inducerentur ad audiendas hæretici conciones. Exempla huiusmodi multa occurrere possunt, quæ ex prędictis facile intelligentur.

QVÆSTIO LXV.

An periuri possint in testes admitti in causa fidei.

Exagesima quinta quęstio est: Vtrũ Inquisitor periuros possit licite admittere, ad testificãdum in causa fidei, seu agendum?

Relat. supra pag. 107. An fidei fauore admittuntur periuri.

Respõdemus, cp sic, vbi presumat cp deponant zelo fidei orthodoxæ, vt patet in cap. Accusatus. §. licet, de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Licet vero periuri à testimonio etiam post pœnitentiam repellantur: si tamen ij, qui coram Inquisitoribus iurantes tam de se, quàm de alijs super facto hæresis dicere veritatem, eam celando deierent, & postmodum velint corrigere dictum suũ contra se, ac alios suos complices deponendo: cũ crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxæ dictum suum velle corrigere, ac modo (quę prius tacuerant) reuelare, in fauorem fidei, (nisi aliud obsistat) stari debet tam cõtra se, quàm contra reliquos attestationibus eorundem.

Regulare a est tamen in alijs, quòd potius standum primo dicto, quàm secundo. de hoc Archidiaconus ibi in glos.

COMMENT. CXIIII.

De periuris testibus quid tenendum.

DE periuris eadem fere dicimus, quæ superiori commentario tradidimus de testibus in habilibus. verum in dicto c. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. nulla fit de testibus periuris mentio: eorum. n. pau lum diuersa consideratio habenda fuit.

Periurus cur repellatur à testimonio.

Eymerici vero axioma de testibus periuris in hac causa tale est: Cum testes periuri præsumuntur zelo fidei dicturi veritatem, audiendi sunt.

Periurus vero ideo regulariter à testimonio repellitur, vt notãt doctores in c. testimonium. de testibus. vel quoniam infamis est, vel quia ineptum censetur illius testimonium, qui vacillat, & de eadem re contraria profert modo aiendo modo negando.

A De materia huius quæstionis agit Locatus in opere iudiciali, & Repertorium Inquisitorum verbo, periurus. Gondissaluus tractą. de hæret. quæst. 13. num. 12. Tabiensis in summa verbo, Inquisitor. §. 35. Hieronymus Gigas tract. de crimine læsę maiestatis, lib. 2. titu. quomodo, & per quos probetur. q. 11. Iacobus Nouellus reg. 160. incipiente: Periurus, & alij.

Periuri vero quomodo admittantur in testes in causa fidei, eleganter explicat Gondissaluus dict. tractą. de hæret. q. 13. nume. 12. quem per omnia sequitur Hieronymus Gigas pręcitato loco: quorum hęc sententia est: Periuri in hoc crimine ad testimonium
B dicendum tam contra se, quàm contra alios admittũtur, dum tamen ex manifestis apparuerit indicijs, tales non animi leuitate, non odio, non corruptos pecunia; sed zelo fidei velle deponere, aut dictum suum, quod antea in forma testimonij deposuerant, velle emendare, & corrigere, ac quæ prius tacuerant, reuelare.

Vt autem periurorum testium dictis fides habeatur, ea concurrere debent quæ superiori commẽtario diximus, quæque præscribuntur in dicto c. in fidei fauorem. de hæret. lib. 6. ibi: Si ex verisimilibus coniecturis, &c. ita Gondissaluus & Gigas præcitatis locis. additque Gigas ibidẽ nu. 8. & 9. Quòd si prędictę coniecturę non concurrant de verisimili veritate à periuro dicenda, tunc non est admittendus sine tortura, de quo quid sentiam, paulo antea dixi: quãquis fortassis in periuro maior adsit ratio cur torqueri debeat, quàm in alijs inhabilibus.

a ¶ Regulare est tamen in alijs, quòd potius statur primo dicto, quàm secũdo.] Optime infert Eymericus hic ex contextu citato, posse testes corrigere dictum suum, si prius deieraverant, & postea ducti pœnitẽtia voluit emendare quod male deposuerant.

Cui dicto stãdũ in causa fidei, an primo vel secũdo.

Verumtamen dubium erat cui dicto esset standũ, primo ne an secundo: & videbatur standum esse primo dicto, iuxta doctrinam Innocentij in c. prętera. de testibus cogen. tradunt Abbas in c. veniens. el secundo. de testibus. & Decius qui hanc asserit cõmunem opinionem consil. 174. incipien. In causa falsitatis. nu. 7. & cons. 189. & ceteri relati per Ioannẽ Rojam in singularibus fidei, singula. 194. incipien. Testis, qui in iudicio. in principio.

Ceterum, in causa fidei speciale est, vt posteriori dicto testium stetur, vt vere docet hoc loco Eymericus: cuius sententia communi consensu approbatur, quam tenent Archidiac. in cap. accusatus. §. licet. de hæreti. lib. 6. relatus apud Eymericum supra par. 2. Gondissaluus tract. de hæret. q. 13. nu. 12. Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 13. Ioan. Rojas in dicto singula. 194. & alij pleribue.

Hæc tamen sententia, quòd posteriori dicto creditur in causa hæresis tunc procedit, quando ex manifestis coniecturis apparet posteriora dicta verisimiliora esse quàm prima, testesque Prioribus cõtraria deponere zelo fidei, nõ malitia, aut pecunia corruptos: quod apertissime probat textus ibi: Si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei orthodoxę dictum suum velle corrigere. Nisi enim hæc indicia apparuerint, ex quibus ostendatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur posteriora dicta veriora esse, Prioribus depositionibus erit standum, ita Couarruuias lib.2. varia.resol.cap.13.nu.9. & Ioannes Rojas singul.206. incipien. Teſtis qui contra.

Sententia de reuocādo primo dicto et procedit, cū dictū fuit cōtra quēlibet.

Rursus, hęc sententia de reuocādo primo dicto, et de fide adhibenda secundo, non modo procedit quādo deponentes testificantur contra se, & contra complices suos; quod apertissime indicat prędictus textus in dicto c.accusatus.§.licet.de hęret.lib.6. sed etiam cum deponunt simpliciter contra alios quoslibet. ita videntur velle, ex quo indistincte loquuntur, Zanchinus tract.de hære.cap.14.nu.5. Repertorium Inquisitorum verbo, testes.§. sed ponamus. & Arelatanus prædicto loco, contra quam velle videatur Couarruuias lib.2. varia.resolutio. cap.13. nu.9. vbi dicit, non temere Romanum Pontificem commemorasse, testimonium ibi exhiberi à testificāte contra se ipsum & criminis socios, cum maxima sit veritatis præsumptio proprię culpę cognitio, & eius apud iudicem professio.

Opinio Couarruuiæ reiecta.

Verum, dico quòd cum hoc sit fauore fidei concessum, & fauor fidei æqualiter reperiatur tam in testificante contra se & cōplices suos, quàm contra quoslibet alios tertios delinquentes profectò in omnibus hęc sententia locum habebit. Rursus, textus etiam in dicto §.licet.satis indicare videtur hanc sententiā contra Couarruuiam, dum ait: Stari debet tam contra se, quàm contra reliquos attestationibus eorūdem: *Nam dum, reliquos, dicit Romanus Pontifex, omnes complectitur. l.cum optio.ff. de optione legata. ibi:* Reliquorum appellatione omnes ad Męuium pertinent.

Secundo dicto quando nō stetur in causa fidei.

Postremo, prædicta sententia de stādo secundæ depositioni, vera est, cum quis in secundo dicto reuelat hęresim & delictum: secus si negat, cum prius de hęresi depositisset, vt si quis prius dixisset in iudicio, Bucerum negasse purgatorium; deinde vero hoc retractasset: quia hoc casu priori dicto stabitur, nō secundo. Repertorium Inquisitorum verbo, testes.§. sed ponamus. & §.seq. & Zanchinus tract.de hęre. cap.14.nu 5. vbi pulchram huius dicti rationem assignant: quoniam ex quo alloqui potuit reum, præsumitur corruptus & subornatus, ideoque primo dicto erit standum.

Illud tamen verum est, ob reuocationem non nihil priori testimonio detrahi: quod quantum sit, arbitrio iudicantis relinquitur. talis autem testis velut falsus puniendus videtur: de cuius pœna alibi scripsimus. & Repertorij & Zanchini sententiā sequitur Couarruuias lib.2. varia.resolutio. cap.13. nu.9. quibus libenter subscribo, in quo prudentissime animaduertendum est, ne ob huiusmodi reuocationes delictum hæresis impunitum quandoque relinquatur. vide ad hanc materiam, si plures desideras Felinum in cap. cum in tua. de testibus. Alciatum tracta.de præsumpt. regula 2. præsumptione 29. & Albertinum in cap.1.de hęret. lib.6. quæst. 16. numero 72. & multis sequent.

QVÆSTIO LXVI.

An infames & criminosi in testes recipi valeant in causa fidei.

Exagesima sexta quæstio est: Vtrum Inquisitor infames & criminosos, aut seruos contra dominos, possit licite admittere ad agendum, seu testificandum in causa fidei?

Respondemus ꝙ sic: vnde Archid.in c. Accusatus.de hęret.lib.6.in §.licet. super ver.exceptū. dicit ita: Tanta est labes criminis hæresis, quòd ad eius accusationem etiam serui aduersus dominos, & quilibet criminosi, etiam infames aduersus quemlibet admittuntur, vt 2.q.7. §.huic opponitur. Ad idem ea.q.cap.Pagani. §.in hoc.& §.sed quęritur.& extra de simo.c.Si dominus.& c.Tāta. Et idem est in aliis criminibus exceptis, scilicet in simonia, in sacrilegio, & in crimine lęsę maiestatis. 25.q.3. Sane.

De criminosis satis etiam in c. In fidei. de hæret.lib.6.vbi participes & socij criminis admittūtur, vt dictum est supra q.64.

De infamibus etiam patet: quia periuri de iure sunt infames, & tamen periuri admittuntur, vt patet in cap. Accusatus.§.licet. & dictum supra quęst. proxima.

COMMENT. CXV.

Quę ad hanc quæstionem spectant abunde sunt à nobis exposita supra super q.64. & 65. quę propterea non erunt amplius hoc loco inutiliter repetenda. interim videto Zanchinū tract. de hęret. cap.13. & Bernardum Comensem in Lucerna Inquisitorum, verbo, testis.§.18.

Criminosi contra quos libet recipi possunt in testes in causa hæresis.

Criminosi autē testes & quilibet inhabiles in hac causa admittuntur ad testimonium dicendum, siue agatur contra Sæculares siue contra Regulares, vt optime notat Panormitan.in cap.licet.Heli.de simo. nu.20. super glos.in verbo, indifferenter.

Quod vero Eymericus scribit hic ex sentētia Archidiaconi, videlicet in detestationem huius criminis etiam seruos admitti ad testificandum contra dominos, verissimum est, præsertim in defectum aliarum probationum.

Ceterum obseruandum est plerumque seruorum, immo quidē & famulorum dictis modicam fidē esse adhibendā, cum dominis suis infensissimi esse soleāt.

Serui in hac causa contra dominos audiri possūt.

Iam non solum serui contra dominos admittūtur, sed etiam cum opus est aduersus eosdem dominos, immo quidem & aduersus extraneos torquentur, vt Salycetus & alij optime scripserunt in l.1. C.de quæstio. per textum ibidem cuius hæc sunt verba: Quęstionem de seruis contra dominos haberi nō oportet, exceptis adulterij criminibus; item fraudati census accusationibus, & crimine maiestatis, quod ad salutem principis pertinet. *hæc ibi. Adde Ioānem Rojam singul.183.incipien.* Seruus non est torquendus. *& Simancam de catho. instit. tit.61. de seruis. num.13. & Panormitanum in cap. cum in contemplatione. in fine extra de regul. iuris.*

QVAESTIO LXVII.

An inimici capitales admitti possint ad testificandum, &c.

Sexagesima septima quęstio est: Vtrū Inquisitor inimicos capitales alicuius delati possit in causa fidei ad testificandum, seu agendum admittere contra illum?

Iust de repellendis inimicis a testificando.

Respondemus ꝙ non: vnde Archid.in c. Accusatus.§.licet. de hęre.lib.6.super ver.exceptū. præmisso quo modo in crimine hæresis, & alijs criminibus exceptis admittuntur ad testificādum & agendum serui cōtra dominos suos; & criminosi, & infames, contra quemlibet, vt habitum est supra quæst.proxima dicit* sic: non tamen intelligas, quòd in hoc crimine inimicus capitalis admittatur ad accusationem. 3.q.5.c.2. & de simo. Licet Heli.in fi.& c.Per tuas.

De hoc satis notat Hostien. i summa.de accu. §.quis possit. Et Archid.in c.Vt officium. §.verum.de hæret.lib.6. super ver.testium. in fi.dicit sic: Debent etiam Inquisitores per se, inquirere de inimicitia testium, cum is, contra quem inquiritur, de talibus nequeat diuinare quid quisque dicit. Quia vbi potest testibus graue periculum imminere, testium nomina delato non publicantur, vt in c.Statut 1.de hæret.lib.6. Idem ꝺ dicit dominus Guido Fulcodius, post Clemens iiij. in fine illarum 15. quæstionū, quas fecit ad Inquisitores.

Inimici multum nocere possūt i hoc crimine.

COMMENT. CXVI.

Iustitutum Eymerici in hac quæstione.

In hac quęstione Eymericus vnam proponit exceptionē in hoc crimine, quę obijci possit aduersus testes, videlicet, Inimicitiā capitalem: hęc enim testem repellit prorsus in hoc tribunali.

Optimo autem consilio de hoc differit auctor hoc loco: nam cum in superioribus docuisset, testes inhabiles in hoc crimine fauore fidei admitti ad testificandum, dubitari poterat, an etiā inimici capitales admitterentur.

Iura quibus vtitur auctor, optime probant suam sententiā, quę vera est & communis, sancitaque iam olim duobus illis sapientissimis prælatorum concilijs Biterrensi & Narbonensi, in quorum illo cap.13. ita scriptum est: Illis tantum exceptionibus fidem testium euacuantibus in totum, quæ non ex zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere videantur, vt sunt conspirationes, & inimicitiæ capitales. *hæc ibi. In Narbonēsi vero cap.25. ita:* Illis tantum exceptionibus fidem testium ex toto euacuantibus, quæ non ex zelo iustitiæ, sed de malignitatis fomite procedere videantur, vt sunt conspirationes & inimicitię capitales. *hęc ibi. concordat textus in c.repellantur. in c.meminimus. & in c. cum oporteat. de accusatio. & in c.si testes. 4.q.3. & alibi sæpe. tradit Gondissalues tract.de hęret.q. 13.nu.13. & ceteri quos retuli supra in hac 3.parte tit.de defensionibus reorum.nu.118. vbi pauca quædam dixi de capitali inimicitia, quæ ei instituto conueniebant: nunc vero cetera sunt tradenda quæ & cognitu necessaria, & vsu sunt frequentia.*

Nusquā autem reis magis nocere potest inimicitia testiū, quàm in hoc tribunali, cum ipsis nomina testificantiū non aperiantur, sicut in alijs delictis fieri iure solet; & ob id Eymericus hunc locum de cognoscendis inimicis capitalibus egregie tractauit 3.par.

nu.118. & seq. præscribēs modos varios, quibus Inquisitores intelligāt, an testes inimici sint reo nec ne.

Causas vero ex quibus inimicitia talis oriatur, pauciſſimas tradidit auctor prędicto loco. ceterum cum ea res sit magni ponderis in hac causa, vt lectoribus plenius satisfaciam, visum est nec indecēs nec inutile, referre hic ex varijs locis & iurisperitorum responsis causas, ex quibus iuste credantur capitales inimicitię oriri, vt cum cognitę fuerint, testificantium dicta repellant.

Quę inimicitia fit capitalis arbitrio iudicantis relinqui.

Sunt qui dicant iudicantium arbitrio esse relinquendum definire quę inimicitiæ dicantur capitales: propterea quòd à iure nominatim causæ præscriptæ non sunt. Felynus in c. cum oporteat. de accusatio. num.5. Marianus Socinus in cap.repellantur.nu.13. & Grammaticus consi.57. incipien. In causa mihi transmissa. *num.9. quos alij recentiores sequuntur. Verum ne de nouo arbitrari oporteat, ac ne in arbitrando propter humanam fragilitatem in re tam grauī decipiamur; tutius erit in hac re aliorum arbitriū sequi - quamquam non diffitear hanc facultatem non esse iudici denegandam, cum possint occurrere casus, ex quibus oriantur inimicitię, quos alij nondum pręuiderunt.*

Lege Hispana notatę causę capitalis inimicitiæ.

In Hispania legibus septipartitis nominatim traduntur causæ plurimæ, ob quas vnus in alterum iure dicere testimonium prohibeatur. nam in l.22.par. 3.titu.16. sapientissime & prudentissime ita scriptū est: Malquerencia mueue alos omes muchas vegadas de manera que maguer son sabidores de la verdad que non la quieren dezir ante dizen el contrario. E por ende defendemos, que ningun ome que sea omiziado con otro de grand enemistad que nō pueda ser testigo contra el en ningun pleyto si la enemistad fuere de pariēte que le aya muerto, o que se aya trabajado de matar a el mismo, o si le ouiesse accusado, o enfamado sobre tal cosa q̄ si le fuera prouado ouiera de recebir muerte por ello, o perdimiento de miembro: o echamiento de tierra, o perdimiento de la mayor partida de sus bienes. Ca por qualquier destas maneras, que aya enemistad entre los omes non deuen testiguar los vnos contra los otros en quanto la enemistad durare. *hactenus ibi.*

Legis sententia qualis.

Quorum verborum hęc est sententia latine vtcūque reddita. Prohibemus ne quisquam, qui magnā gerit cum altero inimicitiam, contra illum in aliqua causa possit esse testis: vt si inimicitia sit contracta ob cōsanguineos occisos: aut quia testis conatus est occidere eum, contra quem vult testificari: vel accusauit eum de delicto, quod si fuisset probatum, sequeretur vel mors, vel membri abscisio, vel exilium, vel amissio maioris partis bonorum; nam ob singulas ex causis prædictis non potest vnus contra alterum esse testis, durante inimicitia. *ac talis quidem est legis sententia.*

Causę mulţ capitalis inimicitię ordine relatę.

Prima ergo causa capitalis inimicitiæ oritur contra eum qui occidit consanguineum meum. ita Bart. in l.4.§.fi.ff.de adimen. legatis & Hippolytus Marsilius in l.1.§.præterea.ff.de quæstio.per textum in l. lex Cornelia. ff.de iniurijs. addit Socinus in cap.repellantur. de accusat.nu 14. non solum esse effectum mihi inimicum capitalem, qui consanguineum meum inter-

Universidad de Deusto Biblioteca

interfecit,sed etiamsi tantum dederit operam, vt in- A
terficeretur.
2.Causa. Altera causa capitalis inimicitię oritur, quotiēs
quis conatus est occidere eum,contra quem vult te-
stificari. ita docet eleganter Eymericus 3.par.num.
118.ibi: vel mors fuit intentata.vbi paulopost ad-
dit elegantem rationem,cur talis sit à testimonio me
rito repellendus.ibi: propter quod præsumitur.
3.Causa. Tertia causa,quę proximę superioris videtur ex-
plicatio,oritur ex solis minis de occidendo.glossa in
l.licet.ff.de recept.arbit.verbo,capitales. Alexāder
consi.14.incipien. Ponderatis.nu.3.lib.3.Gramma
ticus consil.57.incipien. In causa mihi transmissa.
num.8.Abbas in cap.repellantur.nu.4.de accusatio. B
Cardinalis in c.cum oporteat. de accusatio. quo loco
Ioannes Anania num. 7. optime dicit hoc tunc pro-
cedere (secundum Baldum in l.metum.C.de eo quod
met.cau.) quando is qui minatur aut est potens ad id
faciendum quod minatur,aut est solitus minas suas
executioni mādare, iuxta notata per Doctores in si-
mili in l.1.C.vnde vi.& in l.vt vim.ff. de iust.& iu
re. quod refert & sequitur Marsilius in dicta l.1.§.
prȩterea.ff.de quȩstio.
4.Causa. Quarto inimicitia capitalis oritur ex insidijs pa-
ratis vitæ eius contra quem is qui parauit vult testi
ficari.glossa in §.inimicitię.verbo,si capitales.instit.
de excusat.tuto. Eymericus supra 3.par. num.118. C
versi.repellit igitur. ibi: seu ea quæ sunt ad mor-
tem inductiua, atque via. tales enim sunt insidię.
5.Causa. Quinto nascitur ex eo, ꝙ quis accusauit aliquē de
causa capitali, vt verbi gratia de homicidio, crimine
læsę maiestatis,rapina,crimine nefando,veneris prę-
posteræ,adulterio,seu quolibet alio delicto ex quo na
scitur infamia,quod si fuisset probatū,imposita fuis-
set pœna mortis,abscissionis membri,aut publicatio-
nis omnium, vel maioris partis bonorum, aut exilij.
Bart.in l.4.§.fin.ff.de adimen.legatis.glossa in dicta
l.3.verbo,capitales.ff.de recept.arbit.glossa melior D
& apertior in dicto §.inimicitiæ.verbo, si capitales.
instit.de excusatio.tuto.Abbas in c.accedens.vt li-
te non contest.& in cap.repellantur.nu.4.de accusa-
tio. Zabarella in cap.cum oporteat.nu.12.de accu-
sat. & alij per hos relati.
6.Causa. Sexto oritur inimicitia, que repellit testem quo-
tiens, licet non accusauerit aliquem de crimine capi-
tali, deposuit tamen in causa criminali contra eum.
Abbas.Ioannes de Anania, Socinus & alij in cap.
cum P.Manconella.de accusatio.faciunt tradita per
glossam, Bartolum & doctores in l.3.ff.de testibus.
& per Speculat.titu.de teste.§.1.in principio.adde
omnino Grammaticum consil. 46.incipien. In cau- E
sa magni Tristani.nu. 4.& seq.
7.Causa. Septimo orit̄ capitalis inimicitia, ex eo ꝙ aliquis
eum,qui modo contra se testificatur,detinuit aliquā-
do in vinculis. Felynus in c.repellātur.de accusatio.
num.3.versi.adde quòd si tenui te. Grāmaticus cōsi.
46.incipien. In causa magni Tristani.nu.1.& 2.
hæc autem inimicitia semper durare prȩsumitur nisi
contrarium probetur,vt docuit Baldus in l.non igno
rabit.C.ad exhiben.quæ inimicitia tunc cresceret ve
hementius contra carcerantem si in dicta carceratio
ne fuisset incarceratus torturæ suppositus, vt ijdem
admonent.

Octauo oritur ex sola iniurarum prolatione. Bal- 8.Causa.
dus in cap.veniens. circa finem de iureiurando. quē
sequitur Iason in l.procuratoribus. C.de procurato.
Marsilius in dicta l.1.§.præterea. ff.de quæstio. vbi
ita quandoque iudicatum fuisse testatur idem Mar-
silius consil.3.incipien. Sepe ac sæpius decreui.Tho
mas Grammaticus voto 6. incipien. In causa excel
lentis comitis.nu.4.& 5.& alij,quos prudens omit
to. exempla talia esse possunt: appellare virum con
iugatum cornutum, siue vxorē eius meretricem: itē
si quis virum honestum dixerit, ebrium: monachum
dixerit, apostatam à sua religione: presbyterum di-
xerit, simoniacum: aduocatū appellauerit, imposto-
rem: procuratorem, cauillatorē: iudicem, accepta-
rem personarum: tabellionem,falsarium: mercato-
rem,monetarium, seu pecunias tondentem,& his si- Quid dicat verbum iniuriosum.
milia: atque, vt vno verbo dicam, verbum iniurio-
sum dicitur,cum siue in genere, siue in specie delictū
aliquod commissum, licet commissum non sit, alicui
improperatur, vt notant Bartolus, Baldus & com-
muniter Doctores in l.3. ff. de liberis & posthu.Fa-
ber,Aretinus,Ioannes de Platea,& alij in §.2.in-
stit.de iniurijs.

Sed in hoc multum considerare oportet personas Personarum est habenda ratio in conuicijs.
inter quos conuicia sunt prolata: personæ.n.viles et
infames,quemadmodum parum curant honorem, ita
quoque facile ad proferendas iniurias prorumpunt,
quarum etiam facillime obliuiscuntur, & mox re-
conciliantur: quod vilibus fœminis solet frequentis-
sime contingere.nobiles autem & ingenui nō sunt ita
indicandi: ac inter hos vere dixeris,ob cōuicia ori-
ri inimicitias capitales.

Rursus, plurimum consideranda est Prouinciarū
& ciuitatum consuetudo:sunt enim quædam iniuriæ
in vna Prouincia, quæ in alia non solent pro conui-
cijs accipi.

Numquid autem iniuria fiat dicendo alicui; men
tiris.tradit Bart.in l. si quis extraneus. ff.de acqui-
ren.hæred.vbi iniuriam fieri dicit.idem sentiendū est
cum alicui dicitur; tu es spurius, quamuis re vera
spurius sit. Thomas Grāmaticus decis.37.incipien.
Magnificus Carolus. quę tamen si quis effugere ve
lit postquam prolata sunt.obseruet cautelam 39.quā
tradit Thomas Ferrarius.

Item oritur capitalis inimicitia, ex eo ꝙ quis al- 9.Causa.
terius vxorem tenet marito inuito reclamāte,ac re-
pugnante. Antonius de Butrio,& Baldus,& alij in
c.accedens.el 2.vt lite non contestat. quos sequitur
Marsilius in dicta l.1.§.præterea.ff.de quæstio.num.
23.adduntque idem esse intelligendum de eo qui ter-
ram alterius tenet. quod intellige etiam per vim, vt
villas,agros,prata,domos,& similia,ex quorum fru
ctibus commodum suscipiat.

Quod autem de vxore dictum est; idem etiam sen Ex fœminarū nobis sanguine coniunctarū honore violato, nascitur inimicitia.
tias de sororibus, & alijs fœminis nobis coniunctis,
quarum honor vel infamia nos plurimum potest affi-
cere; quarum pudicitia si attentata solum fuerit,no-
bis infertur iniuria,per textum in §.2. instit. de in-
iurijs. ibi: Siue quis matrem familias, aut prætex-
tatum, prætextatamue affectatus fuerit: siue cu-
ius pudicitia attentata esse dicetur. hæc ibi. con-
cordat textus in l. itē apud Labeonem. §.si quis vir-
gines.ff.de iniurijs. quoniā ex his factis inhonestis et
impudi-

impudicis infamia generatur,& iniuria infertur,& A
inde inimicitia inter viros honestos & probos nasci-
tur.l.1.cum ibi notatis.ff.quibus vt indig.glossa in l.
sororem.C.eod.tit.Ioannes Anania in c. cum opor-
teat.nu.6.extra de accusatio.
10.Causa. Item oritur inimicitia capitalis, si quis alteri mo
ueat quæstionem status, asserens, videlicet eum esse
libertum non ingenuum natum,aut esse seruum, iux-
ta textum in §.item is.instit.de excusatio. tuto. iun-
cta glossa ibidem verbo, pupillorum. ita Accursius
in §.inimicitiæ.verbo,si capitales. instit.de excusat.
tuto.argumento textus in c. frequens. de restitutio.
spoliato.glossa in authen.de teste.§.si quis vero,ver-
bo,quæstiones.Bal.in l.athletæ.§. dant remissionem. B
ff.de excusatio.tuto.
11.Causa. Item oritur capitalis inimicitia, cum quis mouet
alicui quȩstionem de omnibus bonis,aut de maiori bo
norum parte.ita in dicta l.22.partitȩ 3.tit.16.quam
initio huius commentarij retuli.quod ipsum asserunt
etiam multi ex illis, quos adduxi in prȩcedentibus.
& Felinus in cap.quotiens, de testibus nu.5.Panor
mitanus in cap.1.nu.3.de iudicijs.idem Panormita
nus in c.repellantur. de accusat.num. 4.Ioannes de
Anania in cap. cum oporteat. de accusatio. num. 6.
Alexander consil.99.incipien.In causa accusatio-
nis.lib.1.& alij per hos relati.Huius causæ ratio nō
est difficilis, quoniam ex ablatione vel retentione C
aut omnium aut maioris partis bonorum, vita non
mediocriter læditur, quam sine alimentis transigere
non possumus:bona enim temporalia vita hominis di
cūtur,vt notatur in l.aduocati.C.de aduo.diuer.iud.
Idem sentiendum est,cum quæstio est de magna pe
cuniarum quantitate,vt voluit Bart.in l.3.ff.de te-
stibus.ad quod facit doctrina Baldi in l.parentes. C.
de test.vbi causam ciuilem magnam æquiparat cau-
sæ criminali.quos sequitur Marsilius in d.l.1.§.prȩ-
terea.nu.23.ff.de quȩstion.
Idem etiam sentiendum est de spoliatione,aut per
ditione vnius magnæ rei tantum; hinc enim nascitur
inimicitia capitalis.cap.item cum quis.de restit.spo D
liato.facit c.accedens.el 2. vt lite non contestata.te
net nominatim Ioannes Anania in c. cum oporteat.
nu.6.de accusatio.
12.Causa. Item oritur inimicitia capitalis, cum quis offen-
dit alium in persona vel in rebus. de rebus proxime
dictum est,de persona id asserit Bald.in l.in his.ff.so
luto matri. quem sequitur Marsilius in dicta l.1.§.
prȩterea.ff. de quȩstio. quod docuit etiam eleganter
appositis exemplis Eymericus supra 3. par. nu.118.
ibi: vel vulnera grauia & lethalia, quȩ tunc in pri-
mis procedunt,cum inhonesto modo aliquis corpora-
lem iniuriam pertulit, vt si cui pugnus seu alapa sit
inflicta;aut fustibus sit pulsatus,seu canna:quod ge- E
nus iniurię magnam opinione hominum affert infa-
miam & dedecus,per textum singularem in §.2.in-
stit.de iniurijs.ibi: Cum quis pugno pulsatus, aut
fustibus cęsus, vel etiam verberatus erit, &c. &
docet copiose Antonius Gomez tom. 3. varia.reso-
lut.cap.6.nu.1.& seq.
Idem sentias quotiens quis alterum in facie vul-
nerauit,prȩsertim si turpis in vultu remaneat cica-
trix. Alexander consil.99.incipien.In causa inqui-
sitionis.quem sequitur Marsilius in dicta l.1.§.prȩ

terea.ff.de quȩstio.
Ad hȩc non potest esse testis in criminibus exce- 13.Causa.
ptis,qui dudum fuerat inimicus,si recenter est recon
ciliatus.cap.1.accusatores. el 1. 3.q.5.cuius verba
sunt: Accusatores & testes esse non possunt. qui
ante hesternum diem, aut nudius tertius inimici
fuerunt:ne irati nocere cupiant, vel læsi se vlcisci
velint.hȩc ibi.vbi id notant Prȩpositus & Turre-
cremata,& Felinus in c.eam te.de rescr. versic.in-
fidelitas.Alex.consi.99,incipien.In causa inquisi-
tionis.Grammaticus consi.57.incipien.In causa mi
hi transmissa,nu.8.Alciatus tract.de præsump.re-
gula 2.præsumptione 11.Innocentius in cap.cū opor
teat.de accusatio.Marsilius in dicta l.1.§.præterea.
nu.4.ff.de quȩstion.sequitur Antonius Gomez tom.
3.varia.resolut.c.22.nu.14.
Item descēdentes ab inimico capitali præsumun- 14.Causa.
tur etiam inimici,& ideo à testimonio repelluntur.
l.athletȩ.§.dat remissionem.ff.de excusut.tuto. vbi
id notant Baldus,& communiter Doctores.quos se-
quitur Antonius Gomez loco proxime citato.eadē-
que ratione collaterales vsque ad quartum gradum
reputantur inimici.argumento textus in l.lex Corne
lia.§.1.ff.de iniurijs,& ita tenet Bald.in d.§. dat re-
missionem.proxime citato.& Marsilius in d.l.1.§.
prȩterea.nu.103.ff.de quȩstio.
Huc spectant quæ docet Eelynus in c. repellan-
tur.de accusatio.nume. 4.versi.item adde.dum ait:
Si ego contraxi inimicitiam cum vno de vna fa-
milia,præsumitur quòd omnes de familia sua sint
mihi inimici vsque ad quartum gradum inclusi-
ue.& voluit Baldus in l.si vasallus.el 1. in tit.si de
feudo fue.contro.hȩc Felynus.tenet quoque Ange
lus consi.248.incip.In splendidissima ciuitate.&
Alexander de Imola consi. 24. incipien. Animad-
uersis his.lib.2.& Grammaticus consi.12.incipien.
In causa istorum.vol.1.
Item prȩsumuntur inimici mei qui cum meis ini- 15.Causa.
micis commorantur,& propterea à testimonio meri
to repelluntur.cap.accusatoribus.3.q.5.vbi Gemi-
nianus & alij.& c.repellantur.& c. cum oporteat.
de accusatio.hinc amicus inimici mei non admitte-
tur ad me accusandum,neque ad testimonium contra
me dicendum,prȩsertim si cum meo inimico sit ma-
gna iunctus amicitia,vt præcitatis locis plene nota
tur.idipsum sentias de eo,qui fecit (vt nostri loquun
tur)parentelam seu confœderationem cum inimico
meo capitali,vt voluit Bal.in l.liberi.C.de inoffi.te-
sta.vbi de hoc copiose agitur per Doctores.
Idem locum habet in eo qui contrahit amicitiam
cum meis inimicis:is enim inimicus meus recte dici
tur, vt late & vere probat Thomas Grammaticus
consi.24.inci.Et quia nihil ita.nu. 6.vol.2.& Iason
in l.liberi.C.de inoffi.testamen.
Tandem non inepte quis dicat eos esse inimi- 16.Causa.
cos censendos, & propterea fortassis à testimonio
repellendos, qui sunt de aliqua familia, seu fa-
ctione alteri familiæ & factioni contraria, quales
sunt Guelphi & Gibellini in tota Italia, & in sin-
gulis fere vrbibus est vna aliqua familia potens &
nobilis alteri contraria; nam horum testimonium
mutuo contra se non esset forte facile admitten-
dum. Baldus in l. vnica. C. de rapt. virgi. quem

Universidad de Deusto Biblioteca

sequitur Ioannes Rojas singulari 200.incipien. Testis inimicus,nu.8.

Verum in hac parte multo iudicio opus est:nam si testes spectatæ essent virtutis & probitatis,etiam in his prædictis talis sinistra suspicio cessaret,quamuis in alijs multum esset considerāda: solent enim sæpe homines ex huiusmodi familijs & factionibus vehementer inter se inimici esse:in alijs vero iā penitus ista cessant,quāuis aliquādo inimicitia intercesserit.

Atque ex his & alijs huiusmodi causis arbitrio iudicantis prudenter cognoscendis inimicitia capitalis dicitur oriri, quæ vbi probata fuerit, testem repellit,vt paulo post dicam.

Superiores causæ inimicitiæ quando procedāt.

Iam superiora locum habēt etiamsi inimicitia cōtracta esset culpa eius cōtra quem deponitur, vt scribunt communiter Doctores in dicto c.repellantur.de accusatio.glosa singularis in dicta l.athletæ.§.dat remissionem.ff.de excusatio.tuto. quam sequitur Antonius Gomez tom.3.varia.resolutio.c.12.nume.14.versi.quod etiam extende.

*Item habent locum quotiens subest causa inimicitiæ, vnde verisimiliter oriri possit, quamuis testis dicat & asserat se non esse inimicum. Innocentius in c.cum I.& A.de sentent.& re iud.Bar. in l.1.ff.de his quibus vt indig.Abbas in c.repellantur.de accusatio. & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez tom.3.varia.resolu.c.12.nu.14.& Grammaticus voto.24.incip.*In causa Nicolai.*nu.1.*

Quando cessent superiores causę inimicitiæ.

Superiora tamen omnia axiomata de inimicitia bifariam potissimum limitantur. Primo quotiens recōciliatio inter inimicos intercessisset antiqua & bene fundata.quando autem intercessisse dicatur, arbitrio iudicantis relinquitur : nam tunc cum cesset inimicitię causa,cessat etiam ratio,ob quam repelli testes debeant.argum.tex.in l.3.§.fi.& l.seq.ff.de adim.leg. vbi Bar.& communiter Doctores.

Rursus non procedunt quotiens inimicitia esset dolo procurata & fraude . eò enim progressa est humana audacia,vt sæpe homines cum intelligunt in aliquo graui delicto aliquem posse contra eos testificari, D *fraudulenter prius quęsita causa cum eo rixantur,eique sponte iniuriam inferunt , vt postea eum repellere à testimonio possint ; & ita liberentur à crimine, quod re vera commiserunt . nam hoc casu non debet talibus sua fraus patrocinari: ideoque talis offensus poterit admitti in testem contra offensorem.ita Bar. in l.1.§.cū quis.ff.de quæstio.Bal.in l.sed & si quis. §.illud.ff.si quis cautio. Iacobus de sancto Georgio in l.3.ff.de testibus, & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez tom.3.varia.resolu.cap.12.num.14.versi.item etiam limita.*

Quid obseruandum in causis inimicitię capitalis.

Denique admonebo in superioribus causis,ac etiā in alijs,ex quibus inimicitia capitalis oriri solet,mul- E *tum esse considerandam personarum qualitatem:sæpe enim contingit,vt illa causa , quæ sufficiens est ad producendam inimicitiam capitalem inter aliquos, in alijs non sufficiat.contra vero sunt multi ita suapte ingenio iniqui & maleuoli,vt ex leui causa ingentes concipiant animo iras aduersus alios , quos cum non possint, aut non audeant palam offendere,clā moliuntur aduersus eos omnia iniquitatum genera.noui huiusmodi multos,& tales in primis reperiuntur in curijs magnorum Principum, quos interdum alte-*

A *rius felicitas , absque vlla alia causa in inimicitiam concitat.atque hoc est diligentissime in hoc tribunali animaduertēdum.hęc enim quamuis non omnino repellant testes,tamen diminuent fidem illorum.*

a ¶ Dicit sic,non tamen intelligas,quòd in hoc crimine inimicus capitalis admittatur ad accusationem:&c.] *Ex hoc Eymerici loco intelliges corruptam esse glossam Archidiaconi in c.accusatus.§.licet.verbo,exceptum.de hęret. lib. 6. quem hic citat auctor:nam fere in omnibus vulgatis codicibus affirmatiue legitur ita:*& intelligas,quòd etiam in hoc crimine,inimicus capitalis admittatur ad accusationem:*nam proculdubio negatiue legendum est ita:* B non tamen intelligas. *quod etiam indicant apertissime textus in hanc sententiam ab Archidiacono citati,in quibus inimici capitales,& accusare,& dicere testimonium prohibentur.*

Locus Archidiaconi restitutus.

*Ex quibus intelliges fortassis deceptum fuisse Nicolaum Arelatanum tract.de hęret.notabili. 10.incipien.*Non ignoras.*vbi dixit speciale esse in crimine hęresis,vt inimicus inimicum possit accusare.*

b ¶ Idem dicit Dominus Guido Fulcodius, post Clemens quartus, &c.] *Hic locus Guidonis Fulcodij , cuius meminit Eymericus valde est insignis in hac causa,legiturque in q.15.cap.17. vbi cum pręmisisset diligenter esse testes interrogādos, & in-* C *quirendas ac eis causas dictorum,seu depositionum, subdit in hæc verba:* Et hoc dico cum tanta diligētia faciendum, quia illis, contra quos inquiritur, præcluditur via iuris in notitia testium,& reddendis interrogationibus prout in iure fieri consueuit:& quanto magis eis præcluditur, tanto sollicitudo maior vobis incumbit: adeo quòd etiam de inimicitia testium per vos debetis inquirere,cum non posint alij diuinare,& nisi testes plene & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem indicere, vel differre sententiam , quàm damnare,*hactenus ille.*

Diligentia Inquisitoris circa interrogādos testes.

QVAESTIO LXVIII.

An hæreticus admittendus sit in testem contra fidelem.

SExagesimaoctaua quæstio est: Vtrum Inquisitor hæreticum posit admittere, ad testificandum in causa fidei contra fidelem, vel etiam pro fideli?

Respondemus quòd non:nam hæretici, & criminosi regulariter sunt à testimonio repellendi, nisi inquantum de iure inuenitur concessum:non inuenitur autem, quòd hæreticus posit testificari pro fideli,vel contra fidelem . Ad hoc est Archidiaconus,in cap.In fidei.de hæret.lib.6.

COMMENT. CXVII.

VNum est axioma in hac quęstione , videlicet, Hæreticum non posse testificari neque contra fidelem,neque pro fideli in causa hęresis. huius axiomatis duæ sunt partes,prior dubia est , posterior autem satis facilis.

Et quantum ad primam partem spectat, hoc obseruandum

uandum est,iudicio meo plurimum referre, an hæreticus testificetur contra fideles in causis fidei;an vero in alijs causis,quę ad fidem non spectent,vt in contractibus, & alijs etiam delictis ab hæresi separatis; nam si in causis alijs à fide separatis testificentur, quid de illorum testimonio sit sentiendum,tradit Imperator in l.quoniam.C.de hæret.vbi glossa, Bartolus,Salycetus & communiter Doctores,Speculator tit.de teste.§.1.Repertorium Inquisitorum verbo,testes.§.an hęreticus . & alij plerisque locis.

Testimoniū hęreticorum nō admittitur secundū canones.

Et quamuis legibus ciuilibus quandoque liceat hęreticis testimonium ferre inter catholicos,vt in contractibus & vltimis voluntatibus,ne probationum vsus angustetur,vt in dicta l.quoniam.C. de hæret. B *at sacri canones præualent,quibus cauetur ne eorum testimonium recipiatur. sunt enim excommunicati, cum quibus omne commercium est catholicis interdictum,omnisq; communicatio prohibita.cap. excommunicamus 1. & 2. extra de hæret. hinc legimus in concilio Toletano IIII.quod refertur in cap. non potest.2.q.7.hæreticos ad testimonium admitti non debere,quamuis dicant se esse Christianos. tradit glossa in cap si hęreticus. 2.q.7. Repertorium Inquisitorum præcitato loco. Zanchinus tract.de hęret.c. 13. nu. 2.& alij.*

Sed nec nouo iure ciuili hæreticorum testimoniū admittitur in vlla causa, neque ciuili neque crimina- C *li:nam Federicus Imperator in l.Catharos. ita sanciuit:*Nec ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur.*hæc ibi.& habetur in authent.credentes.C. de hæret.tradit pulchre Conrradus Brunus libro.5.de hęret.cap.* 10.

In quibus delictis admittatur.

Placet tamen Iasoni & Alciato in l. 2. C. de sum.trinit.quos refert & sequitur Conrradus Brunus pręcitato loco,hęreticorum testimonium admitti posse vtraque parte approbante, vel cum hęretici rem à se gestam explicant, adhibitis tormentis , vel cū testificantur in causis grauioribus,vt hęresis,simonię,sacrilegij,læsæ maiestatis,expilatę annonę.se- D *quitur Siman.de cath.inst. tit. 64.nu.43.vbi addit, his casibus hęreticis credi,si verisimilia dicant , vel sint plures numero , et hactenus de primo capite.*

An in causa fidei hæreticus testificetur contra fidelem.

Quantum vero ad secundam partem spectat, An in causis fidei possit hæreticus dicere testimonium cōtra fidelem,aut etiam pro fideli, Eymericus aperte fatetur hoc loco eius testimonium neque contra, neque in fauorem esse audiendum. & quia huius dicti duę sunt partes,vt omnem dubitationē procul amoueamus,singulatim de vnaquaque est agendum.tota vero difficultas consistit in ea parte qua dicit, Testimonium hęretici nō valere contra fidelem.neq; enim video quomodo possit Eymericus negare testimoniū E *hæretici admitti in causa fidei contra fidelem,cum de hæretico perinde sit censendum ac de reliquis testibus inhabilibus,quos in hoc crimine fauore fidei admitti abunde paulo antea cum auctore docuimus.*

Testimoniū hæretici contra eum qui putatur fidelis,audiendū.

Ergo ita statuamus : Quotienscunque hęreticus, aut de hæresi suspectus,vel in carceribus positus,vel alibi existens alicui fideli,qui pro vero fideli & catholico reputatur crimen hæresis imponit, siue eum dicat esse socium criminis , siue non ; profecto huius vocem contemnere non debent Inquisitores : sed ad inquirendum secreto accedent, vt intelligant an is fidelis qui ab hæretico nominatus est, recte de fide sentiat nec ne.hoc est certum,dictum huius hæretici hoc casu non facere semiplenā probationem,ita vt ad capturam posit deueniri;ceterum saltem ad inquirendum faciet indicium: quòd si cum alijs coniecturis verisimilibus,& adminiculis coniungatur,tunc ad cetera parabit viam.nec credo ab hac sententia recedēdum,quæ magis patefiet ex sequentibus.

Vnde autem descenderit auctor in hanc sententiam,plane non video : existimo tamen eum ex dicto Archidiaconi,quem hic citat, fuisse deceptum: Archidiaconus enim in c.in fidei fauorem dicit,hæreticum non testificari contra fidelem : sed ibi in genere loquebatur, iuxta dispositionē textus in l. quoniam. C.de hæret.cuius dictum acceptum eo modo, quo explicauimus in principio huius commentarij, verum est,& eodē modo loquitur Zanchinus tract.de hæreticis cap.13.nu. 2.ceterum neque Archidiaconus,neque Zanchinus eo loco addiderunt hanc particulam, quam hic adiecit Eymericus , videlicet, in causa fidei:*nam tunc proculdubio aliter sensissent iuxta modum à nobis proxime explicatum .*

Intellectus cap. dubius de hæret.

*Neque his obstat textus.in cap.dubius.de hæret. ibi:*Nec eis omnino credendum est,qui fidem veritatis ignorant.*vbi glos. & aliqui doctores sentiunt* C *dubium in fide, siue hæreticum testem esse non posse: quoniam respondetur illius textus varios esse intellectus,vt constat ibi ex Zabarella,& propterea non debere ad hanc controuersiam diluendam adduci: aut si de testimonio hæreticorū accipiatur, intelligendum profecto esse iuxta ea quæ hactenus docuimus,vt sit sensus:hæreticis seu alijs infidelibus, quia fidem catholicam non tenent , omnino credendum non est , id est,non est plena fides adhibenda,qualis testibus integris & omni exceptione maioribus adhiberi solet. itaq; nō dicit textus ꝙ nullo pacto possint ferre testimoniū; sed quod eorū testimoniū non est oīno integrū.*

Hæretici testimonium nō recipitur ad excusandum aliquē in hoc crimine.

Altera pars est: Hæretici testimonium in causa fi- D *dei non admitti pro fideli.hæc minorem habet difficultatem: hæretici enim testimonium nō recipitur ad defendendum aliquem in hoc crimine, contraquàm aliqui senserint,vt quęstione sequenti explicabo .*

QVAESTIO LXIX.

An hæretici contra hęreticum testimonium admittatur.

SExagesima nona quæstio est: Vtrum Inquisitor posit hæreticum admittere ad testificandum contra hæreticum,seu pro eo? E

Respondemus ꝙ sic,cōtra; sed nō pro eo.Nā in causa fidei participes & socij criminis in tali casu admittuntur,vt patet in c.In fidei. de hæret.lib.6.in defectum tamen aliarum probationū,vbi dicitur sic:In fidei fauorem, Concedimus,vt in negotio Inquisitionis hæreticæ prauitatis excōmunicati & participes, vel socij criminis ad testimoniū admittātur,præsertim in probationum aliarum defectum contra hæreticos,credentes,fautores , receptatores , & defensores eorum,

Relat. supra pag. 105.

si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, aut personarum (tam deponentium, quàm eorum contra quos deponitur) qualitate, ac alijs circunstantijs, sic testificantes falsa non dicere præsumantur.

Ad hoc est Archidiaconus in c. alleg. in glos.

COMMENT. CXVIII.

Hæretici cõtra hæreticũ valet testimonium.

DUę sunt assertiones: prima est, Valere testimonium hæretici cõtra hæreticum: altera est, Ineius fauorem non admitti.

Quantum ad primã assertionem pertinet, optime probat eam Eymericus ex c. in fidei fauorem. de hæret. li. 6. præsertim ex illis verbis: Et participes vel socij criminis ad testimoniũ admittantur. *nam si participes, uel socij criminis sũt, iã uel hæretici sũt, vel hæretici esse præsumuntur, aut saltẽ de hæresi suspecti. Rursus, cũ Iudęus ẽ causa hæresis fauore fidei possit dicere testimoniũ contra Christianos. c. contra Christianos. de hæret. lib. 6. & dixi plene supra parte 2. super dicto c. contra Christianos. sane & hæreticus etiam poterit testimoniũ ferre, cum nulla commoda diuersitatis ratio afferri posse videatur.*

Hanc etiam assertionem non inepte probat ratio textus in l. quoniam. C. de hæreticis. ibi: Inter se autem hæreticis, vel Iudęis, vbi litigandum existimauerint, concedimus fœdus permixtum, & dignos litigatoribus etiam testes introducere. *hæc ibi. sed in terminis proprijs huius quæstionis rem definuit Federicus Romanorũ Imperator in l. Catharos. §. 6. relata in bullario litterarũ Apostolicarum in fine huius operis in hęc verba:* Adiicimus insuper, quòd hęreticus per hæreticũ conuinci possit. *hęc ibi. & tenet etiã Lucas de Penna in l. veterani. C. de Veteranis, lib. 12.*

Ceterum, quæ de testimonio hęreticorum hoc loco traduntur, accipienda sunt iuxta ea quę copiosè scripsimus super q. 64. huius 3. partis. neq; Federicus hic contrariũ disponit. verum est enim hæreticũ per hæreticum conuinci posse concurrentibus omnibus illis quæ prędicato loco tradidimus.

Cur hæretici testimoniũ in fauorẽ hæretici non recipiatur.

In altera assertione maior est difficultas: Cur vi delicet hęretici testimonium nõ recipiatur in fauorẽ hęreticorum, siue in reorũ defensionẽ: ęquitas enim contrariũ suadere videtur, ne scilicet facultas probandi suam innocentiã reis auferatur. atq; ita voluit Felynus in c. de cetero, de testibus. quem refert & sequitur Gulielmus Benedictus in c. Raynutius. de testam. in parte, qui cum alia nu. 250.

Verumtamen quidquid illi dixerint, cõtraria sententia vera est: nam non est credendum eis qui fidem Deo datam violarunt, quis enim credat fidele esse futurum testimonium eius, qui in Deum extitit infidelis? c. non potest. 2. q. 7. & docet Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 45.

Hæc autem sententia de non recipiendo testimonio hæretici in defensionem reorum huius criminis, locum etiam habet & in alijs infidelibus, quibus ob easdem rationes credendum non est.

Cur non credatur hęreticis pro hæreticis testificãtibus.

Sed quę est ratio cur credatur hæreticis deponentibus contra hęreticos, non autem in fauorem hæreticorum, cum potius non delicta, quàm delicta præsumi debeant? vrget plane difficultas: sed crederem id

A *propterea fuisse sancitum, quoniam cum hęreticus, aut alius infidelis excusat hęreticum, aut de hęresi suspectũ, in odiũ fidei nostræ id putatur facere, ne delicta contra nostram religionem commissa puniantur: quę suspicio cessat cum deponit de delicto. credo hanc esse nouam & veram rationem; neminem enim vidimus hęc tradentem.*

Addit Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 45. Licet nullo modo credẽdum sit hęreticis, hoc fallit, cũ forte tormentis fatigati, occultum aliquid, et reipublicæ vtile patefecerint: quod libenter admitto.

An quandoque hæreticorum testimonia pro aliquo sint audienda.

B *Sed hoc præterea libenter adiungerẽ, q. si quandoq; ex verisimilibus coniecturis hęretici aliquem excusantes vera dicere videantur, sane in fauorẽ veritatis non putarem omnino iniquum eorũ voces audire: veritatis enim fauor magnus est, eiq; semper debet esse locus. l. Imperatores. ff. de probatio. & veritas opinioni est præferenda, iuxta notata per Bartolum & Aretinum in l. is qui putat. ff. de acquirẽ. hæredit. quam ob rem, alijs de Innocẽtia reorũ coniecturis concurrentibus, non essent contemnendę hęreticorum excusationes, quibus quanta fides sit adhibenda, iudex magis scire poterit consideratis omnibus circũstantijs. l. 3. ff. de testibus. & ad pœnæ quidem diminutionem horum solę excusationes prodesse possent, non autem ad integram liberationem.*

C *Tunc vero audiendi non essent hęretici, infideles, alij, aut quilibet etiã catholici, cũ prius depositum essent aduersus eũ, quem de eodẽ delicto in eodem iudicio nunc excusant, iuxta id quod diximus supra in hac 3. parte super q. 65. §. postremo præfata sententia.*

QVAESTIO LXX.

An vxor, filij & familiares pro, vel cõtra delatos de hæresi admitti debeant in testes.

D

SVMMARIVM.

1 *Testes domestici non admittuntur pro delato de hęresi.*

2 *Admittuntur autem contra ipsum, &c.*

EPtuagesima quęstio est: Vtrũ Inquisitor possit admittere ad testificandum pro, vel contra delatum de hæretica prauitate, eius vxorem, filios, familiares, seu de suis aliquos?

1 Respondemus q̃ non pro, sed contra. Quòd

a non pro, satis videtur per c. Filij. de hæret. lib. 6. vbi prędicti non admittuntur pro mortuo delato de hęretica prauitate; vbi dicitur sic: Filij vel hæredes illorũ, qui dum in ęgritudinis lecto decũberẽt petierunt hęreticos consolaturos, vt ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorundẽ, sicque viam fuerũt vniuersæ carnis ingressi, ad probandum quòd ipsi defuncti consolationem illã, immo verius desolationem non sanę mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cũ tamẽ moris sit, vt dicitur apud eos, quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanę mẽtis, & memo-

Relat. supra pag. 105.

E

memoriam habeat ordinatam) admitti non debẽt si dum viuebant diffamati erant de hæresi, vel suspecti: aut legitime constiterit, quòd sanæ mentis existentes huiusmodi hæreticos petierunt. Alioqui admitti poterunt prædicti filij, vel hęredes ad probandum præmissa: non tamen per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos; sed per testes alios fide dignos & specialiter fidei zelatores.

Et si ipsi non admittuntur pro hæretico mortuo, pari forma nec pro viuo.

2 Quòd[b] autem prędicti admittantur ad testimonium ferendum contra delatum de hæretica prauitate, satis patet; est enim testimoniũ eorum magis efficax ad probandum.

COMMENT. CXIX.

De non admittendis testibus domesticis vbi diffęratur.

HAec quæstio pugnare videtur cum quæstione 121. nisi diligenter animaduertantur quæ super illa tradidimus.

De materia verò huius quæstionis, hoc est de excludendis, aut non admittendis ad testificandũ testibus domesticis, agũt Doctores varijs locis c. in litteris. de testib. l. etiam. C. de testib. l. idonei. & l. testes. ff. de testibus. l. 1. §. ad quæstionem ff. de quæstio. vbi copiosè Doctores. Antonius Gomez to. 3. variar. resolut. c. 12. nu. 15. Repertoriũ Inquisitorum verbo, familiaris. Locatus in opere iudiciali verbo, domestici. glossa & Doctores in §. pater. instit. de testam. ordinan. Marcus Antonius Blãcus tract. de indicijs nu. 361. et multis sequen. Zanchinus tract. de hęret. c. 13. Archidiaconus in c. filij, de hæret. lib. 6. verbo, familiares. Ioãnes Rojas singul. 198. incip. Testis domesticus. *Hieronymus Gigas tract. de crimine lęsę maiestatis lib. 2. tit. qui accusare possint, q. 15. idem eodẽ libro tit. quomodo, & per quos probetur q. 17. Simãcas de catho. instit. tit. 64. nu. 46. & seq. & alij quos libens omitto.*

Domestici testimoniũ ĩ delictis excepti auditur.

Horũ sententia est, Testes domesticos regulariter à testimonio repelli: tamen id fallit in criminibus exceptis, velut ĩ crimine p duellionis, maiestatis humanæ læsæ, et in causa hęresis. l. vlt. C. ad l. Iuliã maiest. Gondissaluus tract. de hęret. q. 13. nu. 11. Bernardinus Diaz regula 746. incipiẽte: Testis domesticus. *in his enim ad testificandũ contra consanguineos, affines, et quoslibet familiares admittuntur; idque ob rationem, quam paulo post dicemus.*

Num. 1. Testimoniũ domesticorũ nõ valet pro reis, & quare

a ¶ Quòd non pro, satis videtur, &c.] *Hęc est prima assertio huius quæstionis, videlicet, Familiares & domesticos non admitti in hoc crimine ad defendendum reũ; & ratio non inepta hæc esse potest: nam quemadmodum nemo vnquã carnem suam odio habuit, eodẽ modo nemo putandus est consanguineos suos odio habere. tum etiã quia cum ex hoc crimine infamia in filios descendat, si filij ad testimonium dicendum pro parentibus admitterentur, facile vt infamiã fugerent, mentirentur. itaq; horum testimoniũ non inepte in hac causa, pro delatis falsum putatur. quòd si nec cõsanguinei sint, nec affines, sed extranei, domestici tamen, ratione amicitiæ & familiaritatis præsumuntur non dicere veritatem, vt à tanto crimine reos possint liberare.*

Grauius puniendus qui

Ex priori vero ratione illud cõsequitur, quod prudenter traditur à quibusdã, videlicet, Grauius puniẽ

A *dos esse eos qui falsum testimonium dixerint contra consanguineos, quàm cõtra extraneos: tales enim naturæ leges videntur euertere, cũ dum consanguineos falso testimonio pulsant, in suam quoq; carnem sęuire videantur. Simãcas de catho. instit. tit. 64. nu. 49. facit textus in l. capitaliũ. §. oĩa admissa. ff. de pœnis.*

testificatur contra suos consanguineos.

b ¶ Quòd autem prædicti admittantur ad testimonium ferendum contra delatum, &c.] *Ratio potissima cur in hoc crimine testis domesticus nõ modo admittitur, verumetiã si opus fuerit, compellitur ad testificandum, ea est: quoniã cum hoc crimẽ secreto committi soleat, & in occulto, melius per domesticos quàm per alios probari potest. l. consensu. C. de repud. c. tertio loco. de probatio. & ob id Eymericus prudentissime addit in fine huius quæstionis, horum testimoniũ contra reos huius criminis magis efficax esse ad probandum: ac tanto firmius haberi solet, quãto consanguinei et domestici à suspicione odij longius abesse putantur.*

Num. 2. Testimoniũ domesticorũ recipitur cõtra domesticos in hac causa & quare.

Sed in hac quæstione tota difficultas posita est in cognoscendo qui dicantur domestici & familiares: nã de consanguineis res est apertior, cũ ex legibus noscamus qui sint consanguinei; non ita in domesticis et familiaribus, quos qui sint, nullę leges in iure cõmuni, (quod ego sciã) nominatim præscribunt.

Domestici & familiares qui dicãtur.

C *In Hispania septipartita lege multi traduntur domestici, quorum propterea testimonia in alijs causis non recipiuntur: nam l. 18. partitæ 3. tit. 16. ita scriptum est:* En su pleyto mismo non puede ser ninguna testigo. otrosi non puede ser cabido en aquel pleyto testimonio de su fijo, nin de su fierno, nin de su afforrado, nin de su mayordomo, nin de su quintero, nin de su ortolano, nin de su molinero, nin de ome que sea su apaniaguado. e esto es porque non serie guisado, nin derecho de vn ome tener logar de su parte, & de testigo. nin otrosi aquellos q̃ biuen en su merced, & an de fazer su mandado que podiessen testiguar por el. *hæc ibi. quibus verbis multę personę exprimuntur, quæ appellatione domesticorũ & familiarium contineantur, quas more nostro explicabimus.*

Doctores quos initio huius quæstionis citauimus in his conueniunt: domestici & familiares seu de domo dicũtur, seruus, colonus, libertus, ascriptitius, mercenarius. Speculator tit. de teste. §. 1. versi. item excipitur quod est domesticus. glossa in c. in litteris. verbo, de familia, extra de testibus.

Famulus autem & mercenarius familiaris est, etiamsi gratis nobis seruiat, vt voluit Ioannes And. apud Speculat. loco præcitato, quem sequitur Felynus in c. in litteris. de testibus nu. 1.

Item pater domesticus est filio, et contra, filius patri: item vxor viro, & è conuerso. Felynus in dict. c. in litteris. & Antonius Blancus tract. de indicijs num. 363.

Item latius loquendo familiares dicuntur qui vi

E *unt (vt cum nostris loquar) ad vnum panem et vnũ vinum. authen. de monachis. §. cogitandũ. tales sunt qui viuunt in communi.*

Item dicuntur domestici omnes illi, quibus ratione patrię, vel dominicę potestatis potest imperari, quales sunt qui in domo nostra habitant nobis seruientes. Marcus Antonius Blancus prędicato loco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

additio ad glossam in §.pater.instit.de testa.ordinan. Baldus in dicto c.in litteris.de testibus. Montaluus in dicta l.18.partitę 3.tit.16.de quo vide pulchram distinctionem allatã ab Henricho Boich in dicto cap. in litteris.adde ibidem Franciscum Aretinũ et Crottum tract.de testibus nu.104.

Vbi ergo constiterit quempiã domesticum esse,et alicuius familiarẽ,is non dicet testimoniũ pro accusato de hęresi,nec valebit ad ipsum defendendum.

Domestici testimoniũ, an pro reo quandoque audiatur.

Et quamuis hęc ita se habeant,illud tamẽ putarẽ in hac causa obseruandum, ꝙ si persona domestica esset valde digna,ac spectatæ probitatis, plane etiã in hoc crimine non esset penitus contemnendũ eius testimonium ad excusandũ reum,iuxta doctrinã Innocẽtij,Ioannis Imolæ,et Antonij de Butrio in dicto c.in litteris.de testibus: nam si talis persona esset,de qua non præsumeretur,ꝙ delieraret,tunc eius testimoniũ recipiendum esset.atq; hoc tunc potissimum locũ haberet.si cũ huiusmodi teste domestico cõueniret alius testis non domesticus,et omni exceptione maior, aut alia indicia de innocentia reorum iuxta doctrinam Marsilij in l.de minore.§.torměta.ff.de quæstio.vbi plures citat in hanc sententiam,quos videto.quanta autem fides his habenda sit in defensionem reorum, iudex magis scire poterit spectata personarũ et aliorum indiciorum qualitate. l.3. ff. de testibus.

QVAESTIO LXXI.

An testes plures duobus requirãtur ad condemnandum quempiã de hæresi.

SVMMARIVM.

1 *Duo testes legitimi non singulares de iuris rigore videntur sufficere.*
2 *Ex æquitate tamen in crimine hęresis plures requiruntur.*
3 *Leuiores probationes non ad condemnandum,sed ad præsumendum sufficiunt.*
4 *Inquisitoris diligentia defensionum defectũ in crimine hæresis supplere debet.*
5 *Quid agendum cum quis per duos testes tantum est conuictus.*
6 *Concordat Guido Fulcodius, Archidiaconus, & Ioan. And.*

SEptuagesima prima quæstio est: Vtrũ Inquisitor depositione solum duorũ testium legitimorum,nõ singulariũ, possit licite aliquem de hæresi condẽnare,vel plures quàm duo necessario requirãtur?

1 Respondemus,ꝙ quamuis videantur sufficere duo testes de iuris rigore: quia regulare est, ꝙ in ore duorum,vel trium testium stat omne verbũ:

2 Tamen de iuris æquitate nõ videtur in hoc crimine duos sufficere,tũ propter criminis immanitatẽ; in criminibus enim probationes debent esse luce clariores. C. de probat.l. Sciant. hæresis autẽ inter maiora crimina enumerantur.

3 Et si dicatur,quòd in hoc crimine sufficiũt leuiores probationes,quia leui argumẽto quis detegitur;verum est ad præsumendum,non autem ad condemnandũ: Tum propter iuris ordinis in hoc crimine detruncationem. In hoc enim ordo iudiciarius in fauorem fidei detruncatur:quia nec delatus videt testes iurare, nec sibi etiam publicantur, vbi posset eis graue periculum imminere, vt in c.Statuta. de hæret.lib.6.

4 Propter quod delatus non potest diuinare,sed tenetur ipse Inquisitor per se & ex officio de testium inimicitia inquirere: & etiã si deposuerunt confuse de causa scientiæ eorũ iterũ interrogare: quod potest facere extra de testi. Per tuas.& ff.de quęstionibus.Repeti.Nã quanto magis via defendi delato præcluditur, tanto magis incumbit Inquisitori sollicitudo diligentius inquirendi.

Inquisitoris diligẽtia supleat defectũ defensionũ, &c.

5 Vbi ergo inueniantur duo testes concordes & legitimi contra quemquam,nec ex hoc vellem eũ de tanto crimine condemnare,sed purgationem, si esset diffamatus,indicere: vel propter vehemẽtem suspicionem dictorum, quæ oritur ex dictis duorum testium, abiurare eum facere: vel quæstionare,seu sententiam differre: nõ enim videtur tutum ad vocem duorum testium hominem bonę famæ de tanto crimine condemnare: secus si fuerit malæ famæ.

6 Cõcordat his Guido Fulcodius, postmodum Clemens Papa iiij. in q.15.quæstionũ ad Inquisitores. Et de hoc Archidiaconus plenius in c. Vt officium.§. verum.in prin. de hęret.lib.6.super ver.testium.& in c. In fidei. in fi.glos.illius c. Et Ioan. And.ibidem. & in c. Excõmunicamus itaque.extra de hęret.§.adijcimus.vbi dicitur,quòd faciat Episcopus iurare tres vel plures boni testimonij viros de dicenda veritate, si sciuerint in parochia hęreticos ibi esse.

COMMENT. CXX.

PRimus omnium, quod ego sciam, *Guido Fulcodius in consultationibus ad Inquisitores hęreticæ prauitatis quæst.15.cap.18.asseruit,durum sibi videri hominem bonę opinionis & famę ad voces duorum testium de tanto crimine condemnare: eius verba ita habent:* Adeoque non crederem tutum ad vocem duorum testium hominem bonæ opinionis damnare,licet videar cõtra ius dicere:quia vbi numerus testium non exigitur,duo sufficiũt. Sed hoc dico quòd duos vix duos iudico, eo ꝙ vrgẽte necessitate legitimæ defensionis ordo truncatur.*hæc ille.*

Quis sentetur in crimine hæresis plures quàm duos testes postulare.

Hũc Guidonem penitus sequitur Archidiaconus in c.vt officium.§.verum quia.de hęret.lib.6.relat. supra apud Eymericũ parte 2. (nam vt obiter illud hic dixerim, Archidiaconus interpretationes suas ad titu de hæret.lib.6.ab hoc Guidone Fulcodio paucis additis transcripsit) eidem sententię subscripsit Hostiensis in sum.tit.de hæret.§.qualiter.versi.ut autem.et alij quos paulopost referam.hos sequitur etiã hoc loco Eymericus.quorum sententia nec inepta fortassis est,nec penitus contemnenda, vt ex sequentibus apparebit.

Duos testes sufficere in causa hęresis qui dixerint.

At posteri iuris interpretes audacter vbique de hoc differentes constituunt duos testes sufficere ad quemlibet in hac causa condemnandum. hoc uidetur velle

velle non obscure Ioannes And.in cap.excommunicamus.1.§.adijcimus.vbi verũ adducit eius §.intellectum.idem tenet apertius in dicto c.vt officium de hæret.lib.6.et ibidem Geminianus, Franchus, Perusinus & alij: & hanc esse communem opinionem fatentur Antonius de Butrio, Ioannes de Anania, & Marianus Socinus et alij in dicto c.excõmunicamus 1.extra de hæret.addit Gondissaluus tract.de hæret. q.13.nu.9.hanc sibi videri veram opinionem.sequitur Carrerius in pract.crim.nu.162. Petrus Godofredus in l. quicunque. in principio.C. de hęret.Syluester in sum.verbo, hęresis. 2. quæst. 4. Simancas de catho. instit.tit.51.nu.7.& 8.idem ibidem titu. 64.nu.36. Ioannes Rojas singulari 165.incipiente: Probationes in causis criminalibus. *nu. 8. & seq. Aegidius Bossius tit. de hæret. nu.4. Iulius Clarus in §.hæresis.versic.habet etiã Boerius decisione 342. incipiente:* Sed quot testes. *Antonius Gomez to. 3. variar.resolut c.12.nu.9. Zabarella in clemen.1.de hęret.§.verum.q.1. num.5. Ambrosius de Vignate tract.de hęret.q.13. & multi alij, quos longum esset recensere.*

Horum omnium sententia communis est & vera: tum quoniam casus hic de condemnandis hæreticis per duos tantũ testes non inuenitur exceptus ab illa vulgari & communi regula diuini & humani iuris, In ore duorum vel trium stabit omne verbum. *Tum etiam quia non potest videri denegata facultas defensionis ei,cuius causa tam diligenter tractatur, & in qua tam accurate ante condemnationẽ omnia expenduntur.*

Tum postremo, quia nullo iure id apparet esse constitutum,vt recte multi ex prędictis doctoribus testantur.

Quales debeant esse testes.

Idem tamen admonent,ad hoc ut per duos tantũ testes vere probetur hæresis,necesse omnino esse, vt illi sint integri, inconfutabiles, & omni exceptione maiores.

Voco autem testes omni exceptione maiores eos, qui repelli non possunt aliqua exceptione.cap.licet. de testibus. Decius consil.429. Palacius Rubius in dicta allegatione de hęresi. §.13. Albertinus tract. de agnoscen.assert. quæst.34. num.4.& 5.& ceteri vno ore.

Sensus sententiæ Eymerici, & qui fuerint eam secuti.

Quamuis autem hæc vera sint, non propterea contemnenda est Eymerici sententia, is enim non dicit, nec alij quos sequitur, absolute non sufficere duos testes in hoc crimine:sed durum videri,hominem bonę opinionis & famæ ad uoces duorum condemnare, cum ei ordo legitimæ defensionis denegetur non publicatis testium nominibus.quare eius sententiam illustres etiam Doctores sunt secuti. Albertinus tract. de agnoscen.assertio. quæst.34.num.3.idem videtur velle Conradus Brunus lib.4.de hęret.cap.9.& S. Antoninus 3.parte tit. 18.c.2.§.5.& Tabiensis in sum.verbo, Inquisitor.§.37.et postremo Ioannes Rojas tract.de hæret.assertio.4.num. 103. apertissime scribit cõtra id quod senserat prius in singulari 165. incipiente: Probationes in causis criminalibus. *asserens se non audere in tã graui crimine,in quo trũcata est et diminuta reorum defensio;duobus tantum testibus etiam legitimis quemquam condemnare; & per omnia sequitur sententiam Hostiensis, quam profitetur Eymericus hoc loco.*

Huic sententię eò libentius putaret quis subscribendum fore,quò tutior apparet & securior:et sane tutissimũ est,vt si homo videatur spectatę virtutis et probitatis, non cõdemnetur ad voces duorum testiũ nisi alia adsint adminicula & indicia;tunc enim cõdemnari poterit. hoc ipsum dicendum est de homine malę famæ, qui duobus teslibus legitimis conuictus poterit damnari.

Postremo,vt vno verbo dicam,in hac re fortassis non esset absurdum dicere, arbitrio Episcopi & Inquisitoris esse relinquendum, quando duo sufficiant testes integri ad condemnandum, quando vero non. quod facile intelligetur spectata tum delinquentis tũ testium qualitate.

Duobus testibꝰ idoneis si quis cõuincatur, libere damnari potest.

Hoc tamen non possumus diffiteri, liberum esse iudicibus fidei, & ob communem sententiam,& ob iura,duos solum testes idoneos in quauis causa postulãtia,& ob communem etiã vsum sacri tribunalis Inquisitionis ad voces duorum testium idoneorum reos huius criminis condemnare. Eymerici sententia valde benigna est,& secura,quę tunc potissimũ non esset contemnenda,quando reus insignis probitatis cõmuniter haberetur,et integrę famæ,et incorruptæ vitæ:tunc enim non esset incongruũ,aut differre suppliciũ donec forte alię accederent coniecturæ, et probationes;aut mitius punire: & hac etiam ratione videntur locuti huius opinionis assertores.

QVAESTIO LXXII.

An ex pluribus testibus singularibus sit aliquis condemnandus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ex testibus singularibus etiam cũ infamia de hæresi est condemnandus.*
2 *Abiuratio autem & purgatio canonica indici potest tali.*
3 *Cardinalis Albanen.in hoc casu sententia.*
4 *Facultas Inquisitoribus data circa statuta legatorum sedis Apostolicæ.*

SEptuagesima secunda quæstio est: Vtrum Inquisitor per testes singulares solum, vel saltem cũ infamia possit iuste de hæresi aliquem condemnare?

1 Respondemus ꝙ non; nec per testes singulares solum,nec etiam cũ infamia.extra de testi.Tã litteris.præsertim cum in criminibus probationes debeant esse luce clariores. C. de proba. l. Sciant cuncti.& in hoc crimine nemo sit ex præsumptione damnandus.de præsump. Litteras.

2 Ergo sibi indicatur purgatio ratione infamiæ in hoc casu:& abiuratio ratione suspicionis vehementis,quę consurgit ex dictis testium. His concordat Guido Fulcodius prædictus in 14.q.de illis 15.quas fecit ad Inquisitores. & Archid.in c. Vt officium.in §.verum. super vers.testium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 Est[a] verum quòd in litteris Cardinalis Albanensis sedis Apostolicæ delegati ad Inquisitores, de hoc habetur ita: Cum nuper dominus Papa: & infra: Quando [b] vero testes singulares sunt in dictis, tamen concordant in substantia rei, seu in effectu, relinquitur Inquisitoris arbitrio, vt sicut ei secundum Deum videbitur, sic procedat: maxime si fama consistat, & idoneitas & fides deponẽtium contra eum, contra quem fuerit inquirendum. hæc ibi.

Relat. supra pag. 129.

4 De consultationibus vero & consilijs legato rum sedis Apostolicæ in litteris Clementis, Alexãdri, & Vrbani quarti, Præcunctis. præmissis multis priuilegiis dicitur sic: Et obseruari omnia statuta tam per sedem Apostolicam, quàm in concilijs legatorum eiusdem sedis prouide edita, quę negotium catholicę fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum. *Sequitur infra illa clausula generalis*, Plena sit vobis & singulis vestrum præsentium tenore facultas

COMMENT. CXXI.

EX hac quæstione tria potissimum colliguntur axiomata.

Primum est: Per testes singulares nemo est condemnandus.

Secundum est: Neq; etiamsi infamia cum teste singulari adiungãtur.

Postremum est: Cum testes singulares sunt in dictis, conueniunt tamen in substantia rei, seu in effectu, arbitrio Inquisitoris relinquitur, vt sicut ei videbitur, procedat.

Hęc quæstio partim est facilis, partim vero difficilis, ac valde controuersa. facilis est quantum attinet ad priora axiomata: lõge vero difficilis ob tertiũ dictum. ceterũ ne quid parũ explicatũ reliquisse videamur, singula lumine interpretationis illustrabimus.

Quotuplex sit singularitas.

Sed quò apertius cuncta intelligantur, obseruandum est, multipliciter esse singularitatem. quædam est obstatiua, alia cumulatiua seu adminiculatiua; tertia diuersificatiua. ita Baldus singulariter & vere in c. licet causam, nu. 11. de probatio. & in l. testium. C. de testibus. num. 9. & 14. sed copiosius & ceteris apertius Aymon Crauetta in tract. de antiquitate tẽporis, par. 4 nu. 157. cum multis sequentibus. & Albertinus in c. quoniam, de hæret. lib. 6. q. 16. nu. 38. cum multis sequen. quo loco recenset plures alias singularitatis species, quas libens omitto.

Obstatiua est, quando ex dictis testium nascitur repugnantia, aut contrarietas, vt cum vnus ait, alter vero negat.

Quo casu dictum vnius, alterius dictum aut debilitat aut infringit, aut non probant.

Cumulatiua est, cum dictũ vnius coadiuuat dictũ alterius, vt cũ vnus deponit de facto, alter de fama; seu vnus de visu, alter de auditu. & hæc, vt probat Crauetta præcitato loco, semiplenã facit probationẽ.

Vltima est diuersificatiua, ex qua nascitur diuersitas rei in substantia, vt cũ vnus testis dicit vno loco & tempore quid factum, alius uero alio loco et tempore; quo casu dictum unius non infringit dictum alterius, immo coadiuuat & corroborat.

His ita constitutis, primũ et secundum Eymerici axioma uerum & cõmuni uoto receptum est, eiusq; doctrina procedit nõ modo quãdo testes sunt singulares singularitate obstatiua, quia tũc nulla esset difficultas: sed etiã cũ sũt singulares, singularitate cumulatiua, ut ipsemet auctor tradit in secũdo axiomate.

Hęc uero axiomata tradidit iã olim ante Eymericum in hac causa Guido Fulcodius, quẽ hic refert auctor. nu. 2. in cõsultationibus ad Inquisitores q. 14. in hęc uerba: An autem per testes singulares, & fama possit aliquis in hoc crimine condemnari, quæri non oportet: constat enim q̃ non, vt extra de testibus, tam litteris. præsertim cum in criminalibus probationes esse debeant luce clariores. C. de probatio. l. sciãt. & in hoc crimine nemo sit ex præsumptione damnandus: indicetur ergo purgatio, vt ostensum est supra. *hactenus Guido.*

Per vnum testem & famã nemo dãnandus.

Eandem hanc sententiã profitetur Ioannes And. in c. vt officium. in principio. vers. certum est autem. de hæret. lib. 6. & Archidiaconus in c. vt officium. §. verum quia. de hæret. lib. 6. Baldus in l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus. Zabarella in clem. 1. §. verum. de hæret. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 9. Palacius Rubius in allegatione de hæresi. §. 12. Repertorium Inquisitorũ verbo, testis. §. an in causa hæresis. Albertinus tract. de agnos. assert. q. 34. nu. 9. Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 53. vers. dixi etiam. Si mancas de catho. instit. tit. 51. nu. 3. idem eodẽ tract. tit. 64. nu. 61. et sequen. Boerius decisione 342. incip. Sed quot testes. *Marsilius consil. 109. incip.* Audito & intellecto. *Parisius cons. 2. incipien.* Et si esse Iudæum. *lib. 4. Denique, vt numerosam aliorum caterua omittam, idẽ tradit S. Tho. 2. 2. q. 70. art. 2. & Sotus li. 5. de iustitia & iure q. 7. ar. 2.*

Quis dicat testis singularis, & cur ei nõ credatur.

Testis vero singularis (vt obiter hoc dicã) proprie & vere is vocatur qui solus est. nec alium sibi habet in depositione per omnia contestem & cõcordem, vt optime scribit practica Papiensis in forma oppo. contra testes. uers sunt q; etiam singulares. nu. 1.

Ratio autem cur vni testi singulari non credatur, seu in hoc seu in alio quolibet crimine, pulchra tradi tur à Soto præcitato loco: Nã cũ reus, *inquit*, sit suę vitæ, & bonorum possessor, & melior sit conditio possidentis, vnius actoris affirmatio non putatur sufficiẽs ad pellendum ipsum de sua possessione.

Alij hanc rationem adducunt: Si in alijs criminibus testes singulares nõ probant, multo minus in hoc probabunt, cũ in eo vberiores probationes desiderentur. Si quis ergo unum solum testem singularem habeat contra se, propter dictum eius non condemnabitur, sed torquebitur, si testis ille fuerit omni exceptione maior, vt supra monuimus super q. 61. & si nihil confiteatur, vbi sufficiẽter fuerit tortus, absoluetur.

Quòd si cum teste singulari adsit fama de crimine, quãuis legitime sit probata, non propterea condẽnabitur reus. ita ferme omnes præcitati, quod tradit Eymericus in secundo axiomate, cuius ratio hęc esse potest: quoniã in criminalibus ex pluribus imperfectis probationibus non consurgit vna integra & perfecta probatio, vt colligitur ex glossa in c. veniens 1. in verbo, illorũ. & ex notatis ibidem per Antonium de Butrio, et alios extra de testibus. adde Marsiliũ in Rubrica. C. de probatio. & Iulium Clarum in pract. crimin. quæst. 63. versic. tu scis.

Hæc

Qui vno teste conuincitur, & infamia laborat, extra ordinẽ puniẽdus

Hęc tamen conclusio, quę & vera & communis est. vt docet Palacius Rubius in dicta allegatione de hæresi. §. 12. vera est quo ad pœnam ordinariam imponendam, non autem quo ad purgationem indicendã, vel aliam pœnitentiam iniungendam. Idem tradit Eymericus hic num. 2. & Repertorium Inquisitorum verbo, testes, §. an in causa hæresis. si quis ergo contra se vnum bonum testem habeat, & infamia etiã notetur de eodem illo crimine, arbitrio Inquisitoris plectendus est.

His ita positis, ad postremum axioma accedendũ nobis est, in quo versatur ingens difficultas, & pene inextricabilis controuersia, quę fortassis egeret Pontificia declaratione.

Quot modis quis possit habere cõtra se plures testes singulares.

Quantum ergo ad id axioma attinet, bifariam potissimum potest quis contra se habere plures testes singulares, Primo, cum duo vel plures deponunt de diuersis hæresibus, item diuersis locis atque temporibus; vt cum, verbi gratia, vnus dicit se audiuisse Lutherum negantem Purgatorium mense Maio: alius vero dicit se audiuisse eundem Lutherum negantem potestatem summi Pontificis mense Aprilis.

Secundo, potest quis habere aduersus se duos vel plures testes singulares de eadẽ seu eisdem hæresibus deponentes; discordant tamen in loco & tempore: vt si duo vel plures testes omni exceptione maiores ita se habeant, vt vnus, verbi gratia, dicat se audiuisse Bucerum nudiustertius in platea dixisse, summum Pontificem non esse caput Ecclesiæ: alius vero dicat, se nudius quartus in scholis audiuisse Bucerum asserentem Papam item non esse caput Ecclesiæ.

Prima difficultas nunc est diluenda: altera paulo post tractabitur. illud tamen ingenue dicam, à plerisque è nostris ita hęc confuse tractari, vt vix percipias, quid sibi velint, aut in quo articulo versentur: à nobis, nisi fallor, apertius & ordinatius explicabuntur, ne quid in hac grauissima lite parum declaratum relinquatur.

Sententia eorum, qui dicunt per testes singulares quę probari hæretico in genere

Ergo quantum ad primam difficultatem attinet, multorum sententia est, ad probandum aliquid in genere sufficere quidem testes singulares, vt verbi gratia, in exemplo posito, si agatur in genere de probando, an Bucerus sit hæreticus, satis est si per testes singulares de diuersis hæresibus, & diuersis locis atq, temporibus prolatis conuincatur: tunc enim probatum erit in genere Bucerum hæreticum esse. ita Iacobus Butrigarius, in l. Ariani: et Salycetus in l. qui cunque. C. de hæret. Baldus in l. actor. C. de probatio. Ioannes Anania in c. 1. de hæret. nu. 7. vers. vltimo scias. Alexander consil. 141. incipien. Pondera tis. lib. 1. *idem consil. 92. incipien.* Viso & oportune discusso. lib. 5. *Calcaneus cons. 19. incipien.* Ad primum videtur dicendum. *& alij quos refert Iulius Clarus in pract. crim. quæst. 53. vers. dixi etiã. & Philippus Portius lib. 1. com. opinio. regu. 34. versic. septimo infertur. Zanchinus tract. de hæret. cap. 13. num. 6. Aymon Crauetta cons. 78. lib. 1. & Bernardus in lucerna verbo, testes. §. 19. versic. tres testes. Campegius apud Zanchinum cap. 13. verbo, singulares. et Locatus in opere iudiciali verbo, testis. nu. 19. & alij multi, quos libenter omitto.*

Quod autem testes singulares eo modo quo dictum est, probent aliquid plene in genere, tradunt multi insignes iurisconsulti, quos refert (vt breuius agam) Philippus Portius lib. 1. communium opinionum regula 34. versic. contrariam opinionem. eamque fatetur communem Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. c. 12. nu. 12. & Albertinus in c. quoniam, de hæret. lib. 6. nu. 51. & 52. vbi affirmat hanc forsan opinionem obseruandam fore in praxi, tametsi securius esset & tutius si super hoc fieret constitutio. Potissima autem ratio, qua nititur prefata sententia est. quoniam hæreses inuicem sunt colligatæ, & ad vnã finem tendunt, & in vno erroris termino volutantur. c. excommunicamus 1. & 2. de hæret.

Testibus singularibus nemo probatur hæreticus in genere.

Cetcrum, omissa horum insignium virorum opinione in hac causa (nam in alijs quid sit statuendum, cũ non sit instituti nostri, minime curo) dicendum est; testibus singularibus prædicto modo neminem probari hæreticum in genere. Primum enim vix intelligi potest, quid sit, hominem aliquem hæreticũ esse in genere: nam & ratio & modus ipse loquendi oppugnat hanc ipsam eorum sententiam: genus enim quid confusum est, incertum, & commune; & vbi quid in genere probaueris, nullum adhuc certum individuum demonstrasti. ita que couincere aliquem esse hæreticum in genere aut nihil est, aut ridicula plane est loquendi ratio.

Rursus, nemo de hæresi potest condemnari, nisi duobus legitimis testibus sit conuictus: at qui de pluribus differentibus articulis per testes singulares cõuincitur, de nulla hæresi plene conuincitur.

Præterea, in hoc crimine vberiores & clariores probationes ob eius atrocitatem desiderantur, cum sit ordo defensionis quasi imperfectus, & truncatus: sit ergo vt nullo modo talis probatio in genere ad pœnã criminis ordinariã imponẽdã sit admittẽda.

Sententia Imolę de nõ probãdo hæretico in genere.

Postremo, quemadmodum testibus singularibus prædicto modo nullus probatur in genere adulter, fur, raptor, homicida, incendiarius, & similia: ita nec probabitur hæreticus: & hęc sententia vera est & vsu recepta, quam profitentur insignes etiam iurisperiti. Salycetus plene in l. testiũ nu. 16. C. de testibus, quem sequitur Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 9. & Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 69. & sequen. & Ioannes Rojas tract. de hæret. par. 2. assertione 6. nu. 142. & sequen. quibus est omnino subscribendum: quia hæc sententia verior est & tutior, & firmioribus rationibus munita. neque Eymericus in hac tertia assertione loquitur iudicio nostro de hac facti specie, sed de alia, quam mox explicabimus.

Pulchra quidem sunt in hanc nostram sententiam Alexandri Imolensis verba cons. 104. incipien. In In causa & lite. *quę ideo referre placet: quoniam apertam lucem huic difficultati, de qua agimus, afferunt. ait ergo ita:* Vbi tractatur de probando aliquos actus ex quibus resultat multiplicatio alicuius rei, non sufficiunt testes singulares: vnde si volo probare talem religiosum fecisse miracula, & per vnum testem probo quòd sanauit vnum claudum, & per alium testem probo quòd illumi nauit cæcum, testes isti non probant, vt not. Archidiaconus in cap. nec mirum. 26. q. 5. & Vincẽtius in c. Venerabili. de testibus. & Antonius de Butrio in cap. cum oporteat. de accusatio. vbi ex hoc infert, quòd si volo probare Titium esse hæreticum,

& vnus

Universidad de Deusto Biblioteca

& vnus testis deponit quòd Titius dixit,ꝙ Christus non venit in Virginē: alius dicit, quòd personæ Trinitatis non sunt æquales, certe non probāt: quia sunt singulares, licet secundum eum Iacobus de Butrigario dicat cōtrariū in l. Ariani. C. de hęret. *hactenus Alexander, qui fideliter retulit sententiam Antonij de Butrio in dicto cap. cum oporteat. de accusatio. quęst. 9.*

Et rationem pulchram videtur assignare Salycetus in l. testium. C. de testibus. num. 16. vbi eandem profitetur sententiam in hæc verba: Secundo casu quando varietas loci inducit varietatem facti circa modum cognoscendi, & sic circa cognitionem testium, vt hoc exemplo: Ego volo probare Titium esse hæreticum, & ad huius probationem vnus testis dicit, quòd audiuit ipsum dicentem in tali loco, puta in platea ipsum dixisse, & affirmasse, quòd Iesus Christus non fuit filius Dei: alter dicit quòd audiuit ipsum dicentem in alio certo loco, quòd Spiritus Sanctus non procedit à Filio: & isto casu reperio varias opiniones: nam quidā dicunt, quòd probant, quia ambo in hæresi concordant, licet in specie hæresis non sint contestes: alij dicunt quòd non probant, quia debent esse cōtestes nedum in genere, sed etiam in specie hæresis, aliàs dicuntur singulares, vt in cap. cum dilecti. de elect. & ideo non probant, vt 3. q. 9. nihilominus, Ego teneo hanc secundam, vbi certa species hæresis fuit deducta in libello; sed vbi hęresis in genere deducta fuisset, licet de iure libellus admitti non debuit, secundum notata in l. libellorum. ff. de accusat. forte prima opinio procedit. forte ideo dixi, quia videtur quòd nec tunc testes ꝓbent plene, sed semiplene: quod sic probo: Nulla species hæresis est plene probata, ergo ex probatione super ea facta non potest inferri, seu dici, vel affirmari quòd Titius sic dixit, sed bene potest opinari per iudicem, quòd ita fuerit, vt ille testis dixit. ff. eod. l. 3. §. eiusdem in fine. ibi: aut parum tibi probatum opinaris. Ex eo ergo quòd nō potest uerum esse in tali specie, non potest dici verum esse in suo genere. Sed ex nulla illarum probationum in aliqua specie potest dici sic esse, vel accusatum vel inquisitum hoc dixisse: ergo nec hæresim probatam esse. quod demonstro aliter: pone quòd Titius accusatur à Caio specifice de tali specie hæresis, & quilibet probat per vnum testem tantum, an dicentur isti probasse? certe non. sic nec in proposito. Dico igitur non plene, sed semiplene tantum probatum esse, & omnes isti habentur loco vnius. nisi dicatur quòd in crimine hęresis non requiratur tanta subtilitas probationis. *hactenus Salycetus. Atque ex his remanet declarata prima difficultas.*

An per testes loco & tempore diuersos, plene probetur eadem hæresis, ardua quęstio.

Subsequitur nunc difficultas altera diluenda, quę maximi est momenti in hac causa, An videlicet, is plene conuincatur de hęresi, qui duos aut plures habet testes legitimos, & omni exceptione maiores de eodem aut eisdem erroribus deponentes, vt prædiximus, loco tamen & tempore diuersos.

Et Albertinus tract. de agnoscen. assertio. q. 24. num. 12. & Conradus Brunus lib. 4. de hęret. cap. 9. non procul à fine. & Simancas de catho. instit. tit.

A *64. num. 75. & 76. secuti Salycetum in l. testium. C. de testibus. num. 16. asserunt, hęresim plene & perfecte remanere probatam, si quis, verbi gratia, conuincatur Bononiæ dixisse; Papam non esse caput militātis Ecclesię: et Romę per aliū testē, itē dixisse; Papā nō esse caput militantis Ecclesiæ. & Salyceti verba, ita habent.* Secus si ambo deponunt de eadem specie hæresis, licet vnus dicat se audiuisse in vno loco, alter in alio: quia tunc videtur dicendū ꝙ species illa sit plene probata: quia isto casu locus non plurificat hæresim sępius firmatā & recēsitā & continuatam. *hactenus Salycetus.*

Opinio Salyceti & aliorum.

His addit Simancas præcitato loco rationes alias B *fortassis non vulgares: tum quia diuersitas testium in alijs, quàm in substantia, non abrogat fidem eorū: tum quoniam perinde facit hęreticus, qui varijs locis, & temporibus eandem hæresim repetit ac fur, q id quod rapuit, et furatus est singulis testibus ostēdit, varijs temporibus & locis: postremo, quia absurdum esset, vt seductor quispiam singulos homines totius populi seorsum doceret suas hæreses, & tamen vniuersorum testimonijs conuinci non possit: quod nemo sanus probabit. hęc Simancas, citatque Diuum Thomam 2. 2. quæst. 70. art. 2. & Bartolum. atque hoc ipsum videtur velle Eymericus hoc loco num. 3. ibi:* tamen concordant in substantia rei, seu in C effectu.

Horum potissimum fundamentum est, locum & tempus externa esse, nec plurificare, aut variare substantiam facti, seu in casu nostro, hæresim sæpius dictam & continuatam: de quo quid sentiam, mox explicabo.

B. Thomæ sententia.

Primum tamen hoc monebo, Beatum Thomam non sentire pro Simanca, quem ille in suam citat opinionem. nam verba Diui Thomæ 2. 2. quęst. 70. art. 2. ad 2. argumentum, in multis nostris exemplaribus ita habent: Ad secundum dicendum, quòd discordia testium in aliquibus principalibus circunstantiis, quæ variāt substantiam facti (puta in tem D pore, vel in loco, vel in personis de quibus principaliter agitur) aufert efficaciam testimonij: quia si discordant in talibus, vidētur singulares esse in suis testimonijs, & de diuersis loqui: puta si vnus dicat, hoc factum esse tali tempore vel loco, alius alio tempore vel loco, non videntur de eodem facto loqui. *hæc B. Thomas. cum quo sentit ibidem Caietanus & Dominicus Sotus lib. 5. de iustitia & iure. quęst. 7. art. 2. ad primum argumentum.*

Testes loco & tempore discordes nō probant eandē hæresim.

Omissa igitur hac opinione cū Diuo Thoma, Caietano, & Soto præcitatis locis intrepide asserendum puto, hos testes loco & tempore discordes, quamuis E *de eadem hæresi seu hæresibus deponant, singulares esse, ideoque non plene probare: neque ex talium dictis ad pœnam criminis ordinariam imponendam vllo modo esse accedendum. Primum enim nullus dubitabit, quin in hos testes cadat singularitas diuersificatiua, vt plene probat Crauetta in tract. de antiquitate temporis par. 4. nu. 157. nam ex quo diuersi sunt in loco & tempore, vidētur omnino loqui de actibus diuersis: diuersitas autē tēporis, diuersitatem factorum seu actuum inducit; & per consequens reddit testes singulares. ita Antonius de Butrio, & communiter*

muniter Doctores in cap. cum causam. de testibus. Cynus in l. testium. q. 6. & ibidem Baldus C. de testibus. Archidiaconus in cap. nihilominus. 3. quæst. 9. Abbas consil. 98. incipien. In quæstione quæ vertitur. *lib. 2. Baldus consil. 39. incipiente:* Proponitur quòd celebratus. *lib. 3. idem cons. 459. incipiente:* Visa dicta petitione. *vers. primo quia testes. lib. 4. Ancharanus consil. 64. incipien.* In causa, quæ vertitur. *idem consil. 147. incipien.* Super alia querela. *Paulus Castrensis consil. 137. incipiente:* In causa quæ vertitur Pergami. *in fine. & consil. 151. incipiente:* In causa quæ vertitur corā domino Vicario. *in fine lib. 2. Iason consi. 131. lib. 1. & alij prope infiniti. quos libenter omitto.*

Sed omissis ceteris hanc sententiam videtur apertissime probare textus in dicto c. nihilominus. 3. q. 9. vbi de hac fere re edisserens Leo Papa ita sancit: Nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit. *hæc ibi. & facit textus in c. de parentela, el segundo. 35. q. 6. & nominatim in causa, de qua agimus, hanc sententiam profitetur Palacius Rubius in allegatione in materia hęresis. §. 12. incipien.* Restat modo.

Ex his ergo omnibus consequitur periculosum esse ad voces talium testium singularium quempiam condemnare: & Susannæ exemplum Danielis cap. 13. satis etiam ostendit singulares esse censendos; nec propterea plenam fidem eis esse adhibendam. ita etiā ante nos agnouit Ioan. *Rojas tract. de hęret. assertione 6. nu. 145.*

Quis ordo seruādus cō tra illū qui pluribus testibus singularib' de eodem errore cōuincitur.

Quia vero ex dictis talium testium probatorum quidem & idoneorum magna & vrgentia nascuntur indicia aduersus illum, qui vnam & eandem, aut plures & easdem hęreses diuersis locis & temporibus dicitur repetiuisse, torquendus erit: quod si nihil fateatur (quia hoc casu non videtur sufficienter superasse indicia in tortura, eaque diluisse, seu, vt melius loquar, purgasse) non crederem iniquum vt abiurare quoque compellatur de vehementi, eique alię salutares pęnitentiæ iniungantur; at nullo modo tamquam negatiuus tradendus est curiæ sæculari: neque ab hac sententia puto vllo modo recedendum. Eymericus autem hoc loco non scribit contrarium: nam de altera facti specie, quam mox subiungam, mihi loqui videtur.

Quid si plures quàm duo testificētur.

Et quæ hactenus diximus in hac difficultate verissima & certissima esse credimus, cum duo tantum adsunt testes singulares, qui de eadem, aut eisdem hęresibus, diuersis locis atq; temporibus auditis, testificantur, si autem plures quàm duo testificentur, grauior fortassis est difficultas, in qua multorum sententia est, quòd cum testes singulares ad eundem finem tendunt, & plures sunt, & fide digni ita vt iudicem adducant ad indubitatam fidem, non debet iudex curare de illa singularitate, sed ex eorum dictis poterit iudicare, & pœnam ordinariam imponere. ita in casu nostro tenet Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 77. quod ipsum insignes iureconsulti profitentur. Cacialupus in repetitione l. admonendi. ff. de iureiurando. col. 39. vers. patet igitur tibi studioso. Franciscus Brunus tracta. de indicijs & tortura par. 1. quæst. 2. nu. 6. Socinus consil. 262. lib. 2. Hip-

A *polytus Masilius singulari 114. incipiente:* Vulgatum & tritum est. *Idem in l. 1. §. ad quęstionē. ff. de quęstio. & Andreas Tiraquellus tract. de pœnis temperandis aut remitten. causa 51. nu. 106. & omnes in hoc dicto precipue sequuntur Paulum Castrensem in dicta l. admonendi. ff. de iureiurando. & in l. Lucius. ff. de his qui notantur infam. in recollectis Florentinis: quamuis in his locis in nostris codicibus non inueniamus hæc dixisse Paulū, quod etiā testatur Tiraquellus loco pręcitato.*

Ceterum, huic opinioni multum fauet illa ratio, quam ex Simanca adduximus paulo antea. §. his addit. quia absurdum videtur, vt seductor quispiam sin B *gulos homines totius populi seorsum doceat suas hęreses, & tamen vniuersorum testimonijs conuinci non possit. in eandem sententiam confert plurimum illustris decisio Guidonis Papę 544. incipien.* Quidam elegit. *vbi per tres, vel quatuor testes singulares plene probari iurisdictionem scripsit. Postremo satis videtur rationi consonum, vt iudex possit tuto condemnare eum, quem videt per plures testes graues, nobiles, probatos, spectatę virtutis & probitatis conuinci, quamuis illi sint singulares: quia non est verisimile tot homines iniquo animo conuenire aduersus aliquem.*

Qui pluribus testibus singularibus quàm duobus conuincitur, an plectendus ordinarie.

His fortassis & alijs huiusmodi rationibus alicui C *videri posset satis iusta & æqua hæc opinio: verum tamen è diuerso clamant sequentia, quibus demonstratur neque hoc casu ad condemnationem esse deueniendum, hoc est, ad pœnam criminis ordinariam imponendam.*

Primum, quia ex pluribus diuersis nunquam cōsurgit vnum integrale. l. sancimus. §. si quis autem. C. de donatio. l. vsuræ. C. de vsuris. & plura imperfecta non faciunt vnum perfectum. l. vnica. C. qui ma. tutelæ se excus.

Rursus, probationes in sua specie imperfectæ in criminalibus ad plenam probationem non coniunguntur. glossa singularis in verbo, illorum. in cap. veniēs. D *el primero. de testibus. Bartolus in l. si quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edendo. Albertinus tract. de agnoscen. assertionibus quæst. 25. num. 21. & alij. & hanc fatetur esse communem opinionem Simancas in enchyridio violatę religionis. tit. 34. num. 3. & Ioannes Rojas tracta. de hęret. par. 2. assertio. 6. num. 147.*

Ad hæc, in concilio Biterrensi cap. 11. ita scriptū est: Ad nullius vero condemnationē procedatis sine confessione propria, vel probationibus dilucidis, & apertis: satius enim est relinquere facinus impunitū, quàm innocentem damnare. *hæc ibi.*

Idem paulopost sanciuit concilium Narbonense E *cap. 23. in hæc verba:* Ad nullius vero condēnationem sine lucidis & apertis probationibus, vel confessione propria procedatis: satius enim est facinus impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare.. *hæc ibi.*

Confert singulare illud & obseruatione dignissimū dictum Guidonis Fulcodij in cōsultationibus ad Inquisitores, q. 15. cap. 17. vbi de proposita facti specie loquens, ait: Et nisi testes plene, & plane in omnibus concordauerint, melius est vobis purgationem inducere, vel differre sententiam, quàm damnare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nare. hęc ille. Manifestum est autem testium singulariũ dicta secundum regulas iuris non posse dici dilucidas, claras, integras, & apertas probationes.

Huc spectat. c. 1. 2. q. 1. cuius verba sunt: Nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictũ, aut sponte confessum. *Conuictus autem dici non potest qui non habet testes idoneos ad uersus se, & per omnia conteſtes, & couformes.*

Præterea, quamuis in alijs delictis superior sententia locum habere possit, de quo non sum valde sollicitus: at in crimine hæresis aliud prorsus videtur sentiendũ: nã cum in eo nomina testiũ reis nõ publicẽtur, nec videatur per omnia cõcedi plenissimus defensionis ordo & facultas, semper timendũ est ne innocens iniuste damnetur. & quamuis quilibet testis singularis probitatis sit: ignotũ tamen est iudici quid illi à reo posset obijci; & fortassis si reus eum nosset, iustum quid posset et obijcere, propter quod dictũ eius aut repelleretur, aut debilitaretur.

Denique hanc sententiã sequuntur viri insignes, Caietanus apud Beatum Thomam. 2. 2. q. 70. ar. 2. Dominicus Sotus lib. 5. de iust. & iure. q. 7. art. 2. ad primum argumentũ. vbi asserunt, & tametsi inter religiosos, qui iam sunt mortui mundo, ob dicta plurium testium singularium facinorosi possint condemnari propter animæ salutem & fauorem regularis obseruantiæ; in delictis tamen exterioribus, vbi ad grauiora supplicia proceditur, id locum non habet. idem voluit Ioannes Rojas tracta. de hæret. par. 2. assertione 6. nu. 146. & sequentibus.

Quis ordo seruãdus cõtra eum qui pluribus testibus singularibus conuincitur.

Atque vt in hac quoque causa meam sententiam dicam, si alicuius auctoritatis futura est apud viros doctos credere in hoc casu sequentia posse obseruari.

Quotiens quis pluribus testibus singularibus, & idoneis vrgetur prædicto modo, nec vult fateri, expectandum est per aliquod spatium temporis, & inquirendum, an inueniri possint testes per omnia concordes & conteſtes, sed prius torquendus est, vt si fieri potest, ab ore eius veritas habeatur. & si nihil confiteatur, quia hoc casu non potest videri purgasse indicia per torturam, cum sint multa, & vrgentissima ac vehementissima contra eum, ad abiurationem saltem de vehementi, aut ad canonicam purgationem subeundam iustissime compelletur: in quo casu locum habere poterit opinio Squillacensis tracta. de fide catho. cap. 31. & aliorum. quos refutaui supra parte 2. super cap. inter sollicitudines. de purga. cano. §. Atque ex hac. inde vero spectata personę qualitate, vel ad triremes. vel ad detrusionem in aliquo monasterio per aliquod tempus poterit condemnari: at nunquam consulerem, nec crederem iuste fieri posse, vt velut negatiuus & impœnitens propter tot testium singularium dicta curiæ sæculari relinquatur.

Hęc mea sententia est. quam tamen libenter suppono correctioni sanctę Romanę Ecclesiæ, aut virorum doctiorum, qui meliora docuerint.

Postremo illud hoc loco opportune quæritur, an si duo vel plures per vnum foramen (per quod simul videre non poterant, sed tantum vnus post alterum) viderunt quempiam committentem aliquod factum hæreticale siue apostaticum, verbigratia frangentem imagines, aut se more Mahometano lauantem & inclinantem, aut figuram Crucifixi flagellantem, & similia, an inquam huiusmodi homines successiue videntes tale quid, & de eo testificantes, sint censendi testes singulares, an vero conteſtes. & propterea plene probantes?

Et breuiter respondetur, nõ esse testes singulares, sed conteſtes, & plene probantes, cum intra breuissimum temporis spatium idem delictum continuatũ viderint, ac propterea de vno & eodem actu numero testificentur: neque enim hic præsumitur pluralitas actuũ, nec temporis diuersitas, sed potius vnus numero actus, & vna temporis coniunctio. ita scribunt communiter insignes & antiqui iurisconsulti. Iacobus Butrigarius, Iacobus de Arena, Cynus, Salycetus, Baldus et alij in l. testium. C. de testibus, cũ docent prædicto modo probari posse adulterium, glossa in cap. nihilominus. in verbo, simul. 3. quæst. 9. & Antonius de Butrio in cap. cum oporteat. de accusat. quæst. 9. num. 20. Geminianus in dicto cap. nihilominus. 3 q. 9. & alij, qui hos communiter sequuntur.

Nec obstat si dicatur, prædictos testes censendos fore singulares ex diuersitate tẽporis, quia dũ vnus vidit, alius non vidit: quoniã respondetur, quòd ex quo viderunt eundẽ actũ, & in continenti vnus post alium, simul vidisse dicuntur, nec singulares sunt. ita præ ceteris docẽt Iacobus de Arena & Cynus in dicta l. testiũ. C. de testibus. nu. 5. vers. Sed è contra videtur. & eodem modo possumus ad alia respondere, si quę fortassis obijciantur.

Atque ex his, nisi fallor, plenissime est declaratũ quidquid spectat in hoc crimine ad materiam testiũ singularium: in quo ideo fortassis iusto lõgior fui. quoniam operæ pretium me facturum putaui, si quanta fieri posset distinctionis luce et claritate, hæc traderem, quæ à multis ex nostris fortassis obscurissime docentur: idque feci libentius, vt Inquisitoribus valde in causis fidei occupatis satisfacerem; eosque liberarem à molestia euoluendorum ac legẽdorum tot interpretum varijs locis hæc tradentium. nunc ad cetera pergamus.

a ¶ Est verum quòd in litteris Cardinalis Albanensis, &c.] *Extat in vetusto illo codice membranaceo bibliothecę Vaticanę creberrima mẽtio cuiusdam domini Albanen. Apostolicę sedis Legati, quem coniectura assequimur, quo tempore Pauperes de Lugduno seu Albigẽses, alijque hæretici partes Gallię & Lombardię infestabant, Legatum sedis Apostolicę fuisse constitutum, multasque constitutiones ex Papæ commissione edidisse tum de pœnis hæreticorum, tum etiam de ordine procedendi aduersus eos quibus Inquisitores priuati ad dirimendas fidei causas & controuersias feliciter & vtiliter vterentur: ac in vetusto quidem illo codice Vaticano huius Legati, cuius fortasis hic meminit Eymericus, quædam ordinationes breuissimę reperiuntur, in quibus tamen non legitur hoc fragmentum, quod citat hoc loco auctor.*

Num. 3. Albanen. sedis Apostolicæ legatus.

Ceterum cum anno Domini MDLXXX. Inquisitor Florentinus Romam venisset, secum detulit vetustissimum codicem membraneum manuscriptum, in quo continebantur quæ ad sanctum officium spectabant, in eo codice (quem nobis exhiberi iussit

iussit illustrissimus dominus Iacobus Sabellus Cardinalis Generalis Inquisitor in vniuersa Republica Coristiana) hæ ipsæ constitutiones, quarum hic meminit Eymericus, legebantur directæ Inquisitoribus Lõbardiæ. Ea vero constitutio, quæ de testibus agit, quã affert hoc loco auctor, in prædicto codice ita habet. Quando vero testes vel diffamatores, singulares sunt in dictis, concordant autem in substantia, vel in specie rei, relinquitur Inquisitorum arbitrio, vt sicut eis secundum Deum videbitur, sic procedant: maxime si fama consentit, & idoneitas & fides deponentium contra eum, contra quẽ fuerit inquirendum. *hactenus ibi.*

In hac ergo constitutione diligentissime sunt obseruanda hæc verba: Quando vero testes singulares sunt in dictis, concordant autem in substantia seu in specie rei. *quę profecto difficilem & obscurum habent sensum, nec primo obtutu facile percipias quid sibi velint.*

Varius sensus verborũ Cardinalis Albanen.

Vnus ergo sensus hic esse posset, quòd quando testes singulares sunt in dictis, quia videlicet in loco & tempore discordant, conueniunt tamen in substantia rei seu in specie vel in effectu, hoc est, de eadem seu eisdem hæresibus deponunt: si testes huiusmodi sint idonei, & vltra illorum probitatem, & fidem ad sit fama de crimine contra reum: tunc arbitrium erit Inquisitoris, vt secundum eus conscientiam procedat.

Hic etiam sensus, quamquam hoc loco sit significatus: nihilominus tamen non probat absolute eam sententiam, quam proxime reiecimus; quia vltra testes singulares famam postulat: & nihilominus, quãuis fama de delicto consisteret, & cum testibus coniungeretur, adhuc non putarem eam sententiam veram esse: quia fama indicium est debile, & à crimine remotum: quod etiamsi coniungatur cum alijs indicijs, aut semiplenis probationibus, in criminalibus non faciet plenam probationem, vt late ostendimus in superioribus. quare semper sententia à nobis in superioribus asserta, velut æquior & tutior esset retinenda; quamuis hoc casu grauior pœnitentia esset iniungenda.

Secũdus sensus.

Alter sensus, nec ineptus forsitan aut contemnendus esse posset: quando testes sunt in dictis singulares, quia videlicet non deponunt per eadem formalia verba. sed per æquipollentia; quamuis non sint singulares in loco & tempore: tunc an plene probent, arbitrium est Inquisitorum, qui diligenter debent considerare, qualiter quisque fuerit locutus. quo casu si eorum depositiones eundem errorem formalem referre videantur, si fama vlterius consistat, arbitriũ erit Inquisitoris quid tunc fieri debeat. & hunc plane sensum videntur mihi redolere hęc verba.

An testes sint singulares quando non deponunt per eadem formalia verba.

Sed quò apertius hæc intelligantur, animaduertendum est, quæstionem esse; An testes dicantur singulares, quando non deponunt de aliqua hæresi in specie per eadem formalia verba, sed tantum per æquipollentia, & quæ eundem errorem sapere omnino ac referre videantur, vt si, verbi gratia, vnus deponeret se audiuisse Bucerum dicentem, non esse purgatorium; alius vero deponeret eodem loco & tempore, se audiuisse Bucerum dicentem, post mortem animas omnium morientium aut rectà in cælum, aut in infernum proficisci, nec dari tertium alium purgatorij locum in quem tendant. Siue si vnus deponeret se audiuisse Bucerum asserentem, imagines Sanctorum non esse venerandas: alius vero deponeret, audiuisse eundem Bucerum eodem loco & tempore dicentem, vsum imaginum in Ecclesia Dei inutilem esse & abolendum. Sunt huius quæstionis exempla passim obuia, quæque frequenter contingant in sacro Inquisitionis tribunali: in quo articulo quid sit sentiendum, breuiter est mihi ostendendum.

Variç sentẽtiç de probatione testiũ deponẽtium per verba æquipollẽtia.

Non vno modo præsentem controuersiam declarari video nam Albertinus tract. de agnoscendis assertio. q. 34. nu. 47. asserit in probatione propositionum hæreticarum testes debere attestiari per eadẽ verba formalia, & non per diuersa, quia de verbis, inquit, est quæstio, & propterea illa sunt attendenda, & ponderanda: quã ob rem testes in formalitate verborum diuersi non probant, vt ait Geminianus cõsil. 142. incipiente: In causa prioris. *& Antonius de Butrio in c. nihil. de verb. signif.*

Iam si in his Eymerici verbis, quæ nunc interpretamur, secundus ille sensus, quem paulo antea referebam, contineatur: secũda opinio erit Eymerici sentientis arbitrio Inquisitoris relinquendum esse, quando ex dictis testium non formalibus, sed æquipollentibus, & conuenientibus in substantia rei seu in effectu sit procedendum, & ad inquirendum, & ad reliqua iudicij acta. de qua sententia quid sit sentiendũ, amplius in sequentibus apparebit, vbi demonstrabitur posse absque dubio Inquisitores ex testibus per æquipollentia deponentibus procedere secure ad condemnationem.

Testes non dicuntur singulares, sed vere probãt quãdo in facto principali cõueniũt.

Verumtamen his omissis, vera sententia est, & communis & vsu recepta, Testes plene probare alia quam hæresim, nec dici singulares, immo conteſtes esse & conformes, quando in facto principali, in quo negotij substantia præcipue consistit, concordant per eadem vel æquipollentia verba; quamuis in alijs minus præcipuis circunstantijs discordent. c. nihil obstat. de verbor. signif. Nihil obstat, *inquit textus,* narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur, *facit textus in l. qui sententiam. C. de pœnis. & in l. quicunque. vbi Salycetus. C. de hæret.*

Præterea, virtus & substantia verborum non in cortice aut superficie consistit, sed potius in sensu & intentione. cap. intelligentia. & c. præterea. de verb. signif. & c. Marcion. 1. q. 1.

Ad hæc, iuris regula est satis vulgata & trita, nihil referre, quòd aliquid ex æquipollentibus fiat. l. mulier. ff. ad senatus consul. Trebellianum. l. si mater. C. de inst. & substit. sub con. fact.

Postremo, hanc sententiam minime obscure affirmat Beatus Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2. argumentum, ibi: Si vero sit discordia testimonij in aliquibus circunstantijs non pertinentibus ad substantiam facti, &c. talis discordia non præiudicat testimonio: quia homines non consueuerunt circa talia multum solicitari, vnde facile à memoria elabuntur. *hactenus sanctus Thomas. eum per omnia sequitur Sotus de iustitia & iure. lib. 5. quæst. 7. art. 2. ad primum argumentum. idem tenet glossa in cap. dudum. de conuersio. coniugato. & in cap. cũ Ecclesia Sutrina. verbo, vacillasse. de cans. possess.*

& pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& propriet. Alexander, Decius & alij, quos refert & sequitur Antonius Gabrielius lib.1.commu.conclusio.tit.de testibus, conclus.2.nu.64.vers.& propterea infertur.quibus adde Geminianum in cap.nihilominus.3.q.9.

Denique hoc fatetur in causa nostra Ioannes Rojas singulari 204.incipiēs. Testes singulares.*nu.8. & seq.et tract.de hæret.parte 2.assertio.6.nu.127. & aliquot sequent. quorum omnium vnanimis sententia est, Testes concordes in eo de quo præcipue agitur, siue in substantia & effectu rei, nō esse singulares; quamuis in minimis quibusdam discordent, cūea non faciant actum diuersum.*

Discordia testium in minimis nō infringit eorū testimoniū.

Immo vsque adeo verum est, discordiam in minimis quibusdam nō nocere, vt hęc interdum testimonium reddat validius: vnde Beatus Thomas 2.2. q.70. art. 2. ad 2. argumentum, in fine, ita dixit: Quinimmo aliqua discordia in talibus *(scilicet in circunstantijs non pertinentibus ad substantiam facti)* facit testimonium credibilius, vt Chrysostomus dicit super Matthæum: quia si in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condicto eundem sermonem proferre: quod tamen prudentiæ iudicum relinquitur discernendum.*hactenus B.Thomas.idem Sotus de iustitia et iure.libro 5.quæst.7.art.2.ad primum argumētum. probat textus in l.3.ff. de testibus, ibi:* Vtrum vnum eundemque præmeditatum sermonem attulerint.

Si ergo duo testes coram Inquisitore se sistant, & vnus dicat se audiuisse Lutherum dicentem, Indulgentiarum virtutem nullam esse: & alius dicat, se eodem tempore & loco audiuisse eundem Lutherum asserentem, Indulgentias à Pontificibus summis esse ad quæstum inuentas, nec virtute diuina pollere: sane hi plene probarent per æquipollentia verba Lutherum hæreticum esse: neque ab hac sententia est recedendum.

Quòd si in verbis æquipollentibus dubius sensus esset, qui & catholicam veritatem, & errorem referre posset; tunc quid sit agendum, abunde docui supra in hac 3.parte super quæst.62.

Quando nō sufficiat per æquipollentia probare.

Sed illud non omittam, quòd si quandoque agerētur de probandis verbis formalibus; tunc proculdubio non sufficerent æquipollentia. Antonius Butrius, & Abbas in cap.nihil.de verb.signific.& multi ex prædictis, & alij quos refert & sequitur Nicolaus Euerardus in locis argumentorum legalibus in loco ab æquipollentibus.

QVAESTIO LXXIII.

An Inquisitor valeat torquere testes, & si falsi deprehensi fuerint, punire.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor per se potest tormentis subijcere testes:*
2 *Et illos, si falsi inuenti sint, extraordinarie punire.*
3 *Rationes pro vtraque parte adducuntur.*
4 *Soluuntur quæ contra veritatem opponebātur.*

SEptuagesima tertia quæstio est: Vtrū Inquisitor valeat testes torquere pro habenda veritate, seu aliàs punire eos quos manifeste deprehendit in causa fidei esse falsos testes, seu cōtra insontem falso & scienter imposuisse medio iuramento, crimen hæreticæ prauitatis?

1 Respondemus q̄ sic: & licet nec de iure speciali, nec in priuilegiis Inquisitorum, nec in consultationibus † titulorum de hæreticis aliquid de hoc habeatur: tamen hoc est de iure communi, vt testes possint torqueri, & etiam si falsi deprehensi fuerint, puniri: & hoc potest fieri in causa præsenti, vt declarat Paulus de Leazaris in cap. Multorū. de hæret. in Clemen. in principio super verbo, Vel tormentis exponere illos, qui dicit ibi sic: *Illos*, scilicet, pro huiusmodi negotio inquisitos. aliud videtur in testibus, si causa subsit eos torquendi: quia cum per se solum quilibet possit inquirere, poterat omnia ad illud necessaria †, & sine quibus illud non potest expediri. de officio delegat. Præterea. & c. Prudentiam. verbo, explorati. & ff. de iurisd. om. iud. l. ij. Sed planū est, q̄ ad veritatē habendam debet iudex laborare. de proba. Quoniam 14. q. 2. Quamquam. 30. q. 5. Iudicantem. 23. q. 8. Occidit. de testi. Cum causam. & C. de iudi. Iudices. cum concordantijs: quam ab inuito & suspecto aliter habere non potest. 5. q. 5. Illi qui. vbi notatur de tormentis testium, ipsum ergo testem poterit Episcopus & Inquisitor, & quilibet per se torquere.

† Al, constitutionibus.

Relat. supra pag. 111.

† Al, accessoria.

2 Et eadem ratione videtur, quòd eum possit extraordinarie punire, si falso testimonio aurē eius offendit durante iudicio. C. de testi. Nullum. Ad idem de pœnis. Super his. & cap. Dilectus.

3 Sed contra videtur, quia ratio quę subest in inquisito, subest in teste: ergo erit idem ius in vtroque. de transla. c. 2. cum concor. Et hæc duo infra æquiparantur ibi, *prauitatem ipsam: vel impedimentum officij.* Et si dicamus, quòd Inquisitor non habet ordinariam, videtur casus in Authen. de testi. §. si vero. Pro hac parte facit, quia cum quilibet possit inquirere vsque ad sententiam, & testes sint pars negotij. de verb. sign. Forus. cui licet totum, & pars, de reg. iur. Cui licet. lib. 6.

4 Solutio. primum verum est, vbi testem vult torquere pro veritate habenda cōtra Titium delatum, vel eum extraordinarie punire tanquam coram eo notorie delinquentem. facit quod not. de confessis. c. ij. & quod ibi notat Inno. & de iure iu. Cum in positionibus. lib. 6. & iura supra allegata. Si vero format inquisitionem contra eum propter hoc, ita quòd est noua instantia, cum testis sit nunc principaliter inquisitus, aliter per se non posset eum torquere: & sic intelligantur iura supra allegata.

Et de facto hic casus accidit Tolosæ Anno Domini MCCCXII. vt vidi in sentētia contineri: nam pater deposuerat contra filium crimē hæreticæ prauitatis, & postmodum reuocauit.

COM-

COMMENT. CXXII.

IN hac quæstione tria sunt à nobis potissimum tractanda.

Primum erit: An Inquisitor testes in suo tribunali delinquentes punire possit.

Alterum erit: An Inquisitor solus possit torquere testem quotiens opus fuerit, non adhibito Episcopi consilio; & vice versa idem possit Episcopus sine Inquisitore.

Postremum erit: Qua pœna sint afficiendi testes in hoc tribunali falsum testimonium dicentes, & ali cui hæresis crimen imponentes: quod est præcipuum & magni momēti in hac causa, & frequens etiā propter insignem hominum malitiam & iniquitatem.

De materia huius quæstionis qui differant.

Sed primum adducēdi sunt, qui de materia quæstionis huius disserunt, inter quos præcipue hoc agūt Zanchinus, & ibidem Campegius tract. de hæret. c. 14. Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 36. Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 84. idem in enchyridio violatę religionis, tit. 38. Ioannes Rojas tract. de hæret. parte 2. assertio. 8. plenissime & Eymericus 3. par. in 12. modo processum fidei terminandi, quibus adde Tulium Clarum in §. falsum. disserūt & alij suis locis postea referendi.

Inquisitor testes delinquentes in suo tribunali punire potest.

Quantum ad primum caput attinet, tametsi olim controuersum fuerit, an Inquisitor posset testem falsum, aut aliter in suo tribunali delinquentem punire, cum sit iudex delegatus, qui non videtur posse testem coram se delinquentem coercere, vt late demōstrant tradita per Menochium lib. 1. de arbitrarijs iudicum q. 91. nunc hęc controuersia, vt ob solam consuetudinem in contrarium cessat: nec propterea longum nobis tempus in ea dirimenda terēdum erit.

Cum enim Inquisitor sit delegatus Romani Pontificis, non mirum si possit testes coram se delinquentes ex propria iurisdictione, concessa sibi per delegationem, punire. Speculator tit. de teste, nume. 44. & ibi Ioannes And. verbo, coget. & Abbas in c. 1. extra de crimine falsi, nu. 9. & alij. optime ergo concludit hic Eymericus num. 1. hoc iure communi competere: quamuis nullis priuatis statutis hęc potestas Inquisitoribus videatur esse concessa. & hæc sint satis quoad primum caput.

Solus Inquisitor testem torquet.

Alterum est de potestate Inquisitoris in torquendis testibus non requisito Episcopo: in quo articulo Eymericus hoc loco ex sententia Pauli de Leazaris apertissime sentit, quòd quamuis reū non possit vnus sine altero torquere: at testem quilibet potest per se torquere. & ratio qua vtitur hic num. 3. elegans est: nam cum vnusquisque per se vsque ad sententiam inquirere possit, & expedire quæcunq; ad plenā causę cognitionem desiderantur, & testes sint potissima totius causæ pars, sane si casus occurrerit, in quo necesse fuerit torquere testes, & solus Inquisitor, & solus Episcopus id per se efficere poterit; atque hoc iure vtimur. idem tenet Zanchinus tract. de hæreti. capit. 14. nume. 3. ibi: Dic quod Inquisitor poterit eum ponere ad torturam. *& ibidem Campegius versic. ex his iam colligere possumus. & Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 36. & alij quos in re manifesta omitto.*

Id tamen est caute obseruandum, quòd si contingat ex teste reum fieri, is que torqueri debeat; tunc non poterit solus Episcopus, aut solus Inquisitor id efficere. clemen. 1. de hæret. §. propter quod. vers. duro tamen. atque ex his remanent satis aperta, quę ab Eymerico traduntur hac quæstione: nam circa hęc duo potissimum versatur.

Testem effectum reum non torquet solus Inquisitor.

Sed tertium caput est iam declarandum, in quo tota difficultas posita est, nēpe: Qua pœna affici debeāt testes falsi in hoc crimine hæresis delinquentes.

De falso accusatore eiusque pœna satis multa diximus supra in hac 3. parte. num. 67. tit. de primo modo procedendi in causa fidei per accusationem, vbi promisimus hic nos fore delaraturos quod ad falsum testem spectabat.

Graue scelus est dicere falsum testimonium.

Ac primum quàm ingens scelus committant falsi testes, luculenter explicatur in c. 1. extra de crimine falsi. in hac verba. Falsidicus testis tribus personis est obnoxius: primum Deo, cuius præsentiam contemnit: inde iudici, quem mentiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. *hæc ibi.*

Quis dicatur falsus testis.

Nullus autem falsus testis grauius aut horribilius delinquit, quàm qui in hoc tribunali virum catholicum hæreticum esse mentiendo asserit cum pietatis intuitu, grauissimo periculo reum exponat, cū nomina falsorum testium ei occultentur, & proinde difficilius se defendere queat.

Falsum autem testem iura vocāt non modo eum, qui mendacium dicit, sed & qui veritatem occultat, cap. 1. extra de crimine falsi; cuius verba sunt: Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mēdacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. *hæc ibi.*

Nec modo hunc voco falsum testem, sed etiam illum, qui refert quidem verba ipsa illius contra quem testificatur, sed de illis tamen testificatur alio sensu, quàm prolata sunt: vt si ea non integra referat: vel dicat verba hæreticalia fuisse prolata affirmatiue: cum tamen aut recitando & referendo, aut interrogatiue fuerint dicta, Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 89. vers. est quoque falsus testis. & in hoc diligenter animaduertere debent iudices fidei, cum frequenter hæc in suo tribunali contingere soleant.

De pœna falsidicorum testium.

Sed iam qua pœna affici debeat testis falsus in hoc tribunali doceamus. ac primum videtur dicendum eos non esse plectendos talionis pœna, nec tradendos in aliquo casu curiæ sæculari. primo quia nullo iure veteri nominatim cautum inuenio in hac causa, vt testes hac pœna plectantur.

Rursus in tribus illis vetustis concilijs Tolosano, Biterrensi, & Narbonensi, quibus plenissime constitutum extat quidquid ad pœnas & pœnitentias reorum in hac causa spectat, de hac pœna in testes falsos exercenda nullum apparet vestigium: Sed in Biterrē si cap. 26. aduersus deierantes, & inducentes alios ad deierandum (hoc est, vt ego interpretor, ad falsum deponendum medio iuramento) pœna deportationis vestis crucibus signatę, continetur in hęc verba: Et si forte deierauerint, aut induxerint alios ad deierādum, portent in superiori parte duarum crucū (quas portare habēt in pectore, & inter spatulas) brachiū transuersale palmi vnius vel circa. *hęc ibi.*

Ad hæc nullus ex veteribus (quem ego viderim) de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de crimine hæresis tractans talem pœnam imponendam docuit. Nam Zanchinus qui de hac re plura tradidit tract. de hæret. cap. 14. arbitrarias pœnitentias iniungendas docuit testi falso per Inquisitores. Eymericus quoque qui omnia fere prosecutus est, quæ ad negotiũ hæreticæ prauitatis spectãt, neque in hac quæstione, neque in 12. modo processum fidei terminandi, huius pœnæ meminit: cum tamen plenissime ageret de testibus falsidicis puniendis: quamquam indicet vitam eis de sola benignitate & misericordia relinqui.

Postremo non videtur vbique receptum in sacro Tribunali vt testes huiusmodi curiæ sæculari tradantur, & vltimo supplicio afficiantur.

Pœna talionis in testibus locum habet.

Sed in contrarium facit primum, quia quamuis in accusatore abolita sit & antiquata talionis pœna, vt ostendimus supra in hac 3. parte nu. 67. tit. de primo modo procedẽdi in causa fidei per accusationem. §. bis positis. at in testibus adhuc habere locum testãtur Bal. in c. 1. §. iniuria, de pace iurameato firmanda in vsibus feudo. & in l. 2. C. de rebus creditis. Corsetus in singulari incipiente: Testis. et l. 12. Iason in l. etsi lege. num. 5. C. si contra ius vel vtilit. publicam. & in l. si duo patroni. §. finali. ff. de iureiuran. idem in §. item si quis postulante. nume. 64. instit. de actio. Alexander consi. 55. incipien. In causa inquisitionis. lib. 7. Guido Papæ decisione 44. incipien. Testis falso deponens. Cassaneus super consuetud. Ducatus Burgun. rubrica 1. des iustices. super textu, es droicts d'icelles. nu. 15. Socinus consi. 185. lib. 2. Conarruuias in cap. quamuis postum. de pactis lib. 6. parte 1. §. 7. num. 6. Bernardinus Diaz in pract crimi. cano. cap. 87. Nellus tract. de testibus. §. falsus testis, nu. 231. Petrus Duenas in regula 27. incipien. Accusans aliquem. versic. quod tamen in testibus. quod non obscure probat textus in l. 1. §. preterea. ff. de Sicarijs, vbi falsus testis in causa homicidij punitur tamquam homicida, si dolo malo deponat. & in Hispania lege quadam Taurina 83. nominatim cautum est, testem falsum in causa criminali puniendum eadem pœna, qua reus foret puniendus, si verum deposuisset contra eum. videantur ibidem Antonius Gomez & Palacius Rubius, & alij plerique varijs locis, quos longum esset recensere.

Testis falsidicus in sancto pœna talionis plectendus asserunt.

Iam in hac hæresis causa testem falsum talionis pœna plectendum asserunt Ioannes Rojas tract. de hæret. parte secunda assertione 8. & Iacobus Simancas de catholica institu. tit. 64. num. 90. nec desunt viuę & efficaces rationes, quibus hæc sententia nititur.

Primum quia hoc crimen grauius est ceteris, cap. Vergentis. extra. de hæret. grauius ergo plectendus erit, qui falso contra quempiam de eo testificatur.

Rursus cum testium nomina in hoc tribunali non publicentur, reus vix potest diuinare, quis eum falso testimonio vrgeat; & propterea difficilius potest se tueri. & quemadmodum grauius est hominem interficere veneno, quàm occidere gladio, l. 1. C. de malef. & Mathemat. quia qui veneno interficit cum occulto id faciat, aufert ei qui occiditur omne remedium se defendendi; ita qui in hoc crimine falsum deponit contra aliquem, grauius peccat: nam cum occulto mẽdacium dicat, quod non facile detegitur propter non publicata testium nomina, iustam defensionem, quæ est de iure naturæ, l. vt vim. ff. de iust. & iure, ei subtrahit.

Extrauagans Leonis X. per quam testes falsidici in causa fidei possunt tradi curiæ sæculari.

Postremo Leonis Papę decimi diploma extat directum Adriano Cardinali generali Inquisitori Hispaniæ, Datum Romę apud Sanctum Petrum die 14. Decembris, anno MDXVIII. Pontificatus sui anno sexto, quo Inquisitoribus Hispanię conceditur, vt possint falsum testem curię sæculari relinquere irregularitatis securi. eius rescripti verba ita habent: Intelleximus quòd multi perditi ingenij homines in testimonijs, quæ perhibent super dictæ prauitatis veritate inquirenda, falsitatem quandoque prece, pretio, odio vel amore, & quandoque metu committere, aut se eandem falsitatem commisisse publice licet falso fateri non verentur: Sicque huiusmodi diabolicæ artis ministerio plerunque vel damnantur insontes, vel diuinæ maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei sub Christiano nomine derisores veniam consequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipsi falsi testes tam propria improbitate & inconstantia, quàm audacia & impunita temeritate eorum, qui illos ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impellũtur. Nos igitur sceleſtum hoc hominum genus, qui in diuinam humanamque simul naturam conspirant, & in nefandi criminis causa vel iniustæ absolutionis: vel iniquæ condemnationis actores existunt, acriori longe supplicio, quàm ceteri falsidici testes plecti soleant, dignum censentes: circumspectioni tuę, & vniuersis & singulis alijs per te & pro tempore existentem generalem dictæ prauitatis in regnis & dominijs prædictis Inquisitorem ad ipsum inquisitionis officium pro tempore deputatis, contra omnes & singulas personas cuiusuis status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi, aut alijs Inquisitoribus prædictis in crimine hæresis falsum scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum induxisse, vel quempiam ob perhibitum veritatis testimonium, vel propter falsum nõ attestatum, occidisse, aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus, vel maiori parte illorum spoliasse, vel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affecisse legitime constiterit, tuo aut à te deputando, seu deputandis & subdelegandis, arbitrio procedendi, & eos pœnis, de quibus tibi, vel illis videbitur condemnandi, super quo tuam & illorum, quibus negotia huiusmodi commiseris, conscientiam oneramus, absque alicuius pœnæ seu censuræ ecclesiasticæ metu, aut irregularitatis nota tradendi vel relaxandi curiæ sæculari, plenam & liberam concedimus facultatem: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Atq; ita quidem habet id rescriptum, ex quo itẽ ex illis, quę paulo antea retulimus, ac ex alijs fortassis,

fis, quę in eandem sententiam afferri possent, videtur esse iustissimum, vt falsi testes in causa hęresis pœna talionis afficiantur, & curię sęculari quandoque relinquantur. immo vero plures & maiores rationes suadent testem falsum in hoc crimine pœna talionis fore plectendum, quàm in alijs delictis, cum pœnę huius criminis etiam ad descendentes condemnati extendantur, qui & bonorum successione priuantur, & grauissima quoque infamia notantur.

Non qui libet falsus testis est curiæ sæculari relinquendus.

Ceterum obseruandum est ex verbis superioris rescripti non quemlibet falsum testem in hoc tribunali delinquentem, curię sæculari relinqui posse, sed illum tantum qui grauiter seu notabiliter nocuit ei, contra quem deposuit: tunc autem exempli gratia notabiliter nocere intelligitur, cum de vera & formali hæresi deposuit aduersus aliquem.

Qui testes falsidici maxime nocere dicantur.

Illi vero maxime nocuerunt, & propterea eis nullo pacto parcendum putarem, cum ille contra quem deposuerunt, velut negatiuus & impœnitens ob eorum depositiones & testificationes traditus fuit curiæ sęculari & vltimo supplicio affectus. nam hoc casu eos grauissime nocuisse, plusquam manifestum est, id quod ex illis rescripti verbis aperte colligitur, videlicet: sicque huiusmodi diabolicæ artis ministerio plerunque damnantur insontes.

Qui falsum deposuerunt ad liberandũ aliquẽ grauiter puniẽdi.

Par ratio eorum esse videtur, qui falsum dicentes aliquem iniuste liberauerunt, qui velut hereticus plectendus fuisset: nam & hi Deo & eius Ecclesię sacrosanctę, & reipublicę Christianæ grauissimam inferunt iniuriam; quòd tunc potissimum verum est, cum is, qui falsorum testium iniquo præsidio & damnabili mendacio liberatur, non emendatur, sed in erroris concepta constantia perseuerat, aut etiam alios hęretica conatur inficere prauitate.

Qui testem falsũ struit eadem pœna plectendus.

Atque hoc ipsum locum habere videtur in eo qui prece, aut pretio, testem corrumpit, vt falsum testimonium ferat, aut minis & terroribus eum ad id malefitij genus perpetrandum compellit: quoniam eius criminis auctor est. immo vero plus videtur delinquere, qui testi persuadet, aut quocunque alio modo inducit, vt falsum testimonium dicat, quàm testis ipse: quoniam qui mandat prius habet nocendi animum, & alium impellit ad id facinus, quod fortassis non fecisset.

Mandans alicui vt testẽ falsũ struat, eadem pœna afficiendus.

Idem dicas in eo, qui mandauit alicui, vt testem aliquem prędictis modis corrumperet, l. is damnum dat. ff. de regul. iuris. vbi Decius, Cagnolus & ceteri, & Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 64. num. 96. vide Matthæum de Afflictis super constit. Neapolit. lib. 3. in constitutione incipiente: Qui falsitatem. in Rubrica 65. de falsitate cuiuslibet in testibus producendis. Atque hi quidem proxime relati casus satis aperte contineri videntur in præcitato rescripto Leonis X.

Priuati Inquisitores non decernant vt falsidicus testis tradatur curię sęculari.

Iam quamuis in his aut alijs similibus casibus iuste falsus testis curiæ sæculari tradendus videatur, quia res grauissimi momenti est, in qua de vita hominis agitur, priuati Inquisitores iudicio meo id non decernent, sed ad supremum sanctę inquisitionis prætorium rem deferent, & eius expectato decreto illud exequentur, quòd præscriptum fuerit, ac sancitum.

Cum parcitur testi falsidico, qualis pœnitẽtia ei iniũgi debet.

Cum vero iudices fidei alicui testi falsidico ob aliquam causam (vt verbi gratia, quia se sponte detulit, & misericordiam petiuit, antequam is contra quem deposuit traderetur curiæ sęculari, & vltimo supplicio afficeretur) parcendum putauerint, & vitam condonandam, grauissima est ei iniungenda pœnitentia. itaque in perpetuum & irremissibilem carcerem conijcere poterunt, vt docuit Eymericus supra parte 3. in 12. modo processum fidei terminandi num. 209. & alias pœnitentias addere, quas tradit idem auctor præcitato loco. ad triremes quoque mitti iustissime poterunt huiusmodi delinquentes, vt pane doloris & aqua angustię in eis sustententur, vt loquitur textus in c. nouimus. §. pro illo. extra de verbo. signif.

Sententia cõtra testes falsidicos publice pronuntiatur.

Contra testes falsos sententia palam pronuntiatur, quoniam in publicum spectaculum producuntur, & immani facinore coram populo patefacto, qualis eorum fuerit conatus & flagitium disertis verbis detegitur, & cur ita puniantur, ratio redditur, & omnibus innotescit: quod vtiliter plane fit & sapienter, vt ceteri eorum exemplo discant nefaria scelera euitare.

Testes falsi dici leuiter nocẽtes qualiter puniantur.

Quòd si leuiter nocuerint falsi testes, mitius puniri solent: nam cum hæreticis redeuntibus & alijs pœnitentibus ipsi quoque in publicam fidei actionem, seu publicum spectaculum infamiæ mitra induti producuntur, publiceque eorum delicta leguntur, inde fustibus seu verberibus cæsi, vel in exilium, vel in triremes etiam mitti solent, aut alia extraordinaria pœna coerceri. Simancas de catho. instit. tit. 64. nu. 91. Zanchinus quoque tract. de hæret. pœnam extraordinariam eis infligendam docet.

Testis falsidicus punitẽdus est, quãuis eius dictum inualidum.

Id est autem obseruatione dignissimum, quod tradit Panormitanus in cap. 1. extra de crimine falsi. videlicet, testem falsum in forma iudicij deponentem coram legitimo Iudice, puniendum esse, etiamsi eius dictum non valeat, vt quia verbi gratia non iurauit, vel ob alias causas. idem tenet Bartolus in l. si quis legatum. ff. ad legem Cornel. de falsis. Salycetus & alijs in l. 1. C. de sepulchro violato, & Palacius Rubius in lege Taurina. 83. & Iulius Clarus in §. falsum. vers. Tu scis. vbi hanc dicit esse communem opinionem. Ratio vera illa est, qua præcitato loco vtitur Salycetus, quia falsus testis, quantum in se fuit, iam nocere procurauit, immo vero & delictum consummauit: quòd si ob aliquem defectum eius dictum non valuit, aut non nocuit, præter eius intentionem fuit.

Multis modis spectata personarum, & delicti qualitate in puniendis falsis testibus pœna augeri aut contra minui potest; sed illa minuendi pœnam satis idonea causa censenda est, cum quis sponte ad confitendum crimen accedit, & errati veniam postulat

Universidad de Deusto
Biblioteca

stulat coram Inquisitoribus: quod et vtilitas publica, & huius tribunalis clementia facile persuadet. & late probat Andreas Tiraquellus tract. de pœnis temperan. aut remittendis, causa 30.

falsidico testi petenti veniam an sit parcendum.

Quæritur est, an testis, qui in causa hæresis testimonium dixit, veniam petens, antequam curię sæculari relinquatur, admittendus sit ad pœnitentiam subeundam, sicut hæreticus ad Ecclesiam conuersus admittitur. et recte Simãcas scripsit de catho. instit. tit. 64. nu. 24. parcendum non esse testi pœnitenti, tum quia hæretico id tantummodo concessum est: tum etiam quoniam cum falsus testis eũ, qui innocens est, hęreticum esse testetur, ille qui falso testimonio vrgetur, pœnitentiam agere non debet, nec errorem aliquem confiteri potest, cum catholicus sit: vnde fit vt innocens tamquam pertinax & impœnitens condemnandus veniat. iure itaque falsus testis id pati debet, quod proximo suo facere cogitauit. atque hanc quidem sententiam in eo qui falso quempiam de hæresi accusauit, vt scilicet non admittatur pœnitere volens, tenuit Iacobus de Arena in l. vlt. C. de accusat. vbi ita quandoque seruatum fuisse testatur. eum sequitur ibidem Cynus, Baldus, & alij, et Ioannes And. Antonius de Butrio, Panormitanus, Marianus Socinus, & alij canonistę in c. excommunicamus. el 2. extra de hęret.

Testes falsidici an p solũ Inquisitorẽ vel solũ Episcopũ puniri possint.

Illa etiam est in hoc negotio explicatu digna difficultas, an testes falsidici per solum Inquisitorem, aut solum Episcopum puniri possint. & verius est, vtrumque in his puniendis interuenire debere; ita cautum est rescripto quodam Leonis X. anni Domini MDXX. vbi multa capitula per Inquisitores Regni Aragonię obseruanda continentur, inter cetera autem vnum id est, de quo agimus in hæc verba: Et quòd si aliquis testis falsum deponeret in dicto Inquisitionis officio, per iudices ecclesiasticos, ordinarios diœcesis, in qua falsum huiusmodi committeretur, & per dictæ prauitatis Inquisitores in eadem diœcesi pro tempore deputatos simul, ita vt alius sine alio procedere non posset, puniretur. *hactenus ibi. equidem Eymericus supra in hac 3. parte in 12. modo processum fidei terminandi num. 209. cum de punitione testium falsidicorum disserit, Episcopum & Inquisitorem simul in eo negotio expediendo adhibet. atque hoc est tutius.*

filij falsi testis an sint infames aut alijs pœnis æque vt filij hæreticorũ subiecti.

Postremo quæritur est, an filij & nepotes falsi testis, qui combustus fuerat, infames sint, & alijs pœnis plectantur, quibus filij hæreticorum afficiuntur. & verius est non subijci his pœnis. primo quia non est usu receptum vt ita plectantur. præterea nõ sunt exequandi in hoc filij falsidicorũ testiũ, & filij hęreticorum: nam hæretici maius crimen committunt, quàm falsi testes. cum illi & Deo & toti Christianæ reipublicę iniuriam faciãt: hi autẽ in primis vni illi contra quem testificantur nocere cupiũt: postremo quamuis concederetur, par esse vtrorumq; crimen, nullo tamen adhuc iure sancitum esse appareret, vt in his pœnis filij falsidicorum testium filijs hæreticorum exequentur. leges autem pœnales extendendæ non sunt, c. odia, de regul. iur. lib. 6. cap. A *pœna, de pœnit. dist. 1. & conferunt quæ copiose docet Alfonsus Castrus lib. 1. de potestate legis pœnalis, c. 7. neque ab hac sententia recedendum arbitror.*

QVAESTIO LXXIIII.

An Inquisitor citare & pertrahere possit de diœcesi ad diœcesim testes pariter ac delatos.

B Eptuagesimaquarta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit de diœcesi ad diœcesim testes trahere vel citare, & etiam delatos de hæretica prauitate?

Respondemus quòd sic, non obstante constitutione de duabus dietis. de rescriptis, Nonnulli. nec illa de vna. eo. tit. de rescriptis, lib. 6. Statutum. sed infra suæ terminos iurisdictionis potest Inquisitor testes citare, & delatos trahere & vocare, vt patet in c. Vt officium. §. denique de hæret. lib. 6. vbi mandatur Inquisitoribus, quòd procedant contra quoscunque de hęresi delatos cuiuscunque cõditionis sint, dignitatis, ordinis, religionis, &c. Et sequitur: etiã constitutione nõ obstante de duabus dietis edita in concilio generali.

Eadem verba per omnia habentur in litteris Apostolicis Clem. Alexan. & Vrbani iiij. de hoc Archidiaconus super c. alleg. Vt officiũ. & ver. de duabus dietis.

COMMENT. CXXIII.

D *Dvę sunt assertiones, prima est: Inquisitor delatos seu accusatos pertrahere potest de vna diœcesi ad aliam.*

Altera & postrema est: Testes quoque potest euocare, & ad suam diœcesim transferre. vtraque assertio facilis est, & de prima copiose egimus cum auctore supra in hac 3. parte, super quæstione 42.

De secunda pauca quædam hoc loco sunt dicenda. de qua Simancas de catho. instit. tit. 34. de Inquisitoribus Apostolicis. nu. 24. Ioannes Rojas singulari 95. incipien. Inquisitores fauore fidei. *adde Repertorium Inquisitorum, verbo, dieta.*

Inquisitor potest testes euocare extra suam diœcesim.

Itaque Apostolici Inquisitores fauore fidei non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, testes possunt extra suam diœcesim euocare, & iubere vt coram eis se sistant, c. vt officium. §. compescendi. de hæret. lib. 6.

E

Cum egregijs & nobilibus personis qualiter agendum.

Prudenter tamen hoc fieri debet, nam egregiæ personæ non facile trahendæ sunt, sed ita cum illis agendum est, vt rogari potius, quàm compelli videantur; & ne imperium Inquisitorum recusent, vrbanius & modestius est, vt vel iudices ad eos eant, vel certe alios mittere debent, qui depositiones earũ recipiant. idem iudicium est de viris

A *de viris Illustribus, Monialibus, & alijs honestis feminis, quas non decet facile in iudicium trahere. Quanta autem modestia, & vrbanitate cum singulis vtendum sit, & quid fieri magis causis fidei expediat, ex dignitate, auctoritate, honestate, alijsque testium qualitatibus constituendum erit.*

Episcopi quo fauore si dei possunt testes euocare sicut Inquisitores.

Quæritur est, an sicut Inquisitores Apostolici possunt euocare testes extra suam diœcesim & prouinciam, non obstante prędicta constitutione de duabus dietis, ita quoque & Episcopi possint. Et sane affirmate respondendum est posse, cum hoc priuilegium fauore fidei sit concessum: his autem fauor pariter Episcopo & Inquisitori Apostolico in causa hæresis procedenti competere debet: cum non ratione personæ, sed intuitu negotij de quo agitur, sit omnino tributum. de quo plura diximus supra in hac 3. parte, super quæst. 56.

Episcopus euocans testes non tenetur mittere deputatos ad Episcopum requisitum.

B *Neque Episcopus, aut Inquisitor euocans testes de diœcesi alterius tenetur mittere processum ad Episcopum, è cuius diœcesi testis ille euocatur, nec id fieri iuste peteret ille Episcopus, immo tenetur & debet mittere testes inspectis litteris Episcopi requirentis, ac dicentis sibi opus esse hoc vel illo teste, cuius in causa fidei testimonio indiget. ac mittendus quidem est testis requisitus, & curandum omnino si fieri potest, ne intelligat se vocari, vt in causa fidei contra aliquem testificetur, ne forte rem detegat, & causæ obsit: nisi aliqua ex causa aliter fieri oporteret, cognita probitate & fidelitate testis euocati. hęc omnia ita seruari debere, & ratio ipsa, & iustus procedendi ordo, & negotij qualitas facile persuadent. atque ex his iudicio nostro satisfactum esse videtur illis difficultatibus, quas nobis quandoq; proposuit Marcus Antonius Maffa Salernitanus. vir multa prudentia & eruditione ornatus.*

QVAESTIO LXXV.

An nomina testium & denuntiatorum sint delatis publicanda.

SVMMARIVM.

1 *Nomina testium & denuntiatorum non sunt publicanda, si eis ex hoc graue periculum immineat.*
2 *Cessante verò periculo publicari debent.*
3 *Potentia personarum multiplex Inquisitori expendenda.*
4 *Quale periculum imminere soleat ex tali manifestatione.*

C Eptuagesimaquinta quæstio est: Vtrum Inquisitor nomina testium, denuntiatorum, seu accusatorum delato debeat publicare?

1 Respondemus, quòd de ista materia diuersi summi Pontifices diuersa responderunt. Aliqui dixerunt, quòd in nullo casu; aliqui quòd in aliquo: ideo tandem Bonifacius viij. statuit quid agendum, vt patet in cap. Statuta. §. iubemus. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Iubemus tamen, quòd si accusatoribus vel testibus in causa hæresis interuenientibus, seu deponentibus (propter potentiam personarum, contra quas inquiritur) videant Episcopus vel Inquisitores graue periculum imminere, si contingat fieri publicationem nominum eorum, ipsorum nomina non publicent, &c. *Et sequitur infra:* Sicque (non obstante, quòd illis, contra quos huiusmodi deposuerunt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruẽdam plena fides depositionibus testium eorundem, &c. *& infra.* Relat. supra pag. 111.

2 Cessante verò periculo supradicto accusatorum & testium nomina (prout a in alijs fit iudicijs) publicentur.

3 Attendat tamen circumspectus Inquisitor de potentia personarum: Nam est potentia generis, seu familiæ: est potentia pecuniæ: est etiam potentia malitiæ. de certo rarissime est, quin graue periculum immineat testibus, si eorum eis, contra quos deponunt, nomina publicentur: & qui vidit & scit, ita dicit; maius enim est periculum, nomina testium publicare alicui delato pauperi, habenti in malis complices rebelles & homicidas, qui nihil habent nisi personam, quàm generoso vel diuiti in temporalibus abundanti.

4 Quale autẽ est tale periculum graue declarat Ioan. And. super prædicto versu periculum, qui dicitur ita: *Periculum.* Iquia timetur mors, vel detruncatio ipsorum, vel filiorum, vel parentum suorum, vel deuastatio substantię ipsorum, vel his similia.

COMMENT. CXXIIII.

Dubiũ fuit olim an in hoc tribunali publicãda forent testiũ nomina.

Magna fuit olim controuersia, nunquid testium nomina in hoc crimine, vt in ceteris, reis essent publicanda, cum hinc fauor reorum, vt plene se possent defendere, inde fidei prærogatiua clamaret, vt facilius in hac causa, quæ omnium est maxima & grauissima, denuntiatores & testes inuenirentur: tandem merito causa fidei prœualuit, vt non obstante dispositione cap. fin. de hæret. lib. 6. nomina testium nullo modo publicentur. atque hoc iure et consuetudine nunc vbique vtimur.

Obseruant autẽ hoc singulare de non publicandis nominibus denuntiatorũ et testium cuncti ferè qui de hæreticis scripserunt, Repertoriũ Inquisitorum verbo, nomina. Gondissaluus tract. de hæret. q. 10. nu. 4. Ioannes Rojas singul. 208. incipien te: Testium publicatio. *Simãcas de catho. instit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

titu.64. de testibus. numero 27. Campegius apud Zanchinū cap.9. & plerique alij, quos studio breuitatis omitto.

Vt nō publicentur testiū nomina qs sanciuerit.

Hoc ipsum singulare de non publicandis testium nominibus in hac causa sanciuit Innocētius IIII. rescripto quodā incipiente: Cum negotium fidei. quod retulit Eymericus supra par. 2. pag. 145. vbi videto quod de autore seu cōditore eius rescripti annotaui. nec alienum est ab hac re quod traditur in rescripto Vrbani IIII. incipien. Prę cunctis. §. quod si testibus. relato apud Eymericum supra parte 2.

Decretum cōcilij niter rensis de nō publicādis testiū nominibus.

Olim vero initio fere constitutæ delegatæ inquisitionis sępe constitutum fuit, vt testium nomina non publicarentur: nam vt alia omittā, in concilio Biterrensi c.10. luculenter de hoc scriptum est ita: Illud autē caueatis secundum prouidam sedis Apostolicæ voluntatem, ne testium nomina signo vel verbo aliquo publicentur. hactenus ibi. idem prorsus eisdē verbis habetur in concilio Narbonensi, cap.22.

In his concilijs illud verbum, signo, diligenter est obseruandum, quasi dicat, non modo testium nomina publicari non debent, sed neq; circunstantiæ (id enim eo loco puto vocari signum) sunt exprimendæ, ex quibus posset delatus venire in notitiā testium, vel denuntiatorum.

In Hispania item preceptum est obseruari, ne reis testium nomina publicentur, nam Hispalensi quadā istructione an. Domini MCCCCLXXXIV. cap.16. his verbis à nobis vtcunque latine redditis continetur: Item quoniam habita legitima informatione constitit, ac constat, quod ex publicatione nominum & personarum ipsorum testium, qui deponunt super dicto hęresis crimine possent incurrere in graue damnum & periculum personarum & bonorum: nam experientia demonstrauit, atque demonstrat testes aliquos esse interfectos, aut vulneratos & male affectos ab hæreticis ob præfatam causam, attendendo in primis etiam in regnis Castellæ & Aragoniæ reperiri magnum numerum hęreticorum ob graue damnum & periculum præfatum, quod testibus imminet, cum eorum nomina publicantur: Domini decreuerunt, vt Inquisitores possint non publicare nomina vel personas testium, qui contra hęreticos deposuerint. hactenus ibi.

Instructio inquisitiōis Hispaniæ de non publicā dis testiū nominibus.

Tametsi vero Bonifacius octauus in dicto c. fin. de hæret. lib. 6. §. cessante. quo etiam vtitur hic Eymericus, concedat posse testium & accusatorum nomina in hoc crimine sicut in alijs, omni periculo cessante, publicari; hodie tamen perpetuo id periculum adesse putatur, & propterea nunquam fit talis nominum; aut personarum testium publicatio. in quam rem extat quoque breue Apostolicum Pij IIII. Pontificis Maximi, quod incipit: Cum sicut. quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis in fine huius operis. quare vel per cōtrariam consuetudinem, uel per hoc Pij IIII. breue, sublata prorsus nunc videtur Bonifacij octaui prouisio.

Semper præsumitur graue periculū imminere si testiū nomina publicentur.

Et certe semper graue periculum ex ea re imminet testibus, vel saltem causis fidei vniuersis: quod apertissime cernitur in prędicto rescripto Pij IIII. item in præfata Hispalensi instructione. prudentissime ergo constitutum est, ne testium nomina publicentur. Et quòd de triplici potentia scribit hic Eymericus, quę testibus, si eorum nomina publicarentur, valde nocere possent, luculenter et vere probat sacri Tribunalis laudabilem & iustissimum stylum.

Nec cognomina testiū sunt publicanda.

Quod de nominibus testium non publicandis proxime diximus, locum quoque habet in cognominibus: nam neque cognomina publicanda sunt, vt in præfato rescripto Pij IIII. constitutum est.

Quid si reus instaret id petat instanter.

Quòd si reus instaret, postularetque vt sibi concederetur defensio secundum iuris ordinem, & per consequens vt testium nomina simul cum dictis eorum sibi ederentur, audiendus non esset, vt iā olim etiam in hoc articulo consuluerunt periti quidam Auinionenses responso quodam super quibusdam dubitationibus in causa fidei, quęst. 3. quod legitur in vetusto illo codice bibliothecę Vaticanę.

Ac si fortassis ob id grauari se diceret, & appellaret, talis appellatio nullo modo esset admittenda; sed ea non obstante, immo vero ea reiecta tamquam friuola & iniusta, ad vlteriora iudicij acta est intrepide procedendum.

Atque ex his refellitur omnino opinatio Pauli Parisij consil. 2. incipien. Et si esse Iudæum. volum. 4. vbi contrariam sententiā persuadere conatur. sed cauendus est in hoc articulo.

Quales circunstātię possint reis publicari.

Quòd si quæras, an postquam testium & denuntiatorum nomina reis non publicantur, sint tamen illis petentibus aut non petentibus, vt facilius se defendant, aliquę circunstantię delicti commissi publicandæ, qualia sunt locus et tempus, aut alię huiusmodi. de hac re in Hispalensi institutione anni Domini MCCCCLXXXIIII. cap. 16. ita sancitum est: Cum probatio facta fuerit, & testes reproducti, debent Inquisitores publicare dicta & depositiones eorum suppressis & tacitis nominibus, & circunstantijs, ex quibus reus accusatus posset venire in cognitionē testium. hæc ibi.

Ex his verbis videtur arbitrio iudicum violatæ religionis relinqui, quales circunstantiæ publicari possint, quales vero contra taceri: nam ex quo constitutio eas non præscripsit, iudicio Inquisitorum reliquisse videtur. quod & verum puto. in hoc tamen prudentissimos esse oportet.

In Madriliana institutione anni MDLXI. c.32. cum de publicatione depositionum reo exhibenda sermo habetur, quales temporis & loci circunstantię in publicatione apponi debeant, & quare, sancitur his verbis à nobis itē latine redditis: In publicatione ponetur mensis & annus, in quibus deponunt

ponunt testes: quoniam si aliquod inconueniens insurgeret, si ponerētur precise dies, non debet apponi: & sufficiet mensis & annus. quod fieri sæpe solet cum testibus in carcere deponentibus. similiter apponetur in publicatione locus & tempus commissi delicti, quoniam hoc ad defensionem reorum spectat. Ceterum non est apponendus locus loci. hactenus ibi.

Sed non diffiteor contingere quandoque posse, vt si locus & tempus commissi criminis reis panderentur, ipsi possent facile deuenire in notitiam denuntiatorum, vt cum delictū recenter est cōmissum, quo casu sicut in alijs, prouidendū omnino est testiū incolumitati, & legitimæ etiā reorū defensioni, alijs competentibus modis, quos prudens Inquisitor pro negotij qualitate melius scire poterit.

Cura Inquisitorum circa testes.

Quoniā vero legitimæ defēsionis ordo, ob suppressam nominum et cognominum testium publicationē, quodammodo videtur truncatus in hoc crimine, propterea Inquisitores vitā & mores testium, ac delatorum diligenter debēt inuestigare, vt alibi scripsimus copiosius, traditq; Ioānes Rojas in dicto singul. 208. incipien. Testium publicatio. & alij.

An autem quandoq; liceat non modo testiū nomina publicare, sed etiā reum & testes conciliare seu confrontare, abunde docui supra in hac 3. parte, nu. 101. super tit. de cautelis Inquisitorū. et nu. 209. super. 12. modo processum fidei terminandi.

Nota. 2. a ¶ Prout in alijs sit negotijs, publicentur.] Post hæc verba in omnibus codicibus mox subsequuntur hęc alia: Ita quòd vbi graue periculum deponentibus seu testibus videatur imminere, iudicio Episcopi & Inquisitoris, non publicentur delatis: vbi autē eis non publicentur, attendat circunspectus Inquisitor, &c. Hæc omnia placuit remouere, quia non admodum cohærent cum præcedentibus, & consequentibus; & verisimile mihi fit ab aliqua marginali annotatione in contextū irrepsisse. videtur autē hęc annotatio desumpta fuisse ex sententia Archidiaconi in c. fin. de hæret. lib. 6.

QVAESTIO LXXVI.

Quæ pœna incurratur si contra ius publicentur, vel occultentur nomina testium, &c.

SEptuagesima sexta quęstio est: Vtrū Episcopus & Inquisitor non publicando delato deferentium ac testificantium nomina: seu publicando vbi non debent, incurrant aliquam pœnam, & quam?

Relat. supra pag. 111.

Respondemus quòd sic: quia per dominū Papam eorū conscientiæ onerātur, ac eis præcipitur, quatenus puram & prouidam intentionē habeant in prædictis. vnde in dicto c. Statuta. de hæret. lib. 6. circa finem sequitur sic: Ceterum in his omnibus præcipimus, tam Episcopos quàm Inquisitores puram & prouidam intentionem habere, ne ad accusatorum vel testium nomina supprimenda, vbi est securitas, periculum esse dicant, nec in eorum discrimen securitatem asserant, vbi tale periculum immineret, super hoc eorundem conscię tias onerantes.

Vbi Archidiaconus dicit ita: O tu, quicunque iudex in tali causa, bene aduerte verba ista: nā nō dicit leue periculū; sed dicit, graue: noli igitur reū priuare debito iuris ordine sine magna causa, quoniam hoc fieri non potest sine offensione Dei.

COMMENT. CXXV.

Qui publicaret testiū nō mina grauiter erraret.

QVę hac quæstione tradit Eymericus, caute accipienda sunt. Primum enim si non publicet testium nomina, non errabit, immo vt superiori commentario docuimus, nullo modo publicanda sunt: in publicando vero multū errare potest; & qui hodie absque euidenti necessitate, & omni periculo cessante, temere publicare præsumeret testiū, accusatorū, seu denuntiantium nomina, plane imprudentissime ageret, & fortassis in mortalem culpam incurreret: quia ageret contra tot decreta Pontificum, et contra receptam sacri officij consuetudinem: quæ quamuis nulla lege niteretur; quia tamen consuetudo est laudabilis, approbata, & legitime prescripta atq; inducta, vim legis habet. §. ex non scripto. instit. de iure naturali gent. & ciuili.

Hanc quæstionem transtulit Auctor repertorij Inquisitorū in suum opus, verbo, nomina. §. nunc videndū. quo loco cautius aliquanto loquitur. adde Simancam de catho. instit. tit. 64. nu. 26. & in enchyridio tit. 35. nu. 12. & seq.

Dicta quidem testium edenda sunt reo, vt se defendere queat, nomina vero supprimēda sunt: & hoc iure vtimur.

Atque eodem modo vel cauenda vel accipienda sunt quę de hac re edisserēs tradit Tabiensis in summa, verbo, Inquisitor. §. 8.

DE PERITIS ET ADVOCATIS necessarijs pro officio Inquisitionis.

QVAESTIO LXXVII.

An Inquisitor possit conuocare peritos ad præbendum cōsilium.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor potest conuocare & cogere peritos.*
2 *Peritorum nomine quinam intelligantur.*

SEptuagesima septima quęstio est: Vtrum Inquisitor possit conuocare peritos quos libet, ac eos cogere vt sibi assistant, ac in ferendis sententijs præbeant consilium opportunum?

Relat. supra pag. 108.

1 Respondemus quòd sic; vt patet in c. Vt commissi. §. aduocandi. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Aduocādi quoque, prout expedierit, peritos quoslibet, vt vobis assistant; & in huiusmodi deferēdis sententijs præbeant cōsilium opportunum; ac eis quòd super his vobis humiliter pareant in virtute obedientię iniungendi.

Eadem verba ad litterã habentur in priuilegijs prædictis Clementis, Alexãdri & Vrbani iiij. Præcunctis. suppresso tamen præcepto obedientię. de quo non fit mentio in priuilegiis antelatis.

Qui dicãtur periti.

2 Nomine autem peritorum, vt dicit Archidiaconus super c. Vt cõmissi. in verbo, peritos, intelligit Theologos, Canonistas, & Legistas.

COMMENT. CXXVI.

ABsoluta tractatione de testibus, disputationẽ de peritis, quos Inquisitores possunt aduocare, aggreditur Eymericus: ac primum, an possint aduocari quærit, & posse docet.

De materia quæstionis qui disserue rint.

Et hoc ipsum priuilegiũ de conuocandis peritis, vt assistant Inquisitoribus in causis fidei quotiẽs fuerint requisiti, adnotãt Archidiaconus, Ioãnes And. Geminianus, Franchus & alij in c. vt commissi. de hæret. lib. 6. Bernardus Comẽsis in lucerna verbo, Inquisitor. §. 21. Gondissaluus tract. de hæret. q. 15. nu. 1. Conradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 10. Albertinus in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 10. & alij plerique, quos in re manifesta libenter omitto.

Cur Inquisitoribus concessum fuerit, vt peritos quoslibet possint aduocare.

Cur autẽ Inquisitoribus concessum fuerit, vt peritos quoslibet possent aduocare, vt sibi consiliũ præbeant in sententijs ferendis, docet Auctor Repertorij Inquisitorũ verbo, Inquisitores. §. quę est ratio. dicens propterea id factum fuisse, quoniã cum Inquisitores essent Fratres religiosi, in theologia solũ periti, iura tamen ignorabant: & quia in ordine iudiciario facile poterant decipi, & propterea absoluere damnandos, & damnare absoluendos; ideo factum vt peritos consulerent, et ad consulendũ, si opus esset, cõpellerent. inde quoq; factum, vt processus deberent cum Episcopis communicare.

Periti semp aduocandi.

Ceterũ, quamuis bodie Inquisitores sint iurisperiti vt in Hispania, eosdẽ nihilominus peritos vocare possunt, ac debent: in primis uero theologos, quorum est propositionũ gradus et qualitates expẽdere: quia, Vbi multa consilia, ibi salus, Prouerb. c. 11. et c. 24. Et rectè protulit Marcus Cicero lib. 1. de officijs, dicens: Nec vero alienum est ad eligenda quæ dubitationẽ afferũt, adhibere doctos homines, vel etiã iurisperitos; & quid de vtroq; genere officij placeat, exquirere. *hæc ille.*

Hoc etiam ipsum passim leges admonent. l. vlt. C. de fideicom. l. 3. de ingen. manu. l. 8. §. sed iure. ff. de iuris & facti ignoran. c. de quibus. 20. distinct.

Periti quãdo aduocandi.

Periti vero, vt placet Conrrado Bruno præcitato loco, non modo cum ferenda est sententia condemnatoria, sed etiam in absolutoria vocandi sunt, cui libẽter subscribo; item adiungo, non modo vocandos quo tempore sententia ferendę sunt; verum etiã quotiens in alijs iudicij actis occurrit aliqua difficultas, vel circa testes, vel circa delatos, aut in alijs quibuscunque articulis: quod indicant non obscure illa textus verba, in dicto c. vt commissi. de hęret. lib. 6. videlicet, aduocandi, &c.

QVAESTIO LXXVIII.

An de cõsilio peritorũ ferenda sit ab Episcopo & Inquisitore sentẽtia.

A  Eptuagesima octaua quęstio est: Vtrum Episcopus et Inquisitor teneãtur procedere ad sententiã vel condemnationẽ de prędictorũ consilio peritorum?

Relat. supra pag. 111.

Respondemus q; sic; vt patet in c. Statuta. §. iubemus. de hæreticis. lib. 6. vbi dicit sic: Iubemus. & infra: Siue Episcopus siue Inquisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisq; peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totũ processum, super quo deliberandum est, seriose manifestari ac integraliter explicari, & de ipsorum consilio, ad sententiã vel condemnationẽ procedi volumus) exprimantur.

B

COMMENT. CXXVII.

An Inquisitores peritorum consiliũ sequi cogantur.

IN hac quæstione, ac in tota etiam hac tractatione de aduocãdis peritis, vt de eorum consilio ad sentẽtiam procedatur, illa occurrit præcipua difficultas hoc loco à me breuiter, & necessario diluenda, An Inquisitores teneantur necessario sequi peritorũ consilium; an vero sit eis liberum, postquam audiuerint peritorũ sententias, statuere quod ipsis visum fuerit statuendum; quamquã aut contrarium sit aut diuersum ab eo quod periti senserunt.

C *In hac cõtrouersia Albertinus, qui ceteris fusius hanc quæstionem disputauit in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 10. et tract. de agnos. assertio. q. 26. post multas conclusiones nu. 11. & seq. tandem concludit, q; si à lege, canone, vel statuto dicatur, vt aliquid fiat de consilio, vel ex consilio alicuius, tale consilium omnino requirendum est, & sequendum, ac ei standum, & actus in contrarium celebratus est nullus. cum itaque in causa hæresis iubeat Romanus Pontifex, vt de peritorum seu consultorum consilio ad sententiam procedatur. c. fin. §. iubemus. de hæret. lib. 6. consequitur omnino, vt non sit liberum Inquisitoribus ab eorum consilio recedere, nec aliud statuere quàm periti definierint; id quod nititur probare sortassis satis infirmis rationibus, quas prudẽs omitto: quia breuitati studeo. & institutum est mihi certiora tradere, tutiora & communiora, vt sępe admonui. in eandem sententiam ferri videtur non obscure hoc loco Eymericus, & in principio quæstionis sequentis: & Archidiaconus in c. vt commissi. de hæret. lib. 6. in verbo, consilio.*

D *Ceterũ, quidquid illi senserint in hoc articulo, ita statuo: Inquisitores non debent necessario sequi peritorum, aduocatorũ, seu consultorum consiliũ: quoniã eorũ suffragia, & (vt vulgo loquimur) vota nõ sunt decisiua, sed solum consultiua. Primũ, quoniam consilium non est de substantia actus. Baldus in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quę liberis, nu. 24.*

Inquisitores non coguntur sequi peritorũ cõsilium, & quare.

E *Ad hæc, consultores hniusmodi et periti in causa hæresis nullam habent iurisdictionem ordinariã, aut delegatam, iuxta doctrinam Bartoli in l. 1. ff. de offi. assessо. & Baldi et Decij in c. si pro debilitate. extra de officio delegati. & notat plene Iason in l omne officium. nu. 16. ff. de offi. assessо. eorum ergo consilium non est necessario sequendum.*

Postremo, consilium illius, qui non est particeps officij, aut potestatis illius iudicij, cui dat consiliũ, sufficit si requiratur, vt pulchre docet Ancharanus in c.

in c. si ad Episcopum. notab. 8. versi. circa secundum in fine. ne sede vacante. li. 6. tales autẽ esse peritos et consultores in hac causa manifestum est: eorũ itaque suffragia, vt ibidem concludit Ancharanus de vrbanitate, non de necessitate sequenda sunt. & hanc sententiã videtur sequi Locatus in opere iudiciali verbo, consiliũ, nu. 5. quam profitetur apertius Cãpegius apud Zanchinum c. 15. & probat late aduersus Albertinum Ioannes Rojas tract. de hæret. par. prima. nu. 409. & multis sequentibus.

A *Et in Hispania quidẽ hæc sententia obtinet, vt consultorum suffragia decisiua non sint; quæ definita esse videtur per Madrilianã instructionem anni Domini MDLXI. c. 66. vbi cum Episcopus & Inquisitor cõueniunt, eorum sententiæ standum esse decernitur, quamuis consultores numero plures contrariam profiteantur. eius instructionis verba à nobis latine redditа ita habent:* In omnibus casibus, in quibus contigerit discordia sententiarum seu opinionum inter Inquisitores & Ordinariũ, vel aliquem ipsorum, vel in definitione causę, aut in quolibet alio actu, vel sententia interlocutoria, causa ad Senatũ mitti debet; sed si Inquisitores & Ordinarius fuerint conformes, quamuis consultores discrepent, & sint numero plures, decretum Inquisitorũ & Ordinarij executioni mandetur. *hactenus ibi.*

Non tamẽ andacterã peritorum consilio discedant.

Quamquam autem hęc vera sint, & firmis mutata rationibus, non propterea censeo liberrimum debere esse Inquisitorum arbitrium in statuendo quod sibi libuerit, quamuis ab opinione peritorum discrepet: cum enim negotium fidei grauissimum sit non modo in ferendis sententijs, vt in superioribus dicebam, uerum etiam in alijs grauibus totius iudicij actibus; consultius erit & tutius nusquam discedere à peritorum suffragijs: nam si quandoque contingeret Inquisitores audacius vti ea potestate & libertate, facile possent errare, & per imprudentiam committere id, quod vel in fidei, vel in reorum detrimentum verteretur.

D *Iam ista libertas Inquisitorum de non sequendis necessario peritorum suffragijs, facilius usurpari potest ab illis, qui constituti sunt iurisperitissimi: nã hoc potissimum casu consultorum suffragia consultiua erunt non decisiua: & plane hoc iure vtimur vt consultiua solum sint.*

Inquisitores theologi facilius pareãt peritorũ suffragijs in ordine iudicia rio.

Cum vero Inquisitores theologi fuerint creati, in his quæ ad ordinem iudiciarium spectãt, si dubia occurrant, non sequi peritorum suffragia, nec prudens nec tutum crederem. Quemadmodum enim iurisconsultos theologis in causis fidei assentire oportet in notãdis propositionibus hæreticis & catholicis, et earũ qualitatibus expendendis: ita vice versa theologos iurisperitis obtemperare conuenit in capturis reorũ decernendis, in indicijs ad tortuam aptis, in testium dictis admittendis aut repellendis, inducijs dandis, appellationibus admittẽdis aut refutandis, in sentẽtijs interlocutorijs & definitiuis ferendis, & deniq; in toto ordine iudiciario obseruando: hæc enim theologi ab iurisperitis petere debent. Albertinus in c. quoniam. de hæret. lib. 6. q. 10. num. 17. quod & verum est.

E

Quando nõ fit tutũ à peritorũ votis recedere.

Tunc etiã à peritorum suffragijs nõ esset tutũ recedere, cum quæstio, de qua agitur, nimis est ardua et difficilis, aut propter facti contingentiam: aut ob varias & pugnantes Doctorum sententias: tunc enim eos peritorum suffragijs obtemperare debere putarem: tametsi cum huiusmodi casus incidunt, supremum Senatum consulere tutius sit, vt alibi plene ostendimus.

Peritorum suffragia nõ excusant Inquisitorem errantem.

Postremo illud monebo, Inquisitores hæreticę prauitatis punitione dignos esse, si vel suo vel consultorum consilio ducti in definiendis fidei causis erraverint: neque enim peritorum suffragia eos omnino excusabunt. l. quidã decedens. §. pater. ff. de excusat. tuto. Bartolus in l. si conuenerit. nu. 4. ff. de re iudicata. et ratio est, quoniã apud se debuerant deliberare, an illud consiliũ expediret. l. 2. §. fin. ff. mand. consiliũ enim alterius neminem cogit ad illud sequendum. c. cum olim. de arbit.

B

Et quamuis hæc ita se habeant, vix hodie possunt errare, cum non vnus aut alter peritus adhibeatur; sed plures, & in arduis supremum Senatum consulere debeant. verumtamen hęc omnino persuadent, vt Inquisitores suo labore, & industria, & studio curent penitus singula fidei negotia, & quidquid ad suum officium spectat intelligere: nec fiãt desides & negligentes sub hac spe, quòd consultores habeãt & peritos, in quos laborem reijciant: memineriut illius dicti Quinti Mutij reprehendentis Seruiũ Sulpicium in hęc verba: Turpe est patritio & nobili viro ignorare ius, in quo versatur. *l. 2. ff. de origine iuris.*

C

QVAESTIO LXXIX.

An processus totus iurisperitis explicari debeat.

Processus totus Iurisperitis explicandus. *Supra pag.* 111.

EPtuagesimanona quęstio est: Vtrũ Episcopus & Inquisitor corã prędictis peritis, de quorum consilio est ad sententiam procedendũ, teneantur totum processum eis integraliter explicare, vel sufficiat eis explicare summarie, in substantia & effectu?

Respondemus q; integraliter & perfecte, vt patet in c. Statuta. §. iubemus. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Iubemus. & infra: Secreto coram diœcesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando Inquisitores procedunt: quãdo vero procedit Episcopus corã Inquisitoribus: Si haberi cõmode possit copia eorundem, ac nihilominus siue Episcopus siue Inqisitores processerint, aliquibus alijs personis prouidis & honestis, iurisq; peritis (quas ad hoc vocari, & eis per totum processum super quo deliberandum est, seriose manifestari, ac integraliter explicari, & de ipsorum cõsilio ad sententiam vel condemnationẽ procedi volumus) exprimantur, & cetera.

COMMENT. CXXVIII.

EYmericus apertis fere semper canonum definitionibus nitens, in hac quæstione vnum axioma constituit, videlicet, Peritis, quos Inquisitores aduocant, totum reorum processum integre esse communicandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peritis totus processus integre expli candus.

Huius axiomatis ratio in promptu est: quoniã ni si periti intelligerent integre & perfecte totam causam, non possent perfecte consulere, neq; incorruptũ ferre iudicium, cum nemo de incognitis rectum iudicium facere possit.

Rursus, cum de eorum consilio sit ad sententiam pronuntiandam deueniendum, ne fortassis ob non visum processum minus bene consulant, & in ferenda sententia erretur, iustum est vt eis integre totus processus explicetur. et cũ Eymerico sentit Bernardus in lucerna verbo, Inquisitor. §. 21.

QVAESTIO LXXX.

An testium nomina sint consultoribus manifestanda.

Relat. supra pag. 111.

CTuagesima quęstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor teneantur coram prædictis peritis, de quorũ consilio est ad sententiam procedẽdum, deferentium & testificantiũ nomina publicare?

Respondemus q; sic; vt patet in alleg. c. Statuta. §. iubemus. vbi expositio & mandato, quòd nomina deferentium & testium coram delatis non publicentur, sequitur sic: Sed secreto coram dicę cesano Episcopo, vel eo absente ipsius Vicario, quando Inquisitores procedunt; quãdo vero procedit Episcopus coram Inquisitoribus, si haberi commode possit copia eorundem: ac nihilominus siue Episcopus siue Inquisitores processerint aliquibus aliis personis prouidis & honestis, iurisque peritis (quas ad hoc vocari & eis per totum processum, super quo deliberãdũ est, seriose manifestari ac integraliter explicari; & de ipsorũ consilio ad sententiã vel condemnationem procedi volumus) exprimantur: sic quę non obstante, q; illis contra quos huiusmodi deposuerũt, nomina ipsorum non fuerint publicata) adhibeatur ad cognitionem iudicis instruendam plena fides depositionibus testium eorundem.

COMMENT. CXXIX.

Nomina testium, an & quando peritis sint explicanda.

IN hac quęstione Eymericus vnicum item proponit axioma, nempe, nomina testium peritis seu cõsultoribus esse explicanda.

In hoc autẽ axiomate maior est dubitatio, quàm in eo, quod proxime superiori quæstione propositum est; quia non videtur necessarium explicari.

Primũ quoniã absq; tali nominum publicatione, aut notitia rectè consulere possunt.

Deinde quia ita plane contendunt faciendum viri docti, inter quos est Campegius apud Zanchinum cap. 15.

Postremo, tuta & laudabili inquisitionũ consuetudine receptum videtur, ne consultoribus testiũ nomina publicentur: sed absq; nominibus processus soli eis dantur super quibus consulere debent. neq; ab hac consuetudine est recedendum.

Inquisitorum tamen partes erunt notare testium qualitates, vt si relgiosi, si periti, si graues fuerint & probati: aut contra, si minus probati, si plebei, et pauperes, si inuenes, si imperiti, aut similes, vt his qualitatibus in genere cognitis facilius intelligant periti quantum sit dictis singulorum tribuendum, aut contra detrahendum.

Quid de nominibus delatorũ.

Sed de nominibus delatorũ nihil docuit Eymericus, an videlicet reorum nomina peritis debeant explicari; & verius videtur, ac tutius est, ut nec reorũ nomina peritis publicentur.

Verumtamẽ illud addiderim, quòd si quandoque uideatur necessarium, uel testium, uel reorum nomina peritis explicare, ut cum probabiliter timetur testes inimicos esse reo: tunc si periti vtrosque cognoscãt, quia melius scire possunt, an sint uel fuerint inuicem inimici nec ne; nõ foret iniustum hoc casu & testium & delatorũ seu reorum nomina consultoribus, aut etiã si opus fuerit, aliys probis uiris explicare, iuxta cõsiliũ Eymerici par. 3. tit. de sex modis tradendi copiam processus. nu. 119. §. sextus modus est. de quo ibidem dixi.

Ne autem consultores temere hoc casu uel testes uel delatos indicent, aut per iuramẽtum, aut per sententiam excommunicationis constringi possunt, ac debent, ut secretum teneant. ita Eymericus prędicto loco, & Bernardus Comensis in lucerna uerbo, Inquisitor. §. 21.

Reuelantes secretum etiam non iurati extra ordinẽ puniendi.

Et profectò grauissimum est scelus in causis præsertim arduis secretũ reuelare, vt optime docet Aegidius Bossius tit. de carcerato fideiussoribus committendo. nu. 30. uers. Et si tu Senator fueris.

Quamuis autem periti huiusmodi specialiter tũc non iurarint custodire secretum, adhuc tamen ad illud obseruandum obligantur, propter multas leges iubentes ne causæ fidei propalentur ob periculum ingens, quod inde nasci potest. quod si non iurati propalauerint, extra ordinem puniri possunt per Inquisitores: decuit enim eos id secretum seruare, quod leges iuste iubent.

Si uero per malitiam reuelarent, illis præsertim qui impedire possent fidei negotium, aut aliàs causæ obesse, tales quidem secreti reuelatores uelut impeditores sancti officij puniri possent, magis quidem uel minus pro culpę qualitate, secundum quã pęnę mensura imponenda est.

QVAESTIO LXXXI.

An Episcopus & Inquisitor possint secretum indicere consultoribus.

Relat. supra pag. 111.

CTuagesima prima quęstio est: Vtrũ Episcopus & Inquisitor quando prædictis peritis deferentium nomina & testificantium publicabunt, possint eis secretum indicere, quatenus illorum nomina non reuelent, ac in eos sententiam excommunicationis ferre si reuelauerint?

Respõdemus quòd sic iuxta. c. alleg. Statuta. §. & vt eorũdem. vbi dicitur sic: Et vt eorundẽ accusatorum & testiũ periculis efficacius occurratur, & cautius in inquisitionis negotio ꝓcedatur, præsentis

præsentis constitutionis auctoritate permittimus, quòd Episcopus vel Inquisitores secretum possint indicere illis, quibus (vt præmissum est) processum huiusmodi arceantur †?

Respondemus q; sic; vt patet in alleg. c. Statuta. §. & vt eorundem. de hæret. lib. 6. Vnde prohibito ibi, quòd Episcopus & Inquisitor non possunt se excommunicare mutuo hac ex causa, vt dictũ est supra quæst. proxima de Episcopo & Inquisitore, sequitur sic: Sed Episcopi ex iniuncto ex nũc à nobis sub virtute sanctæ obedientiæ districto præcepto, ad secretum huiusmodi teneantur.

† Arceantur, pro obligentur, verbum huic auctori familiare in hac significatione.

COMMENT. CXXXII.

Neque Episcopus, neq; Inquisitores secretũ reuelare possunt.

QVamuis se mutuo Episcopus & Inquisitor ob secretum custodiendum in causis fidei, excõmunicare non possint, vt proxime dictum est, nihilominus tamen ad illud obseruandum in virtute obedientiæ ex districto Papæ præcepto obligantur; quod equidem ratione non caret: quẽadmodum enim grauia incommoda consequi possunt ex huiusmodi secreti violatione, cum periti & consultores reuelarent, eadem nascerentur si Episcopus, aut Inquisitores manifestarent.

Episcopi & Inquisitores reuelãtes secretum extra casus permissos mortaliter peccant.

Ergo si Episcopus & Inquisitores extra casus sibi à iure concessos & permissos, & negotijs fidei necessarios, reuelarent, aut testes, aut delatos, aut denuntiatores, & accusatores, vel alia sacri officij secreta, quamuis ipso iure excommunicati non essent; quoniam hoc nullo iure (quod ego sciam) cautum inuenitur: tamen mortaliter peccarent, quia sibi districtè iniungitur à Papa sub virtute sanctæ obedientię ne reuelent: essent enim iustę & legitimę legis transgressores. facere autem in materia graui contra iustam & legitimam legem, nulla rationabili causa vrgente, vel excusante lethalis est culpa, vt vnoore fatentur Theologi, quos sequuntur Canonistæ, & ceteri bene sentientes. atque hoc est in hac causa diligentissime obseruandum.

DE STATVTIS ET CONSTITUTIONIBUS pro officio Inquisitionis.

QVAESTIO LXXXIIII.

An priora indulta & priuilegia Inquisitoribus data, sint per posteriores constitutiones reuocata.

Relat. supra pag. 111.

CTuagesima quarta quæstio est: Vtrũ Inquisitoribus Apostolica priuilegia, indulta, constitutiones, & ordinationes, seu ad consultata responsiones factæ per sedem Apostolicã, sint per constitutiones postmodũ factas, de quibus habetur in 6. Decretalium & in Clemen. titu de hæreti. simpliciter reuocata?

Respondemus quòd non; nisi in his, in quibus obuiant cõstitutionibus antedictis: vt patet in c. fi. Statuta. de hæreti. lib. 6. vbi in fine dicitur sic: Constitutiones vero, ordinationes, & mãdata alia

COMMENT. CXXXI.

IVdices fidei alter alterum excommunicare non potest iuxta tradita hic ab auctore. Hęc assertio ratione non caret, nam si se mutuo excommunicarẽt, id fidei negotijs proculdubio obesset. Et huc prorsus spectare videtur priuilegium concessum Inquisitoribus ab Vrbano IIII. in extrauagan. incipien. Ne Inquisitionis negotium. *quam retulit Eymericus supra par. 2. in qua sancitum est, ne Inquisitor & eius notarij excommunicari possint à delegatis sedis Apostolicæ. adde Syluestrum in summa, verbo hęresis. 2. quæst. 8. Cetera huc spectantia dicã in quæstione proxime sequenti.*

QVÆSTIO LXXXIII.

An Episcopus & Inquisitor teneãtur ad secretum quod alijs indicunt.

CTuagesima tertia quęstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor indicentes prędictis peritis secretum, de non reuelando nomina deferentium seu te-

prædecessorum nostrorum, in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiam ad consulta responsa, quæ constitutionibus suprascriptis super eadem editis prauitate non obuient, in suo volumus robore permanere.

In c. Multorum. de hęret. in Clemen. in fi. dicitur sic: Alia sane, quę circa præmissum inquisitionis officium, à nostris sunt prędecessoribus instituta (quatenus pręsenti decreto non obuiant) sacri approbatione concilij roborata, in sua volumus firmitate manere.

COMMENT. CXXXIII.

Verissime concludit hoc loco Eymericus constitutiones & ordinationes Apostolicas contra hęreticam prauitatem editas, non esse per alias posteriores reuocatas: hoc enim fauore fidei ita constituere oportuit. per leges quoque ciuiles idem sancitum est, vt apparet in l. Ariani. C. de hęret.

Occasione huius quęstionis agendum nobis hoc loco erat de virtute & robore extrauagantium varijs temporibus per diuersos Romanos Pōtifices editarum in negotio sanctissimę Inquisitionis: Ceterum cū in fine huius operis hāc disputationem habuerimus, locum vbi de his agimus, indicasse sit satis, ne eadē sępius repetita lectoris animum onerent.

QVAESTIO LXXXV.

An Episcopns & Inquisitor simul interpretari posint statuta contra hæreticos edita.

Octuagesima quinta quęstio est: Vtrū Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario, posit statuta contra hęreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, interpretari; si & quando circa ea ambigua oriātur?

Respōdemus quòd sic; vt patet in litteris Apostolicis prędictis Inno. iiij. tenoris sequentis: Cū negotium fidei catholicæ aduersus hęreticę prauitatis errores vobis, vt vestra prudentia deprehendat vulpeculas demolientes vineam Domini, sub certa forma per alias litteras duxerimus committendum; vt commissum vobis ab Apostolica sede tam salubre ac vtile ministerium exequi liberius, ac exerceri positis efficacius, in hac parte interpretandi statuta ecclesiastica & sęcularia cōtra hęreticos edita, & hæreticorum filios, & nepotes, credentium quoque, fautorum, defensorū, & receptatorum ipsorum, dignitatibus, personatibus, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & publicis officijs: *& infra:* liberam vobis auctoritate præsentium cōcedimus potestatem.

Relat. supra pag. 136.

Inquisitor cū Episcopo potest interpretari statuta cōtra hęreticos edita.

In litteris vero Apostolicis Alexandri iiij. habetur sic: Vt commissum vobis inquisitionis officium contra prauitatem hæreticam efficacius & liberalius exequi valeatis, interpretandi, vel declarandi vnà cum diœcesanis locorum, in quibus est idem officium vobis commissum, vel ipsorū Vicarijs, cum diœcesanos abesse contigerit, statuta contra hęreticos credētes, receptatores, fautores, & defensores eorū edita quotiens in eis apparuerit aliquid ambiguum, vel obscurum: *& infra:* vobis auctoritate pręsentiū cōcedimus facultatē.

COMMENT. CXXXIIII.

Cnr inductū vt iudices fidei statuta in hæreticos possint interpretari.

Hoc insigne priuilegium in fauorem fidei Inquisitoribus tributum est. *Cū enim multę quotidie in pœnis hæreticorum, & causis fidei oriantur dubitationes, quæ non sunt plene & aperte per leges declaratæ; sunt enim plura negotia quàm leges; suntque plures articuli negotiorum & dubiorum, quàm sanctiones: propterea, ne foret necesse in singulis dubijs Pontificem Romanum consulere, salubriter cautum est, vt leges in hæreticos editas possent Inquisitores interpretari. exempla pasim occurrunt, quæ libenter hic gratia breuitatis omittimus; vnum esse potest illud, cuius meminimus supra in hac 3. parte, num. 34. titu. de forma aggrauandi officiales. §. quoniam vero.*

Huius autem priuilegij mentionem faciunt Tabiensis in sum. verbo, Inquisitor. §. 39. Campegius apud Zāchinum cap. 16. versi. rursus arbitriū iudicis. Locatus in opere iudiciali verbo, interpretari, & verbo, statuta. Ioannes *Rojas tract. de hæret. par. 2. nume. 426. & alij.*

Iam quantum spectat ad rescriptum Innocentij iiij. *quod bis citat Eymericus, id nondum vidimus authēticum. alterum vero Alexandri iiij. quod refert in fine quæstionis, vidimus authenticum in bibliotheca Illustrissimi Cardi. Felicis † Peretti, allatū ex Assisio; eratque missum Fratribus ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Datum Anagnię x. Calen. Decemb. Pontificatus sui, anno IIII.*

† Nunc est SIXTVS V. Ponti. Opti. Max.

QVAESTIO LXXXVI.

An Inquisitor per se posit in verbis ambiguis interpretari dicta statuta.

Octuagesima sexta quæstio est: Vtrū Inquisitor sine Episcopo & eius Vicario posit statuta edita contra hęreticos, credētes, receptatores, fautores, & defensores eorum interpretari, si circa ea dubia oriantur?

Respondemus ꝙ sic; vt patet in litteris Apostolicis Alexandri iiij. Præ cunctis. vbi habetur sic: Prę cunctis, & infra: Necnon interpretandi statuta contra hęreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum edita, quotiens in eis apparuerit aliquod ambiguum, vel obscurū: *& infra:* auctoritate pręsentium cōcedimus facultatē.

COMMENT. CXXXV.

Dubium an solis Inquisitorib. tributū. vt dubia statuta possint interpretari.

Hoc priuilegium amplius est & patentius: libere enim concedit Eymericus solum Inquisitorem posse interpretari statuta dubia, seu verba statutorum ambigua, reperta in statutis editis contra hęreticos.

Ceterum,

Ceterum, hoc præmonebimus, hoc rescriptū Alexandri iiij. quod incipit: Prę cunctis *: nos nondum vidisse authenticum: cum multa alia eiusdem viderimus. Rursus, hęc clausula, quam ex eo rescripto recitat hic Eymericus, non legitur in rescripto Vrbani iiij,* Præ cunctis. *relato ab auctore supra par. 2. de quo valde miror, cū Pontifices soleant ferme semper in hac causa referre eodem tenore verborum, rescripta à suis prędecessoribus edita: Alexander autem ante Vrbanum vixit, vt est manifestū. Postremo, rescriptum illud* Innocentij iiij. *quod incipit:* Cum negotium. *relatum item ab Eymerico supra par. 2. non probat hanc Eymerici sententiam: nam prętérquam quòd nondum authenticum viderimus, in multi exemplaribus, dum potestas tribuitur Inquisitoribus interpretandi statuta, addūtur illa verba:* Cum diœcesanorum Episcoporum consilio: *quod videtur verisimilius, quia res magni momenti est.*

An soli Inquisitores possit statuta dubia in hęreticos lata declarare.

Sed quamquam hęc sint incerta, auctoritas Eymerici multum pondus habet, nec est credendū eum sibi eam clausulam arbitrio suo composuisse.

Sed demus hanc sententiā nullo certo iure probari, & quęramus an hoc liceat solis Inquisitoribus: & primo obtutu videtur dicendum, solum Inquisitorem nō posse leges dubias in hęreticos latas interpretari: nam solius principis est declarare legem dubiam. l. 1. cum glossa ibidem verbo, solis. & l. fi. C. de legibus. cap. inter alia. extra de sent. excom. Pręterea solus Romanus Pontifex est legitimus interpres iuris diuini, & canonum ecclesiasticorum, vt docet Abbas in c. quę in ecclesiarum. de constit.

Solus Inquisitor dubia statuta declarat.

His tamen non obstantibus non inepte dici posset, Solum Inquisitorem *posse dubia statuta in hæreticos lata declarare. ita hoc loco Eymericus. idē tenet Cāpegius apud Zanchinū cap. 16. versi. rursus arbitriū iudicis. & omnes fere præcitati super quæstione superiori. nam cū hoc priuilegium sit tributum fauore fidei, cuius* Inquisitor *dicitur defensor, rationi consonum videtur, vt sibi soli hoc priuilegium competat. Præterea in illis locis, in quibus non sunt adhuc Inquisitores delegati constituti, sed soli Episcopi iure ordinario in hęreticos animaduertunt; non videtur dubium quin illis liceat statuta in hęreticos edita declarare: quoniam vt supra in hac 3. par. super q. 56. §. num autem. tradidimus. priuilegia, quæ fauore fidei* Inquisitoribus *sunt tributa, Episcopis etiam videntur competere. ergo fiet, vt solis etiam* Inquisitoribus *liceat declarare statuta dubia, cum maiorem quàm Episcopi, aut saltem æqualem cum ipsis, in causis fidei habeant potestatem.*

Sed tutius id est facere cū Episcopi cōsilio.

Hæc fortassis vera sunt de stricta iuris ratione: tutius tamen est in re tam graui adhibere Episcoporum consilium, vbi cōmode poterit adhiberi: aliàs vrgēte causa solus fortassis Inquisitor *poterit id præstare.*

Exempla multa occurrūt in nostris hisce cōmentariolis, inter quæ illud potest esse accommodatum, de quo scripsimus supra parte 2. super cap. fraternitatis. de hæret. §. iam hęc prohibitio. & §. seq. nam si dubitetur, an commissarijs Inquisitorum liceat legere libros prohibitos, sicut licet ipsis Inquisitoribus: quoniam in hac parte obscure loquitur rescriptum Iulij III. *Pontifi. Max. quod ibi recitauimus,* Inquisitoris *partes erunt id declarare: in similibus idē est iudicium.*

Dummodo caueat ne nimis libēter vtatur hac potestate, et sub huius potestatis prętextu ea statuat, quæ vel alijs legibus repugnent, vel sæua sunt, & à consuetudine sacri tribunalis aliena; in quo consciētię suę consulere quisque debet, securius semper est & diœcesanos Episcopos, & peritissimos & probatissimos viros consulere.

Equidem in vetusto quodā codice, quem ante paucos annos Romam attulit Inquisitor Florentinus, in quo erant collecta quęcūque ad sanctum officiū pertinere videbātur, aliquot extabant exempla huius rei, de qua agimus: ceterum Inquisitor *& Episcopus ad interpretandam quandam huiusmodi legem conuenerant, vocatis ad id atque consultis multis peritis iureconsultis. tutius ergo est, vt ambo id præstēt, quàm vt vnus solus negotium tantum exequatur.*

Solus Inquisitor edicta publicat contra hæreticos

Rursus, non modo solus Inquisitor interpretari potest statuta dubia edita cōtra hęreticos; sed quotiens oportuerit edicta aduersus hęreticos, eorūque complices, fautores, receptatores, & defensores publicare, id soli Inquisitores sine ordinario facere possunt. ita Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 2. de priuilegijs Inquisitorum, nu. 415. versi. item soli Inquisitores, *& non Ordinarij. ad quam sententiā probandam nihil adducit, verum tamen videtur hoc priuilegium. cum enim Inquisitor sit à* Sede *Apostolica delegatus in causis fidei, ordinario videtur præferendus: itaque inconsulto ordinario potest edicta contra hęreticos promulgare, quibus iubeat, vt sibi in hoc crimine delinquentes reuelentur; quæ fuit sententia Eymerici 3. par. nume. 52. in forma admonitionis de hęreticis reuelandis, vsu etiam comprobata, vbi nulla est Episcopi mentio, & Zanchini tract. de hæreti. cap. 11. num. 2.*

Huius autem priuilegij frequenter potest contingere vsus: vt cum, verbi gratia, delictum est cōmissum, quod hæresim præ se ferre videatur, vt si deletę sint Sanctorum *imagines, combusta Ecclesia, in domos* Inquisitorum *impetus factus, aut ignis cōiectus, & similia: tunc. n. Inquisitores edictis propositis, sub pœna anathematis & fautoriæ hæresis monebūt vniuersos, vt id delictum, vel delicta reuelent.*

Epūs an edicta in hæreticos possit publicare.

Sed *quid si ordinarius edicta huiusmodi publicauerit, poterit ne* Inquisitor *ea reuocare? & Ioānes Rojas pręcitato loco merito reuocanda tradit, sed is fortassis nimis libere loquitur, quasi nullæ sint partes Episcoporum in hac causa, cū tamen omnia iura clament per cōcessionem procedendi Inquisitoribus factam, non esse ablatam ordinarijs procedendi potestatem, cap. per hoc. de hæret. lib. 6. quare multum illis tribuendum censeo: nec approbo eorum sententiam qui plus sibi tribuentes, quàm à iure habēt, Episcopos fere spernūt in hac causa. meminisse ergo oportet, eos iudices fidei esse in sua diœcesi ordinarios: ꝙ si ea edicta in fidei propagationem referantur, nullo modo mihi videntur reuocanda, sed confirmanda potius: sic enim Episcopus & Inquisitor, quasi vnus, fortius pugnabunt contra religionis hostes.*

An Inquisitores noua statuta condere possint cōtra hæreticos.

Sed maior difficultas est, An Inquisitores *possint contra hęreticos noua condere statuta in suis diœcesibus, augēdo pœnas aduersus eos. & Ioānes Rojas*

tract.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Geminiani verba.

tract. de hæret. par. 2. de priuilegijs Inquisitorũ nu. 440. id Inquisitores posse asserit, additque ita tenere Lapum & Geminianum in cap fin. §. statuto. de hæret. lib. 6. quod optime, inquit, explicat Gödisalus tract. de hæret. q. 23. num. 6.

Veruntamen Doctor hic, alioquin doctus & religiosus, valde decipitur: nam quos ille citat, contrarium sentiunt omnino. neque id dicunt in c. fi. de hæret. sed in c. 2. §. statuto. de constit. lib. 6. quo loco Geminiani verba in codice nostro nu. 8. versi. an autem Inquisitores. ita habent: An autẽ Inquisitores hęreticæ prauitatis possint facere statuta? tenet hic Lapus q̃ non, quia sunt delegati, vt notatur de hęret. in 6. cap. ne aliqui. & cap. per hoc. sed delegatus statuta facere non potest, vt notat Innocẽtius in c. pro illorũ. de prębẽ. ergo; &c. *hactenus Geminianus. quem nullis fere mutatis sequitur Gondisaluus in dicto tract. de hęret. q. 23. nu. 6.* nõ me pręterit in vetustis quibusdam Geminiani exẽplaribus paulo aliter cõcipi supradicta verba; eadem tamen est sententia. *sentiunt ergo præfati apertissime, Inquisitores non posse condere statuta.*

Cum vero paulo diligẽtius hęc essem intuitus, existimaui fortasis non fore absurdum dicere, Inquisitoribus competere hanc potestatem. Primum. n. explorati iuris est, Episcopos in sua diœcesi statuta cõdere posse, per textũ in dict. c. 2. iuncta glossa in verbo, statuto. vbi communiter Doctores. de constit. lib. 6. poterunt ergo condere statuta contra hęreticos: nã si possunt in blasphemos, in sortilegos, & similes peccatores noua statuta Episcopi constituere, vt ab his sceleribus acerbitate pœnarum homines auocentur; profecto multo magis id poterunt contra hęreticos, cum grauius ceteris delinquant, & Inquisitor in causa hęresis aut maiorẽ, aut saltem æqualem habet cũ Episcopis iurisdictionem. poterunt ergo simili modo noua statuta condere cõtra hęreticos, quibus augeãt pœnas in eos.

Ad hæc, paucis antea diebus quàm hęc scriberemus, incidimus in vetustum & authenticum rescriptum Innocentij iiij. quod extat in Archiuo inquisitionis Bononiensis, & incipit: Orthodoxæ fidei: *quod curauimus imprimendum inter litteras Apostolicas in fine huius operis. quo videtur dirimi proposita difficultas, docerique, posse Inquisitores statuta condere: nam inter cetera Romanus Pontifex iubet omnibus magistratibus, ut Inquisitorum statuta, & sua contra hęreticos obseruẽt, in hæc verba:* Cõsiderantes attente, quòd iurisdictio eorum *(scilicet Inquisitorum)* quò fuerit plenior in hac parte, eò magis esse poterit fructuosa; volumus & nostris sibi damus litteris in mandatis, vt vos monere procurent ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & sæcularia edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, &c. seruetis & faciatis irrefragabiliter obseruari, *hæc ibi. quo loco notanda sunt illa verba:* statuta ipsorum.

Ex his facile inducor ad credendum posse Inquisitores huiusmodi noua statuta condere, idq; iuxta varietatem casuum accidentium, vel propter frequentiam hęreticorũ, vel propter alias causas, quas fert humana conditio, vt acerbitate pœnarum ab eis delictis committendis homines auocentur: quamquã illud sentiam hoc casu consultius esse facturos, si Episcoporum cõsilium adhibeant, vt res tam grauis maturius transigatur: vel, quod tutius est, supremum sacrosanctæ & generalis Romanæ inquisitionis Senatum consulant, à quo in rebus grauibus in hac fidei causa nusquam discedendum arbitror.

Dũ noua statuta condun tur, quid cauendum.

Illud tamen obseruandum est, ne dum huiusmodi pœnæ augentur contra hęreticos, aliquid committatur iniustum, incautum, aut contra ius & rationem: nam fauor fidei non tribuit hanc facultatem. itaque cauendum est, ne dum ex vna parte fidei propagationem nituntur afferre, ex alia eius detrimentum inducant.

In pœnitentijs aggrauãdis & augendis certum est Inquisitores habere potestatẽ, vt docuit Eymericus 3. par. nu. 194. §. item te sententialiter. & dixi plene supra in hac 3. parte super octauo modo terminandi processum fidei. §. retinentes nobis.

An principes sæculares pœnas in hæreticos augere possint.

De principibus sæcularibus quæsitum etiã est, an possint suis legibus pœnas cõtra hæreticos latas, vel etiam contra suspectos de hęresi augere. in quo articulo fortassis quispiam diceret, id eis non licere, cum hoc crimen sit mere ecclesiasticum, in quo laici, nec directe, nec indirecte se intromittere debẽt. cap. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. §. prohibemus.

Ceterum, obiter hæc mihi tradenti (neque. n. libet longius euagari, cum Eymerici institutum aliud suadeat) verius nunc videtur, posse sęculares principes ex causa tales leges condere, quibus in hæreticos & suspectos pœnæ augeantur, aut iam latæ leges aduersus eos, quę fortassis in suis ditionibus & dominijs non custodiuntur, in vsum reuocentur, & in viridi obseruantia permanere iubeantur, atque vtinam tales in Christiana republica principes multi reperirẽtur; neque enim res fidei in deterius laberentur, nec superioribus annis florentissima regna corruissent, & miserè in hæreses tetras & nefarias incidissent.

Possunt prin cipes sęcula res nouas leges in hæreti cos condere.

Possunt ergo mea quidem sententia talia statuta condere: neque hoc est intromittere se de crimine ecclesiastico, sed fauere potius Ecclesię, & incrementum fidei procurare: nam per eiusmodi statuta nõ auferunt propriis iudicibus, videlicet Episcopis & Inquisitoribus, iurisdictionem: sed eam potius amplificant, iuuant, & amplius promouent: id quod esse debẽt principum sæcularium proprium & peculiare munus, vt graviter docuit Conradus Brunus lib. 3. de hæret. cap. 9. & 10.

Romani Pontifices leges sęculares in hæreticos latas confirmarunt.

Postremo, Romani Pontifices principum sæcularium leges & decreta aduersus hæreticos & suspectos variis temporibus edita, non modo non sustulerunt, aut abrogarunt, immo confirmarunt & inuiolabiliter custodiri iusserunt, vt constat ex multis Pontificum rescriptis editis in Bullario litterarum Apostolicarum, quod explicui copiose in disputatione de robore extrauagantium contra hæreticos editarum. quod ipsum facturos crederem proculdubio & ceteros Romanos Pontifices quotiens vel catholici principes nunc aut futuris temporibus, vel insignis aliqua respublica, vel ciuitas, vel minores reguli in suis dominijs leges nouas conderent: quibus commode hæreses aut nasci impedirentur, aut iam natæ facilius extirparentur.

Quod

Statutũ ciuitatis Brixiæ de extirpãda hęresi Luthetana.

Quod initio nascentis lutheranicæ perfidię valde laudabiliter Brixia Italiæ ciuitas catholica & illustris consecuta est: nam ad extirpandam Lutheri hęresim, quæ sese occulte insinuabat, præclarum & honorificum edidit statutum, quod Clemens VII. anno Domini MDXXVIII. & laudauit & confirmauit. eius initiũ est: Placuit intelligere. *quod etiã in fine huius operis inter litteras Apostolicas curauimus imprimendum.*

Possent ergo exempli gratia sæculares magistratus & Domini terrarum cõdere tale statutum, quòd Iudęi vel alij infideles in suis terris commorantes, teneantur hæreticos accusare seu denũtiare, aut alia huiusmodi multa.

Equidem sententiam hanc nõ obscure confirmare videtur Beatus Augustinus Epistola 48. ad Vincentium, vbi ita scribit: Seruiãt Reges terræ Christo, etiam ferendo leges pro Christo. *hæc ibi. & Epistola 50. ad Bonifacium, quo loco ait ita:* Nam & temporibus Prophetarum, omnes Reges, qui populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt quæ cõtra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt & euerterũt super aliorum merita laudantur. *hactenus Augustinus.*

Illud præterea adiungo, quòd si tanta esset iudiciũ ecclesiasticorum negligentia, vt iuxta Sanctiones canonicas, aut inquirere hęreticos, aut eos punire, vel omitterent, vel omnino nollent: tunc iudices sæculares pie & iuste facerent, si ad extirpãdos hæreticos totis viribus & conatu intenderent; immo vero omnino deberent ita facere, cum ad religionẽ defendendam penitus teneantur.

Tunc autem eorum statuta corruerent, ac inualida & nulla essent, cum in detrimentum fidei, & sancti officij impedimentum tenderent, cap. statutum. de hæret. lib. 6. & consuluit plene Paulus Parisius cõs. 2. incipien. Et si esse Iudæum. *vol. 4. n. 104. & seq.*

DE SVSPECTIS DE HAEresi & diffamatis.

QVAESTIO LXXXVII.

An suspectus de hæresi cogi debeat abiurare.

Suspecti de hæresi abiurare debent.

Quod Ctuagesima septima quæstio est: Vtrũ Episcopus & Inquisitor suspectum de hęresi debeant cogere hęresim abiurare?

Suspecti de hæresi abiurare cogũtur

Respondemus quòd sic; vt patet in c. Excommunicamus itaque. §. qui autem. de hęret. vbi dicitur sic: Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione mõstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitẽtur; ita quòd si per annum in excõmunicatione persteterint, extunc velut hæretici condemnentur.

Et in c. Accusatus. de hęreti. lib. 6. dicitur ita: Accusatus de hęresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si heresim in iudicio abiurauit, postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus: licet ante abiurationem suam hęresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum. Si autem leuis & modica suspicio illa fuerit (quamquam ex hoc sit grauius puniendus) non tamen debet in hęresim relapsorum pœna puniri.

COMMENT. CXXXVI.

Suspecti de hęresi abiurare debent.

SVspectos de hęresi abiurare debere explorati iuris est, vt euidenter probant leges canonicæ hoc loco ab Eymerico allatæ. tradit vero hanc materiam idem Eymericus copiose par. 2. q. 45. & 48. & de praxi agit 3. par. in 4. 5. & 6. modo processum fidei terminandi. & in concilio Tarraconensi. §. suspectus de hęresi. relato supra par. 2. & docet copiose Ioannes Rojas singulari 1. Repertorium Inquisitorũ verbo, suspectus. Locatus in opere iudiciali verbo, suspicio. & alij varijs locis.

Quæuis hęresis suspicio abiuranda.

Nec refert, quantum ad hoc, an suspicio sit leuis vel vehemens: omnis enim suspicio debet abiurari, vel purgari, vt copiose traditur pręcitatis locis: sed eleganter in concilio Tolosano cap. 11. & in concilio Biterrensi cap. 31. & quidquid ad hunc locum de abiuratione spectat, copiose tractaui supra in hac 3. parte super quarto modo processum fidei terminãdi.

QVAESTIO LXXXVIII.

An diffamato de hæresi sit indicenda purgatio canonica.

*Ctuagesima octaua quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor diffamato de hęresi debeant purgationẽ canonicam indicere?

Respondemus quòd sic, iuxta c. Excommunicamus itaque. extra de hęret. §. adijcimus. vbi dicitur sic: Adiicimus insuper, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se aut per Archidiaconum suum, aut alias honestas idoneasque personas bis, aut saltẽ semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres, aut plures boni testimonij viros, vel etiam (si expedire videbitur (totam viciniam iurare compellat, quòd si quos ibidem hęreticos sciuerit vel aliquos occulta cõuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi persidiam, canonice puniantur.

Diffamati de hæresi debẽt se purgare.

COMMENT. CXXXVII.

NOn est ambigui iuris diffamatis de hęresi canonicam purgationem esse indicendã, quod probat textus, quo Eymericus hic vtitur.

De diffamatis de hęresi copiose egit auctor supra parte 2. q. 57. & qualiter debeant se purgare, docuit

parte

parte 3. in 2. modo processum fidei terminandi. adde Repertorium Inquisitorum verbo, diffamatus.

QVAESTIO LXXXIX.

Quot quibusque modis in iure quis censendus sit deprehensus in hæretica prauitate.

CTuagesima nona quæstio est: Episcopus, & Inquisitor quot modis, & quibus debeant de iure habere aliquem manifeste pro deprehenso in hæretica prauitate?

Respõdemus quòd tribus, vt dicit Bernardus in glos. ordinaria in c. Ad abolendam. §. præsenti. & ver. deprehẽsus. extra de hæret. vbi habetur: Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicunque fuerit manifeste in hæresim deprehensus, &c. dicit namque sic: *Deprehẽsus.*] facti euidentia; puta, quia publice prædicat hæresim. ff. de ritu nup. Palam. §. vlti. Vel legitima probatione; puta per testes: vel ex sua confessione.

Qui dicãtur deprehẽsi in hæresi.

Et eiusdẽ Bernardi glos. in cap. Excõicamus 2. super verbo deprehensi. extra de hæret. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, &c. dicit sic: *Deprehensi.*] publice, ita quod notorium sit: vel etiam quia condemnati sunt.

Ad idem videtur facere c. Super quibusdam. extra de ver. sign. vbi dicitur sic: Super quibusdã mandatorum articulis. & infra: Tua deuotio postulauit à nobis, qui sint dicendi hæretici manifesti: Super quo tibi duximus respondẽdum, illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui cõtra fidem catholicam publice prædicant, aut profitẽtur, seu defendũt eorum errorẽ; vel qui corã prælatis suis conuicti sunt, vel confessi, vel ab eis sententialiter condemnati super hæretica prauitate.

COMMENT. CXXXVIII.

Cur Eymericus eandẽ disputationem repetat.

IN hac quæstione hoc breuiter obseruãdum est, nõ esse putandum Eymericum hoc loco perperã egisse de deprehensis in hæretica prauitate, cum de illis iterum egerit nullis pene mutatis supra parte 2. q. 33. nam diuerso consilio varijs locis eandem disputationem inseruit: quod & tituli ipsi quæstionum facile indicant: nam parte 2. in primis quærebat, qui essent dicendi hæretici manifesti; vt illis cognitis secretos, seu occultos hæreticos cognosceremus, in quibus erat maior difficultas: hic vero solum de manifestis agit, & quot modis quis de iure manifestus hæreticus dicatur, magis ex professo declarat.

Diuersis rationib. eadẽ disputationes possunt repeti.

Neque est absurdum, sub diuersis rationibus diuersis locis vel in eodem vel in alio opere easdẽ quãdoque repetere disputationes: nam & Aristotelem, & Platonem, & Galenum & alios insignes philosophos scimus, easdẽ sæpe repetiuisse doctrinas: & Iurisperiti hoc idẽ sæpissime nõ inepte faciunt, & Pandectarum Architecti, vt obiter illud dicam, frequenter sub diuersis titulis easdem leges, eadem verborũ serie repetiuerunt, vt copiose ostendit Pardulphus Prateius lib. 1. de media iurisprudentia.

Quantum vero ad hanc quæstionem attinet de manifestis hæreticis, eam abunde declarat Albertinus tract. de agnos. assertio. q. 29. nu. 8. & multis sequentibus, & nos breuiter explicauimus supra par. 2 super dicta quæstio. 33.

DE DEPREHENSIS in hæresi, sed pœnitentibus.

QVAESTIO XC.

An deprehensus in hæresi & propter hoc captus, sit sub cautione dimittendus.

NOnagesima quæstio est: Vtrum Inquisitor deprehẽsum in hæretica prauitate, & ex hoc captum, possit licite tradere cautioni, vel manuleutæ?

Respondemus quòd non: nam vel est deprehensus propria confessione, vel non: si sic, & est impœnitens, tradendus est curię sæculari vltimo supplicio feriendus, iuxta c. Ad abolendam. §. præsenti. de hæret. si autem est pœnitẽs, est carceri perpetuo detrudendus, iuxta cap. Excommunicamus 2. de hæreti. non igitur cautioni dandus, nec liberandus. Si autem non, sed stat in negatiua, est vt impœnitens tradendus potestati curiæ sæcularis animaduersione debita puniẽdus, vt not. Hostien. in sum. titu. de hæreti. §. qualiter deprehendantur.

COMMENT. CXXXIX.

HAec quæstio est valde vtilis, et à paucis in hac hæresis causa disputata. Eymericus eam hoc loco tractat breuissime, quam eisdẽ fere verbis sequitur Repertorium Inquisitorũ verbo, cautio. & Locatus in opere iudiciali verbo captus. n. 5 & verbo, Inquisitor. nu. 25. & 26. & alij, quos mox subijciã.

Cautio quid

Est autem cautio, vt ait Cicero 4. Tusculana, prouidẽtia quędam, qua auertimus & vitamus ne quid mali nobis accidat. hinc Iurisperiti cautiones appellãt fideiussiones, aut alias stipulationes, quibus nobis cauemus, hoc est, securos nos reddimus, vt colligitur ex l. habere. §. cautum. ff. de verb. signifi. vbi ita scribit Paulus: Cautum intelligitur siue personis siue rebus cautum sit. hęc ille. per personas fideiussores accipimus; per res autem pignora, vt optime eo loco Accursius interpretatur.

Duæ cautionũ, seu fideiussionũ species.

Cautionum vero duę sunt species: nam quædã est nuda. l. 2. §. quod si. ff. de iudi. quæ & nuda seu simplex promissio nũcupatur. l. diuus. 5. ff. de petitio. hæredit. de quanõ est sermo in hac quæstione. Altera est cautio idonea, vt cum fideiussor, vel pignora accepta sunt. l. si mandato. 59. §. vlt. ff. mandati. dict. l. habere. §. cautũ. ff. de verb. signi. et de hac loquitur auctor in hac quæst., quã vocat voce Catalana, manuleutã: illi. n. fide iubere, manleuare, et fideiussionẽ manleutam dicunt, de qua egit Eymericus multis locis: primũ hic ex professo, & 3. par. in septima cautela contra cauillosas hæreticorũ fraudes, nu. 105. et in eadẽ 3. par. in forma dandi apostolos negatiuos, nu. 124.

His

An deprehẽsus in hæresi possit cũ cautione dimitti.

His positis, institutum auctoris in hac 3. parte est docere, nunquid Inquisitores reum hæreseos in hæretica prauitate deprehensum, iuxta doctrinam præcedentis quæstionis, possint è carceribus dimittere accepta fideiussione, & cautione de repræsentando, aut intra certum tempus, aut totiens quotiens Inquisitori visum fuerit, & summa quæstionis est, talem nullo modo esse relaxandum, aut dimittendum è carceribus; idque ob rationes quas allegat, quæ verę & certę sunt, quas & pręcitati sequuntur.

Reus cui sit imponenda pœna corporalis non est relaxãdus, & quare.

Hanc vero Eymerici doctrinam confirmãt Ioannes de Anania consil. 1. incipien. Circa modum & ordinem. *Bart. in l. 1. ff. de custodia reorum. Aegidius Bossius tit. de carcerato fideiussoribus committẽdo. Antonius Gomez tom. 3. varia. resol. cap. 9. num. 8. & Iulius Clarus in pract. crim. §. fin. q. 46. versi. in hac autẽ materia. & Paulus Grillandus tract. de relaxatio. carcerat. tit. de fideiussoribus reorum, dicentes, reum alicuius criminis pro quo veniat imponẽda pœna corporalis, nullo modo datis aut acceptis fideiussoribus esse è carceribus relaxandum siue dimittendum. & hanc sententiam dicit cõmunem Iulius Clarus prędicato loco, quam probat non obscure textus in l. 3. ff. de custo. reorum, ibi:* nisi tam graue scelus ipsum commisisse constet, vt nec fideiussoribus, nec militibus cõmitti debeat. *hęc ibi. quod asserunt ibidem communiter Doctores. & ratio potissima est, quoniam fideiussores non possunt seobligare ad pœnam corporalem, qua reus est plectẽdus, cum nemo sit dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam.*

fideiussores teneri qualiter plectẽdi.

Sed quid si de facto iudex sub fideiussoribus dimittit eum qui plectẽdus erat pœna corporali, & is reus aufugit, nec se præsentat, nec à fideiussoribus potest capi, vt iudici præsentetur, qua pœna erunt afficiendi fideiussores? Respondeo, plectendos esse fideiussores non in corpore, sed in ea pœna pecuniaria, ad quam se fideiubendo obligauerunt: si vero nullam certam pœnam promiserunt, quod raro contingit, plectendi etiam sunt in pœna pecuniaria, sed arbitrio iudicantis, nisi cõsuetudo in tali casu, aut ciuitatis statutum certam pœnam statueret. l. 4. ff. de custo. reorum. vbi Bartolus & cõmuniter Doctores, Cynus, Salycetus, & alij in l. penulti. C. de custo. reorum. & alij quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolut. cap. 9. nu. 8.

An aliquando in hoc tribunali fit locus relaxationi sub fideiussione, sub fide cautione.

Hęc vero communis doctrina de non relaxandis carceratis sub fideiussione, seu data cautione, maxime locũ habet in seruis & alijs vilibus hominibus: hi enim non relaxantur. fideiussori. l. 2. ff. de custo. reorum. l. lex Cornelia. §. præterea. ff. ad senatusc. Sylla. tradit Iulius in pract. crim. §. fi. q. 46. versi. & hęc quidem.

Sed in supradictis aut nulla aut minor videtur dubitatio ob rationes prędictas: num autem aliquando in hoc tribunali locus sit relaxationi sub fideiussione, vel cautione, quod est cognitu maxime necessarium, breuiter est nunc mihi dicẽdum. & plane ex supradictis aperte consequitur, eos omnes posse relaxari, qui capti sunt pro delictis, pro quibus non venit imponenda pœna corporalis, sed tantũ pecuniaria, aut alia similis. l. 1. ff. de custo. reorum. vbi Bartolus & communiter Doctores. l. 3. & 4. ff. eod. titu. l. si quis pro eo. §. fin. ff. de fideiusso. l. eos. la primera. §. super his. C. de appellatio. & his locis Doctores, quos refert & sequitur Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. cap. 9. num. 8.

In hoc tribunali rarius dimittendi rei sub fideiussionibus.

Additque Gomez adeo verum esse hoc casu, sub fideiussoribus reum esse relaxandum, quòd si iudex nolit recipere fideiussores, sed reũ in carcere detinere, cõmittit cõtra eum crimen iniuriæ; & tenebitur, inquit, in syndicatu actione iniuriarum. argumento textus in l. si vero pro cõdẽnato. §. 1. ff. qui satisdare cogantur. cuius verba sunt: Qui pro rei qualitate euidentissime locupletem, vel si dubitetur, approbatũ fideiussorẽ iudicio sistendi causa nõ accepерit, iniuriarũ actio aduersus eũ esse potest. *hęc ibi.*

Hęc tamen in alijs delictis & causis fiant: nam in hoc delicto cautius, quàm in ceteris dimittendi sunt rei sub fideiussoribus. ergo hoc primum statuamus, curandum esse diligẽter ab Inquisitoribus, vt quàm cito & cõmode fieri potest, causa absoluatur. & reus debitam pœnitentiam excipiat: neque enim quicquã boni solet euenire ex tali liberatione & relaxatione è carceribus in hoc crimine.

An relaxandus reus præstita fideiussoria cautione.

Si tamen crimine liquidato, aut etiã pẽdente processu appareat reum non esse culpabilem eius delicti de quo imputatur; quod sæpissime solet contingere, tunc relaxari posset. per textum in l. 1. ff. de custo. et exhibitio. reorum, ibi. Vel pro innocentia personæ. *tradit Iulius Clarus, vbi multos refert in hanc sententiam in pract. crim. §. fin. q. 46. versi. pariter etiã. & hoc tunc maxime fieri posset, quando Inquisitores non sperarent habere noua indicia, quòd ille id crimen commiserit, de quo fuit imputatus: nam si noua indicia se facile habituros sperarent, dimittendus non esset.*

Viri illustres qualiter relaxandi.

Quòd si hoc casu cum relaxãdus est reus propter inopiam non inueniat, qui pro ipso fideiubeant, quæritum est, an possit relaxari præstita per ipsum iuratoria cautione. & verius mihi videtur id posse fieri, & hanc opinionem testatur cõmunem Marsilius in repetitione rubricę de fideiussoribus. nu. 166. & seq. & hoc videtur mitius, ne carcerati quandoque diu marcescant in carcere, dũ fideiussores ob paupertatẽ nõ inueniręt: quod & Iulius Clarus laudat in pract. crim. §. fin, q. 46. versi. sed quid agendum. in fine.

Leuiter delinquentes qualiter custodiantur.

Solent quãdoque in hoc tribunali Inquisitores viros illustres & magnos consignare militibus seu fidis custodibus, qui eos custodiant in aliquo loco tuto extra carceres, vel fideiussoribus, qui promittãt reũ in aliquo loco tenere; vel quod tutius & frequẽtius sit, certum Palatium, aut domum ei statuere, vbi custodiatur. argumẽto l. 1. ff. de custo. reorum, ibi: Vel pro dignitate eius, qui accusatur. *tradit quoque Aegidius Bossius tit. de carcerato fideiussoribus cõmittendo nu. 4. sed hoc fortassis non spectat ad priuatos Inquisitores deliberare, quẽadmodum nec inconsulto supremo Senatu sanctæ Inquisitionis tales viros egregios capere, vt alibi diximus: quare in his superiores consulant, quod est tutius.*

Iam illud frequenter obtinet in hoc tribunali, vt cum reus leuiter deliquit, leuiter custodiatur; vnde pro qualitate criminũ & personarũ possunt iudices iubere, nulla accepta fideiussione, nec reis in carcerem missis, vt reus domum suam vel alterius, vel ciuitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

uitatem cum ſuburbijs pro carcere habeat, vt optime A obſeruauit Simãcas de catho. inſtit. tit. 16. nu. 5. Huc ſpectant quę tradit Iulius Clarus in pract. crimi. §. fin. q. 46. verſ. in dubio autem.

Fideiuſſores quando ſoluẽt pœnam, & cui ſit applicanda.

Poſtremo, ſi fideiuſſor quo tempore debuit reũ cõ ſignare, non conſignet, pœnam promiſſam ſoluet, eaque applicabitur fiſco ſeu officio ſanctę Inquiſitionis, atque ita obſeruat conſuetudo. faciunt tradita per Bart. in l. ſi quis reum. nu. 4. ff. de cuſto. reorum. quem Angelus & alij ſequuntur.

Quo autem tempore fideiuſſores incidãt in pœnã promiſſam, copioſe tradit Antonius Gomez tom. 3. varia. reſolut. cap. 9. num. 9.

Cetera quę in hac cauſa relaxationis traduntur à B noſtris iureconſultis fortaſſis aut nihil aut parũ conferunt ad rem noſtram; ideoque libenter omitto.

QVÆSTIO XCI.

An deprehenſus in hæreſi, non relapſus, redire volens, ad abiurationem & miſericordiam ſit admittendus.

NOnageſima prima quæſtio eſt: Vtrũ Epiſcopus & Inquiſitor deprehenſum in hæretica prauitate, aliàs non relapſum, ſi reſipiſcat, ac reſiliat ab errore, debeant admitere ad miſericordiam hæreſim abiurando, vel tradere brachio ſæculari animaduerſione debita puniendum? C

Hæretici pœnitentes nõ relapſi ad abiurationem admittũtur.

Reſpondemus, quòd non eſt tradẽdus, nec relinquendus, ſed ad miſericordiam & abiurationẽ admittendus, vt patet in c. Ad abolendam. §. præſenti. extra de hæretic. vbi dicitur ſic: Præſenti nihilominus ordinatione ſancimus, vt quicunque manifeſte fuerit in hæreſi deprehenſus, ſi clericus eſt, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuſcatus, totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua nudetur; & ſic omni officio & beneficio ſpoliatus eccleſiaſtico, ſęcularis relinquatur arbitrio poteſtatis animaduerſione debita puniendus: niſi cõtinuo poſt deprehenſionem erroris ad fidei catholicæ vnitatem ſponte recurrere, & errorem ſuum ad arbitrium Epiſcopi regionis illius publice conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. Laicus autem niſi (prout dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam, ſæcularis iudicis arbitrio relinquatur.

COMMENT. CXL.

DE materia huius quæſtionis plene diſſeruit Eymericus ſupra 3. parte, cum ageret de modis proceſſum fidei terminandi: hic vero quaſi ſummam colligens, regulã breuem præſcribit dicens, Redeuntes non relapſos admittendos eſſe ad miſericordiam. de qua re plene Zanchinus tract. de hæret. cap. 16. & ibi Campegius. Repertorium Inquiſitorum verbo, pœnitentia. & verbo rediens. Simancas de catho. inſtit. tit. 47. auctor innominatus tract. de forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi, in rubrica de redeuntibus & conuerſis. Paulus Grillandus tract. de hæreti. q. 5. & q. 7. & alij.

Redeuntium autem plures ſunt ſpecies, vt abunde indicaui ſupra par. 2. ſuper q. 40. §. hæretici vero pœnitentes. & ſeq. vbi docui, quę ad hanc quæſtionẽ illuſtrandam ſpectant.

Qualitates redeũtiũ cognoſcẽdæ vt ſingulis debitæ pœnitẽtiæ imponãtur.

Plurimum vero refert cognoſcere ſingulos redeũtes, quales ſint, quo modo reuertantur: an ſtatim vel poſt longum tempus: an ſponte ipſi acceſſerint ad cõfitendum, vel ab alijs fuerint denuntiati: an ſint clerici vel laici: an periti vel ignari: an ſenes & ętate conſiſtentes; vel contra, pueri vel iuuenes & imprudentes, aut alij huius generis vel alterius, vt iudices violatę religionis iuxta cuiuſque qualitatẽ pœnitentiam ſalutarem imponant; cum mitius ſit agendum cum his, qui ſponte reuertuntur, quàm cum illis qui coacte: mitius cum his qui ſtatim, quàm cũ illis qui poſt longum tempus, & ſimiliter de reliquis.

Pulchrum Guidonis Fulcodij præceptum.

In quo articulo quid ſit obſeruandum, nemo in genere luculentius præſcripſit, quàm Guido Fulcodius in conſultationibus ad Inquiſitores q. 15. cap. 21. 22. & 23. in hęc verba: Quid vero iniungendum ſit talibus, diffiniri non poteſt: quia committitur arbitrio iudicantium: & aliter cum ſimplicibus eſt agendum, quàm cum prudentibus: aliter cũ clericis, quàm cum laicis: aliter cum prælatis, quàm cum ſubditis; & omnes circunſtantiæ ſunt notãdæ. de pœnit. diſt. 5. cap. 1. *Cap. 21.*

Quia tamen multi ex ſimplicitate in hoc crimine incidunt, credo multorum ſimplicitati parcendum, vt non excuſet à toto, ſed à tanto. 85. diſtinctanta. *Cap. 22.*

Credo etiam eos, qui fauerunt, vel receperunt ſanguine coniunctos, mitius puniendos, ſicut dicit lex eleganter. ff. de receptato. l. vlt. quãuis Magiſter Laurentius dicat contrariũ. argumẽto can. 27. q. 1. de filia. hęc omnia dico & ſcribo ſaluo Fratrũ & aliorũ prudẽtũ cõſilio meliori. *hactenus ille. cetera huc ſpectãtia ſuis locis copioſe tradidimꝰ.* *Cap. 23.*

D

QVAESTIO XCII.

An Epiſcopus & Inquiſitor abſoluere poſsit ab excõmunicatione hæreticum pœnitentem.

NOnageſima ſecunda quæſtio eſt: Vtrum Epiſcopus & Inquiſitor taliter deprehenſum in hęretica prauitate, ſed poſt pœnitentem & abiurantem, eundem poſsit abſoluere ab excommunicationis ſententia, qua fuerit innodatus, iuxta c. Ad abolendam. in principio, & c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret. E

Hęreticum redeuntẽ & abiurantẽ abſoluere poſſe Epiſcopus & Inquiſitor.

Reſpondemus quòd ſic, vt patet in c. Vt officium. in principio de hęre. lib. 6. vbi dicitur ſic: Vt officium. & infra: Diſcretioni veſtrę per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vbique in præfata prouincia, ſimul vel ſeparatim: aut ſingulariter (prout negotij vtilitas ſuadebit) cõtra hæreticos, credẽtes, receptatores, fautores, & defenſores eorũ: necnõ cõtra infamatos de hęreſi, vel ſuſpectos iuxta

iuxta ſanctiones canonicas (hominum metu diui A no timori poſtpoſito,) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Eccleſiæ vnitatem; ei iuxta formã Eccleſiæ abſolutionis beneficium impendatis.

COMMENT. CXLI.

HOc priuilegium eſt ſingulare: nam cum hæretici ſint ipſo iure excommunicati, et ſingulis amplius annis in quinta feria in Cœna Domini publice à ſummo Pontifice excommunicentur: nemo inferior poterat eos abſoluere, niſi cui ſpecialiter eſſet conceſſum; & tales ſunt Inquiſitores: quod probat aperte reſcriptum ab Eymerico allatum, quod eſt Clementis IIII. idem cauerat quadraginta fere annis ante Clementem IIII. Gregorius Nonus reſcripto incipiente: Ille humani generis: *in quo ita ſcriptum eſt:* Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata, ad Eccleſiaſticã redire voluerint vnitatem, ipſis iuxta formam Eccleſiæ beneficium abſolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus conſueuit iniungi, *hæc ibi. idem conceſſit Innocentius IIII. reſcripto incipiente:* Tunc potiſsime: *hæc nos Bononiæ vidimus authentica in archiuo inquiſitionis, & curauimus imprimenda in Bullario litterarum Apoſtolicarum in fine huius operis.* B

Inquiſitores excommunicatos ob hęreſim abſoluere poſſũt.

Tradunt hoc ipſum priuilegium Locatus in opere iudiciali verbo abſoluere. nu. 11. *Repertorium Inquiſitorum verbo, abſolutio. §. ſed nunc. Simancas de catho. inſtit. tit. 3. nu. 1. & alij.* C

Quæ autem obſeruari debeant in hac abſolutione, & quo ritu fiat, abunde explicui ſupra in hac 3. parte, tit. de forma abſoluendi prędictos. nu. 18. *&* 19.

In foro interiori quis abſoluat hæreticos.

Quę vero hac quæſtione ab auctore traduntur, procedunt in foro exteriori, vt ſeries ipſa indicat: nam in foro interiori quis poſſit occultum hæreticum abſoluere, & quanta prudentia id fieri debeat, docuit idem Eymericus luculenter in hac 3. par. nu. 59. *& ſeq. vbi dixi. de quo vide amplius concilium Tridẽtinum ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 6. *& reſcriptum Clementis VII. quod incipit:* Cum ſicut. *§. vobis etiã. relatum in Bullario. adde Simancam de catho. inſtit. tit. 3. nu.* 6. *& Nauarrum in Manuali confeſſariorũ c.* 27. *nu.* 275. *verſ. Decimoquarto, quòd nullus præter Papam.* D

Epiſcopi nõ poſſunt abſoluere occultos hæreticos.

Equidem in ſupremo inquiſitionis prætorio Sanctæ & generalis Romanæ Inquiſitionis ſæpe pronunciatum eſt, nec poſſe nec debere Epiſcopos amplius virtute concilij abſoluere occultos hæreticos in foro conſcientiæ, ſiue quod per proceſſum Bullæ in cœna Domini ſit concilio Tridentino derogatum, ſiue quod ita Pius V. ac Gregorius XIII. alias expreſſe declarauerunt, vt etiã præcitato loco Nauarrus teſtatur. E

Addit Locatus in opere iudiciali verbo, abſoluere. nu. 10. *ſolũ Inquiſitorẽ poſſe abſoluere eos, quos ipſe excõmunicauit, per reſcriptum Alexãdri IIII. quod incipit:* Ad capiendũ vulpeculas: *quod & verum putamus: ſed id reſcriptum nondum vidimus.*

QVAESTIO XCIII.

An hæreticus pœnitens ſit condemnandus ad perpetuum carcerem.

NOnageſima tertia quæſtio eſt: Vtrum Epiſcopus & Inquiſitor taliter deprehenſum in hęretica prauitate, pœnitentem & abiurantem, ac ab eiſdẽ, vel eorum altero abſolutum, teneatur perpetuo carceri condemnare?

Reſpondemus quòd ſic; vt patet in c. Excommunicamus. 2. §. ſi qui. extra de hęret. vbi ſic dicitur: Excõmunicamus & anathematizamus vniuerſos hęreticos. & infra: Si qui autem de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur: *arguendo à contrario ſenſu. ita ergo qui ſe ipſum defert, aut priuſquam plene deprehendatur, errorem fatetur, & miſericordiam implorat, non videtur carceri perpetuo mancipandus; & hoc videtur benignius, præſcriptum etiam Inquiſitoribus Hiſpanię prima quadam inſtructione Hiſpalenſi cap.* 8. *& cap.* 11. *cum ſeq. vt teſtatur Iacobus Simancas de catho. inſtitut. tit.* 16. *nu.* 17.

Quibus caſibus quis eximitur pœnam perpetui carceris.

Verumtamẽ in duobus poſterioribus caſibus maior videtur dubitatio, & fortaſſis in illis etiam locũ habet diſpoſitio dicti c. excommunicamus 2. in §. ſi qui. quare crederem in illis duobus caſibus de ſtricta iuris ratione, redeũtes tuto damnari poſſe ad carcerem perpetuum. hoc tamen conſuetudine ſacri tribunalis generalis Romanę Inquiſitionis receptũ eſt, vt facillime, & poſt paucum tempus in eo diſpenſetur. & hęc credo magis accedere ad formam iuris cõmunis; præſertim cum nemo capiatur in hoc tribunali niſi ex vehementibus indicijs.

Vxori hæreticæ redeunti, domus mariti pro carcere aſſignatur.

Poſtremo, hoc mihi videtur ſatis æquum, vt quotiens vxor rediens ab hęreſi in carcerem perpetuum damnanda eſt, mariti domus ei pro carcere

Universidad de Deusto
Biblioteca

perpetuo consignetur, vt vnà possint commodius habitare: quamuis hoc videatur prohibere concilium Biterrense cap. 24. relatum supra in hac 3. parte super 10. modo processum fidei terminandi. §. præterea quæ de difficultate. sed in hoc consulto supremo inquisitionis Senatu putarem facile fore dispensandum. & hic potest esse quartus casus in quo pœna perpetui carceris ab hæretico redeunte euitatur: quâ uis proprie loquendo hoc casu non dicatur pœnæ remissio, sed potius in aliam commutatio.

QVAESTIO XCIII.

Hæreticus condemnatus ad perpetuum carcerem sit ne degradandus, si clericus fuerit, &c.

NOnagesima quarta quæstio est: Vtrũ Episcopus taliter deprehensum in hæretica prauitate pœnitentem & abiurantem absolutum, & per eum & Inquisitorem carceri perpetuo cõdemnatum, teneantur in antea si clericus fuerit, vel religiosus in sacris ordinibus constitutus, degradare?

Relat. supra pag. 104.

Respondemus quòd sic; iuxta cap. Quoniam Episcoporum. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Quoniam Episcoporum numerus ad degradationem clericorum à canonibus constitutus non potest de facili conuenire; concedimus, vt sacerdotem, vel alium clericum in sacris ordinibus constitutum (cum pro hæresi fuerit curiæ sæculari relinquendus, aut perpetuo immurandus) conuocatis abbatibus, aliisque prælatis & religiosis personis, ac litteratis suæ diœcesis, de quibus expedire videbitur; suus solus possit Episcopus degradare.

Carceri perpetuo addicti, si sacris sint iniciati, degradãtur.

Nec facias differentiam inter carcerem, & murum, vt videtur facere Archid. nam pro eodem sumitur in c. Excommunicamus. vltimo. & hic, & in cap. Vt commissi. ver. & illorum. & in c. Accusatus. in fine.

COMMENT. CXLIII.

Affirmate concludit in hac quæstione Eymericus, clericum ab hæresi reuertentem, si in perpetuum carcerem fuerit detrudendus prius fore degradandum. eandem sententiam professus fuit supra in hac 3. parte in decimo modo processum fidei terminandi, nu. 202. quo loco abunde hunc articulum tractauimus. adde Arnaldum Albertinum in cap. quoniam. de hæret. lib. 6. nu. 55.

QVAESTIO XCV.

An hæretico pœnitenti, præter pœnã carceris, aliqua salutaris pœnitentia imponi debeat.

NOnagesima quinta quæstio est: Vtrũ Episcoous & Inquisitor taliter deprehenso in hæretica prauitate, abiurato, absoluto ab excommenicationis sententia, degradato, & carceri perpetuo condemnato, teneantur iniungere ad huc aliam pœnitentiam salutarem?

Respondemus quòd sic; vt patet in c. Vt officium. circa princip. de hæret. lib. 6. vbi præmisso de hæreticis, credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus eorum, sequitur sic: Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem: ei iuxta formã Ecclesiæ absolutionis beneficiũ impẽdatis, & iniũgatis eidem, quod iniũgi talibus cõsueuit.

Pœnitentiæ salutares iniungendæ.

Consueuit autem iniungi eis, quòd cruces deferant ante & retro: & quòd stent in valuis ecclesiarum certis diebus Dominicis & festiuis, & q̃ crucientur pane angustiæ & aqua doloris; vt supra patuit in hac tertia parte, vbi agitur quomodo processus fidei sine debito terminentur: & agitur de sententiis ferendis contra tales.

COMMENT. CXLIIII.

VNa est et vera cõclusio in hac quæstione, videlicet hæretico redeunti præter carceris perpetui pœnam, & ceteras de quibus hic, iniungendas esse alias pœnitentias salutares. quales autem pœnitentiæ ponendæ sint, docuit auctor supra in modis processũ fidei terminãdi. sed in primis in sexto et octauo mõ.

Pœnitentiæ cur imponãtur.

Huiusmodi autem pœnitentiæ iniunguntur reuertentibus ab hæresi tum vt per eas satisfaciant debito, quod per culpam contraxerũt: tum, vt appareat, an sint vere pœnitentes, an fictæ conuersi: postremo, vt cum eas peragũt, recordentur delicti contra fidẽ commissi, & illud detestentur, ac desleant.

In pœnitentiis imponẽdis quid obseruandum.

Iam in his pœnitentijs imponendis, quid obseruandum sit, luculenter docet Zanchinus tract. de hæret. cap. 20. nam & personarum qualitas inspiciẽda est: & ratio culpæ maioris vel minoris habenda quoque est: & postremo talis pœnitentia iniungenda est, quæ verisimiliter credant iudices fidei à pœnitentibus fore peragendas, non deserendas. cap. pœnitentes. 50. distin. adde quæ diximus paulo antea super quæst. 91.

QVAESTIO XCVI.

An Episcopus & Inquisitor dispensare possint cum condemnato ad carcerem, & ad alias pœnas.

NOnagesima sexta quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor cũ tali ad carcerem perpetuum, & aliàs condemnato, postmodum valeant dispensare?

Respondemus q̃ sic, vt patet in c. Vt commissi. ver. & illorum. de hæret. lib. 6. vbi sic dicitur: & illorum, qui vestris mandatis obedientes, humiliter stant propter hæresim in carcere, vel muro recluſi, pœnam vnà cum prælatis, quorũ iurisdictioni subsunt, mitigandi, vel mutandi, cum videritis expedire: *& infra*: plenam concedimus facultatẽ.

COMMENT. CXLV.

Episcopus & Inquisitor in carcere perpetuo dispẽsant.

IN hac quæstione id solum est obseruãdum, quod Eymericus tradit, videlicet, Episcopum & Inquisitorem posse dispensare in carcere perpetuo: quod iure communi eis competit, per textum hoc loco citatum ex c. vt commissi. de hæret. lib. 6. & hodie hoc iure vtimur, excepto quòd priuatis Inquisitoribus Hispaniæ id non licet inconsulto generali Inquisitore eorum regnorum, vt indicat Simancas de catho. institut. tit. 16. nu. 20.

Iam intra quantum tempus fieri possit dispensatio super carceris perpetui pœna, hic erat dicendum, nisi copiose tradidissem supra in hac 3. parte, super quæstione 59. § postremo de commutatione.

QVAESTIO XCVII.

An Episcopus & Inquisitor procedere queant contra non perficiẽtes iniunctas pœnitentias, &c.

NOnagesima septima quæstio est: Vtrũ Episcopus & Inquisitor possint procedere contra talem ad carcerem cõdemnatum, & aliàs pœnitentiatum, tamquam contra impœnitentem, vel relapsum, si iniunctas sibi pœnitentias violauit, seu aufugit de carcere, ad quem fuerat condemnatus?

Inquisitor procedere potest contra non implentes iniunctas pœnitentias.

Respondemus quòd sic, nam non sunt functi officio suo (vt quibusdam videtur) quia tales absolutos à sententia excommunicationis carceri tradere, vt alios nõ inficiãt, & vt de culpis suis pœniteant, & vt videatur an ambulent in tenebris vel in luce, & aliis pœnitentiis onerare, non est sententiam contra eos ferre, sed pœnitentiam eis iniũgere: est enim pœnitentiæ salutaris iniunctio, & non sententiæ iudiciariæ impositio, vt patet in c. Excõmunicamus. vltimo. de hæret. quare durat & perpetuatur in talibus Episcoporum & Inquisitorũ iurisdictio. Quod patet: quia vt dicitur in c. Vt cõmissi. & dictum est supra quæst. proxima, etiam post pœnitentiam illam seu sententiam, largo nomine sententiæ, possunt mitigare & mutare pœnam, quando eis visum fuerit: possunt igitur procedere cõtra tales, huiusmodi iniunctas sibi pœnitentias violantes, & carceres fugientes: ita quòd si legitimam excusationem non probauerint, sunt vt impœnitentes hæretici condemnandi. Nam præsumitur ficta conuersio & simulata, & materia veteris erroris recondita. Ad hoc de pœnit. dist. 2. c. 1. Nam exitus acta probat. 22. q. 2. Quod autem ait. & præcedentia per sequentia comprobantur. ostendunt igitur excessum veterem placuisse. arg. 34. q. 2. c. Cum per bellicam. Et his concordat Archid. in c. Vt commissi. §. Et illorum. & ver. in carcere. & Guido Fulcodius prædictus in 13. q. de illis 15. quæstionibus, quas fecit ad Inquisitores.

COMMENT. CXLVI.

VNum est potissimum axioma, videlicet, Posse Inquisitores procedere contra non perficientes iniunctas pœnitentias, seu contra fugientes è carceribus, ad quos fuerant damnati.

Super hac quæstione tres potissimum difficultates à nobis sunt disceptandæ. Prima est: An Inquisitores habeant iurisdictionem super pœnitẽtes, postquã semel eis pœnitentias iniunxerunt, & ad gremiũ Ecclesiæ receperũt, & qualis et quãta ea iurisdictio sit.

Altera est: An fugientes è carceribus, in quos detrusi fuerant non ad custodiam, sed ad pœnitentiam peragendã, & in pœnã, sint censendi relapsi vel impœnitentes, ac velut tales curiæ sæculari sint tradendi.

Tertia & postrema est: An illi, qui non adimplent quascunque alias pœnitẽtias, quas cum reuerterentur ab hæresi, & ad gremiũ Ecclesiæ recepti fuerũt, promiserunt adimplere, sint iudicandi relapsi.

An pœnitentes remaneãt Inquisitoribus subiecti, & qualiter.

Quantum ad primam quæstionem spectat, bifariã possumus eam disputare. Primum, an pœnitentes in solis criminibus hæresis, vel hæresim sapientibus remaneant Inquisitori subiecti. Secundo, an non modo in his delictis, verum in alijs, quæ ab hæresi sunt distincta & separata, veluti homicidijs, furtis, vulneribus illatis, iniurijs factis, & alijs huiusmodi, quæ nihil cum hæresi habent commune, remaneant quoque, dum iniunctis pœnitentijs peragendis insistunt, ita Inquisitoribus subiecti, vt ab alijs iudicibus nequeant iudicari, sed etiam his casibus Inquisitores habeant super eos iurisdictionem.

Inquisitorũ iurisdictio durat contra pœnitentes violantes pœnitentias in iunctas.

Et quantum ad primam huius quæstionis partem attinet, Eymerici & vera & communis sententia est, eos qui agunt pœnitentias iniunctas ob hæresis crimen commissum, durante pœnitentiæ tempore ad iurisdictionem Inquisitorum pertinere, Inquisitoresq; procedere posse contra violantes pœnitentias, & è carceribus fugientes.

Hanc quæstionem primus (quod ego sciam) disputauit Guido Fulcodius hic ab auctore citatus, quem secutus est per omnia Archidiaconus in c. vt commissi. verbo, in carcere. de hæret. lib. 6. à quibus nusquam discedit Eymericus hoc loco. tradit etiam Zanchinus tract. de hæret. cap. 10. nu. 5. & alij.

Horum ratio potissima illa est, quam hic tradit auctor, videlicet, propterea in his durare Inquisitorum iurisdictionem: quoniam nondum videntur functi officio suo, cum impositio pœnitentialis pœnæ, non videatur sententia diffinitiua, sed potius interlocutoria. vnde cum ob id iurisdictio Inquisitoris non cesserit, non mirum si adhuc possit agere contra violantes pœnitentias.

Sententia reconciliationis diffiniti ua est potius quàm interlocutoria.

Sane superior sententia verissima est; ratio tamen fortassis vera non est. nam sententia reconciliationis magis diffinitiua est, quàm interlocutoria, cum finem causæ imponat per absolutionem & condemnationẽ. durat ergo Inquisitorum iurisdictio contra violãtes iniunctas pœnitentias: quia male sentire videntur de fide, cum non adimpleant id, ad quod se solemni iure iurando obligarunt. sed hac parte omissa, in qua non est grandis difficultas, pergamus ad reliqua.

Pœnitentes in omnibus causis Inquisitoribus remanere subiectos qui asseruerint.

In altera ergo quæstionis parte grauior & obscurior occurrit dubitatio, & Hostiẽsis in sum. tit. de foro competẽ. Augustinus Berous in c. de his. extra de accusatio. Repertorium Inquisitorum verbo, pœnitẽtia. §. nota quòd publice pœnitentes. Antonius Butrius in c 2. de foro compet. & alij nonnulli qui hos sequuntur, indistincte asserere videntur, hos publice pœnitentes, etiamsi laici sint, ob alia crimina nec puniri nec ad punitionem capi, nec ad sæcularem carcerem mitti posse, nec condemnari etiam ciuiliter per iudicem sæcularem: sed remanere in omnibus sub iurisdictione iudicis ecclesiastici, sicut & alias ecclesiasticas personas.

Huius opinionis potissimum fundamentum situm

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse communiter supradicti putant in cap. aliud. 11. q. 1. vbi nonnulli præmissis ita subdit Leo Papa: Vnde si quis pœnitens habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum, quàm forense iudicium. hæc ibi. additque ibidem mox Gratianus ita: Non ait propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet causam, tam ciuilem, quàm criminalem intelligens. hæc Gratianus.

Ex quibus nonnulli aliter videntur hanc controuersiam velle dirimere, videlicet, supradictam sentẽtiam veram esse in solemniter pœnitentibus: ita Calderinus cons. 7. tit. de iudicijs. & glo. in d. c. aliud. 11. q. 1. verbo, pœnitens. solemnis enim pœnitentia est illa, de qua habetur sermo in cap. in capite. & in cap. si. 50. dist. quæ maxime differt à publica & priuata, vt late disseruit Couarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 10. & Marianus Victorius in historia de antiquis pœnitentijs.

Pœnitentes eam in ciuilibus, quàm in criminalibus coram iudicibus laicis conuenĩdi.

Ceterum alij insignes iuris interpretes contrariã sententiam sunt secuti, tenentque hos pœnitentes indistincte conuenĩri posse apud iudicem secularem, tã quo ad criminalia, quàm quo ad ciuilia ita Innocentius in c. significatibus. de officio delegati. & Panor. in c. 2. de foro compet. Couarruuias cap. 34. practicarum quæstionum. nu. 3. & seq. Simancas de cath. instit. tit. 47. nu. 19. & seq. & Ioan. Rojas in singularibus fidei. singula. 98. incipien. Inquisitores fauore fidei. quibus omnino censeo subscribendum.

Primum, quia secundum communem iuris regulã, laici regulariter quo ad ciuilia & criminalia sub sunt iudicibus secularibus: nusquam autem in iure ciuili vel canonico ab hac regula publice pœnitentes reperiuntur excepti.

Rursus, quoniam si contraria opinio esset vera, maximum reipublicæ incommodum accederet: quoniam huiusmodi pœnitentes audaciores fierent ad delinquendum, intelligentes non fore se tam seuere puniendos per iudices ecclesiasticos, quàm per seculares. itaque iam ex suo delicto reportarent præmium, quod est absurdum & iniustum.

Postremo, quia si in his omnino subderentur Inquisitorum potestati, iam Inquisitores extra causam hæresis alia negotia, & delicta tractare cogerentur: quod est eis nominatim inhibitum. c. accusatus. §. sane, de hæret. lib. 6.

Ergo siue agant huiusmodi pœnitentes aduersus alios, siue ab alijs conueniantur in causis ciuilibus vel criminalibus, iudicibus secularibus sunt subiecti. & hoc verius est & tutius ob rationes prædictas nec putarem recte agere Inquisitores, si de his causis se intromitterent, cum prorsus à sua iurisdictione alienę videantur.

Quando possint Inquisitores in pœnitentes animaduertere.

Illud tamen non omittam, non videri absurdum, vt tunc Inquisitores in huiusmodi pœnitẽtes animaduertant, cum leuiter illi intẽr se deliquerint, vt si leuiter rixati fuerint, aut conuicia alter in alterum dixerit, aut quid simile, dum sunt in perpetuis, aut tẽporalibus carceribus patrauerint, quod nullo modo inter graues causas possit computari.

Intellectus cap. aliud. 11. q. 1.

Denique non obstat huic sententię textus in dicto c. aliud. 11. q. 1. cui plene satisfaciunt Couarruuias & Simancas præcitatis locis. & summa est, ibi aut consilium dari, non legem præscribi; aut loqui de actore, non de reo; aut (quod verius mihi videtur) pœnitẽtes illos, de quibus ibi Leo loquitur, non fuisse hæreticos Ecclesiæ reconciliatos, sed religiosos homines, qui statum pœnitentię profitebantur, qui quodammodo ecclesiastici erant: nam per manus impositionem Cilicium accipiebant, & vestitum commutabant. de quibus in concilio Agathensi cap. 15. & in concilio Aurelianensi tertio can. 16. Simancas de catho. instit. tit. 47. nu. 21. cui subscribo.

An fugiens è carcere perpetuo cẽseatur relapsus.

Sed altera quæstio nunc est declaranda, obscura quidem, anceps & valde difficilis: An scilicet is sit censendus relapsus, & velut talis tradendus curiæ sæculari, qui cum damnatus esset ad perpetuum carcerem seu monasterium ad pœnam seu pœnitentiam peragendam, inde aufugit, seu fugã tentauit, ita quod per eum non stetit quominus fugeret, sed interceptus non potuit fugere.

Et Archidiaconus, Ioannes And. Ancharanus, Dominicus & alij in c. vt commissi. de hæret. lib. 6. & Ioannes Anania in c. excommunicamus. el segundo. nu. 3. de hæret & Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 6. incipien. Non recedant. & Zanchinus tract. de hæret. cap. 10. nu. 4. vers. de eo vero. & Franciscus Squillacensis tract. de fide catho. c. 27. nu. 3. in fine, & Felynus in c. excommunicamus. 2. & nonnulli alij, qui hos sequuntur, audacter asseruerũt, hunc ita fugientem si legitimam excusationem non afferat, eo ipso hæreticum denuo censeri, eique omnẽ audientiam denegandam, quare velut relapsum relinquendum fore curię sæculari. his videtur subscribere Campegius apud Zanchinum cap. 10. vers. detrusus in carcerem. Et Eymericus quoque in hac quæstione eidem sententiæ subscribere videtur ibi: Possunt igitur procedere-

Ratio veterum interpretum.

Horum omnium Doctorum potissima ratio est, quia ex eo quod damnatus in carcerem ad pœnitentiam. fugit. præsumitur fictè conuersus, & in veteri errore perdurare: itaque cum nunquam censeatur ab hæresi, quam abiurauit, recessisse, non mirum si velut hæreticus impœnitens & relapsus seu recidiuus, vt illi loquuntur, damnari possit.

Fugiẽs è carcere perpetuo impœnitens est, non relapsus.

Verumtamen contraria sententia verior & benignior est, videlicet, Fugientes è carceribus prædicto modo impœnitentes quidem esse censendos; at nullo modo relapsos. ita Simancas & vere de catho. instit. tit. 16. nu. 25.

Nec desunt rationes. Primum, quia non est relapsus nisi qui in hæresim labitur: at qui fugit è carcere, nullam hæresim fuga committit. Rursus, iudices neminem fingere debent relapsum, quem lex nominatim relapsum non dicit. manifestum est autem fugã à legibus non poni inter culpas, in quas qui incidũt, relapsi iudicantur. c. accusatus. de hæret. lib. 6.

Fugiẽs è carcere perpetuo perẽs misericordiam recipiendus.

Itaque quandiu in fuga is fuerit, qui è carcere exiuit, & iniunctę pœnitentię non satisfecerit, condemnari poterit tamquam impœnitens: si vero vel ipse sponte redierit, vel comprehensus fuerit, & paratus sit Ecclesiæ satisfacere, etiamsi commodam excusationem cur aufugerit non afferat, ad gremium Ecclesiæ recipiendus erit: sed maiori pœna tũc coercendus est propter fugam.

Atque hanc sententiam verissimam esse putamus,

cum fugitiuus nihil aliud commisit præter fugam: nam si fugam præcederent, comitarentur, aut subsequerentur signa & vestigia aut prioris aut alterius erroris, licet alias non sufficerent ad conuincendum aliquem de relapsu, ea tunc fugæ coniuncta fortassis sufficerent ad damnandum fugitiuum velut relapsum, quo casu prior sententia posset habere locũ: quamquam multum hoc esset considerandum, & tutius est ob nulla indicia, aut coniecturas, aut culpas quemquam esse iudicandum relapsum, quæ à iure nõ sint approbata, & indicata sufficientia ad conuincendum aliquem de relapsu.

Non adimplẽs iniunctas pœnitentias, an sint relapsi.

Sed veniamus iam ad tertiam difficultatem insti tutã de illis, qui non adimplent alias quascunq; pœnitentias iniunctas ab Inquisitoribus, an vt relapsi deheant iudicari: & Matthæus, quem refert Ioannes de Imola in clemen. 3. de hæret. verbo propagine. & Federicus de Senis cons. 157. incipiente. Alexãder Episcopus, quos sequitur Nicolaus Arelatanus tract. de hæret. notabili 30. incipien. Inter cetera. quibus videtur subscribere Campegius ad Zanchinum cap. 10. vers. detrusus in carcerem. tenent hos tales non adimplentes iniunctas pœnitentias pro relapsis in hæresim habendos esse, ac velut tales puniendos.

Sed Calderinus in c. litteras. de præsumptio. vt refert Squillacensis tract. de fide catho. cap. 19. & Repertorium Inquisitorum, verbo, pœnitentia. §. sed posset quæri. in hac quæstione ita distinguebat: Quando que imponitur pœnitentia, quę directe est contra hæresim, vt detestari hæresim, & prædicare contra ipsam: item quòd non conuersetur cum hæreticis, & similia; quo casu, si non obseruet tale mandatum, velut hæreticus iudicabitur: Quandoque vero imponitur pœnitentia, quę non est contraria directe hæresi, vt ieiunare, peregrinari, & similia; & hanc si quis non adimpleat, non iudicatur relapsus. atque ita fuisse consultum in facto contingenti commemorat Calderinus præcitato loco.

Qui recusãt adimplere pœnitentias, vt impœnitẽtes iudicentur.

Ceterum in hac causa libet apertius loqui, & vt præcedentibus consentanea tradamus, & ne à legum placitis discedamus, ita videtur dicendum: Qui iniunctas pœnitentias non solũ non adimpleuerunt, sed & animo obdurato adimplere recusant, velut impœnitentes sunt iudicandi; & nisi resipiscant, vt impœnitentes sunt tradẽdi curię seculari. idem sentias de illis, qui pro hæresibus probatis renuunt pœnitẽtias recipere, arg. textus in c. excommunicamus. el 1. §. qui autem. & c. ad abolendam. §. præsenti. vers. Et errorẽ suum ad arbitrium Episcopi. extra de hæret.

Qualiter peccent nõ ad implẽdo, & qualiter contrarium faciendo.

Quòd si post iniunctas & receptas pœnitentias, eas non adimpleant; plurimum refert videre, an solũ peccent non adimplendo, an non modo non adimplendo, sed etiam contrarium faciendo, & committendo aliquod malum opus: si solum peccent non adimplendo, hoc est, omittendo facere quod facere promiserũt; vt verbi gratia, promiserunt orare, ieiunare, visitare Ecclesias & similia, & non orant, non ieiunant, nõ visitant Ecclesias, aut similia; & tunc nullo modo videntur relapsi, quia nihil committunt ex quo possint relapsi iudicari: & propterea impœnitentes iudicabuntur, & velut tales punientur, nisi resipiscant, & consentiant congrue satisfacere ad arbitrium Episcopi & Inquisitoris, vt ait textus in dicto c. ad abolendam. §. præsenti. de hæret. Quòd si resipuerint, tũc additis pœnitentijs grauioribus coercebuntur, & admittentur. & hac consuetudine vtimur.

Et hęc intellige quando nulla legitima causa impediti à pœnitentia desistunt: secus enim censendum esset si iustam causam habeant, vt si ægrotent, aut alio iusto impedimento prohibeantur. Zanchinus tract. de hæret. cap. 20. nume. 6. tunc enim non modo non essent impœnitentes, sed nec peccarent quidem omittendo. verum hoc casu melius facient consulere Inquisitores, vt omnem mali suspicionẽ excludant. de quorum consilio & facultate ad tempus desistere possint ab agenda iniuncta pœnitentia.

Qualiter quis censeatur relapsus committendo.

Quòd si non modo omittendo, sed etiam committendo, & aliquid mali patrando desistant ab iniunctis pœnitentijs agendis; tunc distinguendum etiam censeo: nam si eas culpas committant, in quas qui incidunt, à iure putantur relapsi, vt receptare hæreticos; deducere, visitare, associare, dona vel munera eis donare, vel mittere. seu fauorem eis impendere, qui excusari non possit: tunc tales non modo impœnitentes, sed etiam relapsi iudicabuntur. cap. accusatus. §. ille quoque. de hæreticis lib. 6. nam hoc casu ius præsumit delinquentes hæc facere ex consequentia erroris à se prius approbati. & in hoc casu nulla videtur dubitatio.

Qualiter quis cõmittendo non censeatur relapsus.

Sin autem alia mala committant, ad quæ vitanda nullo modo se obligarunt, nec hæretica sunt, nec hæresim sapientia licet alias sint prohibita: tunc nullo modo putabuntur impœnitentes, nec relapsi, vt si homĩnem interficiant, si adulterium committant, si iniuriã aliàs quacunque ratione inferant, & his similia.

Si vero obligarunt se specialiter ad ea non committenda, & committant: vt si promiserunt nõ exercere vsuras, postquam abiurassent hæresim, quę dicit, exercere vsuram non esse peccatum, aut his similia. tunc quamuis relapsus ex his factis videri possit. argumento: c. accusatus. §. ille quoque. de hæret. lib. 6. quoniam tamen nominatim à iure non est sancitum, vt ex his culpis quis relapsus censeatur, tutius videtur ne talis velut relapsus puniatur: sed hoc casu adhibitis legitime tormentis interrogandus est de credulitate, & tunc velut relapsus poterit damnari, si errorem in mente habere deprehendatur, aliàs vt deficiens in pœnitentia sibi iniuncta est puniendus, et recipiendus si velit congrue satisfacere, & perficere iniuncta mandata & iniungenda: & ita videtur posse colligi ex concilio Narbonensi cap. 10. & seq. quod alibi retuli.

Hæc volui paulo fusius declarare: quoniam à nostris vsque adeo traduntur obscure, vt vix intelligas, aut quid sibi velint, aut in quo dubitationis articulo versentur.

Qui generaliter se obligant ad non faciendum contra abiurata, si contra faciãt, an censendi relapsi.

Sed occasione prædictorum occurrit hic non contemnenda difficultas: quoniam in forma abiurationis eorum qui ab hæresi reuertuntur, vt docuit Eymericus 3. par. in 8. modo terminandi processum fidei nu. 191. quod & vniuersali sacri officij consuetudine vbique receptum est, sequens clausula cõtinetur: Quòd si contra prædicta iurata vel abiurata, seu eorum aliquod (quod Deus auertat) fecero in futurũ, haberi volo protinus pro relapso, ac pœnis relapsis de iure debitis me nũc pro tũc obligo, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

adstringo,quatenus illis plectar, si & quando pro batum extiterit legitime in iudicio,seu me confes sum,contra nunc iurata & abiurata, aliqua com misisse.*hæc ibi. videtur ergo quòd ratione huius ob ligationis iudicialiter & legitime præstitæ possit abiurans puniri tanquam relapsus committendo quic quam contrarium his,quæ abiurauit, vel his ad quæ se obligauit iuramento,quorum vnum est adimplere pœnitentiam sibi iniunctam,vel iniungendam, nec in aliquo contrauenire.*

Obligatio & promissio abiurantis non extenditur extra iuris dispositionem.

Et quamuis prima fronte hęc vrgere videantur; non tamen recedendum est à prefata doctrina. prędicta enim ubiurantis promissio & obligatio secũdum iuris regulas fieri intelligitur, nec potest amplius operari,quàm ius ipsum permittat:quoniam in actibus legitimis,quos quis transigit,vnusquisque censetur se cum legibus conformare.l. si duo.ff.de acquir. vel omitten.hereditl.nemo potest.ff.de legatis 1.cũ ibi traditis per Doctores. Rursus, nemo est dominus vitę suæ, neque membrorum suorum, nisi quatenus leges permittunt.l.liber homo.ff.ad legem Aquiliã. denique nullus cẽsetur plus contra se statuere,quàm iure permittitur:quia hoc repugnaret legi naturali. cum itaque à iure sanciti sint casus,quibus in pœnam relapsus incurratur.cap.accusatus. de hæret. lib. 6. ad hos tantum referenda erit abiurantis illa generalis obligatio,& promissio,ne pręter iura & leges aliquid durum in se statuat: quod nec fieri iuste potest nec debet.

Si ergo in alios casus incidat, quantumuis contra promissionem & obligationem venire videatur, non tamen est relapsus cẽsendus:quoniam alij casus præter definitos à iure, de stricta iuris ratione relapsum non faciunt. atque ex his credo breuiter esse huic difficultati satisfactum.

DE IMPÆNITENTIbus & relapsis.

QVAESTIO XCVIII.

An hæreticus impœnitens continuo tradendus sit brachio sæculari.

NOnagesima octaua quæstio est: Vtrũ Episcopus & Inquisitor deprehensum in hæretica prauitate & impœnitentem,debeant continuo tradere brachio sæculari vltimo supplicio feriendum?

Relat. supra pag. 97.

Respondemus quòd sic;vt habetur in cap. Ad abolendam. §. præsenti. extra de hæret. vbi dicitur sic: Præsenti nihilominus ordinatione sancimus, vt quicunque manifeste fuerint in hæresi deprehensi,si clericus est,vel cuiuslibet religionis obũbratione fuscatus,totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur;& sic omni officio & beneficio spoliatus ecclesiastico; sæcularis relinquatur arbitrio potestatis, animaduersione debita puniẽdus: nisi continuo post deprehensionem erroris,ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrere, & errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publice cõsenserit abiurare,& satisfactionem congruã exhibere. Laicus autem, nisi (prout dictum est) abiurata hæresi, & satisfactione exhibita, confestim ad fidem confugerit orthodoxam, sęcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus, pro qualitate facinoris vltionem.

Verba, continuo & confestim, late sumenda.

Nec intelligas ista verba sic grammaticaliter, vbi dicitur,*continuo,& confestim*,quod immediate eadem die & hora, qua deprehẽsus in hęresim, negauerit se velle abiurare, tradatur curię sęculari;nam hæc verba,*continuo,& confestim*,in iure nõ ita stricte sicut in grammatica assumuntur;immo possunt & debent detineri etiam per mensem & menses;& induci per se & per alios, vt ad vnitatẽ Ecclesiæ reuertantur.

COMMENT. CXLVII.

*DE materia huius quæstionis supra disseruimus parte 2. super cap. Ad abolendam. de hæret. rectissime vero concludit hic Eymericus hęc aduersa,*continuo,& confestim, *nõ significare adeo breuem temporis moram,quin cõpetentes induciæ ad cõuertendos hæreticos concedi possint ac debeant.*

Interim videto Paulum Grillandum tract. de hęret.quæst. 5. Simancã de catho.instit.tit.47. de pœnitẽtibus & conuersis.nu.41.& multis sequentibus,& Menochium de arbitrarijs iudicum centuria 4. casu 373.& alios,quos præcitato loco adduxi.

Iam qualiter agendum sit cum hæreticis impœnitentibus priusquam curię sęculari tradantur seu relinquantur,copiosè docet Eymericus supra in hac 3. parte in decimo modo processum fidei terminandi.

QVAESTIO XCIX.

An hæreticus pœnitens & relapsus brachio sęculari tradendus sit,&c.

NOnagesima nona quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor deprehensum in hęretica prauitate pœnitentem, sed relapsum, debeant tradere brachio sęculari animaduersione debita puniendum?

Respondemus quòd sic;vt patet in c. Ad abolendam.§.illos.extra de hæret.vbi dicitur sic:Illos quoque, qui post abiurationem erroris, vel postquam se(vt diximus)proprij antistitis examinatione purgauerint,deprehensi fuerint in abiurata hæresim recidisse, sæculari iudicio, sine vlla penitus audientia,decernimus relinquendos.

COMMENT. CXLVIII.

Cur relapsos Ecclesia nõ recipiat.

QVæ ad tractationem & cognitionem relapsorum spectant,copiosè tradidit Eymericus supra parte 2. quæst. vlt. vbi diximus, & citauimus eos,qui de relapsis in hac causa copiosè disserunt.

De praxi autem in relapsis curiæ sæculari tradẽdis,agit abunde auctor in nono modo processum fidei terminandi,& Campegius ad Zanch.cap.16.

Quæsitum est, cur relapsos Ecclesiæ misericordia non recipiat (nam hæc sola dubitatio in hac causa remanet declaranda & multis rationibus salubriter id statutũ videri potest, sed præcipua est:quoniã qui secundo labitur,nõ præsumitur prius vere cõuersus: vnde in concilio Narbonensi cap. 11. ita scriptum est: Et illos qui post abiurationem erroris seu purgationem deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse,sæculari iudicio sine vlla penitus audientia relinquatis animaduersione debita puniendos,cum sufficiat tales per falsam conuersionem semel Ecclesiam decepisse.*hęc ibi.*

Actus geminatus gemina vim habet.

Huc spectat præsumptio illa de geminatis actibus prauis,quæ etiam extra hoc crimen in multis causis singulares parit effectus: nam, vt verbi gratia,vnũ proferam exemplum,si aliquo statuto caueri contingat,vt qui delictum aliquod committit, pœna pecuniaria multetur, & accusatus conuincatur aliàs idem delictum commisisse, pœna mortis afficiendũ tradunt Bartolus, Baldus, Angelus, Ioannes Platea, & alij in l. 1. C. de super exactionib.lib.10. quos refert & sequitur multa in eandem sententiã commemorans Marsilius singulari 378.incipien. Geminatio actus.

Ad hæc,cõsuetudine delinquendi pœna augetur. Ioannes Platea præcitato loco. facit textus in l.facultas.C.de iure fisci.& l.3.C.de Episco.audient.

*Postremo,quoniam remissionem veniæ crimina, nisi semel commissa non habent, vt dicit textus in dicta l.3.C. de Episco. audien. de quo vide glossam in extrauagan.Ioannis XXII. tit. de sent.excom.in verbo,*secundo.

Hęc ergo cum ita se habeant, non mirum si Ecclesia relapsos velut inutiles,& semper infectos, & in criminibus cõceptis perseuerãtes à se iudicet merito expellendos,& iudicibus secularibus relinquendos.

Illa quoque quæstio hic declarari poterat: An relapsus pœnitens,qui se ipsum defert & accusat corã iudicibus fidei,misericordia dignus sit,& admitti debeat:sed eam copiosè explicuimus supra in hac 3. parte,tit.de sermone generali habendo,nu. 56. §.sed quid si relapsus.

QVAESTIO C.

An ecclesiastica sacramenta neganda sint relapso pœnitenti, &c.

Relat. supra pag. 105.

ENtesima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor relapso pœnitenti tradendo curiæ sæculari, possint denegare,si petat humiliter ecclesiastica sacramenta?

Respondemus quòd nõ Pœnitentiæ & Eucharistiæ sacramenta,vt patet in c.Super eo.de hæret. lib.6.vbi dicitur sic:Super eo, quod scriptum legitur: Ecclesia nulli claudit gremium redeunti: quodq; ij, qui post abiurationem erroris,vel post quam se proprij antistitis examinatione purgauerint, si deprehensi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sæculari decernuntur iudicio, sine vlla penitus audientia relinquendi: cum scripturæ huiusmodi videantur sibi inuicem aduersari, quid tenendum sit,per sedem edoceri Apostolicã postulastis. Nos itaq; inquisitioni vestræ de Fratrũ nostrorum consilio respondemus,q̃ taliter deprehẽsis,etiamsi (vt dictũ est)sine vlla penitus audiẽtia relinquẽdi sint iudicio sęculari: si tñ postmodũ peniteant,& pœnitẽtię signa in eis apparuerint manifesta, nequaquã sunt humiliter petita sacramenta Pœnitentiæ ac Eucharistiæ deneganda.

Relapso pœnitenti quæ sacramenta concedãtur.

COMMENT. CXLIX.

HAereticis relapsis vita corporalis denegatur, vt superiori quęstione dictum est, spiritualis tamen conceditur, quam accipiunt virtute duorum sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ.

Relapsis conuersis quæ sacramenta tribuantur.

Verumtamen vt relapsis hęc tanta sacramentorũ munera tribuãtur, magna cõuersionis & veræ cõtritionis signa appareãt oportet, ne sacramẽtis ipsis fiat iniuria, si hoc ibus pollutis indiscrete conferãtur.

Propterea autem manifesta conuersionis signa postulat summus Pontifex in relapsis, ad hoc vt sacramenta Pœnitentiæ & Eucharistiæ illis tribuantur: quoniam,vt paulo antea dicebamus, is qui bis labitur,non facile præsumitur vere conuerti.

Morte plectẽdis non datur sacramẽtum extremæ vnctionis.

Non tamen est dandum vltimo supplicio afficiendis (vt parum vere quidam olim putabant) sacramentum Extremę vnctionis: quoniam id sacramentum infirmorum est. B. Thomas in 4. sent. dist. 23. q. 2. art. 2. esti; communis Theologorum sententia. Repertoriũ Inquisitorũ verbo. sacramentũ. §. superius. Simancas de catho.instit.tit.57.nu.16.& alij.

Postremo,de materia huius quæstionis videndus est idem Eymericus 3.par. in nono modo processum fidei terminandi. & Doctores communiter in c. Super eo.de hæret.lib.6.

QVAESTIO CI.

De modo tradendi hæreticum impœnitẽtẽ,vel relapsum curię sęculari.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus pœnitens vel relapsus, si præsens sit, è foro ecclesiastico eijcitur iudice sæculari præsente.*
2 *Curia sæcularis reiectum in suam potestatem accipit.*
3 *Si vero sit absens,fit per sententiam talis eiectio.*
4 *Et iudex sæcularis, si quando illum habere poterit,officio suo fungetur.*

ENtesima prima quęstio est:Vtrum Episcopus & Inquisitor impœnitentes & relapsos debeant tradere manualiter,& realiter curiæ sæculari, seu qualiter fit traditio huiusmodi facienda?

1 Respondemus, quòd relapsus prędictus, seu hęreticus impœnitens,vel est præsens, vel est absens:si est præsens, tunc Episcopus & Inquisitor præsente potestate curię sęcularis, vt habetur in c.Excommunicamus 1.in princip.& c. Excommunicamus 2. extra de hęret. declarabunt eum relapsum, vel impœnitentem esse, expellendo eũ de foro ecclesiastico,& relinquẽdo eum brachio sęculari,& foro curię sęcularis.

2 Et tunc curia sęcularis,quę ibi est,ipsum recipit vt relictum eius foro & brachio: & hoc est præsentẽ tradere seu relinquere brachio sęculari;

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt patet in c. Nouimus. de verb. signi.

3 Si autem talis relapsus vel impænitens absens est, quia fugitiuus, vel non potest haberi quamuis congruo tempore expectatus, & seruatis seruandis; tunc Episcopus & Inquisitor præsente potestate curiæ sæcularis, non realiter, quia non est ibi, sed sententialiter relinquunt eum brachio sæculari, hoc est declarando eum hæreticum impæniten tem, seu relapsum, & expellendo eum sententialiter de foro ecclesiastico, & relinquendo etiã sententialiter brachio sæculari.

4 Et quandocunque curia sęcularis eum habere poterit, in eum vt de foro suo existentem, exercebit pro qualitate facinoris, vltionem, vt dicitur in cap. Ad abolendam. §. præsenti. extra de hæret.

Hoc expressius habetur supra hac parte tertia, vbi agitur quando processus fidei fine debito terminentur, & patebit infra quæst. proxima.

COMMENT. CL.

Materia huius quæstionis praxim respicit, quam copiose docuit Eymericus supra in hac 3. parte, in 9. 10. & 11. modo processum fidei terminandi. vbi declaraumus eas difficultates, quas breuiter hoc loco indicat auctor.

Iam de relapsis abunde egimus supra parte 2. quæst. 58.

QVAESTIO CII.

De intercessione facienda pro eo, qui relinquitur curiæ sæculari.

Entesima secunda quæstio est: Quę & qualis, & quibus verbis sit facienda deprecatio seu intercessio per Inquisitorem curiæ sęculari, cum ei Episcopus & ipse relinquunt seu tradunt impœnitentem hæreticum seu relapsum?

Relat. supra pag 124.

Respondemus, quòd hoc patet in c. Nouimus. extra de verb. sign. vbi dicitur sic: Nouimus expedire, vt verbum illud quod in antiquis canonibus, & in nostro decreto contra falsarios edito cõtinetur: videlicet, vt clericus per ecclesiasticum iudicem degradatus, sæculari tradatur curiæ puniendus: apertius exponamus. Cum enim quidam antecessorum nostrorum super hoc consulti diuersa responderint, & quorundã sit opinio à pluribus approbata, vt clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue non solũ damnabile, sed dã nosum, fuerit degradatus, tã quã exutus priuilegio clericali, sęculari foro per consequentiam applicetur, cũ ab ecclesiastico foro fuerit proiectus: eius est degradatio celebranda sæculari potestate præsente, ad pronuntiandum eidem cum fuerit celebrata, vt in suum forum recipiat degradatum. Et sic intelligitur tradi curiæ sęculari: pro quo tamẽ debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum, circa eum sententiam moderetur.

De his expresius habetur supra parte ista tertia, vbi agitur quomodo processus fidei fine debito terminentur, & impœnitens & relapsus quomodo & qualiter tradentur curiæ sæculari.

A COMMENT. CLI.

Cum Inquisitores tradunt, vel relinquunt aliquem curiæ sæculari, pro eo intercedunt apud sæcularem magistratum, vt se cum illo misericorditer gerat, & hac consuetudine vtimur: cur id & qualiter fiat, copiose diximus supra parte 2. super c. nouimus. de ver. sign. quo Eymericus vtitur in hac quæstione. praxim autẽ docuit supra in hac 3. parte in 9. 10. & 11. & 12. modo processum fidei terminandi.

DE PÆNITENTIIS pecuniarijs imponendis.

ß QVAESTIO CIII.

An Inquisitor possit iniungere pœnas pecuniarias.

Entesima tertia quæstio est: Vtrum Inquisitor possit imponere pœnitentias pecuniarias salutares sine incursu pœnæ contentæ in c. Nolentes. de hæret. in Clemen.

Respondemus quòd sic, pro executione officij applicandas, seu in pios vsus alios conuertendas: vnde sicut potest imponere peregrinationes, orationes, abstinentias, sic & eleemosynas seu pœnitentias pecuniarias pro officio exequendo, vel aliàs ad pios vsus conferendas.

C Inquisitor imponere potest pœnas pecuniarias.

Nec hoc est contra c. Nolentes. alleg. vbi fertur excommunicationis sententia contra Inquisitorem, prętextu officij modis illicitis pecunias extorquendo. vnde Ioan. And. in dicto c. Nolentes. & super ver. illicitis dicit sic: *Illicitis*: Pœnas pecuniarias applicandas officio, non prohibetur imponi & exigi, sed illicitas exactiones fieri. ff. de offic. præsi. l. Illicitas. in prin. & de simo. In tantum. & c. Audiuimus. & c. seq.

D

Item Paulus super eod. verbo dicit sic: *Illicita*: ergo licitas concedit. de hoc ff. de offi. præti. l. Illicitas. de simo. c. In tantum. & c. Audiuimus.

Item Zenzelinus super eodem dicit sic: *Illicitis*: ergo modos licitos non excludit, de quibus supra de offi. ord. c. Dilectus. de pœnis. c. Licet.

Dominus[a] Guido Fulcodius prædictus, post Papa Clemens iiij. in 3. quæst. de illis 15. quas fecit ad Inquisitores, qua quęrit, vnde possit eis prouideri, in fi. dicit sic: Consulerem tamen, quòd ab his, quibus iniungitur pœnitentia dandæ pecuniæ in aliquos vsus pios, reciperetur ad istud: honestè tñ & sine scãdalo laicorũ pp tenacitatẽ prælatorũ.

E

COMMENT. CLII.

In hac quæstione Eymericus nouam exorditur tractationẽ de pœnitẽtijs pecuniarijs imponendis.

Est autem extra controuersiã quod ipse docet hac quæstione: nam quòd Inquisitor possit imponere pœnitentias pecuniarias non modo admittunt veteres hoc loco ab auctore citati, verum & ceteri vno ore, Zanchinus tractat. de hæret. c. 16. nu. 9. idem copiosius c. 19. & 20. Repertorium Inquisitorum verbo, sententia. §. itẽ circa formam. & verbo, extorquere. §. 1.

Inquisitores pœnitentias pecuniarias iniũgere possunt.

§. 1. Gordissaluus tract. de hæret. q. 8. nu. 6. Carrerius de hæret. nu. 79. vers. item prohibentur pœnas pecuniarias. & alij ab his citati, ex quibus omnibus in hac causa sequentia colligenda videntur.

Et eas applicare officio sanctę Inquisitionis.

Primum, non modo Inquisitores possunt imponere pœnas pecuniarias applicandas vsibus pijs, vt ad ædificandas Ecclesias, ad alendos pauperes, ad dotandas inopes virgines, quarum pudicitia periclitatur, & similia; verum etiam applicãdas officio sanctæ Inquisitionis: nam nulla ferme causa magis pia est in republica, quàm causa inquisitionis, cuius singulari beneficio hæreses extirpantur; & illa est summa ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de religio. & sumpt. funerum.

Etiamsi non immineat extrema necessitas.

Tametsi vero Carrerius tract. de hæret. num. 79. scripserit, non aliàs esse pœnas pecuniarias sacro inquisitionis officio applicandas, quàm si necessitas id fieri exigat: non tamen est putandum extremam necessitatem esse expectandam, sed quæcunq; præsens, vel etiam futura sufficit: nam opportunum est, & fidei catholicæ valde expedit, inquisitionis officium pecunijs abundare, vt quotiens oportuerit absque in commodo Crucesignatorum seu familiarium, hæreticorum fiat inquisitio, captura, deductio, & punitio.

Pœnæ pecuniariæ, quando imponi possint.

Pœna vero seu mulcta pecuniaria tunc imponenda est, quando delati ad gremium Ecclesiæ reuertuntur; non autem cum sunt pertinaces vel relapsi, quia tunc eorum bona confiscata sunt. Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nu. 1. & 2. Carrerius de hæret. nu. 79. His adde, quòd pœna pecuniaria ad emendationem & correctionem imponitur, quę non speratur in pertinacibus & relapsis, cum absque misericordia tradantur curię sęculari.

Quibus iniungendæ pœnę pecuniariæ.

Sed non erit pręter rem summatim ostendere quãdo & quibus hęc pecuniaria mulcta imponi possit. Primum ergo suspectis de hęresi imponi possunt eę mulctę pecuniarię arbitrio Inquisitorum: Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nu. 2. & Simancas de catho. instit. tit. 46. num. 76. in quo quis modus debeat obseruari paulopost indicabo.

D

Rursus, Inquisitores pro arbitrio suo pœnam pecuniariam indicunt illis, qui proferunt verba hæretica aut ludendo, aut ex ira, aut ex fatua simplicitate, & ignorantia; quę tamen omnino excusationem non habet. ita Gondissaluus tract. de hæret. q. 8. nu. 6. dixi supra in hac 3. parte, tit. de forma examinationis testium, nu. 72. §. sed qua pœna.

Item imponuntur eę pœnę pecuniarię reis diuitibus & cupidis seu auaris redeuntibus: nam hi vehementer dolere solent in pecunia soluenda: & cum pœna ea sit infligenda, quæ magis timetur, ideo saluberiter poterit talibus hęc mulcta indici. Zanchinus de hæret. c. 19. nu. 3.

Clericis redeuntibus, an possit indici pœna pecuniaria.

E *De clericis redeuntibus quęsitum est, an pœnæ pecuniarię illis possint indici: & quamuis quibusdam videatur id fieri non posse, ne bona ecclesiarum quibus seruiunt ob eorum delicta diminuantur. clem. 2. de hæret. verius tamen est imponi posse: quod est extra controuersiam, si proprium habeant patrimoniũ. Zanchinus tract. de hæret. c. 19. nu. 5. Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 134. immo amplius videtur quòd possint in pecunia puniri, quamuis non habeant patrimonium; si tamen fructus beneficiorũ*

A *in suos vsus conuertant, vt disserui infra super quæstion. 112.*

Addit Repertorium Inquisitorum in hac causa de imponendis pœnis pecuniarijs, verbo, sententia. §. item circa. sæpe solere contingere, vt cui imponitur pœna pecuniaria, eam soluere non possit: ideoque caute facturum Inquisitorem, si hoc casu bimembrem formet sententiam hoc modo: Condemno te in tanta pecunia, & nisi solueris intra tantum tempus, talem pœnam corporalem subeas. *Quod multis rationibus non probo. Primum, quia antequam quis cõdemnetur in pecunia, videndum est, an eam soluere possit. Rursus, quoniam talis sententiæ conceptio nõ*

Opinio Repertorij Inquisitorum reiecta.

B *careret auaritię suspicione. ista ergo licet in alijs tribunalibus fiant, in hoc integerrimo sacrę Inquisitionis officio nullo pacto sunt admittenda; quod in primis obseruandum est cum clericis, qui vbi pecuniariam pœnam soluere non possunt, in corpore coercendi non sunt, vt optime docet Bernardinus Diaz in pract. crimi. cano. c. 134. in fine. cum ergo ob inopiã, quis soluere tales pœnas non potest, alijs salutaribus pœnitentijs omnino plectatur.*

Vnde habeatur facultas imponendę pœnę pecuniariæ.

Hanc autem facultatem imponendæ mulctæ pecuniariæ habent Inquisitores per rescriptum Alexan. IIII. quod incipit: Super extirpatione. *quod curauimus imprimendum inter litteras Apostolicas, quo*

C *cauetur vt huiusmodi pecunia asseruetur, & quotiens opus fuerit, erogetur ad prosequendum officiũ inquisitionis contra hæreticos.*

Cautę imponendæ sunt pœnæ pecuniariæ.

Hoc postremo admonebo, ne Inquisitores in huiusmodi pœnis pecuniarijs imponendis modum excedant, sed peccati qualitatem, & personarum conditionem plurimum animaduertere oportet, atque id in primis ante oculos habendum est, ne quis fidei iudices auaritię possit insimulare: est in omnibus iudicibus vehementer reprehendenda auaritia, & euitãda etiam ab omnibus auaritię & cupiditatis suspicio: sed in Inquisitoribus hoc magis est euitandum, quos integerrimos esse oportet, & omni mali suspicione carentes. quam ob rem prudentissime sunt huiusmodi pœnitentiæ pecuniariæ iniungendę: quod ex Guidone Fulcodio indicat Eymericus in fine huius quæstionis, quod explicui copiosius supra in hac 3. parte, tit. de forma absoluendi prędictos. nu. 18. §. at quamuis hoc possint.

a ¶ Et dominus Guido Fulcodius.] *Huius Guidonis verba ex puetusto illo codice Bibliothecę Vaticanę ita habent:* Verum quia Prelatorum tenaces sunt manus, & marsupia cõstipata, consulerẽ, ꝙ ab illis, quibus iniungitur pœnitentia dandę pecuniæ in aliquos vsus pios, acciperetur ad istud, honeste tamen & sine scandalo laicorum. *hęc ille.*

E QVAESTIO CIIII.

An Inquisitor exigere possit ab inquisitis expensas.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor, cui desunt stipendia sufficientia, petere potest expensas.*

2 *Episcopi autem, cum sint ordinarij, non debent eas exigere.*

3 Xenia

Universidad de Deusto
Biblioteca

3 *Xenia moderata sponte data possunt accipi.*
4 *Iudex delegatus moderatas expensas poscere potest.*

Entesima quarta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit expensas exigere ab his, contra quos procedit, ac eos in expensas sententialiter condemnare?

1 Respondemus quòd sic; vbi stipendia non habeat sufficientia ad suum officium exequendum, vt communiter est: Nemo enim cogitur suis stipendijs militare. 1. Corinth. 9. Sunt enim Inquisitores iudices delegati, qui possunt petere expensas, vt dicit Raymundus in summa, parte 2. de iudicibus, qui dicit sic:

2 Nũquid iudices possunt aliquid recipere à partibus? Ad hoc dico, ꝙ ordinarij iudices nõ debẽt recipere expensas, seu petere, cũ propter iustitiã tenendã, suas habeant dignitates & redditus assignatos: ad istos enim extenditur verbum Ioannis Baptistæ: Neminem concutiatis, neque calumniã faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris: vbi glossant Ambrosius & Augustinus; Ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. dist. 86. c. Non satis. 23. q. 1. c. Militare.

3 Moderata autem xenia sponte oblata potest recipere. dist. 18. De eulogijs. de offi. proconsl. Solent. vbi dicitur: A nemine accipere, inhumanum est: sed passim, vilissimum: & omnia, auarissimũ. Non tamen credo, ꝙ à litigatoribus debeant recipere etiã sponte oblata, propter suspicionem vitãdam, nisi consideratis circunstantijs, quas dixi supra lib. 1. tit. de sim. q. prox. Vtrum in aliquibus.

4 Iudex vero delegatus potest petere expensas moderatas, & non vltra. glo. dicit, quando pauper est ille, & quãdo oportet eum longe equitare pro examinatione † causæ: extra de vita & honest. cle. Cum ab omni. 12. q. 2. Charitatem. Nemo enim cogitur suis stipendijs militare. 1. ad Corint. 9. & inde videtur, quòd si non est sufficiens, potest petere aliqua nomina assessorum: dum tamen nullã partem inde recipiat, nec faciat aliquid in fraudẽ: & sic intelligo finem illius c. Cum ab omni. Hęc Raymundus.

† Al. Executione.

Et Bened. xi. in extrauag. Ex eo. videtur idem supponere & sentire in §. verum. vbi dicit sic: Verum, quia nonnulli diœcesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ propter expensas, quas dum inquirunt in sæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iurt absonum, cum ordinarij sint, & cetera.

COMMENT. CLIII.

Materia huius quæstionis frequens est, & cognitu necessaria. habet autem potissimum tres conclusiones, quas colligas ex summario.

Quantum ad primam conclusionem spectat, quòd videlicet Inquisitores possint expensas exigere, vbi non habent stipendia sufficientia, de ea agit plenissime Campegius apud Zanchinum cap. 19. vers. consequenter nunc peti potest. vbi post multa concludit,

A *Inquisitores non modo expensas, verumetiam sportulas seu salarium accipere posse.*

Impensæ de bonis reorũ qui capiuntur, fiant.

De impensis quæ dum in reos inquiritur, fiunt, nõ est magna dubitatio: certum est enim reos ipsos ad hæc teneri, ne ex suo delicto commodum, aut immunitatem consequantur. itaque si ex longinquo capti deducantur, ductoribus & custodibus plusquam manifestum est eos satisfacere oportere, & de bonis reorum id esse accipiendum, quod ad has impensas faciendas sit necessarium: quod ipsum intelligas de alimentis & cibarijs præstitis, dum carceribus clausi tenentur, donec causa eorum fuerit expedita.

B *In his quis ordo debeat obseruari minutissime prę scripsit Inquisitoribus Hispaniæ Madriliana instructio anni Domini M D L X I. cap. 9. in hęc ferme verba:* Sumentur ex bonis sequestratis ipsius delinquentis pecuniæ, quæ videbuntur necessariæ ad deducendum reum vsque ad carceres: & amplius sex vel octo aurei ad alendum reum. nec in expẽsis plus reo cõputandñ est, quàm fuerit ei necessarium, & iumentis quæ ipsum reum, & lectum in quo dormiat, deferunt. quòd si in bonis sequestratis pecuniæ numeratę non reperiantur, vendentur minus necessaria bona vsque ad prefatam quantitatem. id vero quod receperit huius negotij executor, conscribendum curabit in fine sequestri, &

C quod remanebit, assignabit carceratorum dispensatori corã scriba sequestrationis, de quibus omnibus certiores fieri debent Inquisitores.

Non me præterit in multis inquisitionibus hanc tam exquisitam obseruationem non reperiri vel ob paupertatem, vel ob alias causas, in quo quisq; suæ inquisitionis laudabilem consuetudinem obseruabit: superiora tamẽ vbi custodiri possunt, tutissima sunt, & omnem suspicionem male acceptorum excludũt.

Sportulæ seu salarium nõ est requirendum à reis.

De sportulis fortassis nimis libere loquitur Campegius, nec eius videtur vllo pacto audienda sententia. quis enim ferat in causis fidei admittere, quod in causis alijs ab his nostris longe diuersis vix retinetur & admittitur? præsertim cum verisimiliter sententia & iustior, aut saltem modestior sit, iure canonico sportulas seu salarium pro dicendis sententijs interdicta esse, vt docet Romanus singulari 183. incipiente: Tu scis. *per textum in c. cum ab omni. de vita & honest. cler.*

Salaria Inquisitoribus Hispaniæ vnde constituta.

In Hispania Inquisitoribus ceterisque sacri officij ministris salaria statuta sunt, quæ certis statisque temporibus ipsis soluuntur ex bonis publicatis iuxta eam quantitatem & ordinem, quem copiose ostendit Simancas de catho. instit. tit. 41. num. 33. & 34.

In Italia & alibi, vbi pauperes sunt Inquisitores, ne hæc vllo modo quæ Campegius commemorat, facere cogantur, respublica in qua degunt sacri officij iudices, eos alere debet: quod multis veterum Pontificum rescriptis cautum extat, vt videre licet in Bullario litterarum Apostolicarum pro officio

Respublica alat Inquisitores.

sanctę Inquisitionis, præsertim in rescripto Innocentij I I I. incipiente: Ad extirpanda. *vbi cauetur vt ministris sacri officij satisfiat à communi ciuitatis. Alit sæpe respublica lanistam, alit grammaticum, alit medicum, alit denique alios professores & ingenuarum artium, & artifices mechanicarum magnis*

gnis salarijs & stipendijs conductos; & non alet Inquisitores, qui magno labore, & maiore cum vtilitate ei inseruiunt? alebat olim profana Aegyptus sacerdotes è publico ærario, quia idolorum cultui vacabant, vt scribit Romanus Pontifex in c non minus. extra de immunit. Ecclesia. & respub. Christiana non alet censores fidei, per quos in tacta religio, incorrupta fides, & recta catholicorũ

Vel alat Episcopus.

dogmatum obseruatio conseruatur? Quòd si à republica hæc non præstantur, præstentur omnino ab Episcopis, postquam eorum in hac parte onera Inquisitores ferunt, de quo dicam amplius infra super quæst. 108.

Inquisitores proprijs in hæreticos in quirant.

Secunda assertio, quæ dicit Episcopos non posse expensas exigere, manifestissima est: nam cum sint ordinarij, habeantque redditus ex dignitate Episcopali, proprijs stipendijs eos conuenit in hoc negotio laborare, vt probat textus in extrauaganti, Ex eo. de hæret. relata ab Eymerico supra par. 2. tradit Repertorium Inquisitorum verbo, expensæ. §. ex quibus. & Locatus in opere iudiciali verbo, expensę.

De tertia conclusione, qua asserit Eymericus, Inquisitores posse recipere xenia vltro oblata, non tamen à litigantibus, disputant Gondissalus tract. de hæret. quęstio. 8. nu. 8. & 9. Simancas de catho. instit. tit. 34. num. 41. & sequen. & tit. 41. num. 37. & Ioannes Rojas singula. 112. incipien. Iudices xenia. *& Repertorium Inquisitorum verbo, extorquere. §. an Inquisitor. & alij.*

Xenia, esculenta. & poculenta an possint accipere Inquisitores

De ea quid sentiam breuiter more meo dicam. Et iure ciuili Romano xenia, esculentum, & poculentum, quod intra paucos dies prodigatur, accipere licet. l. solent. ff. de officio proconsul. quod ipsum non prohibet ius canonicum iudicibus delegatis. cap. Statutum. §. insuper. de rescriptis. lib. 6.

Ceterum, Inquisitores melius facient si nihil omnino acceperint, neque à reis, quod est valde suspectum: neque à cõsanguineis, vel amicis reorum, quod est maxime reprehẽdendum: neque à quibusuis alijs, quod non videtur laudabile. egregia illa est Catonis laus, de qua Isidorus lib. 20. etymol. cap. 3. ita scribit: Cum essem (inquit Cato) in prouincia legatus, quamplures ad prætores & consules vinũ honorarium dabant, nunquam accepi, nec priuatus quidem. *hęc ille.*

Pœna Inquisitorum Hispaniæ dona accipientiũ.

In Hispania multis constitutionum capitibus cautum est, vt Inquisitores qui dona acceperint, in sentẽtiam excommunicationis incurrant, & officio priuẽtur, & duplum reddãt: idque etiamsi ab officialibus dona acceperint, prima instructione Hispalensi cap. 25. & instructio. 2. c. 1. & instructio. 4. cap. 15. tradit Simancas de catho. instit. tit. 34. nu. 45.

Pœna ministrorum.

Sed eisdem instructionibus amplius constitutum est, vt ministri omnes suis sint stipendijs contenti, & munera non accipiant, ne poculenta quidem, aut esculenta. qui vero ex illis accepisse aliquid conuictus fuerit, officio priuatur, duplum soluit, & in excommunicationis sententiam incurrit; si quis autem ex ministris id sciuerit, & Inquisitoribus non reuelauerit, ijdem pœnis plectitur. ita testatur idem Simancas de catho. instit. tit. 41. num. 37. verba autẽ eius instructionis anni Domini MCCCCLXXXIIII. cap. 1. à nobis latine reddita ita habent: Item decre

A uerunt, quòd Inquisitores, & assessores inquisitionis, & alij eius officiales, quales sunt aduocati, fiscales, executores, notarii, & ianitores debent abstinere à recipiendis donis, & muneribus à quibuscunque personis, quas dicta inquisitio tangit vel tangere possit, nec ab alijs personis vice prędictarum. Et quod Inquisitor generalis debet illis præcipere ne quid recipiant sub pœna excommunicationis, & priuationis officiorum, quæ habuerint à sancta Inquisitione, & sub pœna restitutionis dupli eorum quæ taliter acceperunt. *hactenus ibi.*

B *Sunt equidem hęc iusta & prudentissime instituta: si enim in hoc integerrimo tribunali vel minimus & angustissimus aditus pateret muneribus, facile è suis sedibus iustitia equitasque commoueretur: Munera enim, sicut Exod. c. 23. scriptum est, prudentes excęcant, & subuertunt verba iustorum. nemo ergo (me iudice) aut Inquisitor, aut sacri officij minister munera accipiat: nam grauissimo peccandi periculo se exponit. consulat itaque quisque in hac re conscientię suę.*

QVAESTIO CV.

An Inquisitor teneatur reddere rationem Episcopo de acceptis gratia expensarum, &c.

Entesima quinta quæstio est: Vtrum Inquisitor super expensas, ad quas cõdemnat eos, contra quos procedit, teneatur Episcopo petenti reddere rationem?

Rationẽ Episcopis reddere nõ tenentur Inquisitores.

Respondemus quòd non, vt patet in extrauag. domini Benedicti xj. alleg. supra quęst. proxima, vbi in §. verum. dicit sic: Verum. & infra: Rationem autem ijdem diœcesani prouentuum obuenientium ex inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua constitutione, consuetudine vel mãdato contrarijs non exposcant: sed eam cameræ nostræ, vel alij, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaremus reddendam, reddatis, quæ generaliter obseruari iubemus.

COMMENT. CLIIII.

Inquisitores non reddunt Episcopis rationem acceptorum, & quare.

Multis rationibus potest esse vera hæc prærogatiua, vt Inquisitores hanc rationem Episcopis reddere non teneantur. Primum, quia in hac causa fidei, cum sint delegati, maiores sunt Episcopis, ideoque non debent in hoc Episcopis esse subiecti. Rursus, quoniam cum multum confidat Papa de Inquisitoribus, nec sit verisimile eos male hæc bona dispensaturos, propterea non decuit, vt Episcopi ab eis possent hanc rationem exquirere. adde Repertorium Inquisitorum verbo, expensæ. §. ex quibus. & Campegium ad Zanchinum cap. 19. circa finem.

QVAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO CVI.

An Episcopus exigere posit expensas ab inquisitis, &c.

Entesima sexta quæstio est. Vtrum Episcopus possit exigere sicut Inquisitor expensas, ab his, contra quos procedit, & in expensis, quas fecit eos sententialiter condẽnare?

Respondemus quòd nõ; vt patet in extrauag. allegata, Ex eo. §. verum. domini Benedicti xj. vbi sic dicitur: Verum, quia nonnulli dicœcesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatæ propter expensas: quas dum inquirunt in sæpedicto negotio faciũt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoq; officium tale, quod eis incũbit, propriis eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus.

COMMENT. CV.

Quod docet hoc loco Eymericus accipiendum est iuxta notata per doctores in cap. cum ab omni. extra de vita & honest. cler. vbi Panormitanus num. 12. & 13. rem hanc distinguit & explicat vers. Et circa istam glossam. Et summa est: Ordinarius regulariter non debet petere expensas, quas facit dum inquirit in reos, quoniam propterea capit redditus beneficij, vt eius onera sustineat. adde Antharanum consi. 201. incipien. Præmittendum est. *& quæ diximus supra in hac 3. parte, nu. 134. & item super quæst. 104.*

QVAESTIO CVII.

An Episcopus exigere possit partem prouentuum de bonis applicatis inquisitionis officio.

Entesima septima quæstio est: Vtrũ Episcopus possit exigere partẽ prouentuum, quæ de hæreticorum bonis Inquisitionis officio deputãtur?

Respondemus quòd non; iuxta allegata indulta prædicti D. Benedicti xi. à quo dicitur sic: Verum, quia nonnulli dicœcesani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquisitionis officio deputatę propter expensas, quas dum inquirunt in sæpedicto negotio faciunt, à vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri absonum (cum ordinarij sint, ideoq; officium tale, quod eis incũbit, propriis eos oportet explere stipendijs) fieri penitus prohibemus:

COMMENT. CLVI.

EX illis, quæ tradentur à nobis paulopost cum agetur de bonis confiscatis hæreticorum, lucem accipient quæ in hac quæstione breuiter recensentur. Et ideo Episcopi non debent habere aliquam partem de bonis applicatis officio inquisitionis. quia ordinarij sunt, & proprijs expensis explere eos oportet, quod eorum incumbit officio: propterea enim capiũt redditus & fructus ipsius Episcopatus, vt onera sustineant in gubernandis populis sibi commissis, & præsertim in extirpanda hæretica prauitate, & coercendis hæreticis.

QVAESTIO CVIII.

Vnde sit Inquisitori in suis sumptibus & in ministrorum salarijs prouidendum.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio de sumptibus Inquisitori prouidendis sæpius agitata.*
2 *Inquisitoribus ab Episcopo prouidendum esse, fuit plurimorum sententia.*
3 *Alij in dominos temporales hoc onus reijciunt.*
4 *Quibusdam videtur condemnationes, quæ fiunt, illorum vsibus deputandas.*

Entesima octaua quæstio est: Vtrũ de hæreticorum bonis, vel vnde debeat Inquisitori in suis sumptibus, & in notariorum & aliorũ ministrorum officij Inquisitionis salarijs prouideri?

1 Respondemus, quòd hæc quæstio est diuersis temporibus coram diuersis summis Pontificibus agitata, & præsertim coram felicis recordationis Vrbano v. Gregorio xi. & in consistorio etiã fuit causa diuersis dominis Cardinalibus commissa, & nunquam determinata, nec puto determinanda, quia est de materia pluribus odiosa, sed fidei, & Ecclesiæ fructuosa.

2 Huius quæstionis variæ fuerunt & sunt inter dominos opiniones. Quibusdam & non male (vt putatur) videtur, quòd Episcopi debeant Inquisitoribus pro tali exequendo officio prouidere: & horum ratio est; quia Episcoporum est fidem plãtare, & prauitatem hæreticam de suis dicœcesibus extirpare, vt patet in c. Excommunicamus 1. §. adijcimus. extra de hæret. & hoc suis, immo Ecclesiæ sumptibus, & expensis, vt patet in extraua. domini Benedicti xi. §. verum. supra frequentius alleg. quia ordinarij sunt, Inquisitores autem sunt ad eorũ assumpti adiutorium, & ad supplendum negligentiam ipsorum: quare videtur, quòd de sumptibus pro officio exequendo, & eorum ecclesiarum, & eorũ populo ab erroribus reducẽdo, & in fide confirmando, debeant Inquisitoribus prõuidere. Et huius veritatis fuit dominus Vrbanus v. & Clemens iiij. in consultationibus ad Inquisitores, antequam esset Papa, qui dicebatur Guido Fulcodius. Huius sententiæ sunt pro maiori parte omnes domini in voce, sed nullus exequitur in re: & omnes seredicunt, quòd sic fiendum est; sed vix est, qui dicat, fiat.

3 Quibusdam videtur, quòd domini temporales teneantur Inquisitoribus prouidere: & horũ ratio est, quia domini temporales habent hæretico rum laicorum cõdemnatorũ per Inquisitores, bonorum

norum confiscationes; quare si habent commoda, habeant & onera.

Et hac fortassis de causa, in quibusdam mundi partibus domini temporales dabant Inquisitoribus stipendia, quia habebant condemnatorum bona; modo autẽ prauitate hæretica quàm plurimum exarpata in tãtum, vt raro sint hæretici, per tinaces, & rarius relapsi, & rarissime diuites, sed pauperes: vt pote Fraticelli, Beguini, seu Valdenses; domini temporales non habent ita frequenter, sicut olim, bonorum confiscationes, & ideo nolunt prouidere Inquisitoribus, vt eorum sumptibus fiant inquisitiones.

4 Quibusdam [a] aliis videtur, quòd prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus per Episcopos & ipsos Inquisitores in officio faciendis: quod [d] licet sit iustum, inducit tamen officio præiudicium; & ideo esset melius, si fieri posset, Inquisitoribus aliter prouidere.

A multis [e] alij modi tacti sunt, & fortassis meliores, & leuiores, sed ad obtinendum difficiliores, quare dimittantur: sed tantum dicatur, quòd male in tam salubri officio, & Ecclesiæ Dei tam necessario prouidetur.

COMMENT. CLVII.

Magni refert officium in quisitionis fouere.

HAec quæstio, quę nunc sequitur, valde est vtilis, atque vt ipsemet Eymericus loquitur, Ecclesiæ fructuosa; vix enim vlla est causa quantumuis fauorabilis & pia, quã magis fouere expediat, quàm officium sacrosanctę Inquisitionis diuinitus institutũ vbique terrarum conseruare, augere, fouere, & totis viribus defendere. testes sunt multæ præclarę Europæ vrbes, quarum magistratus & ecclesiastici & seculares, nisi superioribus annis nascentes hæreses protinus oppressissent, & sacrũ officiũ fouissent, multis fortassis nunc erroribus misere perturbarentur.

Ergo euitandum est, vt quæque respub. fidei iudices foueat, vt quamprimum hæreses oriuntur, in ipso initio opprimantur, & penitus extirpentur: quibus autem impensis ali debeant & Inquisitores & ministri sæpe quæsitum est, nondum autem penitus inuentum, constitutum, & confirmatum. id autem est quod quærit Eymericus in tota hac quæstione, & multorũ de hac re sententias proponit, de quibus singulis suo ordine agemus; reuocanda sunt tamen in memoriam quæ de hoc articulo supra retulimus. super q. 104.

Num. 2. Sententia Guidonis Fulcodij de alendis Inquisitoribus & ministris.

a ¶ Et Clemens iiij. in consultationibus ad Inquisitores, &c. qui dicebatur Guido Fulcodius.] *Huius autem Guidonis verba de hac proposita difficultate ex vetusto illo codice Vaticano ita habent:* Hic quęritur vnde prouideri possit & debeat Inquisitoribus, & eorum notario, quem vtiq; adhiberi oportet ad acta scribenda, ex quo in terra inuenitur, extra de proba. quoniam cõtra falsam? & dico q̃ à partibus nihil possunt recipere, hoc est ab his, contra quos inquirunt: nam inquisitiones debent fieri sine incommodo reorum, vt in auth. vt nulli iud. §. his insuper iubemus. collat. 9. Debent ergo Episcopi prouidere, qui mandatũ Apostolicum receperunt, q̃ dent Inquisitoribus consilium & auxilium. verum quia prælatorum tenaces sunt manus, & marsupia constipata, consulerem, quòd ab illis quibus iniungitur pœnitentia dandæ pecuniæ in aliquos vsus pios, acciperetur ad istud, honeste tamen & sine scandalo laicorũ. *hactenus ille.*

Episcopi Inquisitoribus prouideãt in necessarijs.

Et sane hæc sententia, quòd Inquisitoribus debeãt Episcopi prouidere, verissima mihi videtur ob rationes hoc loco ab Eymerico & Guidone allatas, crederemque grauissime errare Episcopos, qui necessaria subsidia Inquisitoribus denegarent, in omnibus illis locis, in quibus non habent salaria constituta.

Num. 3.

b ¶ Quibusdam videtur, quòd domini temporales teneantur, &c.] *Quibus olim ita visum fuerit, nondum percepi: sed hoc videtur etiam approbasse Auctor Repertorij Inquisitorum, qui verbo, salariũ. totam hanc quæstionem transcripsit.*

Dominos temporales prouidere debere Inquisitoribus qui sentiunt.

Hæc vero sententia quòd à dominis temporalibus ali debeant Inquisitores, verissima quoque est, etiãsi nulla bona cõfiscata habuerint: nulla enim causa est, quam magis conueniat principibus fouere, quàm hanc, cum ex nulla causa magis regna conseruentur, quàm ex defensa fide, & religione bene fundata & propagata, vt grauiter ostẽdit Adrianus Papa VI. in rescripto illo aureo & pereleganti ad Federicum Saxoniæ Ducem aduersus Lutherum, quod est impressum inter litteras Apostolicas pro officio inquisitionis in fine huius operis. contra vero facile ea regna dilabuntur & pereunt, quorũ principes causam fidei non tuentur, vt multis ostendit Nicolaus primus in Epistola ad Michaelẽ Imperatorem; quę gratia breuitatis omitto: indicasse hic sit satis. Et copiose de hoc egimus libro 1. de causis vnde hæreses oriũtur, & de remedijs quibus extirpantur.

Num. 4.

c ¶ Quibusdam alijs videtur quòd prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus, &c.] *Et hoc nõ modo visum est, sed etiam iussum vt fieret ab Innocentio IIII. rescripto quodam incipiente:* Cum per nostras. *quod curauimus imprimendum in fine huius operis. hic tamen alendi modus, vt hic refert Eymericus, inducere videtur præiudicium sacro inquisitionis officio. ceterum hoc præiudicium timendũ non est, cũ tales condemnationes iustissime factę fuerint; nam boni non scandalizantur, mali autem etiam de bono opere scandalizantur, & obmurmurant.*

Aut prouideatur Inquisitoribus de condemnationibus eorum.

Num. 4. Locus emendatus.

d ¶ Quod licet sit iustum, inducit tamen officio præiudicium.] *Ita visum est imprimere ex solo codice manuscripto Sabellano, nam in Bononiensi & Barcinonensi impresso, & in codice Cardinalis de Gambara ita legebatur:* quod licet sit iustum, tamẽ inducit iudicium. *quę lectio quamuis seruari posset, mutata tamen est: nam hęc altera plenior est. & antiquæ lectionis hic est sensus, hoc inducit iudicium, quod faciunt peruersi, dicentes faciles esse Inquisitores ad condemnationes faciendas, vt bona hæreticorum habeant; & plane decentius esset, si fieri commode posset, aliter prouidere: sin minus, vt dixi, falsum iudicium iniquorum contemnendum est.*

Num. 4.

e ¶ A multis alij modi tacti sunt.] *In Barcinonensi impresso ita:* Multi alij modi tacti sunt. *In Sabellano ita:* A multis etiam alij modi sunt tacti. *ex his veram lectionem reposuimus, nam ceteri depravati erant.*

Quales autem modi prouidendi Inquisitoribus illi fuerint, quos hic dicit Eymericus fuisse tactos siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qualiter poterunt haberi redditus vt Inquisitoribus prouideatur.

siue excogitatos, non explicat. ceterum nos hunc modum & facilem & opportunum proponendum putauimus, vt Inquisitores habeant sufficientes reditus, ex quibus incumbentia officio suo onera & munera obire possint. modus autem talis est: in singulis ecclesiis eius ciuitatis vel diœcesis vbi cõstituti sunt Inquisitores multa solent ecclesiastica beneficia, tũ simplicia tum personalem residentiam requirentia, veluti canonicatus, & similia reperiri: ex his cũ vacauerint, vnum vel plura, quę magis idonea, & sufficientia iudicabuntur, desumentur, & auctoritate Pontificia, Inquisitoribus pro tempore existentibus, seu sacro officio assignabuntur, cum omnibus fructibus & redditibus, & minutulis etiam seu quotidianis distributionibus. vt hinc sacri officij onera sublueantur, & eius ministri alantur.

Possent quoq, super beneficijs eisdem; aut etiam super redditibus Episcopatus, eadem auctoritate cõstitui pensiones annuæ, quæ similiter eidem officio, & eius officialibus deseruirent. equidem hic modus prouidendi Inquisitoribus multum mihi probatur, nec videtur admodum difficilis. si quis meliores nouerit, eos proferat.

DE CONFISCATIONE bonorum hæreticorum.

QVAESTIO CIX.

Bona hæreticorum pœnitentium non relapsorum sint ne confiscata, an confiscanda.

SVMMARIVM.

1 *Hęretici pœnitentes post sententiam perdant bona, nisi ex gratia illis reddantur à dominis temporalibus.*
2 *Domini temporales per censuram ecclesiasticam cogi debent ad exequendum confiscationem.*
3 *Pœnitentibus ante sententiam & vita & bona relinquuntur.*
4 *Concordant his Archidiac. Ioan. Monachus & Guido Fulcodius.*

Enteſima nona quæſtio eſt: Vtrum Epiſcopus & Inquiſitor bona laicorum hæreticorum, ſed poſt pœnitentium, & non relapſorum, debeant eorum dominis condemnare, ſeu ipſo facto ſint prædictis confiſcata?

1 Reſpondemus, quòd nec ſunt condemnanda, nec ſunt confiſcata: nam [a] tales poſtquam pœnitentes ſunt, & relapſi non ſunt, bona non perdũt. Tamen hic eſt diligenter conſiderandum, quòd tales, vel pœnitent ante ſententiam diffinitiuam, qua traduntur vt impœnitẽtes hæretici curię ſęculari, vel poſt. Si poſt, cum eo facto, ꝙ vt hęretici impœnitentes traduntur per ſententiam, bona ſunt ipſo iure cõfiſcata, iuxta. c. Vergentis. extra de hęret. ideo [b] ſi poſt cõuertãtur & pœniteant, bona huiuſmodi remanẽt apud dominos tẽporales, etiam ſi illi poſtmodum de miſericordia ad pœnitentiã admittãtur: niſi de gratia velint eis reddere. Et de his videtur loqui c. Vergentis. vt dicit Archid. & Ioan. Monachus in c. Accuſatus. §. porro. de hæret. lib. 6. vbi dicitur ſic: Vergentis. & infra:

2 In terris vero temporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, bona hæreticorum ſtatuimus publicari: & in alijs idem pręcipimus fieri, per ptãtes & principes ſæculares: quos ad id exequendum (ſi forte negligentes extiterint) per cenſuram eccleſiaſticã appellatione remota compelli volumus, & mandamus: nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium, miſereri aliquis voluerit; vt temporalis ſaltem pœna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina, & cetera.

3 Si autem [c] pœnitent antequam per ſententiam, vt impœnitentes hæretici, tradantur brachio ſęculari; ſicut ex ſola miſericordia relinquitur eis vita, ſic & bona: cum tales ad miſericordiam abiurata hæreſi admittantur, eorũ bona non confiſcantur.

4 Concordant omnibus his Archid. & Ioan. Monachus in c. Accuſatus. in §. porro. de hæret. lib. 6. & prędictus dominus Guido Fulcodius queſt. vltima de illis 15. quas fecit ad Inquiſitores.

Et licet hæc quæſtio ſit difficilis ad diffiniendum: tamen quia directe non pertinet ad Inquiſitores, ſed ad dominos temporales (quia per eos & non per Inquiſitores bona huiuſmodi confiſcantur) ideo breuiter terminetur.

Relat. ſupra pag. 98.

Domini temporales cogẽdi ad exequẽdam confiſcationem.

Pœnitẽtibus ante ſententiam bona cõdonantur.

COMMENT. CLVIII.

VT hanc quæſtionem & ſequentes, in quibus agitur de confiſcatione bonorum in hoc crimine facilius percipiantur, obſeruandum eſt, quòd olim initio conſtitutæ delegatæ inquiſitionis ſententia ſuper confiſcatione bonorum in terris Eccleſię per iudicem eccleſiaſticum ferebatur: in alijs vero terris per principes ſæculares id fiebat, vt apertiſſime indicat textus in c. Vergentis. de hæreticis. in hæc verba:

D In terris vero temporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis bona hæreticorum ſtatuimus publicari & in aliis idem præcipimus fieri, per Poteſtates: & Principes ſęculares: quos ad id exequendum (ſi forte negligentes extiterint) per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compelli volumus & mandamus. *hęc ibi.*

Sententia cõfiscationis bonorum olim per quos fieret.

At labentibus annis indiſtincte cautũ eſt, vt ſentẽtia declaratoria ſuper confiſcatione bonorum, vbiq; feratur per iudicem eccleſiaſticum, qui de crimine iudicat: inſuper etiam confiſcationis ipſius executio, ſeu bonorum occupatio fit per iudicem eccleſiaſticũ, videlicet, per Epiſcopũ, aut Inquiſitorem; & iudex

E *ſæcularis non intromittit ſe, niſi quatenus per iudicẽ eccleſiaſticum fuerit requiſitus. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. & c. cum ſecundum leges. §. fi. de hæret. lib. 6. ibi:* Confiſcationis tamen huiuſmodi executio, vel bonorum ipſorũ occupatio fieri nõ debet per principes, aut alios dominos temporales, antequam per Epiſcopũ loci, vel aliã perſonã eccleſiaſticam, quę ſuper hoc habeat poteſtatẽ, ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. *hactenus ibi. Atque ita ſentit Zanchinus tract. de hæret. c. 25. nu. 2. de quo paulopoſt agetur copioſius. Eymericus*

Hodie indistincte seruatur per Inquisitores.

Pœnitentes poſt ſententiam bona non recuperant, &c.

mericus vero tum in hac, tum in ſequenti quæſtione ſecutus veterem diſpoſitionem cap. vergentis. ſentit de confiſcatione bonorum laicorum hæreticorum nõ ſe intromittere iudices eccleſiaſticos, neque quo ad ſententiam ferendam ſuper illis, neque ad occupanda ſiue apprehendenda eadem bona, ita vt vel ſibi vel alij cui voluerint, ea applicent, ſed id totum ad iudices ſæculares pertinere.

Ex tota vero hac quæſtione, ſequentes concluſiones non obſcure colliguntur.

Prima eſt: Si hæretici non ſunt relapſi, aut impœnitentes, bona ſua non perdunt, nec ſunt confiſcata, nec condemnanda ſeu confiſcanda.

Secunda concluſio eſt: Si hæretici pœnitent poſtquam per ſententiam traditi ſunt curiæ ſæculari, bona ſua amittunt, & quamuis admittantur ad miſericordiam, & pœnitentiam, ea non recuperant, niſi domini temporales voluerint eis bona condonare.

Tertia concluſio eſt: Si hæretici pœnitent antequã per ſententiam curiæ ſæculari tradantur, tunc eorũ bona non confiſcantur.

Quarta & vltima concluſio eſt: Bona hæreticorũ laicorum ad dominos temporales pertinent.

De bonis hæreticorũ confiscatis qui decreuerint.

Suo ordine declarabuntur à nobis ſingulæ huiuſmodi concluſiones, ſi primum adduxerimus Doctores, qui de materia bonorum cõfiſcatorũ variis locis diſputant, cuius rei cognitio vtilis eſt & neceſſaria, cum frequenter in iudicijs hæc cauſa tractetur.

De ea igitur agunt Ioannes Anania, Zabarella, Ioannes And. Panormitanus, Marianus Socinus, Felinus & alij in cap. vergentis. extra de hæret. Ioãnes And. Archidiaconus, Francus, & alij in cap. accuſatus. & in cap. cum ſecundum leges. de hæret. lib. 6. Zanchinus tract. de hæret. cap. 25. & 26. & ibidẽ Camillus Cãpegius, Repertorium Inquiſitorum verbo bona, verbo, confiſcatio, & verbo, diuiſio. Gondiſaluus tract. de hæret. quæſt. 15. Carrerius tract. de hæret. nu. 135. verſ. Inſuper & in hoc crimine. *Sylueſter in ſumma verbo hæreſis. 2. queſt. 12. Alfonſus Caſtrus lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 5. & ſeq. Simancas de catho. inſtit. tit. 9. Ioannes Rojas in ſingularibus fidei, ſingul. 26. incipien.* Bonorum publicatio. *idem tract. de hæret. par. 2. aſſert. 16. Locatus in opere iudiciali verbo,* Bona hæreticorum. *Hieronymus Gigas tract. de crimine læſę maieſtatis, lib. 2. tit. de pœnis committentium crimen læſę maieſtatis queſt. 1. & multis ſequentibus. Antonius Gomezius tomo. 3. variar. reſolut. cap. 14. Iulius Clarus in practica criminali queſt. 78. & in §. hæreſis. verſ.* Item bona condemnatorum. *Conradus Brunus lib. 5. de hæret. cap 6. Lucerna Inquiſitorum verbo,* Bona. *Aegidius Boſſius. tit. de hæreticis. Couarruuias lib. 2. variar. reſolut. cap. 9. Tabienſis in ſumma verbo,* Hæreticus. §. 6. *Rolandus a Valle conſil. 8. incipien.* Preſuppoſito pro vero. *& conſil. 75. incipien.* In iſto crimine hæreſis, *lib. 3. Franciſcus Burſatus conſil. 43. incipien.* Hoc crimen hæreſis. *lib. 1. Martinus de Garatis conſilio quodam incipien.* In facto præſupponitur. *quod referrur in tomo 1. conſiliorum criminalium conſil. 59. Guido Papę de eiſ. 76. incipien.* Si in terra. *& alij multi per hos relati, quos longum eſſet recenſere.*

His ita poſitis, ſingulas concluſiones explicemus,

Bona hæretico rum ſiue pœniteant, ſi ue non, confiſcata ſunt

& quantum ad tres primas generaliter ſpectat, dicendum eſt, quòd ſiue hæretici pœniteant, ſiue non ſiue conuertantur antequam tradantur curię ſęculari, ſiue poſtquam traditi ſunt, bona eorum ipſo facto, ſeu ipſo iure confiſcata eſſe: quamuis enim tempore cap. vergentis. vt ait ibi Panormitanus notab. 2. & Ioannes Monachus in cap. cum ſecundum leges. de hæret. lib. 6. bona Hæreticorum non eſſent ipſo facto confiſcata, ſed venirent confiſcanda, hodie tamen ipſo iure confiſcata ſunt per textum in dicto cap. cũ ſecundum leges. de hæret. lib. 6. vbi ſcribitur ita: Bona hæreticorum (qui grauius, horribilius, ac deteſtabilius quàm prædicti delinquunt) ipſo iure de

B Fratrum noſtrorum conſilio decernimus confiſcata. *hęc ibi.*

Hæreſis non conſideratur ex temporis diuturnitate.

Nec refert an multo, vel paruo tempore in hæreſi permanſerit hęreticus ad hoc, vt bona eius ipſo iure ſint confiſcata, quoniam hæreſis pertinax, quę vere & formaliter hæreticum conſtituit, non eſt temporis diuturnitate æſtimanda, vt dixi ſupra parte 2. ſuper cap. Dubius. de hæret. §. Nec obſtat ſi dicatur. *quare cum Eymericus tum in hac, tum in ſequenti quæſtione dicit hęreticorum pœnitentium bona confiſcata non eſſe, ſane intelligendus videtur de iure veteri iuxta cap. Vergentis. extra de hæret. ſecus autẽ eſt, vt diximus de iure poſito in cap. cum ſecundum*

C *leges. de hæret. lib. 6. vbi à die commiſſi criminis ipſo iure ſunt confiſcata, vt notant communiter ibidẽ gloſſa & Doctores. ex his ergo conſtat eos etiam hæreticos, qui non ſunt relapſi & impœnitentes, bona ſua amittere. vnde patet veritas primæ cõcluſionis.*

Secunda quoque aſſertio ex ſupradictis declaratur: nam ſi antequam hæreticus tradatur curiæ ſæcularí, bona ſua amittit, multo magis eadem perdet, poſtquam traditus fuerit eidem curię.

Qui ſemel traditus eſt curiæ ſęculari, ſi pœniteat, an fructus capiendus.

Præterea in hac concluſione indicare videtur Eymericus, eum qui ſemel traditus vel relictus eſt curię ſęculari, ſi pœniteat, & conuertatur, recipi poſſe niſi ſit relapſus. Ceterum quid de hoc articulo mihi

D *ſentiendum videatur, abunde dixi ſupra parte 2. ſuper q. xj. §.* Poſtquam traditus fuerat. *& parte 3. ſuper 10. modo proceſſum fidei terminandi. §.* Crederem de miſericordia. *quibus locis non eſſe recipiendum oſtendi. quod ſi de facto tales reciperentur, & legitimo iudici videretur eis bona, quæ ſua fuerãt, eſſe cõdonãda, id fieri poſſet, vt hic docet auctor.*

Nõ ſunt condonãda bona ei qui cõuertitur poſtquã fuit traditus curiæ ſæcularí.

Mihi autem in hoc caſu nullo pacto videtur faciẽda talis bonorum condonatio, & quaſi reſtitutio: quoniam is qui poſtquam traditus eſt curię ſęculari cõuertitur, indignus omnino eſt tanta benignitate; nec videtur iuſtum, vt duo tam inſignia & ingentia priuilegia vitę ſcilicet, & condonationis bonorum, indigniſſimo & perditiſſimo homini conferantur.

E *Quantum vero attinet ad textum in cap. Vergentis. de hęre. quo vtitur hic Eymericus ad hãc ſuã opinionem ſtabiliendam, is quidem optime probat poſſe Inquiſitores vel alios, ad quos pertinent bona hęreticorum confiſcata, illa hęreticis pœnitentibus & reuertentibus condonare, vt abunde explicuimus ſupra parte 2. ſuper dicto c. Vergentis. §.* Nec ad eos. *ceterum ex eo textu non deducitur quod hic Eymericus nititur perſuadere, videlicet cõdonanda eſſe bona eis, qui traditi ſunt curię ſęculari, ſi cõuertantur:*

nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

In quibus casibus possint condonari bona hæreticis pœnitentibus.

nam nec iuri nec rationi id videtur consentaneum, immo multa iura contrarium suadere videntur.

Tertia similiter cõclusio patet ex prædictis, nam etiamsi pœniteant, antequam tradantur curiæ sæculari, bona sua amittunt, cum ipso iure confiscata sint. Veruntamen in casu huius assertionis benignũ mihi videtur, & etiam obseruandum, vt in illis casibus, in quibus hæreticis redeuntibus pœna perpetui carceris remittitur, in eisdem etiam ob eandem rationẽ confiscatio bonorum remittatur, seu bona eis condonentur: qui autem sint illi casus, dixi supra in hac 3. parte. super quæst. 93.

Sed cum ex benignitate & misericordia hæreticis redeuntibus bona fuerint cõdonata, licite ea retinẽt, & dominium bonorum, quod per delictum amiserãt, protinus iudicis legitimi condonantis auctoritate recuperant, non autem ex eo solum quod pœnitent, vt voluerunt Zenzelinus & Guilielmus, quos refert & sequitur Geminianus in cap. cum secũdum leges. de hæret. lib. 6. in principio, nu. 5. vers. Quæro, an intelligantur confiscata.

An hæreticus antequã condẽnetur, teneatur in conscientia bona sua omnia fisco restituere.

Grauis tamen est difficultas, An hæreticus nondum à iudice condemnatus, nec ab aliquo accusatus, siue denuntiatus, teneatur in foro conscientiæ bona sua omnia, quæ eo ipso quòd ille incidit in hæresim, amisit, offerre fisco, ita quod si non restituat, tandiu sit in peccato mortali, quandiu bona quæ possidet, fisco non restituit.

In hac quæstione pugnantes sunt insignium doctorum sententiæ: nam ante condemnationem & denuntiationem, obligari hæreticum ad restituenda omnia bona fisco, asseruerunt Panormitanus & Felinus in cap. 1. extra de constitu. idem Panormitanus in c. dilecti. de arbitris. Antonius Gomezius tomo 3. variar. resolut. c. 2. nu. 5. ver. Item adde. & vt ceteros omittam, tenaciter eandem sententiam multo argumentorum pondere nititur persuadere Alfonsius Castrus lib. 2. c. 10. de potestate legis pœnalis, & lib. 2. c. 6. de iusta hæreticorum punit. eandem profitentur plerique alij per hos relati.

Nõ tenetur iusta verior sententiam.

Ceterum contraria sententia verior semper & benignior & tutior viris doctissimis visa est, dum asserunt, neminem obligatum esse ad pœnam in se ipsum exequendam; & nonnulli quoque in hac quæstione id in hæreticis verum esse nominatim tradunt. Contrarium ergo tuentur Conradus de contractibus quæst. 7. conclusione 2. Angelus Clauasius in summa verbo, pœna, §. 3. Sylvester in summa verbo, hæresis 1 q. 8. vers. Pro his tamen notandum. *idem verbo, assassinus. vterque Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 3. Adrianus quodlibeto 6. art. 1. Franciscus Victoria in relectione de Indis. Sotus. lib. 1. de iustitia & iure quæst. 6. art. 6. Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 157. & multis sequent. Gabriel lib. 4 sent. dist. 15. q. 4. & multi alij, quos refert Ferdinandus Vasquius lib. 1. de successionum progressu in præfatione, num. 98. vers.* Similimum est.

Neque ab hac sententia vllo pacto recedendum est. Primum, quia nemo cogendus est, vt se ipsum prodat in publicum, iuxta textum in cap. quis aliquando. de pœnit. dist. 1. quòd si per aliquam legem, vt Alfonsus putat, ante accusationem & denuntiationem hæreticus sua bona fisco restituere teneretur, iam obligaretur ad se prodendum, & manifestandum, vix enim quisquam posset sua bona offerre fisco, præsertim si sit vel mediocriter dives, quin se ipsum simul infamet, & prodat: quod quàm sit durum, nemo non videt.

Rursus, iniquum est, intolerabilem obligationem inducere, & ad id homines obligare, quod durissimũ videatur posse adimplere. neque enim onera grauia & importabilia sunt imponenda, Matth. cap. 23. hoc autem apertissime sequeretur, si ad restitutionem huiusmodi occultos hæreticos obligaremus.

Præterea, vt optime scripsit Isidorus & refertur in c. erit autem. distinct. 4. leges quibus obligantur subditi ad parendum illis, possibiles esse debent, & subditorum moribus congruentes: neminem autem futurum credo nisi Alfonsum, qui facile dicat, legẽ obligantem in foro conscientiæ ad pœnam omnium bonorum in se ipsum exequendã, possibilem esse, & subditorum moribus congruentem.

Ad hæc, nusquam Alfonsi & aliorum contraria opinio est consuetudine recepta, neque (vt credo) quisquam theologus vnquam huiusmodi occultos hæreticos obligauit ad hanc restitutionem faciendam. & grauissimum plane est, & valde acerbum talem persuadere obligationem.

Postremo, rationi naturali aduersatur, vt idem sit actor & reus, & vt in se ipsum sententiam quis dicat; quod fieret, si reus in conscientia obligaretur ad restituendum omnia bona sua fisco. plurimæ aliæ in hanc sententiam rationes afferri potuissent, quas gratia breuitatis omitto.

Argumenta vero quibus Alfonsus nititur persuadere sententiam suam, libenter diluissem, nisi Iacobus Simancas de catho. instit. tit. 9. nume. 157. & multis sequentibus abunde eis satisfeciisset. Rursus, propterea libẽtius eo onere me libero, quoniam quid quid Alfonsus dicat, ab hac postrema sententia nullo pacto est recedendum.

Quando potissimum cum habeat nostra sententia.

Et præfata sententia, quam sequimur, tunc potissimum vera est, quãdo hæreticus omnino occultus est, seu vere mentalis, qui sola cogitatione hæresim animo retinet, nec vllis signis exterioribus eam profert: hunc enim pœnæ exteriores & leges contra hæreticos latę non comprehendunt in foro exteriori.

Idem sentias in eo, qui hæresim per signa manifestauit, nemo tamen audiuit: hunc diximus occultum per accidens: quamuis enim talis sit excommunicatus, non tamen tenebitur in conscientia bona sua fisco restituere.

Hoc ipsum asserendum est de hæretico emendato, qui licet hæreses tenuerit, fraterne admonitus resipuit: hic enim ante condemnationem non obligatur in conscientia ad restituẽda bona quę possidet, fisco: in his enim omnibus locũ habẽt superiores rationes.

An in conscientia obligetur bona fisco restituere qui postea quòd fateri debuit.

Maior tamen dubitatio est: An hæreticus negãs in iudicio veritatẽ, quam fateri debebat (quia verbi gratia, erat semiplena probatio cõtra ipsum) & propterea fuit à pœna liberatus, obligetur in conscientia ad soluendam pœnam absque iudicis sententia. non patitur mea breuitas vt eam explicem: videndi inter rim Dominicus Sotus lib. 1. de iust. et iure q. 6. art. 6. & lib. 4. q. 6 art. 4. dixi copiosè apud Beatum Thomam 2. 2. q. 11. art. 3.

Sed

Crimen hæresis mere est ecclesiasticũ, ratione cuius etiã laici in dictibus sęcularibus subijciuntur.

Sed accedamus iam ad quartam & vltimam conclusionem, circa quam occurrit grauissima cõtrouersia de occupandis apprehendendis, seu adiudicandis, vel applicandis bonis confiscatis hæreticorum. cuius rei cognitio cum non modo scitu iocunda sit, verum etiam vtilis & necessaria, ad dirimendas lites et cõtrouersias sæpe incidentes, ideo breuiter & dilucide quantum in me fuerit, eam declarabo.

De confiscatione bonorum hæreticorum, quid ius ciuile disponat.

Ac primum quidem de iure ciuili de confiscatione bonorum hęreticorum in l. Manichæos. C. de hæreticis ita scriptum est: Quos bonorum etiam omniũ publicatione persequimur. *hactenus ibi. An autẽ hæc confiscatio de iure ciuili fieret ipso iure, an vero per sententiam, tradit Philippus Probus in c. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. in additionibus ad Ioannem Monachum.*

Ceterum in his bonis, quę propter hæresim publicabantur, non succedebat fiscus, si filij ipsorum essent hæreticorum catholici extarent, vt in prædicta l. Manichęos. constitutum erat his verbis: Sed nec filios hæredes eis existere aut adire permittimus, nisi à paterna prauitate discesserint. *hęc ibi. idem scriptũ est in l. cognouimus. C. de hæret. vbi amplius explicatur, quibus applicanda sint bona hæreticorum confiscata si filij catholici non adsint; nam liberis orthodoxis non existentibus, ad agnatos vel cognatos hæreticorum, orthodoxos tamen et catholicos, bona hæreticorum peruenire debere decernuntur: quòd si nec agnatio nec cognatio recta inueniantur, tum res & bona confiscata fisco principis sæcularis vindicãtur, seu applicantur.*

Paulo post in authent. vt cum. de appellat. cognos. §. Si quis de prædictis. *hæc successẽdi ratio præscripta fuit, cum cõtingeret patres esse catholicos, filios autem hæreticos; quoniam catholicis parentibus nõ succedunt filij nec alij propinqui hæretici: nã Ecclesia ei succedit, si clericus sit. si vero laicus, succedit fiscus. hęc iuris dispositio breuiter refertur in authen.* Idem est de Nestorianis. *C. de hæret.*

Multis vero postea sæculis Federicus Imperator ad annos Domini MCCXX lege lata, cuius initium est, Catharos. *de confisćatione bonorum hæreticorũ ita constituit.* Et omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur; ita quòd filij eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius ęternam, quàm temporalem offendere maiestatem. *hactenus ibi Hæc lex inter litteras Apostolicas impressa est in fine huius operis, cuius etiam fragmentum refertur in authent. Gazaros. C. de hæret. Atque hæc de iure ciuili circa hæc bona statuta fuisse scimus.*

Leges Pontificiæ quid disponãt de bonis hæreticorum confiscatis.

Nunc quid à iure canonico & Papalibus constitutionibus sancitum sit, doceamus. Sed primum præfandum est, quòd cum hæresis crimen mere sit ecclesiasticum, c. vt Inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. & ratione criminis ecclesiastici quilibet laici & sęculares ecclesiasticorum iudicum legibus & iurisdictioni subijciantur. c. licet. de foro compet. vbi id notat glossa in verbo, Vacante Imperio. *& communiter doctores, & Oldradus consil. 86. incipien.* Quæritur an Ecclesia. *inde omnino consequitur, vt leges ecclesiasticæ circa hoc crimen, & circa ea, quæ ad eius punitionem spectant, disponentes, præualere debeant, & vbique seruari. Quare cum confiscatio bonorum vna sit ex pœnis aduersus hæreticos latis, illud profecto de ea tenendum erit, quod à legibus et cõstitutionibus ecclesiasticis Papalibus fuerit constitutum, quibus obtemperandũ erit à quibuscunque cupiẽtibus ac re vera uolentibus sacrosanctę Romanæ Ecclesiæ obedire.*

Innocentij III. cõstitutio anno 1199. siue 1200.

De bonis ergo hæreticorum confiscatis, ac de eorũ diuisione, & applicatione per leges ecclesiasticas & constitutiones Papales diuersis temporibus, per diuersos summos Romanos Pontifices sequentia potissimum reperio constituta.

Primum dominus Innocentius Papa III. anno Domini MCXCIX. siue MCC. Pontificatus sui anno secundo, apud Lateranum octauo Kalend. Aprilis constituit, vt bona hæreticorum confiscarentur, sicut per leges ciuiles iam fuerat constitutum, et in terris Ecclesiæ applicarentur fisco Ecclesiæ, in terris vero Imperij fisco iudicis sæcularis; idque obseruari præcepit etiãsi hæretici filios haberent catholicos, qui non succedunt in bonis paternis, quemadmodũ de iure ciuili succedebãt, sicut paulo antea demonstratum est. Atq; hoc constituit Innocentius in epistola quadam Decretali incipien. Vergentis in senium, *directa clero, cõsulibus, & populo Viterbien. et habetur in eius Regesto lib. 2. ex qua desumitur fragmentum relatum in c. Vergentis extra de hæret. quod Eymericus recitat in hac quæstione.*

Innocentij IIII. constitutio anno 1252.

Eadem bonorum confiscatio paucis postea annis, videlicet, anno Domini MCCXV. decreta fuit in cõcilio Lateranen. sub Innocentio III. c. 3. & refertur in c. excommunicamus. el 1. §. Damnati vero. extra de hæret. constituta tantum differentia inter bona hæreticorum laicorum, & clericorum, de qua ibi scriptum est his verbis: Ita quòd bona huiusmodi dãnatorum, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, applicentur Ecclesijs, à quibus stipendia receperunt. *hęc ibi.*

Constitutio Alexandri IIII. anno 1259.

Inde dominus Innocentius Papa IIII. anno Domini MCCLII. Pontificatus sui anno nono apud Perusium idibus Maij, per constitutionem, cuius initium est: Ad extirpanda. *bona hæreticorum confiscata in tres partes diuidenda iussit, & applicanda eo modo, quo ibidem continetur in hæc verba:* Teneatur insuper Potestas seu Rector omnia bona hęreticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo: vna pars deueniat in cõmune ciuitatis vel loci: Secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: Tertia ponatur in aliquo turo loco, secũdum qp dictis diœcesano & Inquisitoribus videbitur reseruanda & expendẽda per cõsiliũ eorũdẽ in fauorẽ fidei, & ad hæreticos extirpandos, nõ obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito aut condendo. *hactenus ibi.*

Postea vero Alexãder Papa IIII. qui Innocentio IIII. proxime successit in Põtificatu, anno Domini MCCLIX. Pontificatus sui anno quinto, secundo Kalend. Decemb. apud Anagniam per constitu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem similiter incipiẽ. Ad extirpanda. *similem fecit diuisionem bonorum confiscatorum propter hæresim, quæ cum Innocentiana constitutione & diuisione omnino conuenit.*

Alia Alexandri IIII. constitutio anno 1260.

Idem Alexander IIII. anno Domini MCCLX. Põtificatus sui anno sexto, octauo Kalend. Octobris, Genuę per extrauagantem incipien. Discretioni vestrę. *concessit Inquisitoribus in Romana prouincia et administratione Beati Francisci, ut bona hæreticorũ, & aliorum de quibus ibi, venderent, & pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conseruarent, in hęc verba:* Discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi ac distribuendi libere bona hæreticorum, eorumq; fautorum credentium, receptatorum, & defensorum publicata iam seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commisso vobis fidei negotio expedire videritis, ita quòd eorum pretiũ ad opus Romanæ Ecclesię conseruetur, necnon & contradictores super hoc per censuram ecclesiasticã, appellatione postposita compescendi, plenam & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. *hęc ibi.*

Clementis IIII. cõstitutio anno 1265

Ad hæc Clemens Papa IIII. qui proxime successit Alexãdro IIII. eandem illã trimembrẽ diuisionẽ fecit, anno Domini MCCLXV. apud Perusium Pontificatus sui anno primo, tertio nonas Nouembris per constitutionem incipien. Ad extirpanda. *in ea tamẽ cõstitutione explicatius bona hęc declarãtur, habet autẽ ita:* Teneatur insuper Potestas, Capitaneus, Consul, seu quiuis alius Rector, omnia bona hęreticorum, & receptatorum eorũ, quę per dictos officiales fuerunt occupata, seu inuenta, & condemnationes pro his exactas: necnon & lignamina, lapides & tegulas domorũ & turrium, quę occasione hæresis destruentur: & bona tam mobilia, quàm immobilia, quæ eadem occasione confisca buntur, diuidere tali modo: Vna pars, &c.

Constitutio Bonifacij octaui anno 1295.

Iã Bonifacius Octauus ad annos Dñi MCCXCV. parũ plus, per cõstitutionem suã relatã in c. Cum secundum leges. *de hæret. li. 6. similiter declarauit atque constituit, vt bona hæreticorũ ipso iure essent cõfiscata: vetuit tamen ne apprehenderentur, seu occuparentur per dominos temporales, antequã per iudices legitimos ecclesiasticos super crimine hæresis esset pronuntiatũ: eius constitutionis verba ita habẽt:* Bona hæreticorum, (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quàm prædicti delinquunt) ipso iure de Fratrũ nostrorum consilio decernimus confiscata. Confiscationis tamen huiusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales (iuxta Gregorij Papę prædecessoris nostri declarationem) antequam per Episcopum loci, vel aliã personam ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata. *hactenus ibi.*

Constitutio Benedicti xj. anno 1303.

Benedictus xj. extrauaganti quadam incipiente: Ex eo. *relata tit. de hæret. inter communes, directa Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, anno Domini MCCCIII. sexto nonas Martij Pontificatus sui anno primo apud Lateranum, vt apparet ex originali, quod vidimus in inquisitione Bononien*

A *si, constituit, ne Episcopi poscerent partem partis de putatę officio Inquisitionis de bonis confiscatis, neve rationem exigerent ab Inquisitoribus. sed eã rederent Inquisitores cameræ Apostolicę. aut alij prout in dicta extrauaganti continetur in hęc verba:* Rationem autem ijdem diœcesani prouentuum obuenientium ex Inquisitionis officio à vobis, non obstante aliqua cõstitutione, consuetudine, vel mandato contrarijs non exposcant: Sed eam Cameræ nostrę vel alij, cui nos vel successores nostri Romani Pontifices mandaremus reddẽdam, reddatis: quæ generaliter obseruari iubemus. *hactenus ibi.*

B *Sed ex his verbis iudicio nostro non potest certo colligi, bona hæreticorum confiscata, applicata siue applicanda esse Camerę Apostolicæ, sed hoc solum, videlicet, Inquisitores non teneri ad reddendam rationem Ordinarijs siue Episcopis, qualiter scilicet expendant illam partem bonorum confiscatorũ, quæ sancto officio applicatur, sed solum eam rationẽ reddendam esse Camerę, siue Prefecto Cameræ Apostolicæ, aut illi, cui id Romani Pontifices commiserint. quòd rationi est consentaneum: nam cum Inquisitor sit delegatus Papæ, & ob id in causa delegata Ordinario minime sit inferior, cap. sane lo 2. extra de offic. iud. deleg. non est æquum, eum obligari ad reddendam rationem diœcesano de ea parte bonorum confiscatorum, quę officio Inquisitionis applicatur.*

Inquisitores cui teneãtur reddere ratio nem.

C *Post Benedictum Vndecimum Clemens V. circa annos Dñi MCCCVI. in concilio Viennensi (& refertur in Clemen. 2. de hæret.) vetuit ne bona Ecclesiarum ob delictũ Clericorũ confiscarentur in hæc verba:* Nec scienter attentent Ecclesiarum bona ob clericorum delictum prædicti occatione officij fisco etiam Ecclesię applicare. *hactenus ibi.*

Clemẽtis V. constitutio anno 1306.

Hæc sunt magis præcipua et insignia decreta tam Pontificia siue ecclesiastica, quàm Imperatoria siue ciuilia, de bonis hæreticorum confiscatis, & eorũ diuisione & applicatione loquentia, ex quibus redditur difficilis hæc controuersia de diuidendis, seu applicandis bona hæreticorum confiscatis, aut confiscãdis; & cũ multorum insignium virorum ingenia in ea declaranda, elaborauerint, nondum tamen constitit, quid inuiolabiliter tenendum esse videatur.

D

Eymerici opinio.

Eymericus ergo, vt initio huius commentarij diximus, tum in hac, tum etiam in quæstione sequenti simpliciter affirmat, bona laicorum hæreticorum confiscata ad sæculares principes & dominos temporales pertinere. ad quam sententiam stabiliendam vbique vtitur decisione cap. Vergentis. extra de hæret.

E

Rolandà Valle opinio.

Rolandus à Valle in precitato consilio 8. lib. 3. postquam commemorauit multorũ de hac re opiniones, ita sentire videtur: bona hæreticorum sæculariũ confiscata ad dominum temporalem spectant, per textum in cap. Vergentis. & in cap. excommunicamus el 1. §. Damnati. extra de hæret. & in cap. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. nisi certę constitutiones Papales extarent in contrarium, per quas aliter disponeretur: nam tunc ita applicanda forent sicut per tales constitutiones caueretur. additque considerandum esse diligenter, an tales

constitu-

constitutiones sint certæ & legitime publicatæ, et an restringantur ad aliqua loca particularia, vel extendantur ad quæcunque prouincias: si enim hæc nõ reperiantur in talibus constitutionibus, tunc bona laicorum hæreticorũ cõfiscata, dominitemporalis fisco sunt applicanda iuxta dispositionem iuris in dicto c. Vergentis. extra de hæret.

Illud item adiungit Rolandus, constitutiones has nunquam vsu fuisse receptas. & ob id nequaquam fore obseruandas. atque hoc in summa sentit Rolandus.

Bursati opinio.

Bursatus vero in prędicto consil. 43. nu. 43. vers. Quare cum ex supradictis. *hanc controuersiam ita cõcludit: vbi adsunt decreta in specie concessa alicui ciuitati circa dicta bona disponẽtia, illa sunt omnino & inuiolabiliter obseruanda, omissa omni alia iuris et constitutionum dispositione: quòd si nulla talia decreta particularia reperiantur, tunc particularis loci consuetudo attendenda est, & iuxta eam bona confiscata sunt applicanda vel diuidenda. Sin autem nulla vel priuata decreta, vel consuetudo extent, tunc in terris Ecclesiæ Romanæ subiectis, dimidia bonorum confiscatorum curię Romanę, altera vero officio Inquisitionis applicanda est: in alijs autem terris imperij respectu Italiæ obseruanda est constitutio Innocentij IIII. Alexandri IIII. & Clementis IIII. de triplici bonorum diuisione, quam paulo antea tradidimus, quoniam illę constitutiones ad terras Italię tantum fuerunt transmissę: Sed in locis extra Italiam, in quibus nec decreta particularia, nec consuetudines locales habentur, ius commune est seruandum, sicut à Rolãdo à Valle in dicto consil. 8. lib. 3. scriptum est. Et hęc est Bursati sententia.*

Rolandi dictum expenditur.

Ego vero, vt breuiter meam sententiam proferam, primum omnium libenter subscribo horum virorum doctorum opinioni, quatenus dicunt constitutionibus Papalibus esse deferendum, si tales tamen constitutiones certę & legitimæ reperiantur. ceterũ non probo quod Rolandus à Valle in dicto consil. 8. lib. 3. nu. 34. ait, non esse faciendum fundamentum in dictis constitutionibus & extrauagantibus cum non appareant; nam præterquam quòd frequenter à doctoribus citantur in dicto c. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. eas viderunt Reuerendissimi domini Cardinales Inquisitores generales in vniuersa repub. Christiana, vidimus & nos authenticas & originales plumbeas, eorumdemq; dominorum iussu in fine huius operis imprimendas curauimus: quamquam ergo non viderit Rolandus, non tamen decuit ita audatter eas in dubium reuocare. quare quantũ ad hanc partem attinet, cessat nunc prorsus hęc controuersia de viribus seu valore & robore eorum: et qui modo de illis dubitaret, de qualibet etiam certa alia re imprudenter, ne dicam impudenter, dubitare posset.

Ad hæc minime probat Rolandus has constitutiones vnquam fuisse vsu receptas, & qua facilitate leuiter id dixit, seu verius effutiuit, eadem facilitate refellitur. certe ego hoc scio iuxisse Romanos Pontifices diligenter vt obseruarẽtur, & frequenter obseruatas fuisse credimus à catholicis populis à præsentia Papæ non longe distantibus.

Bursati dictum perpenditur.

Præterea non arbitror audiendum aut recipiendum id, quod in prędicto consil. 43. lib. 1. nu. 52. & seq. Bursatus affirmat, videlicet, prędictas Innocentij IIII. & Clementis IIII. constitutiones, in quibus de triplici illa bonorum diuisione agitur, locum tantum habere, aut obseruandas esse in Italia, cum ad Inquisitores Italiæ solum transmissæ fuerint. hoc enim, si verũ esset, facile possent infinitæ prope leges & canones restringi vel ad certas prouincias, vel ad certas diœceses, & priuatas ciuitates, cum sępe legum & canonum conditores leges & constitutiones condentes vni vel præsidi, vel iudici, vel præfecto, vel primati, vel Patriarchæ, vel Episcopo, vel Collegio, vel vniuersitati rescribant, vt notissimũ est legenti titulos, siue inscriptiones legum, præsertim Codicis, & canonum, præsertim in Decretalibus Romanorum Pontificum & Epistolis.

Extrauagantes de hæreticis loquẽtes, an vbiq; seruari debeãt.

Nec obstat si dicatur illa in corpus iuris esse relata, ac propterea ad omnes extendi et applicari: secus autẽ de nostris extrauagantibus, quæ non sunt in corpore iuris clausę, quoniã respõdetur nihil hoc impedire quo minus omnes obligent, cũ nominatim & expresse constitutũ sit, omnes constitutiones & extrauagantes contra hæreticã prauitatẽ editas, etiãsi in corpore iuris non contineantur, obseruãdas esse, c. vlt. §. vlt. de hęret. lib. 6. Clem. 1. §. vlt. de hęret. ad quod est textus valde notandus in l. Ariani. §. cunctis quoque legibus. C. de hęret.

Iam si verum esset quod Bursatus scribit, facile multa Inquisitorum priuilegia fauore fidei concessa ruerent, aut in dubium reuocarentur, cum interdũ Inquisitoribus ordinis Fratrum Prædicatorum, interdum Inquisitoribus ordinis Fratrum Minorũ cõcedantur; quæ profecto non respiciunt tantum Inquisitores eius ordinis, sed cum in fauorem fidei concedantur, omnibus penitus Inquisitoribus competũt, cuiuscunq; ordinis aut gradus existant. Quod recte annotauit Nicolaus Eymericus supra parte 2. qui postquam retulisset varias illas litteras & extrauagantes Apostolicas pro officio sanctę Inquisitionis, dixit, omnia & singula Apostolica priuilegia, quę in prędictis litteris Apostolicis Inquisitoribus Aragoniæ conceduntur, haberi etiam et generaliter concedi per alias litteras omnibus & singulis quibuscunque Inquisitoribus.

Cur Romani Pontifices multas extrauagantes direxerint Inquisitoribus Italię.

Ad hęc, multa sunt capita & decreta in his extrauagantibus Innocentij IIII. & Clementis IIII. (vt de his nunc cum Bursato agam) quæ si quis dicat in Italia solum fore obseruanda, ridiculũ proculdubio se præbebit, qualia illa sunt de capiendis et custodiendis hęreticis, aut deducendis, sicut Inquisitoribus visum fuerit: de puniendis eisdẽ relictis curię sęculari per sæculares magistratus, & alia similia, quæ quis audeat dicere extra Italiam non esse obseruãda, propterea quod solũ ad Italię Inquisitores illę extrauagantes fuerint destinatæ?

Propterea vero Romani tunc Pontifices ad Inquisitores Italiæ rescripta illa transmiserunt, quoniam eo tempore in Italia frequentes erant Inquisitores contra instantes hæreses Patarenorum Catharorum, Leonistarum, & aliorum hæreticorum, qui maxime Italiæ partes infestabant, sopitis iam & extinctis aliquantulum hæresibus Valden-

sium siue Pauperum de Lugduno, quas paulo antea sedes Apostolica per multorum insignium virorum, & præsertim Beati Dominici prædicationem in Gallia Narbonensi represserat, vt constat ex his quę cum Eymerico diximus supra parte 2. quæst. 13. & alibi multis locis. quamobrem quę tunc ad eos Inquisitores rescribentes statuebant, ab aliis quoque aliarum prouinciarum Inquisitoribus, si affuissent, obseruari volebant pij & prudentes Romani Pontifices: & ad Italię Inquisitores ideo tunc ea relata fuerunt, quia illi ea prouisione & constitutionibus maxime indigebant: quod si alibi eadem contingerent, idem ius ibi seruandum esset, vt in casu valde simili recte scripsit Accursius in authent. Cassa & irrita. in verbo, Per totam Italiam. C. de sacrosan. Eccles.

Quod per Pontificias extrauagantes sancitum est de bonis hęreticorum confiscatis, vbique seruandum est.

Quare vt ad institutum reuertar in locis etiam extra Italiam, in quibus per particularia seu priuata Pontificum decreta nihil constitutum extat de diuisione seu applicatione bonorum confiscatorū, quod ab Innocentio IIII. Alexandro IIII. & Clemente IIII. de triplici diuisione fuerat ordinatum, obseruandum crederem et custodiendum tamquam legem vbique loquentem, & quoslibet, quibus competere potest obligantem.

Itaque omissa dispositione iuris antiqui in cap. Vergentis. extra de hæret. dominus temporalis si in fauorem sancti officij actu præstet ea, aut alia æquipollentia, aut maiora aut similia illis, quę per dictas constitutiones postulantur, tertiā bonorum confiscatorum partem habere poterit, aut etiam plus, si ita Papa concesserit, aut sciens permiserit.

Hinc consequitur recte in Hispania, bona damnatorum de hæresi applicari fisco regio, vt testatur Couarruuias lib. 2. variar. resolut. c. 9. num. 12. & iuste posse applicari affirmat auctor repertorij Inquisitorum, in verbo, Diuisio bonorum. circa finem. quoniā Rex noster Catholicus nō modo curā habet consti

Rex Cātholicus in Hispania abūde ꝓuidet Inquisitoribus.

tuendi prętorium siue sapientissimum Senatum, qui in regia curia omnes causas totius Hispanię ad huius criminis punitionem pertinētes tractat, cui præest vnus ex magnis Hispanię præsulibus, verumetiā Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quos præsul ille auctoritate Pontificia constituit ac mittit per totam Hispaniam ad extirpandam hęreticę prauitatis labem, abunde subministrat expensas, & quęcunque necessaria, quę si ceteri domini temporales abunde & sufficienter Inquisitoribus & eorum ministris præstarent, iustum quidem esset, vt de bonis confiscatis participarent.

Dominitemporales non præstāt Inquisitoribus necessaria, an debeant participare de bonis cōfiscatis

Cum autem in multis locis domini tēporales non præstēt Inquisitoribus illas impensas, nec actu, subeant illa onera & labores, aut alia his similia, quę Innocentius IIII. & Alexander IIII. & Clemens IIII. præstari iusserunt, equidem non video quo iure, quave ratione aut causa possint habere tertiam illam bonorum confiscatorum partem, illis per eas constitutiones assignatam: neque enim ob aliam causam concessa eis fuisse videtur, nisi quia labores illos & onera subibant: quę cum hodie regulariter non præstent, postquam onus non sustinent, commodum reportare non debent, quod & ratio naturalis & æquitas postulat. c. qui sentit. de regul. iuris lib. 6. l. secundum naturam. ff. de regul. iuris.

Omnia bona cōfiscata applicari debēt ad promotionē sancti officij.

Quia vero si domini temporales bona hęreticorum confiscata occuparent, facile posset contingere, vt ijdem non prouiderent abunde Inquisitoribus & eorum ministris in omnibus necessarijs ad promotionem sancti officij, vnde res fidei non mediocriter ledi possent, proinde illud sēper verissimū esse putaui, quod Lodouic⁹ Bologninus grauis iurisconsultus & multæ eruditionis cōsuluit, vt refert Tabiēsis in summa, verbo, hęreticus. §. 6. videlicet, omnia bona confiscata applicari debere ad promotionem & vtilitatem sancti officij, sicut in Hispania data esse testatur Simancas de catho. instit. tit. 9. de bonis hęreticorum. num. 132. quamuis aliud scripserit Couarruuias lib. 2. variar. resolut. cap. 9. num. 12. vt paulo antea diximus. quod propterea omnino seruandum foret, quoniam hodie vt in Clemen. 1. de hæret. constitutum fuit, Inquisitores proprios habent carceres, familiam propriam, & proprios notarios & ministros, quibus maiori ex parte domini temporales nec alimenta, nec salarium præbere solent. immo vero quandoque rogati nolunt quidquam persoluere: quinimmo si Inquisitor domini sæcularis satellites, aut apparitores aut milites interdum petat pro negotijs fidei exequendis, reis capiendis, aut deducendis, id ea gens non aliter exequi vult, nisi ab Inquisitore satisfactionem & pretium impensi seruitij accipiat.

Inquisitores nūc ꝓprios habent carceres & ministros.

Consuetudo circa bona cōfiscata occupanda an seruari debeat.

Quòd si quis consuetudinem mihi obijciat circa huiusmodi bona occupanda siue apprehendenda, respondebo non facile putare me talem consuetudinem seruandam esse: nisi fuerit rationabilis & legitime præscripta, cap. fin. extra de consuet. & nisi fuerit conformis iuribus et Papalibus cōstitutionibus. quoniam sæpe domini temporales de facto ea faciunt atque inuadunt, quæ de iure licite facere nō possunt, et contra imbelles Inquisitores non difficulter obtinent quod in suis dominijs ac terris cupiūt et de facto possunt. quare nisi cōsuetudo habuerit qualitates, quas proxime dixi, suspecta merito & illicita haberi poterit, nec erit seruanda.

Et quamquam sentiam omnia hæc bona confiscata assignanda esse sanctæ Inquisitionis officio, ex causa tamen quandoque aliter possunt expendi et applicari ad alios pios vsus, sicut ad impensas belli cōtra infideles, aut ad alias similes & reipublicæ Christianæ vtiles, quemadmodum tempore Catholicorum Regum Hispanię Ferdinādi & Isabellæ magna pars bonorum ob hęresim confiscatorum applicata fuit bello, quod aduersus Sarracenos Granatenses gerebatur, vt testatur auctor Repertorij Inquisitorum in verbo, Diuisio bonorum. Et hoc modo accipi posset extrauagans illa Alexādri IIII. quæ incipit: Discretioni vestrę. cuius seriem paulo antea retulimus, per quam iubet Papa Inquisitoribus Romanæ prouincię & administrationis beati Francisci, vt bona hæreticorū vendāt, & pretiū conseruēt ad opus seu fabricā Romanæ Ecclesiæ. cessante vero rursus ea causa, officio Inquisitionis sunt integre applicanda.

Quid autem iudicem de opinione illorum, qui dicunt dimidiam partem bonorum confiscatorum attribuendam cameræ Apostolicæ, & alteram dimidiam officio Inquisitionis, alibi explicaui. interim videto

videto Tabiensem in summa, verbo, hæreticus. §. 6. Campegium apud Zanchinum c. 26. & Bursatum in dicto consil. 43. nu. 45. vers. Et quod hodie.

Ad Papam spectat disponere de bonis hęreticorum etiā laicorum confiscatis.

Neq; his quæ hactenus diximus, obstat si dicatur, non spectare ad Romanum Pontificem in terris sibi temporaliter non subiectis, disponere de rebus aut bonis hæreticorum laicorum, sed id totum ad dominos temporales pertinere; quoniam respondetur hoc falsum esse, ne dicam impium & blasphemum; nam vt supra dicebamus, iudicare de hæreticis & pertinentibus ad eos, ad Ecclesiam spectat, cum sit hæresis crimen mere ecclesiasticum; quòd autem bona eorum publicentur, inter pœnas hæreticorum numeratur: de hoc ergo standum est Pontificum & Ecclesię legibus.

Rursus occupatio bonorum accessorium est ad sententiam damnationis hęreticorum, quod est principale, vt scribit Geminianus in c. cum secundū leges. de hæret. lib. 6. accessorium autem iuxta naturā principalis iudicatur, c. accessorium. de regul. iuris lib. 6. cum itaque hoc crimen sit mere ecclesiasticum, c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. vbi prohibetur iudicibus sæcularibus, ne de eo quoquo modo cognoscant, inde fit, vt nec de bonis hęreticorū cognoscere debeant, aut illa occupare possint, sed id totum ad iudicium Ecclesiæ spectat. nec quicquā amplius de illis disponere poterūt, quam per Ecclesiam eis fuerit concessum.

Papa laicos quoslibet & ꝓcipes peccātes punire potest, & dignitatibus priuare.

Ad hęc ex serie Pontificiarum constitutionum, quas supra retulimus, satis constat Romanos Pontifices de bonis hæreticorum semper libere disposuisse, quod vtique non fecissent, nisi talem haberent potestatem.

Præterea Romanus Pontifex ratione latissimæ suæ iurisdictionis et potestatis, non solum potest coercere quoslibet laicos inferioris ordinis peccantes, sed etiam Principes, quos potest dignitatibus suis priuare, cap. ad abolendam. §. Statuimus. extra de hæret. tradit glossa & doctores in dicto c. Vergentis. de hæret. inde videmus ac scimus Papam priuare Reges suis regnis cap. alius. 15. q. 6. & docet copiose Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 2. c. 114. poterit ergo eorum bona confiscare, et cui voluerit applicare.

Applicatio bonorū confiscatorū fieri debet Ecclesię cui facta fuit iniustis.

Quòd vero hæc applicatio bonorum confiscatorum Ecclesiæ fieri debeat, & potissimum ei tribunali & officio, quod in hæreticos animaduertit, rationi est valde consentaneum. cum enim hæretici Ecclesiam offendant, & eam insigni afficiant iniuria, eidē lasæ principaliter satisfaciendum est, vt notat Felynus in c. Vergentis. extra de hæret. pro quo facit illud Iacobi Butrigarij pronuntiatum in l. quicunque. C. de hæret. dicens, quòd vbicunque delictum est ecclesiasticum, & bona sunt publicanda, ea debent applicari Ecclesię.

Rursus non obstat dicere, quòd si hæc bonorum applicatio deberet fieri Ecclesiæ, siue sancto officio Inquisitionis, facile posset contingere, quòd vbi esset multitudo hęreticorum, illis damnatis paulatim omnia bona deuenirent ad sanctum officium, & ita domini temporales grauiter laderentur, quoniam respondeo immo binc oriri debere effectum contrarium, nam facile hoc non timebunt domini temporales, si studuerint ac operam dederint ne hęretici in suis terris libere agant, quos si extirpauerint, longe erunt ab hoc timore; sin autem secure agere permiserint, indigni sunt, vt bona eorum confiscata ad eos deuoluantur.

An valeat statutum domini temporalis disponentis de bonis hęreticorum confiscatis.

Postremo illud adiungam, quod à me aliquando quæsitum scio, an domini sæculares possint condere statuta, quibus caueant, qualiter diuidenda vel applicanda sint bona hæreticorum confiscata. & breuiter respondeo talia statuta facta absq; Romani Pontificis concessione inualida esse, & penitus viribus carere, tamquā dispondentia de re non spectāte ad dominos tēporales, sed potius ad Ecclesiam, vt constat ex superioribus. Quare si disponerent verbi graria, ne Inquisitores bona confiscata, aut aliquam eorum partē haberēt, aut vt nullo pacto de ijs sese intromittant, præterquam quòd ita disponentes inualide constituunt, velut impeditores sancti officij puniri possent, argumento textus in c. statutum el 1. cum ibi notatis per glossam & Doctores de hæret. lib. 6. Quòd si constituerent, vt vel omnia officio Inquisitionis tribuerentur, vel aliter seruatis Papalibus constitutionibus expenderentur, tunc alia statuta quia sancto officio fauerent, aut conformia forent iuri Pontificio, recipi possent.

Caueant tamen Inquisitores, nedū partes suas in hac causa tueri cupiunt, odium dominorum temporalium in se concitent, absq; quorū beneuolentia, & fauore vix quandoq; munus suum exercere possunt: quare cum de his magna fuerit controuersia, recte facient si supremum inquisitionis prætorium consulerint; rectius vero facturos existimo principes & dominos sæculares. si Inquisitorum partes fouerint, eisque detulerint: nisi enim causa fidei in tuto sit, & hęreses extirpentur, regna & dominia nequeunt diutius in pace consistere, nec conseruari, vt copiose demonstrauj lib. 2. de causis vnde hereses oriuntur, & de remedijs quibus extirpantur.

Bona damnatorum de hæresi an pertineant ad Episcopos in locis vbi nō sunt Apostolici Inquisitores.

Ex omnibus ergo supradictis apparet, quid de bonis confiscatis hęreticorum laicorum censendum, ac disponendum videatur. Ceterum, quia cum de lucro captando agatur, scio futuros esse multos, quibus nostra hęc placita displicebunt, præsertim cum homines facilius sequantur eorum doctorum opiniones & sententias, quę suis votis & desiderijs fauent, quamuis sint contra veritatem, aut contra vtilitatem, honorem, & incrementum sacrosancti officij Inquisitionis, propterea cuperem omnino, vt sanctissimus dominus Papa, lege lata, sanciret ac constitueret, quid omnino seruandum foret circa confiscatorum bonorum propter hęresim applicationem aut diuisionem, singulatim declarando omnem casum, qui incidere posset, et exprimendo, onera dominorum temporalium, si aliquam partem de bonis confiscatis habere vellent, vt ita tandem omnes controuersiæ componerentur, lites cessarent, & iurisperitorum responsa tacerent, quorum fortasis nonnulli humano affectu ducti, illis fauent à quibus temporale aliquod commodum vel acceperunt, vel accipere sperant.

Postremo ex prædictis videtur inferendum, in eis locis, in quibus non sunt adhuc Apostolici Inquisitores constituti, bona damnatorum de hæresi

Universidad de Deusto
Biblioteca

applicanda esse fisco Episcopi diœcesani, qui causam fidei tractans hæreticos punit, non obstãte quòd & piscopus debeat suis stipendijs & impensis in hæreticos animaduertere, per extrauagan. Ex eo. tit. de hæret. inter communes. Episcopus enim seu Prælatus diœcesanus fiscum habere dicitur, vt notat glossa in c. quia diuersitatem. extra de concessione prœben. vbi id notãt Antonius de Butrio nu. vlt. circa finem: & Ioannes de Imola num. 12. vers. & nota bene ex glossa. & alij quos refert Couarruuias lib. 2. variar. resolut. c. 9. nu. xj. vers septimum, aduertendum est. Ceterum hęc bona in vsus pios per Episcopũ conuertenda essent nisi dicas ad fiscum Romanæ Ecclesię pertinere, vt alibi indicauimus.

A *opus fuerit, vi compelli debent, etiam si opus fuerit, inuocato auxilio sæcularj, argumento huius textus.*

QVAESTIO CX.

An bona hæreticorum impœnitentium vel relapsorum confiscanda sint ab Episcopo & ab Inquisitore, &c.

Hodie secus est quę noua tura.

Qui detinẽt bona cõfisca tã, ad ea exhibẽda & ecclesiastica cẽsura & vi cõpelli possint.

CEntesima decima quæstio est: Vtrum Episcopus & Inquisitor bona laicorum hæreticorum impœnitentiũ, seu relapsorum, relictorum brachio sæculari, debeant eorum dominis condemnare, vel ipso facto, quo vt tales relinquuntur, sint de iure eorum dominis confiscata?

Respondemus, quòd confiscatio bonorum hęreticorum laicorum, vt dictum est supra quęstio. proxi. & patet c. Vergentis. extra de hæret. nõ est fienda per iudices ecclesiasticos, sed per Potestates & Principes tẽporales, licet possint cogi per ecclesiasticos iudices per censurã ecclesiasticam, vt eã exequantur: quæ quidẽ fienda est per eosdẽ, cũ aliqui hęretici iudicantur vt relapsi, & traduntur curiæ sæculari, vt patet in c. Vergentis. extra de hęret. & c. Super quibusdam. de verb. signif.

Et quia hæc quæstio indirecte pertinet ad Inquisitores, sed directe ad dominos tẽporales, ideo dimittatur.

COMMENT. CLIX.

IN hac quęstione Eymericus in sua opinione persistit, videlicet bona hæreticorum laicorum confiscanda esse per potestates & principes sæculares, & eisdem etiam applicanda; de quo articulo quid mihi sentiendum videatur, abunde explicui super proxima præcedenti quæstione.

Illud hoc loco admonebo, quod recte Eymericus obseruat, ex c. Vergentis. extra de hæret. nempe principes sæculares cogi posse per censuram ecclesiasticam, vt bonorum confiscationem exequantur. Equidem raro huic censuræ locum esse putarem, si bona confiscata essent applicanda dominis temporalibus; cum sponte cupiditate habendi ad illa apprehendenda eos excitandos credam. Verũ si cum officio Inquisitionis sunt applicanda, forte contingat hęredes aut amicos, aut consanguineos eorum, quorum bona fuerunt confiscata, ea bona nolle restituere, cogendi sunt ad ea exhibenda per censuram ecclesiasticam, & si

An propter hæresim maritorum dotes vxorum sint confiscandæ.

CEntesima vndecima quęstio est: Vtrũ Episcopus & Inquisitor propter hęresim maritorũ, dotes vxorum catholicarum debeant confiscare?

Respondemus, vt dictũ est supra quæst. proxima, q. non interest Episcoporum, nec Inquisitorum, dominis temporalibus bona hæreticorũ confiscare, sed ipso iure sunt confiscata.

An autem propter hæresim maritorum dotes vxorum catholicarum sint confiscandę, dicendum est, vt in c. Decreuit, de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Decreuit felicis recordationis Innocẽtius Papa quartus, quòd propter hæresim maritorũ vxorum catholicorum dotes non debeant cõfiscari. Quod intelligendum fore cẽsemus, nisi forte mulieres ipsæ cũ viris matrimonia cõtraxissent, quos hęreticos tunc sciebant.

Relat. supra pag. 109.

COMMENT. CLX.

POtissima huius quęstionis conclusio est, Dotes vxorum ob hęresim maritorum non confiscari, nisi quando cum hæreticis scienter contrahunt matrimonium.

De hac materia differunt Zanchinus tract. de hæret. c. 25. nu. 4. Locatus in opere iudiciali verbo, pœna. nu. 9. versi. septimo vxores Carrerius tract. de hæret. nu. 141. vers. qui filij etiam. & nu. 169. vers. an autem liceat vxori. & seq. Palacius Rubius super lege Taurina 78. nu. 1. idem in tract. de regno Nauarrę par. 5. §. 5. vbi copiose explicat quando delictum mariti vxori noceat. Simancas de catho. instit. tit. 9. nu. 66. & sequen. Ioannes Rojas singulari 215. incipien. Vxor hæretica.

Cur vxor nupta hęretico perdat dotẽ.

Ratio vero huius conclusionis est, quoniã mulier scienter contrahens cum viro hęretico, errori eius cõsentire videtur, & hæretica putatur; vnde consequitur vt & dotem & dotis priuilegia amittat, de quibus in l. 1. ff. soluto mat. & in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habeantur. authent. item priuilegium. C. de hæret. Archidiaconus in cap. 14. quæst. 1. Baldus in Rub. de priuil. dot. late Balbus tract. de dote par. 11. membro 3. differentia 21. Ioannes Rojas dicto singul. 215. glossa, Archidiaconus & Doctores communiter in c. decreuit. de hæret. lib. 6. Repertorium Inquisitorũ verbo, mulieres. §. vlt. idem copiosius verbo, dotes.

Nubens hæretico ignorans non amittit dotẽ.

In hac tractatione sequentia sunt potissimum obseruanda. Primum, si vxor à principio nesciuit, virum cui nubebat, hæreticum esse, etiãsi postea sciat, non admittit dotem: quoniam initium respicitur. ita glossa in dicto c. decreuit. de hæret. lib. 6. verbo, tũc. quam communiter præcitati sequuntur: ignorare autem præsumitur nisi probetur scire. l. uerius. ff. de probatio.

Sed

A *ficaciter docuit Gabriel Quemada in cõpendio quæstionum de bonis confiscatis. q. 4. quod apertissime probat textus in dicta l. si quis posthac. C. de bonis proscripto. ibi:* Dos etiam, non quęaliquoties inaniter dotalium instrumentorum tenore conscribitur, sed quã se corporaliter tradidisse docuerit, repræsentetur. *hęcibi.*

An vxor admittat dotem si nõ reuelet maritum hæreticum.

Plus tamen dubitationis habet: An si vxor maritum hæreticum nouit postquam cum eo contraxit, dotem amittat, si non reuelet iudicibus fidei; & qui tenent hæreticos indistincte esse reuelandos, fortassis dicerent in pœnam omissæ reuelationis priuilegiũ recuperandæ dotis amitti. sed verius est non amittere. Primum, quia ex omissa reuelatione non contrahitur hæresis, sed hæresis suspicio: pœna autẽ amittendę dotis non videtur infligi ob solam quamcunque hęresis suspicionem, sed ob hæresim formalem: & hoc est benignius; & ita accipio textum in dicto c. decreuit. de hæret. lib. 6. punietur ergo mitiori pœna extra ordinem: interdum vero excusari poterit ob causas, quas retuli supra parte 2. super q. 53. §. at non videtur.

Qualia bona cũ dote vxor recuperet ma rito dãnato.

Ad hæc restituenda sunt vxori bona parapherna, & alia eiusdem propria quocunque titulo quæsita: item ea, quę ab innoxio adhuc viro titulo donationis ante nuptias accepit, aut alijs quibusdam modis, quos explicat textus in dicta l. si quis posthac. C. de bonis proscripto. in hęc verba: Ea etiam quę ab innoxio adhuc marito ante nuptias titulo donationis acceperit, vel durante matrimonio largitione viri ad eam ante proscriptionẽ peruenerint, apud eam firmiter permaneant. *hactenus ibi. Huc spectat textus in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. & in l. 2. C. ne vxor pro marito.*

His verbis comprehendas arrhas, & alia munuscula, quę ab sponso data sunt sponsæ osculis interuenientibus, cum primũ copularentur: hęc enim non confiscantur, quia pudicitię prœmio cedunt. hęc ergo à fisco repetenda erunt.

Quæ accepit vxor a cõiuge guineis mari ti hæretici nõ perdit ob illius hæresim

Neque propter hæresim mariti perdit vxor, quæ dono accepit à consanguineis eiusdem mariti, nisi forte nominatim ab eo, qui donauit vxori, dictum sit vt marito acquirãtur, vt optime scripsit Palacius Rubius in rub. de donatio. inter virum & vxo. §. 45. quem sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. nu. 76. quod & mihi magnopere probatur: quia hoc casu contemplatione vxoris, non intuitu viri factæ videntur huiusmodi donationes. quod tunc maxime verum erit, cum res dono datę eius sunt naturæ, vt potius vxori, quàm viro competant.

Vxor recepẽs maritũ hæreticũ qua liter punia tur.

Num autem si vxor catholica receptet maritum hæreticum incidat in pœnas receptatorum, quæsitũ est: & Albericus tract. de statutis par. 4. q. 7. non teneri pœna receptatorũ asserit, & ita quandoque iudicatum cõmemorat, per textũ in l. 1. C. de repud. ibi: non mutet vxoris affectionem: *quia potius id amore viri et affectu maritali, quàm affectu criminis facere videtur. & hãc sententiã sequitur Gigas tract. de crimine lasę maiestatis lib. 3. tit. de pœnis, quas filij incurrunt. q. 20. nu. 2. neque ab hac sententia puto recedendum, vt dixi supra parte 2. super q. 56. §. seu aliàs fauorem. cum sequen.*

Acquisitum constãte matrimonio, an fisco adiudicetur, vel q̃d vxori detur.

Illa mihi postrema difficultas hic est diluenda, An id quod matrimonio constante acquisitum est, debeat fisco adiudicari, cum maritus committit crimẽ hęresis; an vero & sua lucri pars vnà cum dote vxori sit restituenda: & omissis multis, verior sententia & mitior est (à qua non recederem si iudex in tali lite futurus essem) suam partem lucri cum dote vxori restituendam esse. Primum hoc benignitas suadet & æquitas. deinde nõ est rationi consonũ, vt bona lucrata ex parte vxoris non committentis delictum fisco cedant. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Postremo hoc communi voto recipiunt viri insignes. Palacius Rubius in rub. de donatio. inter virum & vxo. Gabriel Quemada in compendio quæstionum de bonis & confiscatis. q. 6. quos sequitur Simancas de catho. instit. tit. 9. num. 71. cetera huc spectantia ab alijs sint petenda: nobis magis necessaria & frequẽtiora retulisse sit satis.

Vxor à fisco dotem recu petat.

Qualiter intelligatur restituendam esse dotem.

QVAESTIO CXII.

De confiscatione bonorum clericorum hæreticorum.

CEntesima duodecima quæstio est: Vtrum bona hæreticorum clericorum impœnitentium, vel relapsorum, sint ipso facto, cum tales relin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quuntur brachio sæculari, Ecclesijs vnde illa habuerunt, seu Episcopo confiscata.

Respondemus, ꝙ bona laicorum confiscantur dominis tẽporalibus, & si sunt domini tẽporales prelati, eis applicãtur: si sæculares, sæcularibus dominis confiscantur, non per Ecclesiã, sed per curiam sæcularem, vt in c. Vergentis. de heret.

Bona vero clericorum applicantur Ecclesijs, à quibus stipendia habuerunt, vt patet in c. Excommunicamus itaque, in prin. vbi dicitur sic: Dãnati vero præsentibus sęcularibus potestatibus, aut corũ balliuis relinquãtur animaduersione debita puniẽdi, clericis prius à suis ordinibus degradatis: ita ꝙ bona huiusmodi damnatorũ, si laici fuerint, confiscentur: si vero clerici, applicentur ecclesijs, à quibus stipendia receperunt.

Relat. supra pag 101.

Est tamen considerandum, ꝙ de hiusmodi materia habetur in c. Nolẽtes. de hæret. in Clem. vbi dicitur de Inquisitoribus sic: Nec scienter attententent, ecclesiarum bona ob clericorũ delictũ, prædicti occasione officij fisco etiam Ecclesiæ applicare. Quòd si secus in his, vel eorum altero fecerint, excommunicationis sententiæ eos subiacere decernimus ipso facto.

Supra pag. 713.

COMMENT. CLXI.

EX tota serie huius quæstionis non obscure colliguntur tria axiomata.

Sũma totius quæstionis.

Primum est. Bona laicorũ hęreticorum applicantur dominis tẽporalibus, siue tales domini sint sęculares, siue sint prælati, quos contingat habere inrisdictionem temporalem.

Alterum est. Bona hæreticorum clericorũ applicantur ecclesijs, à quibus habuerunt stipendia.

Postremum est. Bona Ecclesiarũ, quę à clericis hęreticis possidentur, ob delicta clericorũ nõ esse applicanda etiam fisco Ecclesiæ.

De prima assertione nihil nunc est à nobis dicendum, cum in præcedentibus satis abunde docuerimus, Eymericum vetera iura secutum vbique sentire, bona laicorum hæreticorum et confiscari per principes laicos & occupari, cum tamen hodie res aliter habeat.

Alterum ergo axioma nunc est in primis declarãdum, in quo Eymericus apertissime sentire videtur, bona clerici hęretici, quæ ex Ecclesia vel respectu eius acquisiuit, confiscari non posse, nec à quoquã iudice occupari: sed illi Ecclesiæ, cuius contemplatione ea habuit, esse applicanda.

Bona clericorum hæreticorũ cui applicanda.

Hęc vero Eymerici sententia aperto iure nititur. in cap. Excommunicamus 1. §. 1. de hæret. quo textu vtitur hic auctor. tenet glossa ibidem verbo, stipendia. Collectarius & alij. Ancharanus in cap. cum secundum leges. de hęret. lib. 6. & Conradus Brunus lib. 5. de hęreticis cap. 6. Felynus in c. Vergentis. de hæret. Cardinalis in clemen. 2. de hæret. q. 6. versi. Inquisitoribus. Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio. §. bona clericorum. Bernardinus Diaz in pract. crim. can. cap. 106. & alij quos prudens omitto.

Tria bonorũ genera possidentur à clericis.

Quò autem plenius & apertius hęc percipiãtur, obseruandum hoc mihi in primis videtur, à clericis tria potissimum genera bonorũ posse possideri. Quædam, quæ sunt ipsius Ecclesię, vt possessiones, domus, prædia, & similia, super quibus sæpe clerici habent fundatos fructus & redditus, quos percipiunt, & de quibus aluntur. & in his nulla dubitatio est, quòd confiscari nequeant propter ipsorũ delicta, sed Ecclesijs ipsis quarum erant, penitus relinquuntur. ac de his bonis videtur loqui textus in clement. nolentes. de hęret. quo vtitur in hac quæstione Eymericus in tertio axiomate, quia delictum ministrorum non debet Ecclesiæ præiudicare: neque æquũ est vt eius bona minuantur propter eorum facinora, vt ait Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio. §. an bona. idẽ Simãcas de catho. instit. tit. 9. num. 88. & copiosè Sotus lib. 10. de iust. & iure. q. 4. art. 3.

Bona Ecclesię ab hęreticis possessa nõ confiscantur.

Alia sunt bona, quę ipsi clerici possident & percipiunt ex bonis & beneficijs Ecclesię, vt sunt fructus & redditus ecclesiasticorũ beneficiorum: & in his cõsistit tota difficultas, an propter hęresim ipsorum confiscari queant. quia tamen in hac re obscurissime loquuntur nostri, rursus distinguere oportet, an clerici possidẽt beneficia curã animarũ habentia, quales sunt Episcopi, & alij rectores inferiores, an vero simpliciter sint beneficiati.

Bona clericorum ex fructibus beneficiorum, an possint confiscari.

Si curam animarum habeant, cum non omnes fructus perceptos faciant suos, consequitur vt confiscari nequeant, sed vel ad Ecclesiã illam, à qua eos perceperunt, vel ad cameram Apostolicam spectabunt. nam cum huiusmodi fructus ratione administrationis, & curę animarum sint in vsus pauperum & in cultum diuinum, & in necessitates ministrorũ eius Ecclesię cui seruiunt expendendi, nullum super his dominium habent, vt tradit beatus Thomas 2. 2. q. 185. art. 7. & late Sotus lib. 10. de iustitia & iure. q. 4. art. 3. quos sequitur Couarruuias in c. cum in officijs. de testa.

Dixi, cum non omnes fructus perceptos faciant suos: *quoniam in illa fructuum portione, quæ per canones Episcopis, & alijs animarum rectoribus est deputata ad suam & suorum sustentationem c. de redditibus. 12. q. 2. cum verum dominium videantur habere, vt videntur indicare Thomas & Sotus proxime citatis locis, videtur fieri posse confiscatio, vt latius ex sequentibus apparebit; quoniam de hac portione idem videtur iudicandum, quod de fructibus perceptis à simpliciter beneficiatis mox dicemus.*

Bona clericorum hęreticorũ ex fructibus beneficiorum iu scepta posse cõfiscari quidicant.

Quòd si clerici, qui fructus & redditus ecclesiasticorum beneficiorum percipiunt, simpliciter beneficiati sint: tunc si verum dominium eorum nanciscantur, vt vult Ioannes Maior lib. 4 senten. dist. 24. q. 20. & Gabriel distinct. 15. q. 8. & Syluester in sum verbo, clericus 4. & Corneus consil. 314. lib. 3. & Couarruuias in dicto c. cum in officijs. de testa. Lodouicus Bologninus in additione ad consilium Ioannis de Anania 87. incipien. Circa dubium. & Sotus lib. 10. de iust. & iure. quæst. 4. art. 3. & alij, sane si quid ex his acquirant clerici, & labantur in hęresim, poterunt non ecclesijs à quibus stipendia habuerunt, sed sacro inquisitionis officio per Inquisitores confiscari, & applicari. ita Simancas de catho instit. tit. 9. num. 90. vbi adducit in hanc sententiam multos ex auctoribus præcitatis.

Idem

Idem iudicium est in bonis acquisitis ex quotidianis distributionibus ecclesiastici beneficij, si earum verum dominium acquisitum censeri debet habenti beneficium, & eas percipienti: quod videtur posse colligi non obscure ex textu in c. vnico. de cleri. non residen. lib. 6. vbi Dominicus. sequitur Barbatia in c fi. de peculio cleri. Decius cõsi. 280. Parisius consi. 33. incipien. in Ecclesia. volu. 4. Sotus lib. 10. de iust. & iure q. 4. art. 3 concl. 3. Couarruuias in dicto c. cum in officijs. de testamen. nu. 4. constat enim has distributiones à canonibus Ecclesiæ ministris concedi ob illud ministerium, quod altari, aut diuino cultui impendunt.

Clerici si de bonis acquisitis ex fructibus beneficiorũ testantur, an ideo ea confiscati possint.

Quemadmodum ergo in his bonis clericorum acquisitis ex redditibus, fructibus, & quotidianis distributionibus, si verum eorum dominium habent, succederent illi, quos ipsi hæredes sibi legitime instituissent, aut in eisdem intestati decedentes de receptа prouincię consuetudine successores haberent, parentes, fratres, ecteroſque cognatos, (talem enim consuetudinem valere multi viri doctissimi testãtur, quos refert Couarruuias in dicto cap. cum in officijs. de testamen. nume. 9.) eodem modo si committant crimen hęresis, videtur illis posse succedere officium Inquisitionis, cui Inquisitores huiusmodi bona confiscabunt.

Verum, quoniam nondum mihi constat, an plene sit derogatũ vbique dispositioni textus in dicto cap. excommunicamus 1. §. 1. quo vtitur in hac quæstione auctor, quo cauetur vt bona clericorum damnatorũ de hęresi applicetur Ecclesijs, à quibus stipendia haburunt; ideo non auderem facile in cõtrarium proferre sententiam: sed crederem in hoc standum esse prouinciarum consuetudini, aut in nostro casu consilendum supremum Senatum sanctę & vniuersalis Inquisitionis Romanę.

An clericis redeuntibus, pecuniariæ penitentiæ imponi possunt.

Ex prędictis tamen hoc consequi videtur, vt clericis redeuntibus, quamuis non habeant patrimonium, dummodo habeant fructus beneficiorum, possint imponi pœnitentiæ pecuniariæ, si in fructibus beneficiorum habeant dominium, quamuis Repertorium Inquisitorum verbo, clericus. §. an clericis. contrarium velit. & dixi plenius supra in hac 3. parte super q. 103. §. de clericis.

Bona clericorũ hęreticorum propria cõfiscari possunt.

Postremo, quædam sunt clericorum bona, quæ nõ habuerunt ab Ecclesia prędictis modis, sed à parentibus, amicis, consanguineis, vel etiam ex propria industria compararunt, vt ex aliquo honesto exercitio, seu officio, vt verbi gratia, ingenuas artes profitendo: & in his minor est dubitatio; constat enim ob hęresim eorum confiscari posse. Oldradus consil. 17. incipiente: Thema tale est. *Paulus Castrensis consil. 154. Guiliermus Benedictus in repetitio. cap. Raynutius. de testam. verbo. & vxorem. num. 240. Couarruuias lib. 2. varia. resolutio. cap. 9. nu. 12. Repertorium Inquisitorum verbo, confiscatio §. bona clericorum. & alij quos refert & sequitur Simancas de cathol. institut. titu. 9. num. 92. nemo enim dubitat, eos in his verũ dominium habere, sunt namque eorum propria bona, vt ait B. Thomas 2. 2. q. 185. artic. 7.*

Bona feudalia clericorũ hęreticorum nõ confiscant

Quod si clericus bona feudalia habeat, ea non confiscantur, sed ad directos dominos reuertuntur, sicuti alibi plenius scripsimus. & tradunt Hostiensis in cap. excommunicamus. de hæreti. §. moneantur. & Speculator titu. de feudis. versic. quadragesimo quæritur. num. 62. disputat late Albericus in libro de statutis 2. parte quæst. 17. & Hieronymus Gigas tracta. de crimine læsę maiestatis lib. 2. titu. de pœnis committentium crimen læsę maiestatis, quæst. 5. vbi aduersas de hac quæstione opiniones eleganter conciliat.

An fiscus succedat in feudum dãnati quoad vsumfructum, dãnato viuẽte.

Mihi quandoque non displicebat sententia eorum qui dicunt, quòd quamuis bona feudalia non transeant in fiscum per generalem bonorum confiscationem, sed quòd reuertantur, vel ad dominos proprios bonorum feudalium, vel trãsferãtur in eos, qui iure feudi successuri forent; tamen viuente ipso condemnato, qui feudum tenebat, fiscus succedet in feudum quoad vsumfructum; eo vero mortuo in feudo succedent qui iure succedere possunt. And. de Isernia in cap. 1. §. preterea. titu. quę sit prima causa beneficij amittendi. & §. denique. eodem titu. quem refert & sequitur Gigas tracta. de crimine læsę maiestatis lib. 2. titu. de pœnis comm. crimi. læsę maiestatis q. 5. nume. 4. & 7. & hoc intelligo in feudis possessis tam à laicis, quàm à clericis damnatis de hęresi. Sed in contrarium facit, quia cum hoc casu feudum aperiri dicatur, pleno iure videtur ad priorem seu directum dominum pertinere.

Idẽ locũ habet in bonis restitutioni subiectis & vinculatis.

Idipsum quod de bonis feudalibus proxime dixi, locum habere existimo in bonis restitutioni subiectis: ea enim non publicantur ob hęresim possidentium, sed ei restituenda sunt, cui post aliquod tempus relinquenda, seu restituenda erant. Gabriel Quemada in compendio quæstionum de bonis confiscatis quæst. 17. & Simancas de cathol. institutio. titu. 9. num. 93.

De bonis emphyteoticarijs quid sentiendũ.

Num autem viuente damnato in his etiam bonis fiscus habeat vsumfructum, disputat præcitato loco Quemada: & Alexander consil. 23. incipiente: Opportune consideratis. *vbi concludit statim substitutum admitti, non expectata morte naturali eius qui damnatus fuit de hęresi. vide l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. vbi Doctores hoc communiter adnotare solent. sed de his omnibus plenissime disseruit Ludouicus Molina iureconsultus Hispanus libro 4. cap. 11. de Hispanorum primogenijs.*

In Cle-

in Clemen. 2. de iurepatronat. §. 1. q. 8. Archidiaconum in cap. filijs. 16. quæst. 7. & alios multis locis, quibus adde Simancam de catho. institut. titu. 9. num. 95. & sequen. & Lambertinum tract. de iurepatronatus lib. 3. quæst. 8. principali, vbi per multos articulos rem hanc prosequitur.

DE POENIS HAERETICORUM, credentium, receptatorũ, fautorum, & defensorum.

QVAESTIO CXIII.

De priuatione dignitatum, honorũ, beneficiorũ ecclesiasticorum, & publicorum officiorũ, quę propter hęresim infligitur.

Entesima tertiadecima quæstio est: Vtrum Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario possit priuare, seu priuatos nũtiare hęreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, ac illorum filios & nepotes, dignitatibus, personatibus, & omnibus honoribus & beneficijs ecclesiasticis, & officiis publicis quibuscunque?

Relat. supra pag. 108.

Respõdemus quòd sic, iuxta cap. Vt commissi. §. priuandi. de hęret. lib. 6. vbi sic dicitur: Priuandi præterea, vel priuatos nuntiandi dignitatibus, ac aliis beneficiis ecclesiasticis de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio & officiis publicis, ac honoribus quibuscunque, eosdem hæreticos, credentes, receptatores, & defensores ipsorum, eorumque filios & nepotes plenam concedimus facultatem. Sunt autem diœcesani in priuando tales, vel nuntiando priuatos beneficiis & huiusmodi requiren di: nisi forte constaret legitime, quòd ijdem scienter huiusmodi personis, eadem beneficia contulissent: tunc enim eos in his requirendos nõ esse censemus, sed potius à suo iudice puniendos.

Dignitatib. & officiis publicis &c. priuati sunt hęretici.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis, Clementis, Alexandri, & Vrbani iiij. Præcũctis. §. Priuandi pręterea.

Supra pag. 129.

Considerandum vero, quòd hęc intelliguntur de prędictis, si impœnitentes extiterint, non autẽ si pœnitentes, vt patet cap. Statutum felicis. de hæret. lib. 6. & patebit statim. quæst. 115.

COMMENT. CLXII.

ABsoluta vna pœna, quę ob crimen hęresis infligitur, videlicet confiscatio bonorum; nunc alteram aggreditur, quę est priuatio dignitatum, officiorum publicorum, & ecclesiasticorum beneficiorum, quam incurrunt non modo hęretici, sed etiam filij eorum.

Quęstionis summa.

Ex hac autem quęstione tres potissimum colliguntur assertiones.

Prima est: Inquisitor cum Episcopo, vel eius Vicario priuare debet, seu priuatos denuntiare beneficijs ecclesiasticis & dignitatibus hęreticos & eorũ fautores, defensores, receptatores & eorum filios. item beneficijs publicis.

Altera est: Tunc vero ad hanc pœnam infligendam, seu potius declarandam non vocantur Episcopi, quando ipsi malo animo talibus beneficia ecclesiastica contulerunt; nam Episcopi ob id delictum puniendi sunt à suis iudicibus.

Tertia & vltima assertio est: Hæc pœna priuationis non habet locũ in pœnitentibus & conuersis.

Cũ Inquisitor priuat beneficiis eccle siasticis, Episcopi cõsilium requirat.

Circa primam assertionem notandum est id quod breuiter docuimus supra in hac 3. parte commentario 8. num. 54. §. idcirco nos. videlicet, quòd cum hęretici, fautores, & ceteri huiusmodi priuandi sunt beneficijs ecclesiasticis, consilium Episcopi requirere debet Inquisitor, quamuis non teneatur expectare consensum, vt videtur posse deduci ex textu in cap. vt commissi. de hæreti. libro 6. at secus est cum priuãdi sunt officijs sæcularibus; quia tunc solus Inquisitor id facere potest. ita glossa in dicto cap. vt cõmissi. de hæret. lib. 6. in verbo, honoribus. rationem diuersitatis pulchre ostendit prædicta glossa in dicto c. vt commissi. verbo, honoribus, adde Lambertinum de iure patronatus lib. 2. par. prima. art. 6. nonæ quæstionis principalis.

Idem faciat cũ priuat beneficiis sęcularibus.

Quamquam autem hæc summo iure vera sint, possintque absque vllo vel iuris vel Episcopi præiudicio exerceri ab Inquisitoribus; tutius tamen est & decentius, vt etiam in priuatione sæcularium officiorũ & dignitatum Episcopi consensus adhibeatur, iuxta ea quæ tradidimus supra in hac 3. parte super q. 48. & series contextus in dicto c. vt commissi. satis indicare videtur in priuatione vtrorumque Episcopi cõsensum esse adhibendum: & hæc sententia securior est, quam etiam non obscure sequi videtur hoc loco Eymericus, vt constat ex initio quæstionis, & ex modo quo eam proponit.

Et quamuis verum sit ex dispositione cap. vt cõmissi. de hæret. lib. 6. solum Inquisitorẽ posse priuare hęreticos officijs publicis siue sæcularibus, at hodie per clemen. 1. de hęret. §. propter quod. dicendum videtur id per se solum non posse facere, & huius sententiæ esse videntur Ioãnes And. Geminianus & Franchus in prędict. cap. vt commissi. dum aiunt de hac re hodie dicendum esse iuxta notata in Clement. 1. de hæret. quasi velint nunc non posse solum Inquisitorẽ priuare officijs sæcularibus per illa verba dictę Clement. Aut ad sententiã procedere contra eos Episcopus sine Inquisitore, aut Inquisitor sine Episcopo diœcesano, &c. non valebit *quod ipsum annotat Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorũ verbo, Inquisitor. §. 19.*

Hęretici ad ipso iure sint suis beneficiis priuati.

Illa vero est huius loci non postponenda difficultas, An hęretici, & credentes, fautores, defensores, & receptatores sint suis beneficijs ipso iure priuati, an potius debeant priuari per sententiam. in hac controuersia tota obscuritas consistit in illis verbis textus in dicto c. vt commissi. videlicet. Priuandi pręterea, vel priuatos nuntiandi.

Ac pri-

Ac primum quidem ipso iure priuati videntur hæretici, & credentes, suis beneficijs (nam de alijs mox dicemus) c. quo iure. distinct. 8. vbi id adnotant glossa, Geminianus, & Præpositus, & Ioannes Andreas & alij in dicto cap. vt commissi. de hęre. lib. 6. vbi prędicta verba, priuandi vel priuatos denuntiandi, *expositiue accipienda admonet, idest, priuatos denuntiandi. adduntque in sententijs hac etiam ratione loquendi vti oportere Inquisitores. eandem opinionem profitentur Abbas in cap. inter dilectos. & Felynus in cap. 2. de rescript. & alij quos refert Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 106. Ad hæc sicuti ipso iure sunt infames, excommunicati, &c. perinde ipso quoque iure videri possunt suis beneficijs priuati.*

Alfonsi Castri opinio.

Sed Alfonsus Castrus lib. 2. cap. 9. de iusta hęret. punitio. putat hęreticos ipso iure non incurrere priuationẽ officij aut beneficij suscepti, sed solum postquam ad illam priuationem fuerint à iudice condemnati. Alfonsum sequitur etiam Simancas de catho. institut. titu. 46. num. 72. addens in hanc sententiam rationes multas. Primum, quia semper sententia saltem declaratoria necessaria est: tum quia frustra requirẽdi essent Episcopi ad beneficiorum priuationẽ, si clerici ipso iure priuati forent, & sententia iudicũ necessaria non esset.

Hęretici ipso iure sunt priuati suis beneficijs.

Mihi tamen paulo diligentius rem contemplanti, veterum sententia verior videtur, videlicet, hęreticos ipso iure priuatos esse beneficijs ecclesiasticis à die commissi criminis, & illam dictionem, vel, positã in dicto c. vt commissi. de hęret. lib. 6. ibi. priuandi, vel priuatos denuntiandi, *expositiue omnino accipiendam esse, pro, idest, vt optime voluit ibidẽ Ioannes And. & alij, quos paulo antea citaui.*

Quòd si nolis expositiue accipere, sed ita, vt dictio, priuandi, *referatur ad hæreticorum fautores, receptatores, & defensores: dictio vero,* priuatos denuntiandi, *ad ipsos hæreticos, vt exponit Couarruuias lib. 2. varia. resolut. cap. 8. nu. 4. adhuc apertissime consequitur, hęreticos ipso iure suis beneficijs esse priuatos.*

Pij V. Pont. Max. constitutio de beneficijs hæreticorũ vacantibus.

Postremo, quidquid sit de iure vetere, iure tamen nouo nullo pacto negare possumus, quin hæretici sint ipso iure à die commissi criminis suis beneficijs priuati: nam Pius V. Pont. Max. rescripto quodã incipiente: Cum ex Apostolatus. *quod est impressum inter litteras Apostolicas in fine huius operis, vniuersa beneficia, cuiuscunque generis fuerint, & vbicunque vacantia, propter hęresis crimen à quocunque commissum, ordinationi & dispensationi sedis Apostolicę reseruauit: Nam dum ait, vacantia beneficia ob hæresis crimen sedis Apostolicæ ordinationi reseruari, apertissime supponit, ipso iure ob crimen hæresis commissum vacare, & ob id hæreticos ipso etiam iure illis priuari.*

Huc quoque accedit id decretum, cuius meminit Locatus in fine operis iudicialis impres. Romæ anno MDLXX. pag. 475. quo cautum asserit, quòd cum hæreticorum beneficia vacent à die commissi criminis, si ea resignentur, nullum ius acquiritur resignarijs; quia videlicet, hæretici omne suum ius amiserunt: ideoque sunt sedis Apostolicæ ordinationi reseruata.

Itaque cum in sententijs, illi qui reuertuntur ab hæresi, declarentur hæretici fuisse, & incidisse in omnes pœnas à iure in hæreticos statutas, vt communis nunc obseruat sacri tribunalis vsus, vt videri etiam potest apud Locatum in fine operis iudicialis impres. Romæ anno MDLXX. pag. 499. & alibi docuimus; efficitur plane, hæreticos saltem iure nouo ob prędictam dispositionem à die commissi criminis suis beneficijs esse priuatos. neque ab hac sententia putarem vllo pacto fore recedendum, quam oportuit recentiores animaduertisse.

Non obstant rationes in contrarium allatæ: nam primum hæretici non priuantur per sententiam Episcopi aut Inquisitoris suis beneficijs, sed solum priuati declarantur. Præterea, ideo consensus Episcopi requiritur: quoniam declarare aliquem hæreticum fuisse, & in pœnas à iure statutas incidisse, magnum quiddam est; & ob id oportet Episcopi requirere cõsensum, vt alibi plene diximus.

Hæreticorũ fautores, &c. non sunt beneficijs priuati, sed priuandi.

De hæreticorum vero receptatoribus, defensoribus, & fautoribus minor est difficultas: cõstat enim eos non esse ipso iure priuatos beneficijs obtentis, sed per sententiam fore priuandos. cap. Excommunicamus 1. §. credentes. de hæreti. ibi; Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. *tradit Couarruuias lib. 2. varia. resolutio. cap. 8. nu. 4. & alij quos in re aperta omitto.*

Pœna Episcopi conferentis hęreticis beneficia

Secunda vero assertio magnam habet æquitatem, vt Episcopus conferens scienter hæreticis, aut hęreticorum fautoribus & similibus beneficium; priuilegium suum, de quo hic agitur, iuste amittat: quia (vt optime scripsit ibi glossa) vnde venit pœna, non datur præmium.

Collatio beneficij facta hæretico est nulla.

Episcopus præterea scienter conferens hęreticis ecclesiastica beneficia, sicut fautor hæreticorum puniri debet, vt docent Archidiacons, Ioannes Andreas, Geminianus & alij in dicto cap. vt commissi. de hæreti. lib. 6. quos sequitur Cæsar Lambertinus lib. 2. de iure patronatus, parte 1. art. 6. nonæ quæstionis principalis.

Ad hęc, collatio beneficij facta hæretico, fautori & similibus, ipso iure est nulla. ita Lambertinus prędicato loco, vbi adducit alios in hanc sententiam. vnde consequitur, vt omnes fructus inde percepti restitui debeant tamquam inique & iniuste accepti: nullum enim habet ius legitimum ad fructus percipiendos. Alfonsus Castrus libro 2. de iusta hęret. punit. cap. 9.

Præsentans hæreticũ ad beneficium, fautor hęreticorum est.

Nec modo Episcopus conferens scienter hęreticis beneficia, fautor est hęreticorum, sed etiam illi, qui scienter præsentant aliquem, quem sciunt esse hęreticum, vt optime scripsit Lambertinus, loco proxime citato. de ceteris fautoribus dixi plene supra parte 2. super q. 53.

Quis puniat Episcopũ ferentem hęreticis beneficia.

Quis autem sit legitimus iudex Episcopi conferentis hęreticis ecclesiastica beneficia, quæsitum est: & Archidiaconus in dicto cap. vt commissi. à Metropolitano in concilio existente puniendum arbitratur, idẽ Ioannes And. & alij.

Sed Dominicus & Franchus ita putant: si actus collationis scienter factus per Episcopum non facit eum haberi pro hæretico, sed aliter delinquere; tunc punietur per Metropolitanum. cap. vt litigantes. de offic.

Universidad de Deusto
Biblioteca

offic. ord. quòd si actus collationis scienter factus per Episcopum, facit eum haberi pro hæretico; tunc quo ad cognitionem dicitur suus iudex Metropolitanus in synodo existens, sed quo ad punitionem erit Papa. secundum glossam in cap. Inquisitores. de hæretic. lib. 6.

Nos vero quamquam non ignoremus posse quandoque contingere, vt Episcopus non habeatur pro hæretico conferendo beneficia alicui hæretico, cum possit contingere, vt conferat beneficia cõsanguineis vel amicis, non tamquam hæreticis, sed tamquam consanguineis, vel amicis; quia tamen ex hoc actu vehementem contrahit hæresis suspicionem, cum oporteat eos, hæreticos extirpare, non fouere, aut beneficijs ditare, tutius esse credimus in hac causa. vt suus iudex legitimus sit Romanus Pontifex, iuxta cap. Inquisitores. de hæret. lib. 6. itaque in hoc casu vel Inquisitores, vel coepiscopi, vel Metropolitanus, rem summo Pontifici denuntiabunt, vt is quid facto opus sit, statuat, iuxta dispositionem dicti cap. Inquisitores. & hoc puto esse congruentius Episcopali dignitati, & negotio, de quo agitur.

Hodie contra Episcopos & alios quoslibet prælatos hæreticos vel de hæresi diffamatos, aut suspectos Reuerendissimi domini Cardinales Inquisitores generales in vniuersa republica Christiana, procedere possunt per extrauagãtem Pij Papæ IIII. incipien. Romanus Pontifex. *quę in fine huius operis est impressa inter litteras Apostolicas.*

Iam tandem circa tertiam Eymerici assertionem non modica occurrit difficultas, dum ait, prædictam pœnam priuationis beneficiorum non habere locum in pœnitentibus & conuersis: quę assertio, si de filijs hæreticorum conuersorum accipiatur, nullam videtur habere difficultatem, vt super quæst. 115. dicemus; si autem intelligatur de hæreticis ipsis, anceps mihi videtur controuersia: nam quamuis non essent ipso iure suis beneficijs priuati, contra quàm paulo ante docuerimus, omnino tamen videntur priuandi: nam vt cetera omittam, in cõcilio Eliberino cap. 51. ita scriptum est: Ex omni hæresi qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promouendus, vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponentur. *hęc ibi. confert textus in cap. 1. de hæreti. lib. 6.*

Cum vero dicitur simpliciter, deponentur, *in perpetuum significatur fieri depositio. glossa notabilis in cap. primo. 50. distinct. vbi notat Dominicus. tradit Bernardinus Diaz in pract. crim. cano. cap. 127. in principio.*

Huc spectãt multa, quę commemorat Conradus Brunus lib. 3. de hæretic. cap. 7. hęc eadem secutus Iacobus Simancas de cathol. institutio. titu. 47. nume. 76. dixit, clericos ad Ecclesiam redeuntes post alias pœnitentias deponendos esse, saltem degradatione verbali, qua suspenduntur ab exercitio suorum ordinum.

Archidiaconus in cap. vt commissi. de hæret. lib. 6. quem sequitur ibidem Ioannes Andr. dicit, quòd si clericus sit paratus corrigi, & redire ad vnitatem Ecclesiæ, deponi non debet, seu dignitatibus suis priuari. cap. nunc autem. in gloss. sed videtur. in fine 21. distinct.

Hæretici redeuntes an sint beneficijs priuãdi.

Archidiaconi opinio.

Sed Dominicus, quem videtur sequi Philippus Frãchus in dicto c. vt commissi. de hæret. lib. 6. circa finem, dicebat, quòd tunc clericus rediens ad fidem recuperat beneficia, quando redit ante sententiam, quòd si post sententiam conuertatur, non recuperat nisi ex dispensatione, vt notatur in cap. diligentia. de electio. tenet glos. 23. q. 7. in summa.

Dominici & aliorum opinio.

Nos vero in hac re, omissis tam obscuris & incertis sententijs, subsequentia consideranda putamus. multum refert intelligere cuius conditionis sit clericus, qui ab hæresi reuertitur, ad hoc vt sua beneficia, & pristinas dignitates, quibus ipso iure ob hæresim priuatus fuit, obtineat, seu vt apertius loquar, ad ea restituatur: aut enim Episcopus est, seu prælatus alius; aut rector inferior, qui curam animarum gerit; aut alijs aliàs præest, quales sunt Abbates, & Monachorum prælati: aut denique sunt simpliciter beneficiati, vel religiosi priuati nullam habentes administrationem.

Cõsideranda in priuandis clericis suis beneficiis.

De Episcopis seu prælatis alijs maioribus nullum nostrum consilium est, quia cum horum causæ in materia fidei non cognoscantur per priuatos Inquisitores, sed per summum Romanum Pontificem. cap. Inquisitores. de hæretic. libro 6. Pontifex viderit, an & quando expediat tales ad suas pristinas restituere dignitates.

Quid de Episcopis.

Si sint inferiores rectores animarum, & religionum præfecti, videndum est, an subditos corruperint, vel contra peccatum eorum occultum fuerit, ipsique seipsos detulerint: nam si subditos sibi infecerint, quamuis humiliter conuertantur, nullo modo videntur restituendi ad suas pristinas dignitates & beneficia; sin autẽ nulli nocuerint, & se ipsos detulerint, mitius est cum illis agendum: verum cum his quid agere oporteat, non facile deliberent priuati Inquisitores, sed supremum Senatum consulant. hoc enim tutius est & conuenientius.

Quid in rectoribus animarum.

Iam si simpliciter fuerint religiosi, aut clerici, & sponte reuersi fuerint, mitissime tractari debent, & facilius possunt ad sua restitui beneficia, sed ad tempus, si Episcopo & Inquisitori videatur. suspẽdi possunt ab ordinum exercitio. Zachinus tract. de hæret. cap. 16. num. 9. circa finem.

Quid in simpliciter beneficiatis.

Quòd si post deprehensionem tardius & post multas admonitiones reuertãtur, ad officia & beneficia, non tam facile debent restitui: immo verbaliter degradati in Monasterium conijcientur ad agendam cõdignam pœnitentiam. nec facile debent habilitari in posterum ad aliqua beneficia obtinenda.

Restituere autem clericos, qui fuerunt hæretici, ad beneficia, quæ antequã essent hæretici possidebant ad solum Papam spectat, cum constet ex superioribus beneficia ob hæresim ipso iure vacare, & dispositioni sedis Apostolicæ reseruari.

Beneficia vero eorum, qui tantum fuerunt de hæresi suspecti vel diffamati ipso iure non vacant, ceterum tales pro qualitate criminum illis quandoque per sententiam priuari possunt, vt ex supradictis constat.

An hæretici sint irregulares, & peracta pœnitentia promouere possint.

Num autem dispẽsari possit, aut debeat cum illis, qui dum hæresim commiserunt in minoribus ordinibus erant constituti, vt ad alios qui supersunt, promoueantur, breuiter est hoc loco indicandum.

Ac

Ac primum quidem hoc constituendum est, quòd quisquis est, vel fuit hæreticus, irregularis est, etiamsi conuersus & admissus ad gremium Ecclesię pœnitentiam peregerit. Speculat. tit. de dispensatione. § iuxta. & videtur probare textus in cap. conuenientibus. 1. q. 7. & in cap. inter sollicitudines. extra de purga. cano.

Præterea is qui reuertitur ab hæresi post peractã pœnitentiam dispensari potest post aliquod tempus vt in susceptis ordinibus administret, sed non vt ad superiores ascendat. quòd si nullum ordinem habeat, vlterius ordinari non debet, nec ad primam quidem tonsuram, cap. saluberrimum. 1. quæst. 7. tenent beatus Antoninus tract. de censuris, cap. 100. Syluester in summa, verbo, irregularitas. q. 5. & Maiolus lib. 5. de irregularitate, cap. 46. quo loco addit hæc omnia locum habere in fautoribus, defensoribus, auxiliatoribus, & ceteris huiusmodi, de quibus alibi copiose diximus.

De schismaticis quid sentiam, iam explicui supra parte 2. super q. 48. de schismaticis. §. cognito dignum est. & seq.

Quamquam autẽ hęc ita se habeant, si tamen vrgens necessitas aut euidens Ecclesię vtilitas id exposcat, non modo in susceptis ordinibus administrãdis poterunt tolerari omnes supradicti, sed etiam ad vlteriores, & ad sacerdotia seu beneficia ecclesiastica promoueri, cap. conuenientibus. 1. q. 7. & docet late Conradus Brunus lib. 3. de hæret. cap. 7.

Postremo quis cum supradictis dispensare possit, quæsitum est, & Maiolus lib. 5. cap. 46. de irregularit. & Syluester in summa, verbo irregularitas. q. 5. rectè sentiunt, dum aiunt solum Romanum Pontificem super hac irregularitate dispensare. eiusdem sententiæ non obscure esse videtur Eymericus infra q. 126. & Zanchinus tracta. de hæreti. cap. 38. neque ab his vllo pacto dissentio, neque aliud omnino dicendum, aut faciendum censeo. iure ergo ordinario nec Episcopus, nec Inquisitor possunt super hac irregularitate dispensare.

Num autem ex priuilegio Clementis VII. incipien. Cum sicut. *relatum inter litteras Apostolicas in fine huius operis, Inquisitores hæreticæ prauitatis dispensare possint super hac irregularitate, di xi infra super dicta quæst. 126.*

QVAESTIO CXIIII.

De extensione dictæ priuationis ad posteros hæreticorum.

Hæretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quòd si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane.

Relat. supra pag. 104.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandrii iiij. Nouerit. §. hæretici.

COMMENT. CLXIII.

QVamuis Eymericus generalem proponat quæstionem de priuatione hæreticorum, fautorũ, & ceterorum, eorumque filiorum ab omni officio & beneficio: nihilominus ex responsione intelligimus de priuatione filiorum solum agere: nam de hæreticis & fautoribus, ac ceteris quid sentiat superiori quæstione egit.

In hac breui quæstiuncula vnum ponit axioma, videlicet, Filios hæreticorum, credentium, fautorũ, & aliorum huiusmodi inhabiles fieri ad obtinẽda officia quælibet publica, & ecclesiastica beneficia vsque ad secundam generationem. hoc enim mihi significare videntur illa verba: Respõdemus quòd sunt priuati, *idest, sunt inhabiles effecti. & hoc crederem esse Eymerici institutum, vt cõstat ex serie textus quem citat.*

Filij hæreticorum, fautorum, & aliorum huiusmodi inhabiles ad beneficia.

Ac primum multis rationibus iustissime inducũ videri potest, vt filij hæreticorum, fautorum & ceterorum similium etiam catholici à publicis officijs & ecclesiasticis beneficijs arceantur. Primum, quia infames sunt, cum paterna infamia eos afficiat: Dein de quoniam in odium paterni sceleris visum est non modo animaduertere in ipsos sceleratos, sed etiam in progeniem damnatorum. cap. vergẽtis. de hæret. Denique, vt parentes à tanto crimine patrando auocentur, in filios eorum leges quandoque sæuiunt: sæpe enim contingit vt parentes magis filiorũ pœna quàm propria terreantur ob vehementissimum amoris affectum, quem erga filios gerunt. l. isti quidem. ff. de eo quod met. caus. omitto hic multa consulto, quę fusius traduntur à nostris, dum disputant an iustum sit filios ob parentum delicta puniri, de quo videto præceteris Alfonsum Castrum lib. 2. cap. 10. de iusta hæret. punitio.

Cur filij inhabilitentur ob parẽtum peccata.

Sed in primis illud est quærendum cum agitur de affligendis & inhabilitandis filijs ob delicta paterna, de quibus filijs intelligatur, an de legitimis tantum, an vero etiam de ceteris ex quocunque susceptis amplexu.

An filij illegitimi inhabilitentur ob patris delictum.

Sunt enim filiorum genera plura; quidã enim sunt legitimi alij naturales tantum, alij spurij, alij adulterini seu incestuosi, seu sacrilegi, de quibus extat elegãs liber multa eruditione refertus Illustrissimi Cardinalis Paleoti viri integerrimi doctissimi, & vitę sanctitate clari, nobisque multis nominibus colendi, cui titulus factus est, De nothis & spurijs. *In quo plenissime tradita sunt quęcunque ad materiam horum filiorum spectant.*

Varia filiorũ genera.

Eorundẽ meminit Accursius. §. 1. verbo, naturales. instit. de adoptio. glos. in c. liberi. 32. q. 4. Hostien. in sum. tit. qui filij sint legitimi. §. 1. Cassaneus ad consuetudines Ducatus Burgundię in rubrica, Des successions des bastardz. *nu. 3. vers. & aduerte et alij.*

In hac

Universidad de Deusto
Biblioteca

filij illegitimi inhabiles

In hac quæstione, vt vno verbo dicam, nulla fere lis est: conueniunt enim interpretes, filios quocunque modo illegitimos, pœnis in hæreticorum filios latis plecti. ita Petrus de Ancharano Archidiaconus, & Ioannes And. in cap. statutum. cl segundo. de hæret. lib. 6. quos sequuntur ibidem Franchus, & alij communiter. Zanchinus tract. de hæret. cap. 28. num. 13. & alij.

Horum plane sententia vera est. nam si illegitimi non punirentur ob delictum parentum, melior esset illegitimorum, quàm legitimorum conditio; & maius priuilegiũ haberet luxuria, quàm castitas, quod est absurdum.

An filij ante delictũ procreati inhabilitentur.

Illud prætera quæsitum est, Nũquid hæc pœna inhabilitationis ad officia & beneficia ob crimẽ paternum, eos solum filios afficiat, qui post patris delictum procreati seu geniti sunt; an vero eos etiam omnes complectatur, qui quocunque tempore geniti natique sunt, etiam antequam parentes delictum committerent.

Qui dixerint filios ante delictũ natos non inhabilitari.

Et filios antea genitos & natos, quàm parẽtes delictum læsæ maiestatis cõmitterent, non comprehendi his pœnis voluerunt Calderinus consi. 3. tit. de hæret. Cynus in dicta l. quisquis. C. ad legem Iuliã maiestat. Præpositus in c. quo iure. dist. 8. & pauci quidam alij, quos refert & sequitur Simãcas de catho. institut. titu. 29. nume. 23. & seq. vbi hanc sententiam multis adstruere conatur. id etiam lege Hispana nominatim cautum scio partita 2. tit. 27. l. 6. circa finem ibi: Pero nõ se entiende delos yerros que ouiessen fecho, ante que eran mas delos que despues fiziessen, &c.

Filios ante delictum natos etiã inhabilitari, verior sententia.

Omissis tamen rationibus, quibus hæc sententia probari potest, quę non valde vrgent, verior, securior, & vsu receptior est aduersa sententia, quam & numero & auctoritate longe superioribus maiores Doctores sequuntur. Albericus & Salycetus in dicta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestat. glossa in cap. si quis cum militibus. 6. q. 1. verbo, filij. Palacius Rubius in tractatu de regno Nauarræ part. 5. §. 8. versi. quarta obiectio. Angelus tracta. de maleſi. verbo, Che hai tradito la tua patria. *Couarruuias lib. 2. varia. resolut. cap. 8. nume. 5. versi. quarto solet pro Calderino. Antonius Gomez tom. 3. varia. resolutio. cap. 2. num. 16. versi. sed his nõ obstantibus. Gondissaluas tracta. de hæret. q. 23. num. 5. Alfonsus Castrus lib. 1. cap. 7. de potestate legis pœnalis. versi. & primo infero. idem lib. 2. cap. vlt. de iusta hæret. punitio. versi. de hac tamen re. Ioannes Platea in §. publica autem. instit. de publicis iudi. num. 27. versi. item habet locum. Repertorium Inquisitorum verbo, filij. §. sed quero. Petrus de Bellapertica in d. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiesta. Hieronymus Gigas tracta. de crimine læsę maiestat. lib. 3. tit. de pœnis, quas filij incurrunt. q. 5. vbi hanc vocat communem opinionem Gregorius Lopez in regiã l. 2. titu. 2. parte 7. Claudius Seyssellus in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iudicum. & alij quos esset longum recensere.*

Rationes quibus probatur posteriorum sententia.

Nec desunt viuę quidem & efficacissimæ rationes, quibus hęc sententia validissime probatur. Primum, quia textus in dicta l. quisquis. §. filij. C. ad l. Iuliam maiestat. & in cap. statutum. & in cap. quicunque. §. hæretici. de hæretic. libro 6. indistincte loquuntur de materia inhabilitationis & punitionis, seu priuationis hæreticorum, & filiorum eorum. sunt ergo indistincte intelligendi. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstandis. l. 3. ff. de officio præsid. l. de pretio. ff. de publicia. in rem actio. vbi glossa & doctores.

Rursus, hæc ratio fortissima mihi videtur, cui cõmode non potest respõderi. pœna enim, quę ob peccatum parentis descendit in filios, ideo imposita est, vt parentes à peccãdo auertantur, & ceteris timor incutiatur. ita fatentur multi ex præcitatis, sed præ ceteris tradit singulariter glos. in extrauagan. Ioan. XXII. de pœnis. §. filij eius. verbo, quomodolibet. et Alfonsus Cast. lib. 1. cap. 7. de potestate legis pœnalis. corollario primo. & lib. 2. cap. vlt. de iusta hæret. punit. hęc autem ratio tam reperitur in filijs ante delictum natis & procreatis, quàm in postea natis & genitis, cum vtrosque parentes equaliter diligat. consequitur ergo necessario, vt in omnes indistincte huiusmodi pœnę descendant.

Prætera sicut rescribit Zabarella in cap. in quibusdam, extra de pœnis. versi. quero, an filij. hac pœna inhabilitationis puniuntur filij hæreticorum, non quia peccauerunt, sed quia filij sunt; hoc autem tam conuenit natis ante delictum, quàm post delictũ procreatis: omnes ergo sunt pariter inhabiles.

Postremo, huic solæ rationi, quam mox subiungã, non facile respondebunt assertores contrariæ opinionis. In cap. statutum. el 2. de hæreti. lib. 6. apertissime cauetur, quòd filij, & nepotes illorum hæreticorum in supradictis pœnis comprehendantur, quorum parẽtes tales esse, vel tales etiã decessisse probantur. ergo satis esse videtur, quòd parentes decesserint hæretici: vnde consequitur apertissime constitutionem de filijs quoque natis ante hæresim loqui, cum post mortem patris, aut in articulo mortis ab eo generari nequeant,

Ob has rationes numquam dubitaui huic sentẽtiæ subscribere, nec crederem ab ea recedendum esse & in consulendo, & in iudicando. itaque filij hæreticorum quicunque illi fuerint, siue legitimi, siue illegitimi, siue nati ante delictum, siue postea, & infames erunt, & inhabiles ad quælibet officia & beneficia, ob delicta parentum.

An filij hæreticorũ priuentur beneficijs habitis ante patris delictum.

Anceps tamen & ardua quæstio est: An filij hæreticorum non modo efficiantur inhabiles ad officia & beneficia de nouo assequenda; verum etiam ipso iure priuentur illis, quę iam habebant, cum pater crimen cõmisit, aut saltem per sententiam veniant omnino priuandi.

Seuera interpretum antiquorum opinio.

In hac quæstione prima pars primũ erit diriminenda, An videlicet, filij ipso iure sint priuati beneficijs obtentis, quo tempore parentes crimen committerẽt læsæ maiestatis diuinę. in quo articulo bifariam inuenio sentire Doctores: veteres enim vno consensu asserunt, filios, & nepotes hæreticorum, fautorum & similium non modo fieri inhabiles ad officia & beneficia in posterum obtinenda; verum etiam ipso iure priuari omnibus illis; quę iam obtinebant, quo tempore crimen parentes committerent. ita Ioannes And. in cap. vt commissi. de hæret. lib. 6. & ibidem Geminianus in §. priuandi. nu. 4. Henricus Boich in cap.

in cap. vergentis. colu. 4. de hæreti. & ibidem Ioannes Anania nume. 12. vbi concludit in crimine hæresis filium alicuius hæretici clericum beneficio ecclesiastico obtẽto ipso iure priuatum. idem asserit Præpositus in cap. satis peruersum. 56. distinct. Imola in l. in insulam. in princip. ff. soluto matrimon. Hieronymus Gigas tractatu de crimine lęsę maiestis lib. 3. titu. de pœnis, quas filij incurrunt. quæst. 11. nume. 3. idem denique videtur tenere Palacius Rubius tractatu de regno Nauarrę parte 5. §. 8. & fortassis hoc ipsum videri potest voluisse Eymericus in hac quæstione, dum propositæ difficultati, an filij hæreticorum, & cet. priuandi sint, siue ipso iure sint priuati, respondens ait: respondemus, quòd sunt priuati.

Argumenta antiquorum

Supradicti autem Doctores ad hanc sententiam adstruendam potissimum vtuntur textu in cap. felicis. §. quòd si quis. de pœnis. libro 6. ex quo patet, filios percutientis sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinalem, ipso iure priuari beneficijs, quæ tempore commissi criminis obtinebant: manifestum est autem crimen illud multo minus, ac leuius esse, quàm crimen hęresis, cum longe sit maius diuinam, quàm humanam lædere maiestatem. cap. vergentis. de hæretic.

Qui dixerint filios hæreticorũ habitis beneficiis nõ priuari.

Sententiam superiori oppositam, nempe, filios hæreticorum & fautorum non priuari ipso iure beneficijs obtentis, quo tempore parentes crimen committerent; sed tantum inhabiles reddi ad obtinenda post crimen commissum, tenent Repertorium Inquisitorum verbo, filij. §. supradictum est. versic. sed saltem meliori deliberatione. eandem sententiam nullis mutatis sequitur Gondissaluus tract. de hæret. q. 23. num. 2. Couarruuias lib. 2. varia. resolut. cap. 8. nu. 4. idem tenere videtur Montaluus in legibus sepiipartitis. l. 4 par. 7. tit. 26. & alij, quos prędicto loco refert Couarruuias.

Ego vero quamuis aliàs fuerim in libris de pœnis hæreticorum secutus priorem sententiã in odium hæreticorum, & tanti criminis punitionem, quę si vsquam aliàs hoc maxime tempore locum esset habitura, ob effrenem & impudentem hæreticorum audaciam, qui vix pœnis vllis respiscunt; nihilominus tamen visum est mihi nunc penitus sentẽtiam mutare; nam præterquà quòd hæc sententia benignior est, & vsu rẽcepta, validioribus etiam rationibus nititur quàm prima.

Rationes quibus probatur filios hæreticorũ habitis beneficijs non priuari.

Ac primum quidem nusquam iure cautum reperitur, vt filij hæreticorum & fautorum etiam beneficijs obtentis priuentur, quo tempore parentes damnantur: quare cum hoc sit pœnale, extendi non debet, sed potius restringi, vt probant iura vulgaria, & textus in c. odia. de reg. iuris lib. 6.

Rursus, textus in c. quicunque. §. hæretici. de hæreti. lib. 6. solum videtur excludere filios hæreticorũ ab obtinendis beneficijs, dum ait: Ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium publicum assumantur. *hæc ibi. verbum autem illud;* assumantur, *nullo modo potest dici quòd inducat priuationem obtentorum ipso iure, cum sit futuri temporis, vt nostri communiter obseruant.*

Intellectus c. felicis. §. quod si quis. de pœnis, lib. 6.

Postremo, quoniam regulariter qui inhabilis efficitur ad obtinenda beneficia, obtentis non priuatur, vt dicit glossa singularis in clemen. 1. §. ipsius. de pœnis. quam sequuntur ibi Zabarella, Imola, & Bonifacius Vitallinus num. 54. & alij.

Et quãquam iure canonico fortassis non inepte defendi possit, hæreticos, credentes, fautores, & ceteros huiusmodi inhabiles effectos ad obtinenda beneficia ecclesiastica, obtentis etiam ipso iure priuari, de quo quid sentiam dixi supra super quæstione proxime precedenti. §. illa vero est. & seq. at non hoc putarem habere locum in filijs. hi enim quamuis ob alterius culpam inhabiles efficiantur ad obtinenda beneficia, non tamen videntur vllo modo priuari obtentis: quam ob rem parentibus damnatis velut hæreticis, aut fautoribus, aut defensoribus, vel similibus, filij beneficia, quę iam obtinebant quo tempore pater crimen commisit, non amittent: & hęc mihi sentẽtia de iure verior videtur.

Nõ obstat textus in dicto c. felicis. §. quòd si quis. de pœnis. lib. 6. sępe enim respub. minora crimina varijs ex causis maioribus pœnis insequitur ob euitandam delinquendi audaciam. ita Couarruuias lib. 2. varia. resolut. cap. 8. num. 4. Ad hęc, in pœnalibus etiam ex maioritate rationis extensio fieri non debet per iura vulgaria.

Denique non obstat textus in cap. vt commissi. §. priuandi. de hæretic. libro 6. ibi, priuandi vel priuatos denuntiandi. *nam qua ratione accipi debeat, explicuimus supra quæstione precedenti. §. quamobrem. quòd si aliam solutionem desideras, legito Gondissaluum tracta. de hæret. quæst. 23. num. 2. circa finem.*

Filij hæreticorum non debent præsentiam priuari obtẽtis beneficiis.

Tandem altera propositæ difficultatis pars est declaranda, An videlicet filij & nepotes hæreticorum, saltem per sententiam priuari debeant beneficijs, quæ obtinebant antequam parentes eorum declararentur hæretici. & breuiter respondeo, nullo modo debere priuari: ita tenent assertores proximę precedentis opinionis, quibus subscribit Simancas de cathol. institutio. titu. 29. num. 20. à quibus non dissentio.

Priuari tamen debent per sententiam illis sacerdotijs & beneficijs, quę consecuti fuerint post parentum condemnationem. cetera huc spectantia in seq. quæstione sumus tradituri.

QVAESTIO CXV.

An tam per maternam lineam, quàm per paternam fiat huiusmodi pœnæ ad posteros extensio.

Enteſima quintadecima quæſtio eſt: Vtrum per Epiſcopum & Inquiſitorem prędicti filij hęreticorum, credentium, receptatorum, defenſorum, & fautorum eorum, omni beneficio eccleſiaſtico & officio publico ſint priuati,

uati, vsque ad secundam generationem, ita si descendant per maternam lineam, sicut per paternam; & si de prędictis pænitentibus, vel impænitentibus sit intelligendum?

Per quam lineam fiat deriuatio dictę pœnæ ad posteros. Relat. supra pag. 106.

Respondemus, quòd est intelligendum per paternam, & non maternam: & etiam de impænitentibus hęreticis credentibus, & cet. vt patet in cap. Statutum. de hęret. lib. 6. vbi sic dicitur: Statum felicis recordationis Innocentij & Alexandri prædecessorum nostrorum: ne videlicet hæretici, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secũdam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officiũ admittantur; quòd si secus actum fuerit, sit irritum & inane: Primum & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam vero ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc sane de filijs & nepotibus hęreticorum, credentium & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos esse constiterit, & reincorporatos Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesię pænitentiam recepisse: quam ipsi, vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.

† Incipiunt hæ litteræ: Cõsultus. habentur supra pag. 133.

Hæc eadem verba habentur in litteris † Apostolicis Alexandri, & Vrbani iiij.

COMMENT. CLXIIII.

DVo axiomata colligũtur ex hac quęstione. Primum est: Pœna inhabilitationis ad beneficia & officia, vsque ad secundam generationem intelligitur per lineam paternam; per maternam vero vsque ad primam.

Quid sit inhabilitari vsque ad primã lineã vel secundam.

Postremum est: Pœna inhabilitationis non descendit in filios eorum qui conuertuntur, & Ecclesię reincorporantur.

Quantum ad primam assertionem spectat, eam explicat pulchre glossa in dicto cap. statutum. hoc loco ab Eymerico citatum de hęreti. libro 6. verbo, inane. & Antonius Gomez tomo 3. variar. resolutio. cap. 2. num. 4. & summa declarationis talis est: Si pater est hęreticus, filius eius & filia, & similiter nepos ex filio censetur inhabilis. secus vero si sit nepos ex filia: quia cum sequatur familiam patris, non est inhabilis. item si mater est hæretica, solus filius, vel filia existens in primo gradu efficitur inhabilis, & non vlteriores. adde Hostiẽsem in cap. Vergentis. de hæret. atque ita intelligitur inhabilitatio vsque ad secundam generationem, & vsque ad primam tantum.

Quòd si quæras quare punitur pater in filijs vsque ad secundam generationem, in filiabus autem solum vsque ad primam, rationem reddit Iacobus Butrigarius in l. 1. C. de hæred. instit. dicens id propterea fieri, quia magis timetur audacia filiorum, quàm filiarum.

Circa secundum axioma occurrit grauissima, & nondum definita dubitatio, quam non inepte dicerẽ egere Pontificia declaratione: An videlicet filij & nepotes relapsorum, qui sine misericordia tradũtur curię sæculari, pænitent tamen, conuertuntur, & catholici moriuntur, suprascriptis pœnis teneantur, ita vt & infames sint & inhabiles ad publica officia & beneficia.

An filij relapsorum conuersorũ sint inhabiles.

In hac controuersia nobiles quidam interpretes audacter tenent, filios relapsorum pęnitentiũ & conuersorum non fieri inhabiles. Primum, quoniam eorum parentes non possunt videri hęretici decessisse, cum pęniteant, & ad sacramentum pęnitentię & Eucharistię admittantur. c. super eo. de hęret. lib. 6. Deinde, quia ex quo parentes eorum sacramenta recipiunt, reincorporati videri possunt Ecclesiæ, cum ea non tribuantur nisi fidem habentibus. c. extra catholicam. 1. q. 1.

Nõ esse inhabiles qui dixerint.

His & alijs non multo validioribus argumentis victi hanc sententiam tenuerunt Geminianus in dicto cap. statutum. §. hoc sane. de hęretic. lib. 6. quem sequuntur eisdem penitus verbis Repertorium Inquisitorum verbo, filij. §. nunc videndum. versi. sed circa prędicta. & Alfonsus Montaluus legum Castellæ interpres l. 2. titu. 26. parte 7. versic. est ergo conclusio. & Decanus Segouiensis tracta. de hęret. cap. 18.

Filij relapsorum conuersorum inhabiles sunt.

Oppositam sententiam, videlicet, Filios relapsorum inhabiles fieri & infames, quamuis eorum parentes conuertantur & pæniteant & admittãtur ad Ecclesiastica sacramenta pęnitentiæ & Eucharistię, profitentur Ioãnes Andreas in dicto cap. statutum. 2. de hæret. lib. 6. super glossa verbo reincorporatos. quem sequitur ibidem Philippus Franchus in fine, & Simãcas in enchyridio violatæ religionis tit. 63. num. 7. & de catho. institu. tit. 29. num. 17. & Ioannes Rojas tract. de hæret. parte 2. assert. 42. num. 337. & sequen. quibus eò libentius subscribo, quò apertius video hanc posteriorem opinionem firmioribus rationibus roborari. ex quibus nonnullas commemorabo. Sit prima: Tales relapsi quamuis pæniteant, non dicuntur Ecclesiæ reicorporari: nam vt tradunt Ioan. Monachus & Gemini a. in cap. accusatus. §. si vero. nu. 5. de hæret. lib. 6. Illi dicuntur proprie Ecclesiæ reincorporari, qui per Inquisitores absoluti, & ad gremium Ecclesię per debitam absolutionem & obedientiam reducti, vt iniunctam pęnitentiam peragant, admittuntur: quod cum relapsis non possit conuenire, non poterit eorum filijs accommodari dispositio textus in dicto cap. statutum. 2. de hæret. lib. 6.

Rationes quibus roboratur vltima sententia.

Sit secunda ratio: In dicto cap. statutum. duo postulantur ad hoc, vt filij eorum, qui reuertuntur ad Ecclesiæ gremium iuris pœnas in eos latas effugiãt: vnum est vt emendẽtur, alterum est vt Ecclesiæ reincorporentur: Hoc vltimum, quòd scilicet relapsi pænitentes non reincorporentur, in proxima ratione demonstratum est: primum autem plusquam manifestum est eis non conuenire. non enim dici potest emendatus qui in id crimen recidit, quod detestatus fuerat solemni iureiurando, & ad quod se non reuersurum obligauerat.

Et quamuis prior sententia mitior sit, hæc tamen de iure verior videtur, ac que est propterea ab ea recedendum.

Filij suspectorũ an sint inhabiles.

Num filij suspectorum de hęresi hanc etiam pœnã inhabilitationis luant, quæsitum est: & Zanchinus tract. de hæret. cap. 28. num. 4. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. §. item filij. ita dicunt: In filiis eorum qui fuerunt supecti propter fautoriam, defensionem, receptionẽ vel similia, bene habet locum dicta pœna, vt non possint ecclesiastica beneficia obtinere, si modo isti parentes decesserũt tales. c. statutum. 2. §. fin. de hęret. lib. 6. *hęc illi. Quæ sentẽtia vera est, cum aperto iure nitatur in his citatis locis, pro qua etiam facit omnino decisio Putei. 400. lib. 2. incip.* In vna Hispalen.

Post mortem tamen fautorum, receptatorum, & similium non potest in eos agi: quia crimen eorũ morte extinguitur, vt alibi copiose scripsimus.

In filijs vero eorum, qui parentes hęreticos iudicibus fidei deferunt, à multis rescriptum est pœnas à iure statutas locum non habere: quod & verũ est, & secuti sumus supra parte 2. super cap. litteras. de pręsumpt. §. hoc addiderim.

Filij eorum qui damnantur ob contumaciam, an fiant inhabiles.

Patre damnato velut contumace, quia noluit venire ad respondendum de fide, an filij eius & nepotes infames efficiantur, & inhabiles ad officia & beneficia non inutiliter quæri potest: & quamuis, cum quis ob alterius delictum punitur, tunc non teneatur, quando contra principalem ob eius contumaciam fertur sententia, vt videtur posse colligi ex doctrina Bartoli in l. cum filiusfamilias. ff. de verb. oblig. confert text. in l. si ideo. ff. de euictio. & l. præses. C. de pigno.

At in casu nostro verius est etiam filios damnati ob cõtumaciam infames & inhabiles fieri: tum quia contumax habetur pro conuicto. glos. in cap. cum contumacia. de hæretic. lib. 6. tum quoniam ex eo quòd p annũ perseuerauit, præsumitur pertinax. Ioannes And. in dicto cap. cum contumacia. & ibidem Geminianus num. 11. versic. quęro, an præsumatur. & argumentum de contumace ad pertinacem valere scripsit Albertinus tract. de agnos. assertio. quæst. 29. num. 9.

Cum itaque iudicio Ecclesiæ contumax pro hęretico habeatur, ac velut hęreticus condemnetur. dicto cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. c. excommunicamus. 1. §. qui autem. extra de hæret. consequitur plane, vt in filios contumacis pœnæ inhabilitationis & alię descendant. idem videtur velle Hieronymus Gigas tract. de crim. læsę maiest. lib. 3. tit. de pœnis, quas filij incurrunt. q. 13.

Sentẽtia cõtra vnũ lata quando noceat alteri.

Non obstat doctrina Bartoli in dicta l. cum filiusfamilias. ff. de verb. oblig. nam is pro nobis stat: ait enim, quòd cum ex condemnatione vnius ad faciendam executionem in persona alterius peruenitur, tunc alteri non præiudicat, si id respiciat solum priuatam vtilitatem. l. 1. C. ad l. Corneliam, de falsis. quòd si ad publicam vtilitatem referatur; tunc sententia lata contra principalem, ei etiam prędiudicat, ad quem deuenitur ex consequentia. l. 1. C. vbi causę fiscales.

Quam ob rem cum reip. magnopere intersit & hęreticos & contumaces in causa fidei punire l. Manichęos. C. de hęret. fiet proculdubio vt sententia in patrem contumacem lata, in filios quoque operetur eos effectus, quos iura in filios hæreticorum solent producere. neque ab hac sententia putarem recedendum.

Ceterum hanc sententiam tunc veram & obseruandam esse crediderim, cum is quis damnatur vt cõtumax, vere & proprie contumax est, qualem ius depingit in dicto cap. cum contumacia. de hęret. lib. 6. nam si vel de eius contumacia plene non constaret, aut elapso anno, vel per infirmitatem, vel aliud legitimum impedimentum ad iudices fidei accedere nõ potuit, aut pro absolutione institit, aut satisfactionem obtulit, aut denique ea præstitit, dixit aut fecit quę ipsum virum catholicum esse ostenderent, tunc eius filij & nepotes supradictas inhabilitationis pœnas minime paterentur: quę in illis solum locum habent, quos supra diximus, & cum simus in pænalibus, ad alios extendere facile non debemus. faciunt tradita per Geminianum in dicto cap. cum contumacia. de hæret. lib. 6. nu. xj. vers. Quæro, an pręsumatur.

Filij inhabiles quatenus restituendi.

Atque hęc omnia in filios damnatorum canonum seueritas rectissime sanciuit, vt parentes à tanto crimine committendo submouerentur: si tamen filij catholici sint, & paternam iniquitatem abominentur, tunc superioris auctoritate habilitari eos, & famæ restitui fortassis non est iniquum: quia cum alieno vitio & peccato affligantur, facilius veniam consequi debent.

Ad sacros tamen ordines non facile promoueri debent: quoniam maxima est hæc dignitas, nec propterea filijs & nepotibus damnatorum leuiter concedenda. cetera huc spectãtia suis sunt locis tradita.

QVAESTIO CXVI.

An emancipatio filiorum à parentibus hęreticis facta, sit valida & admittenda.

CEntesima sextadecima quæstio est: Vtrum per Episcopum & Inquisitorem filiorum hæreticorum, credentium, receptatorum, defensorum, & fautorum eorum sit emancipatio admittenda, seu aliquid valeat de iure?

Relat. supra pag. 104.

Respondemus quòd non valet, vt patet in c. Quicunque. §. illorum. de hæret. lib. 6. vbi sic dicitur: Illorum autem filiorum emancipationẽ, quorum parentes, post emancipationem, huiusmodi etiam apparuerit ante ipsam à via veritatis ad hæreticę superstitionis inuium declinasse, nullius volumus esse momenti, velut factam de hominibus sui iuris, cum dignum sit, vt propter tanti atrocitatem delicti filii esse in parentum hæreticorum desierint potestate.

Relat. supra pag. 135.

Hæc eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iiij. Nouerit. in fine.

COMMENT. CLXV.

VNa est assertio: Hęretici quamprimum incidunt in hæresim, amittunt ius patriæ potestatis.

Hęretici omni dominio priuantur.

Omni dominio priuantur hęretici in pœnam patrati sceleris, naturali, quod habent in filios, de quo in c.quicunque.§.vlt.de hęret. lib.6.et Eymericus hic.nam propter hęresim patris filij efficiuntur sui iuris.

Item priuantur dominio ciuili, quod habẽt in seruos ac etiam dominio politico quod habent in quoslibet alios subditos, de quo in c.vlt.extra de hæret.et Eymericus paulopost quęst.119.

Denique priuantur etiam eo dominio, quod est iure gentium introductum.l. ex hoc iure.ff. de iust. & iure.quo amittunt rerum suarũ dominium, c.cum secundum leges.de hæret.lib.6. de quo in pręcedentibus dictum est.

Priuari iure patriæ potestatis magna pœna.

Priuari autem iure patrię potestatis non est modica pœna, vt facile cognoscet, qui paulo diligentius contẽplabitur iura & priuilegia, quæ ratione patrię potestatis parentibus tribuuntur, de quibus frequẽs extat mentio in vtroq; iure, sed in primis in C.& in Instit.sub tit.de patria potestate.

Ergo amisso iure patrię potestatis, parentes eam iurisdictionem quam habebant super filios, amittũt: filij vero veluti alieni & extranei à paterna familia effecti, non perinde ac prius patribus obedire tenentur.

Tradunt hanc pœnam communiter interpretes in dicto c.quicunque.§.illorum.de hęret.lib.6.Ioãnes Rojas singulari 67. incipien. Filij propter delictum.*Tabien.in sum.verbo, hæreticus. nu.10. vers. nono sexta pœna. Syluester verbo, hæresis.1.nu.14. & alij.*

Potest autem dici hæc pœna in odium huius criminis singulariter introducta: quoniam regulariter non per quodcunque crimen amittitur ius patrię potestatis. l. relegatorum. ff. de interdictis & relegat.

Crimen hæresis patris statim liberat filium à patria potestate.

Crimẽ vero hæresis paternum, etiã antequam per Ecclesiã fuerit declaratũ, filium liberat à patria potestate, vt vere docet glos.in dicto c.quicũque.§.vlt. verbo, desierint. de hæret. lib.6. nam à die commissi criminis filij intelligũtur effecti sui iuris: quare emãcipatio facta post crimen commissum nullius intelligitur esse momenti.

Hæc vero contemplatio non est infrugifera. singulares enim parit effectus, inter quos ille est præcipuus, de quo Alfonsus Castrus lib.2.de iust.hęreticorum puni. cap. 7. Pater namque effectus hæreticus non potest filio suo impuberi pupillariter substituere, hoc est, pro eo facere testamentum: nam inter cetera quæ ad pupillarem substitutionem exiguntur, vnum est patria potestas: nemo enim potest condere testamentum pro eo quem in potestate non habet. l. 2. ff. de vulgari & pupill. §. 1. instit. de pupil. subst.

Pater hæreticus non substituit filio impuberi pupillariter.

Rursus, quia nemo potest alteri substituere nisi prius sibi faciat testamentum. dicta l. 2.§.1.ff. de vulgari & pupilla. & §.liberis autem.instit.de pupilla.subst. manifestum est autem hęreticum intestabilem esse, cum omnia eius bona à die commissi criminis sint confiscata.cap.cum secundum leges.de hęret.lib.6.

Fautores, receptatores & defensores, an amittant ius patrię potestatis.

Postremo hoc admonebo, Eymericum hac quæstione aperte sentire non modo hæreticos, sed etiam receptatores, fautores, & defensores eorum, ius patrię potestatis amittere; cum tamen in dicto c. quicunque.§.vltimo. hæc pœna in solis hæreticis locum habere videatur.

Iam omnes præcitati de hac pœna priuationis patrię potestatis disserentes solorum hæreticorum, non aliorum meminerunt: & plane magis mihi videtur secundum iura, vt soli hęretici & credentes à die commissi criminis ius patriæ potestatis amittant: nõ ita de fautoribus, & alijs similibus, quos non putarem ius patriæ potestatis amittere: nam iura leuius puniunt eos, qui leuius peccant.

Manumissio seruorum facta per dominos hæreticos nulla est.

Quod autem de emancipatione filiorum facta per hæreticos patres dictum est, idem prorsus dicendum est de manumissione seruorum facta per dominos hæreticos: illa enim prorsus nulla est & inualida, vt recte docent Ioannes And. Geminianus, & Francus in dicto cap.2.§.vlt. de hæret.lib.6.quamuis ob diuersam rationem id contingere dicant, vt amplius patebit in quæstione 119.

QVAESTIO CXVII.

An appellationis beneficium sit hæreticis, credentibus, &c. interdictum.

CEntesima decima septima quæstio est: Vtrum hęreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, sit appellationis & proclamationis beneficium interdictũ, ita quòd ab Episcopo, seu Inquisitore nequeant appellare?

Respondemus quòd eis est appellationis beneficium interdictum, & quòd nequeunt appellare, vt patet in cap. Vt inquisitionis.de hæret.lib. 6.vbi sic dicitur: Vniuersos sęculi Potestates. & infra: Vtque de hęresi à diœcesano Episcopo, vel Inquisitore, seu Inquisitoribus cõdemnatos pręfati potestates, domini temporales, siue rectores, vel eorum officiales, seu nuntij sibi relictos statim recipiant indilate animaduersione debita puniendos: non obstantibus appellationibus, seu proclamationibus prædictorum nequitiæ filiorum: cum tam secundum ordinationem prędecessorum nostrorum, quàm secundum legem imperialem †, appellationis & proclamationis beneficium expresse sit hæreticis & credentibus, ac eorum receptatoribus, fautoribus, & defensoribus interdictum.

Relat. supra pag. 110.

† A Frederico latam, quam habes in fine hui⁹ operis.

In litteris autem Apostolicis † Alexandri iiii. pręmisso de hęreticis, credentibus, receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorum, dicitur sic: Item proclamationes & appellationes personarum huiusmodi minime audiantur.

† Incip. Nouerit, relat. supra pag. 135.

Hic est diligentius attendendum, quòd cum prædicti esse tales sunt per sententiam declarati, vtpote quia sunt hæretici, credentes, &c. quòd tunc non possunt à tali sententia diffinitiua appellare, cum in crimine perseuerent: ante sententiam autem si in aliquibus aggrauantur, seu indebite fatigantur, non est dubium, quin posint appellare: nam nondum sunt habendi pro hæreticis. concordat Archidiaconus super eodem cap.

COMMENT. CLXVI.

DE materia huius quæstionis plenissime egit auctor supra in hac 3.parte nume. 121. titu. de appellatione, quæ fit ab Inquisitore, quo loco copiose addidimus quæ in hac causa ignorari non debent.

Totam vero hanc tractationem duabus assertionibus concludit hic Eymericus. Prima est: In causa hæresis à sententia diffinitiua non appellatur.

Altera & postrema est: Ab interfationibus siue interloquutorijs Inquisitorum sententijs appellare licet. Hæc omnia qualiter sint accipienda præcitato loco explicuimus: eum videto.

QVAESTIO CXVIII.

An scienter sepelientes in loco sacro corpora hæreticorum possint ab Inquisitore puniri.

CEntesima decima octaua quęstio est: Vtrum Inquisitor posit cogere eos, qui hæreticos, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum præsumpserunt scienter tradere ecclesiasticæ sepulturæ; quatenus publice propriis manibus eorum corpora habeãt exhumare, & extra proijcere, & aliàs illos punire, & post absoluere ab excommunicationis vinculo, quo ex hoc astricti merito tenebantur?

Relat. supra pag. 104.

Excommunicationem incurrũt scienter sepelientes hęreticos.

Respondemus quòd sic; vt patet in c. Quicunque. in princip. de hæret. lib. 6. vbi sic dicitur: Quicunque hæreticos, credentes, receptatores, defensores, vel fautores eorum scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere: Nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publice extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetua careat sepultura.

Supra pag. 135.

Eadem verba habentur in litteris Apostolicis Alexandri iiij. Nouerit, §.item quicunque.

COMMENT. CLXVII.

DEclaratio & intelligentia huius quæstionis tota petenda est ab his, quæ diximus supra in hac 3.parte super quæstione 40.

Iam hæc quæstio tribus conclusionibus continetur, Prima est: Qui hæreticos, credentes, & ceteros hic enumeratos scienter sepeliuerint, proprijs manibus debent eos exhumare: quod fit in pœnam præsumptionis, & vt in eo puniantur, in quo deliquerunt.

Altera est: Punire potest Inquisitor eos, qui sepeliunt hæreticos, credentes, fautores, & ceteros hic contentos. puniet vero ipsos velut suspectos de hæresi; ex eo enim quod quis scienter hæreticos aut alios de quibus hic agitur, sepelit, videtur profiteri non debuisse priuari eos per Ecclesiam sepultura ecclesiastica, aut pro hæreticis, & similibus esse orandum, sicut in præcitata quæstione 40.diximus.

Tertia & vltima conclusio est: Inquisitor absoluere potest sepelientes hęreticos à sententia excommunicationis, in quam propterea inciderunt, postquam idonee satisfecerint. Hæc euidenter probantur per textũ in cap.quicunque.§.1.de hęre.lib.6.quo vtitur auctor in hac quęstione.

QVAESTIO CXIX.

An subditi sint absoluti à debito fidelitatis, quo dominis lapsis in hæresim deuincti erant.

CEntesima decimanona quæstio est: Vtrum illi, qui fidelitatis homagij debito, vel aliquo pacto quacunque firmitate vallato, aliquibus sũt astricti, qui postmodũ lapsi sunt in hæresim manifeste, ad huiusmodi teneantur, vel sint totaliter absoluti?

Respondemus, quòd absoluti sunt, vt patet in c. Absolutos.de hęret. vbi dicitur sic: Absolutos se nouerint à debito fidelitatis domini, & totius obsequij, quicunque lapsis manifeste in hæresim aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur astricti.

Relat. supra pag. 103.

COMMENT. CLXVIII.

EX hac quęstione vnum colligitur axioma, videlicet, Omnes illos, qui aliquo obligationis genere aliquibus tenentur astricti, tunc liberantur penitus, cum illi quibus obligati erant, in hęresim inciderint manifeste.

Omnes qui hæreticis erant obligati, ob hæresim illorum liberãtur, & quare.

Hoc etiam pertinet ad grauissimam hęreticorum pœnam: multis autem modis hoc axioma verum est. Primum, quia cum à die commissi criminis amittant dominium omnium bonorum. cap. cum secundum leges. de hęret. lib. 6. & obligationes ex quibusuis contractibus natę, bona quędam & res sint. §.1.instit.de rebus corpor. & incorpor. consequitur proculdubio, hęreticos omne etiam ius obligationum sibi debitarum amittere.

Rursus, si hęretici aliquos haberent obligatos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eos agere possent. §. 1. instit. de actio. cum actio sit ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur, hæreticis autem omne legum auxilium & beneficiū est denegatum, omnisq; actus legitimus interdictus. l. Manichæos. C. de hæret.

Depositū non tenetur reddere depositum hæreti co. & alia exē pla.

Hæc pœna de amisso iure obligationum, multos parit effectus, nec pigebit aliquos referre, vt hic locus illustretur. Primum ergo is apud quem hæreticus aliquid deposuit, non tenebitur post manifestam eius hæresim, rem depositam hæretico restituere, sed fisco.

Rursus, nec catholica vxor viro hæretico debitum reddere obligabitur; quia per hæresim viri ab hoc debito liberata est. idem dicas è conuerso: nam si vxor sit hæretica, vir catholicus ab hoc debito liberabitur; non tamen possunt propterea cum alijs commisceri, quia vinculum matrimonij dissolutum non est.

His adde, quòd custodes arcium seu castrorum, aut populorum vel ciuitatum, domino hæretico id restituere non tenentur, neque eius nomine custodire.

Denique quicunque vasalli omni obligatione etiã iuramenti religione munita, qua dominis suis tenebantur obstricti, ipso iure liberantur.

Hæc omnia & si quę sunt his similia, apertissime concluduntur ex hac Eymerici assertione, quam euidenter probat textus in c. vlt. de hæret. quo vtitur hic auctor, quę prosequitur copiose more suo Alfonsus Castrus, qui non nouit breuitatem, lib. 2. de iusta hæret. punitione c. 7. et Simancas de catho. instit. tit. 46. num. 73.

Serui per hęresim domi norum liberantur ab eo rũ potestate.

Serui etiã, liberti & famuli, cum dominus, ipsorum in hæresim incidit, ipso facto liberantur à seruitute & debito, quo tenebantur astricti, vt notant cõmuniter doctores in dicto c. vlt. de hæret.

Serui an trãseant in fiscum.

Sed de seruis quæritum est, an domino in hæresim incidente liberti efficiantur & sui, an vero in fiscum transeant cum reliquis bonis confiscatis. Et Ioannes And. Geminianus, Franchus & alij in cap. Quicunque. §. vlt. de hæret. lib. 6. & Ioannes de Anania & Marianus Socinus in cap. vlt. extra de hæret. Seruos hæreticorum sicut & alia bona in fiscum transire sentiunt, dum scribunt manumissionē seruorum factam ab illis, qui in hæresim inciderunt post delictum commissum, esse nullam et penitus inualidam, non propterea quòd serui efficiantur sui iuris, sicut fiunt filij hæreticorum quamprimum eorum parentes incidunt in hæresim, sed quia hæretici non habent potestatem & dominium in illis, cum serui & alia bona censeantur à tempore debiti commissi confiscata fuisse.

Serui Christiani nõ cõfiscantur.

Ego in hac quæstione distinguẽdum esse putarem. nam aut serui Christiani sunt, aut adhuc remanent infideles. si Christiani sint, domino in hæresim incidente libertati restituuntur, nec in fiscum transeunt cum reliquis bonis. ita sancitum inuenio per institutionem quandam primam Hispalensem anno Domini MCCCCLXXXIIII. c. 24. vbi ita scriptum est: Domini Rex & Regina, humanitate & clementia vtentes, voluerunt seruos quorumcunq; hæreticorum libertate donari, si in eorum potestate existentes Christiani fuissent. *hactenus ibi, in eandem sententiam consentire videtur Simancas de catho. instit. tit. 61. de seruis, nu. 8. & Alfonsus Castrus lib. 2. de iusta hæret. punitione c. 7. per textū in l. Manichęos. C. de hæret. ibi:* Seruos insuper extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum euitantes ad Ecclesiam catholicam seruitio fideliori transierint. *hęc ibi.*

Serui non Christiani confiscãtur.

Quòd si serui non fuerint Christianam fidem professi, cum dominus eorum in hæresim labitur, tunc cum reliquis bonis in fiscum transeunt; & in hoc sensu loquutos fuisse crederem Ioannem And. Geminianum et alios, quos paulo antea citaui. Serui enim in patrimonio, in rebus, seu bonis dominorum esse exploratii iuris est l. rem in bonis. ff. de acquiren rerū domi. l. vlt. §. vlt. C. de verbor. signif. & probat late Andreas Tiraquellus in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. in illis verbis: Donatione largitus. q. 17. nu. 323. & 324.

Domini cõuersi non recuperant seruos Christianos.

Si domini hæretici resipiscant & ad gremium Ecclesiæ recipiantur, & bona sua illis de misericordia condonentur iuxta c. Vergentis. extra de hæret. seruorum tamen Christinorum dominium (qui paulo antea ob delictum dominorū effecti fuerāt sui iuris) non recuperant, quia libertas quocũque modo data, reuocanda nõ est, l. 1. & 2. C. si aduersus libert. quod etiam fauore fidei, vt maius suscipiat incrementum, seruari oportet.

Serui cæte chumeni an confiscẽtur.

An autem similiter serui catechumeni, qui nondum erant baptizati cum domini eorum in hæresim laberentur, libertati restitui debeant, vel contra in fiscum transire, & in seruitute remanere, non inepte quæritur. & mihi iustissimum videtur, vt fauore religionis, & vt catholica fide egregium suscipiat incrementum, libertati restituantur & sui iuris efficiantur. præsertim cum catechumeni in deuotione & fide Ecclesiæ persistentes membra Christi sint effecti, cap. veniens. extra de presbytero non bapti. & propterea iustum est vt gaudeant priuilegijs Christianorum, cum ecclesiasticis constitutionibus subijciantur, vt late probat Andreas ab Exea in c. 1. de constit. nu. 268. & multis seq. vers. quid autem in Catechumenis.

Serui infideles dominũ hæretici denuntiantes, an confiscentur.

Si quis rursus à me quęrat, an serui infideles, qui dominum hæreticum reuelauerint, in fiscum transire debeant, an vero contra libertatē donari; respondebo, si studio verę laudis id fecerint, præmio & honore dignos esse, l. quisquis. §. vlt. C. ad legem Iuliam maiest. ac libertati quidem quandoque restitui posse, sine qua non contingit plenus honor; quæ libertas tunc potissimum esset talibus danda, cum spes haberetur, quòd ad fidem forēt facilius conuertendi. & pro hac sententia videtur non obscure facere textus in dicta l. Manichęos. C. de hæret. in illis verbis, quæ paulo antea retulimus. Sed de his iam satis.

An occultus hæreticus admittat fidelitatis debitū, & alias obligationes.

Postremo illud præter cetera est obseruandum quòd Romanus Pontifex tradit in dicto cap. vlt. de hæret. videlicet hęc fidelitatis obsequia, & obligationum debita tunc dominis hæreticantibus negari, cum manifeste lapsi sunt in hæresim, quasi secus sit iudicandum, si occultum sit eorum delictum, & fa-

ne non

ne non obscure in dicto cap. vlt. ita videtur sentire Hostiensis. Philippus tamen, vt refert Ioānes And. idem esse dicit, quamuis occultum sit crimen, dummodo probari possit. quod dictum Ioannes And. ibidem verum esse interpretatur, si ad probationes sit processum, quia tunc probatio facit delictum esse manifestum, cap. cum olim. extra de verbor. signif. Panormitanus eodem loco ait, à die quidem commissi delicti dissoluta esse hęc omnia obligationum debita: hanc autem absolutionem à debito, vel bonorum publicationem aut confiscationem allegari non posse, nisi manifesta causa probetur, quod ego intelligo per sententiam. Syluester in summa verbo, hęresis. 1. q. 8. vers. Undecima, quòd eorum vasalli dicit, non esse necessariam sententiam, sed sufficere manifestationem facti: immo profecto nec ipsam probationem in actu esse necessariam, sed sufficere possibilitatem certam probandi.

Obligationes amissas non recuperat hæreticus etiamsi conuertatur.

Equidem hoc verissimum est, hęc omnia obsequia & obligationum debita cessare, quamprimū commissum est hęresis crimẽ quamuis sit occultum. Et ratio est, quia cũ bona hęreticorū ipso iure sint confiscata à die commissi criminis, c. cum secundum leges. de hęret. lib. 6. vbi id notant glossa & doctores, eo ipso quòd quis incidit in hęresim, & perdit omnia bona, & per consequens omnes obligationes & iura quæ sibi debebantur, dissoluuntur, cum appellatione bonorum, obligationes, actiones & iura contineantur, l. bonorum ff. de verbor. signif. & not. in c. relatum extra de testamen. quod ipsum apertissime etiã indicat verbum illud, absolutos, *positum in dicto c. vlt. de hęret. quod significat sententiam à iure latã, non autem à iudice ferendam.*

Obligationes vero huiusmodi fidelitates, & debita per hęresim semel amissa nõ recuperant hęretici, quamuis reconcilientur, & recipiantur ad Ecclesię gremium, vt rectè Hostiensis, Panormitanus & alij adnotarunt in dicto c. vlt. de hęret. quia obligatio extincta non reuiuiscit, c. quęris. de consecrat. dist. 4. cap quàm periculosum, 7. q. 1. cum similibus. Recuperabunt autem tunc cum illis reuertentibus condonata & quasi restituta fuerint ab eo, qui potestatem habet.

A 3 *Sed possunt cogi ad pœnitentiam viuenti iniunctam de bonis ipsius exequendam.*

4 *Confiscatio bonorum hęretici fieri potest post eius mortem.*

QVAESTIO CXX.

An hæredes receptatorum, defensorum, &c. hęreticorum cogi possint ad exequendam pœnitentiam recepta toribus impositam.

SVMMARIVM.

1 *Crimen suspicionem de hęresi inducens per mortem extinguitur.*

2 *Hęredes cogendi non sunt ad perficiendam pœnitentiam personalem iniunctam suspecto, sed non peractam.*

Sed possunt cogi ad pœnitentiam viuenti iniunctam de bonis ipsius exequendam.

Confiscatio bonorum hęretici post eius mortem fieri potest.

Relat. supra pag. 105.

†Rela. supra pag. 133.

Enteſima viceſima quæſtio eſt: Vtrũ Inquiſitor poſsit cogere receptatorum, defenſorum, & fautorum hęreticorum hęredes, poſt prædictorum mortem, qui ſe ſub obligatione bonorum ſuorum eidem Inquiſitori aſtrinxerant; ad pœnitentiam ab eis recipiendam & complendam, quatenus illam ipſi hæredes pœnitentiam exequantur?

1 Reſpondemus, q̃ talibus antequam moriantur, vel eſt per Inquiſitores pœnitentia iniũcta, vel non: Si non, non eſt hæredibus iniungenda; quia crimen eſt morte extinctum.

2 Si autẽ eſt iniuncta, ſed non peracta, & eſt pœnitentia concernens perſonã, vtpote orationes, ieiunia, vel peregrinationes, non ſunt hęredes cogẽdi ad pœnitentiam ſupradictam.

3 Si autem pœnitentia non eſt perſonalis, ſed aliàs proficiens ad ſalutem, in bonis temporalibus exequenda; vtpote, hoſpitale conſtruere, uel ſimilia: tunc ad talem exequendam hæredes per Inquiſitores merito ſunt cogendi. hæc patent in c. Accuſatus. §. ſi uero. de hęret. lib. 6. ubi ſic dicitur: Si uero pro ijs, quæ in hæreſi receptando, vel defendendo hæreticos, ſeu eis fauendo, non tamen exiſtens hæreticus, quis commiſerit, ſub obligatione bonorum ſuorum Inquiſitoribus ſe aſtrinxit ad recipiendam ab eis pœnitentiam, & cõplendã: & ea licet iniuncta, nõ tamen peracta deceſsit, ſi per huiuſmodi pœnitentiam onus impoſitum fuerit proficiens ad ſalutem, in bonis eius temporalibus exequendum, vel complementum ipſius, per Inquiſitores cogi debent hæredes, vel alij, ad quos cum ſuo onere bona huiuſmodi deuenerũt. Porro ſi propter huiuſmodi hęreticorum receptationem, defenſionẽ, ſeu fauorem, quis ad faciendam pœnitentiam, quã Inquiſitores ipſi iniungere vellent, bona ſua obligauerit eiſdem: & antequam ei pœnitentia iniungeretur, deceſſerit: eius hæredibus non eſt ſatisfactio pro extincto iam crimine iniungenda.

4 In eo vero caſu, quo hæredes ad ſucceſsionem non debent ob hæreſim fui auctoris admitti: non obſtante, quòd auctore ipſo viuente, hoc non fuerit (interueniente ipſius morte) per ſententiam declaratum, ad confiſcationem bonorum poſt mortem eiuſdem, nihilominus procedatur.

Eadem verba habẽtur in litteris Apoſtolicis † Vrbani iiij. & Alexandri iiij. Conſultus. 5. ſunt & alij.

COMMENT. CLXIX.

Multę aſſertiones colliguntur, quas videas in ſummario quæſtionis: & quantum ad primam attinet, quòd videlices, hęreticorum fautoribus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, & similibus morientibus ante iniunctam pœnitentiam, nihil sit iniungendum aut sibi aut suis hæredibus, quia crimen morte extinctum est. videnda sunt quæ tradidimus supra in hac 3. parte, super quæst. 43. §. alterum caput. & seq. nam cum suspiciones quantumuis vehementes in hoc crimine morte delinquentium suspectorum extinguantur, nõ debent condemnari post mortem ad vllas pœnas, etiam pecuniarias.

Hæredibus suspectorum morientium nihil iniungendum.

Quòd si lite pendente suspecti illi mortui sint, adhuc non debet imponi eorum hæredibus pœna pecuniaria ob solam suspicionem: quod satis colligitur ex textu in cap. accusatus. §. si vero. facit textus in l. vlt. C. ad legem Iuliam maiest. tradunt Geminianus & Franchus in dicto cap. accusatus. §. porro. de hæret. lib. 6. & Ancharanus in cap. filij. notab. 2. de hæret. lib. 6. & Simancas de catho. instit. tit. 18. num. 13.

Pœnitentia iniuncta personæ cũ persona extinguitur.

De secũda assertione, quam ponit Eymericus nu. 2. ibi: si autem est iniuncta, nulla est dubitatio: nam si pœnitentia iniũcta à sola persona, cui imposita fuit absolui poterat; ea moriente, pœnitentia cessat. eandẽ banc conclusionem tradunt Zanchinus tract. de hæret. c. 28. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. §. nũc subsequenter. tales ergo pœnitentiæ non transeunt ad filios vel hæredes defunctorum: in eis enim imponendis non solum habita est ratio salutis animæ, sed etiam afflictionis corporis: & propterea cum persona sequantur, cum persona quoque extinguuntur, & finiuntur.

Pœnitentia in bonis exequenda hæredib' defũcti imponatur.

Tertiam assertionem, videlicet, quòd cum pœnitentia non est personalis, sed in bonis exequenda; tunc ad eam implendam compelli possint hæredes defuncti, pulchre explicat idem Zanchinus tract. de hæret. cap. 28. num. 6. & Repertorium Inquisit. verbo, filij. §. nunc subsequenter. & verbo, obligatio. §. quid si quis. idem cauit luculenter Concilium Biterren. cap. 19. in hæc verba: Et idem faciatis de illis, qui decesserunt accepta pœnitentia, nec impleta si esse in mora cœperint: vel pro illa cõplenda obligauerint, vt supra tetigimus, bona sua. *hæc ibi.*

Bona obligata ad quemlibet successorẽ trãseũt cũ illo onere.

Hoc amplius obseruandum est, quòd cum alicui suspecto de hæresi iniuncta sunt hæc opera pietatis in bonis adimplenda, vt fabricare Ecclesiam vel hospitale, restituere vsuras & similia; illque bona sua pro hac pœnitentia adimplenda obligauit, post mortem eius ad quemcumque successorem etiam particularem, ea bona deuoluantur, ad eum semper peruenient cum illo onere. ita colligitur ex dicto c. accusatus. §. si vero. facit glos. in l. rescriptum. ff. de pactis. & in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisci. & vtrobique Bartolus, traditque Repertorium Inquisit. præfatis locis, quod est in hac causa non leuiter aduertendum.

Quæ ad postremam assertionem spectant de procedendo contra hæreticos etiam post mortem in hoc crimine, quoad effectum confiscandi bona, copiose tradidimus supra in hac 3. parte, super dicta quæstio. 43.

QVAESTIO CXXI.

An filij vel hæredes illorum, qui morti proximi consolari ab hæreticis petierunt, sint admittendi ad eorum excusationem.

CEntesima vicesimaprima quæstio est: Vtrum Inquisitor filios & hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumbebant, petierunt ab hæreticis per eorum manus impositionem consolari, & sic fuerunt mortui, possit admittere ab probandum, quòd ipsi defuncti tunc non erant sani capitis, vel quòd amiserant iam loquelam?

Respondemus quòd non; si dum viuebant fuerant de hæresi diffamati, vel suspecti habiti; aut legitime constiterit, quòd sanę mentis existentes, petierint ab hæreticis consolari: aliàs potest eos admittere: non tamen per vxores, filios, & familiares illorũ, vt patet in c. Filij. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic:

Relat. supra pag. 104.

Filij vel hæredes illorum, qui dum in ægritudinis lecto decumberent, petierunt hæreticos consolaturos, vt ab eis per manus impositionem consolationem reciperent, secundum pessimam consuetudinem eorundem, sicque viam fuerint vniuersę carnis ingressi: ad probandum quòd ipsi defuncti consolationem illam, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti susceperint, vel post perditam iam loquelam (cum tamen moris sit, vt dicitur apud eos, quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent: si dum viuebant, diffamati erant de hæresi vel suspecti: aut legitime constiterit, quod sanæ mentis existentes, huiusmodi hæreticos petierunt. Alioqui admitti poterũt prædicti filij vel hæredes ab probandũ præmissa. Nõ tamẽ per vxores, filios, familiares, vel de suis aliquos: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores.

filij quando admitti debeant, vel nõ ad excusandos defunctos, &c.

COMMENT. CLXX.

EX hac quæstione duæ potissimum conclusiones colliguntur.

Quæstionis summa.

Prima est: Hęredes illorum, qui cum moriuntur hæreticalia dicunt vel faciunt, quale est petere consolationem hæreticorum, admitti debent ad excusandos defunctos in hoc tribunali, dummodo defuncti dum viuerent, nõ essent de hæresi diffamati vel suspecti, aut dum essent sanæ mentis non petierint hæreticorum consolationem. Nam si in vita diffamatio aut suspicio de hæresi præcessisset, aut cũ sanę mentis essent, hæreticorum consolationem petiuissent; tunc nullo modo admittende sunt hęredum excusationes, sed defuncti velut hæretici poterunt condemna-

condemnari ex hac præsumptione iuris & de iure, contra quam hoc casu non admittitur probatio in contrarium.

Altera & postrema conclusio est, prioris veluti declaratiua, nempe: Cum hæredes defunctorum in hoc tribunali admittuntur ad excusandos defunctos, non possunt eos excusare per testes domesticos, veluti per vxores, filios, vel alios familiares; sed adhibere oportet alios testes omni exceptione maiores.

Hæc summa est huius quæstionis, quę continet materiam frequentem, vtilem & cognitu necessariam, de qua egit etiam auctor supra in hac 3. parte, quæst. 43.

Ex titulis vero harum quæstionum intelliges Eymericum diuerso consilio de materia procedendi contra defunctos disseruisse, quamuis multis locis vtatur eodem rescripto desumpto ex c. filij. de hæret. lib. 6.

Quid sit petere consolationem ab hæreticis.

Et priusquam ad propositam materiã aggrediar, operæpretiũ erit adnotare quid sit hoc, quod dicitur in hoc textu de petenda consolatione hæreticorũ. hęc nunquam potui intelligere donec in codice illo bibliothecæ Vaticanæ inueni summam quandam F. Rayne rij ex Ordine Prædicatorum de Catharis, & Leonistis, seu Pauperibus de Lugduno, in qua plene agitur de sacramentis Catharorum, inter quæ vnũ erat consolamentum, seu manus impositio, seu spiritualis baptismus, in quo conferendo quis ritus esset solitus obseruari, abunde docui supra parte 2. super q. 13. §. manus impositio. ex quo intelliges hunc locum alioquin difficilem propter ignoratum nostro hoc sæculo ritum antiquitatis, quem hæretici eius temporis obseruabant.

Prima conclusio in præsumptione iuris & de iure fundata est, quę non admittit directam probationem in contrarium. suspecti ergo vel diffamati de hæresi, qui tempore mortis petunt consolationem ab hæreticis secundum eorum ritum et consuetudinem, si constat eos tunc sanæ mentis fuisse, tamquam consummati hæretici præsumuntur & condemnantur de iure.

Iam dispositio huius textus, quo vtitur hic Eymericus, quę locum habebat olim in Catharis et alijs hæreticis, de quibus dixi supra parte 2. super q. 13. locum hodie sibi vendicabit in hęreticis nostri sęculi, & alijs cuiuslibet ætatis vel temporis: nam verbi gratia diffamatus vel suspectus de hęresi Luteranorum, Caluinistarum, aut similium, vel ex eis sectis conuersus, si tempore mortis sanæ mentis existens iuxta ritum eius sectæ de qua erat diffamatus vel suspectus, vel ex qua fuit conuersus, consolationem, aut sacramenta, aut alios ritus & cæremonias eius sectæ proprias peteret, præsumptione iuris & de iure per hunc textum haberetur pro hæretico.

Quod eadem omnino ratione locũ habere existimo in conuersis ex Iudæis, Mahometanis, vel alijs infidelibus, qui tempore mortis cum sanę mentis essent iuxta ritus parentũ suorum et antiquæ perfidiæ decedere, ac sepeliri voluerunt.

Sed quomodo huiusmodi homines defendi possint, videamus. Duplex modus excusandi tales hic proponitur, primus est, bona vita anteacta: nam siquis nititur probare defunctum non decessisse hæreticum, nec illa hæreticalia quę dixit, aut fecit dixisse aut fecisse animo deliberato, sed verbi gratia per doloris acrimoniam, aut aliter, is probabit eum defunctum dum viueret, non fuisse de hæresi suspectum nec diffamatum, immo laudabiliter vixisse, & sacramenta Ecclesię more Christianorum debito tempore recepisse, & cetera peregisse, quæ à veris et catholicis Christianis fieri solent. quod probandi genus contrarium suspicionem aut omnino excludit, iuxta doctrinam Baldi in l. 1. C. locati. nu. 7. vers. & in simili, aut saltem valde elidit & minuit; quod apertissime deducitur à contrario sensu ex textu in dicto c. filij. de hæret. lib. 6. ibi: Si dum viuebant, diffamati erant de hæresi, aut suspecti. *Ergo si tales non erãt, censendi videntur à delicto immunes, nec iudicandi sunt hæretici.*

Nec mirum hoc videri debet, quoniam bona fama anteactę vitę multa bona operatur, de quibus Bald' in l. 1. C. locati. Sed inter cetera hoc vnũ quod ad præsens institutum spectat, videlicet, per bonam famã in genere, tolli indicia in specie contra aliquẽ orta, quod aliquos dixisse testatur Franciscus Casonus tract. 1. de indicijs. c. 2. nu. 10.

Secundus modus excusandi defunctos proponitur, si ostendatur eos non fuisse sanę mentis, cum petiuerunt hæreticorum consolationem, aut alia dixerunt, vel fieri postularunt secundum ritum & consuetudinem antiquæ perfidię. & in hoc articulo tota difficultas posita est in declarando & intelligendo, an delictum præsumatur esse factum tempore furoris, vel tempore sanę mentis: nam si tempore furoris factum fuisse præsumatur, nec ad culpam, nec ad pœnam imputandum erit: secus autem iudicabitur si tempore sanę mentis commissum fuisse concludatur.

In hoc ergo dubio sit hęc prima conclusio: Si illi qui ad excusandum huiusmodi defunctum, qui præsumitur hæreticatum fuisse, probent ipsum aliquando fuisse furiosum, in furore præsumitur durare, & tempore furoris commisisse delictum, & accusator siue Fiscalis, vel iudex si procedit ex officio, debet probare delictum esse factum tempore sanę mentis. ita probat textus singularis in cap. indicas. 3. q. 9. & ibi glosa communiter recepta in verbo, ostenderis. *& glosa in cap. vlt. de successione ab intest. in verbo,* compotem. *vbi etiam per Doctores. nec deest ratio ad eandem conclusionem probandam, quoniam furor est qualitas & morbus, qui postquã est radicatus præsumitur durabilis, vt periti medici fatentur, & probat textus in l. humanitatis. C. de impuber. & alijs subsit. & in l. 1. ff. de curatore furio. & docet nominatim Zabarella in cap. cum inter canonicos. de electio. in 5. oppositione. & confirmatur ex communi & recepta doctrina Bartoli in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de operis nouinunt. dicentis quòd quando actus vel delictum potest fieri tempore licito & illicito, ille qui agit vel accusat tenetur probare esse factum tempore illicito & punibili.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sit secunda conclusio: Si hic defunctus, qui dicitur tempore mortis deliquisse hæreticando, ante delictum non fuit furiosus, nec illi qui admittuntur ad eum defendendum & excusandum id probant; sed tantum dicunt & proponunt tempore delicti commissi fuisse furiosum, reuera huiusmodi defensores id probare debent, aliàs autem delictum censebitur commissum tempore sanę mentis: quia semper quis præsumitur esse talis, qualis naturaliter esse debet. argumen. textus in l. nec codicillos. C. de codicillis. vbi id notant Baldus, Paulus de Castro & alij, & nominatim profitetur Angelus tract. de maleficijs, in verbo, scienter & dolose. vers. quid in furioso. Imola & Ancharanus in Clemen. 1. de homicid. Salycetus in l. furiosum. C. qui testamen. facere possunt num. 2. & alij plerique quos gratia breuitatis omitto.

Hac quæ diximus de excusando per alios vel non excusando defuncto, qui dicitur tempore mortis hæreticari, intelligenda quoque censemus cum is nõ moritur, sed conualescit & viuit: nam si aliquando fuit furiosus in furore præsumetur deliquisse, & non putetur: si vero nõ fuit furiosus, nisi probauerit se fuisse mente alienatum cum illa hęreticalia dixit, vel fieri petiuit, legitime punietur.

Admonebo tamen grauissimas quasdam esse grauitudines & morbos, quibus facile solent homines mente amoueri, & iudicio priuari, quamuis antea sapientes fuerint, quod in hac causa diligenter est considerandum, & si opus fuerit iudicium medicorum peritorum adhibendum, cum agatur de maximo præiudicio.

Ætas etiam consideranda est, ob quam ingrauescentem sæpe absque morbo delirare solent homines, & aliena loqui; ità spectande sunt multæ aliæ circunstantiæ, ex quibus intelligatur, an hæreticalia dicantur, vel fiant, aut dici & fieri præsumantur potius vi morbi, aut alterius affectionis, quàm mentis siue intellectus errore.

Sed dubium est, an credatur notario in testamento attestanti testatorem fuisse sanæ mentis. & vera sententia & communis est, non credi. Alexander consil. 141. incipien. Ponderatis, matureque perspectis. *lib. 1. late Iason in l. Senium. C. qui testamen. facere pos. Baldus, Angelus, & Cumanus in l. 2. ff. de testamen. & alij, quos prudens omitto.*

Illud etiam in hac disputatione docendum erat, quod merito prima nostra conclusio videtur postulare, ex quibus scilicet actibus possit furor probari, vt tandem deducatur eum qui accusatur, furoris tempore deliquisse, ne puniatur; sed cum breuiter expediri res longa non possit, lectorem remittemus potissimũ ad Franciscum Herculanum, qui in tract. de probanda negatiua, hæc demonstrat, nu. 157. vers. Secundus modus est.

Circa secundam vero Eymerici conclusionem nulla occurrit difficultas, quæ non sit plene à nobis declarata supra in hac 3. parte super quæstione 70. cetera dicta sunt super quæst. 43.

DE EXCOMMVNICATIS in causa fidei, & absolutione eorum.

QVAESTIO CXXII.

An hæretici, & eorum fautores sint excommunicati, & ab Inquisitoribus possint absolui.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici sunt ipso iure excommunicati:*
2 *Credentes quoque receptatores & fautores eorum:*
3 *Absolui autem ab Inquisitore possunt ab excõmunicatione.*

Entesima vicesima secunda quæstio est: Vtrum hæretici credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipso iure sint excũmunicati; & si resipiscant, possint absolui per Inquisitores?

1 Respondemus ad vtrumque quòd sic. De hęreticis patet quòd sic in c. Sicut ait. & in c. Ad abolendã. in princip. & in c. Excõmunicamus. in princip. & præsertim, et breuius in c. Excõmunicamus 2. de hæret. vbi dicitur sic: Excommunicamus & anathematizamus vniuersos hęreticos, Catharos, Patharenos, & infra: & alios quibuscunq; nominibus censeantur, & cetera. *Supra pag. 103.*

2 De credentibus autem & ceteris supradictis habetur in c. Excõmunicamus 1. §. credentes. vbi dicitur sic: Credẽtes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorũ excommunicationi decernimus subiacere, & cetera. *Supra pag. 101.*

3 Quòd autem possint absolui per Inquisitorem, si resipiscant, habetur in c. Vt officium. in princip. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic: Vt officium. & infra: Contra hæreticos, credentes, receptatores, fauores, & defensores eorum; necnon contra infamatos de hæresi, vel suspectos iuxta sanctiones canonicas (hominum metu diuino timori postposito) procedatis. Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem; ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis. *Supra pag. 107.*

COMMENT. CLXXI.

Duæ sunt assertiones, Prima est: Hæretici, fautores & similes excommunicati sunt.

Altera est: eos posse per Inquisitores absolui. vtraque facilis est, & aperta.

Ac quantum ad primam spectat, non est putandũ ab his primum Pontificibus, quorum sunt hęc rescripta, Inter pœnas hæreticorũ excommunicatio est omnium antiquissima.

scripta, quibus vtitur hic Eymericus, hæreticos & eorum fautores anathemate percussos; nam inter pœnas hęreticorum, excõmunicatio omnium est antiquissima, vel à Christo iam instituta Matth. c. 18. ibi: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.

Et B. Paulus ter legitur excommunicasse, vt patet ex sacris eius epistolis 1. ad Corinth. cap. 5. & 1. ad Timoth. cap. 1. & ad Titum c. 3.

Adde Martinum Perez ab Ayala Archiepiscopum quondam Valentinum lib. 1. de ecclesiasticis traditio. par. 3. art. 6.

Secunda conclusio prærogatiuam præstat Inquisitoribus, de qua diximus supra in hac 3. parte super quæst. 92. adde Repertorium Inquisitorum & Locatum in opere iudiciali verbo, excommunicatio. Syluestrum in summa verbo, hæresis 1. quæst. 8. & Simancam de cathol. institutio. titu. 23.

QVAESTIO CXXIII.

Quam pœnam incurrant fautores hæreticorum, si animo pertinaci perstiterint in excõmunicatione per annum.

SVMMARIVM.

1 *Impedientes officium sanctę Inquisitionis, si stent per annum in excommunicatione, quam propter hoc incurrerunt, condemnandi sunt vt hæretici.*
2 *Fautores meri, si non publicentur excommunicati, non incurrunt alias pœnas:*
3 *Si vero publicati fuerint, nec intra annum satisfecerint, multis pœnis fiunt obnoxij:*
4 *Quas pœnas incurrant etiam si non durent in excommunicatione per annum.*

Entesima vicesima tertia quæstio est: Quam pœnam incurrunt receptatores, defensores, ac fautores hęreticorum, qui sunt excommunicati ipso iure, si stant in excommunicatione per annum animo pertinaci?

1 Respondemus, quòd si prædicti ex eorum receptatione, defensione, & fautoria impedierunt fidei processum, iudicium, aut sententiam Episcopi, seu Inquisitoris directe vel indirecte, vel ad hoc præstiterint auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis vinculo sunt percussi: quòd si in ea steterint per annum animo pertinaci, extunc sunt vt hęretici condemnandi, vt patet in cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. vbi dicitur sic:

Prohibemus quoque districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine, absque dictorum Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia, vel mandato à carcere liberent; aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore, iniunctã, prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent: vel aliàs diœcesanorũ aut Inquisitorum iudicium, sententiam seu processum, directe vel indirecte impedire præsumant. Si quis vero de prædictis Potestatibus, dominis temporalibus, Rectoribus, vel eorum officialibus, seu Balliuis, contra prędicta fecerit, aut præfato fidei negotio sępefatis diœcesano Episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire; necnon & qui scienter in prędictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, extunc velut hęreticus condemnetur.

2 Si autem prædicti ex eorum receptatione, defensatione, & fautoria, aliàs nõ impediuerint Episcopi vel Inquisitoris iudicium, sententiam, vel processum; licet ipso iure sint excommunicati, ni si tamen excommunicati notentur & publicẽtur, non videntur aliàs pœnas incurrere, ex eo quòd stant in excommunicatione per annum: Sed si publicantur excommunicati, & stent per annum, incurrunt pœnas multas, de quibus habetur in cap. Excommunicamus. §. credentes. de hæreti. vbi dicitur sic: *Supra pag. 102.*

3 Receptatores, defensores, & fautores hęreticorum excommunicationi decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit, intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur: Sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hęreditatis succesionem accedat. Nullus prętera ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si vero aduocatus fuerit, eius patrocinium nullatenus admittatur: si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur. & in similibus idem prȩcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur: vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta. Si qui autem tales, postquã ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint: excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas aut oblationes eorum percipiant: alioquin suo priuentur officio, ad quod numquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. *Infamiam, & alias pœnas tales in currunt.*

Relat. supra pag. 110.

4 Quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 Quæ autem sunt pœnæ prædictorum, etiam si non persistant in excommunicatione per annum animo pertinaci, dictũ est supra hac par. 3. quæst. 113. 114. 115. 116. 117. & 118.

COMMENT. CLXXII.

De materia huius quæstionis egit plene idẽ Eymericus supra par. 2. q. 47. vbi dixi. nec propterea sunt aliqua inutiliter repetenda.

Qui non impediũt factũ officiũ, quãis sint fautores, an ela pso anno alias pœnas prẽter excõi cationem incurrant.

In hac quæstione illa solum occurrit difficultas, quę oritur ex verbis Eymerici hic num. 2. dum sentit, fautores & ceteros huiusmodi, si non impediant officium Inquisitionis, etiam elapso anno non incurrere alias pœnas prẽter excommunicationem, nisi excommunicati publicentur: nam contrarium videtur dicere auctor apertissime parte 2. q. 47. num. 3. dum ait: Omnes isti excommunicati in causa fidei, si per annum steterint in illa excommunicatione animo pertinaci, non vt suspecti de hæresi tantum, sed vt hæretici sunt condemnandi. *hęc ille.*

Hęc cum intuerer paulo diligentius, animaduerti non carere probabilitate Eymerici sententiam hoc loco. idem sentire videtur Repertorium Inquisitorum verbo, excommunicare. §. item fautores. & ratio esse potest: nam primi qui non modo fauent hęreticis, sed etiam officium impediunt, grauiorem contrahunt hęresis suspicionem, quę elapso anno transit in violentam & iure probatam, ex qua possunt vt hæretici condemnari. Qui vero eisdem hæreticis fauent, non tamen impediunt Inquisitorum officium, non ita grauiter peccant, ideoque nisi nominatim publicentur excommunicati elapso anno non videntur vt hæretici condemnandi; hæc sententia benigna est, de qua quid sentiam in tanta breuitate nõ possum facile dicere, dicam alias. cetera huc spectantia tradita sunt supra in 2. parte super vltimis quæstionibus.

QVAESTIO CXXIIII.

Quam pœnam incurrãt excommunicati in causa fidei sic durantes per annum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati propter contumaciam in causa fidei, & cet. post annum vt hæretici condemnantur:*
2 *Id ipsum faciendum est de excommunicatis causa impedimenti dati sacro officio:*
3 *Et de excommunicatis ob omissam purgationem, & cet.*
4 *Fautores autem hæreticorum aliæ pœnas incurrunt.*

Entesima vicesima quarta quęstio est: Quam pœnam incurrunt excommunicati in causa fidei, si steterint in excommunicatione animo pertinaci?

A 1 Respondemus, quòd tales excommunicati, sunt in multiplici genere: Nam quidam sunt excommunicati in causa fidei propter contumaciã, quia citati de fide responsuri renuerunt contumaciter comparere, & tamquam contumaces excõmunicantur: Isti si stant in excommunicatione per annum animo pertinaci, extunc sunt vt hęretici condemnandi: vt patet in cap. Cum contumacia. de hęret. lib. 6. vbi dicitur sic: Cum contumacia (in causa prẽsertim fidei) suspicioni prẽsumptionem adijciat vehementem, si suspectus de hęresi vocatus à vobis, vt de fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo, quòd parere subterfugit, aut contumaciter se absentat) per vos fuerit innodatus, quam si per annum animo sustineat pertinaci; extunc velut hæreticus condemnetur. Relat. supra pag. 105.

Excommunicati propter impedimentum datum sancto officio.

2 Quidam sunt taliter excommunicati, quòd iudicium, sententiam, seu processum Episcopi vel Inquisitoris impedierunt: vel ad hoc faciendum consilium, auxilium vel fauorem dederunt. Isti si stent in excommunicatione per annum animo pertinaci, sunt velut hęretici condemnandi, vt patet in cap. Vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret. lib. 6. vbi dicitur sic:

Pag. 110.

C Prohibemus quoque districtius Potestatibus dominis temporalibus, & rectoribus eorundemque officialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent, siue captos pro eodem crimine, absque dictorũ Episcoporum, siue Inquisitorum, aut saltem alterius eorundem licentia vel mandato à carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine à diœcesano vel Inquisitoribus, seu Inquisitore, iniunctam, prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectẽt: vel aliàs diœcesanorum aut Inquisitorum iudicium, sententiam seu processum, directe, vel indirecte impedire præsumant.

D Si quis vero de prędictis potestatibus, dominis temporalibus, rectoribus, vel eorum officialibus, seu balliuis, contra prædicta fecerit, aut prefato fidei negotio sępefatis diœcesano episcopo, vel Inquisitoribus incumbenti, se opponere forte præsumpserit, vel ipsum aliquatenus impedire; necnon & qui scienter in prędictis dederit auxilium, consilium, vel fauorem, excommunicationis se nouerit mucrone percussum: quam si per annum animo sustinuerit pertinaci, ex tunc velut hęreticus condemnetur.

Excõmunicati quia noluerũt se purgare.

3 Quidam autem sunt taliter excommunicati, quia suspecti de hęresi habiti noluerunt se purgare. Isti si stent in excommunicatione per annum, sunt vt hæretici condemnandi, vt habetur in cap. Excommunicamus 1. §. qui autem. extra de hæretic. vbi dicitur sic:

E Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles: nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam, ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione

Relat. supra pag. 101.

A nicatione perstiterint, extunc velut hęretici condemnentur.

Excõmunicati propter fauorem dati hæreticis.

4 Quidam sunt taliter excõmunicati, quia sunt receptatores, defensores, & fautores hęreticorũ, & publicantur excommunicati. Isti si stant per annum, pœnis plurimis feriuntur, vt patet in cap. Excommunicamus. §. credentes. de hæret. de his dictum est supra quæstione proxima.

COMMENT. CLXXIII.

TRes potissimum conclusiones ponit de excommunicatis persistentibus in excommunicatione, vt patet in summario quæstionis, circa quas nihil notatu dignum occurrit, quod non fuerit explicatum supra parte 2. super quæst. 47. vide prẽterea de hac materia illos, quos citauimus paulo antea super quæstione 122.

QVAESTIO CXXV.

An tales excommunicati ex causa fidei absolui possint ab Inquisitore.

Entesima vicesimaquinta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit absoluere eos, qui steterunt per annum in excommunicatione animo pertinaci, vel aliàs pro causa fidei sunt excommunicati, si ad gremium Ecclesiæ reuertantur?

Respondemus quòd sic; quia tales (vt dictum est supra quæstione proxima) vt hæretici sunt habendi. Hęretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ab excommunicatione, quam incurrerunt, per Inquisitorem, si pæniteant, possunt absolui: vt habetur in cap. Vt officium. in princip. de hęret. lib. 6. vbi præmisso de omnibus supradictis dicitur sic: Vt officium & infra: Si vero aliquis ex prædictis hæretica labe primitus abiurata, redire voluerit ad Ecclesiæ vnitatem; ei iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis.

Relat. supra pag. 107.

COMMENT. CLXXIIII.

SVper hac quæstione nulla occurrit obscuritas grauis, quę longa narratione egeat.

Primum, hęc quęstio differt à superiori 122. in qua videtur auctor tractare idem priuilegium; nam ibi docuit quòd Inquisitores possunt absoluere redeuntes ab hęresi, vel hęresis suspicione, qui propterea fuerunt ipso iure excommunicati: hic vero docet etiam posse absoluere eos, qui in excommunicatione durarunt per annum animo pertinaci.

Anno elapso de crimine iudicitur excommunicati.

Sed dubitari poterat, quomodo possit Inquisitor absoluere eos, qui per annum perdurant in excommunicatione, cum anno elapso vt hęretici sint condemnandi. cap. cum contumacia. de hęret. lib. 6.

Et breuiter respondeo, quòd qui post annum reuertuntur, quamuis non audiantur quoad bona recuperanda; audiuntur tamen quoad excusandum crimen: & si misericordiam implorent, recipiuntur, vt plene dixi supra in 3. parte super 13. modo processum fidei terminandi.

QVAESTIO CXXVI.

An Inquisitor dispensare possit ab irregularitate cum præfatis excommunicatis.

Entesima vicesima sexta quæstio est: Vtrum Inquisitor possit cum prædictis excommunicatis, si forsan irregularitatem incurrerint, vbi resipiscant super irregularitate dispensare?

Respondemus, quòd non inuenitur, quòd hoc possit Inquisitor in iure cautum, nec in quibuscunque priuilegijs sibi concessum: quare non potest cum talibus dispensare.

COMMENT. CLXXV.

C *VNa est conclusio: Cum redeuntibus, si forte aliquam incurrerunt irregularitatem, Inquisitor non potest dispensare, quia non inuenitur sibi concessum.*

Inquisitores secum mutuo dispensare posse super irregularitate, si quis eorum fortassis quandoque eã contraxerit, docuit Eymericus 3. par. q. 27. & dixi supra in hac 3. parte super q. 23. Rursus, eos posse absoluere redeuntes ab excommunicatione, paulo antea demonstrauit.

An Inquisitores super irregularitate dispensare possint.

An autem non modo à censura excommunicationis, sed etiam ab irregularitate, quam contingit contrahere ob hęresim, vel apostasiam, cum redeuntibus possint dispensare; nunc ostendit, & concludit id non licere Inquisitoribus, quia nullo iure concessum id eis reperitur. idem tradit Repertorium Inquisitorum verbo, irregularitas. & alij vetustiores.

D

Hodie hac lis sublata videtur per rescriptũ Clementis VII. Pont. Max. quod incipit: Cum sicut. §. vobis etiam. quo conceditur facultas Inquisitoribus, & eorum Cõmissarijs dispensandi cum clericis sæcularibus ac personis religiosis cuiusuis ordinis super quauis irregularitate contracta ob hęresim vel Apostasiam; quod etiam agnouerunt Locatus in opere Iudiciali verbo, irregularitas. nu. 2. & Campegius apud Zanchinũ tract. de hęret. cap. 27. vers. Adde vlterius. id Clementis rescriptum refertur in fine huius operis inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis.

E

Ceterum quid nobis de hoc articulo sentiendum videretur, supra in hac 3. parte super q. 113. explicuimus; vbi & irregularitatem contrahi propter hęresim, & super ea solum Romanum Pontificem dispensare diximus.

Rescriptum vero Clementis VII. circa hoc per posteriores

posteriores Pontificum extrauagantes reuocatum esse videtur; adeo quidem vt Pius Papa Quintus anno MDLXVII. die sexta mensis Septembris Pontificatus sui anno secundo, Didaco de Spinosa generali Hispanię Inquisitori inhibuerit, ne posset huiusmodi homines ad aliqua beneficia, aut si clerici forent, vt ad superiores ordines ascenderent, habilitare, aut cum presbyteris dispensare, vt in altaris ministerio deseruirent. Sed vide Maiolum libro 5. de irregularitate cap. 46. & Nauarrum in Manuali confessariorum cap. 27. titu. de tertia specie irregularitatis. num. 205. ex quo intelliges solum Papam dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex defectu animę.

DE INDVLGENTIIS pro fide laborantibus consequendis.

QVAESTIO CXXVII.

An Inquisitor conferre possit indulgentias accedentibus ad eius concionem pro fide factam.

Entesima vicesimaseptima quęstio est: Vtrum Inquisitor clero, vel populo, quem conuocat ad sermonem pro fide, quem interdum facit, vel aliàs habeat potestatę indulgentias conferendi?

Respondemus quòd sic; viginti, vel quadraginta dierum, vt patet in litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Vrbani iiij. Præ cunctis. §. priuandi præterea. versi. necnon. vbi dicitur sic: Necnon & largiendi viginti, vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videritis, omnibus veræ pœnitentibus & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis, & singulis vestrum præsentium tenore facultas.

Relat. supra pag. 119.

COMMENT. CLXXVI.

Hoc priuilegium concedendarum indulgentiarum, ac distribuendorum Ecclesię thesaurorum, licet Pontificum proprium sit, vt docet Sotus lib. 4. sent. distin. 21. q. 1. art. 4. fauore fidei Inquisitoribus est tributum per Romanum Pontificem, vt quotiens actio aliqua in fauorem fidei celebratur, possit Inquisitor concedere viginti vel quadraginta dierum indulgentiam.

Priuilegium concedendi indulgentias qui concesserint Inquisitoribus.

Hoc priuilegium multi Pontifices concesserunt; nullus autem reuocauit. concessit Innocentius III. rescripto incipiente: Malitia huius temporis. *item alio incipiente*: Tunc potissime. *& ante Innocentium III. concessit etiam Gregorius nonus rescripto incipiente*: Ille humani generis. *hæc sunt impressa in Bullario litterarum Apostolicarum, in fine huius operis.*

Meminerunt huius priuilegij Repertorium Inquisito. verbo, indulgentia. §. nunc videndum. Summa Armilla verbo, Inquisitor. num. 20. Ioannes Rojas tract. de hęret. par. 2. num. 415.

Num autem posteriores Pontifices Romani in his rescriptis easdem indulgentias concedentes non modo censeantur priores confirmare; verumetiam de nouo illas concedere, ita quòd prioribus accumulentur, vt singuli viginti vel quadraginta dierum aut trium annorum per se concessisse videantur, ita quòd Inquisitores octuaginta dierum, aut centum sexaginta, & amplius concedere possint: item quòd Pontifices non modo trium annorum, sed sex vel nouem, vel quindecim indulgentiam tribuisse videantur, dubium esse posset: & Bernardus Comensis in Lucerna Inquisitorum accumulari videtur sentire verbo, indulgentia eorum. §. 5. sed verius est, posteriores Pontifices easdem priores indulgentias cõfirmare, nec diuersas concedere: quod series rescriptorum indicat. & huius sententię videtur esse auctor non obscure supra in hac 3. parte in principio numero 55. & in omnibus fere modis terminandi processum fidei, vbi nusquam apparet eum significare, vt huiusmodi indulgentię cumulatiue concedantur.

Benignius tamen esset, si sua Sanctitas fauore fidei eas cumularet, vt homines ad fauendum Inquisitoribus hoc spirituali & maximo præmio inuitati facilius excitarentur.

QVAESTIO CXXVIII.

An Inquisitor conferre possit indulgentias sociis ac notariis suis.

Entesima vicesima octaua quęstio est: Vtrum Inquisitor sociis suis religiosis, & notariis habeat potestatem indulgentias conferendi?

Respondemus quòd ipse non, sed dominus noster Papa confert eis tres annos quando laborauerint. Et si in prosecutione moriatur, plenam confert remissionem peccatorum, vt patet in litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Vrbani iiij. Præ cunctis. in quibus post prædicta verba posita supra quæst. proxima dicitur sic: Socijs vero Fratribus vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vnà vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborauerint, & omnibus, qui vobis personaliter astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, ex animo vobis præstiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus.

Relat. supra pag. 129.

COMMENT. CLXXVII.

Dvę sunt assertiones: Prima est: Socijs & notarijs Inquisitorum laborantibus in sacro officio ad hæreticos extirpandos Papa confert indulgentiam trium annorum.

Altera est, quòd si in prosecutione hæreticorũ, & in executione officij sacri, seu in eius ministerio moriantur, plenam indulgentiam consequuntur.

Vtramq; assertionem probat rescriptum Vrbani IIII hic ab Eymerico allatum, et rescriptum Gregorij noni, quod incipit: Ille humani generis *idem concessit Clemens IIII. et Vrbanus IIII. rescripto alio incipiente*: Licet ex omnibus. *quæ vidimus authentica in archiuo Bonon. inquisitionis.*

Meminit etiam huius priuilegij Bernardus Comẽsis in Lucerna verbo, indulgentia eorum. §. 1. & Repertorium Inquisitorum verbo, indulgentia §. nota quòd Fratres.

Qui consequuntur hãc indulgentiã trium anno rum.

Num autem hanc trium annorum indulgentiam consequantur non solum socij Inquisitorum & notarij, verum etiam alij sancti officij ministri, veluti consultores, Fiscalis, & similes quæri potest, & bi etiam hanc indulgentiam habent, vt constat ex quęstione sequenti, cum in hoc negotio non mediocriter laborent.

Idem fortassis esset dicendum de illis, qui scribunt contra hæreticos, instruentes Inquisitores hæreticę prauitatis, qualiter sese in suo officio gerere debeant contra fidei hostes: bi enim quamuis in rescripto & verbis priuilegij nominatim non contineãtur, ob eãdem tamen rationem æquũ videtur, vt rescripti priuilegio vtantur.

Hoc saltem iustissimum videtur, vt Sanctitas sua ad hos quoque dignaretur hoc priuilegium extendere. quando vero hanc indulgentiam consequantur, sequentia demonstrabunt.

QVAESTIO CXXIX.

An Inquisitor largiri possit indulgentias alijs sibi in officio assistentibus, & auxiliantibus.

Entesima vicesimanona quæstio est: Vtrum Inquisitor consiliarijs & omnibus aliis, qui sibi personaliter assistunt, & existunt in executione sui officij, vel aliàs præstant sibi ex animo auxilium, consilium, vel fauorem, habeat potestatem indulgentias largiendi?

Respondemus, quòd ipse Inquisitor non, sed dominus noster Papa confert eis tres annos de indulgentia: & si in prosecutione officij moriantur, remissionem plenam omnium peccatorum, vt patet in prædictis litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Vrbani iiij. vt tactum est statim supra quæst. prox. in quibus dicitur sic: Necnon & largiendi; & infra: Et omnibus qui vobis personaliter astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, ex animo vobis præstiterint auxilium, consilium, aut fauorem: de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus: & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde cõtriti & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus.

Relat. supra pag. 101.

Et in c. Excommunicamus itaque. §. Catholici. extra de hęret. dicitur sic: Catholici vero qui crucis assumpto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ sanctę subsidium conceduntur.

Quę autem sunt illa dicetur quęst. prox.

Quamplura alia priuilegia conceduntur cruce signatis prędictis pro extirpanda hæretica prauitate, per Inquisitores eis conferenda, vt patet in litteris Apostolicis positis supra parte ij. Innocẽtij, vt nihil vobis desit.

COMMENT. CLXXVIII.

Quicunque Inquisitoribus auxiliantur, triũ annorum indulgentiã assequuntur.

Non modo qui assidue & continuo Inquisitoribus assistunt, vt sunt necessarij ministri, de quibus hactenus dictum est, trium annorum indulgentiam consequuntur, & plenariam cum in prosecutione negotij moriuntur: verum etiam quicunque alij, qui vbi oportuerit Inquisitoribus adstant, eodem indulgentiarum priuilegio fruuntur. id probat apertissime rescriptum Vrbani IIII. quo vtitur hic Eymericus, sed apertius idem tradit Gregorius nonus rescripto incipiente: Ille humani generis. *in hęc verba*: Ad hęc, vt super præmissis omnibus officium sibi commissum liberius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum (*scilicet Inquisitorum*) accesserint in singulis stationibus viginti dies: illis vero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, in munitionibus, vel castellis, vel aliàs contra Ecclesiam rebellantes, ipsis ex animo auxilium, consilium præstiterint vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus; & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti & ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. *hęc ibi.*

Crucesignati gaudent hoc priuilegio.

Hoc priuilegio hodie in primis gaudent crucesignati, quibus in Hispania similes sunt illi, quos dicimus familiares, qui nutibus Inquisitorum obedientes, ea exequuntur, quę ad promotionem huius sacri officij, & ad fidei propagationem, & ad hæreticę prauitatis extirpationem spectant.

Eandem etiam indulgentiam consequerentur quicunque zelo fidei cum opus esset, Inquisitoribus auxi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

auxiliarentur: vt vel hinc catholici magnopere excitari debeant ad fauendum, & auxiliandum Inquisitoribus.

QVAESTIO CXXX.

An Inquisitor plenariam indulgentiam consequatur in vita, & in morte.

Centesima tricesima & vltima quæstio est: Vtrum Inquisitor plenariam indulgentiam habeat in vita pariter & in morte?

Respondemus quòd sic: In vita quidem quandocunque pro exequendo officio laborat: in morte autē si in prosequutione officij diem claudit extremum.

Quòd autem habeat in vita pro officio laborando, patet in præfatis litteris Apostolicis Clementis, Alexandri, & Vrbani iiij. Præcunctis. §. vobis autem. vbi dicitur sic:

Relat. supra pag. 129.

Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terræ sanctæ in generali concilio est concessa.

Quæ autem in dicto concilio succurrentibus terræ sanctæ est concessa, patet in cap. Ad liberandam. extra de Iud. & Sarra. in parte decisa. notat Hostien. in lectura: in qua de succurrentibus terræ sanctæ infra habetur ita: Nos autem de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, & ex illa, quam nobis, licet indignis, contulit Deus ligandi atque soluendi potestate, omnibus, qui laborem istum in proprijs personis subierint & expensis, plenam suorum peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confessi, veniam indulgemus, & in retributionem iustorum salutis æternæ pollicemur augmentum: Eis vero, qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis, iuxta facultatem, & qualitatem suam viros idoneos destinauerint: Et illis similiter, qui licet in alienis expensis, in propriis tamen personis accesserint; plenam suorum concedimus veniam peccatorum. Huiusmodi quoque remissionis volumus & concedimus esse participes, iuxta qualitatem subsidij & deuotionis affectum, omnes, qui ad subuentionem ipsius terræ sanctæ de bonis suis congrue ministrabunt, aut circa prædicta consilium, & auxilium impenderint opportunum: omnibus etiam pie proficientibus in hoc opere in communi, sancta & vniuersalis Synodus orationum & beneficiorum suorum suffragium impertitur, vt eis digne proficiat ad salutem.

Datum Later. xix. Calendis Ianuarij Pontific. nostri anno octauo.

Quòd autem Inquisitor habeat & in morte, patet in litteris Apostolicis antedictis, vbi præmisso de indulgentia, quæ confertur Inquisitori prædicta; & quę sociis & fratribus sui ordinis & notarijs; & quæ omnibus, qui personaliter astiterint in fidei negotio Inquisitori, & præstiterint ex animo auxilium, consilium & fauorem: de omnibus generaliter sequitur sic: Et si qui ex iis in prosequutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus.

COMMENT. CLXXIX.

Haec postrema est in vulgatis codicibus huius operis quæstio, in qua de insigni Inquisitorum priuilegio differitur: nam & in vita & in morte omnium peccatorum indulgentiam consequuntur: vtramque partem probat Eymericus apertis Pontificum rescriptis.

Tradunt idem hoc priuilegium Repertorium Inquisiti. verbo, indulgentia. §. item Inquisitores. Tabien. in summa verbo, Inquisitor. §. 39. in fin. Ioan. Rojas tract. de hæret. par. 2. nu. 412. & alij.

Inquisitores in vita & in morte omnium peccatorum indulgentiā consequuntur.

Quantum vero attinet ad primam partem, quòd videlicet, Inquisitores consequantur in vita plenam indulgentiam suorum peccatorum, dubium est, an intelligatur semel tantum in tota vita, an vero in singulis actibus perfectis, qui contra hæreticos in fauorem & laudem fidei celebrantur, & Repertorium Inquisit. verbo, indulgentia. §. item Inquisitores, in quolibet actu, hac frui indulgentia testatur his verbis: Item Inquisitores exercendo officium, gaudent in quolibet actu Inquisitionis, quando fit aliquis actus reconciliationis per eos, vel aliqua executio durante tempore officij, in quolibet actu indulgentia plenaria omnium peccatorum suorum. *hæc ibi. cui sententiæ libentissime accedo.*

Quotiens in vita assequātur.

Idem sentiendum puto de indulgentia triumannorum, quæ conceditur auxiliantibus officio sanctissimę Inquisitionis, & Inquisitoribus hæreticę prauitatis in fauorem fidei: illi enim non tantum semel in tota vita, sed in quolibet actu perfecto, & ab alio diuerso, quo Inquisitoribus præstant huiusmodi auxilium, trium annorum indulgentiam consequuntur.

Quæ his locis de indulgentijs tradit copiose Eymericus, continentur apertissime in rescripto quodam Alexandri IIII. incipien. Firmissime teneat. *quod vidimus authēticum in bibliotheca Illustrissimi Cardinalis Felicis† Peretti de Mōtealto, allatum ex Assisio ex archiuo conuentus Fratrū ordinis Minorū.*

† Nunc est SIXTVS V. Pont. Opt. Max. qui feliciter sedet.

QVAESTIO CXXXI.

An Extrauagātes in fauorē fidei & sancti officij editæ sint seruandę.

Centesima tricesima prima quæstio est: Extrauagantes quę concesse fuerunt per summos Pontifices in fauorem fidei & officij Inquisitionis, an remaneant in robore suo?

Dicen-

Dicendum est quòd sic; dummodo non contrarientur his, quæ sunt inserta in Sexto, titu. de hæret. & constitutionibus Clementis eod. tit. Patet lib. 6. c. Statuta. §. vlt. & cōfirmatur per procemium Sexti, adiuncta glossa super verbo, reseruantur. vbi Ioannes And. dicit: reseruantur constitutiones omnes, quæ editæ sunt super negotio hæreticæ prauitatis, non contrarię constitutionibus huius libri, vt infra de hæret. c. vlti. in fine. Et lib. eod. super cap. Contra Christianos. & tit. de hæret. in Nouel. enumerando glos. in prima glossa dicit idem. Constat autem quòd decretalis vltima in eod. 6. lib. in fine, reseruat mandata prædecessorum istis constitutionibus non obstantia. Item idem in glossa super cap. Per hoc †. in verbo, ordinationes, dicit: *Ordinationes.*] etiā in hoc volumine non insertas, dummodo non his constitutionibus contrarias. infra eod. cap. vlti. in fine: sunt enim ibi reseruatæ, & de his loquitur procœmium huius libri, in fine.

† de hæreti. lib. 6.

COMMENT. CLXXX.

In duobus codicibus Barcinonensi impresso, & Sabellano manuscripto enumerantur tantū centum triginta quæstiones, quo ordine hactenus sunt impressæ: sed codices Bononien. & Illustriss. Card. de Gambara manuscripti, hanc quæstionem amplius habent in fine adiectam, De constitutionibus extrauagantibus editis contra hæreticam prauitatē in fauorem fidei, earumque robore seu valore, *quę non multum discrepantibus verbis habetur in omnibus exemplaribus supra q. 84. Et plane codex Bononien. qui omnibus est vetustior, descriptus nēpe tempore Pij II. Pontifi. Max. post 130. quæst. antiquorum more ita habet:* Deo gratias. *vnde facile colligas Eymericum ibi absoluisse opus: quod etiam videntur non obscure indicare illa verba quæstionis 130.* Centesima tricesima & vltima quæstio, &c.

Ceterum quia codex Bononien. multam habet auctoritatem ex vetustate, & synceritate, ac veritate (est enim in multis ceteris emendatior) ideo hanc quæstionem hic adijcere placuit, quę est veluti commentarius quæst. 84. Et mihi valde sit verisimile hęc scripsisse auctorem, qui in prędicata quæst. 84. ad probandum extrauag. in causa hæreticę prauitatis non esse reuocatas. sola rescriptorum Pontificiorum auctoritate vtitur: hic vero more suo auctoritate interpretum idem confirmat. ex docendi enim ordine & stylo conijcio. hęc postea addidisse auctorem.

Posset non incommode ex duabus quæstionibus vna fieri: verum non est visum ab antiquitate recedere.

Est autem impressa (paucis emendatis) iuxta exemplar codicis Bononiensis; nam in codice Card. de Gambara nonnulla adduntur, quæ aperte indicant non esse Eymerici, cum testimonium Ioannis Imolensis citetur, qui multis post Eymericum annis floruit.

Atque in his ad laudem omnipotentis vnius & trini Dei (in cuius sanctissimæ Trinitatis festo hoc anno MDLXXXIIII. die 27. Maij finita & absoluta fuit secundo huius operis prælectio & emendatio) sit tandem nostrorum Commentariorum in Directorium Inquisitorum finis constitutus, quos sacrosanctæ Romanę & vniuersalis Ecclesię correctioni supponi in omnibus & per omnia volumus.

∴

Franciscus Pegña sacræ Theologiæ & iuris vtriusque doctor.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX RERVM ET VERBORVM COPIOSISSIMVS

IN QVO BREVITER TANQVAM IN COMPENDIVM CONTRACTA

Ordine Alphabetico recensentur tam ea, quæ in Directorio, quàm illa, quæ in Commentarijs continentur.

A

Abbatis Ioachim libellus, & eius error damnatus, par.1. pag 4.col.1.B & p.2.q.7. pag.249.col.2.D

Abiuratio nouissima Berẽgarij, com.31. par.2. pag.247.col.2. Alia eiusdem, par.2 quæst.6. pag.246.col.1.B

abiurare de leui tantum, an debeant impuberes, com.40.p.3. pag.488.col.2

abiuratio de leui imponi potest suspecto leuiter, par.2.q.55. pag. 377.col.2.B

abiurans de leui, an detestetur omnem hæresim, com. 55. par.3. pag.489.col.1.

abiurãs de leui, deinde in eandẽ, vel diuersam hæresim incidẽs, relapsorũ pœna non puniẽ, p.3. pag.486.col.1.& 2. & com.73. p.2.pag.387.c.1.& cõ.43.p.3.pag.502.c.2

abiuratio de vehementi & publice & secrete fieri potest, par.3. pag.492.col.2

abiuratio de vehementi iniungenda est suspecto vehemẽter, & abiuranda quæuis suspicio, p.2.q.55. pag.383.col.1 & com.136.p.3. pag.637.col.1

abiurans vt vehementer suspectus, si recepret postea, aut visitet hæreticos, non est relapsus contra Eymericum & alios, com.81.p.2. pag.382.col.1.& seq.

abiuratione de vehemẽti facta lapsus deinde in hæresim relapsus censetur, & vt talis punitur, p.2.q.40. pag 331. col.1. & com.40.p.3. pag.489.col.1

abiurans de vehementi omnem hæresim detestatur, com. 55. par.3. pag.489.col.2

abiuratio quid sit, & quid continere debeat, & quotuplex, & quomodo abiuratio de leui & de vehemẽti differant, com.40.p.3. pag.488.col.1.& 2

abiurationum variæ formulæ, com.41.p.3. pag.494.col.1

abiuratio imponitur reo perseueranti in confessione in tormentis facta, p.3.pag.481.col.1.& quando perseuerãti in negatiua. pag.481.col.2.E

abiuratio de leui priuatim fiat, & nõ publice, com.40.p.3. pag. 488.col.2

abiurare qui debeant, & qua ætate compelli possint homines abiurare, com.40.p.3. pag.490.col.1

abiurationis vsus antiquissimus, & cur olim institutus, com.40.p.3. pag.487.col.2

abiurare debent Iudæi dæmones inuocantes, par.2.q.46. pag. 358.col.1.B

abiurationis à Iudæo faciẽdæ forma, cõ.71.p.2.pag.359.c.2

abiuratio an prius debeat fieri quàm pronuncietur sententia, com.41.p.3. pag.494.col.2

abiurans an debeat se subscribere, cõ.40.p.3.pag.490.col.2

abiuratio constare debet per publicam scripturam, com.40. par.3. pag.490.col.2

abiurantes in initio abiurationis fidem protestari debent, com.40.p.3. pag.489.col.1

abiurans in iudicio hæresim de vehementi, & postea lapsus in hæresim, relapsus ar, secus si de leui, p.2. pag.332.c.2

abiurans vnam hæresim singularem, & postea in aliam incidens, an sit relapsus, p.2. pag.332.col.2 & com.65.p.2. pag.332.col.2

abiuratio olim in concilio solum fiebat, hodie coram fidei iudicibus.p.2. pag.95

abiuratio omnis hæresis in genere, quãdoque fieri potest, nulla hæresi in specie expressa, com.79.p.2. pag.376.col.1

abiuratio Hieronymi de Praga, com.47.p.3.pag.521.col.1

abiuratio facta coram episcopo vel Inquisitore tãtum an sit valida, com.97.p.3. pag.579 col.1

abiurantis obligatio & promissio non extenditur extra iuris dispositionem, com.146.p.3. pag.646.col.1

abiuratio est indicenda credentibus hæreticorum tantum de hæresi suspectis, p.2.q.50. pag.266.col.2.C

abiuratio iuxta suspicionis qualitatem tantum fieri debet, p.3.q.42. pag.336.col.1.E.col 2.A

abiuratio fieri debet in vulgari, & quando, p.3. pag 495. col.2.B. pag.496.col.2.E. & pag.502.col.1.A

abiuratio indicenda conuicto per plures singulares testes, p.3.q.72. pag.619.col.1.C.D

abiurationis præstandæ à sponte confessio & pœnitente modus & forma, p.3. pag.503.col.2.& seq.

abiurationem legere debet notarius casu quo reus nesciat legere, p.3. pag.493.col.1.B.C

abiurans an obligare se debeat ad hæreticos denunciandos, com.49.p.3. pag.500.col.1

abiurans fautoriam, & deinde relabens in eandem, siue in aliam, an sit vt relapsus puniendus; anceps quæstio, com 83.p.2. pag.387.col.1

abiurare debet generaliter omnem hæresim suspectus violẽter.p.3. pag.495.col.2.A.B

abolitio in crimine hæresis non est facile concedenda, com.14. par.3. pag.415.col.1

absentes quot modis possint processari, cõ.91.p.3.pag.568.c.2

absoluere ab excõicatione se inuicem possunt inquisitor & eius socius, & inquisitores inter se, p.3.q.23. pag.553. col.2.A.& seq.& cõ.72.et 73.p 3.pag.553.c.2.et seq.

absolutoria sentẽtia non debet continere quem pronuntiari insontem & immunẽ, & quare. et an delicta rei cõtinere debeat, p.3.pag.474.col.2. com 50.p.3. pag.475.col.1

absolutus in foro pœnitentiæ de hæresi, an effugiat pœnas

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporales, com. 20. p. 2. pag. 227. col. 1. & 2
absolutus ab hæresi non seruatæ formæ iuris, an sit absolutus, par. 2. pag. 204. col. 2. B
absoluendus est ab excommunicatione post abiurationem præsertim suspectus violenter, & hæretici omnes, par. 3. pag. 397. col. 2. E. & pag. 497. col. 1. B
absolutio cum molli virgarum percussione, res laudabilis, nec iure cauta, com. 7. p. 3. pag. 398. col. 2
absoluere an possit solus episcopus, vel solus inquisitor, com. 37. p. 3. pag. 475. col. 1
absoluendus quid præstare debeat, vide in voce, Reparatio.
absoluere quis possit in foro interiori hæreticos, com. 141. par. 3. pag. 641. col. 1
absentia inquisitorum à terris propriæ iurisdictionis plurimorum incõmodorum est causa, parte tertia, pag. 460. col. 2. D. E. & seq.
absentis & negligẽtis iurisdictio ad quem deuoluatur, p. 2. pag. 170. col. 2. D
absens & non fugiens quando dicatur reus accusatus, p. 3. pag. 461. col. 2. B
absentes vel fugitiui contumaces, an & quando tanquã hæretici impœnitentes condemnandi, p. 2. pag. 105. c. 1. A. B & col. 2. C. & p. 3. pag. 320. col. 2. A. & com. 49. p. 3. pag. 531. col. 2
absentes hæreseos rei vbi debeant conueniri, & qualiter cõtra eos procedendũ, p. 2. pag. 207. col. 1. E. & seq.
absentis imago quando producenda, & quamuis sit combusta, si absens compareat, audiendus est, com. 49. par. 3. pag. 533. col. 2
absens non fugitiuus si venturus speratur, expectandus est, par. 3. pag. 462. col. 1. A. B
absens citãdus est verbaliter nisi timeatur de fuga, & post annum comparentes quid agere debeant, parte tertia. pag. 529. col. 2. A. & seq.
absenti contumaci degradato redeunti, non videtur audientia deneganda, com. 49. p. 3. pag. 533. col. 1
absente reo an sit admittendus excusator, com. 36. parte 3. pag. 471. col. 2. E
academiæ quatenus permittendæ, cõ. 41. p. 2. pag. 294. col. 2
accusatio fiscalis contra defunctum quid continere debeat, com. 170. p. 3. pag. 679. col. 1
accusatio contra defunctum quibus sit notificãda, com. 92. par. 3. pag. 578. col. 1
accusationes contra prælatos non facile admittendæ, p. 2. pag. 121. col. 1. E
accusatorij libelli forma, quem fiscalis porrigit inquisitori, com. 14. p. 3. pag. 415. col. 1
accusationem in scriptis porrigere debet inquisitori procedens per viam accusationis, p. 3. pag. 413. col. 2. E & com. 14. p. 3. pag. 414. col. 1
accusantium nomina quando publicanda, & quando non, p. 3. q. 75. pag. 627. col. 2. A. B
actio procedendi contra defunctos, an habeat locum contra fautores, credentes, receptatores, & similes, com. 92. par. 3. pag. 571. col. 2
actio contra hæreticos defunctos quanto tempore duret, com. 92. p. 3. pag. 570. col. 2
acta inquisitionis à quo, & quo ordine scribenda, com. 20. par. 3. pag. 426. col. 2
acta quæ ad causam magis quàm instantiam pertinent, etiã perempta instantia, in alio nocent eidem reo, eiusque successoribus, com. 92. p. 3. pag. 573. col. 2
acta in vno iudicio in alio faciunt fidem, com. 92. parte 3. pag. 573. col. 2
actus geminatus magnã uim habet, cõ. 148. p. 3. pag. 647. c. 1

Adamiani hæretici, p. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. B
admonitio facienda ab inquisitoribus post abiurationem ipsis reis. p. 3. pag. 493. col. 2. D. & in verbo, Inquisitorũ, com. 40. p. 3. pag. 492. col. 1
adoratio latria & dulia, vide in voce, Latria.
adoratio ex quibus causis exhibeatur creaturis, p. 2. q. 93. pag. 342. col. 2. A. B. & seq.
adorans hæreticum, credens hæreticorum censetur, par. 2. pag. 201. col. 2. D
adorandos esse dæmones error, & vnde ortus, com. 35. p. 2. pag. 264. col. 1
adolescentes in tribunali inquisitionis mitius etiam puniendi, & quare, com. 13. p. 1. pag. 40. col. 2
aduocatus cõcedi debet reis inquisitis de hæresi, & quando & qualis esse debeat, p. 3. pag. 296. col. 1. A. B. & com. 28. p. 3. pag. 447. col. 1. & com. 30. pag. 453. col. 1
aduocati quas debeant conditiones habere. com. 28. par. 3. pag. 447. col. 2
aduocare pro hæreticis quando, & quomodo liceat, cõ. 10. par. 2. pag. 99. col. 2. & seq.
aduocatus an admittatur cum quæritur, an indicia sufficiãt ad torturam, com. 110. p. 3. pag. 599. col. 2
aduocatis & notarijs vetatur patrocinari pro hæreticis, par. 3. q. 39. pag. 565. col. 2. A
aduocati suspensi, an valeat patrocinium, & quid faciendũ, par. 2. pag. 154. col. 1. A. & pag. 173. col. 2. B
aduocati vel notarij suspensi ob præstitum hæreticis patrocinium, exercentes iterum officium non sunt irregulares, par. 2. pag. 154. col. 1. A. & pag. 173. col. 2. B
aduocati hæreticis, vel eorum fautoribus patrocinantes infames, & ab officio suspensi sunt, p. 2. pag. 99. col. 2. B
ætate 40. an. homines prudentissimi sunt, ac potissimum tũc mens viget, com. 51. p. 3. pag. 535. col. 2. E
æternus Deus, & quare, p. 1. pag. 10. col. 2. C
Aetiani hæretici, p. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. D
Affirmatiui hæretici qui cẽseantur, p. 2. q. 34. pag. 505. c. 2. E
Agiographi libri qui dicantur, vide in voce, Libri canonici.
Agnoitæ hæretici, p. 2. q. 6. pag. 245. col. 2. E
Albanensis Cardinalis & delegatus Papæ in negotijs fidei, p. 2. q. 38. pag. 328. c. 1. D. & cõ. 121. p. 3. pag. 620. col. 2
Alchimistæ qui, & qualiter suspecti dicantur, & eorum incommoda, & an censeantur dæmones inuocare, parte 3. pag. 444. col. 2. C. com. 36. p. 2. pag. 267. col. 1. & com. 26. p. 3. pag. 445. col. 1
Alexander iiij. damnauit librum inscriptum, Euangelium æternum, p. 2. q. 26. pag. 311. col. 1. E
alienationes ab hæreticis factæ ante damnationem, non valent, p. 2. pag. 214. col. 1. B
Alfonsi regis Aragoniæ edictũ contra Valdenses, vt exeãt de regno suo, com. 39. par. 2. pag. 281. col. 1. & seq.
Algazelis philosophi errores, parte secunda, quæst. 4. pag. 239. col. 2. & seq.
Almaricus hæreticus combustus, p. 1. com. 1. pag. 6. col. 2
Almarici hæreses & doctrina damnata, p. 1. pag. 6. col. 1 & parte 2. quæst. 7. pag. 248. col. 2. E. & seq.
com. 1. par. 1. pag. 3. col. 2
Alogij hæretici, par. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. D
amatoria pocula præbere, an hæresim sapiat, par. 2. q. 43. pag. 340. col. 2. E. com. 68. p. 2. pag. 344. col. 2
amatoria pocula non flectunt liberam hominis voluntatem, com. 68. p. 2. pag. 344. col. 2
amentiæ simulatio est quidam hæreticorum euadẽdi modus, par. 3. pag. 431. col. 1. B
amentes baptizati quid suscipiant, p. 1. pag. 38. col. 1. C
amicitiam maximam cõciliat cõmunis calamitas, com. 108. par. 3. pag. 588. col. 2
anathema quid significet, com. 4. p. 2. pag. 93. col. 2
Anaxagoræ error de creatione rerum, & præiacente materia, refutatus, p. 1. pag. 12. col. 2. C
Ancyranum concilium non Anquirense legendum, & quale concilium Ancyranum, com. 68. p. 2. pag. 345. col. 2
Angelici hæretici, p. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. B
animaduersionis nomine, an & quando vltimum suppliciũ intelligatur, p. 2. pag. 212. col. 2. B. com. 71. par. 2. pag. 359. col. 1
anima rationalis vere est forma corporis, p. 1. pag. 8. c. 1. A & pag. 26. col. 1. D. & p. 2. pag. 169. col. 2. A
animæ substantia simplex, in qua est memoria, intellectus & voluntas, p. 1. pag. 19. col. 1. D
Antidicomaritæ hæretici, p. 2. q. 6. pag. 245. col. 1. B
Antropomorphitæ hæretici, p. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. A
apocryphi & erronei libri de quibus in Decreto, & qui dicantur apocryphi, p. 2. q. 23. pag. 308. & seq. col. 2. E com. 48. p. 2. pag. 309. & vide in voce, Libri canonici.
Apollinaristæ hæretici, & eorum errores, p. 1. pag. 15. & par. 2. q. 6, pag. 245. col. 1. A
Apostoli primum Euangelium viua voce docuerunt, inde mandarunt litteris, com. 14. p. 1. pag. 43. col. 1
apostoli olim profanorum librorum lectionem videntur nõ obscure prohibuisse, com. 19. p. 1. pag 57. col. 2
apostoli vnde dicti diuini, p. 2. pag. 202. col. 2. A
apostoli qui dicantur, & quot eorum genera, et reo appellãti quando & qui dandi, & quo modo ab inquisitore, p. 3. pag 453. col. 2. D. & pag. 454. col. 1. B. & com. 31. p. 3. pag. 457. col. 2
Apostolicæ sedis iudicia certissima sunt, com. 42. parte 2. pag. 303. col. 1
apostasia quid & quid apostata, com. 74. p. 2. pag. 365. c. 1
apostasia, & hæresis, an specie distinguantur, com. 42. par. 2. pag. 365. col. 1
apostasia triplex, & quæ, p. 2. q. 49. pag. 365. col. 2
apostasia à fide est inquirere à dæmonibus futura, p. 2. q. 43. pag. 339. col. 2. A
apostatæ à fide sunt hæretici, p. 2. q. 49. pag. 364. col. 1. D
apostasiæ crimen post quinquennium aboletur, parte 2. pag. 146. col. 2
apostasię materiam qui tractarint, com. 74. p. 2. pag. 365. c. 1
apostatæ si reuertantur recipi debẽt ad misericordiam, com. 74. p. 2. pag. 364. col. 2
apostasię crimen committens, an excusetur ob metum mortis, p. 2. q. 4. pag. 333. col. 2. B. C
apostatæ ab ordine & à statu regulari nõ sunt hæretici, p. 2. quæst. 49. pag. 364. col. 2. D
apostatæ ab ordine & à statu regulari manentes in excommunicatione per vnum annum, fiunt suspecti de hæresi, p. 2. q. 49. pag. 365. col. 1. E
Apostolici hæretici. p. 2. q. 6. pag. 244. col. 2. B
Aporacitę hæretici qui, com. 62. p. 2. pag. 327. col. 2
appellatio quid sit, com. 30. p. 3. pag. 452. col. 1
appellandi causę iustę, & causę friuolæ quæ sint, parte 3. pag. 454. col. 1. A & pag. 454. col. 2. D
appellationes frustratoriæ, & moratoriæ ob causas friuolas repellendę, com. 31. p. 3. pag. 457. col. 1
appellare quando possit hæreticus, p. 2. pag. 212. col. 2. C. D
appellationis beneficium hæreticis interdictum, parte 2. pag. 136. col. 1. A. & p. 3. q. 117. pag. 674. col. 2. D
appellatio delati facta ab inquisitore quando refutanda, & quando admittenda, p. 3. pag. 454. col. 2. C. D
appellatione interposita quando possit inquisitor contra appellantem procedere, com. 31. p. 3. pag 457. col. 1
appellatione interposita in causa fidei quo ordine res geratur, com. 31. p. 3. pag. 457. col. 2
appellatione interposita cur nihil innouãdum, com. 31. p. 3. pag. 457. col. 1
appellatio in causa fidei non est à definitiua sententia, sed ab interlocutoria, com. 31. p. 3. pag. 456. col. 2
appellatio cum reo conceditur, quid agendum, com. 31. p. 3. pag. 456. col. 2
appellandum in causis fidei ad sedem Apostolicam: & an ab inquisitore ad prælatos ordinis, vel ad metropolitanũ appellari possit, p. 3. q. 12. pag. 542. col. 2. E. & com. 31. par. 3. pag. 456. & seq. col. 1. & 2
appellationi deferens iudex quando amittat iurisdictionem, com. 31. p. 3. pag. 457. col. 1
Appellitæ hæretici. par. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. A
Aquarij hæretici, p. 2. q. 6. pag. 241. col. 1. C
Aqua vera fluxit de latere Christi, p. 1. pag. 21. col. 1. B
aquam in calice vino commiscendam Christus instituit, non Alexander Papa, com. 14. p. 1. pag. 43. col. 2
aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem Christi in sacramento Eucharistiæ, par. 1. pag. 42. col. 1. B & com. 14. p. 1. pag. 42. col. 2
Arabum & Iudæorum gens superstitiosa, com. 53. parte 2. pag. 317. col. 1
Arabici hæretici p. 2. q. 6. pag. 245. col. 2. A
Aragonum de Rege notatu digna, p. 2. pag. 177. col. 2. D
Aragoniæ regum cura in pellendis hæreticis de regnis suis, com. 39. p. 2. pag. 280. col. 2
arbitri constituendi sunt per inquisitorem & reum quando inquisitor velut suspectus recusatus est, qui cognoscant, an recusatio valida fuerit ex sententia Doctoris, par. 3. pag. 452. & seq. col. 1. A. Quod hodie non obtinet in hac causa, com. 30. pag. 453
arbitris tempus ad terminandam causam non est iure taxatum, com. 30. p. 3. pag. 453. col. 2
arbitri non eliguntur in casu recusationis, com. 30. par. 3. pag. 453. col. 1
Archiepiscopi & Episcopi inferiorum suorum prouincias & diœceses suspectas de hæresi semel in anno visitare tenentur, p. 2. pag. 102. col. 2. C
Archidiaconi locus restitutus in c. accusatus. § licet, verbo exceptum. de hæret. lib. 6. com. 116. p. 3. pag. 610. col. 2
Archontiaci hæretici, p. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. A
arrestare quid sit, & quando in causa hæresis habeat locum, com. 31. p. 3. pag. 458. col. 1
area dirutæ domus propter hæreticos cur sale interdum conspergatur, com. 92. p. 3. pag. 675. col. 2
area dirutæ domus sale conspergit, cõ. 92. p. 3. pag. 675. c. 2
in area dirutæ domus columella erigitur rem gestam indicans, com. 92. p. 3. pag. 675. col. 2
argumentum à maiori ad minus, an locum in iure habeat, p. 3. q. 17. pag. 549. col. 1. A
Aristotelis errores de productione rerũ ab æterno & aliĳ cõfutati, p. 1. pag. 12. c. 2. C. & p. 2. q. 4. pag. 238. c. 2. et seq.
armorũ abusus inquisitorib. phibet, p. 2. pag. 113. c. 1. D. et seq.
arma deferendi facultas quibus tribuenda ab inquisitoribus, com. 105. p. 3. pag 584. col. 1
arma deferre fauore fidei quibus competat, com. 105. p. 3. pag. 584. col. 2
Armeni hæretici Deum faciunt mendacem, in quo insigniter mentiuntur, com. 14. p. 1. pag 66. col. 1
Arnaldus Burgeti seu Burgensis inquisitor hæreticę prauitatis, p. 2. q. 11. pag. 266. col. 1. A
Arnaldus Montanerius seu Montanarius ordinis Minorũ Vrgelen. hæreticus vnà cũ suis erroribus in sede Vrgelli

Universidad de Deusto
Biblioteca

condemnatus, p.2.q.11.pag.267.col.2.D.com.36.par.2. 268.col.2
pag.
Arnaldus de Villanoua medicus celebris hæreticus, & eius errores & libri scripti in theologia dãnati, p.2.q.11. pag. 265.col.1. & q.28.pag.316.col.1.B.& seq. com.289.p.2. pag.316.col.2
Arius hæreticus vbi & quando damnatus, p.1.pag.15.c.2 com.5.p.1. pag.31.col.2
Arij varij errores damnati, p.1. pag.9.
Ariani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.1.A.& seq.
articuli fidei nostræ quot sint, & quosdã ad diuinitatẽ, alios ad humanitatẽ spectare, p.1. pag.8.10.et 18.c.1.C.D
articulos fidei memoriter tenere, an sit necessariũ. com.20. par.1. pag.60.col.1
articulos fidei memoriter qui nesciunt, in magno salutis periculo versantur, com.20.p.1. pag.60.col.1
articuli fidei explicite credendi, p.1.q.3. pag.59.col.2.D
articulos fidei explicite scire debent prælati, episcopi, & curam animarum gerentes, p.1. pag.22.col.1.B
articuli fidei ad diuinitatem & humanitatẽ spectãtes quot & qui, p.1.q.2. pag.59.col.2.C.& seq.
articuli fidei de diuinitate qualiter distinguantur, parte 1. pag. 10.col.1.C
articuli fidei de Christo credendi, p.1. pag.3.col.1.E
articulorum fidei de incarnatione distinctio, parte prima. pag. 10.col.1.E
articulorum fidei de passione Christi veritas ostenditur contra hæreticos, p.1. pag.14.col.1.A.& seq.
articulus fidei de resurrectione, p.1. pag.14.col.2.C
articulus fidei de futuro iudicio explicatus, parte prima. pag. 14.col.1.E
articuli ꝑ sãcto Cyrillo obscuriores. p.2.q.18.pag.304.c.1.A
Artotyritæ hæretici. p.2.q.6. pag.244.col.1.C
Ascodrogitæ hæretici, seu Ascodrogi, vide in voce, Tascodrogitæ.
assassini sicut hæretici excõicati sunt. p.2. pag.96.
astrologia iudiciaria interrogatoria, penitus superstitiosa, com.67.p.2. pag.377.col.1
astrologi quando creduntur dæmones inuocare, parte 3. pag. 443.col.1.B
Athanasij regula cur dicta, & contra quos edita, & quis Athanasius, com.18.p.1. pag.47.col.1
Athanasij dicta male sonantia exposita à S. Thoma, p.2. q.18. pag.303.col.2.& seq.
auctore reprobato, eius scripta reprobantur, par 1.pag.21. col.2.D. p.2.pag.89.col.2.& 138.col.2. & 145.c.1. & 167.col.2. com.3.p.2. pag.90.col.1
auctoris institutum in hoc opere conficiendo, pag.1
auctoritas epistolarum Decretaliũ, com.19.p.1.pag.56.c.2
audientia in quibus casibus denegetur, p.2.pag.171.col.2.A
audientia quomodo & quando dicatur denegari, parte 2. pag. 139.col.2.E
audientes prædicationes hæreticorum quo modo censeantur credentes. par.2. pag.194.col.1.E
Audiani hæretici qui, com.62.p.2 pag.327.col.1.E
Augustini locus explicatus, com.19.p.1. pag.57.col.1
Auerrois errores, p.2.q.4. pag.239.col.1.A.B.C & com.29.p.2. pag.242.col.1
auxilium sæculare inuocandi priuilegium inquisitores habent, com.106.p.3. pag.585.col.1

B

Baal resciuua quid significet apud Hebræos, com.69 pag. 351.col.1
Balliui & Balliuiæ & Sayonię quæ dicantur, com.78.p.2. pag.372.col.2.com.4.p.3. pag.394.col.2
bannire & diffidare quid dicatur, com.36.p.3.pag.472.c.1
banniti & diffidati an impune occidi possint, com.36. par.3. pag. 472.col.1
baptismi forma qualis, p.1. pag.15.& 20 col.2.A
baptismus vnus confitendus in aqua, p.1. pag.8.col.1.B
baptismus non prodest extra ecclesiam, p.1. pag.53.c.2.A
baptismus à quouis datus in forma ecclesię valet, parte 1. pag. 20.col.2.A
baptismus rite collatus perfectum remedium est ad salutẽ tam paruulis quàm adultis, p.1. pag.8.col.1.B
baptismi in sacramento informans gratia & virtutes conferuntur tam paruis, quàm adultis, p.1. pag.8.col.1.C
baptismus à quocũque collatus in forma ecclesiæ, valet, p.1. pag. 3.col.2.B.C
baptismus nõ vitiatur ex omissione pronominis, ego; sed ex omissione actus baptizandi, com.9.p.1. pag.36.col.2
baptismus non confertur sine expressione actus baptizandi, par.1. pag.36.col.2.A
baptismus nullo modo iterandus, & iterantium pœna grauis, & leges de hoc loquentes qualiter intelligendæ, p.1. pag.38.col.1.com.12.p.1. pag.39.col.2.& seq.
baptismus collatus dormientibus, amentibus, &c. qualiter cuferat eis peccatũ originale, com.11.p.1. pag.38.col.1
baptizandos esse paruulos de fide est, com.11. parte prima. pag. 38.col.2
baptizatos ab hereticis esse rebaptizãdos male determinauit concilium Carthaginense, com.42.p.2.pag.300.et seq.
baptizati ab hæreticis quando rebaptizandi sint, & quando non, par.1. pag.15.col.2.C. & parte 2.quæst.17. pag. 395.col.1.& seq.
Bartholomæus Fusterij exhumatus, & vt impanitens hæreticus condemnatus, p.2.q.9. pag.266.col.1.D
Bartholomæus Ianuensis Maioricen. errores & libri condemnati & combusti, & quando vixerit. par.2.q.11. pag.266.col.2.E. & q.28. pag.316.col.2.B com.36.p.2. pag.263.col.2.B
Bartolus contra Alfonsum Cæsrum defenditur multis modis, com.26.p.1. pag.77.col.2.A
Basilidiani hæretici, p.2.q.6. pag.243.col.2.D
Basilij loca aliquot pie accipienda, p.2.q.18. pag.304.c.1.B
beatus Dominicus interfuit concilio Lateranensi sub Innocentio iij. com.29.p.2. pag.257.col.2
beatitudinis via est incarnatio & passio Christi, par.1.q.5. pag. 61.col.2.E
Begardorum seu Fraticellorum prima origo qualis memoretur, com.40.p.2. pag.387.col.2.& seq.
Begardi vetustiores ostendũtur, quàm vulgariter tradatur, com.40.p.2. pag.288.col.1. & pag.289.col.1
begardorum varię appellationes, com.40.p.2. pag.288.c.1
begardorum seu Fraticellorum obiectiones contra Papam, et eorundem solutio, com.42.p.2. pag.298. et pag. 299.col.2.et seq.
begardorum errores & hærses, p.2.q.8. pag.250.col.2.A et seq. et seq. & q.1<. pag.282.col.1.A.et seq.
begardorum secta et errores damnantur, et à quibus Rom. Pont.p.2.pag.113.col.1.E. et q.16.pag.295.col.1.A et com.31.par.2. pag.288.col.2
begardorum secta quãdo cœperit.cõ. 40.p.2.pag.288.col.1
beguinorum secta hæreses, & excusationes friuolę, & eorum dẽ condemnatio, par.2.q.17. pag.295.296.col.1 & 2
beguini titulo tertij ordinis S. Francisci se se palliare, ac honestare nituntur, p.2.q.16. pag.292.col.2.C
beguini vel Begardi quibus indicijs dignoscantur, parte 3. pag. 441.col.1.D.& seq.
beguinorum maledicta contra Romanum Pontificem, p.2. quæst. 15. pag.285.col.2.A.& seq.
Beguinorum Alemaniæ secta et errores damnantur, par.2. pag. 113.col.1.E
Belazmansa Catharorum hæreticorum dux in Italia quando vixerit, com.38.p.2. pag.276.col.1.E
Belazmansæ hæretici error de beata virgine Maria, com.38. par.2. pag.277.col.2
bellum qua ratione & quando tam fidelibus quàm infidelibus auctoritate Ecclesiæ inferatur, p.2.pag.142.& 160 & quæst.46. pag.354.col.2.B
in Bello iusto omnia accepta fiũtiuste pugnantium, & quid de feudalibus, p.2. pag.177.col.2.B
Benedicti xj. extrauagans de visione beatorum, parte 2. pag. 128.col.1.B
benedictio mensę quã faciunt Valdenses, p.3.pag.441.c.1.B
beneficijs suis, an ipso iure hæretici priuati sint, com.162. par.3. pag.666.col.1.& seq.
beneficiorum Ecclesiasticorum & officiorum publicorum priuatio contra quos locum habeat, & à quibus infligenda, p.3.q.113. pag.666.col.1.B.& seq.
beneficiorum ecclesiasticorum collatio, vel concessio hæreticis vel eorum fautoribus, vel filijs vsque ad secundam generationẽ facta non valet, p.2. pag.104.col.1.E
beneficijs non sunt priuati sed priuandi fautores hereticorũ, com.162.p.3. pag.666.col.2
beneficijs suis vt clerici priuentur multa considerãda, com. 162.p.3. pag.666.col.2
beneficijs ecclesiasticis & sæcularibus cum inquisitor aliquem priuat, episcopi consilium requirat, com.162.p.3. pag. 666.col.2
beneficia ecclesiastica habẽtes sciẽter ad preces hæreticorũ, & habitis & habendis priuantur, p.2.pag.104.col.2.A
Berengarius Daril, seu de Aril episcopus Barchinon. p.2. quæst.11. pag.266.col.2.E
Berengarij in fide inconstantia, abiuratio eiusdem, & moribundi verba, et quãdo vixerit, p.2.q.6.pag.264.col.1.C & com.31. pag.246.col.1
& de alio Berengario, com.27.p.2. pag.285.col.2
Berengarij abiurationem, & fidei confessionem misit Nicolaus Papa per præcipuas Europæ ciuitates, par.2.q.6. pag. 246.col.1.B
Berengarius seu Beningerius ordinis Cisterciensium de Monasterio Pobleti vnà cum suis erroribus condemnatus, p.2.q.9. pag.266.col.1.E
Bernardus de Podio certoso hæreticę prauitatis inquisitor, par.2.q.11. pag.267.col.1.D
Biblia sacri libri dicuntur per excellẽtiam, com.97. par.2. pag. 320.col.2
Biterrensis concilij sententia, de recipiendis dogmatistis, com.64.p.2. pag.329.col.2
bizochi hæretici, & Beguini, ijdem sunt, par.2. quæst.16. pag. 291.col.1.E
blasphemorum genera, qualitatem, & pœnas, & qui de illis scripserint, par.2. pag.151.col.2.B.& seq.
com.66.p.2. pag.334.col.1
blasphemorum inquisitio iudicium & punitio quãdo spectet ad inquisitorem & iudicem ecclesiasticum, & quando ad iudicem sæcularem, p.2.q.41. pag.333.& 334.col.1. & q.46. pag.354.col.2.C.& seq.
blasphemorum verba hæreticalia euomentium, excusationes non sunt facile admittendæ, p.2.q.41. pag.333.col.2.B
blasphemi quando habendi sint vehementer suspecti & quãdo leuiter tantum, p.2.q.41. pag.333.col.1.E.& c.2.A
blasphemi quando sint cogendi ad abiurandum hereses prolatas, p.2.q.41. pag.333.col.1.D.E
blasphemi hæretici quando sint curiæ sæculari tradendi, p.2.q.41. pag.333.col.1.A
blasphemi hæretici ad inquisitores spectãt. com.66.p.2. pag. 334.col.2
blasphemiarum grauitas quomodo consideranda, com. 66. par.2. pag.334.col.2
blasphemię aliquę cur spectẽt ad sanctum officium, com.66. par.2. pag.334.col.2
blasphemorum variæ pœnæ, com.66.p.2. pag.335.col.1
blasphemi hæreticales quibus pœnis afficiantur, com. 66. par.2. pag.335.col.1
Bonanatus Begardorum dux in Catalonia quis & quando vixerit, & vt relapsus & impenitẽs curiæ sæculari traditus, par.2.q.11. pag.266.col.1.B. & q.38. pag.328. col.2.C. & com.36. par.2. pag.267.col.2
bona hereticorum ipso iure à tempore cõmissi criminis confiscantur, & in terris ecclesię applicantur fisco ecclesiæ, in terris imperij iudicis sæcularis fisco, & procedit etiãsi catholicos habeant filios, par.2. pag.98.col.1.E.& seq. & pag.99. col.1. A. & 99.col.2.E. & com.9. par.2. pag. 98.col.2.
bona hereticorum etiam post mortem publicantur, par.2. pag. 151.col.1.C. & pag.173.col.2.B
bona confiscata, in Hispania officio sanctæ inquisitionis data, com.159.p.3. pag.662.col.1
bonis de confiscatis noua iura. com.159.p.3. pag.662.col.1
bona hereticorum per diœcesanos vsurpari vetantur, p.2. pag. 219.col.1.A. & seq.
bonorum hereticorum ipso iure confiscatorum apprehensio fieri non potest per dominum sæcularem, nisi prius pronuntiatum fuerit super crimine per iudicem ecclesiasticum, p.2. pag.110.col.2.D
bona fisco restituere an teneatur in conscientia hereticus nõ dum accusatus nec condemnatus, com. 158. parte 3. pag. 656
bona ecclesiæ ab hæreticis possessa nõ confiscãtur, com.161. par.3. pag.663.col.2
bona episcopi intestati morientis, quia hæreticos instituit, ecclesia capit, com.4.p.2. pag.90.col.1
bonorum quę à clericis possidentur tria genera, com. 161. par.3. pag.664.col.1
bona clericorum hæreticorum propria confiscari possunt, com.161.p.3. pag.665 col.1
bona clericorum hereticorum, seu relapsorum, an confiscanda, par.3.q.112. pag.365.col.2.E.& seq. & com.161.p.3. pag.664.col.2
bona clericorum ex fructibus beneficiorum, an possint confiscari, com.161.p.3. pag.664.col.2
bona clericorum hereticorum cui applicanda. com. 161. par.3. pag.664.col.1
bona ipso iure confiscata, an, & quibus casibus per inquisitores hæreticis redeũtibus condonari possint, com.6. p.2. pag.32.col.2.& com.158.p.3. pag.655.col.1.& seq.
bona hereticorum confiscata non reuertuntur ad eos nisi de misericordia, p.2. pag.151.col.2.A
bona feudalia clericorum hæreticorum non confiscantur, com.161.p.3. pag.665.col.2
in Bonis feudalibus succedit fiscus, quoad vsumfructum viuente damnato, & idem in bonis restitutioni subiectis, & quid de bonis emphyteticarijs, com. 161. parte 3. pag. 665.col.2
bona confiscantur saluo iure principalis domini. parte 2. pag. 102.col.1
bona obligata, ad quemlibet successorem transeunt cum illo onere, com.169.p.3. pag.678.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona damnatorum an pertineant ad eos in locis, vbi non sunt Apostolici inquisitores, cō. 158.p.3. pag.661.c.2.E
bona confiscata qui detinent, ad ea exhibenda & ecclesiastica censura & vi compelli possunt, com. 159. parte 3. pag. 662.col.1
bona hæreticorum siue peniteant, siue non confiscata sunt, com.158.p.3. pag.655.col.1
bona nō sunt condonāda ei qui cōuertitur postquā fuit traditus curiæ sæculari, com.158.p.3. pag.655.col.2
bona hæreticis pœnitentibus in quibus casibus possint condonari, com.158.p.3. pag.656.col.1
de bonis hæreticorum confiscatis etiam laicorum ad Papam spectat disponere, com.158.p.3. pag.661.col.1
de bonis hæreticorum confiscatis vbique seruatum est quod per Pontificias extrauagantes sancitum est, com. 158. par.3. pag.660.col.1
de bonorum hæreticorum confiscatione quid ius ciuile disponat, com.158.p.3. pag.657.col.1
de bonis hæreticorum confiscatis qui differuerint, com.158. par.3. pag.655.col.1
bona omnia confiscata applicari debent ad promotionē sancti officij, com.158.p.3. pag.661.col.2
bonorum applicatio confiscatorum fieri debet Ecclesiæ, cui facta fuit iniuria, com.158.p.3. pag.661.col.1
bonorū sequestratio cur non fiat, com.92.p.3. pag.573.c.2
Bonosiani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.C
Borborit æ hæretici qui, com.69.p.2. pag.327.col.1
brachio sæculari relinqui hæreticos qualiter intelligatur, par.2. pag.156.col.2.D
brachio sæculari tradendus qualiter tractandus, & cetera huc spectantia, vide in voce, Curia secularis.
brachium sæculare inuocandi priuilegium inquisitores habent, com.106.p.3. pag.585.col.1
Bursati opinio, com.158.p.3. pag.659.col.1
Bursati dictum expenditur, com.158.p.3. pag.659.col.2

C

CAdauera hereticorum exhumanda & comburenda, com.89.p.3. pag.567.col.1
Cainani hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.1.B
& com.31.p.2. pag.247.col.1
calamitas communis maximam amicitiam conciliare solet, com.108.p.3. pag.588.col.2
canonis verba non sunt in pœnalibus extendenda, p.3.q.17. pag. 545.col.1.E
canonici libri qui dicantur, vide in voce, Libri canonici.
canonizando sanctos Papa vel Ecclesia non errat, com.42. par.2. pag.303.col.1
canonica purgatio, vide multa ēt ī voce, Purgatio canonica.
canonica purgatio, quo ritu & ordine fieri debeat, com.38. par.3. pag.477.col.2
canonica purgatio cum indicitur, aut epus, aut eius vicarius adesse debet, com.38.par.3. pag.478.col.1
canonicam purgationem, an solus epus vel inquisitor possit indicere, com.38.p.3. pag.477.col.1
canonicæ purgationis vsus in crimine hæresis, com.38. p.3. pag. 477.col.1
cap.accusatus.§.licet, de hæret. in 6. intellectu, reiecta Conarruuiæ sententia, com.114.p.3. pag.606.col.1
cap.accusatus.§.si vero. de hæret.lib.6.egregie ponderatū, com.92.p.3. pag.571.col.2
cap.aliud. 11.q.1.intellectu, com.146.p.3. pag.644.col.1
cap.cum Christus. definitio, etiam præterita respicit, par.2. 169.col.1.A.B
cap.excommunicamus.§.moneatur. definitio, in quibus terris locum habeat, p.2. pag.177.col.1.A
cap. fraternitatis. de hæret. vnde sumptum, com.3.par.2. pag. 89.col.2
cap.fœlicis.§.quod si quis. de pœnis.lib.6. declaratur, com. 163.par.3. pag.671.col.2
cap. in eos. de hæreticis. restitutus verus titulus, com.5. par.2. pag.96.col.1
cap.in fidei. de hæret.in 6. multipliciter intellectū, com.113. par.3. pag.603.col.1. & vere intellectum, col.2.
cap.filij. de hæret.lib.6. in quibus habeat locum, com.270. par.3. pag.679
cap.Qui alios. de hæret. quid definiat, com.2.p.2. p.89.col.1
cap.dubius. de hæret.lib.6. plene declaratum. pag.80.
cap. inquisitores. de hæreti. libro 6. ampliatur, com.75. par.3. pag.55.col.2
capitales inimici non admittuntur in testes in causa fidei, par.3.q.67. pag.607.col.1.A.B
cap.si aduersus. de hæret. prohibitio, in quibus locum habeat.p.2. pag.173.col.2.E
cap.sicut ait. de hæret.vnde sumptū, com.7.p.2. pag.96.c.2
capitalis inimicitia repellit testes, & eiusdem exēpla, p.3. pag. 446.col.2.A
cap.vergentis. de hæret.vbi locū habeat, p.2.pag.173.c.1.A
cap.si quis episcopus. de hæreticis vnde desumptum, com. 4.par.2. pag.94.col.2
capere hereticos quilibet potest, par.2. pag.199.
& par.3.com.36. pag.472.col.1.D
capiendæ qualiter sint personæ insignes in hoc crimine, & quando capi possint inconsulto Senatu, com.108.par.3. pag. 588.col.1
captura delatorum quādo & quibus casibus locum habeat, par.3. pag.418.col.2.D
captura in causa fidei magno consilio fieri debet, com.17. par.3. pag.421.col.1
capturę mandatum quando & quibus casibus locū habeat, par.3. pag.421.col.2.E
capturæ ordo in crimine hæresis, quis debeat seruari, com. 17. par.3. pag.421.col.1
captura reorum in quocunque territorio, fidei fauore fieri potest, com.33.p.3. pag.464.col.2
carcer ad custodiendum, non ad puniendum inuentus: secus tamen de iure Canonico, com.107.p.3. pag.586.col.1
carcere eodem multi simul non includendi, com.108.par.3. pag. 588.col.2
carcer ad pœnam episcopo & inquisitori communis esse debet, & quare, p.3.q.58. pag.586.col.1.B.C
com.107.p.3. pag.586.col.2
carceres inquisitionis alicubi sunt apud epos, alicubi apud inquisitores.p.3.q.59. pag.585.col.1.E.col.2.A
carcerem proprium habēt inquisitores ad custodiam reorū, p.3.q.58.pag.585.col.2.E.& q.59.pag.586.col.1.A.B & com.116.p.3. pag.586.col.2.A
carceres proprios possunt communes sibi facere epus & inquisitor, p.3.q.59. pag.587.col.1.E.col.2.A
carcer perpetuus construendus, & quare, & quis ordo in eo seruandus, com.108.p.3. pag.590.col.1
carceris perpetui pœna potest per inquisitores mitigari. par.2. pag.182.col.1.B
carceris perpetui seu immurationis ritus antiquus, com. 46.par.3. pag. 517.col.2
carcer perpetuus non est pœna iuris ciuilis, sed iuris canonici, par.2. pag.208.col.1.D
carceris perpetui difficilis dispensatio, & quis dispenset, & eius pœna quando remittenda, com.46. pag.518.col.1. & com.108.pag.590.col.2.com.145. pag.642.c.2.
carceris perpetui in pœna inquisitores priuati dispensant de iure

de iure communi, com.72.p.2. pag.362.col.2
carceri perpetuo tradendi, sacris initiati degradandi sunt, p.3.q.94. pag.642.col.1.B.C
carceris perpetui pœnam, quibus casibus quis euitet, com. 142.p.3. pag.641.col.2
carcerem rumpens & fugiens qua ratione citandus, par.3. pag. 469.col.1.D.& seq.
carceres inquisitores visitent, & quotiens, & qualiter, com.108.p.3. pag.588.col.2
carceres pares non sunt assignandi reis omnibus, com. 108. par.3. pag 588.col.1
carceratis pro hæresi, an sit confessarius concedendus, vide in voce, Confessor. vbi agitur plene de hac materia.
carceratis perpetuo, vnde prouidendum, com.46. parte 3. pag. 518.col.1
carcerati in sancto officio iuste repelluntur ab audiēda Missa, & alijs orationibus, quę intra carceres dicūtur, com. 108.p.3. pag.589.col.1
carcerati an admitti debeant causa pendente ad audiendam Missā, & alias orationes, com.108.p.3. pag.589.col.1
carcerum custodes quales eligendi, & quid custodire, & quale fidelitatis iuramentum præstare debeant, par.3. quæst.59. & 60. pag.587.col.2.& seq.col.1. com.108. par.3. pag.590.col.2
Carpocratiani hæretici, p.2.q.6. pag.243.col.2.D
Carpocratitæ hæretici, qui, vide in voce, Apotacitę.
Cardinalis Albanensis, verborum varius sensus, com.121. par.3. pag.621.col.1
Cardinales non sunt iudices in crimine hæresis contra Papā hæreticum, p.2. pag.198.col.2.D
Cardinales inquisitores generales in tota repub. Christiana, quādo cœperint institui, com.11.p.3. pag.406.col.2
caro & anima Christi semel verbo vnita, nunquam ab eo fuerunt separata, com.35.p.2. pag.264.col.1
Carthaginense concilium prouinciale errat dum determinat baptizatos ab hæreticis rebaptizandos, com.42.par.2. pag.300.col.2.& pag. 301.col.1
casus valde dubij, an quis censeatur relapsus & brachio sęculari tradendus, de quibus consulēdus esset Papa, p.2. quæst.58. pag.386.col.2.D
casus quibus possit quis velut relapsus tradi curiæ sęculari, com.83.p.2. pag.388.col.1.E
Cathari hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.1.E
Catharorum hæreticorum quatuor sacramenta vana. res scitu digna, com.38.p.2. pag.276.col.2
Cathari matrimonium carnale respuunt, & loco eius spirituale constituunt. com.38.p.2. pag.277.col.2.A
Cataphrygum error de prophetis, quos dicebant arreptitios prophetare, confutatus, p.1. pag.13.col.1.C
& p.2.q.6. pag.244.col.1.D
catholicus vt quis sit, duo requiruntur, parte 2. quæst. 32. pag. 319.col.1.E.& seq.
catholicæ veritates & earum gradus & hæreses contrariæ, qualiter cognoscantur, octo regulis explicatum, com.27. par.2. pag.233.col.2.E. & seq.
catholica veritas est, quam Papa definit vt de fide, com.27. par.2. pag.234.col.2
causæ ex quibus inquisitores remoueantur, com.79. par.3. pag. 543.col.2
causæ iustæ recusandi inquisitorem, quę sint, & quę friuolæ, par.3. pag.543.col.1.D. & seq.
causę ob quas in genere aliqui dicuntur hæretici. parte 2. quæst.11. pag.325.col.1.B
cautelarum quę sint genera, com.23.p.3. pag.435.col.1
cautelę aliquę nę reus possit se defēdere dicēdo aliquos esse suos inimicos capitales cū nō sint. p.3.pag.450.c.1.et seq.
cautelę illicitę, quæ absque peccato exerceri nō possunt, nullo modo vsurpandæ, com.23.p.3. pag.438.col.1
cautelę reorum qui sunt quæstionandi, p.3.pag.433.col.1.E
cautelis vti debet inquisitor cōtra hæreticos cauillosos, versutos, et astutos, et quę illę sint, p.3.pag.433.c.2.D.et seq.
cautio quid, & eius duę species, cō. 139.p.3.pag.638.col.2
cautione data, an sit relaxandus reus deprehensus in hæresi, com.139.p.3. pag.639.col.1
celatores in hac causa qui dicant, com.111.p.3.pag.601.c.1
Cęlestius et Pelagius hæretici dānati, cō.1.p.3.pag.90.co.1
celebrantes diuina corā excommunicatis, sunt excommunicati, & fiunt irregulares, p.2. pag.179.col.1.A
celebrans exequias pro hæreticis, & eorum ossa custodięs, suspectus de hæresi est, com.89.p.3. pag.567.col.2
censuræ ecclesiasticæ appellatione, quid comprehendatur, par.2. pag.117.col.1.B.C
Cerdoniani hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.1.C
Cerinthiani hæretici, p.2.q.6. pag.243.col.2.D
Chalcedonensis synodus, vbi & quando celebrata, & quid in ea actum, com.6.p.1. pag.33.col.1
characteres signa, & ignota nomina prohibita, com. 68. par.2. pag.344.col.1
Christus non assumpsit carnē sine anima, p.1. pag.13.c.2.D
Christus manet in speciebus sacramentalibus à quibuscunque sumatur, com.15.p.1. pag.44.col.1.C
Christi vera caro asseritur, p.1. pag.13.col.2.C
Christi caro & anima simul verbo vnita nunquam fuerunt separata, com.35. pag.264.col.1
Christi caro sine diuinitate concepta non fuit in vtero. p.1. pag. 50.col.2.E.& seq.
Christus suam carnem dat ad manducandum ad salutem, par.1. pag.20.col.2.A
Christus conceptus de Spiritu sancto. p.1. pag.14.col.1.C
Christus descendit ad inferos, resurrexit, ascendit ad cęlos, qualiter accipiatur, p.1. pag.13.col.2.
Christi descensu ad inferos, omnes animas fuisse liberatas hęresis, com.31.p.2. pag.247.col.2
Christi corpus verum, non de cęlo allatū, p.1. pag.13.c.2.E
Christi corpus qualiter incipiat esse in sacramento Eucharistiæ, p.1. pag.15.col.1.B
Christus Deus et homo viā vitę docuit, p.1. pag.2.col.1.C
Christus duo paupertatum genera ordinauit, com.42. p.2. pag. 299.col.2
Christi & apostolorum de paupertate definitiones Nicolai iiij. et Ioan.xxij. cōciliant, com.42.p.2.pag.299.c.2
Christi è latere, profluente aqua & sanguine, formata eius coniux Ecclesia, p.1. pag.7.col.2.D
Christus discipulis ad prędicandum missis tria iniunxit, & quæ sint, p.1. pag.9.col.1.B.C
Christus factus mortalis ratione humanitatis, parte prima. pag. 3.col.1.D
Christus idem in Eucharistia sacerdos est, & sacrificium, par.1. pag.14.col.2.E
Christus in natura assumpta mortuus, p.1. pag.8.col.2.A
Christus non scripsit libros, com.14.p.1. pag.43.col.1
Christo mortuo lācea latus apertū, p.1.pag.7.c.2.C.et seq.
Christus non habuit solam animam sensitiuā contra Apollinaristas, p.1. pag.13.col.2.D
Christi passio & resurrectio post hominis lapsum credita est. p.1.q.5. pag.62.col 1.B
Christi persona duas habet incōfusas naturas, & error circa hoc refutatus, p.1. pag.13.col.2.E. & pag.50.c.2.C
Christi de incarnatione notitia ante peccatum qualis fuerit. par.1.q.5. pag.62.col.1.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus cur elegerit crucis mortem. p.1. pag.23.col.2.E
Christus pro nobis obtulit se sacrificum, parte prima. 51.col.1.B. & seq.
Christus sub speciebus sacramentalibus manet à quibuscunque sumatur, com. 14.p.1. pag 42.col.2
Christus vnam habet personam, p.1. pag. 50.col.2.E
Christus verus Deus & verus homo, & passus est, & eius mater vera Maria est, & oppositũ asserens hæreticus est, p.1.pag.7.31.50. & p.2. pag.147.col.2.A.com.7.p.1. pag.34.col.1. com.6.p.2. pag.96.col.1
christianorũ appellatio, & origo, com.4.p.1. pag.30.col.1
Christiani excõicantur, non infideles, p.2. pag.181.col.1.D
christianus nomine Iudaico vocatus quando in fide suspectus, com.69.p.2. pag.351.col.1
christianis & Iudais multa communia sunt, par.2.q.46. 353.col.1.A
pag.
christiani transeuntes vel redeuntes ad Iudaismum, vt hæretici sunt iudicandi, p.2. pag.108.col.1.E
& quæst.44. pag.349.col.1.C. & seq.
christiani quando, & quo pacto ad ritus Iudæorum transire intelligantur, p.2.q.44. pag.349.col 1.B.C. & seq.
christiani transeuntes vel redeuntes ad Sarracenorum ritus heretici sunt, p.2.q.45. pag.351.col.2.B
Christianis cur non liceat sectam eligere. com.26.parte 2. 231.col.2.
pag.
chyromantia non caret superstitione, & qualis ea sit diuinatio, com.67.par.2. pag.337.col.1
chyromantiæ libri reprobati, p.2.q.29. pag.317.col.2.A
cilicium per manus impositionem accipi solitum, com 146. par.3. pag.644.col.2.
circunstantiæ quæ supprimendæ sint, ne inquisiti in notitiam testium veniant, com.32.p.3. pag.460.col.2
Circumcelliones hereticip.2.q.6. pag 245.col.1.D
Circumcisionis eundem ritum obseruant Iudæi circa omnes, com.69.p.2. pag.351.col.1
citatio verbalis, & realis, & qualiter quæque formanda sit contra reos, p.3. pag.461.col.2.C. & seq.
& com.33.par.3. pag.462.col.2
citatio verbalis causam debet continere quando reus sui copiam non facit, com.33.p.3. pag.184.col.2
citatio absentium cur possit fieri ab inquisitoribus, com.33. par.3. pag.462.col.1
citatio procedendo summarie & de plano, & c. non omittenda. p.3.q.55. pag.583.col.1.E
citatio qua ratione facienda contra fugitiuos, & carcerum ruptores. p.3. pag.461.col.2.E. & seq.
& com.35.p.3. pag.467.col.2.
citatio quando continere debeat, hoc verbum, responsurus de fide, com.72.p.2. pag.362.col.2
citantibus episcopo & inquisitore ad eãdem horam vel diuersas, coniunctim vel separatim, corã quo debeat prius comparere citatus, par.2. pag.211.col.1. & 2. & par.3.q.3. pag.537. col. 2. D. & seq. com.54. par.3. pag. 538.col.2. & pag.539.col.1
citatis de fide responsuris inquisitor terminũ præfigit, com. 73.par.2. pag.539.col.1
citatorię litteræ citato, & alijs mitti possunt, com.33.p.3. pag. 462.col.1
ciuitas tota exuri potest ob hereticos ibi commorates, p.2. 199.col.2.B
pag.
ciuitates dominorum hæreticorum, aut nolentium eos extirpare, à Papa fidelibus occupandæ exponuntur, parte 2. 102.col.1.B
pag.
ciuitates resistentes inquisitoribus & eorum mãdatis, aliarum commercio & episcopali dignitate priuantur, p. 2. pag.98.col.1.& 2. & pag.150.col.2.E
ciuitatũ inobediẽtia & contumacia nõ est puniẽda ab inquisitorib. sed Papæ exponenda, p.3.pag.403.et seq.col.2.A
clausula, cũ emergentibus, dependentibus & connexis, quid operetur, com.10.p.3. pag.405. col.1
clausula integra cap. Dubius, com.1.p.2. pag.80.col.2
Clementis iiij. extrauagans incipiens, Præcunctis. concedẽs plenam peccatorum veniam inquisitoribus pro officio inquisitionis laborantibus, p.2. pag.131.col.1. & 2
Clem.1.de hereticis.§. sane, intellecta, com.107. parte 3. 586.col.2
pag.
clerici à quo torquendi sint, com.110.p.3. pag.594.col.2.
clericus in hoc crimine, ẽt non infamatus torquẽdus, contra Abbatis antiqui sententiã, com.110.p.3. pag.596.col.1
clerus cõuocari pot p̃ inquisitorẽ. p.3. pag.407.c.2.E. et seq.
clericus depositus, an gaudeat priuilegio clericali, parte 2. pag.139. col.2.B. & pag.187.col.2.C
clericus hereticus non relapsus & pœnitens non est degradandus, sed ad misericordiam recipiendus, parte tertia. 503.col.1.E
pag.
clericus quibus casibus tradatur curię seculari, parte secunda. pag.149.col.2. B
clericus violentiam corporalem inferens prælato, excommunicatus est, p.2. pag.156.col.1.C
clerici heredes instituentes hereticos vel paganos, post mortem excommunicãtur, & suspecti habentur. p.2.pag.96. col.1.B. & pag.138.col.2.C. & pag. 146.col.2.B
clerici inferiores non habentes curam animarum, quæ scire teneantur, par.1. pag.22.col.1.D
clerici in sacris constituti matrimoniũ contrahentes, de hæresi redduntur suspecti, com.74.par.2. pag.365.col.2.
clerici vt priuentur beneficijs suis, multa considerandа, com.162.par.3. pag.668.col.2
clerici instruentes testes, ne veritatem dicant in causa fidei, puniri possunt per inquisitores, p.2. pag.106.col.2
clerici plura & apertius quàm laici scire tenentur, par.2. 147.col.2.A
pag.
clerici qui pœnam pecuniariam soluere nequeũt, in corpore coercendi non sunt, com.151.par.3. pag.649.col.1
clericis redeuntibus, an possit indici pœna pecuniaria com. 154.p.3. pag.649
clericorum bona confiscanda applicantur ecclesijs, vbi beneficiati erant, par.2. pag.101.col.2.C
clericorum hereticorum seu relapsorum bona, an confiscanda, p.3.q.112. pag.662.col.2.E. & seq.
clericos ad exequendum Notariatus officium inquisitores cogere possunt, p.3.q.19. pag.550.col.2.A. & seq.
clericis quatenus liceat iuris scientia theologię præferre, par.1. pag.22.col.1.E
clericorum fautorum, defensorum & receptatorum hereticorum pœnæ p 2. pag.161.col.2.D
clericorum ministrantium sacramenta ecclesiastica fautoribus hereticorum, aut eos sepelientium pœna, parte 2. pag.162.col.1. & pag.178.col.2.E
clericus traditur curię seculari, & degradatur seculari potestate præsente, cui denuntiatur, vt in suũ forum illum recipiat, par.2. pag.124.col.1.A. & seq.
clericus corrigi paratus deponi non debet, parte secunda. 208.col.2.D
pag.
clericum propter hæresis crimen solus eius episcopus degradare potest, par.2. pag.62.col.1.A
collatio beneficij facta hæretico est nulla, com.162. par.3. 666.col.2
pag.
Colluthiani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.1.B
Coæquales personæ diuinæ, p.1. pag.11.col.2.C
commis-

commissarius generalis in casu absentię per inquisitorem in tota prouincia instituitur varijs modis potest, p.3.pag.406. col.1. & 2.pag.407.col.1.& seq.
commissariorum duo genera, com.54.p.3. pag.539. col.1
commissariorum ætas, qualitas, officium, potestas & iurisdictio. p.3. pag.403.col.2.D. & seq. & 535.col.2.C
commissarijs inquisitorum, an competant inquisitorum priuilegia, com.54 p.3. pag.538. col.2
commissarij, an se mutuo absoluant, & secum in irregularitate dispensent, com.72.par.3. pag.553.col.2
commissarij inquisitorum, an possint pronũtiare sententias impœnitentium & relapsorũ, com.10.p.3.pag.405.col.1
commissarij inquisitorum auctoritate apostolica constituti, an contra eosdem procedere possint, com. 10. parte 3. pag. 405.col.1
communicatio processuum, an & quando facienda inter inquisitorem & episcopum, p.3.q.51. & 53.pag.581.col. 1.E. com.102.par.3. pag.582.col.1
communitas iurare potest de calũnia, p.3. pag.394.col.1.C
commune est, qd absolute dr̃ in diuinis. p.1.pag.11.col.2.B
compositio multiplex, & qualis, p.1. pag.19.col.1.B
compurgatorum numerus, qualitas & iuramentum, par.2. pag.114. col.2. A. & seq. parte 3. pag 476. col.1. A. pag. 500. & seq.col.2.B.C
compurgatores esse debere eiusdẽ ordinis cũ compurgando qualiter sit intelligendũ, com.38 p.3. pag.477.col.2.A
compurgatores qualiter iurare debeant, com. 14. parte 2. pag. 115.col.1
conclusio Theologię catholicam facit veritatem & cõtrarium est hæresis, com.27.p.2. pag.236.col.1.reg.7
conciones hæreticorum semel vel bis audiens, an sit credens hæreticorum, com.75.p.2. pag.367.col.2
concilij Biterrensis Decretum de publicandis testium nominibus, com.124.p.3. pag.628.col.1
condemnatio criminis hæresis ad ecclesiam spectat, punitio ad iudices seculares.p.2. pag.150.col.1.C
condemnationes reorum sumptibus inquisitorum applicandæ, p.3.q.108. pag 653.col.1. A. B
condemnari de hæresi nemo debet per testes singulares, & famã, vel ex præsumptione. p.2. pag.205 col.2.B
conditionis adiectione vtuntur hæretici ad suos errores celandos, p.3. pag.430.col.1.C
confessio fidei exterior necessaria est ad salutem, com. 24. par.1. pag.67.col.1.A
confessio fidei non semper, & quouis loco facienda, & quibcasibus, & quando necessaria, & quando sine vlla culpa omitti possit, p.1.q.9. pag.66.col 2.A. & seq.
confessio reorum est probatio omnium efficacissima, com.28. par.3. pag.446.col.2.E
confessio reorum in crimine hæresis sufficit ad condemnationem, com.28.p.3. pag.447.col.2
confessio facta iudicis suasu, an sufficiat ad condemnationẽ, com.23.p 3. pag.437.col.2
confessio iudicialis sumenda non est de crimine prorsus occulto, secus si crimen alijs manifestum fuerit, parte tertia. pag. 410.col.1.D.E. & seq.
confessio delati iudicialiter ab inquisitore præsentibus notario & testibus audienda & recipienda, parte tertia. Pag. 410. col.1.E
confessus delictum in foro interiori mitius est puniendus in foro exteriori, com.25.p.2. pag.227.col.2
confitens factum hæreticale, & negans intentionem, an sit velut impœnitens tradendus curię seculari, com.75.p.2. pag. 368.col.1.& 2.
confitens diminutus, vide in voce, Negatiuus.

confessio facta coram iudice incompetenti, an faciat indicium ad torturam, com.110.p.3. pag.598.col.2
confessio extraiudicialis sufficit ad torturam, com.110.p.3. pag. 599 col.2
confessionem in tormentis factam reo renocante, quid agendum. par.3. pag.481.col.2. D. & com.39. par.3. pag. 483. & seq.col.1.& 2
confessio in tormentis facta, quanto tempore transacto debeat ratificari, com.39.p.3. pag.485.col.1
confessio extraiudicialis in tormentis iterata ratificari debet, com.110. p.3. pag.559. col.1
confessus in tormentis & in confessione perseuerans, pœnitens abiurat, impœnitens curiæ sæculari traditur. par.3. pag. 481. & seq.col.2.E
confesso proprium crimen debent dari defensiones, com.28. par.3. pag.447.col.1
confitẽtes plene & integre quãprimũ capti sunt, an detrudendi in carcerẽ perpetuũ, com.142.p.3. pag.641.col.2
confessor, an & quando cõcedi debeat carceratis pro hæresi, & quid agere debeat, vbi ei permissum fuerit, cõ.25.p.2. pag.226.col.2. & 227.col.1.et 2.et videi verbo, Reus.
confessor nullo pacto interrogandus de auditis in confessione, nec compellendus, vt audita renelet, com 25.par.2. pag. 228.col.1
confessori de auditis in confessione testificanti, an & quãdo credendum, par.2. pag.221.col.2.A
com.25.p.2. pag.225. & seq.col.1
confessor propalare potest crimen sibi reuelatum nõ in vim confessionis, com.25.p.2. pag.228 col.2
confitẽs heresim suo sacerdoti, an eiitet pœnas temporales, com.25.p.2. pag.225.col.1
confessores non absoluunt eos qui retinẽt libros prohibitos, com.3.p.2. pag 92.col.1
confessiones sacramentales non audiant inquisitores, ne scandali causa esse possint, p.3. pag.410.col.1.A.B
confessio per terrorem facta, an ratificanda, & quando, com.39.par.3. pag.483.col.1
confitens metu probationis, quis dicatur, com.12. parte 3. pag. 412.col.2.A
confessarij circa negatiuum, quid debeant agere, com.48. par.3. pag.527.col.2
congregationes priuatæ de rebus religionis quatenus permittantur, com.41.p.2. pag.294. col.2
confiscatio bonorum, quando, & in quibus locum habeat, & eius antiqua varietas, par.3.q.109. vsque ad q.112. pag. 654. & 662.col.2
confiscationis bonorum materiam in hoc crimine hæresis, qui tractarint, com.158.p.2. pag.654.col.2
confiscatio bonorum hæretici fieri potest post eius mortem, p.3.q 120. pag.677.col.2.D
confiscatio cur olim per dominos temporales fieret, com. 158.p.3. pag.657.col.1
confiscatio bonorum, vt executioni mandetur compelli possunt iudices seculares, com.158.p.3. pag.657.col.2
confiscatio inter alias bonorum est pœna transeuntium ad Iudaismum, p.3. pag.209.col.2.C
confiscationis sententia olim per quos ferretur, com 158.p.3. pag. 660.col.1
constitutio Innocentij iij. an. 1199. siue 1200. com. 158. par.3. pag.657.col.2
constitutio Innocentij iiij. an. 1252. com. 158. parte 3. pag. 657.col.2.
constitutio Alex.iiij an.1259.com.158.p.3.pag.657.c.2
constitutio alia eiusdẽ an.1260.com.158.p.3.pag.658.col.1
constitutio Clem.iiij.an.1265.com.158.p.3.pag.658.col.1
consti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conſtitu. Bonifacij viij. an. 1295. com. 158. p. 3. pag. 658. c. 1
conſtit. Benedicti xj. an. 1303. com. 158. p. 3. pag. 658. col. 1
conſtitutio Cum inter nonnullos. quando fuerit edita, com. 40. p. 2. pag. 289. col. 1
cõſtitutio, Quia vir reprobus. com. 40. p. 2. pag. 290. col. 1
conſtitutio Clem. v. an. 1306. com. 158. p. 3. pag. 658. col. 2
conſtitutio Quia quorundam. com. 40. p. 2. pag. 289. col. 2
conſuetudo circa bona confiſcata occupanda an ſeruari debeat, com. 158. p. 3. pag. 660. col. 2
conſultores ſancti officij non incurrunt in irregularitatem, com. 20. p. 2. pag. 124. col. 2
contumacia quot modis contrahatur, & eius pœna, & incõmoda, p. 2. pag. 200. col. 1. E. & p. 3. pag. 471. col. 1. E
contumaces poſt excõicationem eis illatam grauioribus pœnis ſunt puniendi, p 3. pag. 399 col. 1. D. & ſeq.
contumax pro prima contumacia non eſt puniendus, par. 2. pag. 200. col. 1. C
contumax poſt annum elapſum dicitur quoad crimen, non quoad bona, com. 49. p. 3. pag. 532. col. 1
contumacia annalis quot, & qualia incõmoda afferat, p. 2. pag. 158. col. 1. C & pag. 175. & ſeq. col. 2. E
contumaces reſilientes à contumacia, abſoluuntur ab inquiſitoribus iniuncta eis aliqua pœnitentia, par. 3. pag. 399. col. 2. B. & pag. 497. col. 2. C
contumax fugitiuus, vel abſens de hæreſi conuictus, hæreticus impœnitens iudicandus & condemnandus eſt par. 3. pag. 524. col. 1. B. & ſeq.
contumacia ciuitatum in non obediendo mandatis inquiſitorum, Papæ exponenda eſt, p. 3. pag. 403. col. 2. B
conuerſio hæreticorum, cauendum eſt ne ſit ficta, parte 3. pag. 503. col. 2. A
conuerſi ab hæreſi pronunciandi ſunt in ſententia hæretici, com. 44. par. 3. pag. 508. col. 2. E
conuerſi ab hæreſi quo ritu olim pœnitentiam agerent, com. 42. par. 3. pag. 500. col. 1
conuerſi qui ſint perpetuo immurandi, com. 46. parte 3. pag. 517. col. 2
conuerſi cum difficultate, difficulter ſunt etiam à carcerib. liberandi, com. 44. p. 3. pag. 510. col. 1
conuerſi ad fidem & nomen & ritum veterem dimittant, com. 69. p. 2. pag. 351. col. 1
credibilium tria eſſe genera, com. 1. p. 2. pag. 82. col. 1
credibilia tertij generis quę ſint, com. 1. p. 2. pag. 82. col. 1
criminoſi contra quoslibet recipi poſſunt in teſtes in cauſa hæreſis, com. 115. p. 3. pag. 606. col. 2
crucеſignati ad exterminationem hæreticorum dantes auxilium gaudent priuilegio conceſſo in concilio generali, p. 2. pag. 102. col. 1. C
cruces pœnitentiales ſupra veſtes portandæ, & qualiter cõficiendæ quibus imponi debeant, & quorum ſint pœna, par. 3. pag. 495. col. 1. D
cruces damnatorum difficulter amouentur ab eccleſijs vbi ſuſpenſæ fuerunt, com. 44. par. 3. pag. 510. col. 1
cruces damnatorum ex iure communi ex diſpenſatione cuiuslibet inquiſitoris deponũtur, cõ. 43. p. 3. pag. 510. col. 1
cruciata non poteſt ſine Papæ licentia prædicari, parte 2. pag. 171. col. 2. A & pag. 181. col. 1. A
curiæ ſeculari quibus caſibus quis relinquatur, & quibus ſtatim tradatur, p. 2. pag. 139. & 213. col. 1. B
curię ſeculari tradendus, qualiter tractandus, com. 20. p. 2. pag. 124. col. 1
curiæ ſecularis reiectum à ſoro eccleſiaſtico in ſuam poteſtatem accipit, p. 3. q. 101. pag. 647. col. 2. E
curiæ ſeculari tradendi, an die feſtiuo tradi debeant, com. 45. par. 3. pag. 512. col. 1. D
curiæ ſeculari traditi puniantur pro conſuetudine prouinciarum. com. 85. p. 3. pag. 564. col. 1
curiæ ſeculari ſemel traditus, ſi dicat ſe velle pœnitere, an ſit recipiendus, com. 36. p. 2. pag. 268. col. 1. & com. 158. p. 3. pag. 655. col. 2
curiæ ſeculari pro traditis cur inquiſitores intercedãt, com. 20. p. 2. pag. 124. col. 1
curiæ ſeculari qui ſemel traditus eſt, ſi pœniteat, an ſit recipiendus, com. 158. p. 3. pag. 655. col. 2
curatores minoribus vigintiquinque annis dantur, com. 28. par. 3. pag. 448. col. 1
cuſtodes carceris quales eſſe debeant, & quid agere, & cuſtodire teneantur, p. 3. q. 59. pag. 587. col. 2. B com. 108. p. 3. pag. 590. col. 2
cuſtodes carcerum iuramentum fidelitatis præſtare debent, p 3. q 60. pag. 591. col. 1. B. & ſeq.
cuſtos arcium domino hæretico eas reſtituere non tenetur, com. 168. p. 3. pag. 576. col. 1
cuſtodiens carcerum de quibus prouentibus debeat inquiſitor & epiſcopus prouidere, p. 2. pag. 219. col. 2. C
cuſtodiẽs oſſa hæreticorum ſuſpectus de hæreſi eſt, com. 109. par. 3. pag. 567. col. 2
Cynici philoſophi qui fuerint, com. 29. p. 2. pag. 242. col. 1
Cyrilli obſcuriores articuli, p. 2. q. 18. pag. 304. col. 1. et ſeq.

D

Damnatorum opera & libri quomodo recipiendi, p. 1. pag. 168. col. 1. D
Damni dati reparationem debet præſtare abſoluẽdus, com. 7. par. 3. pag. 398. col. 1
Declaramus & volumus verba, quid ſignificent, parte 2. pag. 210. col. 2. A
decreta Pontificum Romanorum iuſtis de cauſis quandoq; variantur, p. 2. q. 17. pag. 295. col. 2. E. & ſeq.
decretales Pontificũ epiſtolæ an æquiparentur decretis Conciliorum, com. 19. p. 1. pag. 56. col. 2
decreta Romanorum Pontificum non ſunt omnia irreuocabilia. p. 2. q. 17. pag. 297. col. 1. D
decretalium epiſtolarum magna auctoritas, com. 19. par. 1. pag. 56. col. 2
defenſor conſtituitur nullo comparente ad defendendum defunctum, com. 170. p. 3. pag. 679. col. 2
defenſiones qñ cõcedẽdæ reis, & qñ non, p. 3 pag. 446. c. 1. B
defenſionis modi diligẽter notãdi, cõ. 77. p. 2. pag. 370. col. 2
defenſiones legitimę dari debent inquiſitis de crimine hæreſis, com. 28. p. 3. pag. 447. col. 1
defenſiones legitimę, ſummarie, &c. procedendo non prætermittendæ, p. 3. q. 55. pag. 503. col. 1. D
defenſiones debent dari proprium crimen confeſſo, com. 28. par. 3. pag. 447. col. 1
defenſionum defectum in crimine hæreſis ſupplere debet inquiſitionis diligentia, p. 3. q. 71. pag. 614. col. 2. A
defenſores hæreticorum in duplici ſunt differentia, quia alij errorẽ, alij perſonã defendũt, p. 2. q. 52. pag 370. col. 1. E
defenſor eſt hæreticorũ, qui ſe vel aliũ ſupponit pro hæretico capiendo vel capto, com 77. p. 2. pag. 371. col. 1
defendere perſonam errantem in cauſa hæreſis, quot modis contingat. com. 77. p. 2. pag. 370. col. 2. E
defendentium hæreticos pœnę, com. 77. p. 2. p. 371. col. 2.
defendẽtes aliorũ errores grauius puniẽdi, p. 2. pag. 142. c. 1
defenſores hæreticorum pro modo defenſionis ſuſpecti de hæreſi fiunt vehementer, aut leuiter, p. 2. q. 52. pag. 395. col. 2. B. & q. 56. pag. 381. col. 1. D
defendentes hæreticorum errores hæreticis ſunt deteriores, com. 7. p. 2. pag. 370. col. 2
defẽſor hæretici defuncti admittẽdꝰ ne ſit, p. 2. pag. 196. c. 2. E

defun-

defunctum contra hæreticũ agitur ob triplicem finem, com. 170. par. 3. pag. 679. col. 1
defunctos cõtra bifariã proceditur, cõ. 92. p. 3. pag. 570. c. 2
defunctus vt condemnetur, probationes pleniores exiguntur. com. 169. p. 3. pag. 678. col. 1
defunctos contra hæreticos, quanto tempore actio duret, com. 92. p. 3. pag. 570. col. 2
defunctum defendere, an quilibet ſit admittẽdus, com. 170. par. 3. pag. 680. col. 1
defuncto abſoluto cauſa denuo tractari poteſt ſi probationes aſſuerint, com. 170. p. 3. pag. 680. col. 1
defunctis fautoribus, & receptatoribus, & ſimilibus, an contra eos procedi poſſit, com. 169. p. 3. pag. 679. col. 2
defuncto etiam abſoluto, tractari denuo cauſa poteſt, ſi probationes ſuperueniant, com. 92. p. 3. pag. 573. col. 2
defunctorum cauſæ breui tempore ſunt finiendæ, com. 92. par. 3. pag. 573. col. 1
defunctus qualiter probetur tempore mortis fuiſſe vel non fuiſſe ſanæ mentis, p. 3. com. 170. pag. 679
defuncti an cum eſt abſoluendus qualiter ſit ſententia pronuntianda, com. 92. p. 3. pag. 573. col. 2
ad defunctum defendendum an quilibet ſit admittendus, com. 92. p. 3. pag. 573. col. 1
deficiens in purgatione canonica, pro conuicto habetur, & quibus pœnis puniatur, par. 2. pag. 157. col. 1. C. & 175. col. 2. E. & 164. col. 2. B. par. 3. pag. 287. col. 1. C com. 14. p. 2. pag. 89. & 115. col. 1. & 2
definita ſemel legitime, cur in dubium iterum reuocari non debeant, com. 6. p. 1. pag. 33. col. 1
deficiens in purgatione ſi miſericordiam petat, an recipiendus, com. 14. p. 2. pag. 116. col. 1
deficiens in purgatione, qui aliàs incidit in hæreſim, curiæ ſeculari tradendus, com. 14. p. 2. pag. 116. col. 1
degradationis vetuſtas, com. 45. p. 3. pag. 513. col. 1
degradatio duplex, verbalis, & actualis, & earundem forma, & à quo facienda, & qualiter, p. 2. pag. 122. col. 2. & 192. col. 2. par. 3. pag. 511. col. 1. 519. col. 2. 530. col. 1. C. com. 45. p. 3. pag. 513. col. 2
degradatio contumaci redeunti non eſt audientia neganda, com. 49. p. 3. pag. 533. col. 1
degradandus non eſt clericus hæreticus, & pœnitens, & nõ relapſus, p. 3. pag. 503. col. 2. B
degradandi ſunt carceri perpetuo addicẽdi ſi ſacris ſint initiati, p. 3. q. 94. pag. 642. col. 1. B. C
degradari an debeat is qui perpetuo ad triremes damnatur, com. 46. p. 3. pag. 518. col. 2
degradandus eſt verbaliter abſens vel fugitiuus in ſacris conſtitutus, & de hæreſi conuictus, p. 3. pag. 530. col. 1. B
degradandus eſt relapſus vel hæreticus pœnitens ſi ſit in ſacris, antequã brachio ſeculari tradatur, p. 3. p. 511. c. 1. A
degradatus verbaliter an poſſit puniri per iudicem ſæculare, com. 49. p. 3. pag. 532. col. 2. & ſeq.
deitatis teſtimonia de filio Dei, p. 1. pag. 21. col. 1. A
delatores interrogãdi ſunt ab inquiſitoribus qua ratione, & modo procedere velint, p. 3. pag. 413. col. 2. A. B. & ſeq.
delatoris & falſi teſtis in hoc crimine æqualis pœna, com. 48. par. 3. pag. 527. col. 1
delati de hæreſi in carceribus iudicis ſæcularis poſſunt quãdoque cuſtodiri, com. 18. p. 3. pag. 423. col. 1
delati confeſſio iudicialiter cũ notario & teſtibus ab inquiſitoribus audienda & recipienda, p. 3. pag. 410. col. 1. C
delati non interrogentur niſi de his, de quibus ſunt inditiati, com. 18. p. 3. pag. 423. col. 1
delatus qua ratione ſit abſoluendus ab hæreſis accuſatione, par. 3. pag. 474. col. 1. D. E. & ſeq.
delegatus nemo creditur niſi probet delegationem, com. 1. par. 3. pag. 392. col. 2
delegatus Papæ eſt inquiſitor etiam inſtitutus à prælatis ſui ordinis, p. 3. q. 4. pag. 536. col. 2. D. q. 6. pag. 539. col. 1. E
delegatus Papę in cauſa ſibi cõmiſſa iuriſdictionẽ habet ſuper ordinariũ, et quemcũque maiorẽ, p. 2. pag. 118. c. 2. C
delegatio facta epis procedendi in cauſa hæreſis contra exẽptos, an ſit iuriſdictio ordinaria, p. 2. pag. 171. col. 2. C
delegati ſedis Apoſtolicę nõ poſſunt excõicare inquiſitores, nec eorũ notarios, p. 3. q. 21. pag. 552. & ſeq. col. 1. A
delegatus iudex, an poſſit inuocare auxilium ſæculare, p. 2. pag. 206. col. 1. E. com. 106. p. 3. pag. 585. col. 2
delictum committendum omnes tenentur impedire, par. 2. pag. 144. col. 1. B
delictum aggrauatur dignitatis ratione, p. 2. pag. 162. c. 1. D
delicta occulta certo ordine indicãda, p. 2. pag. 213. col. 2. E
delicta morte extinguuntur, ſecus in hæreſi, com. 92. par. 3. pag. 570. col. 1
delictum ſerui, quando noceat dño, p. 2. pag. 167. col. 1. A
delicta officialium Papæ, ſine licentia Papę per inquiſitores puniri non poſſunt. p. 2. pag. 126. col. 1. B. & ſeq.
delinquẽtes illuſtriores acrius puniẽdi, p. 2. pag. 142. c. 2. B
delicti ratione Iudæi & infideles efficiũtur de foro eccleſię, p. 2. q. 46. pag. 353. col. 1. E
delinquentibus multis de collegio, vel vniuerſitate, an omnes amittant exemptionis priuilegia, p. 2. pag. 151. c. 1. A & 162. col. 2. & 179. col. 1. B
dæmon quale nomen, p. 1. pag. 19. col. 2. C
dæmonum arte ſine miniſterio, an vti liceat, p. 2. queſt. 43. pag. 340. col. 1. A. & ſeq.
dæmones inuocandi modi varij, p. 2. quæſt. 43. pag. 338. col. 1. E. & pag. 338. col. 2. B. & ſeq.
dæmones inuocantes inquiſitorum iuriſdictioni ſupponũtur, com. 54. p. 2. pag. 317. col. 2
dæmones inuocantur per latriæ cultum & honorem, & qua ratione eis exhibeatur, par. 2. queſt. 43. pag 342. col. 1. E & pag. 338. col. 2. B
dæmonibus exhibentes honorem dulię vel hiperdulię hæretici cenſendi ſunt, p. 2. q 43. pag. 342. col. 1. E
dæmonum inuocatores, ſi poſt abiurationẽ factam iterũ eos inuocent, an cenſeãtur relapſi. com 26. p. 3. pag. 444. c. 1
dæmones eſſe adorandos error, & vnde ſit ortus, com. 35. par. 2. pag. 264. col. 2
dæmones adorare hæreſim ſapit manifeſtam, par. 2. q. 93. pag. 339. col. 2. C. & ſeq. com. 35. p. 2. pag. 264
dæmones conſulere, ad ſciendum futura, quando ſapiat hæreſim manifeſtam, com. 68. p. 2. pag. 344. col. 2
dæmones quo conſilio claudi ſe interdum patiantur, com. 68. par. 3. pag. 346. col. 1
dæmones, an compellantur ad inhabitandum in annulis, pyxidibus, aut alijs vaſibus corporeis, com. 68. parte 2. pag. 345. col. 2
dæmones bona quandoque conſulunt, vt mala facilius perſuadeant, com. 68. p. 2. pag. 344. col. 1
dementia hæreticorum ſit ne ficta, vel ne, quo pacto agnoſcendum, com. 22. p. 3. pag. 432. col. 1
dementiam fingentes, vt mortem aufugiant, tanquam impœnitentes puniendi ſunt, com. 23. p. 3. pag. 435. col. 1
dementium vere, ſeu inſanorum cauſa, quo pacto tractanda, com. 23. par. 3. pag. 435. col. 1
dementiũ bona adnotari poſſunt. cõ. 23. p. 3. pag. 432. col. 2
demens qui habet lucida interualla, an ſit plectendus, com. 23. par. 3. pag. 433. col. 1
denunciatio quid ſit, & quot modis fieri poſſit, com. 15. p. 3. pag. 416. col. 2.

denun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

denunciationis qualis sit forma, com.15.p.3. pag.416.c.2
denuntian dijunt hæretici non obstante aliquo iuramento, pacto, aut promissione, com.18.p.2. pag.122.col.1
denuntiare hæreticos, qui omittit, quando sit fautor hæreticorum, & quando non, com.78.p.2. pag.373.col.1.& 2
denuntiationes, qua ratione recipiendæ, p.3. pag.413.co.1.A
denunciatione facta, quales sint inquisitoris partes, com.15. par.3. pag.416.col.2
denuncians debet præbere inquisitori denunciationē in scriptis, vel eam eidem referre præsentibus notario & testibus, p.3. pag.415.col.1.C
denuncians iurare debet de non reuelandis gestis per ipsum & inquisitorem, p.3. pag.416.col.1.C
denuntians ab inquisitore interrogandus est, & eius responsiones per notarium recipiendæ sunt, p.3. pag.416.col.1. C.D. & seq.
denuntiatorum nomina quando publicanda, & quando non, p.3.q.75. pag.614.col.1.E
denunciationem euāgelicam facere, an quilibet teneatur, & qñ, p.2. pag.141.col.2.A.B. & pag.155 col.2.E
Deponere ad eum pertinet, ad quem instituere, parte 2. pag. 141.col.2.C
depositarius non tenetur reddere depositum hæretico, & alia exempla, com.168.p.3. pag.676.col.1
depositus, an & quando amittat priuilegium, parte 2. pag. 674.col.2.A
depositus nisi contumax, an tradendus curiæ sæculari, p.2. pag. 331.col.1.D
deprehensus quis, & quot modis dicatur, p.2. pag.139.c.2 & 149.col.1.E & 165.col.2.D
Deum esse vnum Iudæi & Sarraceni fatentur. parte 1. pag. 9.col.2.C
Deus nec fallit, nec fallitur vnquā, cō.23.p.1.pag.65.col.2
Deus nunquam mentitur, com.23.p.1. pag.66.col.1
Deus immensus virtute, non mole, p.1. pag.50. col.1.B
Deus per prophetas homines docuit, p.1. pag.3.col.1.C
Deus cur dicatur nō posse seipsum negare, p.1.pag.12.c.1.A
Deus cur ꝑmittat hereses in mūdo esse, p.3.pag.506.c.1.C
diabolus, quale nomen, p.1. pag.19.col.2.C
dictum dubium, quando non sumendum in bonam partem, com.111.p.3. pag.601.col.2
dicta Sanctorum reuerenter sunt exponenda, par.2.q.18. pag. 303.col.2.C
dicta S. Athanasij male sonantia exposita à S.Thoma, p.2. quæst.18. pag.303.col.2.C.& seq.
dicta alicuius ratione personæ solum reprobata, de falso nō arguuntur, p.2. pag.168.col.1.B
dictum suum posse testem reuocare, procedit etiam si contra tertium deponat, com.114.p.3. pag.605.col.2
dicto secundo, quando non standum in causa fidei, com.114. par.3. pag.606.col.1
dictiones, continuo, confestim, & similes, qualiter intelligendæ, com.8.p.2. pag.97.col.2
dictio, ex tunc, quid importet, p.2. pag.200.col.2.A
dictiones, vt, & tanquam, an significent fictionem vel veritatem, com.49.p.3. pag.531.col.2
dictio, velut, veritatem exprimit, p.2. pag.200.col.2.A
diffamati de hæresi, qui dicantur, p.2.q.7.pag.384.col.1.A & p.3.pag.200.col.2.B. com.82.p.2. pag.384.col.2
diffamatio de hæresi vt probetur, duo testes exiguntur integri, & idonei, com.82.p.2. pag.384.col.1.& 2
diffamatos de hæresi nullo modo habeant principes in sua familia, com.82.p.2. pag.385.col.1.E
diffamatis de hæresi qualitercunque canonica purgatio est indicenda, p.2.q.57. pag.384.col.1.B.C. p.3.q.87. pag. 637. col.2. & 476.col.1.A
diffamatus de hæresi, in loco vel locis, vbi diffamatus est, se purgare debet, p.3. pag.475.col.1.D.E
diffamatus de hæresi qua ratione abiurare debeat, parte 3. pag. 501.& seq.col.1.D
dignitatis & publici officij nomine, quid intelligendum sit, inquisitor declarat. com.8.p.3. pag.402.col.2.
dignitatis & ordinis differentia, p.2. pag.171.col.1.C
digressione à proposito vtuntur hæretici ad se tuendos, p.3. pag. 430.col.2.C
diminutus confitens, vide in voce, Negatiuus.
discipuli decepti à magistris, in his quæ sunt fidei qualiter excusentur ab hæresi, com.22.p.1. pag.64.col.2
discordantibus in sententia episcopo & inquisitore Papa consulendus, p.2. pag.109.col.2.E & seq.
par.3.q.50. pag.581.col.1.A
dispensandum an sit, vt qui in minoribus ordinibus constituti hæresim commiserunt, ad alios ascendant, com.162. par.3. pag.669.col.1
dispēsare in carcere perpetuo reorum, quis possit, com.108. pag.590.col.2. & com.145.p.3. pag.642.col.2
dispensare super penitentijs impositis possunt inquisitor et episcopus, p.3.q.96. pag.642.col.2.C
disputare de fide sæpe necessarium com.6.p.1.pag.32.col.2
disputatio omnis de fide tribus de causis suscipitur, com. 25.par.1. pag.71.col.1
disputationes de fide quot modis suscipiantur, com.25.p.1. pag. 72.col.1
disputandum cum fidei hostibus, qua arte & modo sit, & quæ concurrere debeant, p.1.q.11. pag.73.col.1.C & com.25.p.1. pag.71.col.1.& 2
disputationes à catholicis suscepta, quid requirant, vt recte transigantur, com.25.p.1. pag.71.col.1
disputare de fide nemo audeat, in dubium reuocans definita. p.1.pag.70.col.2.B.C. & pœna contra facientiū, ibid.
disputantes de fide ob malum finem, per inquisitores coercētur, com.6.p.1. pag.33.col.1
disputare de fide licet ad conuincendos hæreticos, & veritatem indagandam, p.1.pag.22.col.2.D.com.25.par.1. pag. 70.col.2
disputatio de fide susceptа ad infirmos confirmandos, quid requirat. com.25.p.1. pag.71.col.2
disputare de fide quando, quo in loco, coram quibus, cuius causa, quibus & qua ratione liceat. p.1. pag.23.col.1 & 32. col.1. q.10. pag 184. col.1.& 2. com.6.p.1. pag.32. et com.25. par.1. pag.70.et seq col.2
disputantes de fide si laici sunt, excommunicantur, et ab inquisitoribus puniuntur, par.3.q.38. pag.565.col.1.C com.25.p.1. pag.71.col.2
directe, vel indirecte impedire quid, com.79. parte secunda. pag. 375.col.2
dissidentes à communi fidelium ritu suspecti sunt de hæresi, p.2.pag.164.col.2.A. et pag.180.col.1.C
diuinationum genera quot, p.2. pag.202.col.2.B com.54.p.2. pag.317.col.2
diuinationes Parisijs condemnatæ: eædem omni iure prohibitæ, com.54.p.2. pag.317.col.2
diuinationis nomen semper malum, p.2. pag.202.col.2.A
diuinatio trifariam sumitur pro Theologia, pro scientia infusa, et pro arte magica, p.2. pag.202.col.2.A
diuinationes manifeste sapientes hæresim, par.2. quæst. 42. pag. 336.col.1.D
diuinatores præsumuntur inuocare vel tacite vel expresse dæmones, p.3. pag.443.col.1.B
diuinationum libri condemnati, p.2.q.29. pag.317.col.1.E diuinatorum duplex genus, p.2.q.42. pag.336.col.i.A
diuinatores hæreticales, qui sint, p.2.q.42. pag.336.c.2.B
diuinatores hæreticales inquisitorum iudicio subiecti sunt, par.2.q.42. pag.336.col.2.B
diuinatores meri qui sint, p.2.q.42. pag.336.col.1.B.C
diuitibus, & cupidis pœna pecuniaria imponitur in hoc crimine, com.152.p.3. pag.649.col.1
diuina natura simplex, p.1. pag.8.col.2.A.B
Dypticon, quid sit, & vetustus ecclesiæ ritus declaratus, com.4.p.2. pag.95.col.2.& seq.
doctrina fidei quæ dicatur, com.50.p.3. pag.535.col.1
doctrina omnis vera, quæ circa fidem versatur largissime dicitur fidei articulus, & de ea dubitare licet, antequam sit per ecclesiam definita, p.2. pag.169.col.1.C.D
Doctores ecclesiæ, qui sint, com.27.p.2. pag.235.col.2
Doctores in concilio legitimo congregati, quod definiunt, catholica veritas est, & contrarium hæresis, com.27.p.2. pag. 234.col.1.Regula 2
Docentium hæreses & addiscentium debita pœna, par.2. pag. 165.col.2.B.C
dogma quid significet, com.1. pag.6.col.2
dogmatistæ, seu dogmatizatores, vide in voce, Hæresiarchę.
dogmatista ex sententia Eymerici recipiendus si conuertatur, com.44.p.3. pag.507.col.2
doli capax, quis dicatur, arbitrio indicantis relinquitur, com.13.p.1. pag.40.col.2
Dominicus Ferrarius de Aquila ordinis Prædicatorum, et episcopus Barchinon.p.2.q.11. pag.266.col.1.C
domestici & familiares, qui dicantur, p.3.q.70. pag.613.col. col.2.C. & seq. com.119.p.3. pag.613.col.1
domestici non admittuntur pro delato de hæresi in testes, p.3.q.70. pag.613.col.2.C.& seq.
domestici cur à testimonio repelluntur, & qui dicantur, p.2. pag. 197.col.2.B
domesticorum testimonium admittendum in delictis exceptis, com.119.p.3. pag.613.col.1
domini temporales in initio officij iuramentum de hæreticis extirpandis præstare debent, p.3.q.53. pag.561col.1.A
domini temporales in quibus parere teneantur inquisitoribus, p.3.q.35.pag.562.col.1.& q.58.pag.586.col.1.A
domini temporales de crimine hæresis cognoscere, vel sine iussu inquisitoris captos liberare non possunt, parte 2. pag. 110.col.1.C. & p.3.q.35. pag.562.col.1.D
domini temporales per censuram ecclesiasticam compellendi ad exequendam confiscationem, parte 3. quæst. 109. pag. 654.col.2.A
domini temporales non præstāt inquisitoribus necessaria, an debeant participare de bonis cōfiscatis, com.158.p.3. pag. 660.col.1
dominus principalis ob hæresim sui subditi non amittit ius suum, & quid in feudis & bellis iustis & iniustis, & quid si ecclesiæ se opponat, p.2. pag.160.col.1.& 2
domus quando propter hæreticos diruendę, & quę; & quibus Pontificum sanctionibus probetur, com.92.parte 3. pag. 575.col.2
domus hæreticorum, & receptantium hæreticos, diruendæ sunt, & quid de contiguis dicendum, com. 92. parte 3. pag. 575.col.2
domus hæreticorum Begardorum in Villafranca de Panades, diruta, p.2.q.11. pag.266.col.2.C
domus hæreticorum sæpe diruuntur, com. 92. parte tertia. pag. 575.col.1
Donatistæ hæretici, & eorum errores, p.1. pag.15.col.1.E & p.2.q.6.pag.245.col.1.C. com.41.p.2.pag.294.c.1
donatistarum error qualis, com.41.p.2. pag.294.col.1.A
donatistę quando exorti, com.41.p.2. pag.294.col.1.C
dormientes qui hæresim proferunt, non puniuntur, com.17. par.3. pag.420.col.2.E
dotes vxorum hæreticorum, an & quando confiscandæ, p.2. pag.109.col.1.E. & par.3.q.111. pag.662.col.2.A com.160.p.3. pag.662.col.2.C
dotem perdit vxor nupta hæretico, & cur, com.160. par.3. pag. 662.col.2.D
dotem à fisco recuperat vxor, com.160.p.3. pag.663.col.1
dotem restituendam esse, qualiter intelligatur, com. 160. par.3. pag.663.col.1.E
dubius in fide infidelis, p.1. pag.19.col.1.A. p.2.pag.138.col.1. & 166.col.1.q.31. pag.318.c.2.D
dubijs in rebus id accipiendum, quod delictum excludit, com.111.p.3. pag.603.col.1
in dubijs opinionibus eligendis circa res ad fidem pertinentes nondum definitis, quid obseruandum, com.1.par.2. pag. 87.col.1
dubitantes de spectantibus ad fidem nondū definitis per Ecclesiam non sunt hæretici, com.1.p.2. pag.87.col.1
dubitans subreptitia tentatione de credibilibus non est hæreticus, com.1.p 2. pag.82.col.1.A
dubitans de tota Christiana religione hæreticus est, com.1. par.2. pag.86.col.1
dubitans de aliquo particulari fidei articulo hæreticus est, com.1.par.2. pag.86.col.1.A
dubitans de credibilibus per Ecclesiā definitis, an & quando sint hæretici, com.1.p.2. pag.86.col.2
dubius in fide qualiter abiurabit, com.1.p.2. pag.85.col.1
dubius cap. vnde sumitur, com.1.p.2. pag.80.col.1
dubitandi circa credibilia modus quartus, com.1.par.2. pag. 84.col.2
dubitantes de credibilibus indirecte ad fidem spectantibus an sint hæretici, com.1.p.2. pag.86.col.2
dubius cap. de qua fide accipiendum sit, com.1.parte 2. pag. 81.col.1
dubitandi modus tertius per imperfectam adhæsionem non facit hæreticum, com.1.p.2. pag.84.col.1
dubitandi duplex modus de rebus fidei, com.1.parte 2. pag. 83.col.1
dubitatio de credendis cum fide pugnat. com.1.parte 2. pag. 81.col.2
dubitatio procedens à timida conscientia non facit hæreticum, par.2. pag.166.col.1
dulia adoratio, par.2.com.35. pag.264.col.2
Dulcinus Nouariensis hæresiarcha, & eius hæreses, par.2. q.12.pag.268.co.2.& seq.D.com.37.p.2.pag.272.c.2
Dulcini Nouariensis epistolę duę condemnatę cum ipso auctore, p.2.q.29. pag.317.col.1.D
Durandus de Baldach Gerundensis hæreticus, vnà cum suis Gerundę fuit damnatus, & curiæ sæculari traditus concremandus, p.2.q.11. pag.265.col.2.E.& seq.

E

EBionitarum error de conceptione Christi ex semine humano confutatus, p.1. pag.13.col.2.C
Ebrietas quos & quando excuset à crimine patrato, par.2. quæst.41. pag.333.col.2.E
ebrij qui hæresim proferunt, an & quando puniēdi, com.17. par.3. pag.420.col.2
ecclesia vna est vere, & non multiplex; extra quam nullus saluatur: estque aggregatio fidelium, par.1. pag.3.col.2.B & 14. col.2.D. com.8.p.1. pag.35.col.3
ecclesia Romana ceteris prælata, com.4. parte prima. pag. 29.col.1.E
ecclesia Romana ab errore in fide immunis, parte 2.q.17. pag.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag. 296.col.1.B
ecclesiam apud solos Donatistas esse, insignis est hæresis, com.41.p.2. pag.294.col.1
ecclesia catholica,concilium legitimum. aut Papa, si quod fidei dogma credendum proponant, id catholica veritas est,et cõtrariũ est hæresis,cõ.27.p.2.pag.236.c.1.reg.6
ecclesia nõ facit propositiones hæreticas, aut catholicas,sed solum declarat quales sint,com.22.p.1. pag.65.col 1
ecclesia qua ratione quandoque bellum inferat infidelibus, p.2.q 46. pag.554.col 1. B.C
ecclesia indirecte coercet Iudæos,p.2. pag.148.c.2.C.D
ecclesia cur tolerat ritus Iudæorum,& non Sarracenorum, par.2.q.46. pag.355.col.2.E
ecclesia contra res, & cõtra personas inuocat auxilium secular,e,p.2. pag.160.col.1.C
ecclesia vetustus ritus referendi Dei sacerdotes in sacris dypticis,com.2.p.2. pag.91.col 1.& 2
ecclesiasticus iudex quos blasphemos punire debeat,par.2. q.46. pag.254.col.2.C.& seq.
edere tenetur quis, etiam contra se propria instrumenta, com.88.p.3. pag.566.col.1
edenda instrumenta propria contra tertium,& omne aliud, quod iuuare potest,com.88.p.3. pag.566.col.1
edictum Imperatorum de fide catholica tenenda, com. 4. par.1. pag.29.col.1
edicta contra hæreticos solus inquisitor publicat, & an id eius possit, com.135.p.3. pag.635.col.2
edicta publica proponenda,com.92.p.3. pag.573.col.1
edictum an præmittendum ante abiurationem,com.41.p.3. pag. 494.col.2
effectus portandi crucem, habitus pœnitentialis, parte 3. pag. 507.col.1.E
Eluidij error de Mariæ virginitate, refutatus,parte prima. pag. 13.col.2. C
emancipatio filiorum vel subditorũ per hæreticos facta nulla est, etiam si postea vitium detegatur, par.2. pag.104. col.2.B. par.3.q.116. pag.673.col.2.D
Encratistæ, seu Encratitæ hæretici qui, com. 62. parte 2. pag. 327.col.2
Ennecus seu Henricus episcopus Gerundensis,par.2.q.47. pag. 360.col.2.E
Ephesina synodus vbi, & quando acta,& quid in ea gestũ, com.19.p.1. pag.56.col.1.E
episcopi de articulis fidei reddere rationem debent, par.1. pag. 22.col.1.B
episcopi non possunt nouas religiones approbare, com. 41. par.2. pag.295. col.1.A
episcopi non possunt absoluere occultos hæreticos,com.141. par.3. pag.641.col.1
episcopus negligens diœcesim hæresibus purgare, deponendus est ab episcopatu,com.2.p.2. pag.89.col.1.A
episcopi cur quandoque in hæreticos non animaduertãt cauſę diuersæ,com.2.p.2. pag.89.col.1
episcopi quoque fauore fidei possunt testes euocare sicut Inquisitores,com.123.p.3. pag.627.col.2
episcopus euocans testes, non tenetur mittere processum ad episcopum requisitum,com.123.p.3. pag.627.col.1
episcopi in causis fidei eundem ordinem teneant quem obseruant Inquisitores,com.112.p.3. pag.602.col.2
episcopus auctoritate delegata procedens coercere potest Archiepum sibi resistentem,par.2. pag.172.col.1.D
episcopus, an & quando capituli, & clericorum consilium sequi teneatur, par.2. pag.148. col.2. D & pag. 170. col.1.D. & seq.
episcoporum & inquisitorum quanta iurisdictio in probibendis libris, com.52.p.2. pag.314.col.2
episcopis, an competant priuilegia omnia inquisitorum, com.105.p.3. pag.584.col.2
episcopi, vbi agitur de fide ordinarij iudices sunt, sed dubia circa fidem diffinire non possunt,par.2. pag.148.
episcopum declarare aliquos hæreticos, qualiter intelligendum,com.8.p.2. pag.97.col.2
episcopi contra inquisitores & è contra, an & quando procedere possint p.3.q.27. pag.556.col.1.C & quæst.30.pag.658.c.2.B. cõ.76.p.3 pag.656.c.1.E
episcopi quę possint agere contra inquisitores, & quando, & qualiter,com.79.p.3. pag.559.col.1
episcopos in causa hæresis solus Papa iudicat,com.8.par.2. pag. 98.col.1
episcopum hæreticum suspectum de fuga,inquisitores incarcerare possunt,com.76.p.3. pag.556.col.1
episcopum delinquentem, an puniat suus Metropolitanus, vel synodus,p.2. pag.402.col.1
episcopos conferentes hæreticis beneficia quis puniat,& eorum pœnæ,com.162.p.3. pag.667.col.2
episcopi inquisitoribus prouideant in necessarijs, com.157. par.3. pag.653.col.2
episcopus & inquisitor studeãt,vt conformes sint, com.99. par.3. pag.581. col.2
episcopus negligens in hæresi persequenda, a dignitate episcopali est remouendus, & alius idoneus subrogandus, par.2.pag.102.col.2.E. & pag.170.col.1.D
episcopus & inquisitor pares sunt, cum ambo potestate delegata procedunt,& quando inquisitor maior.par.3.q.5. pag.537.col.2.B. com.54.p.3. pag.538.col.1
episcopus & inquisitor quando diuisim procedere dicantur, p.3.q.52. pag.581.col.1.A
episcopus requirere debet inquisitorem, & è contra quando simul conuenire nolunt, p.3.q.49. pag.580.col.1.D
episcopus inquisitorem quot diebus spectare debeat, par.3. quæst.49. pag.580.col.1
episcopi proprijs sumptibus in hæreticos debent animaduertere,p.2. pag.125.col.2
episcopi non possunt ab inquisitis de hæresi expensas petere, p.2.pag 214.col.2.A. & p.3.q.104.pag.649.c.2.C.D & q.106. pag.652.col.1.A.B
episcopus non potest exigere partem prouentuum de bonis applicatis inquisitionis officio,p.3.q.107.pag.652.c.1.D
episcopo procedente contra hæreticos auctoritate delegata, an fiat appellatio ad Papam, vel ad proximè superiorẽ, par.2. pag.172.col.1.C
episcopus per se sine inquisitore, & è contra, quę præstare possit, & quę non, & quando procedere possint, par.3. q.47. pag.577.col.2. A. & seq. & q.48.& 49. pag.578.col.1. & seq. com.96.p.3. pag.577.col.2
episcopo & inquisitore inter se discordantibus, quid agendum.p.3.q.50. pag.580.col.2.B
episcopus solus vel solus inquisitor, an possint redeuntibus pœnitentiam imponere, & abiurationem indicere, com. 97.p.3. pag.579.col.1
episcopi & inquisitores in sententia lata, & pœnitentia imposita dispensare,mitigare, & commutare possunt habita ratione correctionis reorum,p.3. pag.507.col.1.D
episcopus non potest hæreticos famę restituere,com.4.par.1. pag. 30.col.2
episcopi qualitercunque procedant, debent seruare modum inquisitoribus præscriptũ,p.2.pag.109.col 2.E.& seq.
episcopus bona subditi rebellis ecclesię post annũ expectati concedere potest catholicis occupanda, par.2.pag.177. col.1. C. & pag.112.col.1.D
episcopus processum inquisitoris non potest prohibere, p.3. q.5. pag.538.col.1.B.C
episcopus instituens heredem consanguineum vel extraneũ hæreticum, excommunicatur, suspectus de hæresi habetur, non sepelitur, & sepultus exhumatur, & memoria eius aboletur, p.2. pag.158.col.2.& 146.col.1. & 168.col.2.com.4.p.2. pag.94.col.2
episcopus & inquisitor possunt sibi mutuo vices suas committere, in his quæ neuter per se potest, par.3. quæst.49. pag. 538.col.1.C.D
episcopus & inquisitor non possunt se mutuo excommunicare ob reuelationem secreti.p.3.q.82.pag.633.col.1.C
episcopus solus canonicam purgationem non indicat, com. 97.p.3. pag.579.col.2
episcopi solicite inquirere & punire sortilegos debent, p.2. pag. 215.col.1
episcopi quas & quibus in locis indulgentias concedant, par.2. pag.179.col.2.C.D
epistolarum Decretaliũ magna & venerabilis auctoritas, com.19.p.1. pag.56.col.2
epistolæ Pontificum decretales, an pari iure exæquentur cũ Decretis conciliorum,com 19.p.1. pag.56.col.2
epistolas decretales Ioannes Vuicleff, & Lutherus, reijciunt,com.19.p.1. pag.57.col.1
equiuocatione verborum vtuntur hæretici ad suos errores obtegendos,p.3. pag.430,col.1.A.B.& seq.
equiuocationis fallacia quomodo dissoluatur, com.22.p.3. pag. 431.col.2
errare in fide conuincitur, qui alios errantes cum potest ab errore non reuocat, par.2. pag.87.col.2.C & pag. 144.col.1.B
errans circa articulos fidei hæreticus dicitur, par.2.q.31. pag. 318.col.2.D
errans in spectantibus indirecte ad fidem, an hæreticus, & quando,p.1. pag.62.col.2.E
errãs in expositione sacræ scripturæ hæreticus dicitur,p.2. quæst.31. pag.318.col.2.C
errantes circa fidem, quando excusentur ob imperitiam,vel ignorantiam,com.22.p.1. pag.63.& 64.col.2
errantes inferiores in fide an excusentur quia à maioribus sunt decepti,com.21.p.1. pag.61.col.2
errans in fide per ignorantiam secreto corripiendus priusquam denuntietur,com.18.p.2. pag.122.col.1
errans in fide deceptus ab aliquo viro docto, quatenus excusetur ab hæresi,com.22.p.1. pag.64.col.2.reg.6
errantes per simplicitatem quando excusentur, par.1.q.4. pag. 61.col 1.C
error latius patet, quàm hæresis,p.2.q.5.pag.236.col.2.D
error & hæresis non semper sunt idem, com. 29. parte 2. pag. 237.col.1
error in substantialibus & præcipuis,instrumentum vitiat, par.2. pag.145.col.1.A
error gentium de pluralitate deorum, p.1. pag.9
errores Io. de Poliaco, & eorum condemnatio, parte 2. pag. 126.col.1. & seq.
error in accessorijs & accidentarijs non vitiat instrumentum,p.2. pag.147
error in fide, & hæresis pro eodem sumuntur in iure, par.2. quæst.3. pag.236. col.2. D.& seq.
errores Aristotelis,p.2.q.4. pag.238.col.2.B.& seq.
errores philosophorum Priscorum, parte secunda quæst.4. pag. 238.col.1.B.& seq.
errores Auerrois, & Auicennæ,p.2.q.4 pag.239.c.1.et 2
errores Algazelis philosophi, parte secunda, quæst. 4. pag. 239.col.2.E. & seq.
errores & hæreses Rabbi Mosis, parte secunda, quæst.4. pag. 240.col.2.C. & seq.
errores Pharisæorum,p.2.q.5. pag.242.col.1.E.
errores Sadducæorum,p.2.q.5. pag.242.c.2.C.& seq.
errores Herodianorum,p.2.q.5. pag.242.col.2.D.& seq.
error Abbatis Ioachim condemnatus, parte prima.q.7. pag. 248.col.2.D
errores damnati in lib. 6. Decret. parte secunda, quæst. 7. pag. 249.col.1.C.& seq.
errores damnati in Clementinis, parte secunda, quæst. 7. pag. 249.col.1.E. & seq.
errores Ioãnis de Poliaco,p.2.q.8 par.250.col.2.C.et seq.
errores Begardorum,p.2.q.8. pag.250.col.2.D.& seq.
errores damnati in extrauaganti Ioan. xxij. incipien. Cum inter nonnullos,p.2.q.8. pag.251.col.1.A
errores damnati in extrauagantibus Ioan.xxij incip. Quia quorundam. & Quia vir reprobus, parte 2. quæst.8. pag. 251.col.1.B
errores damnati in extrauaganti Benedicti xj. incipiente, Benedictus Deus, p.2.q.8. pag.251.& seq.col.1.& seq.B
errorum Petri Ioannis explicationes, & præludia ad ipsos intelligendos,p.2.q.9. pag.258.col.2.B.& seq.
errores Petri Ioannis damnati,p.2.q.9. pag.252.col.1.C
errores Michaelis de Cesena,p.2.q.9. pag.254.col.1.D
errores Ioannis de Parma,p.2.q.9. pag.254.c.2.A.et seq.
errores Raymũdi Lull,par.2.q.9.pag.255.col.2.C.et seq.
errores Lullistarum,p.2.q.9. pag.260.col.2.D
errores Arnaldi de Villanoua, parte secunda, quæst. 11. pag. 265.col.1.C.& seq.
errores Nicolai de Calabria, parte 2. quæst.11. pag.266. col.2.B.et seq.
errores Bartholomæi Ianouesij,p.2.q.11. pag.266.col.2.E
errores Manichæorum recentiorum, parte 2. quæst. 13. pag. 273.col.2 E
errores Valdensium,p.2.q.14. pag.278.col.1.D.& seq.
errores pauperum de Lugduno, parte secunda, quæst. 14. pag. 278.col.2.A.& seq.
errores Begardorum,p.2.q.15. pag.281.col.2.E.& seq.
errores Fraticellorum,p.2.p.15. pag.281.c.2.E.& seq.
errores Henrici de Senis,p.2.q.16.pag.290.c.2.E & seq.
errores Beguinorum,p.2.q.15. pag.287.col.1.D.& seq. & quæst.16. pag.292.col.1. E. & seq.
error venialis, sanctitati non repugnat, parte 2.quæst.17. pag. 298.col.1.C
errores Græcorum,p.2.q.18. pag.303.col.2.B
errores Tartarorum.p.2.q.19. pag.305. col.1.A.B
errores Turcorum,p.2.q.20. pag.305. col.2.E
errores Sarracenorum.p.2.q.21.pag.306.col.1.E.& seq.
errores Iudæorum.p.2.q.22. pag.307.col.2.E.& seq.
erroribus hæreticorum adhærere,tum ex verbis,tum ex factis, quis iudicatur, & quæ illa sint,parte secunda q.50. pag. 366.col.2.E
errores commissariorum inquisitoribus imputantur, par.3. pag. 404.col.1.E
errores enumerati ab Eymerico in multis quæstionibus, parte 2. non omnes sunt hæreticales, com. 25. parte 2. pag. 223.col.1
Eruigij lex de interdicenda Iudeis lectione librorum prohibitorum,com.3.p.2. pag.94.col.1. D
essentia diuina vna in tribus personis,p.1. pag.17.col.1.E & pag. 15.col.2.E
essentia diuina est Pater,& Filius,et Spiritus sanctus,p.1. pag. 16.col.1.E
essentia trium personarum diuinarum vna & eadem, p. 1. pag. 16.col.2.B

Universidad de Deusto
Biblioteca

essentia diuina nec generat, nec generatur, nec procedit. p.1. pag. 15.col.2.E
essentia diuina non est aliud à personis diuinis, parte prima. pag. 16.col.2.B
essentia diuina non est distincta à personis diuinis, parte 1. pag. 16.col.1.E
etas inquisitorum, qualis esse debeat, p.3.q.2. pag.535. col.2.E. *com.51.p.3.* pag.535.col.2
etas quadraginta annorum cur requiratur in inquisitore, et non in episcopo, com.51. pag.536.col.1
etas Commissariorum quanta esse debeat, p.3.q.2.pag.535. col.2.A.B.& q.16. pag.547.col.2.D
etati cur parcatur, vide in voce, Adolescens, Iuuenis, Minor, et com.13.p.1. pag.40.col.2
Etymologia vera hæresis quę sit, com.26.p.2. pag.231.c.2
Euangelium ab initio multis litteris scriptum, com.14.p.1. pag. 42.col.2
Euangelij lex cur post multa tempora hominibus data, p.1. pag. 13.col.1.E
Euangelistæ cur per animalia figurentur, parte prima. pag. 23.col.2
euangelica monitio, an habeat locum in crimine hæresis, com.18.p.2. pag.121.col.2.E.& seq.
eucharistiæ sacramentum veraciter continet sanguinem & carnem Christi, par.1. pag.3.col.2.B.C & pag. 14.col.2.E
eucharistię sacramentum sub speciebus panis & vini, cur institutum, p.1. pag.20.col.1.E.col.2.A
eucharistię sacramentum solus sacerdos conficit, parte 1. pag. 3.col.2.C
eucharistia cadens in locum immundū, vel à brutis vel quibuscunque sumpta non desinit continere corpus Christi durantibus speciebus panis & vini, p.1. pag.44.col.1 *com.15.p.1.* pag.44.col.2
Eutychetis error de vnione verbi diuini refutatus, parte 1. pag. 13.col.2.E.& seq.
Eutyches et Dioscorus hæretici, vbi & quando damnati, com.6.p.1. pag.33.col.1
Eutychiani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.2.C
examinatio testium, et eorum fiat ab inquisitore corā duabus personis religiosis, p.3.q.63. pag.425.col.2.D.E
examen inquisiti tot personas requirit, quot in testium examine postulantur, com.20.p.3. pag.427.col.1
exceptiones legitimæ admittendæ, par.2. pag.118. col.1.A. *et col.2.*
excommunicandi ritus antiquus, p.3. pag.399.col.2.C
excommunicatio, pœna spiritualis est pro mortali culpa inflicta, p.2.q.47. pag.360.col.1.A.B
excommunicatio in causa fidei in tribus casibus locum habet, p.2.q.47. pag.360.col.1.D
excommunicatus hæreticus dicitur, parte secunda. q.31. pag. 318.col.2.B
excommunicationis pœna in hæreticos omniū antiquissima, com.12.p.2. pag.103.col.1.*et com.171. par.3.* pag.680.col.2
excommunicantur hæretici cum suis complicibus & puniantur, com.7.p.2. pag.96.col.2.& seq.
excommunicatus in vna ecclesia in omnibus est excommunicatus, p.2. pag.177.col.2.C
excommunicandus quotiens monēdus, p.2. pag.200.c.1.B
excommunicationis maioris vinculo innodantur fugitiui citati & non comparentes, & qua ratione talis excommunicatio publicāda, p.3.pag.466.c.2.C.D et 469.et seq.
excommunicati in causa fidei per annum in tali excommunicatione manentes, eo elapso, vt hæretici sunt condemnandi, par.2. pag.105.col.2.B. *& quæst.47.* pag.360.col.1.C. *p.3.q.124.* pag.682.col.2.B
excommunicati ex causa fidei, vel ob hæresim absoluuntur ab inquisitore, p.3.q.122. pag.680.col.2.E *& q.125.p.683.col.1.E. com.141.p.3.* pag.640.col.2
excommunicatus quomodo absoluendus, com.7. parte 3. pag. 397.col.2
excōmunicatos per inquisitores soli ipsi absoluere possunt, com.141.p.3. pag.641.col.1
excommunicati, ob alias causas quàm fidei, per annum in excommunicatione perseuerātes, hæresis suspicionem incurrunt, & qua ratione contra eos sit procedendum, siue comparuerint siue non, intra annum, vel terminum præscriptum, p.2.q.47. pag.360.col.2.B.& seq.
excommunicationem per annum contumaces sustinentes, an & quando, & quomodo, & qualiter fiant de hæresi suspecti, & cur fiant, p.2. pag.157.col.1.E *& q.56.* pag.381.col.1.B. *com.13.* pag.40.col.1. *& com.72.* pag.362.col.1
excommunicati audiūtur de crimine anno elapso, com.174. par.3. pag.683.col.1
excommunicandi & ab officijs priuandi sunt inobedientes mandatis apostolicis, vel inquisitoris in negotio fidei, p.3. pag.393.col.2.B.& pag.395.& seq.col.2.C.D.& seq.
excommunicationem incurrit scienter hæreticos sepeliens, à quo non absolnitur nisi exhumet eorum corpora, par.2. pag.104.col.1.C.D.& *p.3.q.118.* pag.675.c.1.C.D
excommunicati & socij criminis admittuntur in testes in causa fidei, p.3.q.64. pag.603.col.1.B.C *& par.2.* pag.105.col.1.C
excommunicato conceditur omnis exceptio sine odiosa, sine fauorabilis, p.2. pag.199.col.1.B
excommunicatus non ob hæresim, auxilium non denegatur, par.2. pag.173.col.2
excommunicatus, an testabilis, p.2. pag.178.col.2
excommunicationem Papę reseruatam in quibus casibus incurrunt inquisitores, p.3.q.24. pag.105.col.2.E
excommunicari an possint inquisitores & eorum notarij per delegatos sedis Apostolicę, par.3.quæst.21. pag.552. *& seq.col.1.A*
excommunicari inquisitores ab inferioribus nequeunt, com.70.p.3. pag.552.col.1. *ncc eorum notarij. ibid.*
excommunicationem an incurrat inquisitor participans cū excommunicato, com.71.p.3. pag.553.col.1
excommunicationem inquisitoris absoluere potest eius socius, & vice versa, p.3.q.23. pag.553.col.2.A.*et seq.*
excommunicari ministri inquisitorum an possint, com.70. par.3. pag.552.col.1
excusatoris partes quales, com.36.p.3. pag.472.col.1
excusator an sit admittendus pro reo absente, com.36.par.3. pag. 471.col.2
excusantibus se per iocum hæresim protulisse, non est facile credendum, com.17.p.3. pag.419.col.2
excusationes blasphemorum, & verba hæreticalia proferētiū non sunt facile admittēdæ, p.2.q.41.pag.333.c.2.B.C
excusationes friuolę Beguinorum, parte secūda, quæst.16. pag. 291.col.1.A
exemptio omnis cessat quoad crimen hæresis, com.77.p.3. pag. 557.col.2
exempla & vulgaria prouerbia & historię, quando probēt, par.2.pag.155.col.2.B. et pag.174.col.2.C
exequias celebrans pro hæreticis, suspectus de hæresi est, com.89.p.3. pag.567.col.2
exemplū de propositione habente duplicem sensum, vnū catholicū, alterū hæreticū, com.111.p.3. pag.601.col.2.A
exhumandi hæretici & cōburendi, cō.89.p.3. pag.567.c.1
explicite credere quid sit, com.20.p.1. pag.59.col.2
explicite credenda quę, p.1.q.7. pag.63.col.1.C
explicite credere articulos fidei debent fideles, com.20.p.1. pag. 60.col.1
explicite scire debēt inquisitores fidei dogmata, com.21.p.1. pag. 61.col.1
expensæ ab inquisitis per inquisitores, an & quando petendę, p.3.q.104. pag.650.col.1.A.B.& seq.
extensio verborum in pœnalibus non est facienda, p.3.q.17. pag. 548.col.2.E
extrauagantes in fauorem fidei & sancti officij editę, an & quando seruandę, p.3.q.131. pag.686.col.2.E
extrauagans Innocentij iiij. incipiens, Cum negotium. tria inquisitoribus concedens priuilegia, parte prima. pag. 136.col.2.E.& seq.
extrauagans Alexandri iiij. incipiens, Nouerit. varias in hæreticos pœnas statuens, p.2. pag.135.col.2.B
extrauagans Vrbani iiij. incipiens, Præcunctis, 24. inquisitorum priuilegia continens, p.2.pag.129.col.1.A.& seq.
extrauagans Vrbani iiij. concedens inquisitoribus & eorū socijs facultatem absoluendi se mutuo ab excommunicatione & irregularitate, p.2. pag.129.col.1.A.B
extrauagans Vrbani iiij. declarans quando hęredes, vel filij sint admittendi ad excusandos defunctos de hæresi suspectos, & quando non, p.2. pag.133.col.1.B
extrauagans Vrbani iiij. incipiens, Consultus. declarans multa dubia circa negotium inquisitionis, parte secunda. pag. 133.col.2.B.C
extrauagans Clementis iiij. incipiens, Præcunctis. plenam peccatorum veniam & indulgentiam plenariam inquisitoribus concedens, p.2. pag.131.col.2.& seq.
extrauagans Clemētis iiij. incipiēs, Catholicæ fidei. statuēs, inquisitores à prælatis ordinis impediri non posse, par.2. pag. 136.col.2.A.B
extrauagans Nicolai iiij. contra Christianos trāseuntes, vel redeuntes ad Iudaismum: & eorum fautores, & receptatores etiam Iudæos, parte secunda, quæst.44. pag. 348.col.2.C.& seq.
extrauagans Ioannis xxij. incipiens, Cum inter, p.2.q.15. pag. 286.col.1.C
extrauagans Ioannis xxij. incipiens, Quia quorūdam, p.2. q.15. pag.286.col.2.E.& seq.
extrauagans Ioannis xxij. incipiens, Quia nonnumquam, par.2.q.15. pag.287.col.2.A.B.& seq.
extrauagans Ioannis xxij. incipiens, Gloriosam. Beguinorū errores continens, p.2.q.16. pag.291.col.1.B
extrauagans Ioannis xxij. incipiens, Sancta Romana. Begardorum, & Beguinorum condemnationem continens, p.2.q.16. pag.292.col.1.C
extrauagans Gregorij xj. incipiens, Negotia. concedens inquisitoribus quòd possint iure ad Romanam curiam accedere cum socijs nō petita licentia à prelatis ordinis, p.2. pag. 137.col.2.B.C
extrauagans Gregorij xj. contra transeuntes, vel redeuntes ad ritus Sarracenorum, ac eorum fautores, & receptatores, etiam si Sarraceni sint, parte secunda, quæst.95. pag. 351.col.2.E.& seq.
extrauagans Benedicti xj. de visione beatorum, parte 2. pag. 127.col.1.A
extrauagans Ad conditorem. quando fuerit edita, com.40. par.2. pag.289.col.2
extrauagans Sancta Romaua. edita an.1318.com.40.p.2. pag. 289.col.1
extrauagans Gloriosam ecclesiam. edita anno 1319. cō.40. par.2. pag.289.col.1
extrauagans Leonis x. per quam testes falsidici in causa fidei possunt tradi curiæ sęculari, com.122. parte tertia. pag. 624.col.2
extrauagantes de hæreticis loquentes, an vbique seruari debeant, com.158.p.3. pag.660.col.1
extraiudicialis confessio. vide in voce, Confessio.
Eymericus peritus iuris, com.36.p.3. pag.471.col.2
Eymerici sententia de confiscatione bonorum qualiter intelligenda, com.158.p.3. pag.655.col.2

F

Faciens vel dicens sæpius aliquid contra fidem, vehementer est suspectus, p.2.q.56. pag.381.col.2.C
facta euidentissimam faciunt probationem, parte secunda. pag. 194.col.1.E
facta quam vim habeant ad probandum interiorem affectū, par.2. pag.194.col.1.C
factis magis standum, quàm verbis, com.75. parte secūda. pag. 368.col.1
facto qualiter quis faueat hæreticis, p.2. pag.297.col.2.A
facta hæreticalia per vim bifariam committi possunt, aut coactione absoluta, aut conditionali, com.24. parte 1. pag. 68.col.1
facta hæreticalia sponte committens, an & quando censeatur hæreticus. com.59.p.2. pag.323.col.1 *& vide plura in voce, Hæreticalia facta.*
facta singulatim nominata, ex quibus oritur violenta hæresis suspicio. res scitu digna, cō.24.p.3.pag.439.c.1.et seq.
falli bifariam sumitur, par.2. pag.204.col.2.E
falsantes, aut corrumpentes libros catholicorum qualiter puniantur, com.17.p.2. pag.119.col.2
falsitatis instrumenti, vel dicti testis non allegatur ignorantia, par.2. pag.168.col.1.A
falsum testimonium dicere graue scelus est, com.122.p.3. pag. 623.col.2
falsum qui deposuerunt ad liberandum aliquem grauiter puniendi, com.122.p.3. pag.625.col.1
falsus testis puniendus, licet eius dictum non valeat, com.122.p.3. pag.625.col.2
falsi testes qui dicantur, & qua ratione, & à quibus, & quibus pœnis puniantur, p.3. pag.522.col.1.E *& q.73.* pag.622.& *seq.col.1.E & com.122.p.3.* pag.623.col.2. *& 624.col.1*
falsis testibus pœnam talionis imminere qui dixerint, com.122.p.3. pag.624.col.1
falsum testimonium dicens contra consanguineos, grauius punitur, com.119.p.3. pag.613.col.2
falsus testis qui se detulit, veniam postulans, mitius puniendus, com.122.p.3. pag.626.col.1
fama de aliquo vbi sit quærenda, cō.19.p.3. pag.425.col.1
fama vehemens quę dicatur, com.110.p.3. pag.597.col.2
fama per duos testes probari debet, com.19. parte tertia. pag. 424.col.2
fama quomodo in criminalibus probari possit, com.19.p.3. pag. 425.col.1
fama ex sola nemo torquendus; fallit tamen, com.110.p.3. pag. 597.col.1
fama & vnus testis sufficiunt ad torturam, com.110.p.3. pag. 595.col.2
fama cum alijs grauibus indicijs sufficit ad torquendum, com.110.p.3. pag.596.col.1
fama cum dicto vnius sufficit ad torturam, com.110.p.3. pag. 597.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

fama cum fuga sufficit ad torturam, com. 110. *parte tertia.* pag. 597.col.2
fama à fide dignis orta sufficit ad torturam, com. 110. *p.* 3. pag. 597.col.2
fama orta simul cum delicto, an sufficiat ad torturam, com. 110. *par.* 3. pag. 598.col.1
familiares, & domestici, qui dicantur, com. 119. *parte* 3. pag. 613.col.2
familiares, an admittendi in testes, & quando, p. 3. *q.* 70. pag. 612.col.2. D. *& seq.*
familiam armatam habere potest inquisitor, & cur ita institutum, p. 3. *q.* 56. pag. 583.col.2.E
com. 105. *p.* 3. pag. 584.col.1
familia inquisitorum arma defert nulla lege obstante, & si aliquis prohiberet, veluti impeditor sacri officij puniri posset, com. 105. *p.* 3. pag. 584.col.1
familiam armatam, an episcopi habere possint, com. 105. *par.* 3. pag. 584.col.2
fauor hæreticis exhibitus, an quandoque excusabilis, par. 2. pag. 201.col.2.C
fauens scienter hæreticis, vehementer suspectus habetur, p. 2. *q.* 56. pag. 381.col.1.E
fautores hæreticorum quibus modis dicantur aliqui, & quales fautoriæ gradus, res scitu digna, com. 78. *par.* 2. pag. 373.col.2
fautores hæreticorum quot, & quibus indicijs cognoscãtur, com. 78. *p.* 2. pag. 373.col.2
fautor hæreticorum quandoque dici potest, qui retinet libros vetitos, com. 3. *p.* 2. pag. 93.col.2.
fautores sunt hæreticorum qui non denuntiant hæreticos cũ possint, com. 78. *p.* 2. pag. 373.col.1.E
fautor hæreticorum est præsentans hæreticum ad beneficiũ, com. 162. *p.* 3. pag. 667.col.2
fautores hæreticorum, magistratus publica auctoritate fungentes per omissionem, vel commissionem quomodo censeantur, p. 2. *q.* 53. pag. 371. *& seq.* col.2.C.D
p. 3. *pag.* 440.col.1.B. *com.* 78. *p.* 2. *pag.* 372.col.2
fautores hæreticorũ si sint magistratus, qualiter puniantur, com. 78. *p.* 2, pag. 373.col.1.A
fautores hæreticorum priuatæ personæ non ex omissione, vt opinatur Eymericus, sed ex commissione censentur. & quando ex sola omissione, p. 2. *q.* 53. pag. 372.col.1.A
com. 78. *p.* 2. pag. 373. col. 1
fautores hæreticorum excommunicationem, & alias pœnas, & quas incurrant, p. 2. *q.* 53. pag. 373.col.1.C
par. 3. *q.* 24. pag. 683.col.1.A
fautores & similes, si non impediunt sacrum officium elapso anno, non incurrunt alias pœnas præter excommunicationem, com. 172. *p.* 3. pag. 682. col. 1
fautores hæreticorum beneficijs non sunt priuati, sed priuãdi, com. 102. *p.* 3. pag. 667.col.2
fautores Christianorum transeuntium ad iudaismũ, et fautores hæreticorum puniendi, p. 2. *q.* 44. *pag.* 348.col.2.A
fautores Christianorum transeuntium, vel redeuntium ad Sarracenorum ritus velut hæreticorum fautores sunt puniendi, p. 2. *q.* 45. pag. 349. col. 2. B.C
fautores hæreticorum vt abiurent, qualiter interrogandi, com. 60. *p.* 2. pag. 325.col.1
fautoriam abiurans si postea relabatur, siue in eandem, siue in aliam, an sit relapsus censendus, com. 83. *parte* 2. pag. 387.col.2. *& seq.*
fautor fautoris hæreticorum quibus casibus puniatur, p. 2. pag. 173.col.1.E
fautoribus hæreticorum sponte venientibus tempus gratiæ tiæ assignant inquisitores, intra quòd mitius tractentur, par. 3. pag. 409.col.2.B
fautoris reuelantis hæreticum præmium, parte secunda. pag. 178.col.2.A
fautores in defunctos, an procedi possit, com. 92. *parte* 3. pag. 571.col.2
Ferdinandi Regis munificentia, com. 9. *p.* 2. pag. 99.col.2
feudalia bona, an publicentur ob hæresim, parte 2. *pag.* 172. col.2.D. *& com.* 161. *p.* 3. pag. 664. *& seq.*
fidei definitio, & eiusdem variæ explicationes allatæ à Sanctis, p. 1. *q.* 1. *pag.* 58.col.1. *& p.* 2. *pag.* 138.col.1.A.B
fides cur dicatur catholica, & cur orthodoxa, parte prima. pag. 9.col.2.E. *& pag.* 16.col.1.C
fides dicitur multis modis, & qui sunt, parte prima. pag. 18. col.1. D. *& multis seq.*
fidei species duæ, formata & informis, & quid quæque sit, par. 1. pag. 18. col.1.D
fidei actus duplex, corde credere, & ore profiteri, parte 1. pag. 10.col.1.A
fidei obiectum per se quod sit, p. 1. *q.* 3. pag. 59.col.2.B
fidei obiectum per accidens quod sit, parte prima. quæst. 3. pag. 59. col.2. C
fidei 12. *articulos qui statuunt, qualiter eos ponant, par.* 1. pag. 10. col.1. *et seq.*
fidei articuli explicati in regula beati Athanasij, & beati Hieronymi, & beati Augustini, p. 1. pag. 46.c.2. *et seq.*
fidei certa mẽsura, ad quam quilibet pro qualitate tenetur, par. 1. pag. 22.col.1.A
fidei doctrina quæ dicatur. com. 50. *p.* 3. pag. 535.col.1
fidei fauor magnus, & quare, p. 2. pag. 198.col.2.A
fidei Catholicæ cur falsum subesse non possit, com. 23. *par.* 1. pag. 65.col.2
fidem nullam continere falsitatem omnes explicite credere tenentur, p. 1. *q.* 8. pag. 65.col.2.B.C
fidem veritatis quis dicatur ignorare, p. 2. *pag.* 167. *col.* 1. D
fidem Catholicam cunctos tenere debere generali edicto cauent vetusti Imperatores, com. 4. *p.* 1. pag. 29.col.2
fides nostra non potest euidenter probari, parte prima. pag. 18. col.2. E
fidei bifariam derogat qui naturali ratione eius mysteria probare conatur, p. 1. *q.* 11. pag. 72. col.2.E
fidei mysteria probari per rationes posse, & quibus, p. 1. *q.* 11. pag. 73. *& seq.* col.1. *& 2*
fidei meritum quomodo non imminuant rationes pro fide, p. 1. *q.* 11. pag. 73.col.2.B.C
fidei articuli explicite credendi, p. 1. *q.* 3. pag. 60.col.1.C
fidem explicitam habere tenentur tam minores quàm maiores de mysterijs Christi, p. 1. *q.* 5. pag. 62.col.1.D
fidei graues causas prælatus cum suffraganeis tractet, p. 2. pag. 177. col.1.C
fidei aduersum faciens, vel dicens sæpius vehementer suspectus est, p. 2. *q.* 56. pag. 381. col.2.E
fidei confessio debet esse simplex, p. 1. pag. 10.col.1.B
fidem confiteri per actum exteriorem necessarium est ad salutem ex vi precepti affirmatiui, com. 24. *parte prima.* pag. 67.col.1
fidei confessio quando, & quibus casibus, & quibus locis sit necessaria, & quando omitti sine culpa possit, par. 1. *quæst.* 9. pag. 66. col.2.B
fidem occultare quandoque licet, sed alienam profiteri nũquam licet, com. 24. *p.* 1. *pag.* 67.col.1. *& pag.* 68.col.2
fidem abnegantes metu mortis, vt pœnitentes hæretici recipiendi sunt, si reuertantur, p. 2. *q.* 49. pag. 364.col.2 E
fidei disputatio quando, & quibus, & coram quibus licita & quando vetita, p. 1. *q.* 10. pag. 66.col.2
fidei subtilitates à quibus & quando interrogandæ, p. 1. *q.* 4. pag. 61.col.1.C
fidei negotia quandoque Papæ nuntianda, & cur, parte 2. pag. 111. col.1
fidei negotia tractantur simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, & qua ratione hæc intelligẽda sint, p. 2. *pag.* 111.col.1.A. *& seq. & p.* 3. *pag.* 417.col.2.D *& q.* 54. *&* 55. *com.* 103. *&* 104. *p.* 3. *pag.* 582. *et* 583
fidei actio, cum aliqui sint curię seculari tradendi, an sit in ecclesia celebranda, com. 45. *p.* 3. pag. 513.col.1
fidei actio quo ritu in Hispania celebretur, com. 45. *par.* 3. 512. col.2
fideles quæ teneantur explicite credere & implicite, par. 1. *quæst.* 7. pag. 63.col.1.C
fideles qualiter magis vel minus obligentur ad denuntiandũ hæreticos, com. 2. *p.* 2. pag. 89.col.2
ad fidem quæ dicantur directe pertinere, com. 1. *parte* 2. pag. 82. col.1
ad fidem quæ indirecte spectent, com. 1. *p.* 2. pag. 80.col.1
fideiussionum duæ species, com. 139. *p.* 3. pag. 638.col.2
fideiussores reorum qualiter plectendi, com. 139. *parte* 3. pag. 639.col.1
fideiussores non possunt se obligare ad pœnam corporalem, com. 139 *p.* 3. pag. 639. col.1
fideiussores quo tempore incidant in pœnã promissam, com. 139 *p.* 3. pag. 640.col.1
fideiussores quando soluent pœnam, & cui sit applicanda, com. 139. *p.* 3. pag. 639.col.2
fideiussores absentium pœna pecuniaria mulctandi, par. 2. 639.col 1.C
fideiussione data, an aliquãdo sit locus relaxationi in hoc tribunali, com. 139 *p.* 3. pag. 639 col.1
filius Dei in instanti cõceptionis factus homo, parte prima. 25.col 1.A
filius Dei cur fuerit eo tempore incarnatus non prius, nec tardius, p. 1. pag. 24.col.2.E. *et seq.*
filius Dei verum corpus de Virgine accepit, parte prima. 7. col.2. A
filius Dei sine vlla diminutione accepit Patris substantiam, par. 1. pag. 17.col.2.A
filius Dei semper habet humanam carnem, parte prima. 51.col.1.E
filium Dei assumpsisse humanam naturam bifariam potest intelligi, com. 43 *p.* 2. pag. 304 col.2
filius Dei omnes defectus nostros accepit præter ignorantiã & peccatum. p. 1. pag. 24 col.2. C.D
filiorum varia genera, com. 163. pag. 669. col.2
filius patrem publice non corripit, nec subditus prælatum, par. 2. pag. 141.col.1.E. *et seq.*
filij filiarum & filij filiorum hæretici, an æqualiter puniẽdi, par. 2. pag. 151.col.1.D
& pag. 172.col.2.D. *et seq.*
filij hæreticorum vsque ad secundam lineam paternam, ad primam vero maternam sunt ipso iure inhabiles ad beneficia & officia, nisi parentes ecclesiæ incorporentur, p. 2. *pag.* 109. col.2.A
& 135. col.1. B. *&* 172. col.2.D
par. 3. *q.* 114. *&* 115. pag. 669.col.2. *& seq.*
& plenissime, com. 163. *p.* 3.
filij Christiani existentes alicuius Iudei, quo tempore pater baptizabatur, patre reiudaizante, an amittant paterna bona, p. 2. pag. 209. col.2.D
filij suspectorum, an habeantur inhabiles, com. 164. *par.* 3. pag. 673. col.1
filij eorum qui damnantur ob contumaciam, an fiant inhabiles, com. 164. *p.* 3. pag. 673. col.1
filij relapsorum conuersorum, an sint inhabiles, com. 164. *par.* 3. pag. 672. col.2
filij hæreticorum fautorum & aliorum similium inhabiles ad beneficia, & quare, com 164. *p.* 3. *pag.* 670. *c.* 1. *et seq.*
filij illegitimi etiam comprehenduntur sub pœnis iuris filiorum hæreticorum, p. 2. pag. 210. col. 2. D
filij illegitimi an inhabilitentur ob patris delictũ, com. 163. *par.* 3. pag. 669. col. 2
filij in potestate patria non existentes etiã comprehenduntur sub pœnis iuris filiorũ hæreticorũ, p. 2. *pag.* 210. *col.* 2. C
filios ante delictum natos etiam inhabilitari verior sententia, com. 163. *p.* 3. pag. 670. col. 1
filij hæreticorum, an priuẽtur beneficijs habitis ante patris delictum, com. 163. *par.* 3. pag. 670 col. 2
& pag. 671. col. 1
filij hæreticorum quorum memoria damnata fuit etiam post 40. *an. iuris pœnas incurrunt, com* 92. *p.* 3. *pag.* 571. *c.* 2
filij inhabiles quatenus restituendi, com. 164. *parte tertia.* pag. 673. col. 2
filijs hæreticorum etiam Catholicis nihil relinquendũ, com. 9. *par.* 2. pag 99.col.1
filijs hæreticorum pauperibus relictis, qualiter prouidendũ ne pereant, com. 9. *p.* 2. pag. 99. col. 1
filij ob parẽtum delicta in multis delictis hæresi mmoribus affligantur, p. 2. pag. 152. col. 2. E
filij decepti à parẽtibus in his quæ sunt fidei, ab hæresi qualiter excusentur, com. 22. *p.* 1 pag. 68 col. 1
filius denuntiãs patrem hæreticum, pœnas à iure latas euitat, com. 12. *p.* 2. pag. 117. col. 1. *& seq.*
filij quando admittendi ad excusandos defunctos, p. 3. *q.* 121. *pag* 678. *col.* 2. *A.B. & par.* 2. *pag.* 104 *col.* 2. C *& pag.* 133. *col.* 1. D. E. *& com.* 170 *p.* 3 *pag.* 679. *col.* 1
filiorum emancipatio à parẽtibus hæreticis factã nõ valet, p. 3. *q* 116. pag. 673. col. 2. D. E
filij hæreticorum liberantur à patria potestate, p. 2. *pag.* 133. *col.* 2. D. *com.* 165. *p.* 3. pag. 674. col. 1
filij falsi testis an sint infames, aut alijs pœnis æque vt filij hæreticorum subiecti, com. 122. *p.* 3. pag. 626. col. 1
filius in crimine hæresis contra patrem testificatur, com 15. *par.* 2. pag. 117. col. 1. E
finis ob quem procedatur contra defunctum in hoc tribunali, com. 92. pag. 572. col. 2
firmitas exigitur in credendo, imo simplicitas, com. 1. *p.* 2. pag. 81. col. 2
fiscalis petitio vt contra defunctum procedatur, com. 92. *par.* 3. pag. 572. col. 2
fiscalis sancti officij munus, com 14. *p.* 3. pag. 415. col. 1
fiscus succedit in feudum, & in bona restitutioni subiectis, quo ad vsumfructum damnato viuente; & quid de bonis emphyteoticarijs, com. 161. *p.* 3 pag. 665 col. 2
fiscus non occupat hæreticorum bona nisi præcesserit sententia iudicis ecclesiastici, p. 2. pag. 172 col. 2. D
fiscus vel inquisitores, an teneantur restituere pretium his qui ab hæreticis emerunt, p. 2. pag. 214. col. 1. B.C
Florense monasterium legendum, non Florentinum, com. 1. *par.* 1. pag. 5. col. 1
fœminis nullo pacto licet prædicare, com. 11. *parte secunda.* pag. 101. col. 2
forma baptismi qualis, p. 1. pag. 15 col. 1. D
frater contra fratrem testificatur in crimine hæresis, com. 15. *par.* 2. pag. 117. col. 1
fraterna

forma abiurationis fol. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

fraterna correctio, an locum habeat in crimine hæresis, com. 18.p.2. pag.122.col.1
fratres de pœnitentia de tertio ordine diui Francisci, & eorum errores, p.2.q.15. pag.281.col.2
fratres de paupere vita, p.2.q.16. pag.291.col.1.A
fraticelli, vide, Begardi.
fraticelli hæretici quibus signis & indicijs cognoscãtur, p.3. pag. 441.col.1.C. *& seq.*
fraticellorum obiecta sexdecim contra constitutiones, Ioan. xxij. p.2.q.17. pag.295. *& seq.*col.1.B
fraticellorum errores præcipui, com.40.p.2. pag.289.col.1
friuola causæ appellationis quæ dicantur, com.31. parte 3. pag. 457.col.1
fugientes è carcere dum haberi non possunt, quid circa eos obseruandum, com.36.p 3. pag.472.col.1
fugiens & non absens quando dicatur reus accusatus, p.3. pag. 461.col.2.B.C
fugiens è carcere perpetuo, an censeatur relapsus, vel impœnitens, com.146. p.3. pag.644.col.2
fugiens à carcere, ob fugam an habeatur conuictus de hæresi, com.35.p.3. pag.468.col.1
fugientes à carceribus, an hæretici iudicandi, parte secũda. pag. 471.col.1.B
fugiens è carcere, ob solam fugam qua pœna afficiendus, com.36.p.3. pag.471.col.2
fugiens è carcere ptrpetuo misericordiam petens recipiendus, com.146.p.3. pag.644.col.2
fugitiui qua ratione & ordine citandi, p.3. pag.529.c.1.B
com.35.p.3. pag.467.col.2
fugitiuus qui ignoratur vbi sit, qua ratione citandus, p.3. pag. 466.col.2.B. *& seq.*
fugitiuus qui abiurare debebat, qua ratione citandus sit, par.3. pag.468.col.2.B. *& seq.*
fugitiuus secreto inquirendus & capiendus: & qua ratione contra eum sit procedendum, par.3. pag.462. col.1.C. *& seq.*
fugitiui ciuitatis & contumaces existentes, maioris excommunicationis vinculo innodantur, p.3. pag.466. *& seq.* col.2.A.B. *&* 468.col.2. *& seq.*
fugitiuus de hæresi conuictus & contumax existens hæreticus impœnitens iudicandus, & condemnandus est, par.3. pag. 528.col.2.C. *& seq.*
fugitiui & contumaces qui habendi sint hæretici, & qui vt hæretici, p.3. pag.531.col.1.D
furiosorum causa quo pacto tractanda, com.22. parte 3. pag. 432.col.2
furiosus an sit reus, inquirere diligenter debet inquisitor, par.2. pag.197.col.2.A
furiosus vel mente captus quando quis præsumatur, com. 170.par.3. pag.679.col.2
furorem mentiti tanquam impœnitentes puniendi sunt, com. 22.p.3. pag.432.col.1
fundamentum fidei, prima veritas, p.1. pag.9.col.2.A
futura ab Ariolis & dæmonibus inquirere illicitum est, & quando sapiat hæresim manifestam. p.2.q.43. pag.339. col.2.A.B. *et seq.* com.68.p.2.pag.345.col.2
futura inquirens à dæmonibus vt apostata à fide & hæreticus puniendus est, p.2.q.43. pag.339.col.2.B.C

G

Gaiani error de natura Christi refellitur, parte prima. pag. 14. col.1
Gaufredus de Crudillis, seu Cruylles præpositus Tarraconen. par.2.q.11. pag.265.col.1.C.
& q.28. pag.316.col.1.C
Gelasij Papæ I. decretum de librorum delectu, com. 156 par.1. pag.56.col.1
genus masculinum in diuinis ad personam refertur, neutrũ ad essentiam, p.1. pag.17.col.2.A
generatio in diuinis perpetua optimis exemplis declarata, par.1. pag.11.col.2.E
Gentiles improprie dicuntur hæretici, p.2. pag.167.col.1.E
Geomantiæ libri reprobati, p.2.q.29. pag.317.col.2.A
Geraldus Segarelli Parmensis hæresiarcha, & eius hæreses, p.2.q.12. pag.269.col.1.A. *& seq.*
Geraldus Segarellus hæreticus, quis, & quando vixerit, com.37.p.2. pag.271.col.1
gesta ab excommunicato, an valeant, p.2.pag 142.col.2.D
Gnostici hæretici, p.2.q.6. pag.243. col.1
Gondissalui liber inscriptus Virginale, seu Virgilianus condemnatus, p.2.q.28. pag.316.col.2.A.B
gradus quatuor per quos ad condemnationem venitur ob hæresis suspicionem, p.2. pag.157.col.2.E
Gratiani locus emendatus, com.19.p.1. pag.58.col.2
gratia informans quæ dicatur, p.1. pag.28.col.2. D.E
gratiam facere non debent inquisitores eis, qui post impunitatem promissam vi tormentorum cõfitentur, com.23. par.3. pag.437.col.2
graues inimicitiæ testium dicta debilitant, sed testes non repellunt, p.3. pag.446.col.2.D.E
grauamina reparabilia quædam, & quædam irreparabilia, par.3. pag.454.col.1.B.C
grauamina reparabilia tollenda ab inquisitore, parte tertia. pag. 454.col.1.A.B
Græcorum arrogantia contra Ecclesiam Latinam, com.43. par.2. pag.304.col.1
Græcos singulari benignitate prosequitur Ecclesia Romana, com.43.p.2. pag.304.col.1
Græci patres qui dicunt Spiritum sanctum procedere à Filio, par.1. pag.22.col.1.E
Græcorum recentiorum hæreses duæ, parte secunda, q.18. pag. 303.col.2.C
Gregorij Nazanzeni loca aliquot pie accipienda, p.2.q.18. pag. 304.col.1.C.D
Gregorij xj. extrauagans contra transeuntes, vel redeuntes ad ritus Sarracenorum, ac eorum fautores, & receptatores, etiamsi Sarraceni sint, p.2.q.45. pag.351.col.2.E
Gregorius ix. Valdenses seu pauperes de Lugduno condemnauit, p.2.q.14. pag.279.col.2.A
Gregorij xj. Bulla qua xx. volumina Raymundi Lull condemnantur. & cetera eiusdem opera interdicuntur, p.2. q.26. pag.311.col.2.E
Guido Carmelita, com.26.p.2. pag.232.col.1
Guillermus Gilaberti exhumatus, & vt impœnitens hæreticus condemnatus, p.2.q.9. pag.266.col.1.E
& q.38. pag.320.col.2.E
Guillelmus Costa inquisitor hæreticæ prauitatis, p.2.q.11. 266.col.1.B
pag. pag.398.col.2
Guillermus Okam quis, com.42.p.2. pag.398.col.2
& de eo plura in extrauaganti, incipiente, Nuper in consistorio publico. quæ est in bullario litterarum Apostolicarum. pag.64.

H

Habitus crucesignatus initio delegatæ inquisitionis vsitatus, com.42.p.3. pag.498.col.2
habitus pœnitentialis vetustissima origo, com. 42. parte 3. pag. 1498.col.2
habitus nouæ religionis non est assumendus, nec ab episcopis approbandus, p.2.q.16. pag.292.col.2.A
habitus

habitus Geraldi Segarelli & Dulcini hæresiarcharum, p.2. q.12. pag.269.col.1.B
hæredibus suspectorum morientium nihil iniungendum, com. 169.p.3. pag.678.col.1
Hæredes defuncti hæretici, quando dicantur bona fide possedisse bona hæretici defuncti, com.92.p.3. pag.571.col.1
hæredes hærerici pœnitentis & reincorporati ad successionẽ bonorum eius admittuntur, p.2. pag.203.col.2.C
hæredes quando admitti debeant, vel non, ad excusandos defunctos, & per quos testes, p.3.q.121. pag.678. *et seq.*A *& p.2.* pag.104.col.2.E. *&* pag.139.col.1.B *com.170.par.3.* pag.678.col.2
hæredes cogendi ad pœnitentiam viuenti iniunctam de bonis ipsius exequendam; & quando, par.3.q.120. pag.677. col.2.B. *& p.2.pag.* 106.col.1.D.E. *& p.2.pag.*134. col.1.D.E. *& seq.* *& pag.*149.col.1.B
hæredes cogendi non sunt ad perficiendam pœnitentiam personalem iniunctam suspecto, sed non peractã, p.3.q.120. pag.677.col.2.B. *& p.2.pag.*134.col.1.D.E. *et seq.* *& pag.* 147.col.1.B
Hebræi vide, in voce, Iudæi.
Hebionitæ hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.2.D
Heluidiani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.2.A
*Henricus de Senis apostata caput Beguinorũ quando exortus, & eius errores, p.2.q.16.pag.*291.col.1.A.B.com. 41.p.2.pag.293.c.2. *& plenissime in extrauag. Ioan. xxij. Gloriosam Ecclesiã in Bull.litterarũ Apost.pag.*58
Hierarchitæ hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.2.C
hæretica manifestę q̃ sint putãda, p.2.q.2. pag.233.c.2.A
hæreticę propositiones quot modis, & ex quibus causis dicantur, & quo modo cognoscantur multis regulis explicatum, p.2.q.2. pag.233.col.1.C *com.27.p.2.* pag.233. *& seq.*col.2
hæreticales libri de quibus in Decreto, parte 2. quæst.23. pag. 308.col.2.E. *& seq.*
hæreticalia facta committere quis multis modis potest, com.58.p.2. pag.321.col.2. *et seq.*
hæreticalia facta, ex quibus cognoscuntur qui sint credẽtes hæreticorum. com.75.p.2. pag.366.col.2
hæreticalia faciens, vt hæreticus est habendus, par.2.q.42. pag. 336.col.1.C
hæreticalia facta ex quibus oritur violenta hæresis præsumptio, hæreticum indicant, com.59.p.2. pag.322.col.2 *& quid in alijs factis late ibid.* *& com.31.p.3.*
hæreticalia facientes metu mortis, vide in voce, Metu mortis.
hæreticalia facta per metum & vim, bifariam committi possunt, aut vi absoluta, aut conditionali, com.24.par.1. pag. 67.col.2
hæreticalia verba proferentibus ludendo pœna pecuniaria imponitur, com.152.p.3. pag.649.col.2
hæresis quid sit, & eius nomen vnde descendat, & eam tria includere, p.2.q.1. pag.231.col.1. *&* 2.E *& q.1.pag.*233.col.1.B. *& q.3.pag.*236.col.2.D *com.27.p.2.* pag.233.col.2
hæresis & error differunt tanquam genus & species, com. 28.p.2. pag.237.col.1
hæresis & apostasia, an specie distinguantur, com.74. p.2. pag. 365.col.2
hæresis & schisma inter se differunt, & quę sit differentia, par.2.q.48. pag.362.col.2.D
hæreses & schismata quàm primum oriuntur extirpanda, com.78.p.2. pag.372.col.1
Hæresis pertinaciam requirit, p.2.q.1. pag 230.col.2.D
*& q.32.pag.*319.col.1.D. *com.24.p.1.pag.*68.col.1
hæreses cur à Deo permittantur, causæ aliquæ additur, p.3. pag. 506.col.1.C
hæreses contra fidem à dogmatibus philosophorum processisse, com.29.p.2. pag.241.col.1
hæreses ex praua scripturæ intelligentia prodeunt, com.46. par.3. pag.516.col.2
hæreses vetustas sequentibus seculis excitare solent perfidi, com.41.p.2. pag.293.col.1.E. *et seq.*
hæreses certas singulis fere seculis oriri, com.35. parte 2. pag. 264.col.1
*hæreses quot commoda pariant, p.3.com.44. pag.*508. col.1 *&* pag. 509.col.1
hæresis omnis bifariam detegitur, com.24. parte tertia. pag. 438.col.2
hæresis quando per ignorantiam euitetur multis regulis declaratum, com.22.p.1. pag.63. *et* 64.col.2
hæresis grauis infamia quid, & quomodo agnoscatur, com. 38.p.3. pag.480.col.1
hæresis infamiam contraxisse qui dicantur, parte 2. q.7. pag. 384.col.1.A
hæresis purgatur per iuramentum, p.2. pag.143.col.1.A
hæresis in crimine speciale est, vt elapso termino mora purgari possit, p.2. pag.158.col.1.A
hæresim manifeste quæ sapiant, qualiter cognoscatur, com. 67.p.2. pag.337.col.1
hæresim an sapiat dare pocula amatoria, parte 2. q.43. pag. 340.col.1.E
hæresis suspicionem incurrunt excommunicati ob alias quã fidei causas, perseuerantes per annum in excommunicatione, & qua ratione contra eos sit procedendum, par.2. q.47. pag.360.col.2.B. *et seq.*
hæresim proferentes per lubricum linguæ qua pœna plectãtur, com.17.p.3. pag.420.col.1.E
hæresis nota multi prius immunes reputari, qui hodie non excusarentur, p.1.q.7. pag.63.col.1.A
hæresis crimen cognoscere, iudicis ecclesiastici est, sæcularis exequi, p.2.q.46. pag.355.col.1.B. *et seq.*
hæreses et errores Rabbi Mosis, parte secunda, quæst. 4. pag. 240.col.2.C. *& seq.*
hæreses damnatæ in Decreto, p.2.q.6. pag.243. *et seq.*
hæreses variæ sine nomine auctorum, parte secunda, q.6. pag. 246.col.1.A.B. *et seq.*
hæreses & errores damnati in Decretalibus, parte 2.q.7. pag. 248.col.2.C
hæreses Almarici, p.2.q.7. pag.248.col.2.E. *et seq.*
hæreses condemnatę in Extrauagantibus, parte secũda, q.8. pag. 250.col.2. *& seq.*A
*hæreses Ioan.de Poliaco, p.2.q.8.pag.*250.col.2.A. *& seq.*
hæreses Begardorum, p.2.q.8. pag.250.col.2.A. *et seq.* *& q.15.* pag.282.col.1.E. *et seq.*
hæreses damnatæ in extrauagantibus Ioan.xxij.incip.Quia quorundam. & Vir reprobus, p.2.q.8. pag.250.col.2.E
hæreses damnatæ in extrauaganti Bened.xij. incip. Benedictus Deus, p.2.q.8. pag.251. *& seq.*col.1. *et seq.*E
hæreses damnatę in extrauaganti Ioan.xxij. incip. Cum inter nonnullos, p.2.q.8. pag.251.col.1
hæreses damnatæ per Romanos Pontifices post mortem auctorum earum, p.2.q.9. pag.252.col.1.E
hæreses Petri Ioannis, parte 2. q.9. pag.252. *et seq.* col.1. *& seq.*D
hæreses Michaelis de Cæsena, p.2.q.9. pag.254.col.1.D
*hæreses Ioãnis de Parma, p.2.q.9.pag.*254.col.2.A. *et seq.*
hæreses damnatę ab inquisitoribus Aragonię de mandato

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papæ,p.2.q.10. pag.262.col.2.D.et seq.
hæreses damnatę ab inquisitoribus Aragonię, sine expresso mandato Papæ,p.2.q.11. pag.265.col.1.C.et seq.
hæreses & errores Bartholomęi Ianouesij, parte 2. q. 11. pag. 266.col.2.E
hæreses & errores de Antichristo, parte secunda, q. 11. pag. 267. col.1. B. & seq.
hæreses & errores Arnaldi Montanerij, parte secũda.q.11. pag. 267.col.1.D
hæreses Pseudoapostolorum in Lombardia, parte 2.q.12. pag. 269.col.1.B. & seq.
hæreses Geraldi Segarelli Parmensis, parte secunda, q. 12. pag. 269.col.1.E. & seq.
hæreses Manichæorum in Italia exortorum, parte 2. q. 13. pag. 273. col.2.D
hæreses Valdensium p.2.q.14. pag.278. col.1.E. & seq.
hæreses Fraticellorum,p.2.q.15. pag.282.col.1.E.& seq.
hæreses Beguinorum,p.2.q.15. pag.282.col.1.E.& seq.
q.16. pag.292.col.1.B. & seq.
hæreses duæ recentiorum Græcorum, parte secunda, q.18. pag. 303.col.2.B
hæresiarchę qui dicendi sint, & variæ eorum appellationes par.2.q.39. pag.299.col.2.E. et seq.
com.64.p.2. pag.329.col.1
hæresiarchę an tradendi sine misericordia curiæ sæculari, com.5.p.1.pag.8.col.1. com.25 p.2.pag.230.col.1
hæresiarchę an etiamsi conuertantur tradi debeant curię seculari,com.64.p.2. pag.329.col.1.& 2
hæresiarcharum consuetudo vt raro conuertantur, com.31. par.2. pag.248.col.1.E
hæresiarchæ non nisi cum exquisitissimis consideratione recipiendi,com.64.p.2. pag.330.col.1.E.& seq.
hæresiarchis quibus nullo modo parcendum, com. 64. p.2. pag. 330.col.2
hæreses ex quibus potissimum peccatis oriantur,com.1.p.2. pag. 84.col.2
hæresum incommoda,com.26.p.2. pag.232
hæreticales blasphemiæ quæ dicantur, com. 66. parte 2. pag. 334.col.2
hæreticos denuntiare omnis Christianus obligatur, com. 2. par.2. pag.89.col.1
hæretici an sint charitatiue admonendi prius quàm denuntientur, com.2.p.2. pag 89.col.1
hæresis non considerat ex temporis diuturnitate,com.158 par.3. pag.655. col.2
hæreticus est qui scienter in dubium vertit catholicas veritates,com.1.p.2. pag.85.col.2
hæreticus est qui dubitando magis inclinat in doctrinam fidei contrariam,com.1.p.2. pag.85.col.2
hæretici manifesti qui sint, quid conferat intelligere,com.58. par.2. pag.322.col.1
hæresis crimen mere est ecclesiasticum, ratione cuius etiam laici indicibus sæcularibus subijciuntur, com.158.p.3. pag. 657.col.1
hæretici sunt saltem iurisfictione qui hæreticos fouent cum possint extirpare, com.2.p.2. pag.88.col.1
hæreticus iudicari potest iudex ecclesiasticus si potens extirpare hæreticalia,non extirpet,com.2.p.2. pag.88.col.2
hæreticalia qui permittunt, qualiter puniantur,com.2.p.2. pag. 88.col.2
hæreticos post mortem damnari quot modis contingit, com. 92.par.3. pag.572.col.1
hæretici multi post mortem deteguntur, & qui de hac materia disseruerint,com.92.p.3. pag.572.col.1
hæreticalia qui metu mortis dicunt vel faciunt, quandoque ab hæresi non excusantur, com.66.p.2. pag.355.col.2
hæreticorum domus sæpe diruuntur, com.92. parte tertia. pag. 575. col.1
hæreticorum domus vt diruantur multis constitutionibus sancitum,com.92.p.3. pag.575.col.2
hæresis etymologia quales sint,com.26.p.2. pag.231.col.1
hæresis nomen quando cœperit esse infamis, com.26. par.2. pag. 231.col.1
hæresis variæ multorum doctorum diffinitiones, com. 26. par.2. pag.233.col.1
hæreticus occultus an amittat fidelitatis debita, & alias obligationes,com.168.p.3. pag.676. col.2.et seq.
hæreticus obligationes amissas non recuperat etiam si conuertatur,com.168.p.3. pag.677. col.1
hæretici per fictam sanctitatem multos decipiunt, com. 22. par.3. pag.433.col.1
hæreticorum ficta sanctitas qualiter detegatur, com. 22. par.3. pag.433.col.1
ad hæresim constituendam necessaria est scientia contrariæ veritatis,com.1.p.2. pag 81.col.2
de hæreticis manifestis qui disseruerint, com. 58. parte 2. pag. 321. col.2
hæretici manifesti qui,& quot modis dicantur,com.58.p.2. pag. 321.col.2
hæreticus antequam condemnetur an teneatur in conscientia bona sua offerre fisco, & iuxta veriorem opinionem non tenetur, com.158.p.3. pag.656.col.1
Hieronymi de Praga relapsus in hæresim, com. 47. par.3. pag. 520.col.2. & seq.
hæreticorum sectæ ex causis quas eligentes instituerunt nũcupantur, p.2.q.6. pag.243.col.2.A
hæreticorum sectæ ab earum auctoribus sæpissime nuncupãtur, p.2.q.6. pag.243.col.2
hæretici cuius sectę sint, quibus signis & indicijs cognoscantur,p.3. pag.440.col.2.A.& seq.
hæretici omnes etsi diuersarum sectarum, cõueniunt tamen quantum ad errorem,p.2. pag 156. col.2.B
hæreticorum sectam, neque simulate ad eam confutandam sequi licet,com.24.p.1. pag.67.col.2
hæreticorum sectę in Decreto damnatæ, p.2.q.6. pag. 243. col.1.B.& seq. q.36.pag.325.col.2.B
hæretici condemnati in Decretalibus, parte secunda, q.36. pag. 326.col.1.B
hæretici condemnati per extrauagantes,parte secũda,q.36. pag. 326.col.1.C.& seq.
hæretici in iure ciuili nominati quorum in iure canonico nõ videtur facta mentio,p.2.com.61. pag.326.col.1.D.E
hæretici in Romana curia & extra,damnati à delegatis Papę,p.2.q.38. pag.328.col.1.C. & seq.
hæreticorum sectas varias & earundem hæreticorum nomina,p.2.q.6. à pag.243. vsque ad pag.245. col.2
hæreticus quis proprie & vere, & vnde, & quot modis dicatur,& quoi requirantur,p.2.pag.138.col.1.et 144.c.1 167.col.1. & 193.col.2. & q.1.pag.231.col.1. & q.30. pag.318.col.1. & q.31. pag.318.col.2 & com.57.p.2. pag.320.& seq.col.1.et 2
hæreticus ex vi nominis quis dicendus sit, parte 2. q. 30. pag. 318.col.1.D
hæreticum proprie & vere duo constituunt, error in mente, & pertinacia in voluntate, parte 2. pag.293.col.2 & q.31. pag.318.col.2.E
hæreticus an sit libros damnatos retinens, com. 3. par.2. pag. 92.col.2.A

hæreticus an sit qui metu compulsus aliquid hæreticale committit,com.24.p.1. pag.67.col.2
hæretici, quibus ex causis in genere aliqui dicantur, par. 2. q.35. pag.325.col.1.C
hæreticus est qui negat animam rationalem non esse corporis formam,p.1. pag.8.col.1.A
hæreticus dicitur insurgens contra Romanam Ecclesiam, p.2.q.31. pag.318.col.2.B
hæreticus quando sit censendus veniens contra determinationem Papæ,p.2.q.17. pag.297.col.1.D
hæreticos esse, quos episcopi hæreticos declarant, qualiter intelligendum,com.8.p.2. pag.97.col.2
hæretici sunt iudicandi Christiani ad Iudaismum transeuntes,p.2.q.44. pag.348.col.1.D. et seq.
hæretici sunt censendi Christiani transeuntes, vel redeuntes ad ritus Sarracenorum,p.2.q.45. pag.351.col.2.D
hæreticum facit opinari falsum cum pertinacia circa spectãtia directe ad fidem,p.1.q.7. pag.62.col.2.D
hæreticus an sit cẽsendus, ac velut talis puniẽdus qui facta hæreticalia committit,com.59.p.2.pag.322.col.2.et seq.
hæretici sunt apostatæ à fide,p.2.q.49. pag.364.col.2.D
hæretici sunt censendi ac vt tales puniendi excommunicati in causa fidei per annum in tali excommunicatione manentes,p.2.q.47. pag.360. col.1.C
hæreticus non est, qui corrigi est paratus, parte prima. pag. 21.col.2.D
hæreticus non est qui ignorantia probabili errat in his quæ sunt fidei, donec sit legitime admonitus, parte prima. pag. 63.col.2
hæretici non sunt apostatæ ab ordine et à statu regulari,p.2. q.49. pag.364.col.2.B
hæretici quales sint, & quibus assimilentur, parte tertia. pag. 468.col.2.E. & seq. & 469.col.2.D.E
hæreticus ne quis habeatur tria credere debet,par.2. q.32. pag.319.col.2.D.E. & q.35.pag.325.col.1.B
hæretici alij manifesti & notorij, alij occulti & secreti, & qui sint,par.2.pag.118.col.2.& q.33.pag.321.c.2.A.B & seq.p.3. pag.429. col.1.B
hæretici relapsi qui dicantur,p.2.q.40.pag.331.col.1.C.D
hæretici perseuerantes qui dicantur in concilio Tarraconensi, com.25.p.2. pag.229.col.1. & 2
hæretici qui dicantur sponte venire, com. 12. parte tertia. pag. 411.col.1
hæretici Perfecti qui dicantur: res scitu digna,com.25.p.2. pag. 229. col.2
hæretici inzabbatati qui dicantur,com.25. parte secunda. pag. 227.col.2
hæretici alij affirmatiui & alij negatiui, & qui sint, par. 2. q.34.pag.322.col.1.E. com.59.p.2.pag.322.col.1
hæretici alij pœnitentes, alij vero impœnitentes, seu pertinaces, & qui sint,p.2.q.40. pag.331.col.1.& 331.col.2
& late,com.45.p.2. pag.331. & seq.
hæretici pro martyribus adorari cupiunt, & id olim prohibitum,com.46.p 3. pag.517.col.1
hæreticos reuelandos esse admonebunt populum,& per edictum etiam sub excommunicationis pœna iubebũt inquisitores,p.3.pag 407. & seq.col.2.E & seq. hæretici sub pœna excõicationis manifestandi p.2. pag.136.c.1.C
hæreticos non reuelans, an suspectus fiat de hæresi vehementer.com.81.p.2. pag.383.col.2
hæreticorum erroribus adhærere tum ex verbis tum ex factis iudicatur, & quæ illa sint, parte secunda, quæst. 50. pag. 366.col.1.E.et seq.
hæreticus qualiter deprehendatur ex verbis, & ex factis, com.24.p.3. pag.438.col.2. et seq.
hæretici variis modis sophisticandi verba ad suos obtegendos errores vtuntur,p.3.pag.430.et seq.col.1.A.& seq.
hæretici qui facilius & qui difficilius conuincuntur, com. 21.p.2. pag.429.col.2
hæreticorum pulchra cum rebus fœtidis & venenatis comparatio,p.3. pag.470.col.1.A.et seq.
hæreticorum dogmata nosse conuenit inquisitores, com. 31. par.2. pag.246.col.2
hæreticorum multitudine abundante quid inquisitor facere debet,com.80.p.3. pag.559.col.2
hæreticorum responsionibus fraudulentis quo modo occurrendum,p.3. pag.433.col.1.E. et seq.
hæreticorum rationes soluendæ vt conuertantur, com. 46. par.3. pag.517. col.1
hæreticorum cauilli quomodo deuitandi, com. 22. parte 3. pag. 431.col.2
hæreticorum dementia quibus modis agnoscenda, com 22. par.3. pag.432 col.1
hæreticorum vsitata malitia per protestatiõẽ errores suos tueri,com.26 p.1. pag.78.col.2
hæretici ipso iure sunt condemnati,p.2. pag.157.col.2.C.
hæreticus quo modo condemnetur tam pœnitens quàm impœnitens,p.2.q.47 pag.360.col.1.E.et seq.
hæreticus cum vbique peccet, vbique capi, iudicari & puniri potest, par.2. pag.268.col.1.A com.91.p.3. pag.569.col.1
hæreticos an quilibet propria auctoritate capere possit, & spoliare, com.36.p.3. pag.472.col.1.et seq.
hæreticorum punitio per quoscunque excommunicatos fieri potest,p.2. pag.199.col.1.E
hæretici potius in carcere curię ecclesiasticę quàm sæcularis custodiendi sunt, si inquisitores proprio carcere careant,p.3. pag.449
hæreticorum muri, carceres, claues, custodes, & custodum ministri qualiter constituenda,p.2. pag.111. col.2.B
hæreticus quando & quo modo audiatur in iudicio, par. 2. pag. 173.col.2.D
hæreticum sine vlla audientia curię sæculari relinquendum quomodo intelligendum,p.2. pag.150.col.1.B
hæretici quo mortis genere afficiendi,com.45.parte secũda. pag. 331.col.2
hæretici exhumandi & comburendi, & locus pollutus reconciliandus, com.89.p.3. pag.567.col.1
hæretici comburendi,lege euangelica,canonica,ciuili & cõsuetudinaria,par.2. pag.149.col.2.A.B & pag. 170.col.2.D.E
hæretici comburendi per legem Frederici, com. 65. par. 2. pag. 331.col.2
hæretici omni dominio priuantur, com. 165. parte tertia. pag. 674. col.1
hæretici banniti & dissidati,com.165.p.3. pag.674.col.1
hæretici sunt infames, vide, Infames, & Infamia.
hæretici quando cœperint iuris infamia notari, com.4.p.1. pag. 31. col.1
hæretici an sint ipso iure priuati beneficijs suis, com. 162. par.3. pag.666.& 667
hæretici, vel eorum fautores, & filij vsque ad secundam generationem,omnibus beneficijs et officijs priuantur,p.2. pag. 104 col.1.E
hæretici ter in anno anathematizabãtur olim,com.22.p.2. pag. 132. col.1
hæretici post mortem anathematizantur, non tamen excommunicantur, com.4.p.2. pag.89.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreticus post mortem accusari & damnari potest, par.2. pag. 195. & seq. col.1.B
hæreticos post mortem condemnari quot modis contingit, par.3. pag.571.col.1.& 2.& seq. com.92. pag.570.col.1.A
hæreticorum culpas publice legi maxime expedit, com.42. par.3. pag.499.col.2
hæreticus à sententia diffinitiua non appellat, p.2.pag.212. col.2.B. & com.31.p.3. pag.456.col.2
hæretici sepultura priuati, & quare, com.89. parte tertia. pag. 566.col.2
hæreticos sepultura priuari quid sit, p.2. pag.195.col.2.D
hæreticorum mortuorum cadauera exhumanda, & comburenda, p.3.com.92. pag.574.col.1
hæreticos scienter in loco sacro sepelientes, ab inquisitoribus coercendi, p.3.q.40. pag.566.col.2.A & late com.89. p.3. pag.566.& seq.
hæretici contra hæreticum admittitur testimonium, par.3. q.69. pag.607.col.1.A.B & com.118.p.3. pag.612
hæreticorum nomina delenda è libris catholicorum, com.4. par.2. pag.95.col.2
hæreticorum imagines honorifice non pingendæ, com.4.p.2. pag. 95.col.2
hæreticorum memoriam damnare omni tempore, etiam post quadraginta annos inquisitores possunt, com.92. par.3. pag. 571.col.2
hæretici aut suspecti non debent esse in familia, aut consilio potentum, com.4.p.3. pag.395.col.1
hæreticorum domus, vel vbi conuenticula habuere, vel vbi habitarunt, diruendæ, p.3.com.90.pag.574.col.2.et seq.
hæretici & ceteri ab ecclesia precisi velut extranei habendi sunt, nisi conuertantur, p.2. pag.146.col.2.A
hæreticis interdictus omnis actus legitimus, parte secunda. pag. 142.col.1.E
hæreticis nihil nec in vita, nec in morte est conferendum, par.2. pag.146.col.2.C.D
hæreticis quibuscunque nihil relinquendum, com.5. par.2. pag. 96.col.1
hæreticorum filijs etiam catholicis nihil relinquendum, p.2. pag. 140.col.2.A
hæretici non sunt ab aliquo in hospitio recipiendi, p.2.q.12. pag. 270.col.2.D
hæreticis non sunt largiendæ eleemosynæ, par.2. quæst.12. pag. 270.col.2.D
hæretico fame pereunti cibus dari potest, quia conuerti potest, par.2. pag.146.col.2.C.D
hæreticis in quibus sit defensio denegata, & in quibus concessa, p.2. pag.153.col.2.A.B
hæreticus pœnitens, vel relapsus si præsens sit, eo foro ecclesiastico ejicitur iudice sæculari præsente, par.3.q.101. pag. 647.col.2.E
hæretici pœnitentes non relapsi, ad abiurationem admittuntur, p.3.q.91. pag.640.col.1.C
hæretici pœnitentes & non relapsi, abiurata hæresi, in perpetuum carcerem detrudendi, par.3. pag.503.col.1.E & q.93. pag.641.col.2.A
hæretico pœnitenti præter carceris pœnam salutaris pœnitentia imponi debet, p.3.q.95. pag.642.col.1.E
hæreticus vbique capi, & puniri potest, com.91. parte 3. pag. 569.col.2
hæretici pœnitentes post sententiã perdunt bona nisi ex gratia illis reddantur, p.3.q.109. pag.654.col.1.E
hæretici impœnitentes traduntur curiæ sæculari, parte 3. quæst.98. pag.646.col.1.E
hæreticus perseuerans æternaliter damnatur, nec ei prodest baptismus, eleemosyna, vel martyrium, parte secunda. pag. 85.col.1
hæretici negatiui, vt impœnitentes condemnandi sunt, p.2. q.34.pag.322.col.2.A. & com.48.p.3.pag.584.c.2
hæretici pertinaces antequam tradantur curiæ sæculari admonendi sunt, & per scripturam sacram conuincendi & conuertendi, com.46.par.3. pag.516.col.1.E. & seq.
hæreticus occultus non tenetur restituere bona fisco, in conscientia, com.158.p.3. pag.656.col.1
hæreticus post abiurationem præstitam absoluendus est ab excommunicatione.p.3. pag.497.col.1.B
hæreticum redeuntem, & abiurantem absoluere potest episcopus & inquisitor, p.3.q.92. pag.640.col.2.D.E
hæreticum reconciliare plene, an inferior Pontifice possit, par.2. pag.181.col.1.C
hæretico non est soluendum quod ei prius erat sub pœna, aut iuramento promissum,p.2. pag.166.col.2.A
hæreticorum subditi absoluti sunt à debito fidelitatis,par.3. q.119. pag.675.col.2.C.D
hæreticorum redeuntium differentia,p.3 pag.507.col.1.D
hæreticis redeuntibus sero, minus est fidendum, parte 3. pag. 507.& seq.col.1.E
hæreticis redeuntibus possunt inquisitores bona sua condonare, com.9.p.2. pag.59.col.1.A
hæreticis vel eorum fautoribus credentibus, ac receptatoribus sponte venientibus, tempus gratiæ assignant inquisitores, p.3. pag.409.col.2.& seq.
hæreticorum conuersio ne sit ficta prouidendum, parte 3. pag. 503.col.2.A
hæreticorum receptatores qui sint, & qualiter puniendi, par.2.q.51. pag.368.col.2.D. & seq. & com.76.par.2. pag.369.col.2
hæreticorum defensores quotuplices sint, & qua ratione puniendi par.2.q.52. pag.370.col.2.A & com.77.p.2. pag.370.col.2.D
hæreticorum credentes sunt in duplici genere, & quidam sunt hæretici, & quidam suspecti tantum, par.2.q.50. pag. 366.col.1.C.& col.2.B.C & com.75. par.2. ibid.E
hæreticorum fautores qui censeantur & qua ratione puniendi,par.2.q.53. pag.371.col 2.C. & seq. & com.78.p.2. pag 372.col.1
hæreticorum fautores censentur Magistratus nolentes obedire inquisitoribus, & eis præstare debitum iuramentum,par.2. pag.372.col.2.A.B.et seq.
hæretici receptatores, &c. excommunicati sunt; & ita decedentes, nec eos sepelire, nec pro eis orare licet, par.2. pag.105.col.1.A. & pag.135.col.2.C.D
hæreticis aut credentibus, & ceteris similibus non sunt administrationes committendæ,com.4.p.3. pag.394.c.2
hæreticos citatos instruens, vt veritatem subticeant & dicant falsitatem, suspectus vehementer censetur, par.2. q.56. pag.381.col.1.B
hæreticos visitans, vel deducens post abiuratam hæresim, vt hæreticus relapsus censetur, parte secunda.quæst.58. pag. 386.col.1.C
hæreticos visitans, deducens, receptans scienter, suspectus vehementer est,p.2.q.56. pag.381.col.2.A
Hermanus Italus hæreticus, p.3.com.92. pag.572 col.1
Hermogeniani hæretici qui,p.2.q.6. pag.244.col.2.A & com.31, p.2. pag.250.col.1
Herodianorum errores,p.2.q.5. pag.242.col.2.D.et seq.

historia ad intelligendam decretalem damnamus, par.1. com.1. pag.5.col.1.A
historiæ quando probent,p.2. pag.174.col.2.C
homo ab initio bonus creatus, p.1. pag.19.col.2.E
homines religiosi qui statum pœnitentiæ profitebantur, quo dammodo ecclesiastici habiti, com.146. parte tertia. pag. 644.col 2
Honorij litteræ declarantes Abbatem Ioachinum virum catholicum, & eius obseruantiam salutarem, parte prima. com.1. pag.6.col.1.B
Honorij iiij. litteræ, quibus condemnatur secta pseudoapostolorum,p.2.q.12. pag.270.col.1.E.& seq.
Hugo de Fenolete, seu Fenouello episcopus Valetinus, p.2. q.11. pag.266.col.1.D
Hydroparastatæ hæretici qui, com.62.p.2.pag.272.c.2.A
hyrom vtię libri damnati,p.2.q.29. pag.317.col.2.A
hypostasis quid apud Græcos, p.1. pag.12.col.1.E
hypostasis quale nomen, p.1. pag.25.col.1.D.E

I

Iacobus Rex Aragoniæ catholicæ fidei defensor acerrimus, p.2.q.11. pag.266.col.1.A
Iacobus Iusti hæreticus, Valetiæ abiuratis prius hæresibus, fuit immuratus,p.1.q.11. pag.266.col.1.C.& D com.36.p.2. pag.268.col.1.E
ignis est hæreticorum pœna,p.2. pag.149.col.2.D & pag. 170.col.2.E
ignorantia cuiuslorum errorum mater,p.1. pag.23.col.2.B
ignorantia quando excusat aliquem, ne videatur credens hæreticorum,com.75.p.2. pag.377.col.2
ignorantia eorum quæ ad fidem pertinent, an & quando excuset ab hæresi, multis regulis copiose explicatum.com. 22.p.1. pag.63.col.2.A
ignorantia circa articulos fidei non excusat ab hæresi, com. 22.par.1. pag.63.col.2.A
ignorantia quando excusat rudes in fide, com.21. parte 1. pag. 61.col.2
ignorantia inuincibilis ab hæresi excusat, & quæ dicatur, com.22.p.1. pag.64.col.2. & pag.65.col.1
ignorantia affectata non excusat ab hæresi, com.22.par.1. pag. 63.col.2
ignorantia crassa & supinæ errantes non excusantur ab hæresi, & qualiter intelligatur,com.22.p.1. pag.63.col.2
ignorantia probabilis ab hæresi excusat, com.22. parte 1. pag. 65.col.1
ignorantia falsitatis instrumenti, vel dicti testis non allegatur, par.2. pag.168.col.1.A
ignorantia circa articulos fidei non excusat, com.1. par.2. 87.col.2 pag.
ignorantes & coacti virtute sacramentorum quando reciant gratiam.p.2. pag.146.col.1.B
illustres viri qualiter à carceribus relaxandi, com.139. par.3. pag.639.col.2
imago seu statua absentis quando producenda, com.49.p.3. pag. 533.col.2
imago seu statua damnati post mortem producenda in publicum brachio sæculari tradenda, & comburenda, par.3. com.92. pag.574.col.1
imagines seu statuas hæreticorum comburendi ritus in tribunali inquisitionis quando cœperit, com.49. parte 3. pag. 534.col.1
imagines hæreticorum ad honorem non pingendæ, sed ad dedecus, com.4.p.2. pag.95.col.2
immensus Deus cur dicatur, par.1. & pag. pag.8.col.1.B 16.col.1.E
immunitas omnis cessat quo ad crimen hæresis, com.77. par.3. pag.557.col.2
immunis ab hæresis accusatione & absoluendus quãdo quis censeatur.p.3. pag.474.col.1.B.C
immunis & insons quis in sententia absolutoria non est pronunciandus, & quare,p.3. pag.475.col.2.D.E
sed hoc quandoque fallit,com.37.p.3. pag.474
immunes ab hæresis nota vno tempore, alio non excusantur, par.1.q.7. pag 63.col.1.A
immurandi hæretici, qui sint.com 46.p.3. pag.517.col.1
immurandi sunt qui grauiter contra fidem delinquunt,com. 46.p.3. pag.517.col.2
immurandus clericus prius verbaliter est degradandus, com.46.p.3. pag.518.col.1
impeditores directe vel indirecte officij inquisitionis qui nam dicantur, p.2.q.54. pag.374.col.2.D.E
impedire directe, & indirecte, quid,com.79.parte secũda. pag. 375.col.2
impedientes directe officium inquisitionis excommunicati sunt, sed non hæretici,p.2.q.54. pag.372.col.1.B.C
impeditores sacri officij inquisitionis qualem hæresis suspicionem contrahant, p.2.q.56.pag.380.col.2.C.& seq. com.60. pag.325.col.1 & com.81. pag.382.col.1.par.2
impeditores sacri officij inquisitionis puniẽdi sunt velut hæreticorum fautores, par.2.q.54. pag.375.col.1.D.E com.16.p.2. pag.369.col.2
impedientes officium inquisitionis, vel alicui hæretico fauẽtes, de quibus interrogandi, com. 79. parte secunda. pag. 376.col.2
impedientes officium inquisitionis coercendi ab inquisitoribus, & cur, par.3. quæst.36. pag.563.col.1.A & q.45. pag.576.col.1.E. com.79.pag.375.col.2 com.79. pag.376.col.2
impedientes officium inquisitionis quas pœnas incurrant, par.3.q.123. pag.681.& seq.col.1.D. & q.124.pag.682.col.2.B.& com.79.p.2.pag.376.c.1
impensæ de bonis reorum qui capiuntur, fiant, com. 133. par.3. pag.650.col.2
impœnitentes & pertinaces hæretici qui sint dicendi, par.2. q.40. pag.331.col.1 D.E
impœnitentibus de hæreticis, qui scripserint, com. 65. p.2. pag. 331.col.2
impœnitens hæreticus quomodo condemnetur, par.2. q.47. pag. 360.col.1.E
impœnitentes non sunt statim brachio sæculari tradendi, sed adhibenda maxima cura ad eos conuertendos, par.3. pag. 516.col.1.E. & seq. com.42. par.3. pag.499.col.2
impœnitens non relapsus vsque ad sententiã admitti potest, deinde abiurans perpetuo est immurandus, & si est in sacris, degradandus,p.3. pag.515.col.1.B.C.& seq.
impœnitens non relapsus si postquam est traditus brachio sæculari dicat se velle pœnitere, & hæreses abiurare. an sit recipiendus, par.3. pag.516.col.1.A.B. & seq. & com.36.par.2. pag.268.col.1
implicite credenda quæ,par.1.q.7. pag.63.col.1.D
impressores & bibliopolæ ad quid obligẽtur ex decreto synodi Salysburgensis,com.17.p.2. pag.119.col.1
impressores librorum damnatorum qualiter puniendi,com. 17.par.2. pag.119.col.1
impressoriæ artis incõmoda,com.17.p.2. pag.119.col.1
impuberes & senes terreri possunt, & leniter torqueri, com.39.p.3. pag.483.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

impunitatis cautela, an sit promittenda reo, vt veritatem fateatur, com.23.par.3. pag.436.col.2
impunitas relapsis non est promittenda, com.23. parte 3. pag. 437.col.1
impunitas promissa reo, an sit seruanda, com.23. parte 3. pag. 437.col.2
impunitas ab inquisitoribus promissa, in quibus pœnis seruanda sit, com.23.p.3. pag.437.col.2
inanimatæ res quandoque puniuntur,p.2. pag.196.c.1.D.E
incarnationis mysterium fidem Trinitatis includit.p.1.q.6. pag. 62.col.1.E
incarnationis Christi notitia ante peccatum qualis fuerit, par.1.q.5. pag.62.col.1.A
Incarnationis mysterium semper oportuit creditum esse, par.1.q.5. pag.62.col.1.A
Incarnatus Christus cur in Maria Virgine, parte prima. pag. 25.col.1.C
Incarnatus filius Dei cur eo tempore fuerit, parte prima. pag. 24.col.2.E.*& seq.*
incestus cum quibus committatur,& incestuosi Deo abominabiles,p.2. pag.213.col.2.A
incidentia, dependentia,& connexa quæ dicantur, com.9. par.3. pag.403.col.2
incomprehensibilis Deus & cur,p.1. pag.11.col.1.C
indicia & suspiciones ex quibus casibus oriantur,com.110. par.3. pag.598.col.1
indicia, quæ leuia, quę grauia, & quę violenta, com.110. par.3. pag.596.col.2
indicijs an crimina probentur,p.2. pag.165 col.1.A.B *& pag.* 202.col.1.B
indicia quando probent, p.2. pag.195.col.2.A
indicium an faciat dictum sacerdotis reuelantis confessionẽ, com.25.p.2. pag.228.col 2
indicia quibus hæretici variarum sectarum cognoscuntur, par.3. pag.433.col.2.C.D.*& seq.*
indicia quinque ad cognoscendos hæreticorum fautores, com.78.p.2. pag.373.col.2.*& seq.*
indicia quæ faciunt hominem de hæresi vehementer suspectum, com.81.p.2. pag.393.col.2
indiciorum exemplum reo dandum, & dilatio concedenda, com.110.p.3. pag.599.col.2
indicia plura vehementia sufficiunt ad torturam,p.3.q.61. pag.592.col.2.A. *com.110.p.3.* pag.596.col.2
indicia præcedant torturam, quę probata esse debent & legitima,com.110.p.3. pag.593.col.2
indulgentiæ crucesignatis concessæ,p.2. pag.102.col.1.C
indulgentiam plenariam omnium peccatorum consequuntur inquisitores in vita & in morte,& quoties in vita, p.2. pag.131.col.1.*&* 2. *& p.3.q.130.pag.686.col.1.A com.179.p.3.* pag.686.col.2
indulgentias concedere potest inquisitor, p.3. pag.427. col.1.B C. *com.176.p.3.* pag.684.col.1
indulgentiæ concedi debent ab inquisitoribus, omnibus existentibus præsentibus abiurationi reorum,p 3.pag.487. col.1.E.*& seq.& pag.484.c.1.D.et pag.498.c.1.C.D*
indulgentiæ,quas consequuntur hæreticos persequẽtes,p.2. pag.161.c.1.A. *com.12.p.3.* pag.410.col.2.E
indulgentiam trium annorum qui consequantur, com.177. p.3. pag.684.col.2. *& com.168. eadem pag.& c.*
infamia grauis hæresis, quæ dicatur, & quomodo agnoscatur,com.38.p.3. pag.480.col.1
infamię multi effectus,com.4.p.1. pag.30.col.2
infamia est hæreticorum pœna, & quali notentur, & quando cœperint tali pœna infamiæ notari, com.4. parte 1. pag. 30.col.1. *& pag.31.col.1*
infames sunt hæretici ipso iure ante sententiam à iudice latam, com.4.p.1. pag.30.col.2
infamia à quibus oriri debeat, vt reus pœna ordinaria plectatur,com.82.p.2. pag.384.col.2
infamia de hæresi oritur contra aliquem, ex eo quod in locis suspectis sit versatus,com.82 p.2. pag.385.col.1
infamia vbi requiritur non sufficit rumor,p.2. pag.197.c.1
infamia de hæresi, vbi per duos testes integros fuerit probata, pœna criminis ordinaria imponitur, com.82. par.2. pag. 384.col.2
infamiam hæreticis remittere non possunt inquisitores, com. 4.par.1. pag. 30. col.1
infamia cum indicijs vehementibus vno vel pluribus sufficiens est ad torturam,p.3.q.61. pag.592.col.1.D.E *& 598.col.1.* com.110.par.3.
infamia cum vno teste de scientia est sufficiens ad torturam, par.3.q.61. pag.592.col.1.C. *&* pag.592.col.1.E *& com.110. par.3.*
infames efficiuntur Magistratus nolentes obedire inquisitoribus, & eis præstare debitum iuramentum, parte 3. pag. 401. *& seq.*col.1.C.D.*& seq.*
infames recipiuntur in testes in causa fidei, p.3. quæst. 66. pag.606.col.2.B.C. *& com.115.& seq.par.3.*
infamare non potest quispiam se ipsum de crimine hæresis sine grauissima nota mortalis culpę,cõ.48.pag.527.c.2.A
infamatus de hæresi ob familiaritatem cum his quos hæreticos esse cognouit,p.2.q.56. pag.381.col.2.A
infamato in pluribus locis,in illis satisfacere debet,com.38. par.3. pag.477.col.1
infans sine baptisma decedens diuina visione priuatur, p.2. pag.38.col.1.D. *& com.11.p.1.* pag.39.col.1
infidelis est qui nõ habet certitudinẽ fidei,p.2.pag.80.c.1.A
infideli non est credendum in præiudicium alterius, par.2. pag. 80.col.1.A
infideles siue baptizati, siue non, regulariter testes esse non possunt.p.2.pag.143.col.2. & pag.166.col.2.B
infidelibus qua ratione quandoque ab Ecclesia bellum inferatur,p.2.q.46. pag.354.col.1.B.C
infidelibus quibuscunque non est permittenda lectio librorũ prohibitorum,com.3.par.2. pag.94.col.2
infideles ratione delicti efficiũtur de foro ecclesię,p.2.q 46. pag. 353.col.1.D.E
infirmitas propter quam inquisitor remoueri potest, com. 61 par.3. pag.543.col.2
inhabilitari vsque ad primam lineam vel secũdam quid sit, com.164.p.3. pag.672.col.1
inhabiles ad testificandum admittuntur in crimiae hæresis, par.2. pag.202.col.1
iniuriosum verbum quid dicatur cõ.116.p.3.pag.608.c.2
iniuste damnatos hæreticos qui dicunt,eorum videntur fautores, com.78.p.2. pag.374.col.2.A
inimicitia capitatis quę sit, arbitrio iudicantis relinquitur, com.116.p.3. pag.607.col.2.E.*& seq.*
inimici capitales multum nocere possunt in hoc crimine, com.116.p.3. pag.607.col.1.E.*& seq.*
inimicitię capitales inuestigari debent p inquisitores à suis consiliarijs,et alijs pbis viris,p.3.pag.622.c.2.A.et seq.
inimicitiæ capitales vnde oriantur, & qualiter probentur, com.18.p.3. pag.448.col.2.A.B
inimicitiarum capitalium causę quæ sint, & quomodo obseruandæ,com.116.p.3.pag. 607.608.*et* 609.col.1
inimicitia capitalis causę notatæ lege Hispana, com.116. par.3. pag.607.col.2

inimici

inimici habentur qui cum inimicis capitalibus commurantur, & qui ex contraria sunt familia vel factione, com. 116.par.3. pag.609.col.2
inimicitia nascitur ex fœminarum nobis sanguine cõiunctarum honore violato,com.116.p.3. pag.608.col.2
inimici capitales in causa fidei non admittuntur in testes, p.3. pag.446.col.2.A. *& q.67.pag.606.col.2.E com.116.p.3.* pag.607.col.1
inimici capitalis descendentes pro inimicis habẽtur,& ideo a testimonio repelluntur,com.116.p.3. pag.609.col.2
inimicitiæ non capitales non euacuant dictum testis, com. 28.p.3. pag.449.col.1
inimicitiæ graues dicta testium debilitant,sed testes non repellunt,p.3. pag.446.col.2.C.D
innocens & immunis non est pronunciãdus qui absoluitur, com.37.p.3. pag.475.col.1
innocens & immunis pronunciandus est qui absoluitur, qñ per falsos testes est delatus,com.37.p.3. pag.475.col.2
Innocentij iiij. restituta inscriptio rescripti, com.124.p.3. pag. 628.col.1
Inquisitio quid sit, & quotuplex,com.16.p.3.pag.417.c.1
inquisitio specialis quid sit,com.16.p.3. pag.417.col.2
inquisitionis dalegatæ officium quãdo cœperit,com.32.p.3. pag. 461.col.1
inquisitio diligens adhibenda in rebus magnis, parte secunda.pag. 205.col.1.E
inquisiti non debent in notitiam testium peruenire, com.29. par.3. pag.450.col.2
inquisitionis officium impedientes directe vel indirecte, quinam dicantur,p.2.q.54. pag.374.col.2.E
inquisitionis officium impediens scienter, est suspectus vehementer de hæresi, p.2.q.56. pag.380.col.2.C.D
de inquisitoribus hæreticæ prauitatis qui tractauerint,com. 50.par.3. pag.535.col.1
inquisitor prudentissimus esse debet, com.50.parte tertia. pag. 535.col.2
inquisitores quare olim fuerint constituti, com.32.par.3. pag. 461.col.1
inquisitores quadraginta annorum esse debent, & quare cũ episcopis triginta sufficiant, & sufficit eis quadragesimũ incœpisse,p.3.q.2. pag.535.col.2.C *& com.51.p.3.* pag.535.*& seq.*
inquisitor est iudex in foro exteriori, & non in interiori, ac ideo sacramentales confessiones non audiat, parte tertia. pag.410.col.1.B. *com.12.p.3.pag.*412.col.2
inquisitor theologus, & iurisperitus simul eligendus, com. 50.p.3. pag.535.col.2
inquisitores vbi duo sunt, alter theologus, iurisperitus alter eligatur,com.50.p.3. pag.535.col.1
inquisitor non est ordinarius iudex. sed Papæ delegatus, cuius personam repræsentat,etiamsi institutus sit à prælatis ordinis sui,p.3.q.3.& q.4. pag.576.col.1.D.E *& com.53.p.3.pag.*537.c.1.*& cõ.79.p.3.pag.*559.c.1. *& p.3.q.6.* pag.539.col.2.A. *& seq.*
inquisitores iudices delegati sunt ad vniuersitatem personarum, com.53.p.3. pag.537.col.1
inquisitores, in causa hæresis animaduertendi in hæreticos substituuntur in locum episcoporum, com. 50.parte 3. pag. 535.col.2
inquisitores eligendi potestas cur tributa prælatis ordinũ, com.52.p.3. pag.536.col.2
& quibus rescriptis, ibidem.
*inquisitores subduntur prælatis ordinis in concernentibus officiũ inquisitionis,p.3.q.12.pag.*542.col.2.B.C.*et seq.*
*inquisitores & episcopi quæ scire de fide teneantur, par.1. q.12.pag.75.col.1.E. & com.21.p.1.pag.*61.col.1
inquisitores explicitam fidei notitiam habere debent, com. 21.p.1. pag.61.col.1.E
inquisitori vnde sit in suis sumptibus & ministrorum salarijs subueniendum,& si illi stipendia necessaria desunt, ab inquisitis quatenus præbere possit, par.3. quæst.104. pag.650.col.1.A.B. *& com.157.p.3.pag.*653.col.1 *& com.153.p.3.* pag.650.col.1
inquisitores & eorum res ab omnibus oneribus sunt immunes, & ab omnibus debent protegi, & immunes seruari vbique, par.3. pag.492 col.2.D.E *& com.1.par.3.* pag.392.col.1.*&* 2.E
inquisitor antequam suum officium exequatur, prælatos locorum adire debet, & quot diebus spectare episcopum debeat, par.3.quæst.49. pag.390.col.1.A.B *& pag.* 391.col.2.B.C
inquisitor familiam armatam habere potest, par. 3.q. 56. pag. 583.col.2.E
inquisitor requirere debet episcopum, & è contra, quando simul conuenire nolunt,p.3.q.49. pag.580.col.1.C.D
inquisitor maior est episcopo potestate ordinaria procedẽte, & in causa fidei cur maior,p.3.q.5. pag.537.col.2.E *com.54.p.3.* pag.538.col.2
inquisitor & eius pares sunt, cum ambo potestate delegata procedunt, & quando pares, & quando non, par.3.q.5. pag.537.col.2.D.*& com.54.p.3.* pag.538.col.1
inquisitor sine episcopo,& episcopus sine inquisitore procedere possunt,& quando diuisim procedere dicantur,p.2. pag.106.col.2. par.3.q.52.pag.581.col.2.C *& com.90.p.3.* pag.577.col.2
inquisitor per se sine episcopo quę præstare possit,& quæ nõ, & è contra,par.2. pag.112.col.1.C.D *& par.3.q.47.* pag.577.col.1.E.*& seq.* *& q.48.& 49.* pag.578.col.1.*& seq.*
inquisitor & episcopus studeant vt conformes sint, & si discordes fuerint, superiorem consulant,com.99.par.3. pag. 580.col.2
inquisitor rationem episcopo reddere non tenetur de acceptis gratia expensarum,p.3.q.105. pag.651.col.2.B.C *& com.154.p.3.* pag.651.col.2
inquisitor & episcopus possunt sibi mutuo vices suas committere in his quæ neuter per se potest,par.3.quæst.49. pag. 580.col.1.B.C
inquisitor cum episcopo statuta contra hæreticos edita interpretari potest,& solus etiam inquisitor per se,par.3. q.85. pag.634.col.2.D.*& q.86.* eadem pag.col.2
inquisitores & eorum commissarij libros damnatos legere possunt,non episcopi,com.3.p.2. pag.91.col.2
inquisitor & episcopus tenentur ad secretum quod alijs indicunt, sed non possunt se mutuo excommunicare ob illius reuelationem, par.3.q.82. et com.130.pag.633. col.1.B. *& par.3.q.81.* pag.633.col.1.C.*et seq.*
inquisitores duo simul et separatim procedere possunt, et quare, com.95.p.3. pag.577.col.1
inquisitores proprijs impensis in hæreticos inquirant, com. 153.p.3. pag.651.col.1
inquisitores damnare hæreses qualiter intelligendum, com. 36.par.2. pag.267.col.2
inquisitor non potest procedere cõtra Papam deprehensum in hæresi,par.3.q.25. pag.554.col.2.C
inquisitores non possunt procedere contra officiales et nuntios sedis Apostolicæ sine licentia Papæ, parte secũda. pag. 125.col.2.C.*et seq.*

inquisi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inquisitor sine speciali mandato Papę non inquirit contra episcopum in causa hæresis, sed si culpabiles fuerint, nuntiat Papę. Et quibus casibus in eos procedere, & quid contra eos possint, p.2.pag.109.col.2.C.D. & com.76. par.3. pag.556.col.1.& 2
Inquisitores non possunt procedere contra episcopos & prælatos alios, superiores hæreticos, seu de hæresi suspectos, p.3.q.27. pag.555.col.2.D.& seq.
Inquisitor contra inquisitorē procedere nō potest, p.3.q.30. pag.558.col.2.B.C.& com.80.p.3. pag.559.col.2
Inquisitores cōtra officiales vel nuntios Papę procedere nō possunt.par.3.q.26. pag.555.col.1.& seq.
Inquisitor non potest absque episcopo aliquem definitiue de hæresi condemnare, torquere, vel pena carceris punire, et an solus pronuntiet clericum hæreticum degradandum, p.3 pag.286.col.2.C.& com.45.p.3. pag.513.col.2
Inquisitor solus, aut episcopus solus canonicam purgationem non indicat, com.97.p.3. pag.507.col.2
Inquisitores non possunt famæ restituere, com. 4. par.1. pag. 30.col.1
Inquisitores multis modis procedere possunt contra absentes, com.91.par.3.q.42. pag.568.col.1.& 2
Inquisitores de quæstionibus vsurarum se non intromittant, par.2. pag.106.col.1.C
Inquisitores ad libitum sibi socios assumere non possunt, sed prælati eis congruentes & gratos assignare debent, p.3. q.20. pag.551.col.1.C
Inquisitores non se intromittant de diuinationibus vel sortilegijs non sapientibus hæresim manifestam, par.2. pag. 111.col.1.D.E.& pag.134.col.1.C.& pag.2.quæst.42. pag. 336.col.1.E.& seq.
Inquisitor quando possit cognoscere an sortilegia spectent ad suam iurisdictionem, com.67.par.2. pag.337.col.2
Inquisitores ob delictum clericorum bona ecclesiarum non proscribant, p.2. pag.175.col.2.C
Inquisitores contra quos generaliter ex officio suo procedāt, pag.3.q.45. pag.576.col.1.C
Inquisitor aduersus quoslibet laicos procedere potest, & quando contra illos procedere non debeat, com.80.par.3. pag. 559.col.2.& seq.
Inquisitores & si contra reges procedere possint, tutius tamen erit, vt prius informentur Papam, parte 3.quæst.31. pag. 559.col.2.C.D
Inquisitores possunt contra exemptos etiam religiosos & sacerdotes procedere, parte 3.quæst. 28. & quæst. 29. pag. 557.col.1.B
Inquisitores aduersus suspectos etiam procedunt, com. 12. par.2. pag.103.col.1
Inquisitores coercent disputantes de fide ob malum finem, com.6.par.1. pag.33.col.1
Inquisitores procedunt contra Blasphemos, Sortilegos, Necromanticos, p.3.q.44. pag.576.col.1 A
Inquisitores procedunt contra renuentes iurare in causa fidei, par.3.q.41. pag.567.col.2.E
Inquisitores procedere possunt contra impeditores sacri officij, & cur, com.79.p.2. pag.375.c.2.& pag.102.col.1
Inquisitores procedunt etiam contra mortuos, par.3.q.43. pag.570.col.1.A.com.92.p.3. pag.570.col.1.& 2
Inquisitores procedunt contra sepelientes scienter hæreticos in loco sacro, par.3.quæst.40. pag.566.col.2.A
com.89.p.3.col.2. eadem pag.
Inquisitores procedunt contra aduocatos, notarios & omnes alios patrocinantes hæreticis, p.3.quæst.39.com.88. pag. 565.col.2.B
Inquisitores cognoscunt de crimine iterantium baptismum, com.13.p.1. pag.40.col.1.E
Inquisitor procedit contra delatos domicilium transferentes à terris suę iurisdictionis, & cur, p.3.q.42.pag.568.col. 1.E.com.33.p.3. pag.464.col.2
Inquisitores in quibus Iudęos delinquentes punire possint p. 2.q.46. pag.353.col.1.B.C
Inquisitores punire possunt Iudęos præbentes Christianis auxilium, consilium, vel fauorem, velut hæreticorum fautores, p.2.q.44. pag.348.col.2.B.C
Inquisitores cognoscere debent de Iudęis & infidelibus innocantibus dæmones, par. secunda, quæst.46. pag.357. col.2.B & seq.
Inquisitores procedere possunt contra quæstuarios prædicantes, p.3.q.37.& com.86.p.3. pag.564.col.2.C
Inquisitores iubere possunt religiosis, vt ex singulis religionibus aliqui sermoni Iuo præsentes adsint, parte tertia. pag. 408.col.1.D.E
Inquisitores ad Romanam curiam ire possunt cum socio sine prælatorum ordinis licentia, par.3.quæst.20. pag.551. col.2.C. & seq.
Inquisitores priuati non tenentur ad Romanam curiam personaliter accedere, com.32.p.3. pag.460.col.2.C
Inquisitores per alios possunt pronunciare sententias, com. 40.p.3. pag.492.col.1
Inquisitor fidem faciat domino temporali de sua institutione, & ab eo litteras fauorabiles impetret, parte 3. pag. 390.col.1.B.C
Inquisitor litteras obtentas à dominis temporalibus ostendere debet ministris & officialibus eorum, parte 3. pag. 391.col.1.& 2
Inquisitor ab officialibus & primatibus locorum iuramentum requirere debet de parendo sibi, & illos nolentes illud prestare, monere sub pœna excommunicationis, & alijs, par.3.pag.391.col.1.E.q.32.pag.560.col.2.A.B & com.4.p.3. pag.394.col.2
Inquisitorum cura circa testes, com.124.p.3.pag.629.col.1
Inquisitores nunc proprios habent carceres & ministros, com.158.p.3. pag.660.col.2
Inquisitores delinquentes à quo puniendi, com.61. parte 3. pag. 545.col.1
Inquisitores citari possunt ad Romanam curiam, com. 61. par.3. pag.545.col.2
Inquisitores caute sunt puniēdi, com.61.p.3. pag.545.col.2
Inquisitor quando possit procedere contra peccatores, com. 1.p.2. pag.84.col.1
Inquisitor procedere potest contra omnes qui non reperiuntur excepti, com.94.p.3. pag.576.col.2
Inquisitor potest testes euocare extra suam diœcesim, com. 123.p.3. pag.626.col.2
Inquisitores priuati non decernunt vt falsidicus testis tradatur curię sæculari, com.122.p.3. pag.625.col.1
Inquisitores cui teneantur reddere rationē, com.158.par.3. pag. 658.col.2
Inquisitores cogere possunt Rectores ciuitatum ad iurandum de defendenda ecclesia contra hæreticos, par.3.quæst.32. pag. 560.col.1.E.& seq.
Inquisitor contra magistratus obstinatos procedat ad grauiora, excommunicando etiam participantes cum eis, p. 3. pag.399.col.2.C & seq.
Inquisitores priuati non sint faciles in puniendis magistratibus delinquentibus circa fidem, et quare, com.78.p.2. pag. 373.col.2
Inquisitores ciuitatum inobedientiam, & contumaciam in non

parendo eorum mandatis, Papę exponant, parte 3. pag.403. & seq.col.2.A.B
Inquisitor priuare potest Magistratus inobedientes & perseuerantes in inobedientia omnibus officijs & beneficijs habitis & habendis, p.3. pag.401.col.1.D.E
Inquisitores habent facultatem ponendi ciuitates, & loca interdicto ecclesiastico par.3. pag.399.& 400.
Inquisitores præcipere possunt subditis ne obediant suis superioribus, & dominis inobedientibus mandatis ipsorum, par.3. pag.403.col.1.E
Inquisitoris arbitrio iniūgitur penitentia publica Magistratibus ab inobedientia resipiscentibus, parte 3. pag. 397. col.2.A
Inquisitor curet vt Magistratus ad eius obedientiam redeuntes, vbi absoluti fuerint, pronuntientur per ecclesias absoluti, par.3. pag.397.& seq.col.2.A
Inquisitores relaxare debent interdictum ecclesiasticum quā primum Magistratus ad obedientiam redierint & absoluti fuerint, par.3. pag.399.et seq.col.2.B
Inquisitores possunt cogere Magistratus, vt reuocent statuta impedientia officium Inquisitionis, parte 3. quæst. 34. pag. 561.col.2.A
Inquisitores absque incursu excommunicationis requirere possunt dominos temporales excommunicatos ad præstādum eis auxilium, par.3.q.22. pag.552.col.2.E
Inquisitores quoties oportuerit brachium seculare inuocant, par.3.q.57. pag.585.col.1.B.C
Inquisitores brachium sæculare inuocare, et Magistratus, ut illud sibi præstent compellere possunt, com.106. par.3. pag. 585 col.1
Inquisitor compellere potest iudices laicos vt mandent executioni sententiam à se latam, & contra impedientes eius officium procedere, com.85.parte 3. pag.608. col.2. & pag.564.col.2
Inquisitor specialis, an possit compellere alios Inquisitores ad exhibendum sibi omnes processus & scripturas, per illos, aliàs contra reum factas, com.95.parte tertia. pag. 577.col.1
Inquisitores quando, & quibus casibus ad capturam delatorum procedant, p.3. pag.418.col.2.D
Inquisitores, an procedant contra eum cui datus est inquisitor specialis, com.95.p.3. pag.577.col.1
Inquisitores, an possint accipere xenia, com.153. parte 3. pag. 651.col.1.C
Inquisitor solus, an possit priuare clericos vel priuatos nuntiare ecclesiasticis beneficijs & secularibus, absque episcopi consilio, par.2.pag.208.col.2.C.com.162.parte 3. pag. 666.col.2
Inquisitor indicat, & habeat sermonem generalem in principio sui officij, & potest conuocare populum, & sermone absoluto, quid facere debeat, par.3.pag.407.col.2.E.& seq.com.12.p.3. pag.410.col.2
Inquisitores admonere debent populum, & per edictum sub excommunicationis pœna eidem iubere, vt reuelet hæreticos, & eorum fautores, parte tertia. pag.408. & & seq.col.1.E. & seq.& com.12.parte 3. pag. 410.col.2
Inquisitores qua ratione testes examinare debeant, parte 2. pag. 107.col.1.D
Inquisitores possunt cogere clericos & religiosos, & personas idoneas ad exequendum Tabellionatus officium, par.3.q.19.pag.550.col.2.E.& seq.& com.68.par.3. eadem. pag.550
Inquisitores quo scribendi modo vtantur, com.2. parte 3. pag. 393.col.1
Inquisitor conuocet officiales locorum ad comparendum certo die coram se, p.3. pag.392.col.2.D.E
Inquisitores non poterant olim notarios sibi creare, hodie secus, com.20. parte 3.pag.426.col.2.com.67.par.3. pag. 550.col.1
Inquisitor quelibet instrumenta ad inquisitionem spectantia sibi iubet assignari, com.88.p.3. pag.565.col.2
Inquisitores & episcopi publicando, vel occultando nomina testium contra ius, quam pœnam incurrant, par.3.q.76. pag. 629.col.1.D
Inquisitores quid debent admonere testes in causa hæresis testificantes, com.17.p.3. pag.419.col.1
Inquisitor super crimine hæresis, & id contingentibus testes recipere potest, & illos compellere vt coram eo compareant, parte 3.q.62.pag.599.col.2.E.com.23 parte 3. pag. 436.col.1
Inquisitor testem potest punire & torquere pro veritate habenda contra tertium, secus si contra testem nouam formet instantiam, par.3.q.73. pag.622.col.1.E & plene com.122.col.1. pag 623.col.1.& seq.
Inquisitores procedunt in crimine hæresis simpliciter, & de plano, p.2. pag.111.col.1.A.B. com.32.par.3.pag 460. col.2 & com.103.p 3. pag.582.col.2
Inquisitor terminum statuit citatis vt veniant ad respondendum de fide, com.72.p 2. pag 362.col.1
Inquisitores citare & trahere de diœcesi ad diœcesim testes, & delatos possunt, p.3 q.74. pag.626.col.2.A
Inquisitores olim reos non torquebant, com. 110. parte 3. pag. 592.col.2
Inquisitor potest testes tormentis subijcere, & falsos testes extraordinarie punire, vel aliàs in suo tribunali delinquētes, p.3.q.73.pag.622.col.1.E.& seq & com. 122.p.3. pag.. 623.col.1
Inquisitores quam practicam seruare debeant in torquendis reis, p.3. pag.481.col.1.C & seq.
Inquisitores, quid agere debeant post confessionem factam in tormentis, p.3. pag.481.col.2.C.D
Inquisitores cautelis vti possunt in torquendis reis, parte 3. pag. 481.col.2.B
Inquisitores cauti & perspicaces esse debent in dignoscendis hæreticorum fallacijs, p.1.q.12. pag.76.col.1.B
Inquisitor qualiter se gerere debeant cum reis negatiuis, et qua vti debeant diligēcia ad indagandam veritatem, p.3. pag.521.col.2.D & seq.
Inquisitores post impunitatem promissam, non debent gratiā facere, si post longum tempus à reis vi tormentorum veritatem extorqueant, com.23.p.3. pag.436.col.2
Inquisitor debet esse multum circumspectus in formatione articulorum, p.3. pag.425.col.2.A
Inquisitor ne cum reis loquatur nisi de negotijs ipsorum, cō. 108.p.3. pag.588.col.2
Inquisitoris quales partes in examinandis hæreticis, com.21. par.3. pag.429.col.1
Inquisitor duas religiosas personas adhibere debet in examinibus faciendis, p.3.q.63. pag.602.col.1.B.C
Inquisitor quid facere debeat abundante hæreticorum multitudine, com.80.p.3. pag.560.col.1
Inquisitor qua ratione se gerere debeat in recipiendo plurium reorum denunciationes, parte tertia. pag.413. & seq. col.1.E
Inquisitores qua ratione procedere debeant contra reos fugitiuos, & qua ratione contra absentes, p.3.com.33. pag. 461.col.2.C & seq.

inqui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquisitores non facile pronuntient aliquem vehementer de hæresi suspectum, com. 81. p. 2. pag. 383. col. 2. E
inquisitores animaduertere debent ne hæreticorum conuersio ficta sit, p. 3. pag. 503. col. 2. A
inquisitores circa personas per quas impediri potest vel differri inquisitionis officium, quid agere debeant, par. 2. pag. 107. col. 1. B. C
inquisitores quales se præstare debeant erga prælatos ordinis, p. 3. q. 17. pag. 548. col. 2. E. et seq.
inquisitores à terris propriæ iurisdictionis absentes esse non debent, & quare, p. 3. pag. 460. col. 1. D. E. & seq.
inquisitores non concedunt facultatem legendi libros prohibitos, com 3. p. 2. pag. 92. col. 1
inquisitores negligentiam fugiant, quia negligentes suspicione non carent, com. 61. p. 3. pag. 544. col. 2
inquisitor negligens quis dicatur, com. 61. parte tertia. pag. 544. col. 2
inquisitor sepius consulere debet accusatori ne procedat per viam accusationis, p. 3. pag. 418. col. 1. A. & seq.
inquisitor vbi ab eo appellatū fuerit, quid agere debeat p. 3. pag. 453. col. 2. & seq. D. E
inquisitor abiuranti abiuratione peracta, quid aduertere debeat, p. 3. pag. 496. col. 2. E. & seq.
inquisitores semper peritos aduocare debent, & cur id illis concessum, sed errantes nō excusantur illorum suffragijs, p. 3. 477. pag. 629. col. 2. D. E. et com. 126. p. 3. pag. 630. col. 1. & com. 127. pag. 630. col. 2
inquisitor pœnas pecuniarias imponere potest, p. 3. q. 103. pag. 648 col. 2. B
inquisitor non retenta facultate potest pœnitentiam aggrauare & mutare. com. 44. p. 3. pag. 509. col. 1
inquisitor procedere potest contra non implentes iniunctas pœnitentias, p. 3. q. 97. pag. 643. col 1. B. & plenissime, com. 146 p. 3. eadem pag. col. 1. & 2.
inquisitor contra excommunicatos per ipsum si contumaces fuerint, ad grauiora procedat. parte tertia. pag. 399. col. 1. C & seq.
inquisitor potest exigere à redeunte non modo iuramentum de parendo mandatis Ecclesiæ, sed etiam cautionem, sub pœna pecuniaria si non paret, com. 7 par. 3. pag. 397. col. 2 E & seq.
inquisitor quanta diligentia vti debeat ad conuertendos hæreticos impœnitentes, antequam eos tradant brachio seculari, p. 3. pag. 514. col. 2. A. & seq. com. 25 par. 2. et pag. 519. col. 1. D & seq.
inquisitor qua ratione se gerere debeat cum hæreticis impœnitentibus, p. 3. pag. 512. col. 1. & pag. 519. col. 1. D
inquisitor debet vti cautelis contra hæreticos cauillosos, & astutos, & quæ illæ sint, parte tertia. pag. 433. et seq. col. 1. E & seq.
inquisitor post præfatos apostolos siue affirmatiuos, siue negatiuos, quid agere debeat, p. 3. pag. 456. col. 1. B. & seq.
inquisitor à delatore, quærat qua via procedere velit, & eundem de modis procedendi informet, par. 3. pag. 413. col. 2. A & seq.
inquisitores vsque ad sententiam cum reis vti possunt misericordia, p. 3. pag. 515. col. 1. A. B
inquisitores & episcopi habent potestatem mitigandi sententias latas, & sibi reseruandi talem potestatem, par. 3. pag. 506. col. 2. D
Inquisitores condonare possunt bona hæreticis redeuntibus, com. 9. p. 2. pag. 99. col. 1
inquisitores in quibus rebus possint gratiam facere, com. 23. par. 3. pag. 437. col. 2
inquisitores possunt suspendere concionatores, et eis silentiū imponere, quoties eis expedire visum fuerit, p. 3. pag. 408. col. 1. A. & com. 86. p. 3. pag. 565. col. 1
inquisitor intercedere debet pro tradendo brachio seculari, & qualiter, p. 3. q. 102. pag. 648. col. 1. C. D & com. 20. par. 2. pag. 124. col. 1
inquisitor potest habere proprium carcerem ad custodiam reorum, & cur. p. 3. q. 58. pag. 585. col. 2. & 59. pag. 587. & com. 107. p. 3. pag. 586. col. 1
inquisitor solus non damnat ad carcerem qui sit ad torturā, & quando in duriorem carcerem reum trudere possit, cō. 107. p. 3. pag. 586. col. 2. D. E & seq.
inquisitores carceres visitent, & quoties, & qualiter, com. 108 p. 3. pag. 588. col. 2
inquisitor participans cum excommunicato, quatenus non excommunicetur, com. 71. p. 3. pag. 553. col. 2
inquisitores tempore necessitatis cum excommunicatis communicantes, non dicuntur cum eis communicare, par. 2. pag. 199. col. 2. B
inquisitores nequeunt ab inferioribus excommunicari, com. 70. p. 3. pag. 552. col. 1
inquisitores non possunt excommunicari à delegatis sedis Apostolicę. p. 3. q. 21. pag. 552. & seq. col. 1. B
inquisitor & eius notarij excommunicari nequeunt à delegatis sedis Apostolicæ. p. 2. pag. 132. col. 2. A. B
inquisitores qua ratione procedere debeant contra excommunicatos ob alias quàm fidei causas manentes per annū in excommunicatione, par. 2. quæst. 47. pag. 361. col. 1. A. B & seq.
inquisitores in quibus casibus excommunicationē Papæ reseruatam incurrunt. p. 3. q. 24. pag. 554. col. 1. A
inquisitores quibus casibus non possint se mutuo absoluere, com. 73. p. 3. pag. 554. col. 1
Inquisitores mutuo se absoluunt, & secum in irregularitate dispensant, com. 72. p. 3. pag. 553. col. 2
inquisitor an super irregularitate dispensare possit, & quando, p. 3. q. 126. pag. 683. col. 2. B. C
inquisitor absoluit contumaces resipiscentes & iniungit eis aliquam salutarem pœnitentiam, p. 3. pag. 399. col. 2. B. C
inquisitor absoluet ab excommunicatione suspectos violenter, et omnes hæreticos post abiurationem præstitam. p. 3. pag. 497. col. 2. A pag. 505. col. 1. D
inquisitor & eius socij se mutuo absoluere ab excommunicatione, & irregularitate possunt, & quando. par. 2. pag. 132. col. 2. D. E. & p. 3. q. 32. pag. 553. col. 1. A & seq.
inquisitor & episcopus cum reo super pœnitentijs impositis dispensare possunt, p. 3. q. 96. pag. 683. col. 2. A
inquisitor solus vel solus episcopus, an possit absoluere, com. 37. p. 3. pag. 475. col. 1. & com. 97. p 3. pag. 578. col. 2
inquisitor tantum sibi vicarium instituere potest, & non eius prelati; & temporaria infirmitate durante potest vices suas subdelegare, & vicarium à se substitutum ipse solus deponit. parte 3. quæst. 13. & 14. pag. 545. col. 2. D. com. 62. par. 3. pag. 546. col. 1. & com. 66. par. 3. pag. 549. col. 2
inquisitores vicarios sibi possunt instituere, & quibus rescriptis id concessum sit, com. 62. p. 3. pag. 546. col. 1
inquisitores sibi commissarios idoneos in quolibet episcopatu instituant, & cuius etatis, & qualitatis esse debeant, par. 3. pag. 403. col. 2. D. E
inquisitores vicarios instituendo quænam sibi reseruare consueuerint. p. 3. q. 15. pag. 547. col. 1. A
inquisitores possunt mutare pro arbitrio commissarios. p. 3. pag. 404. col. 2. B. C
inquisitores potestatem habent, transferendi in commissarios omnem suam & plenam iurisdictionem, parte 3. pag. 403. col. 2. D. E
inquisitores possunt vnum, & etiam duos vel plures coniunctim instituere commissarios, p. 3. pag. 403. col. 1. & 2. C & pag. 405. col. 2. C & seq.
inquisitores quid possint suis vicarijs committere, com. 10. p. 3. pag. 404. col. 2. & com. 64. p. 3. pag. 547. col. 1
inquisitor si intulerit grauamen irreparabile, quid agere debeat, p. 3. pag. 454. col. 1. B. C
inquisitor an possit recusari, & ex quibus causis, & quis ordo tenendus, et quid postea faciendum sit, cum recusatur, com. 38. p. 3. pag. 452. col. 2. & seq. & par. 3. quæst. 12. pag. 543. col. 1. E & seq.
inquisitor recusatus à reo, duobus modis recusationem repellere potest, par. 3. pag. 451. col. 2. C. D
inquisitores, quibus ex causis remoueantur. com. 59. p. 3. pag. 583. col. 1. & com. 61. p. 3. pag. 543. col. 2
inquisitores non nisi ex causa iusta remouendi, com. 59. p. 3. pag. 541. col. 2
inquisitores remouendi priuilegia, com. 58. parte tertia. pag. 541. col. 1
inquisitores remouere quis possit, com. 58. parte tertia. pag. 541. col. 1
inquisitores remouendi facultas cur data certis personis, cō. 58. par. 3. pag. 541. col. 1
inquisitor specialis si rem segnius quàm decet tractauerit, alij inquisitores tenentur id Pontifici indicare, com. 95. par. 3. pag. 577. col. 1
inquisitores pecunias illicitis modis extorquentes vel ob delictum clericorum ecclesiarum bona confiscantes, sunt puniendi, p. 2. pag. 113. col. 1. A. & seq.
inquisitores & à Papa & à prelatis sui ordinis, ab officio remoueri possunt, parte 3. quæst. 9. & 10. pag. 540. col. 2. E & seq
inquisitores, episcopi, & eorum substituti delinquentes in officio qualiter puniendi, parte secunda. pag. 112. col. 2. A. B & seq.
inquisitor plenariam indulgentiam consequitur, et in vita et in morte, par. 3. q. 130. pag. 686. col. 1. A. & com. 169. par. 3. pag. 786. col. 2
inquisitores indulgentias, quibus conferant, & quando, & quas, quæst. 127. & seq. pag. 684. & seq. & com. 177. & seq. p. 3. pag. 684. & seq.
inquisitorum iurisdictio ad quæ se extendat, com. 53. par. 3. pag. 537. col. 1
inquisitorum iurisdictio an extendatur ad infideles contra fidem Christianam delinquentes, par. 2. q. 46. pag. 553. col. 1. C. & seq. & pag. 357. col. 2. B
inquisitorum potestas, nec morte Papę, nec morte prælatorum ordinis à quibus instituti sunt, expirat, par. 3. quæst. 7. & 8. pag. 539. col. 2. E. & seq. & com. 56. parte 3. pag. 540. col. 1
inquisitorum officium ad negotia nondum cœpta, & de nouo exorta, cum Romanus Pontifex moritur, extĕditur, com. 56. par. 3. pag. 540. col. 1
inquisitorum admonitio, facienda post abiurationem pœnitĕtibus qualibus, p. 3. pag. 487. col. 1. A. B. & pag. 497. col. 1. A pag. 498. col. 1. B
inquisitorum potestas limitatur, com. 75. parte tertia. pag. 555. col. 2
inquisitorum priuilegia viginti quatuor concessa ab Vrbano iiij. par. 2. pag. 129. col. 1. A. & seq.
inquisitorum officium est capere, inquirere, corrigere ac punire hæreticos. par. 2. q. 15. pag. 287. col. 2. D
inquisitorum potestas in absentes, com. 91. parte tertia. pag. 568. col. 2
inquisitorum cura circa testes, com. 124. p. 3. pag. 628. col. 1
inquisitorum & episcoporum quanta iurisdictio in prohibēdis libris, com. 52. p. 2. pag. 314. col. 2
inquisitorum iudicio subijciuntur blasphemi hæreticales, p. 2. q. 41. pag. 333. col. 1. C
inquisitorum, episcopi & consultorum suffragia etiam si cō formia fuerint non mandentur executioni inconsulto Senatu, com. 99. p. 3. pag. 581. col. 1
inquisitorum partes erga filios hæreticorum pauperes relictos, com. 9. p. 2. pag. 99. col. 1
inquisitorum vicarios & notarios amouere vel mutare non licet prælatis ordinis, parte 3. quæst. 17. pag. 548. col. 2. A & pag. 549. col. 1. E
inquisitorum monitionibus parendum, com. 26. parte 1. pag. 77. col. 1
inquisitoris conditiones, & qualitates, parte 3. quæst. 1. pag. 534. col. 1. A & seq.
inquisitoris electio cur sit prelatis commissa, p. 3. quæst. 17. pag. 548. col. 2. B
inquisitoris officium quale esse debeat, parte 3. pag. 460. & seq. col. 1. B & seq.
inquisitoris officium morte concedentis non expirat etiam quo ad negotia prius non cœpta vel exorta, parte 2. pag. 106. col. 2. E
inquisitori ingresso in prouinciam sibi decretam quid primū faciendum, com. 1. p. 3. pag. 391. col. 2
inquisitoribus duobus in eadem prouincia delegatis an vnus sine alio procedere possit, parte tertia quæst. 46. pag. 576. col. 2. C
inquisitoribus ab episcopo, vel à dominis temporalibus de sumptibus prouidendum, par. 3. quæst. 108. & com. 157. p. 3. pag. 652. & seq. col. 2. B. C. D
inquisitoribus mandari non potest à prelatis sui ordinis, vt supersedeant ab executione officij, par. 3. quæst. 11. pag. 542. col. 1. A & seq.
inquisitores theologi facilius pareant peritorum suffragijs in ordine iudiciario, com. 127. p. 3. pag. 630. col. 2
inquisitoris diligentia circa interrogandos testes. com. 116. par. 3. pag. 610. col. 2
inquisitoris diligentia defensionum defectum in crimine hæresis supplere debet, p. 3. q. 71. pag. 614. col. 2. A
inquisitoribus notanda circa reorum torturam, par. 3. pag. 516. col. 2. E & pag. 481. col. 1. C & seq.
inquisitoribus cur interdictum ne de vsuris iudicent, par. 2. pag. 203. col. 1. B
inquisitori legitimo monenti, qui non obtemperat, hæreticus pertinax est, com. 26. p. 1. pag. 77. col. 2. A
inquisitore recusato, arbitri nominandi sunt, qui intra certū tempus de recusatione cognoscant, parte 3. pag. 452. & seq. col. 1. C. ita Eymericus, sed non est verum, vt dixi in comment.
inquisitus si dicat se habere inimicos, quid faciendum est, com. 29. p. 3. pag. 451. col. 1
irregulares an fiant consultores, com. 20. p. 2. pag. 131
insania, & insanus vide in voce, Dementia.
insons & immunis quis in sententia absolutoria non est pronuntiandus, & quare, p. 3. pag. 474. col. 2. D
instruens hæreticos citatos vt veritatem subticeant, et dicāt falsitatem, suspectus vehementer reputatur, par. 2. q. 56. pag. 381. col. 1. A
instrumenta quælibet ad inquisitionem spectantia sibi assignari

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnari inquisitor iubet, com.88.p.3. pag.565.col.2
Instrumentum in vno falsum, in omnibus est falsum & reprobatum, cum falsitas est in substantialibus, parte 2. pag. 168.col.2.E
Instructio inquisitionis Hispaniæ de non publicandis testium nominibus, com.124.p.3. pag.628.col.1
Intellectus cap.cum ex iniuncto.de hæreti. parte secunda. pag. 154.col.1.D
Intellectus cap. etsi quæstiones §.1. de sim. parte secunda. pag. 164.col.2.D
Intellectus l.2.C.de hæret.parte 2. pag. 164.col.2.D
Intellectus l.1. C.de fide instru.p.2. pag.164.col.1.E
Intellectus cap qui alios.de hæret.par.2. pag.167.col.1.A
Intellectus cap.in eos.de hæret.par.2. pag.168.col.2.D
Intellectus cap. quoniam. de hæret. lib. 6. parte secunda. pag. 193.col.1.C
Intellectus c.dixit apostolus.24.q.3.p.2. pag.193.col.2.D
Intellectus cap.1.14.q.6.par.2. pag.354.col.2.A
Intellectus l.2.C.de hæret.p.2. pag.197.col.1.C
Intellectus cap.vergentis.de hæret.p.2. pag.203.col.2.C
Intellectus cap.quoties.24 p.2. pag.213.col.1.C
Intellectus cap.in nonnullis. de Iudæis.parte 2. quæst. 46. pag. 354.col.2.A. & seq.
Intellectus cap.postulasti de Iudæis par.2.q.46.pag.354. col.2.A & seq.
Intellectus cap. in archiepiscopatu. de raptor. par.2.q.46. pag. 355.col.1.D
Intellectus Clementinæ vnicæ,de Iudæis & Sarracenis,p.2. q.46.pag.355. col.2.A & seq.
Intellectus cap.vt inquisitionis. §. prohibemus. de hæret.p. 2.q.54. pag.375.col.2.C
Intellectus cap.damnamus. de sum. trinit. com.1. parte 1. pag. 5.col.1
Intellectus cap fraternitatis. de hæret. com. 3. parte 2. pag. 99.col.1
Intellectus cap. cum Christus. de hæret. com. 6. parte 2. pag. 96.col.1
Intellectus l.nullus.C de sum.trin. & fide catho.de processione Spiritus sancti.com.3.p.1. pag.31.col.1
Intellectus l.nemo. C.de sum. trinit. & fide catho. com. 6. par.1. pag.32.col.1.& 2
Intellectus cap.si aduersus.de hæret.com.10.parte secunda. pag. 99.col.2
Intellectus cap.aliud.11.q.1.com.146.p.3. pag.644.col.1
Intellectus concilij Nicæni statuentis,reuertentes ab hæretici esse rebaptizandos,com.42.p.2. pag.301.col.1
Intellectus c.episcopi 26.q.5.com.68.p.2. pag.345.col.1
Intellectus clement.1. §.sane.de hæret. com. 107.parte 3. pag. 586.col.2
Intellectus cap.Dubius,& qui de eo differuerint,com.1.p.2. pag. 80.col.1
Intellectus cap.dubius.de hæret.cō.117.p.3. pag.611.col.2
Intellectus verus cap.Fraternitatis de hæret.com.3. par. 2. pag. 90.col.2
Intellectus cap.qui aljos.de hæret.com.2.p.2. pag.88.col.1
Intellectus l.2.C.de hæreticis.com.1.p.2. pag.86.col.2
Intercedere pro hæreticis qualiter prohibitum,com.20.par. secunda. pag.124.col.1 & 2
Intercessio pro eo qui relinquitur brachio sæculari qualiter facienda,p.3.q.102. pag.648.col.1.C.D
Interdictum ecclesiasticum imponendum est per ciuitates & loca quibus præsunt magistratus inobedientes mandatis inquisitoris, & nolentes resipiscere, parte 3. pag.490.col.1.A & seq.
interpretari possunt iudices fidei statuta in hæreticos edita, & cur,com.134.p.3. pag.634.col.1 & 2
interrogationes retorsione vtuntur hæretici ad suos errores tegendos.p.3, pag.430.col.1.D
interrogationes faciendę pro qualitate & conditione personarum, locorum, & indiciorum, parte tertia. pag. 428.col.2.E
interrogatoria reis accusatis danda,parte 3. pag.422. col.1.& 2. & seq.
interrogatoria in examinatione testium facienda, parte 3. pag. 424.col 1.& 2.E
interrogati de fide & fraudulenter respondentes non bene videntur de ea sentire,com.22.p.3. pag.431.col.2
inuocare dæmones, antiqua superstitio, com.68.parte 2. pag. 343.col.2
inuocantes dæmones quibus verbis vtantur, diligenter est inspiciendum,com.68.p.2. pag.445.col.1
inuocandi dæmones modi tres,par.2.q.43. pag.338.& seq. col.2.A.& seq & pag.338.col.1.E & seq. & qualiter singuli intelligendi in commentarijs late explicatum.
inuocatores dæmonum in triplici sunt differentia,p.2.q.43. pag. 338.col.1.C.D
inuocatio dæmonum coniunctam habet apostasiam à fide,& hæresim sapit,p.2.q.43. pag.339.col.2.C & seq.
inuocantes dæmones cum cultu latriæ, vt hæretici haberi ac puniri debent,p.2.q.43. pag.338.col.2.E
inuocandi verbum non semper includit actum latriæ,cō.68. parte 2. pag.346.col.2
inuocatio dæmonum,an quandoque fieri possit absque eorum cultu,com.68.p.2. pag.346.col.1.E
inuocatores dæmonum hæreticantes, quibus signis dignoscātur,p.3. pag.443.col.1.B.et seq.
inuocatio dæmonum ad pudicitiam mulieris tentandam, an sapiat hæresim,p.2.q.43. pag.340.col.2.C & seq.
inuocare dæmones ad sciendum futura, quando sapiat hæresim manifestam,com.68.p.2. pag.344.col.2
inuocantes dæmones ob amorem,quando fiant de hæresi suspecti,com.68.p.2. pag.345.col.1
inuocantium dæmones quales pœnæ, com.68. par secunda. pag. 334.col.1
inuocatores dæmonum qui refutarint, com. 68. parte 2. pag. 345.col.2
inzabbatati hæretici qui dicantur,& vnde dicti, com.25.p. 2.pag.239.col.1.& com.39 p.2. pag.280.col.2
inzabbatati hæretici et Valdenses ijdem sunt,p.2.quæst.14. pag. 278.col.2.A
inzabbatatorum vnde orta fuerit denominatio,par.2.q.14. pag. 278.col.2.E
Ioachimi Abbatis error damnatus non præiudicat eius monasterio p.1. pag.4.col.2.E
Ioachimi Abbatis protestatio.p.1. pag.4.col.2.E & com.1.p.1. pag.5.col.2
Ioachimi Abbatis libellus post mortem eius damnatus, cō. 51.p.2. pag.313.col.1
Ioachim Abbas catholicus declaratur per Honorium iij. res scitu digna,com.1.p.1. pag.6.col.1
Ioannis xxij.extrauagantes,de proprio & communi, & Begardorum sectam & errorum condemnationem continentes,p.2.q.15. pag.286.col.2.D et seq.
Ioannis xxij.extrauagans, incipiens, Gloriosam ecclesiam, p.2.q.16. pag.291.col.1.D
Ioannis xxij.extrauagans incipiens, Sancta Romana,par.2. quæst.16. pag.292.col.1.C
Ioannes xxij.à nota inconstantiæ excusatur,par.2.quæst.17. pag.

pag. 297.col.1.B.C
Ioannis xxij.extrauagans contra magos magicasque superstitiones,p.2.q.43. pag.341.col.2.A.& seq.
Ioannis de Poliaco errores,& eorundem condemnatio,p.2. pag.126.col.1.et seq.et q.8. pag.250.col.2.A.& seq.
Ioannis de Parma errores ac hæreses, & quando vixerit, & quis fuerit,par.2.quæst.9. pag.254.col.2.A & seq. & com.34.p.2. pag.261.col.2
Ioannes Wuicleff hæreticus,com.92.p.3. pag.574.col.2
Ioannis Wuicleff error de auctoritate epistolarum Decretalium,com.19.p.1. pag.57.col.1
Ioannes de Lugio Catharorum dux in Italia,com.38.par.2. pag. 276.col.1
Ioannes de Longerio ordinis Prædicatorum inquisitor,p.2. q.11. pag.265.col.1.C.& q.28. pag.316.col.1.C
Iocose proferens hæreticalia puniendus,& qua pœna,et per quos iudices,com.17.par.3.pag.419.col.1.D.E.& seq.
Iouinianistę hæretici,p.2.q.6. pag.245.col.2.E
Irregulares fiunt inquisitores, si rei traditi male sanis locis ob id moriantur.com.107.p.3. pag.587.col.1
Irregulares ne fiant,qui comitantur reum,vltimo supplicio afficiendum, quæ cauere debent, com. 46. parte tertia. pag.516.col.1. & seq.
Irregularitatem inquisitorum & sociorum secum mutuo inquisitores & socij amouent.& super ea dispensant, p.3. q.23.pag.553.col.2.A.et cō.72.pag.553.col.2.& com. 175.p.3. pag.683.col.2
Iudæi vnde dicti,& quos libros sacros recipiant,p.1.q.22. pag.407.col.2.D.E.com.47.p.2. pag.308.col.1
Iudæorum errores,& qui eos confutarint, p.2. q.22. pag. 307.c.2.E.& seq.com.47.p.2. pag.308.col.1.& 2
Iudæorū ritus cur tolerantur ab Ecclesia et nō Sarracenorū et infidelium,p.2.q.46.p.356.c.1.C cō.71.p.2.p.359.c.1
Iudæorum & Arabum gens insignitor superstitiosa,com.53. pag. 316.col.2
Iudæi vno modo circuncidunt omnes,com.69. par. secunda. pag. 351.col.1.E
Iudæorum quę sit de Christo sententia,parte secunda.q.22. pag. 308.col.1.A
Iudæi credunt se consequi iustitiam ex lege veteri.p.2.q.22. pag. 308 col.1.A
Iudæi in quibus à Christianis defendendi, par. 2. quæst.46. pag.352.col.2.E & seq.
Iudæi communia multa cum Christianis habent,par.2.q.46. pag. 353.col.1.A
Iudæi & Gentiles improprie dicuntur hæretici, parte 2. pag. 167.col.1.E
Iudæorum punitio an & quando, & quibus casibus spectet ad iudices ecclesiasticos & inquisitores,par.2.quæst.46. pag.353.col.1.B. com.13. pag.108.col.2.& com.71. pag. 358.col.1.& 2
Iudæi & infideles ratione delicti efficiuntur de foro ecclesię, par. 2.quæst.46. pag.353.col.2.E.com. 69.par.2. pag. 359.col.1
Iudęicum sunt puniendi ob delicta in fidem commissa per Episcopum & Inquisitorem simul puniantur, com.69. par.2. pag.350.col.1
Iudæi inuocantes dæmones ad abiurandum cogi possunt p.2. q.46. pag.352.col.2.D
Iudæus quomodo abiurabit,com.71.p.2. pag.359.col.2
Iudæi an & quando admittantur ad testificandum contra Christianos,com.13.par.2. pag.108.col.2
Iudæi testimonium cōtra aliū Iudæū admittitur in illis casibus, quibus Iudæus subditur inquisitoris iurisdictioni, com.13.p.2. pag.109.col.1
Iudęi cum testificantur, quot ex reis requirantur ad plenam probationem faciendam, com. 13. parte secunda. pag. 109.col.1
Iudęi qualiter iurabunt de dicenda veritate,cum veniunt ad testificandum,com.13.p.2. pag.109.col.1
Iudæi prębentes auxilium, consilium vel fauorem Christianis transeuntibus ad Indaismum, vt hæreticorum fautores ab Inquisitoribus sunt puniendi,& quibus pœnis,par.2.q.44. pag.348.col.2.B.C.com.69. parte 2. pag. 350.col.1.& 2
Iudęis nō est permittendum vt libros damnatos legant com. 3.par.2. pag.94.col.1
Iudicum duo sunt genera in causa fidei, ordinarij et delegati, com.50.p.3. pag.535.col.1
Iudices imperitos remouendos,com.61.p.3. pag.544.col.2
Iudicis negligentis ius reddere pœna,p.2.pag.142 col.1.C
Iudex delegatus moderatas expensas poscere potest, par.3. q.104. pag.650.col.1.C
Iudicis ecclesiastici est cognoscere de crimine heresis,& sæcularis exequi, parte secunda, quæst. 46. pag.355. col.1.B & seq.
Iudex procedens simpliciter & de plano quid possit, com. 103.p.3. pag.582.col.2
Iudex an possit promittere impunitatem ad veritatem habēdam,com.23.p.3. pag.436.col.2
Iudicis sæcularis præsentia an sit necessaria vt sententia contra hæreticos feratur,& quatenus exigatur,com.48.p.3. pag.527.col.2. & seq.
Iudex quomodo interrogabit reum ne suggerere videatur, com.18.p.3. pag.422.col.2
Iudex debet amouere impedimenta,quę protrahant negotiū, com.27.p.3. pag.443.col.2
Iudex pœnam arbitrariam,si crimen sit ingens, vsque ad mortem potest extendere, com. 69. parte secunda. pag. 350.col.2.A
Iudex laicus absque reuisione processus facti per inquisitorem,debet sibi relictum punire, com. 85. parte tertia. pag. 563.col.2
Iudices laici differentes sententias latas in hæreticos executioni mandare, vt fautores hæreticorum puniendi sunt, com.85.p.3. pag.563.col.2
Iudex ecclesiasticus quos blasphemos punire debeat, & quos iudex sęcularis,parte secunda,quæst.46. pag.354. col.2.C & seq.
Iurisdictio inquisitorum durat etiam post latam sententiam, cum possint pœnitentias grauare & minuere, com.44. pag. 509.col.1
Iurisdictio quando amittatur à iudice deferente appellationi,com.31.p.3. pag.459.col.1
Iurisdictio inquisitorum durat contra pœnitentes, pœnitentias sibi iniunctas violantes, com. 146. parte tertia. pag. 643.col.2
Iurare non licere,error Pseudoapostolorum & Valdensium: & iurare renuens, dicens non licere, pro hæretico habetur.p.2.pag.143.col.1.A.& 164.col.2.B.& 180.col. 1.E.com.37.p.2. pag.273.col.1
Iurare renuentes in causa fidei inquisitores puniūt,p.3.q.41. pag. 567.col.2.E
Iurare debet denuntians,se non reuelaturum gesta per ipsū, & inquisitorem,p.3. pag.416.col.1.C
Iuramentum de veritate dicenda, procedendo summarie, & de plano non omittendum, parte tertia,quæst.55. pag. 583.col.1.E

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuramentum hanc tacitam habet conditionem, si communicare liceat, parte 2. pag.166.col.2.A
iuramenti de fide catholica tuenda forma, & cur hodie non præstetur, par.2. pag.159.col.1.D
iuramentum de stando mandatis ecclesiæ quando exigendum, com.7.p.3. pag.397.col.2
iuramentum de pœnitentia implenda à suspecto violenter exigendum.p.3. pag.534.col.1.B
iuramentum de parendo mandatis ecclesiæ præstandũ ab eo qui absoluitur, com.7.p.3. pag.597.col.2
iuramentum præstari debet ab officialibus locorum de parẽdo inquisitori, & de defendenda ecclesia contra hæreticos, parte tertia. pag.391.col.2.A.B & quæst.32. pag. 560.col.2.E
iuramentum præstandum est à magistratibus genuflexis, par.3. pag.393.col.2.B
iuramentum magistratuũ, quid contineat, cum iussu inquisitorum iurant, com.3.p.3. pag.393.col.2
iuramentum fidelitatis præstare debent notarij custodes carcerum, ministri & officiales inquisitionis, et qualiter præstandum, par.2. pag.112.col.1.E. parte 3.q.60. pag. 591.col.1.B & seq.
iuramentum in contrarium emissum non excusat quem à ferendo testimonio in crimine hæresis, parte secunda. pag. 205.col.2.D
iuramentum à Iudeis exactum de dicenda veritate in qua forma fiat, com.13. par.2. pag.168.col.2
ius commune, si negotio fidei aduersatur, vim non habet, com.83.p.3. pag.561.col.2
iuuenes in tribunali Inquisitionis mitius etiam puniendi, com.13.p.1. pag.40.col.2

L

Laicis quales actus spirituales interdicantur, & quales permittantur, p.2. pag.181.col.2.A.B
Laici dispucantes de fide excommunicantur, & ab inquisitoribus puniuntur, par.3.q.38. pag.565.col.1.C
Laicis qualiter sit interdictum disputare de fide, com.25.p.1. pag. 71.col.2
Laici & fœminę nullo modo prędicent, com.11. parte 2. pag. 100.col.2
Laici non prædicent, nec conuenticula occulta faciant, nec sacerdotes reprehendant sub excommunicationis pœna, p.2.pag.100.col.1.A.B & seq.& pag.102.col.2.A.& pag.104.col.1.E & pag.136.col.1.C
Laicis & rudioribus quenam scire & credere sufficiat, p.1. q.4 pag 61.col.1.B.& p.2. pag.147.col.2.B
Laici benefacient si studia et notitiam articulorum fidei explicitam profiteantur, p.1. pag.22.col.2.A
Laicos non teneri ad credendum explicite aliquem fidei articulum, hæresis, com.35.p.2. pag.264.col.2
lapsi per lubricum linguæ pœna puniendi, com.17. parte 3. pag.420.col.1.E & seq.
lamias corporaliter deferri communis est sententia et vera, com.68 p.1. pag.345.col.2
latria & dulia adoratio quid, com.35. parte secunda, pag. 364.col.2
legitima etiam denegatur filijs hæreticorum etiam catholicis, com.9.p.2. pag.99.col.1
leges transgredi licet ob facinoris atrocitatem, com.64.p.2. pag. 329.col.1
leges promulgandi ritus vetustus contra hæreticos initio Pontificatus, com.22.p.2. pag.131.col.2
legibus ciuilibus per Ecclesiam approbatis vtendum in crimine hæresis, p.2. pag.158.col.1.E
leges sæculares in hæreticos latas Romani Pont. confirmarunt, com.135.p.3. pag.616.col.2
leges Federici, & alia quæcunque statuta contra hæreticos obseruari debere, com.3.p.2. pag.393.col.2
leges ciuiles de puniendis hæreticis quatenus locum habeãt, com.88.parte 3. pag.566.col.1. & com.95.parte 3. pag. 577.col.1
leges deferentes bona cognatis hæreticorum correctæ par.2. pag. 156.col.2.D
leges in hæreticos latę, licet de quibusdam loquantur, in omnibus locum habent, parte secunda. pag.147. col.2.D & pag.169.col.2.B
leges & statuta impedientia negotium fidei ipso iure nulla, com.83.p.3. pag.561.col.2
leges prohibentes iterati baptismum qualiter intelligantur, com.12.p.1. pag.39.col.2
leges Pontificię quid disponant de bonis hæreticorum confiscatis, com.158.p.3. pag.657.col.2
lenis suspicio quæ sit, & cur sic appellata, par.secũda.q.55. pag. 376.col.2.A.B
lenis suspicionis exempla, parte 2.quæst.55. pag.376. col.2.E & seq.
leues præsumptiones non sufficiunt ad dominandum aliquẽ, com.12.p.2. pag.116.col.2
leuibus suspicionibus non facile credendum in hoc delicto, com.12.parte 2. pag.103.col.1
leuiter suspecti qui dicantur, par.secunda, quæst.55. pag. 376. col.2.D.E
leuiter suspecto iuiungi potest purgatio canonica, vel abiuratio de leui, p.2.q.55. pag.377.col.2.B
leuiter suspectus non abiurat generaliter omnem hæresim, parte 3. pag.501.col.2.D
lex vel canon in dubio intelliguntur iuxta titulum sub quo ponuntur, com.1.p.2. pag.81.col.1
lex seu constitutio debet esse simplex, parte prima. pag. 19.col.1.A
L.nullus.C.de sum. trinit. & fide catho.de processione Spiritus sancti declarata, com.5.parte prima. pag.31. & 32.col.1 col.2.
L.nullus.C.de sum.trinit.& fide catho.quando lata.com.5. p.1. pag.31.col.1
L.nemo.C.de sum.trinit.quando & cur condita, com.6.p.1. pag.32.col.2. & 33.col.1
liberum hominis arbitrium, p.1. pag.52.col.1.A
librorum de religione tractantium tria genera, com.48.p.2. pag. 309.col.2
libri sanctorum patrum quos recipit catholica ecclesia, p.1. pag. 55.col.1.& 2
librorum canonicorum ingens auctoritas, & certa ac indubitata certitudo, com.57.par.2. pag.320.col.2
librorum prohibitorum index, com.48. parte secunda. pag. 310.col.2
libri canonici, agiographi, & apocryphi qui dicantur, com. 48.p.2. pag.309.& 310.
libri hæretici seu apocryphi de quibus in Decreto, p.2.q.24. pag. 109.col.1.A
libri damnati in Decretalibus, parte secunda, quæst.24. pag.311.col.1.A & seq.
libri damnati in Extrauagantibus, parte secunda, quęst.25. pag.311.col.1.A & seq.
libri damnati à diuersis Romanis Pontificibus, par.2.q.26. pag.311.col.1.E & seq.
libri damnati mandato speciali D.Papæ, parte 2.quæst.27. pag.314.col.1.E & seq.

libri

libri damnati ab Inquisitoribus Aragoniæ, par.2.quæst.28. pag.316.col.1.A.B & seq.
libri damnati censentur, eorum auctore damnato, com.3 p.2. pag. 91.col.1
libri malì quatenus legendi, com. 14. parte secunda. pag. 91.col.1
librorum profanorum lectio olim interdicta, com.19.par.1. pag. 56.col.1
libros damnatos non esse legendos. Et qui de hoc scripserint, com.3.p.2. pag.90.col.2
libros damnatos legere possunt inquisitores, & eorum commissarij, sed non Episcopi, com.3.p.2. pag.91.col.2
libros prohibitos legendi facultatem non concedunt inquisitores, com.3.p.2. pag.92.col.1
libri auctoris nondum damnati, praua dogmata continentes, à quibus legendi & purgandi, com.3.parte secunda. pag. 92.col.1
libri hæreticorum etiam vtilia continentes interdicendi, cõ. 3.p.2. pag.91.col.1
libri sine nomine auctoris nullatenus imprimendi, nec permittendi, & cur, com.19.p.1. pag.57.col.1
libri de nouo aduecti priusquã vendantur videndi per viros doctos, com.3.parte 2. pag.92.col.1.E & seq.
libros prohibere quatenus, & in quibus casibus possint inquisitores & episcopi. com.52.parte secunda. pag.314. col.2. & pag.315.col.1
libri habentes dubias propositiones aut duplicem sensum continentes, catholicum & hæreticum, examinandi, com. 52.p.2. pag.315.col.2
libri astrologię, chyromantię, & aliarum diuinationum, & poesię non facile admittendi, com. 52. parte secunda. pag. 315.col.1
libri omnes diuinationum, sortium, inuocationum dęmonum, & magicarum superstitionum reuelandi, condemnandi, ac comburendi sunt, p.2. quæst. 28. pag.317.col.1. D & quęst.29.pag.317.col.1.B.& q.43. pag.342.col.1.B com.54.parte 2. pag.318.col.1.A
libri hæreticorum comburuntur, com.19.p.1. pag.57.col.2
libri prohibiti inquisitoribus deferendi, non propria auctoritate corrumpendi, com.3.p.2. pag.91.col.2
librum prohibitum deferens inquisitori, interrogetur vnde illum habuerit, com.3.p.2. pag.91.col.2.E.& seq.
librorum impressores et venditores quid obseruare debeant ex decreto Synodi Salysburgensis, com.17.par.secunda. pag. 119.col.1
librorum hęreticorum impressores qualiter plectendi, com. 17.p.2, pag.119.col.1
libros hęreticorum transcribentes qualiter puniantur, com. 17.par.2. pag.119.col.1
libros catholicorum falsantes qualiter plectantur, com.17. par.2. pag.119.col.2
libros prohibitos deferens de vna prouincia in aliam qualiter puniatur, com.17.p.2. pag.119.col.2.A
libros damnatos retinens, an hęreticus vel de hęresi suspectus censeatur, p.2. pag.194.col.2.B.& 208.col.1.C
libros damnatos retinens, com.3.p.2. pag.92.col.2
libros vetitos retinẽs, quandoque dici potest hęreticorũ fautor, com.3.p.2. pag.93.col.2
libros damnatos retinens, quos non composuit, suspectus fit de hęresi, com.3.p.2.pag.93.col.1. & qualis suspicio contrahatur. ibidem.
libros prohibitos retinens, non excusatur si dicat se eos habere animo refutandi, com.3.par.2. pag.93.col.2
libros damnatos retinens, qua pœna plectatur, com.1.p.2. pag. 93.col.2
libros damnatos qui retinent absque facultate, non possunt absolui per confessores, com.3.p.2. pag.92.col.1
libri hęreticorum reperti apud aliquem, an faciant indicium ad torturam, ex qualitate personarum pensandum, com. 110.p.3. pag.399.col.2
libros hæreticos componens hæreticus censetur, & an quando queat excusari, com.3. parte secunda. pag.96. col.1. & pag.92.col.2
libelli accusatorij forma quem fiscalis porrigit inquisitori, com.14.p.3. pag.415.col.1
libellus accusatorius quid debeat continere, com.14.par.3. pag. 415.col.2
lite non contestata in causa hæresis, testes recipi possunt, cõ. 19.p.2. pag.123.col.2.& vide, Testes.
litteratorum nomine qui intelligantur, parte secunda. pag. 193.col.1.B
Litterę apostolicæ Honorij iiij. quibus secta pseudoapostolorum comdemnatur, parte secunda, quęst.12. pag.270. col.1.E & seq.
litteræ saluaguardiæ quę dicantur ab Eymerico, com.1.p.3. pag. 391.col.2
locus de Spiritu sancto declaratus, com.5.p.1. pag.32.col.1
locus à maiori an locum in iure habeat, par.3.quęst.17.pag. 549.col.1.A.& com.66.p.3. pag.549.col.2
locus animaduersus in concilio Tarraconensi, com.25.par.2 pag.224.col. 2. & 225.col.1
locus restitutus in Directorio.p.2.q.37.de hęreticis in iure ciuili nominatis, com.62.p.2. pag.326.& 327
loca aliquot restituta in c.quidam autem. 24. q.3. com.31. par.2. pag.247.col.1.et 2
locus vbi hęretici sepulti fuere, sepultura priuatur, parte 2. pag. 104.col.1.C
locis interdum pœna infligitur, p.2. pag.169.col.2.D
lubricum linguæ aut iocus non inducunt hęresim, p.2. pag. 135.col.2.E.& plene, com.17.p.3. pag.420.& seq.
Luciferiani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.1.D
Lullistarum errores, p.2.q.9. pag.260.col.2.D
Lupus pro hæretico & malo prælato sæpe sumitur, parte 2. pag. 205.col.1.A
Lutheri turpis imago, com.4.p.2. pag.95.col.2
Lutheri error circa epistolas decretales Pontificum, com. 19.p.1. pag.57.col.1

M

Macedonius hæreticus vbi, et quando damnatus, com. 19.p.1, pag.56.col.1
Macedoniani hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.1.A
mandans alicui vt malefaciat, an teneatur si aliàs id malum erat ille facturus, p.1. pag.19.col.2.E.& seq.
mandata quę dicantur esse iusta, com.7.p.3. pag.398.col.2
mandata qualiter sint iniungenda, com.7. parte tertia. pag. 398.col.2
mandatum de capiendo quando præstandum ab inquisitoribus, & qualiter, p.3.pag.274.col.2.B.C.com.108.p.3. pag. 588.col.1
mãdatis apostolicis uel inquisitoris in negotio fidei nõ obedientes excommunicandi, & ab officijs suis spoliandi, par.3. pag.393.col.2.B & pag.395.col.2.C.D.& seq.
magia duplex, naturalis & mathematica, com.32. parte 2. pag. 443.col.1.E
magia venefica & vetita vnde orta, com. 26. parte tertia. pag. 443.col.2
magorum qualia scelera, com.26.p.2. pag.444.col.1
magicam artem sectantes vt hęretici sunt habendi.p.2.q.43. pag.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag. 341.col.1.A
magi hæreticantes quibus signis dignoscantur, parte tertia. pag. 443.col.1.D.E
magi seu demonum inuocatores, si post abiurationem iterum inuocent, an sint relapsi, com. 26. parte tertia. pag. 444.col.1
magistratus sæculares adhortandi primum, ac deinde compellendi sunt ab inquisitoribus ad auxilium, & iuramentum præstandum, parte 3. pag. 392.col.2.& 393.col.1.A com.5.pag.395.col.2. & com. 81. pag.561.col.1.& com.106.p.3. pag.585.col.1
magistratus iramentum præstare debent de obseruandis omnibus legibus & statutis pro negotio fidei, & contra hæreticam prauitatem editis, p.3. pag.393.col.2.B
magistratuũ pœna leges contra hæreticos editas non seruantium, p.2. pag.107.col.2.E
magistratus consentientes iurare, genuflexi iurabunt, par.3. pag. 393.col.2.B.C
magistratus in causa hæresis ad quæ obligentur, com.78.p.2. pag. 373.col.1
magistratus sæculares iussu inquisitorum capere, et custodire tenentur hæreticos, com.1.p.3. pag.391.col.2
magistratus sæculares debẽt ducere hæreticos quò voluerint inquisitores, com.1.p.3. pag.392.col.1
magistratus qui inquisitoribus non obediant, quibus pœnis, & qualiter puniendi sint, com.6.p.2. pag.396.col.2
magistratus excommunicati ob non præstitum iuramentum, & inobedientiam, diebus festiuis in ecclesijs tales sunt publicandi, p.3. pag.396.col.1 E & seq.
magistratus diu perseuerantes in inobedientia & censuris ecclesiasticis, declarantur infames, hæreticorum fautores, de hæresi suspecti, ac priuantur omnibus officijs & beneficijs habitis & habendis, par.3. pag.410.& seq. col.1.C.D & seq.
magistratus ab inobedientia pro qua fuerant excommunicati, resipiscentes, publice sunt absoluendi, parte tertia. pag. 497.col.2.A
magistratus circa fidem delinquentes, cum puniuntur, quid obseruandum, com.78.p.2. pag.573.col.1
Magistratus hæreticis fauentes quibus pœnis plectantur, com.78.p.2. pag.372.col.2
magistri errorum, vide in voce Hæresiarchæ.
magna & vehemens suspicio, quę dicatur, & cur sic appellata, p.2.q.55. pag.376.col.2.B.C
Mahometis origo, genus, et perfidia, com.46.parte secunda, pag.306.col.2. & 307.col.1
Mahometis errores qui confutarint, com.46.parte secunda, pag. 307.col.2
Mahometes à suis propheta habitus, par.secunda.quæst.21. pag. 306.col.2.A
maiores, minores & mediocres, quæ scire teneantur, & qui plus scire, p.2.q.12. pag.74.col.1.et 2
mala quę cateruatim ex hæresibus oriuntur, com.26.par.2. pag. 232.col.2
maleficia quæ tuentur à tortura, & qualiter dissoluantur, com.39.p.3. pag.483.col.1
Manes Persa princeps Manichæorum antiquorum, par.2. quæst.6. pag.244. col.2.A
Manes seu Manens Dux Manichęorum nouorum in partibus Mediolanensibus p.2.q.13. pag.273.col.2.D
Manfredus ordinis Prædicatorum inquisitor hęreticæ prauitatis in Italia.p.2.p.29. pag.317.col.1.E
Manichæi hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.2.A
Manichæus quis, & qualiter prius appellaretur, com. 38. par.2. pag.275.col.1
Manichęi antiqui dicti à quodam Persa vocato Manes p.2. quæst.6. pag.244.col.2.A
Manichæorum varij errores, p.1.à pag.12.vsque ad 15.col. 2.E.& com.38.p.2. pag.277.col.2
Manichęorum figmenta de sacramentis, p.2.q.13.pag.274. col.1.B.& seq.& plenius, com.38.p.2. pag.276
Manichæi carnibus non vescuntur, & quare, com.38.par.2. pag. 277.col.2
Manichæi Recentiores appellationem sumpsere à quodam, vocato, Manete seu Manente, parte secunda.quæst.13. pag. 273.col.2.D
Manichæi Noui quo tempore & quibus in locis emerserint, p.2.q.13. pag.273.col.2.B.C
Manichæorum nouorum duces in Italia Belazmansa, & Ioannes de Lugio, com.38.p.2. pag.276.col.1
Manichęorum recentiorum errores, parte secunda quæst.13. pag. 273.col.2.D
Manichæorum nouorum sacramenta quatuor vana, res scitu digna, com.38.p.2. pag.276.col.2
Manichęis nouis in Italia exortis, quæ tribuit Eymericus, qualiter sint accipienda, com.38.p.2. pag.274.col.2
Manichæi tàm veteres, quàm recentiores quando damnati, com.38.p.2. pag.278.col.1
Manichæi hæretici quibus indicijs dignoscantur, par. tertia, pag. 440.col.2.D
manifestè quid significet, p.2. pag.202.col.2.D
manifesti hæretici qui dicantur, parte secunda quæst.33. pag.321. col.2.A.B.C
manifesti hæretici per viros literatos conuincendi, parte 3. pag. 429.col.1.B.C
manifeste an sapiant hæresim sortilegia, qualiter cognoscatur, com.67.p.2. pag.337.col.1
manus impositio siue consolamentum Catharorum, qualiter celebrarent, com.38.p.2. pag.276.col.2
Manuleuta qualis vox, com.139.p.3. pag.638.col.2
Marcionistę hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.1.C
Marcelliani hæretici, qui, com.62.p.2. pag.327.col.2
mares & fœminę carcerandi simul non sunt, fallit in marito & vxore, com.108.p.3. pag.588.col.2
Marsilius de Menandrino quis, com.40.p.2.pag.290.col.1
matrimonium carnale damnant Cathari, com. 38. parte 2. pag. 277.col.1
matrimonium cum hæretico et excommunicato contractum valet, p.2. pag.210.col.1.A
matrimonium si contrahant monachi vel clerici in sacris constituti, de hæresi redduntur suspecti, com.74. parte 2. pag. 366.col.1.E
martyrium, pœnitentia, baptismus, p.1. pag.53.col.1.A
martyribus aliquid imperantibus non statim credendum, par.2. pag.155.col.1.E
Massilianorum hæresis qualiter detecta, com. 23. parte 2. pag. 438.col.1
maxima & violenta suspicio quę dicatur, et cur sic appellata, par.2.q.55. pag.377.col.1.D.E
Melchisedechiani hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.1.B
memoriam hæreticorum damnare omni tempore etiam elapsis 40.annis inquisitores possunt, com.92.parte tertia. pag, 571.col.1
memoriam contra defuncti formandus processus, com.170. par.3. pag.679.col.2
Memoria hæreticorum damnata etiam post 40. annos filij eorum in iuris pœnas incurrunt, com.92. parte tertia. pag. 571.col.2

mendax in causa fidei iudicialiter conuictus, vehementer suspectus est, p.2.q.56. pag.381.col.2.C.D
Menan Irini hæretici, p.2.q.6. pag.243. col.2.C
Menandrianorum error de productione rerum per medios angelos refutatus, p.1. pag.12.col.2.A
Metangismonitæ hæretici, p.2.q.6. pag.245. col.1.B
metus mortis an & quando excuset hæreticalia dicẽtes vel facientes, & talia facientes an dicantur hæretici vel de hæresi vel apostasia suspecti, p.2.q.41.pag.331.col.2.C cõ.24.p.1.pa.67.et 68.c.1.et 2.& cõ.66.p.2.pa.333.c.2
de metu mortis hæreticantibus insigne Concilij Ancyrani decretum, com.24 p.1. pag.68. col.1
Metu abnegantes fidem, si conuertantur, qualiter tractandi, & recipiendi, com.24.p.1. pag.68. col.2
metu qui cõmittunt hæreticalia qualiter plectantur per concilium Ancyranum, com.24.p.1. pag.67.col.2
Mesquita quid apud Sarracenos, com.71.p.2.pag.358.c.2
Messaliani hæretici qui, com.62. p.2. pag.327.col.1
Michael de Cæsena qs, et qñ vixerit, cõ.34.p.2.pag.262.c.1
Michael de Cęsena sectator Petri Ioannis, parte 2.q. 15. pag. 282.col.1.C
Michaelis de Cæsena errores ac hæreses, parte 2. quæst. 9. pag. 254. col.1.D
Michaelis de Cæsena errores condemnantur per duas constitutiones Ioan.xxij.p.2.q.15. pag.286.col.2.C
Michaelis de Cæsena & sequacium impugnatio extrauagantium Ioan.xxij.p.2.q.15. pag.286. col.2. C. & seq.
Michael de Cæsena, eius in Romanã Pont. audacia insignis & complices, com.40.p.2. pag.289.col.2
Michael de Cæsena impudenter inuehitur in Pontificem, com.40.p.2. pag.289.col.2
Michaelis de Cæsena fautores, com.40.p.2. pag.290. col.1
Michael de Cæsena impudenter inuehitur in constitutiones Papales, com.40.p.2. pag.289. col.2
ministralis, qualis vox, com.34.p.2. pag.262.col.2
ministri inquisitorum alij, an sicut notarij eorum excommunicari non possit, com.70.p.3. pag.552. col.2
ministrorum salarijs vnde sit prouidendum, par.3. q.108. pag. 652.col.2. C. & seq.
minoribus vigintiquinque annis curatores dandi in causa fidei, com.28.p.3. pag.488.col.1
minores errantes in fide ob auctoritatem maiorum quatenus excusentur, com.21.p.1. pag.61.col.2
minor delinquens ob teneram ætatem, aut non punitus, aut mitius punitus, effectus maior, amplius puniri non potest de eodem delicto, com.13.p.1. pag.40.col.2
miraculis non statim credendum, & quare, p.2. pag.165. col.2.A. & pag.174. col.2.B
miraculum insigne, quo Nicęna synodus confirmatur, com. 5. par.1. pag.31.col.2
Missam & alias orationes an possint audire carcerati, p.3. com.108. pag.589
Misericordia nulli deneganda, p.2. pag.197.col.2.D
misericordia reis promissa facile eos ad conuersionem inducit, com.23.p.3. pag.435. col.2
misericordię tempus vsque ad sententiam durat, parte 3. pag. 515. col.1. A.B
missę canon si quę verba contineat, quę ab Euangelistis non sint dicta, credendum est Apostolos à Christo, & nos ab Apostolis accepisse, p.1. pag.41.col.1. & 2
monachus in causa hæresis instrumẽta conficit fauore fidei, par.2. pag.206.col.1.C
monachi in sacris constituti matrimonium contrahentes de hæresi fiunt suspecti, com.74.p.2. pag.365. col.2.A
Montani hæretici, p.2.q.6. pag 244.col.2.C
Montblanch celebris Cataloniæ locus, com. 36. parte 2. pag. 268.col.1
Mores praui facilius hæreses admittunt, com.110. parte 3. pag. 598.col.1
Mores Geraldi Segarelli & Dulcini hæreticorum pseudoapostolorum, p.2.q.12. pag.269. col.1.A
mors venit appellatione vltimi supplicij, p.2.pag.150.c.1.B
mortis metu hæreticalia patrantes quandoque non excusantur ab hæresi, com.66.p.2. pag.335.col.2
mortis metu fidẽ abnegantes vt pœnitentes hæretici recipiẽdi sunt, si reuertantur, p.2.q.49. pag.364.col.2.E
morte Papæ vel Prælatorum inquisitores instituentium, nõ expirat inquisitorum potestas, p.3.q.7.& 8. pag.589. col.2.E. & seq. & ibi latius in commentarijs.
morte extinguuntur suspiciones quantumuis vehementes in crimine hæresis, com.92.p.3. pag.571.col.2
mortuis hæreticis agitur contra ipsos & credentes solum, com.170.p.3. pag 678.col.2.E
mortui iurisdictio post eius obitum ad quem transferatur, p.2.pag.149.col.1.A. & pag.170.& seq.col.1.E
mortuis hæreticis durat actio aduersus eos, vide in voce, Actio. & in voce, Defunctus.
mortui aliquando post eorum mortem & hæretici condemnantur, & quot modis contingat, p.3. pag.574. col.1 com.99.p.2.& seq.& q.43. pag.570. col.1.A
morte plectendis non datur sacramentum extremæ vnctionis, com.149.p.3. pag.647. col.2
mulier prægnãs nec terreri nec torqueri debet, com.39.p.3. pag. 483. col.2
mulieres sceleratæ credentes ac profitentes se nocturnis horis cum Diana, vel Herodiade equitare super quasdam bestias, & c. vt hæreticæ sunt habendæ & puniẽdæ, p.2. q.43. pag 341.col.1.A.B.& seq.
Multitudini hæreticorum quo modo prouidendum, parte 2. pag. 221.col.1.D
multiplicatio actus auget suspicionem, p.2. pag.220.c.2.B
munera prudentes excęcant, com.153.p.3. pag.651.col.1

N

Narbonensis Concilij insigne decretum de culpis, ex quibus cognoscuntur credentes hæreticorũ, com.75. par.2. pag.367.col.1.et 2
nautæ, caupones, stabularij quando teneantur pœna receptatorum, com.76.p.2. pag.369. col.2
Nazaræi hæretici, p.2.q.6. pag.243. col.2.E
Nazaræi qui, et eorum differẽtiæ, com.31.p.2.pag.247.c.1
Necromantici ad diuinandum quæ interdum superstitione vtantur, com.68.p.2. pag 338. col.2
Necromantici hæretici quibus indicijs cognoscantur, par.3. pag. 443. col.1. B.C. et seq.
negare se ipsum cur non possit Deus, p.1. pag.11.col.1.A
negans intentionem prauam, et confitens factum hæreticale, an velut impœnitens sit tradendus, curiæ sæculari, com. 75.p.2. pag.368. col.1.E
negans quod fateri debuit an teneatur in conscientia restituere bona sua fisco, com.158. p.3. pag.656.col.2
negatiua qualitatis à quo sit probanda, p.2.pag.197.col.1.E
negatiui hæretici qui censeatur, p.2.q.34. pag.322.c.1.D.E
negatiuus hæreticus an sit qui confitetur factum hæreticale, sed prauam intentionem negat, com.59.p.2.pag.323.c.2
negatiuus vel diminutus confitens an sit, qui vel omnes hæreses, vel omne delicti tempus, vel omnes complices nõ reuelat, com.59.p.2. pag.324. col.2
negatiui an sint qui conuincũtur de antiquis dictis vel factis hæreti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæreticalibus,com.59.p.2. pag.324.col.1
negatiui hæretici difficulter cognoscuntur, com. 59. par.2. pag. 324.col.1
negatiuus non est statim brachio sæculari tradendus, sed per annum vel plus expectandm,p.3. pag.522.col.2.C
negatiui hæretici antequam condemnentur multa considere oportet, com.48.p.3. pag.526.col.2
negatiuus diu perseuerans in negatiua deinde confessus errorem, abiurare debet,p.3. pag.522.col.1.D
negatiuus convictus de crimine in negatiua persistens,hæreticus impœnitens censetur, & curiæ sæculari tradendus, p.2.q.34. pag.322.col.2.A. p.3.pag.561.col.2.E & pag.522.c.1.E. & plene,cõ.48.p.3.pag.524.et seq.
negatiuus quibus rebus prius perspectis curiæ sæculari tradi possit,com.48 p.3. pag.526.col.2
negatiui qui existunt in hæresibus, de quibus conuincuntur, licet protestentur se credere catholice quo d credit ecclesia,comburendi sunt,com.59.p.2. pag.324.col.1
com.48.p.3. pag.524.col.2
negligens quis dicatur, com. 61.p.3. pag.544.col.2
negligens inquisitor non caret suspicione, com. 61. parte 3. pag. 544. col.2
negligentes inquisitores remouendi, com. 61. parte tertia. pag. 544.col.2
negligẽs se purgare, olim statim curię sæculari tradebatur; hodie secus, & quę pœna ei imponatur,par.2. pag.157. col.1.E. & seq. & pag.164 col.2.A.B
negotia fidei summarie & de plano, sine strepitu & figura iudicij tractantur, p.3.q.54.pag.582.c.2.B.C.& p.2. pag 111.c.1.A.B. & cõ.103.& 104.p.3.pag.583.col 1
negotiatio cum quibus nõ exercenda,p.2. pag.169.col.2.B
neophytus vtẽs post baptismum susceptum nomine antiquo, suspectus præsumitur,com.25.p.3. pag.441.col.2
neophyti ex Iudæis conuersi,et alij non comedentes carnem porcinam,an sint de hęresi suspecti,com.25.parte tertia. pag. 442. col.2
nepos dãnatus de hęresi,an possit eligere,p.2.pa.178.c.2.C
Nestorius hæreticus vbi & quando damnatus, & eius error confutatus de vnione verbi diuini,p.1. pag.13.c.2.E
com.19.p.1. pag.56.col.2.E
Nestoriani hæretici, & eorũ error vnus,p.2.q.6.pag.245. col.2. com.2.p.1. pag.7.col.1
Nicæna synodus vbi & quando celebrata, & quid in ea actum,com.5.p.1. pag.31.col.1
Nicæna synodus insigni miraculo confirmatur, ibid.
Nicæna synodus quæ sanciuit, obseruentur, parte prima. pag. 31. col.2. A.B
Nicænũ concilium statuens,vt reuertentes ab hæreticis rebaptizentẽ,qualiter intelligat̃,com.42.p.2. pag.301.col.1
Nicolaus Papa iiij. ab hæresis crimine defensus, p.2.q.17. pag. 296. col.1.E
Nicolai iiij. extrauagans contra Christianos trãseuntes,vel redeuntes ad Iudaismum, & eorum fautores etiam Iudæos,p.2.q.44. pag.348.col.2.C.& seq.
Nicolaus iiij.pseudoapostolorũ sectã condemnauit per litteras suas apostolicas,p.2.q.12. pag.270.col.2.E
Nicolaus Roselli ordinis Prędicatorum inquisitor generalis Aragoniæ & Cataloniæ,p.2.q.10. pag.262.col.2.E
Nicolaus Roselli ordinis Prędicatorum tituli sancti Xisti presbyter Cardinalis,p.2.q.10. pag.262.col.2.E
Nicolaus Eymericus ordinis Prędicat.& Inquisitor generalis Aragoniæ, & Cataloniæ,& Nicolai Roselli successor in officio inquisitionis,p.2.q.10. pag.263.col.1.A
Nicolaus Eymericus quo anno creatus sit inquisitor, com. 72.p.2. pag.362.col.1
Nicolaus Eymericus quo consilio retulerit varias Decretales in 2.par.Directorij, nullo fere ordine seruato,com. 14.p.2. pag.114.col.2
Nicolaus Eymericus quo consilio in hoc opere recensuerit philosophorum errores,com.29.p.2. pag.241.col.1
Nicolaus de Calabria quando vixerit, com.36. parte 2. pag. 268.col.2
Nicolaus de Calabria Barchinone vnà cum suis erroribus condemnatus,p.2.q.9. pag.267.col.2.B.& seq.
Nicolaitæ hæretici,p.2.q.6. pag.243.col.2.C
nobilitas propter hæresim amittitur, nec illi quicquam defertur,com.80.p.3. pag.560.col.1
nobiles in fide errantes plus puniendi,quàm ignobiles,com. 16.p.2. pag.118.col.1
Noetiani hæretici,p.2.q.6. pag.244.col.2
nomen dogmatis quid importet,com.1.p.1. pag.6.col.2
nomina disiunctiua seu partitiua, quę sint, & qualiter in diuinis prędicentur,p.1. pag.21.col.2.A
nominum in diuinis quędam essentialia, alia personalia, & alia rationalia,eaq; explicata,p.1. pag.21.col.1.C.D
nomina hæreticorum delenda è libris catholicorum,com.4. par.2. pag.95.col.2
nomina testium & accusantium sunt supprimenda, & quando reis sint publicanda, & quãdo non,p.2.pag.120.col.2 & p.3.pag.446.col.1.E. & q.75.pag 627.col.1.E
nomina testium consultoribus, an manifestanda, p.3.q.80. pag. 632.col.1.B.C
nominibus testium accusantium suppressis varij modi quibus processus copia reis præberi possit, ne veniant in cognitionẽ deponentium,p.3. pag.449.col.2.A
notarius in causa fidei an religiosus, & an presbyter esse possint.& quando,p.3. pag.425.col.2.D
notariatus officium exercere clericos & religiosos, ac facer dotes cogere possunt inquisitores, parte tertia, quæst.19. pag. 550.col.2.A. & seq.
notarij inquisitionis qui, & à quo creari debeant,p.3.q.18. pag.550.col.1.B. com.67.p.3.pag.550.col.1.B
notario, in creando quid obseruandum, com. 67. parte 3. pag. 550. col.1.E
notarios inquisitorum amouere, vel mutare non licet prælatis ordinum,p.3.q.17. pag.549.& seq.col.1.E
notarij fidelitatis iuramentum præstare debẽt, par.3.q.60. pag. 591.col.1.B.& seq.
notarius scripturus inquisitionis acta iuramentum de nouo præstet.com.67.p.3. pag.555.col.1
notario scribenti acta inquisitionis non debent satisfacere inquisiti,p.2. pag.206.col.1.C
notarij inquisitorum non possunt excommunicari à delegatis sedis Apostolicæ, par.3.q.21. pag.552. & seq. col.1.B.
notarij inquisitorum excõmunicari ab inferioribus nequeũt, com.70.p.3. pag.552.col.1
notarij falsificantis vnam scripturam, an & quando cetera instrumenta ab eo confecta non falsa,infirmẽtur, par.2. pag.145.col.2.& seq. & pag.187.col.2.D
notarij hæreticis patrocinantes, & pro eis, vel eorum fautoribus instrumenta scribentes, infames, & ab officio suspensi.p.2. pag.99.col.2.C.D
notarij suspensi, durante suspensione, non ualent instrumenta,p.2. pag.153.col.1.E
notarij scientes inquisitores illicitis modis pecunias extorquere, superioribus denuntiare tenentur, parte secunda. pag. 112.col.2.E.& seq.
notarius

notarius præsens esse debet torturæ reorum, qui scribet modum torturæ, interrogationes & responsiones, parte 3. pag. 481.col.2.C
notarius cautus esse debet in scribendo abiurationis modo, p.3.pag.493.col.2.E. & pag.496.col.2.E & pag.501.col.2.E. & pag.505.col.1.C
notarius leget abiurationem, casu quo reus nesciat legere, & reus prolata à notario alta voce repetet,parte tertia. pag.493.col.1.C.D. & pag.504.col.2.D.E
notiones diuinæ, & quot,p.1. pag.11.col.2.D
notionalia nomina, quomodo prędicentur in personis diuinis, p.1. pag.21.col.1.D
Nouatiani hæretici,p.2.q.6. pag.244.col.2.B
Nouatianorum error, quòd homo post baptismum peccans non possit per pœnitentiam reparari, refutatur, parte 1. pag. 15.col.2.A
Nubens hæretico ignoranter non amittit dotem, com. 160. par.3. 662.col.2
Nuntius sedis Apostolicę quis dicatur, com.75. parte 3. pag. 555.col.2
Nuntiorum Papæ non sunt inquisitores iudices, p.2,q.26. pag. 555.col.1.D.E.& seq.
nuptię quę incestæ, quę nefarię, & quæ inutiles dicantur, par.2. pag.118.col.1
nuptias bonas contrahens suspectus est de hæresi, com.81. par.2. pag 383 col.2
Nyctages hæretici,p.2.q.6. pag.245.col.2.B

O

Oblationis nomine quid intelligendum, com. 7 par.2. pag. 96.col.2
obligatio & promissio abiurantis, ad quid extendatur,com. 156.p.3. pag.646.col.1
obligatus hæretico, ipso iure remanet absolutus, et quare, par.2. pag.166.col.1.A.B
com.168 p 3. pag.675.col.2
obliuio non præsumitur cadere in factis arduis, et insignibus,com.59 p.2. pag.323.col.1.et 2
occidere hæreticos quilibet potest, sed tutius est id facere magistratuũ auctoritate,p.2. pag.199.et seq.col.2.C
occidens se cum in carcere pro hæresi esset detentus, tanquam impœnitens condemnandus est, et eius statua brachio sæculari tradenda comburenda, com. 92. parte 3. pag.572. col.1. & pag.574.col.1
occultum seu secretum quid dicatur,p.2. pag.200.col.1
occultare fidem quandoque licet, sed alienam profiteri nunquam licet,com.9.p.1.pag.67.col.1. & pag.67.col.2
Oliani hæretici vide in voce, Audiani.
odio qui habent eos qui hæreticos persequuntur, eorum sunt fautores,com 78.p.2. pag.374.col.1
officium inquisitionis fouere magni refert, com.157.par.3. pag. 658.col.1
officij publici nomine quid sit intelligendum in dubio inquisitores declarant,com.8.p.3. pag.402.col.1
officijs secularibus solus inquisitor priuare potest, com.8. par.3. pag.401.col.2
officialis vel nuntius sedis Apostolicæ quis dicatur, com. 75.p.3. pag.555.col.2
officialium Papę nomine comprehenduntur inquisitores, com.79.p.3. pag.599.col.1
officialium sedis Apostolicę duo genera, & contra quos nõ procedant inquisitores,com.75.p.3. pag.556.col.1.A
officialium Papę non sunt inquisitores iudices, par.3.q.6. pag. 555.col.1.E
opera sine charitate facta quantum valeant, parte secunda. pag. 358.col.1
opera bona extra Ecclesiam facta non ducunt ad vitam, licet prosint ad bona temporalia,p.2. pag.144.col.2.E
opera bona peccatis dimissis quandoque reuiuiscunt, par.2. pag. 167.col.2.A
opera Raymundi Lull interdicũt,p.2.q.26 pag 311.c.2 C
Ophitæ hæretici, par.2.q.6. pag.243.col.2.E
oppressus vel grauatus quis dicatur,p.2.pag.212.col.2.D
opuscula xx. Raymundi Lull prohibita à Gregorio 23 p.2.q.26. pag.311.col.1.D.E.& seq.
orationem Dominicam & Symbolum quilibet fidelis memoria tenere debet,com.20.p.1. pag.60.col.1
orare pro hæretico,receptatoribus,& c. ac pro decedẽtibus in peccato mortali non licet,p.2.pag.96.col.2.E & seq. & pag. 148.col.1.C
ordines hominum in Ecclesia tres, virginum, continentium, & coniugatorum,p.1. pag 20.col.2.C
ordo nouus sine approbatione Papæ nõ est recipiendus,p.2. q.16. pag.292.col.1.D
ordo Catharorum qualis, & quotuplex, com. 38.p.2. pag. 275.col.1
ordinarijs facienda est fides per inquisitores de eorũ potestate,& delegatione ipsis commissa,p.3 pag 408.c.1.C.D
ordinarijs non derogatur super processu hæreticorũ,licet Papa generaliter alteri deleget.p.2. pag 109.c.2.E.et seq.
Origenis error de creatione spiritualium creaturarum confutatus,p.1. pag.12.col.2.B
Origenis error de pœna damnatorum, & gloria beatorum refutatus,p.1. pag.14.col.2.C
de Origenis operibus varię sententię.p.2. pag.168.c.1.D
originale peccatum,eiusque remedium p.1.pag.52.col.1.B
originale peccatum in paruulis,p.1. pag.15.col.1.E
originale peccatum absque proprio consensu remittitur paruulis in baptismo,com 11.p.1. pag.38.col.2
Origeniani hæretici,p.2.q.6. pag.244.col.2.D
Origo Valdensium,p.2.q.14. pag 278.col.1.D.E
ossa hæreticorũ custodiens, suspectus de hæresi est,com.89. par.3. pag.567 col.1.et 2
ossa hæreticorum,aut vestes velut reliquias martyrum custodientes, fautores sunt hæreticorum,com.89 parte 2. pag. 567.col.2

P

Panis benedictio, Catharorum inane sacramentũ, com. 38.p.2. pag.277.col.1
Papa vnus Ecclesiæ caput,cui omnes subduntur,com.8.p.1. pag. 25.col.2
Papa vtrũque gladium habet,spiritualem & temporalem, com.8.p.1. pag.35.col.2
Papa, Sedesue Apostolica si quid definiat ad fidem spectãs, id catholica veritas est, & contrarium hæresis,com.27. par.2. pag.234.col.2.regula 3.
Papa vnus si quid determinet tanquam de fide, id alius Papa non potest reuocare,com.42.p.2. pag.300.col.1
Papa quãdo & in quibus possit diuersa statuere ab his quę alius Papa decreuit, absque fidei iactura,com.42.par.2. pag. 300.col.2
Papa eorum quę determinat duo genera considerat, com. 42.p.2. pag.302.col.1
Papam posse aut non posse facere nouum fidei articulum, quomodo intelligatur,p.2 pag.170.col.1
Papa non semper respondet definiendo, com. 42. parte 2. pag. 301.col.2
Papę omnes fideles subsunt, & vtrunque gladium habet, par.1. pag.34.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papam nemo iudicat, sed ipse iudex est omniũ, com. 8. p. 1. pag. 35. col. 1
Papę decretis & determinationibus resistens, quando sit hereticus, p. 2. q. 17. pag. 297. col. 1. D
Papa solus nouam religionem concedere, ac approbare potest. p. 2. q. 16. pag. 193. col. 1. B
Papa aliquid sibi reseruans, alijs prohibere censetur; cõtra cum non reseruat, p. 2. pag. 142. col. 1
Papa non errat in canonizatione Sanctorum, com. 42. p. 2. pag. 303. col. 1
Papæ insignis benignitas erga Iudæos, com. 47. parte 2. pag. 308. col. 2
Papa aduersus laicos condit leges, p. 2. pag. 171. col. 1. B
Papę potestas super infidelibus, parte secunda, quæst. 46. pag. 353. col. 2. A. B. C
Papa gentiles contra legem delinquẽtes punire potest, com. 71. par. 2. pag. 358. col. 2
Papa ratione delicti potest delinquentes dignitate priuare, par. 2. pag. 141. col. 1
Papa potest infamiam irrogare & tollere quo ad forum ciuile. p. 2 pag. 140. col. 2. E. & pag. 154. col. 1. D
Papa hæreticos redeuntes famę restituere potest, com. 4. par. 1. pag. 30. col. 2
Papa laicos quoslibet & Principes peccãtes punire potest, & dignitatibus priuare. com. 158. p. 3. pag. 661. col. 1
Papam non posse incidere in hæresim asserit Albertus Pighius, com. 74 p. 3. pag. 555. col. 1. C
Papam in hęresim posse incidere qui concesserint, com. 74. par. 3. pag 555. col. 1. A
Papa potest accusari de hæresi, & quis sit eius iudex competens, par. 2. pag. 198. & seq. col. 2. A
par. 3. q. 25. pag. 554. col. 2. D
Papæ successor, an sit iudex competens contra Papã hæreticum defunctum prædecessorem, p. 2. pag. 198. col. 2. C
Papa inquisitoribus potestatem tribuit, parte tertia, q. 3. pag. 536. col. 1. D. E
Papę delegatus est inquisitor etiam si institutus sit à prælatis sui ordinis, p. 3. q. 4. pag. 536. col. 2. E
& quæst. 6. pag. 539. col. 1. A
Papę morte non expirat inquisitorum potestas, par. 3. q. 7. & 8. pag. 539. col. 2. E. & seq.
Papæ officialium & nuntiorum, inquisitores non sunt iudices, p. 3. q. 26. pag. 555. col. 1. E. & seq.
Papę reseruatam excõicationem in quibus casibus inquisitores incurrunt, p. 3. q. 24. pag. 554 & seq col. 1. A
Papinianistæ hæretici qui, com. 62. p. 2. pag. 326. col. 2
participare cum hæreticis qui censeantur, parte tertia. pag. 399. col. 2. E
participare cum hæreticis solus iudex potest, & in quibus, par. 2. pag. 173. col. 2. E
participare cum fugitiuis contumacibus, ac excommunicatis, sub pœna excommunicationis non licet. parte tertia. pag. 471. col. 1. D. E. & seq.
participandum cum excõicato non est, p. 2. pag. 147. c. 2. D
paruulos esse baptizandos, de fide est, com. 11. parte prima. pag. 38. col. 2
paruuli vtiliter baptizentur, quamuis non intelligant, quibus remittitur originale peccatum, p. 1. pag. 36. & 37
paruulis qualiter dentur virtutes in baptismo, longa disputatio, par. 1. pag. 27. & 28. col. 1. & 2
paruulis originale peccatum remittitur in baptismo, com. 11. p. 1. pag. 38. col. 2
paruuli sine baptismo decedentes qua pœna plectantur, com. 11. p. 1. pag. 39. col. 1
pater hæreticus non substituit filio impuberi pupillariter, com. 165. p. 3. pag. 674. col. 1
patriæ potestatis ius an amittant fautores, receptatores, & similes, com. 165. p. 3. pag. 674. col. 2
patriæ potestatis iure qui priuatur, magna pœna afficitur, com. 165. p. 3. pag. 674. col. 1
Paterniani hæretici, p. 2. q. 6. pag. 245. col. 2. A
Patritiani hæretici p. 2. q. 6. pag. 245. col. 1. B
patrocinari suo modo & quando pro hæreticis liceat, par. 2. pag. 140. col. 2. E. & pag. 153. & seq. col. 2. B
& pag. 133. col. 1. E. & com. 10. par. 2. pag. 99. col. 2
patrocinari pro hæreticis qualiter prohibitum, com. 10. p. 2. pag. 99. col. 2. & seq.
patroninant es hæreticis ab inquisitoribus sunt coercendi, p. 3. q. 39. pag. 565. col. 2. B
patrocinia suspensorum aduocatorum, an de facto valeant, p. 2. pag. 154. col. 1. A. & pag. 173. col. 2. A
Pauli dictum, Et habitu inuentus vt homo, qua ratione intelligendum, p. 2. pag. 169. col. 1. D
Pauliani hæretici. p. 2. q. 6. pag. 244. col. 1. E
paupertas non est de genere malorum, p. 2. pag 182. col. 1. A
paupertatis duo genera Christus instituit, com. 42. parte 2. pag. 299. col. 2
pauperes de Lugduno vnde sic appellati, parte 2. q. 14. pag. 278. col. 2. A
pauperum de Lugduno Magister Valdentius, par. 2. q. 14. pag. 278. col. 1. D. E
pauperes de Lugduno, & eorum errores, parte secũda, q. 14. pag. 278. col. 2. A. & seq.
pauperum de Lugduno error de potestate celebrandi Eucharistiæ sacramentum, p. 1. pag. 15. col. 1. C
peccata commissa, vel committenda quis possit corripere, & quomodo, p. 2. pag. 138. col. 1. B. C
peccata sunt causæ hęresum, com. 1 p. 2. pag. 84. col. 1
pecuniæ nomine quid intelligatur, com. 61. p. 3. pag. 545. c. 1
pecuniariæ pœnæ imponi possunt ab inquisitoribus, par. 3. q. 103. pag. 643. col. 2. B
Pelagiani hæretici, & eorum errores, p. 1. pag. 245. col. 2. B
com. 11. par. 1. pag. 39. col. 1
pœna suos tenet auctores, p. 2. pag. 142. col. 2. D
pœna augetur consuetudine delinquendi, com. 148. par. 3. pag. 647. col. 1
pœna cap. in eos. de hæret. etiam in laicis locum habet p. 2. pag. 168. col. 2. D
pœna cap. si quis episcopus. de hæreti. quando locum habeat, p. 2. pag. 168. col. 2. A. & 169. col. 1. A. B
pœna portandi supra vestes cruces, quibus imponenda sit, par. 3. pag. 494. col. 1. E
pœnæ pecuniariæ, an & quando, & quibus, & per quos imponi possint, com. 152. p. 3. pag. 648. & 649. col. 1. & 2
pœna imposita in foro pœnitentiæ non impedit pœnam temporalem eidem delicto debitam, com. 25. parte secunda. pag. 227. col. 1. D
pœna quibus ex causis minuatur, com. 17. p. 3. pag. 419. c. 2
pœnis multis an aliquis plectẽdus, cõ. 14. p. 2. pag. 115. col. 2
pœnæ in hæreticos latę quales, com. 12. p. 2 pag. 103. col. 1
pœnas in hęreticos latas, an Principes seculares augere possint, com. 135. p. 3. pag. 636. col. 2
pœna excommunicationis in hæreticos, omnium pœnarum antiquissima, com. 12. p. 2. pag. 103. col. 1
pœna deficiẽtis in purgatione canonica, q. 3. pag. 476. c. 1. D
pœna recusantis se canonice purgare p. 3. pag. 476. col. 1. D
pœnæ diuersę receptatorum, defensorum, fautorum, credentium hęreticorum & similium. tam laicorũ, quàm clericorum,

corum, p. 2. pag. 102. col. 1. E. pag. 161. col. 2. C
pag. 165. col. 2. D. pag. 178. col. 1. com. 76. pag. 369. col. 2. & com. 77. pag. 371. col. 1. & pag. 372. col. 1. p. 2
pœna sortilegorum, diuinatorum & similium, com. 67. p. 2. pag. 337. col. 2
pœna in blasphemos qualis, com. 66. p. 2. pag. 334. col. 1
pœnæ falsorum testium quæ sint, p. 3. pag. 522. col. 2. A & 523. col. 1. C. & latissime com. 122. par. 3. pag. 623. & seq.
pœna inquisitorum crimen hęreseos alicui imponentium, par. 2. pag. 113. col. 1. B
pœna inquisitorum Hispanię dona accipientiũ, & ministrorum, com. 153. par. 3. pag. 650. col. 2
pœna in Principes non adiuuãtes inquisitores, parte secũda. pag. 150. col. 2. C
pœna principum permittẽtium morari hæreticos in suis terris, com. 78. p. 2. pag. 372. col. 2
pœna magistratuum leges contra hæreticos non seruantium, par. 2. pag. 107. col. 2. D. E
pœna disputantium de fide ob malum finem, com. 6. par. 1. pag. 33. col. 1
pœna iterantium baptismum, com. 12. p. 1. pag. 40. col. 1
pœna rebaptizantis & rebaptizati, cõ. 13. p. 1. pag. 40. c. 2
pœna transcribentium libros hæreticorum, com. 17. par. 2. pag. 119. col. 1
pœna impedientium officium sanctæ Inquisitionis, com. 79. par. 2. pag. 376. col. 1
pœna qua puniuntur qui sequuntur sectam Sarracenorum, com. 70. p. 2. pag. 352. col. 1
pœna talionis in testibus locum habet, com. 122. parte 3. pag. 624. col. 1
pœnitentia reparat lapsum in peccatum post baptismum, cõtra Nouatianos, p. 1. pag. 15. col. 2. A
pœnitentiæ salutares vsitatæ iniungẽdæ, p. 3. pag. 38. col. 2. B
pag. 506. col. 2. C. & q. 95. pag. 642. col. 2. A. B
pœnitentia solemnis quæ, & quæ publica, & quæ priuata remittitur, com. 146. p. 3. pag. 643. col. 2. & seq.
pœnitentia & in bonis & in persona imponi potest, par. 2. pag. 203. col. 1. D
pœnitentia imposita personę non transit ad hęredes, parte 2. pag. 208. col. 2. E. com. 170. p. 3. pag. 679. col. 1
pœnitẽtia in bonis exequẽda hęredibus defuncti imponitur, com. 169. p. 3. pag. 678. col. 1
pœnitentię olim imponi solitæ redeuntibus ad ecclesiam, hodie magna ex parte abolitæ, com. 25. p. 2. pag. 230. col. 1
pœnitentias iniungendo quid obseruari debeat, com. 40. p. 3. pag. 492. col. 2
pœnitentia quibus ex causis augeri possit & minui, com. 44. par. 3. pag. 509. col. 2
pœnitentias aggrauandi, & augendi potestatem inquisitor habet, com. 135. p. 3. pag. 636. col. 2
pœnitentias reis impositas, mitigandi inquisitores potestatẽ sibi reseruare possunt, p. 3. pag. 506. col. 2. E
pœnitentia iniungenda prædicantibus errores, conuersis tamen, p. 2. pag. 126. col. 2. E
pœnitentiæ suspectorũ de hæresi, p. 3. pag. 474. col. 1. E. et seq. & pag. 498. col. 1. A
pœnitentia fautorum suspectorum de hæresi, simpliciter, aut vehementer, aut vehementissime, p. 2. pag. 222. col. 1. A
pœnitentia relapsorum in fautoriam, p. 2. pag. 222. col. 1. A
pœnitentia publica pro arbitrio inquisitoris iniungenda est magistratus resipiscentibus ab inobedientia, parte 3. pag. 396. col. 1. & 2
pœnitentię pecuniariæ ab inquisitoribus imponũtur, & quatenus ab eis omittendæ, com. 7. pag. 398. col. 1
& com. 152. p. 3. pag. 649. col. 1
pœnitentias pecuniarias applicare potest inquisitor officio sanctæ inquisitionis, etiam si non immineat extrema necessitas, com. 152. p. 3. pag. 649. col. 1
pœnitentiam non adimplendo, qualiter peccetur, & qualiter contrarium faciendo; & non adimplentes, an sint relapsi, com. 146. p. 3. pag. 645. col. 1
pœnitentia falsa Catharorum qualis, com. 38. parte secunda. pag. 277. col. 1
pœnitentiæ cur imponantur, com. 144. p. 3. pag. 642. col. 2
in pœnitentijs imponendis quid obseruandũ, com. 144. p. 3. pag. 642. col. 2
pœnitentialis pœnæ impositio, an sit sententia diffinitiua, an interlocutoria, com. 146. p. 3. pag. 643. col. 2
pœnitentialis habitus antiquitas, com. 42. p. 3. pag. 498. c. 2
pœnitentialis vestis quæ sit, p. 3. pag. 497. col. 2. E
& pag. 503. col. 2. E
pœnitentialis habitus crucem portandi effectus, parte 3. pag. 507. col. 1. E
pœnitentes hæretici qui sint, p. 2. q. 40. pag. 331. col. 1. B
& com. 65. p. 2. pag. 331. col. 2. E
pœnitentium duplex genus, com. 65. p. 2. pag. 332. col. 1
quidam sponte veniunt, quidam non. & qualiter cũ singulis agendum, ibidem.
pœnitentes an pœnitentias adimpleant quis obseruabit, com. 108. p. 3. pag. 590. col. 1. E
pœnitentibus ante sententiam & vita & bona & relinquitur ex misericordia, p. 3. q. 109. pag. 654. col. 1. C. D
com. 158. p. 3. pag. 656. col. 1
pœnitens hæreticus ad perpetuum carcerem cõdemnandus, p. 3. q. 93. pag. 641. col. 2. A
pœnitentes & filij damnatorum honorificis ornamentis non vtantur, com. 8. p. 3. pag. 402. col. 2
pœnitentes an remaneant inquisitoribus subiecti, & qualiter, com. 146. p. 3. pag. 643. col. 2
pœnitentes tam in ciuilibus, quàm in criminalibus coram iudicibus laicis conueniendi, & quando inquisitores in eos animaduertere possint, com. 146. p. 3. pag. 644. col. 1
Pepuzite hæretici qui, com. 62. p. 2. pag. 327. col. 1
perfecti hæretici qui dicantur, res scitu digna, p. 3. pag. 473. col. 1. A. & com. 25. p. 2. pag. 229. col. 2
peritorum nomine qui intelligantur, p. 2. pag. 207. col. 1. A
par. 2. q. 77. pag. 630. col. 1. A
com. 62. p. 3. pag. 544. col. 2
periti in causa hæresis cur aduocandi, & differentia inter prudentes & peritos, p. 2. pag. 207. col. 2. A. & seq.
peritos aduocare inquisitor debet, & quando magis id facere teneatur, com. 126. p. 3. pag. 630. col. 1
peritorum à votis recedere quando tutum non sit, com. 127. par. 3. pag. 631. col. 1. E
peritis in iure processus totus integre explicandus, par. 3. q. 79. pag. 631. col. 2. C. D. com 128. p. 3. pag. 631. c. 2. E
peritis an & quando sint explicanda nomina testium & delatorum, com. 127. p. 3. pag. 632. col. 1. E
periti in causis fidei adhibiti, an possit recipere salarium, par. 2. pag. 207. col. 2. C
peritorum suffragia non excusant inquisitorem errantem, com. 127. p. 3. pag. 631. col. 2
periuris de testib. quid sentiendũ, cõ. 114. p. 3. pag. 605. c. 2
periurus cur repellaꝫ à testimonio, cõ. 114. p. 3. pag. 605. c. 1
periurus in causa fidei iudicialiter conuictus vehemẽter sit suspectus, p. 2. q. 56. pag. 381. col. 2. C. D
periury in testes admittuntur in causa fidei, parte 3. q. 65. pag.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag.605.col.1.C.D & p.1.pag.142.col.1.D.E
periuri quando admittantur in causa fidei, com.114.par.3. pag. 605.col.2
personæ religiosæ & discretæ quę dicantur, p.2. pag.218. col.1.B. com.112.p.3.pag.602.col.1.E
personæ insignes qualiter capiendæ, & quando capi possint, inconsulto senatu, com.111.p.3. pag.602.col.2
cum personis egregijs & nobilibus qualiter agendum, com. 123.par.3. pag.626.col.2
pertinaces hæretici priusquã curiæ sæculari tradantur, qualiter tractandi.com.25.p.2. pag.229.col.2.A
pertinaces seu impœnitentes hæretici qui dicãtur, p.2.q.40. pag. 331.col.1.A
pertinacia errantis in fide duobus modis cognoscitur, p.2. quæst.32. pag.320.col.1.A.B
pertinacia errantis in fide perficit rationem hæretici, par.2. q.32. pag.320.col.1.A.B
pertinax est censendus qui non obtemperat inquisitori legitime admonenti, com.26.p.1. pag.77.col.2
pertinax etiam dicitur ille qui de veritate catholica dubitat, com.1.p.2. pag.85.col.1.E
ad pertinaciam non requiritur temporis diuturnitas, com. 1.p.2. pag.85.col.2
pertinax quis dicatur, com.1.p.2. pag.85.col.1
pertinacia quid, & quid pertinax, & quot modis dicatur, com 57.p.2. pag.321.col.1
pertinaciam includit hæresis, p.2.q.1. pag.231.col.1.B & q.32.pag.319.col.1.D. com.57.p.2.pag.321.col.1
pertinacia in errore circa spectantia directè ad fidem, hereticum quem facit, par.1.q.7. pag.62.col.2.D
Petrus Apostolus reliquis præfuit, com.8.p.1.pag.35.c.2
Petrus Apostolus Romanæ Ecclesię præest, eamque diuinis documentis instruit, com.4.p.1. pag.29.col.1
Petrus & Paulus Romam martyrio consecrãt, com.4.p.1. pag. 29.col.1
Petrus de Verona ord. frat. Prædicat. inquisitor in Lombardia à Manichęis nouis occisus, & martyrio coronatus, par.2.q.13. pag.273.col.2.D
Petrus Martyr Sanctorum catalogo aggregatus eodem sui martyrij anno.p.2.q.13. pag.273.col.2.E
Petri Martyris vita & mors breuiter enarrata, com.38. par.2. pag.275.col.2
Petri Martyris singulis annis duplex, & Romę in Ecclesia sanctæ Mariæ supra Mineruam capella solemnis à Cardinalibus inquisitoribus generalibus ex instituto Pij V. celebratur.com.38.p.2. pag.276.col.1
Petri Lombardi vera assertio de tribus personis diuinis inuicem distinctis, & natura diuina eis communi, com.1. par.1. pag.5.col.1
Petrus Olerius Maioricensis Barchinon. vnà cum suis hęresibus & erroribus condemnatus, & ipse curiæ seculari traditus, par.2.q.11. pag.265.col.2.D.E & q.38. pag.328.col.2.C
Petrus Ioannes hęresiarcha caput Begardorum damnatus, exhumatus & combustus cum suis operibus, p.2.q.9. pag.252.col.2.B. & q.15.pag.282.col.1.A. & q.26.pag.311.col.1.E. & q.38.pag.328.col.2.D. com.34.pag.261.col.2. com.51.p.2.pag.313.c.2.E
Pharisæorum errores, p.2.q.5. pag.242.col.2.A
Philosophi Cynici qui fuerint, com.29.p.2.pag.242.col.1
Philosophorum priscorum errores, parte secunda, quæst.4. pag. 238.col.1.C. & seq.
Philosophorum dogmata, hæreses contra fidem catholicam pepererunt, com.29.p.2. pag.241.col.1
Philosophorum errores quomodo hæreses dici possint, com. 29.p.2. pag.242.col.1.A
Philosophorum errores quo consilio recitauerit Eymericus in Directorio, com.29.p.2. pag.241.col.1
Philosophiam profitentes, soluant argumenta Philosophorum cum fide pugnantia, com.29.p.2. pag.241.col.2
Photiniani hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.2.D
Pneumatomachi hæretici qui, com.62.p.2. pag.326.col.2
Pocula amatoria, vide, Amatoria pocula.
Pocula amatoria prębere an sapiat hæresim, par. 2.q.43. pag. 340.col.1.E
Poetarum libri obscœni prohibendi, cõ.52.p.2.pag.315.c.1
Pontifex Romanus, vide in voce, Papa.
Pontificum definitiones large dicuntur fidei articuli, & à quibus sciri debeant explicite vel implicite, par. secũda. pag. 169.col.1.B.C
Pontificum Romanorum decreta, & statuta non sunt omnia irreuocabilia, p.2.q.17. pag.297.col.2.C
Pontifices varij, Frederici leges contra hæreticos confirmãt, com.3.p.3. pag.393.col.2
Potestas inquisitorum circa quæ versetur, parte secunda. pag. 108.col.1.A.B
Potestas eligendi inquisitores cur prælatis ordinum contessa, com.52.p.3.pag.536. & quibus reseriptis.
potestates sæculares iurare tenentur de exterminandis hæreticis, p.2. pag.102.col.1.A
potentia reorum multiplex inquisitori consideranda, par.3. q.75. pag.627.col.2.B.C
populus cõuocari pot̃ p̃ iquisitorẽ, p.3.pa.407.c.2.E.et seq.
practica in torquendo seruanda ab inquisitoribus, parte 3. pag. 481.col.1.C. & seq.
præcipiendi verbum quam vim habeat, p.2.pag.206.c.1.C
præcepta negatiua & affirmatiua qualiter distinguantur, com.24.p.1. pag.66.col.2.E
præcepta affirmatiua pro loco et tempore obligant, p.1.q.9. pag. 66.col.2.B
prædestinatio, par.1. pag.53.col.1.B.C
prędicationis officium priuilegiatum, p.2.pag.154.col.2.D
prædicationis officium nullus sub pœna excommunicationis assumere potest sine licentia sedis Apostolicę, aut diœcesani, & c. par.2. pag.155.col.1.A
com.11.par.2. pag.101.col.2
prædicari non potest cruciata sine licentia Papæ, parte 2. pag. 160.col.2.E
prędicare non licet laicis & fœminis, & quales esse oporteat sacros prædicatores, com.11.p.2. pag.100.col.2
prędicant soli sacerdotes, & qui, p.2. pag.155.col.1.A
prędicatores Euangelij scripturam sacram interpretentur iuxta Sanctorum dicta, com.27.p.2. pag.235.col.2
prędicatores verbi Dei à quibus abstinere debeant, com.11. par.2. pag.101.col.1.E
prędicare qui possint, & quibus in locis, & à quibus prędicandi licentia concedatur, & officiũ prædicationis qui vsurpare dicantur, p.2. pag.179.col.1.E. & seq. & pag. 163.col.1. & 2
prædicatores verbi diuini suspendi, ac eisdem silentium imponi potest per inquisitores quoties expedierit, parte 3. pag.407.col.2.& seq.E com.86.p.3.pag.565.col.1
prędicantibus errores, conuersis tamen, quæ pœna infligenda, par.2. pag.127.col.1.A
prælati & maiores plura tenentur scire quàm alij, par.1. quæst.4. pag.61.col.1.B
prælati & rectores animarum articulos fidei explicite scire debent, p.1. pag.22.col.1.B

prælatus

prælatus reddere debet rationem omni poscenti, parte 2. pag. 174.col.2.C
prælatus ob negligentiã remoueri põt, p.2. pag.156.col.1.E
prælatus quando remouendus, p.2. pag.142.col.1.D & pag. 180.col.2.C
prælati an corrigendi à subditis, & quando, & quo modo, par.2. pag.154.& seq.col.1.E
prælatis ordinum Prędicatorum, & Minorum, cur tributa potestas eligẽdi inquisitores, com.52.p.3.pag.536.c.2 & quibus reseriptis concessa, ibidem.
Prælati Prædicatorum, vel Minorum non possunt inquisitoribus sui ordinis iubere, vt supersedeant ab executione officij, p.3.q.11. pag.542.col.1.A.& seq.
prælati ordinis quales se præstare debeant erga inquisitores, par.3.q.17. pag.549.col.1.D.E
Prælati religionum hodie non iudicant suos subditos in causa hæresis, com.77.p.3. pag.557.col.2
contra prælatos religionum caute procedendum, com. 77. par 3. pag.558.col.1
præmium credentium, & pœna non credentiũ, parte prima. pag. 18.col.2.D
Præpositio, Per, temporis continuationem significat, par.2. pag. 200.col.1.E
presbyterorum appellatione clerici continentur, & vice versa, par.2. pag.147.col.1.D.E
præscriptio quadraginta annorum currit quoad effectũ confiscationis bonorum, non vero quoad damnandam memoriam, com.92.p.3. pag.571.col.1.& 2
præsentans hæreticum ad beneficium, fautor hæreticorũ est, com.162.p.3. pag.667.col.2
præsumptio, vide in voce, Suspicio.
præsumptionum gradus, par.2. pag.142.col.1.A
præsumptio vehemens hæresis ex quibus factis colligatur, com.24.p.3. pag.429.col.1.E
præsumptio hæresis violenta ex quibus, & quot factis deprehendatur, com.24.p.3. pag.439.col.2.D
Præsumptiones leues non sufficiunt ad aliquem damnandum, com.15.p.2. pag.117.col.1
Pretium non restituitur ei qui emit ab eo cui hæreticus vendit, cum bona ab eo per fiscum vendicantur, parte 3. pag. 400.col.1
præuaricatores qui dicantur, p.2. pag.209.col.2.D
Principes priuare dominijs suis ob hæresim, an spectet ad solum Papam, p.2. pag.159.col.1.E.& seq.
principum magna esse debet cura in pellẽdis hæreticis, com. 78.p.2. pag.372.col.1.E
principes temporales purgare tenentur terras suas ab hęretica pranitate, p.2.pag.102.c.1.B. & pag.159.c.2.A.B
principes sæculares ne in sua consilia hæreticos admittant, com.78.par.2. pag.373.col.1
principes non habeant in sua familia eos qui sunt de hæresi diffamati, aut suspecti, com.82.p.2. pag.385.col.1
principes temporales prouidere debere inquisitoribus qui senserint, com.157.p.3. pag.653.col.2
principes sæculares possint leges nouas in hæreticos condere, com.135.p.3. pag.636.col.2
principes sæculares nolentes iurare de defendenda Ecclesia contra hæreticos excõcantur & eorũ terræ subponũtur interdicto, pag.177.col.1.A
principes magni quo modo excõmunicandi in hac causa, p.2. pag. 159.col.1.D
Priscillianistæ hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.1.D
Priscillianus quis nam fuerit, com.2.p.2. pag.88.col.1
Priuatus an punire possit hæreticum, p.2. pag.175.col.2.B
priuatæ personę ex sola omissione, vt sentit Eymericus, non dicuntur hæreticorum fautores, sed ex commissione, & quę committendo, p.2.q.53. pag.372.col.1.A.B
priuilegia inquisitorum an competant episcopis, com. 105. par.3. pag.584.col.2
priuilegia per generalem clausulam, an omnia tollãtur, p.2. pag. 169.col.2.C
priuilegia vigintiquatuor inquisitorum ab Vrbano iiij. concessa, p.2. pag.129.col.1.A. & seq.
priuilegia inquisitorum an competant eorum commissarijs, com.54.p.3. pag.538.col.2
priuilegia inquisitoribus data, an per alia posteriora sint reuocata, p.3.q.84. pag.633.col.2.E
priuilegium de delendis statutis negotio fidei oppositis sapius confirmatum, com.83.p.3. pag.561.col.2
priuilegia de remouendis inquisitoribus, com. 58. parte 3. pag. 541.col.1
priuilegium exemptionis nemini dat licentiam delinquẽdi, par.2. pag.150.col.2.E
priuilegium exemptionis non excusat quem à ferendo testimonio in crimine hæresis, p.2. pag.205.col.2.E
priuilegium per delictum amittitur, p.2. pag.139.col.1.E & pag.140.col.1.C pag.148.col.1.B
priuilegia nulla quemquam liberant à iurisdictione inquisitorum, com.8.p.2. pag.98.col.1
priuilegiati torquentur in crimine hæresis, com.110.par.3. pag. 594.col.1
priuilegium allegans ostendere illud debet, parte secunda. pag. 157.col.1
probationes legitimæ, summarie procedendo non prætermittendæ, p.3.q.55. pag.583.col.1.D
probationes leuiores, an sufficiant in crimine hæresis, par.2. pag. 205.col.2.A
probationes leuiores ad condemnandum non sufficiunt, p.3. q.71. pag.614.col.1.D
probatio leuis sufficit ad suspicionem, non ad probationem, par.2. pag.197.col.1.C
probatio per æquipollentia quando non sufficiat, com.121. par.3. pag.622.col.1
probatio perfecta non consurgit in criminalibus, ex pluribus imperfectis probationibus, com. 121. parte tertia. pag.616.col.2. & pag.619.col.1
probationes pleniores contra defunctum requiruntur, com. 170.p.3. pag.680.col.1
probatio indirecta admittitur contra præsumptionem violentam, com.80.p.2. pag.380.col.2
probatio sufficiens nisi habeatur non est procedendum contra defunctos, com.92.p.3. pag.572.col.2
probatio plenior exigitur contra defunctũ quàm contra viuentem, com.92.p.3. pag.573.col.2
procedendum non est sepius in eodem crimine, parte secũda. pag. 212.col.1.A
procedendi iudicialiter contra reos modi tres, per accusationem, denunciationem, & inquisitionem, parte tertia, com.13. pag. 413.col.2. D. & seq.
procedendi per modum accusationis se ad pœnam talionis inscribit, p.3. pag.403.col.2.E. & seq.
processus contra reos diligenter, ac pronide per inquisitores sunt formandi p.3. pag.463.col.1.B
processibus existentibus contrarijs, quid faciendum, par.2. pag. 212.col.1.A
processus in causa fidei quoad substantialia integer esse debet, com.102.p.3. pag.582.col.2
processus communicare inter se debent episcopus & inquisitor

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitor diuisim procedentes, & quando, & cur. p.3.q.51. pag.581.col.1.D.E. com.100.p.3. pag.581.col.2

processus diuersos contra aliquem fieri, an expediat, com. 91.par.3. pag.569.col.2

processus contra absentes quot modis fabricari possint, com. 91.p.3. pag.569.col.1

processus totus iurisperitis explicandus, par.3. quæst.79. pag. 631.col.2.D.E

processuum communicatio quando fieri debeat, parte secunda. pag. 211.col.2.E

processus communicari an debeant ante torturam quando diuisim proceditur, com.102.p.3. pag.582.col.1

processus inquisitoris ab ordinario non potest prohiberi & quare, p.3.q.5. pag.538.col.1.C.D

processus totius copia probetur reis & eorum aduocatis et procuratoribus suppressis nominibus testium & accusantium, p.3. pag.446.col.1.C.D.& seq.

processus contra defunctum breuiter absoluēdus, com.170. par.3. pag.680.col.1

processus formandus contra memoriam defuncti, com.92. par.3. pag.572.col.2

proclamatio & appellatio qualiter differant, parte secūda. pag. 212.col.2.B

procurator concedi debet reis vbi necesse fuerit, & qualis esse debeat, p.3. pag.447.col.1
com.28.p.3. pag.447.col.2

prohibitio ne de fide catholica disputetur quibus & quando fiat, com.6.p.1. pag.32.col.2

promissio abiurantis ad quid extendatur, com.146.par.3. pag. 646.col.1

propositio hæretica quot modis dicatur & cognoscatur, vtilis disputatio.com.27.p.2. pag.233.col.2

propositionum qualitates expendere theologorum est, & qui de hoc disseruerint, com.28.p.2. pag.237.col.2

propositionum in fide peccantium gradus varij, com.28. par.2. pag.237.col.2

propositio hæretica ex triplici capite iudicatur, par.2.q.2. pag. 233.col.1.C.& seq.

propositionum catholicarum, aut hæreticarum veritas, vel falsitas an pendeat ab assertore, cō.22.p.1.pag.65.col.1

propositiones hæreticas, aut catholicas nō facit ecclesia, sed solum declarat quales sint, com.22.p.1. pag.65.col.1

propositio duplicem habens sensum, in quo accipi debeat in sancto officio, p.3.com.111. pag.601.col.2

propter præsumptionem etiam vehementem non debet quis de graui crimine condemnari, p.2. pag.116.col.2 D

protestatio quid, com.16.p.1. pag.76.col.2

protestationis vsus antiquus & vsitatus, com.26.parte 1. pag. 76.col.2

protestatio catholica & consueta, p.2. pag.76.col.1.B

protestationis materiā q tractarint, cō.26.p.1.pag.76.c.1.E

protestatio generalis, vel particularis quibus et quādo prosit, & quando non, p.1.q.12. pag.77.et seq.col.1.A.B

protestatio præcedens quando iuuet protestantem, multis regulis explicatum, com.26.p.1. pag.76.col.1

protestatio factis contraria non iuuat protestantem. com. 26.p.1. pag.78.col.2

protestatio abbatis Ioachimi, com.1.p.1. pag.5.col.2
& pag. 6.col.1

Protestatio Auctoris Adnotationum in Directoriū Catholica, com.26.p.1. pag.76.col.2. & par.3. com.180. pag.687.col.2. in fine.

protestatio qua hæretici se tuentur, diligenter cauēda, com. 26.p.1. pag.78.col.1.et 2

protestatio generalis non excusat errantem in his quę scire debet, com.26.p.1. pag.77.col.1

protestatio generalis eum tuetur, qui errat in his qua explicite scire non obligatur. com.26.p.1. pag.77.col.1

protestatione non iuuatur, qui legitime admonitus non deponit errorem, com.26.p.1. pag.77.col.1

protestans se credere quod credit Ecclesia, sed negat hæresim de qua conuincitur, non iuuatur protestatione, com. 26.par.1. pag.78.col.1
& par.3. com.48. pag.524.col.2

proximum ab hæresi reuocare quilibet tenetur, parte 2. pag. 167.col.1.B

prudentia in inquisitore maxime necessaria, com.1.par 3. pag. 535.col.1

pseudoapostolorum hæreses in Lombardia, parte 2. q.12. pag. 268.col.2.E.& seq.

Pseudoapostolorum secta condemnata per litteras Apostolicas Honorij iiij. p.2.q.12. pag.270.col.1.E.& seq.

Pseudoapostoli hæretici quibus signis & indicijs cognoscantur, p.2. pag.270.col.1.& seq.

publice dici quid sit, com.19.p.3 pag.425.col.1

publice laudare fidē & errores detestari quando iniungendum reis, com.14.p.2. pag.116.col.1

publica persona damnata, an & quomodo eius instrumenta damnata censeantur, p.2. pag.168.col.1.A.B
& pag. 94.col.1.E

publicum officium quid dicatur, com.8.p.3.pag.402.col.1
& cum dubitatur id declarat inquisitor. pag.402.col.2

publica auctoritate fungentes quo modo per omissionem, vel commissionem hæreticis fauere censeantur, par.2.q.53. pag. 371.& seq.col.2.D.E

pueri & senes delirantes, & hæreticantes non puniuntur, com.18.p.3. pag.421.col.1

punitio sæpe differenda est, ne scandalum oriatur, com.9. par.3. pag.403.col.2

punitio delinquentium in quem finem referatur, com.22. par.3. pag.432.col.2

puniendus quis est vbi deliquit, com.91.p.3.pag.669.col.2

punitus in foro canonico an possit iterum in foro ciuili puniri, com.13.p.1. pag.40.col.2

purgatio canonica quid sit, & quando indicatur, com.14. par.2. pag.115.col.1

purgatio canonica res valde periculosa est, com.97.par.3. pag. 579.col.2

purgatio canonica quem vsum habeat, com.38.parte tertia. pag. 477.col.1

purgationis canonicæ modus, & plura de ea, parte tertia. pag. 500.& seq.col.2.B

purgatio canonica facienda est in vulgari, & quando, p.3. pag. 502.col.1.A

purgationis canonicæ materiam qui tractarint, com.14.p.2. pag. 115.col.1

purgatio canonica, vt fiat, quæ sint necessaria, parte tertia. pag. 476.col.1.C.D

purgatio canonica non facile indicenda, quia remedium est periculosum, com.14.p.2. pag.116.col.1
& com.43.p.3. pag.502.col.2

purgatio canonica & abiuratio, an simul alicui imponi debeant, com.14.p.2. pag.115.col.2

purgatio est indicenda suspectis, p.2. pag.194.col.2.B

purgatio canonica indicenda ob solam hæresis etiam probabilem suspicionem, p.2. pag.141.col.2.E
& pag.

& pag. 157.col.1.C

purgatio canonica imponi potest leuiter suspecto, p.2.q.55. pag. 377.col.2.B

purgatio canonica indicenda diffamato de hæresi, p.3.q.72. pag.615.col.2.E. & q.88.pag.637.col.2.D
com.82.p.2. pag.384.col.2

purgatio canonica indicenda est diffamatis de hæresi etiam si per testes infames sint delati, vel apud viles & malos sint infames, vel ab æmulis fuerit infamia, par.2.q.57. pag. 384.& seq.col.1.B.C.& seq.

purgationis canonicæ diffamato de hæresi indicendę forma, par.3. pag.476.col.1.A.& 2.B

purgatio canonica est indicenda credentibus hæreticorum tantū de hæresi suspectis, p.2.q.50. pag.366.col.2.D

purgationis termino assignato, an videatur indicta purgatio, par.2. pag.158.col.2.A

purgatio canonica quo ordine & ritu fieri debeat, com.38. par.3. pag.477.& seq.& an cum indicitur, adesse debeat cum inquisitore episcopus aut eius vicarius. ibid.

purgare se canonice recusantis pœna, p.3.pag.477.c.1.C.D

purgans se canonice, & in purgatione deficiēs, vt hæreticus condemnatur, & qualiter puniatur, p.3.pag.476.c.1.D
com.14.par.2. pag.116.col.1
& vide in verbo, Deficiens.

purgans se canonice, & deinde iterum in hæresim incidens, an vt relapsus curię seculari tradat. p 3.pag.476.c.2.B

purgatores, & eorum munus & numerus, com.14.par.2. pag. 115.col.1

purgatores quales esse debeant, & quot in eis conditiones requirantur, com.14.p.2. pag.115.col.1

Pyromantiæ libri condemnati, p.2.q.29. pag.317.col.2.A

Q

Qualitates articulorum damnatorum, quos profitebatur Hieronymus de Praga, com.47.p.3.pag.521.c.1

quæstuarij prędicantes ab inquisitoribus impediri & puniri possunt, p.3.q.37. pag.564.col.2.C

quæstio 26. partis secundæ Directorij de libris damnatis à diuersis Romanis Pontificibus restituitur, com.51.p.2. pag. 311.& 312.& seq.

quæstio 37. par.2. Directorij de hæreticis in iure ciuili nominatis, restituta, com.62.p.2. pag.326.& 327

R

Rabbi Mosis hæreses & errores, p.2.q.4. pag.240. col.2.C.& seq.

Randa mons in insula Maioricarum celebris, com.34.p.2. pag. 262.col.2.B

raptorum bona quibus casibus deferantur in fiscum, par.2. pag. 213.col.2.D

Raymūdus de Pennaforti quis, cō.25.p.2.pag.223.c.1.et 2

Raymundus Lull, quis, & quando vixerit, com.25.par.2. pag. 255.col.2.et seq.

Raymundi Lull errores, p.2.q.9. pag.255.& seq.col.2.C

Raymundi Lull opera omnia condemnata, & eius tota doctrina generaliter interdicta per Gregorium xj & librorum eius catalogus, p.2.q.9. pag.255.col.2.C
q.26.pag.311.c.2.A. & com.51.p.2.pag.313.c.1.et 2

Raymundus Neophytus quis, & eius libri damnati, com. 52.par.2. pag.315.col.2

Raymundi Neophyti libri damnati, parte secunda, q. 27. pag. 316.col.1.C.D

rebaptizare grauissimū est scelus, com.10.p.1.pag.37.col.1

rebaptizandus nemo est, nisi de quo dubitatur, parte prima. pag.36.col.2.E. com.10.p.1. pag.37.col.1

rebaptizātis, et rebaptizati pœna, cō.13.p.1.pag.40.col.1

rebellium in Ecclesiā pœnæ, quales, p.2.pag.160.col.1.C.D

rebelles Ecclesię inuadendi, & eorum bona occupanda, & quid de mobilibus & immobilibus, & feudalibus, par.2. pag. 177.col.2.E.& seq.

receptatores hæreticorum, qui proprie appellētur, p.2.q.51. pag.368.col.1.A. & pag.366.col.2.B.C

receptator hæreticorum nemo dicitur nisi scienter receperit, com.76.p.2. pag.369.col.1

receptator quis dicitur ex vno actu recipiendi, com.76. par.2. pag.369.col.2

receptatores hæreticorum in duplici sunt genere, p.2.q.51. pag. 368.col.2.D.E

receptatores hæreticorum quando culpa vacent, & quando non, p.2.q.51. pag.368.col.2.E.et seq.

receptatores hæreticorum qui habendi sint velut hæretici, et qui vt suspecti de hæresi, p.2.q 51. pag.369.col.1.A.B

receptator hæreticorum scienter vehementer suspectus reputatur, p.2.q.56. pag.381.col.1.E.& seq.
com.81.p.2. pag.382.col.1

receptatorum pœnæ, com.76.p.2. pag.369.col.2

receptantes & defendentes consanguineos, an mitius puniri debeant in crimine hæresis, p.2. pag.181.col.1.B
com.75.pag.370.col.1. & com.81.p.2.pag.382.col.2

receptantes hæreticos amicissimos non tamen coniūctos, vel amantes, an mitius puniri debeant, com.81. parte 2. pag. 382.col.2

receptator debeat ne probare ignorantiam, vel contra fiscalis scientiam, com.76.p.2. pag.369.col.2

receptatoribus hæreticorum sponte venientibus tēpus gratiæ, & misericordiæ assignant inquisitores, parte tertia. pag. 409.col.2.B

in receptatores defunctos, an procedi possit, com.92.par.3. pag. 571.col.2

recidere peius est quàm incidere, p.2. pag.52.col.1.B

recidens in hæresim de qua vt vehementer suspectus se purgauit, vt relapsus est puniendus, cō.38.p.3. pag.479.c.2

recidens in hæresim post purgationem, vel abiurationem curię seculari traditur. par.2. pag.157.col.2.E

recitantes aliorum hæreses, an sint puniendi, & quomodo, com.17.p.3. pag.420.col.1

reconciliati Ecclesię, vide in voce, Redeuntes. et in voce, Pœnitentes.

reconciliatus Ecclesiæ dominus an recuperet amissas fidelitates, & obligationes, par.2. pag.166.col.1.B
& pag. 182.col.2.C

Rectores Ecclesiæ cogi possunt ad iurandum de defendenda Ecclesia, sub grauibus pœnis, parte tertia, quæst.32. pag. 560.col.1.D.E

Rectores animarum redeuntes quando restituendi ad sua beneficia, com.162.p.3. pag.668.col.1

recusatio quid sit, com.30.p.3. pag.452.col.1
& an inquisitor possit recusari, & cum recusatur quis ordo seruari debeat, ibidem plenissime tractatum.

recusatio inquisitoris facta per reum, duobus modis repelli potest, par.3. pag.452.col.1.D.& seq.

recusantes iurare, quando hæretici, et quando non, com.90. par.3. pag.568.col.1

recusantis se canonice purgare pœna, p.3. pag.476.c.1.D

redire continuo seu confestim qui dicantur, com.8.parte 2. pag. 98.col.1

redeuntes ad Ecclesiam ab hæresi, in duplici sunt differentia, com.65.p.2. pag.332.col.1
Cetera vide in voce, Penitentes.

redeuntes qualiter recipiantur, pulchrum præceptum Gui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

donis Fulcodij, com.140.p.3. pag.640. col.2
redeuntium qualitates cognoscendæ, vt singulis debitæ pœnæ imponantur, com.140.p.3. pag.640.col.2
redeuntes ab hæresi non facile ad religionem admittendi, & quare, com.65.p.1. pag.332.col.2
redeuntes ad Ecclesiam, quando non debeant in perpetuum carcerem condemnari, com.142.p.3. pag.641.col.2
Primo & tertio casu.
redeuntes hæretici, an sint beneficijs priuandi, com.162.p.3. pag. 668.col.1
redeunti vxori hæreticæ domus mariti pro carcere assignanda videtur, com.142.p.3. pag.641.col.2
redeuntes ab hæresi, & absoluti ab inquisitore, sua peccata sacerdoti proprio confiteantur, com.65.p.2.pag.332.c.2
Regum & Principum in causa fidei, an inquisitores sint iudices, p.3.q.31. pag.559.col.1.E
Regales viri qui, & qualiter cõtra eos procedatur, com.80. par.3. pag.560.col.1
regna nulla ex causa magis conseruantur quàm ex defensa fide, com.157.p.3. pag.653.col.1
regularium ministrantium sacramenta ecclesiastica fautoribus hæreticorum pœna, p.2. pag.162.col.2.D.E
reiudaizantium ritus qui sint, p.2.q.44. pag.349.col.1.A
reiudaizantes quo ritu recipiantur ad Iudaismum, com.69. par.2. pag.350.col.1.& seq.
reiudaizantes hæretici qua ratione dignoscantur, parte 3. pag. 441.col.2.B
reiudaizantes potestati inquisitorum supponuntur, com.69. par.2. pag.349.col.1.& 2
reiudaizantes cognoscendi signa ex lege del Fuero, Luzgo, com.25.p.3. pag.442.col.1
reincorporati qui dicantur, p.2. pag.203.col.2.C
relabens in fautoriam, siue abiuratam, siue aliam an sit puniendus vt sit relapsus, com.83.p.2. pag.387.col.2
relapsi proprie & vere in iure qui dicantur, p.2. pag.105. col.1.A. & 133.col.2.D. & q.40. pag.331.col.1.C & q.58. pag.385.col.2.C & com.87.par.2. pag.386.col.2
relapsus iuris fictione quis dicatur, p.2. pag.201.col.1.C
relapsus qualiter quis censeatur committendo, & qualiter non, com.146.p.3. pag.645.col.2
relapsi natura & essentia in quo consistat, com.83.par.2. pag. 388.col.2.A.& seq.
relapsorum duæ differentiæ subtiliter explicatæ, com.83. par.2. pag.386.col.1
relapsorum in hæresim quatuor casus, parte 2. quæst.58. pag. 385.col.2.& 386.col.1
relapsus vt quis censeatur, ac velut talis puniatur, necesse est cõstet ad minus de vno lapsu in hæresim, com.81.p.2. pag. 383.col.1
relapsum nõ faciunt alij casus præter diffinitos à iure, com. 146.p.3. pag.646.col.1
relapsi cur grauius puniendi, p.2. pag.142.col.2.E
relapsorũ materiã qui tractarint, cõ.83.p.2.pag.386.col.2
relapsi alij labuntur in hæresim, alij in fautoriam, par.2. quæst.58. pag.385.col.2.C
relapsi an censeantur qui generaliter se obligant ad non faciendum contra abiurata, si contra faciunt. com. 146. par.3. pag.646.col.1
relapsus an & quãdo censeatur lapsus in hæresim aliam ab abiurata, p.2.q.40. pag.331.col.1.D
et q.58.pag.386.col.1.A. com.65.p.2.pag.332.col.2
relapsus quibus casibus quis iudicetur post abiurationem de vehementi factam, p.2.q.40. pag.331.col.1.C
& quæst.55. pag.378.col.1.A
relapsus post abiurationem de vehemẽti præsumptam qualiter tractandus, p.2.q.55. pag.378.col.1.D
relapsorum pœna nõ punitur, qui de leui abiurauit, etiamsi post abiurationem constet de hæresi, quam leuiter abiurauit, com.83.p.2. pag.387.col.1
relapsus censetur qui deficit in purgatione canonica, si aliàs incidisset in hæresim. com.14.p.2. pag.116.col.1
relapsus an censeatur, & vt talis puniendus incidens in hæresim post purgationem canonicam præstitam, parte 3. pag.502.col.1.B. com.38.p.3.pag.479.col.1
relapsus cur non dicatur qui canonice se purgauit, nisi in purgatam hæresim recidat, com.38.p.3. pag.479.col.2
relapsus censetur qui cum abiurasset vt hæreticus, postea hæreticis fauet, p.2.q.40. pag.331.col.1.E. & seq.
relapsus in fautoriam, sine abiuratam, sine aliam, an puniri debeat, vt relapsus, ardua quæstio, com. 83. parte 2. pag. 387.col.1.& 2
relapsos bis vel pluries in fautoriam, iustum videtur tradi curiæ seculari, com.83.p.2. pag.388.col.2.A
relapsi quibus casibus tradendi sint brachio seculari, par.2. q.58. pag.385.col.2. & 386.col.1
relapsus curiæ sæculari tradendus, vt cõuertatur procurandum diligenter, com.45.p.3. pag.512.col.1.E
relapsi pœnitentes non reincorporantur Ecclesiæ, com.144. par.3. pag.672.col.1. & seq.
relapsus quamuis pœnitens brachio sæculari traditur, p.3. quæst.99. pag.675.col.2.C.D
relapsis omnino audientia denegatur; & cur eis tamen pœnitentibus sacramenta non denegantur, & quæ, parte 2. pag.97.col.1.& 2. com.83.p.2.pag.387.col.1 & com.158.p.3. pag.647.col.1
relapsis pœnitentibus & brachio seculari tradendis sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ non denegantur, par.2. quæst.58. pag.386.col.1.D
pag.510.col.2.D. par.3.q.100.pag.647.col.1.D & com.158.p.3. pag.647.col.2
relapso pœnitenti tradendo brachio sæculari mittendi sunt viri religiosi, qui futuram sententiam iudicent, & cum consolentur, par.3. pag.510.col.2.C & 512.col.1.B.C. & seq.
relapsis sponte venientibus, an sit parcendum, com.12.p.3. pag. 412.col.1.A
relapsus, si sit in sacris, degradandus est antequam brachio sæculari tradatur, p.3. pag.511.col.1.A
relapsi an aliqui censeantur, & ideo curiæ sæculari tradendi, quam plures sunt casus valde dubij, in quibus Papa esset consulendus, & qui illi sint, parte secunda, q.58. pag. 385.col.2.& 386.col.1
relaxatus curiæ sæculari an possit ab inquisitoribus admitti ad misericordiam, p.3. pag.524.col.1.E.& seq.
relaxatum brachio sæculari probi aliqui viri associare debent ad eum conuertendũ, vel consolandũ. pag.516.c.1.A & pag.520.col.2.B. & pag.524.col.1.C.D
religio, quam beatus Petrus tradidit Romanæ Ecclesiæ, tenenda est ab omnibus, p.1. pag.29.col.1.A.B
religiones exemptæ quæ dicantur, p.2. pag.171.col.1.C
religionis obumbratione fuscatus quis dicatur, parte 2. pag. 170.col.2.E
religiones nouas approbare Papæ munus est, non episcoporum, com.41.p.2. pag.295.col.1.A
religionem nouam non est licitum sine Papæ approbatione recipere, p.2.q.16. pag.293.col.1.A
religio noua ab episcopis non potest concedi, sine speciali Pontificis auctoritate, p.2.q.16. pag.293.col.1.B
religiosæ personæ quæ intelligendæ sunt, p.3.q.63. pag.602. col.1.D.com.112.p.3. pag.602.col.1.& 2
religiosorum nomine laici quandoq; intelliguntur, com.112. par.3. pag.602.col.2
religiosi omnes in causa fidei subduntur potestati inquisitorum, com.77.p.3. pag.557.col.2
religiosi grauius puniendi quàm sæculares, parte secunda. pag. 135.col.1.A
religiosi mitius torquendi, com.110.p.3. pag.642.col.2
religiosos in exemptos procedendi olim varia statuta, com. 77.par.3. pag.594.col.2.A
religiosi etiam sacerdotes, an & quando possint esse inquisitionis notarij, & per inquisitores compelli, p.3.pag.427. col.2.B & quæst.19.pag.550.col.2.A. com.68.parte 3. pag. 550.col.2.E
religio Christiana non potest hæresis aut secta vocari, com. 26.par.2. pag.232.col.1
remissio rei in causa hæresis, an habeat locum, com.33.par.3. pag. 463.col.2
remissio facienda est multis conditionibus obseruatis, com. 33.par.3. pag.463.col.2
remissio quorum expensis debeat fieri, com.33. parte tertia. pag. 463.col.2
remissio rei debet fieri ad iudicem loci in quo deliquit, com. 45.par.3. pag.463.col.1
remissio rei quando secure fieri non possit, quid agendum, cõ. 33.par.3. pag.463.col.2
remoueri ab officio, inquisitores à quibus possint, par.3.q.9. & 10. pag.540.col.2.E.& seq.
remouendi inquisitorem causæ legitimæ, parte 3. quæst. 12. pag.543.col.1.E & seq.
in remouendis sacerdotibus negligentibus et inutilibus quis ordo seruandus, p.2. pag.156.col.1.E et seq.
renuentes iurare in causa fidei, ab inquisitoribus coercendi, par.3.q.41. pag.567.col.2.E
reparatio damni dati facienda est ab eo qui est absoluendus, com.7.p.3. pag.398.col.1
reparatio damni dati, si statim præstari non possit, data cautione, erit reus absoluendus, com.7.p.3.pag.398.col.1.E
reprehensionum genera quot, p.2. pag.174.col.2.D
requisitio rei, qui petitur remittendus, qualiter fieri debeat, com.33.p.3. pag.464.col.2
rescriptum loquens de officialibus Papæ comprehendit inquisitores, licet de illis mentionem non faciat specialem, com.79.p.3. pag.559.col.1
rescriptum ab excommunicato impetratum, an & quando valeat, par.2. pag.143.col.1.A
responsionibus fraudulentis hæreticorum quomodo occurrendum, p.3. pag.434.col.1
respublica alat inquisitores, vel episcopus, com.153.parte 3. pag. 650.col.2
restituere bona sua fisco hæreticus occultus, an teneatur in conscientia. com.158.p.3. pag.656.col.1
restituere tenetur hæreticus fructus perceptos ex beneficio sibi hæretico collato, com.162.p.3. pag.667.col.2
resurrectio in eisdem corporibus futura, et cur, parte prima. pag. 14.col.2.B
reuelantes secretum etiam non iurati extra ordinem puniendi. com.129.p.3. pag.632.col.2
reuelandi sunt hæretici, suspecti, vel diffamati de hæresi, & habentes libros hæresum, & inuocationum dæmonum, & alios prohibitos, p.3. pag.409.col.1.A & seq.
reuelare omittens hæreticos, an vehementer fiat de hæresi suspectus, com.81.p.2. pag.383.col.1.E & seq.
rei nomen large & stricte sumptum; quid significet, parte 2. pag. 213.col.2.A.B
reus quando dicatur fugitiuus, & quando absens, parte 3. pag. 461.col.2.B
reus deprehensus manifeste in hæresi, quis dicatur, & quot modis, p.3.q.89. pag.638.col.1.C.D
rei delati de diœcesi ad diœcesim per inquisitores ciuari & trahi possunt, p.3.q.74. pag.626.col.2.B
reus vt capiatur, mandatum dandum esse, & qualiter, com. 108.p.3. pag.588.col.1
reis omnibus pares carceres assignandi non sunt, com. 108. par.3. pag.589.col.1.E & seq.
rei non facile transferendi de vno cubiculo ad aliud, com. 108.p.3. pag.589.col.1
rei leuiter delinquentes qualiter custodiendi, com.139.p.3. pag. 639.col.1
reus quando possit in duriorem carcerem trudi per solum inquisitorem, com.107.p.2. pag.587.col.1
reus detentus pro hæresi, in carcere occidens se, tanquam impœnitens damnandus est, & brachio sæculari eius statua tradenda & comburenda, p.3. pag.574.col.1.B.C
rei si moriantur ob id quia male sanis locis traditi fuerunt, irregulares fiunt inquisitores, com.107.p.3.pag.587.c.1
rei persuadendi sunt, vt iudicialiter dicant crimina, com.12. par.3. pag.412.col.2
reus sæpius ab inquisitore interrogandus & quando, par.3. pag.423.col.1.E.com.18.p.3. pag.423.col.1
rei quo ordine sint examinandi, & interrogandi, com. 18. par.3. pag.423.col.1
reis accusatis quæ interrogatoria fieri debeant, par.3. pag. 422.col.1.& 2.C & seq.
reus cur de origine sua & alijs circunstantijs interrogandus, com.18.p.3. pag.422.col.2.E.& seq.
reus quot testibus debeat conuinci in crimine hæresis, cõ.27. par.3. pag.445.col.2
reus quonis tempore potest probare suam innocentiam, p.2. pag. 242.col.1.A.B
reus captus an & quando cum cautione, seu fideiussione dimitti possit in tribunali inquisitionis, p.3.q.90.pag.638. col.2.B.com.139.p.3. pag.638.col.2.& seq.
reorum cautelæ, vt non subijciantur torturæ, p.3. pag.433. col.1.E & seq.
reus quando sit torquendus, et quomodo, par.3. pag.480. col.2.C et seq.
reus perseuerans in confessione in tormentis facta, & pœnitens existens, abiurare debet, p.3. pag.481.col.2.E
reus quæstionatus qualiter interrogandus ad ratificandam confessionem, com.39.p.3. pag.485.col.1
reus perseuerans in confessione tormentis facta, & impœnitens existens, curiæ seculari traditur, p.3.pag.481.c.2.E
reo durante in tormentis in negatiua, quando iniungẽda abiuratio, p.3. pag.482.col.1.A.B
reo reuocante confessionem in tormentis factam quid agendum, p.3. pag.485.col.2.A
reo sunt edenda dicta testium, nomina tamen supprimenda, com.125.p.3. pag.629.col.2
reorum potentia multiplex inquisitori consideranda, par.3. q.75. pag.627.col.2.B
reus citandus est ad audiendam sententiam, com.40.par.3. pag. 491.col.2
reus ab vno tantum iudice puniendus, com.95.parte tertia. pag. 577.col.1
rei delati extra partes iurisdictionis inquisitori subiectas domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

domicilium transferentes, ab inquisitoribus coercendi, p. 3. q. 42. pag. 568. col. 1. E & seq.
reo quando iniungendum vt publice fidem laudet, et errores detestetur, com. 14. p 2. pag. 116. col. 1
reo conuicto per plures singulares testes, abiuratio indicenda, p. 3. q. 72. pag. 615. col. 2. E & seq.
reo nesciente legere competenter, & abiurare debente, notarius leget abiurationem, & reus repetet prolata à notario, par. 3. pag. 493. col. 2. B. C
reus si non purgauerit indicia per torturam abiuret, aut alitер plectatur, com. 14. p. 2. pag. 116. col. 1
rei deficiẽtis in purgatione canonica pœna, p. 2. pa. 116. c. 1. C
reus cui sit imponenda pœna corporalis, non est relaxãdus, & quare, com. 193. p. 3. pag. 639. col. 1
reus semel curię sæculari traditus, an si conuertatur, sit recipiendus, p. 3. pag. 516. c. 1. A. & pag. 524. col. 1. E. et seq.
reus hæreseos morti propinquus si confiteatur, absoluendus com. 25. p. 2. pag. 228. col. 1
reus quando absoluendus, et qualiter, vide in voce, Delatus.
rei non sunt comprehendendi in sancto officio, nisi præcedat sufficiens informatio, com. 108. p. 3. pag. 589. col. 2
reis quales circunstantię possint publicari, com. 124. par. 3. pag. 628. col. 2
reus si moritur antequam eius causa finiatur quid agendum, com. 92. p. 3. pag. 573. col. 2
rex chatolicus in Hispania abunde prouidet Inquisitoribus, com. 158. p. 3. pag. 660. col. 1
ritus antiquus excommunicandi, p. 3. pag 399. col. 2. A
ritus vetustus promulgandi leges contra hæreticos initio Põtificatus, com. 22. p. 2. pag 131. col. 2
ritus Iudæorum cur tolerari ab Ecclesia, non ita Sarracenorum, p. 2. q. 46. pag. 355. col. 2. D
ritus transeuntium à Christianismo ad Iudaismum parte 2. quæst. 44. pag. 349. col. 1. A. B
ritus reiudaizãtiũ qui sint, p. 2. q. 44. pag. 349. c. 1. C et seq.
Rolandi à Valle opinio, com. 158. p. 3. pag. 658. col. 2
Rolandi dictum expenditur, com. 158. p. 3. pag. 658. col. 2
Romana Ecclesia cęteris prælata, com. 4. p. 1. pag. 29. col. 1
Romana Ecclesia ab errore in fide immunis, par. 2. quæst. 17. pag. 296. col. 2. B
Romanæ Ecclesiæ præcepta et consuetudines ab omnibus obseruandæ, p. 2. pag. 238. col. 2. A. B
Romanorum Pontificum statuta iustis de causis variantur, p. 2. q. 17. pag. 296. col. 2. E
Romani Pontifices cur multas extrauagantes direxerint Inquisitoribus Italię, com. 158. p. 3. pag. 659. col. 2
Rudes & plebei in fide errantes à maioribus decepti quatenus excusentur, com. 21. p. 1. pag. 61. col. 2

S

Sabellij errores, p. 1. pag. 9. col. 2. D & pag. 10. col. 2
Sabelliani hæretici, & eorum errores, p. 1. pag. 13. col. 2. A. & p. 2. q. 6. pag. 244 col. 2. E
Saccophori hæretici qui, & alię eorum barbaræ appellationes, com. 62. p. 2. pag. 328. col. 1
Sacerdos solus rite ordinatus Eucharistiam conficit, parte 1. pag. 151 col. 1. C & pag. 20. col. 2. A. B
sacerdoti asserenti se absoluisse aliquẽ hęreticum, an sit credendum, com. 25. p. 2. pag. 225. c. 2. & vide plura in voce Confessor.
Sacramentorum tractatio in iure quibus in locis, parte 2. pag. 170. col. 1. C
Sacramentum baptismi in forma Ecclesiæ à quocunque collatum valet, p. 1. pag. 3. col. 2. C
Sacramenta, et res sacramẽtales si admisceantur sortilegijs, talia delicta manifeste sapiunt hæresim, com. 67. par. 2. pag. 337. col. 1
Sacramenta ab hęreticis collata valent, sed scienter recipientes peccant, p. 2. pag. 155. col. 1. D. E
Sacramentum extremę vnctionis non datur in morte plectẽdis. com. 149. p. 3. pag. 647. col. 2
Sacramenta pœnitentiæ & Eucharistię relapsis pœnitẽtibus, & brachio sæculari tradendis non denegantur, p. 2. q. 58. pag. 386. col. 2. D com. 149. p. 3. pag. 647. col. 2
Sacramentorum figmenta per Manichæos recentiores inuenta, p. 2. q. 13. pag. 274. col. 1. & seq.
Sacramenta Catharorũ quatuor explicata ex summa fratris Raynerij, com. 38. p. 2. pag. 276. col. 2
Sacra scriptura quę continet vera esse ab omnibus credenda, p. 1. q. 12. pag. 74. col. 2. E
Sacris litteris exponendis quid obseruandum, com. 1. par. 2. pag. 83. col. 2
Sadducęorum errores, p. 2. q. 5. pag. 242. col. 2. C. & seq.
Sacrificia offerre dæmonibus, hęresim sapit manifeste, p. 2. q. 43. pag. 340. c. 1. D. & seq. & pag. 340. c. 2. B. et 341. c. 1
Salariũ non est requirendum à reis, cõ. 153. p. 3. pag. 650. c. 2
Salaria Inquisitoribus Hispaniæ vnde constituta, com. 153. par. 3. pag. 650. col. 2
Sale cur cõspergatur Area dirutæ domus hæreticorum, com. 92. p. 3. pag. 575. col. 2
Saluaguardiæ litteræ quę dicantur, cõ. 1. p. 3. pag. 391. col. 2
Sancius ordinis Minorum Archiepiscopus Tarracon. p. 2. quæst. 9. pag. 252. col. 1. E
Sancti non indigent nostris orationibus, p. 1. pag. 42. col. 2
Sanctorum auxilium implorandum ex traditione Apostolica, com. 14. p. 1. pag. 43. col. 2
Sanctorum expositionibus cur standum, com. 27. p. 2. pag. 234. col. 2. regula. 4. §. quod si rationem.
Sanctorum dicta reuerenter sunt exponenda, p. 2. quæst. 18. pag. 303. col. 2. C. D
Sanctorum consentiens sententia catholicã veritatẽ facit, et contrariũ est hæresis, cõ. 27. p. 2. pag. 234. c. 2. regula 4
Sanctitati non repugnat error venialis, parte 2. quæst. 17. pag. 297. col. 2. D. E
Sanctitatis palliatę conuersatio, est quidam hæreticorum modus ad decipiendos inquisitores, & se ipsos tuendos, p. 3. pag. 433. col. 1. D. E
Sapere hęresim manifeste cum dubitatur, an inquisitor id cognoscere valeat, com. 67. p. 2. pag. 337. col. 1
Satisfactio pro hęresi in quo consistat, et de quibus faciẽda, p. 2. pag. 161. col. 2. A & pag 335. col. 1. D. E
Satisfactio idonea præstatur per abiurationem et canonicam purgationem, com. 89. p. 3. pag. 567. col. 2
Sarraceni qui, & vnde sic appellati sint, p. 2. q. 21. pag. 306. col. 1. E. com. 46. p. 2, pag. 306. col. 2
Sarracenorum errores, p. 2. q. 21. pag. 306. col. 1. E & seq.
Sarraceni per cultum diuliæ inuocant Mahometum, parte 2. q. 43. pag. 338. col. 2. C
Sarracenorum ritus cur non tolerantur ab Ecclesia sicut ritus Iudęorum, p. 2. q. 46. pag. 356. col. 1. C
Sarraceni præbentes auxilium, consilium, vel fauorem Christianis redeuntibus, vel transeuntibus ad Sarracenorum ritus velut hęreticorum fautores ab inquisitoribus sunt puniendi p. 2. q. 45. pag. 351. col. 2. E
Saul Pythonissam inuocat, com. 68. p. 2. pag. 344. col. 1
Sayonię & Bayliuiæ quid significẽt, cõ. 4. p. 3. pag. 394. c. 2
Schisma quid, & qualis vox, com. 73. p. 2. pag. 363. col. 1
Schisma & hæresis differunt inter se, et quæ sit differentia, p. 2. q. 48. pag. 362. col. 2. E

Schisma-

Schismaticos qui confutarint, ac de eis scripserint, com. 73. par. 2. pag. 363. col. 1. & 2
Schismaticus cur sit hæreticus, p. 2. pag. 167. col. 1. C
Schismatici quidam sunt vere hæretici, & quidam non, par. 2. q. 48. pag. 362. col. 2. D. & seq.
Schismatici primi generis saltem leuiter de hæresi fiunt suspecti, com. 73. p. 2. pag. 363. col. 2
Schismatici ad Ecclesiam redeuntes abiurant schisma, com. 73. par. 2. pag. 363. col. 2
Schismatici post abiurationem an remaneant inhabiles ad beneficia, com. 73. p. 2. pag. 363. col. 2
Scholastici theologi vno consensu aliquid sentientes, id verũ est putandum, com. 27. p. 2. pag. 236. col. 1. reg. 8
Scholasticorum theologorum cõmunis sentẽtia quantam auctoritatem habeat, com. 27. p. 2. pag. 236. col. 2. reg. 8
Scholasticorum theologorum cõmunis sentẽtia vnde habeat tantam auctoritatem, com. 27. p. 2. pag. 236. col. 1. reg. 8
Scriptura obscura habetur pro nõ scripta. p. 1. pag. 19. c. 1. B
Scriptura sacra iuxta Sanctorum receptas interpretationes declaranda, com. 27. p. 2. pag. 235. col. 1. & 2
Scripturę sacrę sensus præse fert catholicæ veritatis indicium, com. 27. p. 2. pag. 234. col. 1. reg. 1
Scripturæ sacræ verba ad ludibria transferentes, qua pœna plectendi, com. 17. p. 3. pag. 420. col. 1
Secta vnde dicatur, p. 2. pag. 201. col. 1. E
Sectæ hæreticorũ in decreto damnatæ, par. 2. quæst. 6. pag. 243. col. 1. C & seq.
Secta Pseudoapostolorum per Honorium iiij. condemnata, p. 2 q. 12. pag. 270. col. 1. & seq.
Secta Beguinorum, & Begardorum prorsus damnatur, p. 2. quæst. 16. pag. 292. col. 1. C
Sectæ nouę auctor, vel sectator hæreticus dicitur p. 2. q. 31. pag. 318. col. 2. C. D
Secreti hæretici qui dicantur, p. 2. q. 33. pag. 321. col. 2. B
Secretum an sit quod quinque sciunt, p. 2. pag. 215. col. 1. A. B
Secretum reuelare non possunt, neque episcopus, neque inquisitores, com. 132. p. 3. pag. 633. col. 2
Secretum reuelantes etiam non iurati extra ordinem punien di. com. 129. p. 3. pag. 632. col. 2
Secretũ reuelãtes episcopus et inquisitores extra casus permissos, mortaliter peccant, com. 132. p. 3. pag. 633. col. 2
Secularis brachij auxilium inuocant inquisitores ad capiendos hæreticos, & alia necessaria transigenda, par. 3. q. 57. pag. 585. col. 1. B. C
Secularis iudex quos blasphemos punire debeat, p. 2. q. 46. pag. 354. col. 2. B & seq.
Sæcularibus officijs solus inquisitor priuare potest, com. 8. par. 3. pag. 401. col. 2. E
Sedis Apostolicę certissima sũt iudicia, cõ. 42. p. 2. pa. 303. c. 1
Sedem hoc est, seo, Ecclesiam cathedralem notat Eymericus Hispanice, com. 25. p. 2. pag. 223. col. 1
Sede vacante an capitulum succedat in iurisdictione episcopi quo ad hæreticos, p. 2. pag. 219. col. 1. C. D
Sententia noua super crimine hęresis non fertur sed iam per canones lata renouatur, p. 2. pag. 207. col. 2. E
Sententia in scriptis proferenda, com. 40. p. 3. pag. 491. col. 2
Sententia de die est ferenda, com. 40. p. 3. pag. 492. col. 1
Sententia de consilio peritorũ ferenda. p. 3. q. 78. pag. 630. & 631. col. 2. A
Sententia contra hæreticos quo ordine ferri debeat, com. 40. par. 3. pag. 491. col. 2
Sententię quibus traduntur aliqui curię sæculari, an ferendæ diebus festiuis, & in ecclesia, p. 3. pag. 512. col. 1. D. & plene disputatur, com. 45. p. 3. pag. 512
Sententię latæ per inquisitores publicari debent à parochis ecclesiarum, p. 3. pag. 403. col. 2. B. & seq.
Sententia vel processus inquisitorũ à dominis temporalibus impediri non possunt, p. 3. q. 35. pag. 562. col. 1. C
Sententiam diffinitiuam iudex non potest commutare, p. 2. pag. 208. col. 2. C
Sententias latas mitigandi potestatem habent inquisitores & episcopi, p. 3. pag. 315. col. 2. A. pag. 325. col. 2. D
Sententia condemnatoria qualiter ordinanda, com. 40. p. 3. pag. 491. col. 2
Sententia condemnatoria præsente episcopo proferẽda, com. 40. p. 3. pag. 491. col. 2
Sententia condemnatoria in hoc crimine, elapso anno, an requiratur, com. 49. p. 3. pag. 533. col. 2
Sententiæ condemnatorię qualiter executioni mandandę, cõ. 40. p. 3. pag. 492. col. 1
Sententia contra vnum lata, quando non noceat alteri, com. 164. p. 3. pag. 673. col. 1
Sententia antea quam feratur contra absentes, quis ordo tenendus est, com. 49. p. 3. pag 531. col. 2. E
Sententia condemnatoria, an requiratur contra contumacem elapso anno, p. 2. pag. 176. col. 1. A
Sententia diffinitiua cum agitur de plano quomodo proferri possit, p. 2. pag. 120. col. 2. E. & seq. A
Sententia reconciliationis diffinitiua potius quàm interlocutoria censenda, com. 146. p. 3. pag. 643. col. 2
Sententia qua ratione ferenda contra diffamatum de hæresi, par. 3. pag. 502. col. 1. B
Sententia confiscationis bonorum olim per quos ferretur, cõ. 158. p. 3. pag. 654. col. 2
Sententia, qua abiuratio alicui indicitur magis condemnatoria quàm absolutoria est, com. 97. p. 3. pag. 579 col. 1
Sententia conuersorum ab hæresi, an debeat continere eos hæreticos fuisse, com. 44. pag. 508. col. 2
Sententia conuersorũ cur sub conditione proferatur com. 44. pag. 509. col. 1
Sententia contra clericos contumaces mitior esse debet, com. 49. par. 3. pag. 533. col. 1
Sententiam absolutoriam ferre potest episcopus sine inquisitore, & vice versa, p. 3. q. 48. pag. 578. col. 1. B et seq. et late, com. 97. p. 3. pag 578
Sententia absolutoria non debet continere quem pronuntiari immunem & insontem, et quare, p. 3. pag. 474. col. 2. D & com. 37. pag. 475. col. 1. D
Sententię in causis fidei non transeunt in iudicatam, com. 37. par. 3. pag. 475. col. 2
Sententiæ damnatę memoriæ hæretici formula, com. 92. p. 3. pag. 574. col. 2
Sententia contra testes falsidicos publice pronuntiatur, com. 122. p. 3. pag. 625. col. 2
in sententia absolutoria quando quis innocens pronuntiari possit, com. 37. p. 3. pag 475. col. 2
Semiplene probat vnus testis idoneus in criminalibus, com. 110. p. 3. pag. 595. col. 2
Senes inquisitores qui in officio inquisitionis retinendi, com. 61. par. 3. pag. 544. col. 1
Sentiens male de sacramentis Ecclesię hæreticus dicitur, p. 2. q. 31. pag. 318. col. 2. D
Sepulturę quare monumenta appellentur, com. 89. parte 3. pag. 566. col. 2. E
Sepultura qui priuantur, com. 89. p. 3. pag. 567. col. 1
Sepultura priuantur hæretici, com. 7. par. 2. pag. 97. col. 1
com. 89. p. 3. pag. 566. col. 2
Sepulturę priuatio magna pœna, cõ. 89. p. 3. pag. 566. col. 2
Sepulturę ecclesiasticæ tradi, aut ea carere quid sit, com. 89. par. 3. pag. 567. col. 1

sepul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sepultura ecclesiastica quibus casibus denegatur, parte 2. pag. 147.col.1.B

sepelientes scienter hæreticos in loco sacro, ab inquisitoribus puniuntur, p.3.q.40. pag.567.col.1.E. & quæst.118. pag.675.col.1.E & seq.

sepelientes scienter hæreticos, ipso iure excommunicati sunt, & de hæresi suspecti, & quare, com.89.p.3. pag.567.c.1

sæpius dicens vel faciens aliquid contra fidem, suspectus est de hæresi vehementer, p.2.q.56. pag.381.col.2.E

sermo generalis indicendus, & habendus ab inquisitore in principio sui officij, p.3. pag.407.col.2.C.& seq.

sermones hæreticorum semel vel bis audiens, an sit credens hæreticorum, com.75.p.2. pag.367.col.2

serui in qua causa contra dominos torqueri possunt, com.115. par.3. pag.606.col.2.

serui per hæresim dominorum liberantur ab eorum potestate, com.168.p.3. pag.676.col.1

serui an transeant in fiscum, com.168.p.3.pag.676.c.1.et 2

serui Christiani nõ confiscatur, cõ.168.p.3. pag.676.col.1

serui nõ Christiani confiscantur, cõ.168.p.3.pag.676.col.2

seruos Christianos non recuperant domini conuersi, cõ.168. par.3. pag.676.col.2

serui catechumeni an confiscentur, cõ.168.p.3 pag.676 c.2

serui infideles dominum hæreticum denuntiantes an confiscẽtur, com.168 p.3. pag.676 col.2

seruorum manumissio facta per dominos hæreticos nulla est, com.145.p.3. pag.674.col.2

Sethiani hæretici, p.2.q.6. pag.244 col.1.B

Seueriani hæretici, p.2.q.6. pag.241.col.1.D

signa indicantia hominẽ vere contritũ, p.2.pag.198.c.1.C

signa quibus cognoscatur, an quis uere, vel ficte sit conuersus, com.13.p.2. pag.117.col.2

silentium possunt indicere consultoribus episcopus, et inquisitores, com.112.p.3. pag.633 col.2

Simoniacus hæreticus dicitur, p.2.q.31. pag.318.col.2.C

Simoniaci pœnæ et similitudo cũ hæretico, p.2. pag.319.c.1

Simoniacus à dicenda Missa excluditur, com.108.parte 3. pag. 589.col.1

Simoniani hæretici, qui & quale eorum dogma, par.2.q 6. pag 243.col.1.B.& com.31.p.2. pag 246.col.2

simpliciores quando de subtilitatibus fidei interrogandi, p.1. quæst.4. pag.61.col.1.C

simulatio à Deo separat, & eius multiplex species, parte 2. pag. 204.col.2.E

simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij qualiter intelligenda, p.2.pag.120.col.2.A.B.com.103.& 104.p.3. pag.582.& 583.col.2

simulatione corporei languoris vtuntur hæretici ad se tuendos, p.3. pag.431.col.1.A.B

singularibus testibus pluribus conuictus de hæresi condemnandus non est, p.3.q.72. pag.600.col.1.B

Siphori hæretici, vide in voce, Saccophori.

socij inquisitorum quales esse debeant, com.69.parte tertia. pag. 551.col.2

socij congruentes, & grati, à prælatis inquisitoribus assignãdi, p.3.q.20. pag 551.col.2.A.B

socij criminis in defectum probationum admittuntur in testes, p.3.q.64.pag.607.col.1.A.B.et p.1.pag.105.c.1.C

socio criminis an credatur sine tormentis, com.113.par.3. pag. 604.col.2

socius criminis an faciat indicium ad torturam, com.110. par.3. pag.599.col.2

solemnitates quæ omitti possunt cum summarie proceditur, com.104.p.3. pag.583.col.2

solemnis pœnitentia grauis, com.25.p.2. pag.230.col.1

sortium libri reprobati, p.2.q.29. pag.317.col.2.A

sortilegi meri qui sint, p.2.q.42. pag 336 col.1.A.B

sortilegi hæreticales qui sint, p.2.q.42. pag.336.col.1.B

sortilegorum duplex genus, p.2.q.42. pag.336.col.1.A

sortilegi et diuinatores differũt, et quibus locis ae illis agat, par.2. pag.202.col.2.C

sortilegi hæreticales inquisitorum iudicio subiecti sunt, p.2. q.42. pag.336.col.1.B.C

de sortilegijs qui differuerint, com.67.p.2. pag.336.col.2

sortilegi qualiter puniendi, com.67.p.2. pag.337.col.2

sortilegia, an sapiant hæresim manifeste qualiter cognoscendum, com 67 p.2. pag.337.col.1

sortilegia manifeste sapientia hæresim, parte 2. quæst.42. pag. 336.col.1.D.E

sortilegorum late patens tractatio, & de sortilegis qui diseruerint, com.67.p.2. pag.336.col.2

Spiritus sancti processio de qua in l.nullus.C.de sum.trinit. com.5.p.1. pag.31.& 32

Spiritum sanctum non procedere à filio qui hæretici dixerunt, com 2.p.1. pag.7.col.1

spiritualis pœna in crimine hæresis nõ impedit temporalem, par.2. pag.152.col.2.E

sponte venire & redire qui dicantur, p.2.pag.208.col.1.E & seq.com.12.p.3. pag.411.col.1

sponte venientes quam gratiam assequantur, com.12.par.3. pag. 411.col.2

sponte reuersus ad fidem recipiendus errore abiurato par.2. pag. 149.col.2.C.D

sponte venientes mitius sunt tractãdi, p.2.pag.409.col.2.E

sponte venientes ad ecclesiam ab hæresi, mitius tractandi sensi non sponte veniant, cõ.65.p.2. pag.332 col.1

sponte non venientes, aut post tempus gratiæ qualiter puniẽdi, com.12 p.3. pag 412.col.1

sponte relapsi venientes, an impetrent veniam, com.12.p.3. pag. 412.col.1

sponte confitentes metu probationum, an sint mitius puniendi, com.12.p.3. pag.413.col.2

sportulæ seu salarium non est requirendum à reis, com.153. par.3. pag.650.col.2

statuas hæreticorum comburendi ritus in tribunali inquisitionis quando cœperit, com.49 p.3. pag. 534.col.1

statuæ damnatorum in hoc crimine quibus casibus sint comburendæ com.49.p.3. pag 534 col.1.& 2

statua seu imago eius qui damnatur post mortem producenda in publicũ, & brachio seculari tradenda, et comburenda, com.102.p.3. pag.574.col.1.B

statua defuncti damnati curiæ seculari traditur, com. 92. par.3. pag.574.col.1

statua eius q se occidit an producẽda, cõ.92.p.3.pag.574.c.1

statua defuncti damnandi producenda est in publica fidei actiones, com.92.p.3. pag.574.col.1

statua defuncti absoluendi non est producenda, com.92.p.3. pag. 574.col.1

statuas producendi vsus in sancto officio, com.92. parte 3. pag. 574.col.1

statua absentis relapsi aut hæretici pœnitentis curiæ seculari traditur per sententiam p.3.q.101. pag.648.col.1.A

statuta Romanorum Põtificum iustis de causis uariantur, p. 2.q.17. pag.293.col.1.A.B

statuta per quæ inquisitoris officium impeditur vel retardatur, non valent p.2. pag.106.col.2.C

statuta impedientia officium inquitionis iubent inquisitores sæculi magistratibus vt ea reuocent, p.3.q.34. pag.561. col.2.A.p.2.pag.106.col.2.C com.83.p.3.pag.562.c.1

statuta priora contra hæreticos edita, an per posteriores reuocata

cata censeatur, p.3.q.84. pag.633.col.2.E.& seq.

statuta noua condere contra hæreticos, an inquisitores possint, com.135.p.3. pag.635.col.2.E & seq.

statuta noua dum conduntur, quid cauendum, com.135.p.3. pag. 636.col.2

statuta in hæreticos edita interpretari possunt iudices fidei, cur, & an soli inquisitores, com. 134.p.3. pag.634.col.2.com.135.p.3. pag.634.col.2.E

statuta contra hæreticos edita interpretari potest inquisitor cum episcopo.p.3.q.85. pag.634.col.1.C

statuta in verbis ambiguis inquisitor per se sine episcopo interpretari an possit, p.3.q.86. pag.634.col.2.D.E

statuta augentia pœnas in hæreticos, an condere possint principes seculares, com.135 p.3. pag.636.col.2

statutum an valeat domini temporalis disponentis de bonis hæreticorum confiscatis, com.158.p.3. pag.661.col.2

statutum ciuitatis Brixiæ de extirpanda hæresi Lutherana, com.135.p.3. pag.637.col.1

striges corporaliter deferri communis est, & vera sententia, com.68.p.2. pag.345.col.2

subdelegandi potestatem habent inquisitores, p.3.quæst.13. pag.545.col.1.E & seq.

subdelegatus an possit subdelegare, anceps quæstio, com.64. par.3. pag.547.col.1

subditorũ excessus diligenter corrigẽdi, p.2.pag.121.c.2.C

subditis quãdo prælatos euitare liceat, p.2.pag.157.col.1.A

subditi prælatos suos, an & quando, & quo modo corrigere possint, p.2. pag.175.col.1.A

subditi decepti à prelatis in his quæ sunt fidei, an excusentur ab hæresi, com.22.p.1. pag 64.col.2

subditi Dominorum lapsorum in hæresim absoluti sunt à debito fidelitatis, p.3.q.119. pag.675.col.2.B.C

subditi Dominorum manifeste in hæresim lapsorum, ab omni obligatione & fidelitatis iuramento sunt immunes, p.2. pag. 103.col.2.E

subornatio quando præsumatur, p.2. pag.212.col.1.A.B

subscriptio quid operetur, com.20.p.3. pag.428.col.1

subscriptio generalis, an sufficiat, cõ.20.p.3.pag.428.col.1

scribentium acta inquisitionis, an quisque separatim debeat scribere, com.20.p.3. pag.428.col.1

substituti ab inquisitoribus, quam habeant potestatem com. 23 par.2. pag.135.col.1

substanti alia quę dicantur, com.104.p.3. pag.583.col.2

substantiæ nomen varie acceptum apud nos & Græcos, p.1. pag. 11.col.1.C.B

summarie, simpliciter & de plano procedere, quid sit, com. 103.& 104.p.3. pag.582.col.1

summarie procedendo quęnam omitti possint, p.3.quæst.55. pag. 583.col.1.B.C

summarie procedens quas solemnitates omittere potest, cõ. 104.p.3. pag.583.col.2

sumptus inquisitorũ ab episcopo, vel à dominis tẽporalibus prouidendi, p.3.q.108. pag.652.& seq.col.2.B.& seq.

superiorum est inferiores docere, p.1.q.4.pag.61.col.1.A.B

superstitio, quid. com.68.p.2. pag.344.col.2.A

supplicij vltimi appellatione mors venit, p.2.pag.150.c.1.B

suspensi à minoribus ministrantes, an fiant irregulares, p.2. pag. 154.col.1.B.C

suspicio hæresis triplex leuis, vehemens, maxima, parte 2. quæst.55. pag.376.col.2.D

suspicio leuis, quid, ex qua non est facile in hoc crimine procedendum, com.80.p.2. pag.379.col.1

suspiciones ex quibus casibus oriũtur, cõ.110.p.3.pa.597.c.1

suspicionum cognitio in crimine hæresis valde necessaria, cõ. 80.p.2. pag.378.col.2.C

suspicio leuis q̃ sit, et cur sit appellata p.2.pa.376.c.2.B.C

suspicionis leuis exempla, p.2.q.55. pag.376.c.2.E & seq.

suspiciones ob leues contra quos procedi possit in causa hæresis, com.80.p.2. pag.379.col.2.E

suspicionibus leuibus non facile credendum in hoc crimine hæresis, com.12.p.2. pag.103.col.1

suspicio vehemens & magna quæ sit, & quare sic appellata, p.2.q.55. pag 377.col.1.A.B

suspicionis vehementis & magnæ exempla, par.2.quæst.55. pag.377.col.1.E & seq.

suspicionem uehementem de hæresi, quę indicia faciant, com. 81.par.2. pag.383.col.2

suspiciones ob vehementes nemo in hoc crimine pœna ordinaria coercendus, com.80.p.2. pag.380.col.1

suspiciones quantumuis vehementes in crimine hæresis morte extinguuntur, com.92.p.3. pag.572.col.2

suspicio violenta & maxima quæ sit, & quare sic appellata, p.2.q.55. pag.377.col.1.A.B

suspicio violenta quid, & ex quibus factis oriatur, com.80. par.2. pag.379.col.2.& seq.

suspicionis violentæ et maximę exẽpla, p.2. pag.377.c.1.E

suspicionis violentę gradus curponantur, com.42. parte 3. pag. 498.col.1.E

suspiciones violentæ ad pœnam criminis ordinariam imponẽdas sufficiunt com.80.p.2. pag.380.col.1

suspicio de hæresi oriri potest ex locis suspectis, vbi commoratus est reus, com.82.p.2. pag.385.col.1

suspicio hæresis tribus opportunis remedijs excluditur, com. 39.p.3. pag.482.col.1.E

suspicio hæresis, quę uis abiuranda, com.136. parte tertia. pag. 637.col.2

suspectorum de hæresi triplex genus, & qui dicantur leuiter suspecti, p.2.q.55. pag.377.col.2.A

suspicionum materiam qui tractarint in hoc crimine, cõ 80. par.2. pag.378.col.2

suspecti de hæresi reuelandi sunt perinde ac hæretici, parte 3. pag. 103.col.1.E

suspecti de fide, inquisitorum subsunt iurisdictioni, com. 12. par.2. pag 103.col.1

suspectus quando reddatur Christianis, si usurpat nomen Iudaicum, com.69 p.2. pag.351.col.1

suspecti de hæresi censentur excommunicati per annum in excommunicatione perseuerantes, & qua ratione contra eos sit procedendum, p.2.q.47. pag.360.col.2.B.& seq. com.72.p.2. pag.362.col.1

suspectus sit de hæresi, qui libros damnatos retinet, & qualem suspicionem contrahat, com.3. parte secunda. pag. 92.col.2. & 93 col.1

suspectus est qui ad peccandum sollicitat confitentem in sacramento confessionis, com.81.p.2. pag.383.col.2

suspecti ne sint de hæresi, qui per metum hæreticalia committunt, in quo personarum diligens est habenda ratio, com. 24.p.1. pag.68.col.2

suspecti de hæresi fiunt apostatæ ab ordine, & à statu regulari manentes per annum vnum in excommunicatione, par. 2.q.49. pag 364.col.2.C

suspecti de hæresi sunt magistratus obstinati, diu perseuerantes in inobedientia inquisitoris, & censuris per ipsum illatis, par.3. pag.401.col.1.C.D

suspecti de hæresi redeuntes non immurantur, com. 41.p.3. pag. 495.col.1

suspectis de hæresi redeuntibus non imponuntur vestes crucibus signatæ, com 41.p.3. pag.495.col.1

suspectis vel diffamatis de hæresi sponte venientibus tempus gratiæ & misericordiæ assignant inquisitores, par.3. pag.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag. 409.col.2.B
Suspecti de hæresi abiurare coguntur, p.3.q.87.pag.637.col.1.D.E.com.136.p.3. pag.637.col.2
Suspectus de hæresi publicus publice abiurare debet, parte 3. pag. 486.col.1.E
Suspectis de hæresi ob credentiam hæreticorum abiuratio vel purgatio est indicenda, p.2.q.50. pag.366.col.2.B.C
Suspectorũ de hæresi pœnitentię, p.3. pag.494.c.1.E.& seq.
Suspecto leuiter iniũgi potest purgatio canonica uel abiuratio de leui, p.2.q.55.pag.377.col.2.E.p.3.pag.486.col.1.C
Suspectus leuiter non abiurat generaliter omnem hæresim, par.3. pag.501.col.2.D
Suspectus vehementer cum est reus, quid obseruari debeat, com.14.p.2. pag.115.col.2
Suspectus vehementer fit vocatus ad respondendũ de fide nõ cõparens in tempore assignato, p.2.q.56. pag.380.c.2.B
Suspecti vehementer sunt, præsiantes scienter consilium auxilium vel fauorem impeditoribus officij inquisitionis, p.2.q.56. pag.381.col.1.D.E
Suspecti de hæresi fiunt vehemẽter aut leuiter defensores hæreticorũ, pro modo defensionis, p.2.q.52.pag.370.c.2.B
Suspectus est de hæresi vehementer qui sæpius facit vel dicit aliquid contra fidem, p.2.q 56. pag.381.col.2.E
Suspectus an fiat de hæresi vehementer, qui omittit hæreticos reuelare, com.81.p.2. pag.383.col.2.A
Suspectus vehementer si recuset abiurare, quid agendum sit, p.2 q.55. pag.377.col.2.B.C
Suspecto vehementer, abiuratio de vehementi iniungenda est, et vt hæresim omnem generatim abiuret. par.2.quæst.55. pag. 377.col.2.E
Suspectum quem vehementer non pronuntiet facile inquisitores, com.81.p.2. pag.383.col.2
Suspecti vehementer qui dicantur, p.2.q.55. pag.377.col.2.D.E.& q.56. pag.480.& seq.col.2.B.& seq.
Suspecti violenter, vt hæretici condemnantur, & quinam tales reputentur, p.2.q.55. pag.378.col.1.E.& seq.par.3. pag. 795.col.2.B
Suspectus violẽter abiurat generaliter omnem hæresim, p.3. pag. 496.col.2.D.E
Suspectus violenter, abiurans ad perpetuum carcerem condemnatur, p.3. pag.495.col.2.C
Suspecti violenter de hæresi, vestibus depictis cum duabus crucibus insigniuntur, p.3. pag.496.col.1.A
Symbolum quid, & quòd symbolo vincantur hæretici, com.16.p.1. pag.45.col.1.& 2
Symbolum apostolorum, & symbolum sanctorum patrum, par.1. pag.45.col.1.A.& col.2.C
Symbolum ab apostolis conditum, quando, & quam ob causam, com.16.p.1. pag.45.col.1
Symbolum sanctorum patrum quod dicatur, et vbi conditũ, com.17 p.1. pag.45.col.2.& seq.
Symbolũ Cõstantinopolitanũ cur conditũ, p.1. pag.45.c.2.E
in symbolo verbum illud, Filioque, non est additio, vt Græci mentiuntur, sed explicatio eius quod inerat, p.1.pag.20, col.1.com.17.p.1. pag.46.col.1
Symbolum aliud alio copiosius, seu explicatius, & quare, cõ. 16.p.1. pag.46.col.1
Symbolum in ecclesijs quando, & cur cantari ceptum, com. 17.p.1. pag.46.col.1
Symbolum & orationem dominicam, singuli fideles memoriter scire debent, com.17.p.1. pag.46.col.1
Synagoga quid, com.71.p.2. pag.358.col.2
Synodus Nicæna quando celebrata, cõ.5.p.1. pag.31.c.1.E
Synodus Chalcedonensis quando celebrata, com.6. parte 1. pag. 33.col.1
Synodus Constantinopolitana quando habita, & quid in ea gestum, com.19.p.1. pag.56.col.1
Synodus Ephesina & quid in ea factũ, cõ.19.p.1.pag.56.c.1

T

Tacens, an habeatur pro consentiẽte, p.1.pa.23.c.2.C
Tallionis pœna, quid sit, com.14.p.3.pag.414.c.1.et 2
talionis pœna, an hodie habeat locum, com.14. parte tertia. pag. 414.col.2
talionis pœna imponitur procedenti contra aliquem per modum accusationis, & deficienti in probatione, parte 3. pag.414.col.1.A & seq.
talionis pœnam imminere falsis testibus, qui dixerint, com. 122.p.3. pag.624.col.1
Tascodrogitę hæretici qui, com.62.p.2. pag.327.col.2
Tarraco ciuitas qualis, com.25.p.2. pag.233.col.1
Tarraconense concilium, p.2. pag.220.col.1.& seq. com. 25.par.2. pag.223.col.1
Tarraconense concilium, quo tempore celebratum, com.25. par.2. pag.223.col.1
Tarraconense concilium in multis antiquatum, & abolitũ, com.25.p.2. pag.224.col.2
Tarraconensi concilio interfuit Raymundi de Penñaforti, com.25.p.2. pag.223.col.2
Tarraconensis concilij locus restitutus, com. 25. parte 2. pag. 225.col.1.& 2
Tartari qui, & quales eorũ errores, et mores, p.2.q.19.pag. 305.col.1.A.& com.44.p.2. pag.305. col.1.& 2
Tartari multifariã distincti, p.2.q.19.pa.305.c.1.E & seq.
Tartari patrię adeundę desiderio, quando extra patriam captiui sunt, se ipsos necant. p.2.q.19. pag.305.col.1.B
Tartarorũ quidã lunã, alij vero animal, quod eis prius mane occurrit, adorant, p.2.q.19. pag.305.col.1.A.B
Tartari litteras quas defunctis deferant ab amicis accipiunt, p.2.q.19. pag.305.col.1.B.C
Tatiani hæretici, p.2.q.6. pag.244.col.1.D
Tatianorum error damnantium nuptias refutatur, parte 1. pag. 16.col.1
taxatio temporis aduenientibus ad ecclesiam arbitraria est, com.12.p.3. pag.410.col.2
ad tentationes subreptitias superandas circa credibilia remedium, com.1.p.2. pag.82.col.2
tempus ante legem, tempus sub lege, & tempus gratia, p.1. pag. 20.col.1.B
tempus gratię assignandum edictis publicis, com.12.par.3. pag. 411.col.1
tergiuersatius verborum est quidam hæreticorum sophisticandi modus, p.3. pag.430.col.2.A
Tertullianistę hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.2.A
Tertulliani error de anima hominis corporea refutatur, p.1. pag. 12.col.2.D
Tessarescedecatitæ hæretici, p.2.q.6. pag.245.col.2.B
Testamentum vetus à bono Deo conditum contra Manichæos, p.1. pag.13.col.2.B
Testamenti veteris distinctio, p.1. pag.13.col.1.B
testimonium ferre dignitas est, p.2. pag.201.col.2.E
testimonium debet esse purum, p.1. pag.19.col.1.B
testimonium obscurum non valet, & quare, p.1.pag.19.col. 1.B.com.111.p.3. pag.601.col.1
testimonium Iudæorum contra Christianos, an & quando admittatur, com.13.p.2. pag.108.col.2
testimonium hæreticorum in causa fidei, an & quando admittatur contra fideles, vel fauorem fidelium, & quando nõ & an & quando contra vel in fauorem hæreticorũ, p.2. pag.199.col.1.A.& com.117.& 118.par.3. pag. 611.& 612.col.1. & 2

testimonium domesticorum in quibus delictis, & an et quã do in fauorem vel contra admittatur, com.119.p.3.pag. 613.& 614. col.1
testimonium falsum dicere graue scelus est, com.122.par.3 pag. 624.col.2
testificari in hoc crimine nemo excusatur, com. 111.parte 3. pag. 600.col.1
testificantis primo dicto regulariter statur, quod fallit in crimine hæresis, p.2.pag.202.c.1.C.com.15.p.2.pag.117. col.2.& com.114.p.3. pag.605 col.2
testes de diœcesi ad diœcesim per inquisitores citari & trahi possunt, par.3.q.74. pag.626.col.2.A
testes iurare debere cum deponunt, com.111. parte tertia. pag. 601.col.1
testes causam dicti reddere debent, com.111. parte tertia. pag. 601.col.1
testis ex interuallo dictum corrigere & reuocare speciale est in crimine hæresis, par.2.pag 201.col.2.E com.114.p.3. pag. 605.col.2
testem posse dictum suum reuocare procedit etiamsi contra tertium deponat, com.114.p.3. pag.605.col.2
testes recipi possunt in causa hæresis etiam lite non contestata, com.19 p.2. pag.123.col.2
testes recepti lite non contestata, quid operentur, com. 19. par.2. pag.223.col.2
testes possunt recipi etiam publicatis attestationibus, com. 111.par.3. pag.601.col.2
testes pluries examinandi, p.3.q.62. pag.600.col.1.B.C com.111.p.3. pag.601.col.1
testis ex iudicis officio si obscure deposuit, iterum examinandus, p.2. pag.120. col.1.C & pag.205.col.2.E
testibus, quæ interrogatoria fieri debeant, p.3. pag.418.col. 1.D.& seq & pag. 424.col.1.& 2.A
testis interrogatus quid sit fama, nõ debet reddere exactam famę definitionem, com.17.p.3. pag.419.col.1
testibus in causa hæresis testificantibus quid sit admonendum, com.17 p.3. pag.419.col.1
testium dicta recipienda sunt ab inquisitoribus coram notario, & duabus personis religiosis, præstito prius iuramento, p.3. pag 417.col.2.D.E. & pag.600.col.1.A. com. 112.par.3. pag.602.col.1 & 2
testium dicta vel confessionem recipere debent, aut notarius publicam habens auctoritatem, aut duæ personæ idoneæ, ambo auctoritatem vnius personę publicæ habentes, p.3. pag. 425 col.2.A & seq.
testium examinatio quando sit vicarijs committenda, com. 10.par.3. pag.405.col.1.A
testes ad veritatem dicendam medio iuramento cogi possũt, p.3.q.62 pag.600.col.1.B. cõ.111.p.3. pag.601.col.1
testes in causa hæresis compelli possunt ad ferendum testimonium, neque liberantur ob votum vel iuramentũ vel exẽptionis priuilegium, p.2. pag.205.col.2.D.& seq.
testem torquere pro habenda veritate an inquisitor per se vel episcopus possit, p.2. pag.238.col.1.B.C
testis & reus in crimine hæresis an possint confrontari, com. 23.par.3. pag.435.col.2
testis an possit compelli ab inquisitore vt confrontentur cum reo, com.23.p.3. pag.436.col.1
testes quot requirantur in crimine hæresis, p.2 pa.180.c.1.A
testis vnus idoneus in criminalibus semiplene probat, com. 110.par.3. pag.595.col.2
teste vnico et fama nemo dãnandus, cõ.121.p.3.pa.616.c.1
teste vnico qui conuincitur, & infamia laborat, extra ordinem puniendus, com.121.p.3. pag.617.col.1
testis vnus an & quando sufficiat ad torturam, com. 110. par.3. pag.595.596.597.& 598.col.1
testis vnus & fama sufficiunt ad torturam, com.110.p.3. pag. 596.col.1.A
testis vnus cum grauibus indicijs sufficit ad torturam, com. 110.p.3 pag.595.col.2.& seq.
testis de scientia cum vno vel pluribus indicijs vehementibus, sufficiens est ad torturam, parte tertia. quæst. 61. pag. 592.col.1.E
testes duo in crimine hæresis ad condemnationem an sufficiant, p.2.pag.205.col.2.A.p.3.q.71.pag.614.col.1.D. & seq.com.120.p.3. pag.614.col.2.E
testium multiplicatio quando sit necessaria, & quando non, par.3. pag.445.col.1.E.& seq.
testium discordia in minimis non infringit eorum testimoniũ, quin potius illud validius reddit, com.121.parte tertia. pag. 622.col.1
testium diuersitas in alijs quàm in substantia eorum fidem non abrogat, com.121.p.3. pag.618.col.1
testibus loco & tempore diuersis an & quando probetur eadem hæresis, ardua quæstio, com.121.parte 3. pag.669. col.2. & pag.618.col.1
testis renuens dicere testimonium, an sit suspectus, com.111. par.3. pag.600.col.2
testium nomina dubium fuit olim an in hoc tribunali publicanda forent, com.124 p.3. pag.627.col.2
testium nomina vt non publicentur, quis sanciuerit, cõ.124. par.3. pag.628.col.1
testis falsus non quilibet est relinquendus curiæ sæculari, cõ. 122.par.3. pag.625.col.1
testem falsum qui instruit eadem pœna plectendus, com.122. par.3. pag.625.col.1
testem falsum mandans alicui vt instruat, eadem pœna afficiendus, com.122.p.3. pag.625.col.1
testi falsidico cum parcitur qualis pœnitentia ei iniungi debeat, com.122.p.3. pag.625.col.2
testes falsidici leuiter nocentes qualiter puniantur, cõ.122. par.3. pag 625.col.2
testis falsidicus puniendus est, quamuis dictum eius sit inualidum, com.122.p.3. pag 625 col.2
testi falsidico petenti veniam an sit parcendum, com.122. par.3. pag.626.col.1
testes falsidici an per solum inquisitorem, vel solum episcopum puniri possint, com.122.p.3. pag.626.col.1
testium nomina si publicentur, semper præsumitur graue periculum imminere, com.124.p.3. pag.628.col.2
testium cognomina non sunt publicanda, et quid si reus petat id instanter, com.124 p.3. pag.628.col.2
testium falsidicorum pœna, com.122.p.3. pag.623.col.2
testes falsidici maxime nocere dicuntur, com.122. parte 3. pag. 625 col.1
testium falsidicorum pœna, com.122.p.3. pag.623.col.2
testis falsus quis dicatur, com.122.p.3. pag.623 col 2
testes etiam si non conueniant in causa scientię, famam probant, com.19.p.3. pag.425.col.1
testes diuersi quando probent infamiam, com. 19. parte 3. pag. 424.col 2
testis idoneus, & alius minus idoneus non probant in hoc crimine, com.113.p.3. pag.604.col.1
testis minus dignus cum digno et alijs indicijs probant, com. 113.p.3. pag.604.col.1
testes duo minus idonei non faciunt plenam fidem, com.113. par.3. pag.603.col.1
testes plures quàm duo, minus idonei cum alijs coniecturis plene probant, com.113.p.3. pag.603.col.2
testes plures minus idonei, quando plene probent, com.113. par.

Universidad de Deusto
Biblioteca

par.3. pag.603.col.2
testis singularis quis dicatur, & cur einon credatur, com. 121.par.3. pag.616.col.2
testiũ singularitas quotuplex,com.121.par 3.pag.616.col 1
testes singulares,quot modis quis contra se habere possit,cõ. 121.par.3. pag.617.col.1
testes an sint singulares,quando non deponunt per eadẽ formalia verba.com.121.p.3. pag.619.col.2
testes non dicuntur singulares,sed vere probant,quando in facto principali conueniunt,com.121.p.3. pag.619.col.2
testes singulares non probare quemquam hæreticum in genere,verius est,com.121.p.3. pag.619 col.2
testibus pluribus singularibus etiam cum infamia nemo de hæresi est condemnandus,p.3.q.72. pag.615 col.2.E & com.121.p.3. pag.619.col.2
testibus pluribus singularibus,quàm duobus qui cõuincitur an ordinarie plectendus,com.121.p.3. pag.619.col.2.& quis ordo seruandus contra illum, pag.620.col.1
testibus pluribus singularibus conuictus,vt puniatur , quis ordo seruandus,com.121.p.3. pag.620.col.1
testis minus idoneus emendatus,idoneus efficitur,com.113. par.3. pag.604.col.1
testes falsi sunt puniẽdi,et quibus pœnis,p.3.pag.522.c.1.E
testem falsum punire an inquisitor vel episcopus possit,et an vterque per se,par.2. pag.220.col.1.C com.48.p.3. pag. 526.col.1
testes deponentes contra negatiuum sæpe sunt admonendi,et inducendi ad veritatem dicendam, vt intelligatur an sint falsi,p.3. pag.522.col.1.B.C
testibus vacillantibus,quid agendum.p.3. pag.522.col 1 B
testes quales esse debeant,com.19.p.3. pag.424.col.2 & com.120 p.3. pag.615.col.1
testibus quę exceptiones opponi possint , com. 28. parte 3. pag. 448 col.1.E
testes in causa fidei qui admittendi,& qui repellendi,p.3.q. 64.vsque ad q 70. pag.603.vsque ad pag 6 5
testis esse non potest dubius in fide.p.2. pag.138 col.1.B
testes aliàs inhabiles fauore fidei admittuntur in hoc crimine,com 113.p.3. pag.603.col.1
testes infames,et aliàs inhabiles in fauorem fidei contra delatos de hæresi recipiuntur,p.3. pag.446.col.2.A
testis inhabilis,an torqueri debeat,cõ.113.p.3.pag.604 c 2
testium dicta debilitantur ob graues inimicitias. sed eorum dicta non repelluntur,p.3. pag.446.col 2.E.& seq.
testis esse non potest,qui dudum erat inimicus si recenter est reconciliatus com.116.p.3. pag.607.col.1
testes repelluntur ob inimicitias capitales , & exempla inimicitiarum capitalium,p.3. pag.446.col.2.A & com. 116.p.3. pag 607.col.1
testes excommunicati, vel socij criminis admittuntur in defectum probationum,p.3.q.64.pag.603 col.1.A.B p.2. pag.105.col.1.C & pag.199 col.2.A
testis in causa hæresis falsum deponẽs,licet periurus sit,probat dicendo contrariũ,dũtamen ex indicijs constet dictũ eius veritatem continere,p.2. pag 110.col.2.C.D
testis semel approbatus reprobari non potest,com.29.par.3. pag. 351.col.1
testium nomina, an & quando sint publicanda, & quando non,p.2.pag.111.col.1.& 120.col 2.p.3.com.124.& 125.p.3. pag.627.628 & 629.col.2
testium nomina,an consultoribus manifestanda,par.3.q.80. pag. 632.col.1.B
testium nomina & delatorum,an & quando sint explicanda peritis,com.129.p.3. pag.632.col.1
testes tormentis subyciuntur per inquisitores & episcopos, & an vtrique per se possint,p.3.q.73.pag.622.& seq col.1. E.com.102. pag.582.col.2.& com.122.par.3. pag. 623.col.1
testem effectum reum non torquet solus inquisitor,com.122. par.3. pag.623.col.1.E
testes delinquentes in tribunali inquisitoris ab eo puniri possunt,com.122.p.3. pag.623.col.1
Teuilà apud hebræos,quid,com.69.p.2. pag.350.col.2
Theodosiani hæretici,p.2.q.6. pag.245 col.2.D
Theodori & Gaini error confutatus,p.1. pag.14.c.1.A.B
Titulus extrauagantis Honorij Papæ restitutus , com. 37. par.2. pag.273.col.2
tormentis quando sit locus,com.39.p.3. pag.482.col.1
tormenta varia excogitata,com.110.p.3. pag.594.col.1
tormenta qualia vsurpanda,com.110.p.3. pag.593 col.2
tormentis exponere reos inquisitor & episcopus simul possunt,p.3.q.61. pag.591.col.2.E
tormenta quando continuanda,& quando iteranda,parte 3. pag.481.col.2.A & seq.
tormenta quando repeti possunt, & tortura quando proprie repeti dicatur,com.54.p.3. pag.484.col.2.A
tormenta nouis indicijs accedentibus,an & quando iteranda,com.39.p.3. pag.484.col.1
torquere posse reos iudices fide cur statutum, com.110.p.3. pag. 593.col.1
torquendus quando sit reus,et quo modo, p.3.pag 480 col. 2.A.com.110.p.3. pag 593.col.1
torquentur omnes priuilegiati in crimine hæresis, & quare, com.110.p.3. pag.594.col.1
torqueri nullus debet ex sola infamia, vel propter vnum testem seu indicium tantũ par.3.q.61.pag.592.c.2.C.reg. 7.com.110.p.3. pag.595.col.2
torqueri, vt quis possit,fama & vnus testis sufficiunt, com. 110.p.2. pag.595.col.2
torquendus reus ex multis indicijs,cõ.110.p.3.pa.597.c.1
torqueri vt quis possit,fama cum alijs grauibus indicijs,com.110.p.3. pag.596.col.1
torqueri potest reus ex indicijs vehementibus,aut violẽtis, com.110.p.3. pag 596.col.2
torqueri quis an possit ex vno indicio vehementi, aut violento,com.110.p.3. pag.598.col.1
torqueri vt quis possit , an sit indicium sufficiẽs variatio,& quando,com.110.p.2.pag.594 c.2.E cõ.39.p.3.pa.482
torqueri clericus potest etiamsi non fuerit infamatus , com. 110.p.3. pag.596.col.1
torquendi clerici à quo sint,com.110.p.3. pag.594.col.2
torquendi mitius religiosi sint,cõ.110.p.3. pag.594.col.2
torqueri leuiter possunt,& etiam terrer impuberes , & senes,com.39 p.3. pag.483.col.2
torqueri & terreri non debet mulier prægnans,com.54.p.3. pag. 483.col.2
torqueri in hoc crimine quæ personę non possint , com.110. par.3. pag 594.col.2
tortura quando imponẽda, & q̃ non facile deueniendum est ad eã,p.3.pa.480.c.2.E & seq.& cõ.39.pa.482.c.2.E
torturam & terrorem paria esse quomodo verum,com.39. par.3. pag.484.col.1
torturę gradus,com.110.p.3. pag.593.col.2
torturę imponendæ indicia sufficientia,par.3.q.61.pag.592. col.1.A.B & seq.
tortura practica seruanda ab inquisitoribus,p.3. pag.481. col.1.D & seq.
tortura antequam infligatur,quid seruandum,com.110.p.3. pag. 593.col.1
tortura & eius executio fieri non debet nisi interuentu ordinarij, narij,& inquisitoris,com.39.p.3. pag.482.col.2
tortura habet locum in quibusuis regnis etiam Aragoniæ in causa hæresis,com.110.p.3. pag.594.col.2
torturę vt possit infligi, sufficit fama cum fugæ, com. 110. par.3. pag.597.col.2
tortura vt inferri possit , sufficit confessio extra iudicialis , com.110.p.3. pag.599.col.1.E
tortura vt infligatur,an faciat indicium socius criminis,cõ. 110.p.3. pag.599.col.2
tortura ob fictam insaniam differenda non est , com.22.p.3. pag. 432.col.1
tortura si inflicta fuerit cum debito rigore, quid amplius obseruandum,com.11.p.2. pag.115.col.2
tortura cum præiudicio irreparabili danda non est,com.31. par.3. pag.457.col.1
tortus sufficienter quis dicatur,com.39.p.3,pag.485.col.1
tortus sufficienter,& persistens in negatiua,absoluẽdus est, par.3. pag.502.col.1.A
tortus sufficiẽter si nihil confiteatur,absq; fideiussoribus liber dimittẽdus,cõ.39.p.3.pag.485.c.2. & 486.col.1
tradendus curiæ seculari qualiter tractandus,vide in voce, Curiæ sæcular.
traditus semel curiæ seculari nullo pacto recipiendus, com. 46.p.3.pag.518.col.2.& com.158.p.3. pag.655.col.2
traditiones ecclesiasticę,siue apostolicæ,quę dicantur,et nõnullæ eorum exempla,com.14.p.1. pag.42.c.2.43.col.1
traditione apostolica auxilium Sanctorum imploramus,cõ. 14.p.1. pag.43.col.2
traditionum apostolicarum materiã qui tractarint,com.14. par.1. pag.43.col.2
traditionum ecclesiasticarum magna auctoritas,cõ.14.p.1. pag. 43.col.1
traditiones apostolicæ catholicã veritatẽ faciunt,& contrarium est hæresis,com.27.p.2. pag.235.col.1.reg.5.
traditio Apostolica catholicam veritatem facit , com. 27. par.2. pag.236.col.1.A
transubstantiatio panis & vini in corpus & sanguinẽ Christi,par.1. pag.15.col.1.B
Trinitas est in Deo,non quaternitas, p.1. pag.4.col.1.E
Trinitas personarum in vnitate essentiæ in primis credẽda, p.1.pag.9.col.2.B.com.3.p.1. pag.29.col.2
Trinitates plures deriuatæ à Trinitate diuina , & quæ sint, par.1. pag.9.col.2.D
Trinitas in anima nostra,p.1. pag.9.col.2.D
Trinitatem circa,diuersi hæreticorũ errores,p.1.pa.9.c.2.E
Trinitas diuina secundum communem essentiam indiuidua, secundum personas discreta, p.1. pag.15.col.2.B.C
Trinitatis mysterium explicite credendum ab omnibus, p. 1.q.6. pag.62.col.1.D.E
Tritheitę hæretici,p.1.q.6. pag.245.col.2.E
Turci qui,& quales eorũ mores,cõ.45.p.2. pag.306.col.1
Turcorum in Christianos insignis sæuitia, ibidem.
Turcorum errores,p.2.q.20. pag.305.col.2.E
Tyrannus quę gesserit iussu inquisitorum , quando valida , com.71.p.3. pag.553.col.1

V

Vadiani hæretici,vide in voce,Audiani.
Valdenses hæretici quando exorti, & eorum prima initia,p.2.q.14. pag.278.col.1.D.& com.39.parte 2. pag. 279.col.2
Valdenses,appellati etiam Pauperes de Lugduno,& Inzabatati,p.2.q.14. pag.279.col.1.E
Valdensium hæreticorum duo sunt genera,com.25.parte 2. pag. 229.col.2
Valdentius seu Valdensis Magister et princeps Valdensium à quo sic appellati,p.2.q.14. pag.278.col.1.E col.2.A
Valdensium hæreses & errores,parte 2.q.14. pag.278. col.2.A & seq.
Valdensium errores qui recensuerint , com. 39. parte 2. pag. 279.col.2
Valdensium error,à sacerdote peccatore nullum confici posse sacramentum,com.41.p.2. pag.294.col.1
Valdensium error,nusquam licere iurare, et iniqua in hoc dispensatio,com.37.p.2.pag.278.col.2.& pag.273.col.1. & com.41.p.2. pag.294.col.1
Valdẽsium in varias Europę prouincias profectio, com.39. par.2. pag.280.col.2
Valdenses hæretici quibus signis & indicijs comperiantur, par.3. pag.441.col.1.A. & seq.
Valdẽses qua benedictione mẽsæ vtãtur,p.3.p.441.c.1.B.C
Valdenses quando et à quibus Sum.Pont.condemnati,com. 39.p.2. pag.280.col.2
Valdenses edicto publico Alfonsi regis Aragoniæ è regnis suis exire iubentur,com.39.p.2. pag.281.col.1.& 2
Valentiniani hæretici,p.2.q.6. pag.243.col.2.E
Valentinorum error de corpore Christi allato de cœlis refutatus,p.1. pag.13.col.2.E
variationis causæ,com.110.p.3. pag.595.col.2
variatio an sit indicium sufficiens ad torturam,com.110.p.3. pag. 594.col.2
varietas & vacillatio sufficiens indicium ad torturam,par. 3.q.61. pag.592.col.1.A
vasalli ipso iure à fidelitate liberantur domino in hæresim labente,p.2.cap.Absolutos. pag.182.col.1.D.com.168. par.3. pag.676.col.1
Veguerij qui dicantur,com.78.p.2. pag.372.col.2
vehemens & magna suspicio,quę dicatur,& cur sic appellata,p.2.q.55. pag.376.col.2.B.C
vehementis magnæque suspicionis exempla,par.2.quæst.55. pag. 377.col.1.B.C
vehementer suspecti,qui dicantur, p.2.q.55. pag.377.col. 2.C.D.& q.56. pag.380.col.2.A.& seq.
vehementer suspectus de hæresi est impediens officium inquisitionis scienter,p.2.q.56. pag.380.col.2.C.D
vehementer suspectus de hæresi existimatur,qui instruit hæreticos citatos,vt veritatem subticeant , & dicant falsitatem, ibidem.
vehementer suspectus de hæresi habẽdus est,qui vocatus ad respondendum de fide,nõ comparet in tempore assignato, p.2.q.56. pag.380.col.2.B
vehementer suspecto iniungenda est abiuratio de vehementi, & vt hæresim omnem generatim abiuret,p.2.q.55.pag. 377.col.2.E.p.3. pag.501.col.2.C
vehementer suspectus qualiter abiurare debeat,parte tertia pag. 501.col.2.D.& seq.
vehementer suspecto,nolente abiurare,quid agendum sit,p. 2.q.55. pag.378.col.1.D.E
venientes sponte mitius tractandi sunt,p.3. pag.409.c.2.E
venientes ex locis suspectis de hæresi,obseruandi sunt à parochis,com.82.p.2. pag.385.col.1
veritas prima est fidei fundamentũ,p.1. pag.9.col.2.A
veritas prima est,ratio formalis obiecti fidei , parte 1.q.8. pag. 65.col.2.A.B
veritas vel falsitas propositionum,an pendeat ab assertore, com.22.p.1. pag.65.col.1
veritatis primæ nomine,quid intelligatur,com.13.parte 1. pag. 69.col.2
verbum Dei quando prędicandum,com.24.parte prima. pag. 69.col.1
verbum,fecit omnia tempora, dedit legem,factus sub lege , par.

Universidad de Deusto
Biblioteca

par.1. pag.50.col.1.C
verba.Cum expedire videbitur, quid significent, com. 59. par.3. pag.541.col.2
verba hęc, Veluti hæretici condemnentur, pulchre explicata,p.2. pag.157.col.2.B
verborum æquiuocatione vtuntur hęretici ad suos errores occultandos,p.3. pag 430.col.1.A.& seq.
verborum ficta admiratio,est quidam hęreticorum sophysticandi modus,p.3. pag.430.col.1.E
verbis qualiter quis hæreticis faueat,p.2. pag.194.col.2.E
verbaliter degradandus est absens vel fugitiuus de hęresi conuictus in sacris constitutus, p.3. pag.549.col.1.B.C
vestis crucibus signata varie appellatur à multis nationibus,com.42.p.3. pag.499.col.1
vestis crucibus signata cuius coloris,& qualiter confici debeat,com.42.p.3. pag.498.col.2
vestis crucibus signata ex veteri more gestata fuit,com.42. par.3. pag 499.col.1
vestis pœnitentialis signata crucibus,quibus pro pœna imponatur,p.3. pag.506.col.2.B
vestis crucibus signata difficulter deponitur,& quare.com. 44.p.3. pag.509.col.2
Vicariorum duo genera,com.54.p.3. pag.538.col.2
in Vicarijs inquisitorum triginta anni hodie sufficiunt, com. 65.p.3. pag.548.col.1
Vicarij easdem qualitates, quas inquisitores habere debent, com 65 p.3. pag.548.col.1
Vicarius inquisitoris à Papa constitutus priuilegijs inquisitorum gaudet,com.54.p.3. pag.538.col.2
Vicarius seu Commissarius generalis in tota pronuincia per inquisitorem tantum,& non per eius prælatos institui potest,& de eorum qualitatibus, & ætate ac etiam varijs modis instituendi eos,p.3.pag.406.col.2.pag.407.col.1. & 2.A.& seq. q.13. & 14.pag.545 col.2.E.et seq.& q.16. pag.547.col.2.D.E
Vicarios & notarios inquisitorum amouere vel mutare non licet prælatis ordinis, p.3.q.17. pag.548.col.1.E & pag. 549.col.1.E
Vicarium deslituere solus inquisitor potest,com.66.par.3. pag. 549.col.2
Vicarius inquisitoris non potest alium Vicarium substituere,p.3.q.15.pag.547.c.1.A.com.64.p.3. pag.547
Vicarijs inquisitorum,quid committi possit, com.10.par.3. pag. 404.col.2
Vicarijs inquisitorum, quando sit testium examinatio committenda,com.10.p.3. pag.405.col.1
Villafranca de Panades Cataloniæ oppidum,com.36.par.2. pag. 268.col.1.B
violenter suspectus quis cẽseatur,p.2.pa.383.c.2.C.et seq.
violenter suspecti habentur vt hæretici,& qui nam tales reputentur,p.2.q.55. pag.378.col.1.E & seq
violenter suspectus renuens abiurare,brachio sæculari traditur,p.3. pag.495.col.2.D.E
violentæ suspicio,quæ dicatur,& cur sic appellata,p.2.q.55. pag. 377.col.1.B.C
violenta suspicionis gradus cur ponatur, com. 42. parte 3. pag. 498.col.1.E
violentę & maximæ suspicionis exempla,parte 2.quæst.55. pag. 377.col.1.D.E
violenta hęresis suspicio ex quibus factis oriatur, accurata disputatio,com.24.p.3. pag.439.col.2
violatores libertatis ecclesiasticę excommunicantur,par.2. pag. 118.col.2.E
visitans,deducens, receptãs scienter hæreticos vehementer suspectus censendus est,p.2.q.56. pag.381.col.2.B.C
visitantes clam hęreticos,& eis alimenta subministrantes, fautores sunt hęreticorũ,cõ.78.p.2.pa.374.c.1.E.c 2.A
visitans vel deducens hęreticos post abiuratam hęresim,vt hæreticus relapsus censetur,p 2.q.58.pa.386.c.1.C.D
viui & mortui qui dicantur in die iudicij,p.1. pa.14.c.1.E
vltimum supplicium an intelligatur nomine animaduersionis,com.71.p.1. pag.359.col.1
vnio verbi Dei,qualiter facta,cum natura humana, & errores circa hoc confutati,p.1. pag.13.col.2.E et seq.
vniuersitas delinquens qualiter iuret & conueniatur,ac puniatur,p.2. pag.164.col.1.D.E
vnum aliter accipitur in diuinis,et aliter in humanis,par.1. pag. 17.col.2.B.C
vnum,qualiter accipiatur in scripturis,p.1. pag.4.col.2.C
voluntas beneplaciti in Deo,quæ dicatur, com.35.parte 2. pag. 264.col.2
votum non excusat quem à ferendo testimonio in crimine hęresis,p.2. pag.205.col.2.E
Vrbani iiij.extrauagans incipiens,Prę cunctis.vigintiquatuor inquisitorum priuilegia continentes,p.2. pag.129. col.1.A & seq.
Vrbani iiij.extrauagans incipiens,Ne inquisitionis. prohibẽs delegatis sedis Apostolicę inquisitores vel eorũ notarios excommunicari,p.2. pag.132.col.2.A.B
vsuras exercere pertinaciter asserens non esse peccatum,hæreticus est,par.2. pag.114.col.1.A.B
vsurarũ quæstiones cognoscere non debent inquisitores, p.2. pag.106.col.1.C & p.1. pag.134.col.1.E.& 2.A
vsuras restituere qualiter inquisitores iubeant,par.secunda. pag. 203.col.1.A.B
vxor an recedere possit à marito excommunicato vel hęretico,p.2. pag.182.col.2.C
vxor nubens scienter cum hæretico, hæretica putatur, com. 160. par.3. pag.662.col.2
vxor nupta hæretico dotem perdit,& cur,com.160. par.3. pag. 663.col.1
vxor receptans maritum hęreticum qualiter puniatur com. 160.p.3. pag.663.col.1
vxor non reuelans maritum hæreticum, an amittat dotem, com.160.p.3. pag.663.col.1
vxorum innocentium dotes propter hęresim maritorum nõ confiscantur,p.2. pag.109.col.1.E
vxor à fisco dotem recuperat, com.160.p.3. pag.663.col.1
vxor qualia bona recuperet cum dote,marito ob hæresim damnante,com.160.p.3. pag.663.col.2
vxor non perdit quod accepit à consanguineis mariti ob illius hęresim,nec partem suam lucri quæsiti constante matrimonio,com.160.p.3. pag.663.col.1.& 2
vxori hæreticæ redeunti domus mariti assignanda pro carcere videtur,com.142.p.3. pag.641.col.2.E & seq.A

X

Xenia,esculenta,& poculenta,an possint accipere Inquisitores,com.153.p.3. pag.651.col.1

FINIS.

LITTERÆ

LITTERAE APOSTOLICAE DIVERSORVM ROMANORVM PONTIFICVM

Pro officio sanctissimæ Inquisitionis ab Innocen. III. Pont. Max. vsque ad hæc tempora

MDLXXXVII.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.



Cum Priuilegio, & Superiorum approbatione.

ROMAE.

In Aedibus Populi Romani, Apud Georgium Ferrarium. MDLXXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ILLVSTRISSIMIS AC REVERENDISSIMIS

D. D. Iacobo Episcopo Portuensi Sabello, Joan. Francisco Episcopo Prœnestin. de Gambara, Ludouico tt. S. Anastasiæ Madrutio, Julio Antonio Sanctorio tt. sancti Bartholomæi in Insula S. Seueriné, Petro tt. S. Hieronymi Illyricorum Dezæ nuncupatis, Joan. Antonio tt. SS. Quatuor Coronatorum, Joan. Baptistæ tt. sancti Marcelli, & F. Constantio tt. S. Petri in Monte Auro, presbyteris miseratione diuina S. R. E. Cardinalibus in vniuersa Republica Christiana aduersus hæreticã prauitatẽ Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis,

FRANCISCVS PEGÑA.

POST accuratam Directorij Nicolai Eymerici emẽdationem & editionem, sapientissime putastis Amplissimi Patres, nihil magis vtile, aut gratum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis fore, quàm si in vnũ colligerẽtur litteræ plurimæ Apostolicæ, officio sanctissimæ inquisitionis congruentes, varijs tẽporibus à diuersis Romanis Pontificibus editæ, quas vel Eymericus omisit, vel non vidit, vel post eius tempora cõditæ sunt, quæ Directorium ipsum veluti comitarentur. In his enim litteris (vt plenissime nostis) plenissime cõtinetur quicquid ad res fidei tractandas, & ad dubios articulos diluendos, et ad amplissimã Inquisitorum iurisdictionẽ attinet. Nec enim post decreta illa iuris Canonici in titulis de hæreticis cõprehensa quicquam est cognitu magis vtile, aut causis fidei magis necessariũ, quàm vberrimos hos Extrauagantiũ fontes, à quibus exigui illi riuuli deducti sunt, consulere, ac perfectè cognoscere. Quamobrẽ ne quid deesse huic negotio videretur, IVSSV VESTRO rem ita commodissime disponendã & ordinandam putauimus: Ex vniuerso Extrauagantiũ huiusmodi numero, quas uel ex archiuo sacrosãctæ & generalis Inquisitionis Romanæ, vel ex archiuo Inquisitionis Bononiensis, vel ex his, quas ex archiuo cõuentus sancti Frãciſci de Assisio, & Venetijs Illustrissimus et Reuerendissimus dominus D. F. Felix† Perettus Cardinalis de Mõtealto afferri iusserat, vel aliunde habuimus, vetustiores prætulimus: inde ad recentiores ventum est; exorsi enim sumus ab Innocentio iij. Pontifice Maximo, quo tempore beatus Dominicus viuebat, erantque iam nonnulla delegatæ inquisitionis in partibus Narbonẽsibus et Tolosanis initia et fundamenta constituta: inde seruata sæculorum & annorũ serie peruenimus

† Qui ad summi Apostolatus apicẽ Diuina clementia assumptus, SIXTVS V. appellatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimus vsque ad præsentia hæc tempora, colligentes ac referentes solum eas litteras Apostolicas, quas Romani Pontifices de diuersis negotiorũ casibus in causis fidei condiderunt, vel aliter ad negotiũ fidei et extirpationem hæreticæ prauitatis spectarent. Quoniã autem interdum multæ occurrebãt huiusmodi Extrauagãtes, eadẽ prorsus & verborum serie & sententia conceptæ, videbatur primum mihi, vt ex similibus & eadem continentibus, illæ solæ ederentur, quæ posteriores erant, aut plusculum aliquid continebant, ne sæpius eadem repetita inutiliter viderentur: verumtamen re inspecta optime ac sapientissime admonuistis, omnes huiusmodi Extrauagantes imprimendas esse, vt intelligant Catholici, & videant hæretici vel inuiti, in pœnis ferendis aduersus hæreticos, seu in hæreticis coercendis, summos Romanos Pontifices, quantumuis multis annorum interuallis valde inter se diuisos, vna tamen animi consensione, & sententiæ paritate in idem diuinitus consensisse. Itaque multa fuerunt propterea sæpe repetita, præsertim in extrauagãtibus priorum Pontificũ, nempe Gregorij noni, Innocẽtij iiij. Alexãdri iiij. & Vrbani iiij. ceterũ ea repetitio nõ est futura sine fructu vbere, & copiosa vtilitate, cum inde & maior certitudo oriatur, & quod sæpe in vna Extrauaganti paulo obscurius dictum est, per aliã apertius declaretur. In omnibus autẽ fere huiusmodi litteris Apostolicis in principio breuiter summam cõplexi sumus, vt lector ex breuibus verbis initio extrauagantium præfixis, protinus intelligat, quid in ea cõtineatur. Rursus quoniam annorum seu temporum cognitio magnam affert vtilitatẽ lectoribus, cum iucunditate coniũctam, breuiter etiam in margine prope initium cuiusque extrauagantis, annũ quo quæque edita fuit, adnotauimus. Præterea vt auctoritas extrauagantis perciperetur, paulo etiam inferius vnde sit desumpta, aut vbi reperiatur, indicauimus. Postremo loca quædã insigniora illustrauimus, citatis vel rescriptis similibus, vel auctoribus, qui eis locis lucẽ afferre possint. in primis vero summa diligentia studuimus, vt iuxta integritatem auctographorũ, archetyporum, seu (vt vulgus loquitur) originalium, quamemendatissimæ & incorruptissimæ prodirent. Quoniam autem tam circa auctoritatem et robur, quàm circa modũ probandi authenticas esse Extrauagãtes, plurimæ difficultates oriri poterant, quæ legentiũ animos possent quandoq; facile perturbare: ideo illis omnibus plene (nisi fallimur) satisfecimus in peculiari de hac re habita disputatione, quam in fine earũdem Extrauagantium apponendam curauimus.

SVMMI PONTIFICES

Quorum litteræ Apostolicæ contra hæreticam prauitatem hic ordine alphabetico referuntur.

Anno Dñi		
	A	
1254	Alexander quartus. pag. 19	à pag. 19. vsque 40
1512	Alexander sextus. pag. 85.	pag. 85.
	C	
1455	Callistus tertius. pag. 77.	pag. 77.
1265	Clemens quartus. pag. 43.	à pag. 43. vsque 52
1305	Clemens quintus. pag. 56	pag. 56. & 57
1523	Clemens septimus. pag. 106	à pag. 106. vsque 109
	G	
1227	Gregorius nonus. pag. 2.	pag. 2. & 3
1371	Gregorius vndecimus. pag. 67	pag. 67. & 68
1572	Gregorius decimus tertius.	à pag. 138. vsque 141
	H	
1522	Hadrianus sextus. pag. 101.	à pag. 100. vsque 106
1285	Honorius quartus. pag. 54	pag. 54. 55. & 56
	I	
1198	Innocentius tertius. pag. 1	pag. 1. 2.
1243	Innocentius quartus. pag. 4	à pag. 4. vsque 19
1484	Innocentius octauus. pag. 83.	pag. 83. & 84
1410	Ioannes vigesimus secundus. pag. 55.	à pag. 57. vsque 66
1550	Iulius tertius. pag. 113.	à pag. 113. vsque 120
	L	
1503	Leo decimus. pag. 85.	à pag. 85. vsque 100
	M	
1417	Martinus quintus. pag. 68.	à pag. 68. vsque 76
	N	
1277	Nicolaus quartus. pag. 52.	pag. 52. 53. & 54.
	P	
1534	Paulus tertius. pag. 109.	à pag. 109. vsque 113
1555	Paulus quartus.	à pag. 121. vsque 125
1458	Pius secundus. pag. 78.	à pag. 78. vsque 82
1559	Pius quartus. pag. 125	à pag. 125. vsque 131
1566	Pius quintus. pag. 131	à pag. 131. vsque 138
	S	
1471	Sixtus quartus. pag. 82.	pag. 82.
1585	SIXTVS V. pag. 142.	à pag. 142. vsque 145
	V	
1261	Vrbanus quartus. pag. 41.	pag. 41. 42. & 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LITTERAE APOSTOLICAE PRO OFFICIO Sanctissimæ Inquisitionis, quo ordine sunt impressæ,

Innocentius tertius.

INter cetera. pag. 1
His quæ. Ibidem
Ea est. pag. 2

Gregorius nonus.

Excommunicamus. pag. 3
Ille humani. pag. 3

Innocentius quartus.

Impia Iudęorum. pag. 4
Cum vos. pag. 5.
Orthodoxæ fidei. I. Ibidem
Orthodoxæ fidei. II. pag. 6
Ad extirpanda de medio. pag. 6
Cum aduersus. pag. 9
Cum litteræ. pag. 10
Tunc potissime. pag. 10
Cum fratres. pag. 11
Ex commissi. pag. 11
Ad aures. pag. 12
Cum venerabilis. pag. 12
Cum per nostras. pag. 12
Cum aduersus. I. pag. 13
Et continet tres leges. Freder. Rom. Imper.
l. 1. Commissi. pag. 13
l. 2. Inconsutilem. pag. 14
l. 3. Patarenorum. pag. 15
Licet ex omnibus. pag. 16
Malitia huius temporis. pag. 16
Nouerit vniuersitas. pag. 17
Malitia huius temporis. pag. 17
Cum aduersus. II. pag. 18
Cum in constitutionibus. pag. 19

Alexander quartus.

Cum auctoritate. pag. 19
Cum secundum. pag. 19
Cum felicis rec. pag. 20
Exortis in agro. pag. 20
Implacida relatio. pag. 21
Felicis record. ibidem
Cum hora iam vndecima. pag. 22
Quòd super nonnullis. pag. 24
Ex parte vestra. pag. 25
Super extirpatione. pag. 26
Exortis in agro. ibidem
Cum aduersus. pag. 27
Et continet tres leges.
l. 1. Commissi. pag. 27
l. 2. Inconsutilem. pag. 28
l. 3. Patarenorum. pag. 29
Firmissime teneat. pag. 30
Ad extirpanda de medio. pag. 30
Ad audientiam. I. pag. 34
Ad audientiam. II. pag. 35
Cupientes vt inquisitionis. pag. 35
Ad extirpandam. I. pag. 36
Ad extirpandam. II. ibidem
Dum ad studium. I. pag. 37
Dum ad studium. II. ibidem
Licet vniuersi. pag. 38
Ex insinuatione. pag. 38
Discretioni vestrę. pag. 39
Ne commissæ. pag. 39
Catholicę fidei. pag. 40
Consuluit nos. pag. 40

Vrbanus quartus.

Licet ex omnibus. pag. 41
Ne catholicę fidei. pag. 43

Clemens quartus.

Ad extirpanda de medio. pag. 43
Licet ex omnibus. pag. 44
Cum aduersus. pag. 44
Et continet tres leges Freder. Rom. Imper.
l. 1. Commissi. pag. 45
l. 2. Inconsutilem. pag. 46
l. 3. Patarenorum. pag. 47
Ad extirpanda. pag. 48

Nicolaus quartus.

Nouerit vniuersitas. pag. 52
Vineam Soreth. pag. 53

Honorius quartus.

Olim sicut. pag. 54
Exhibita nobis. pag. 55

Clemens quintus.

Pastoralis. pag. 56

Ioannes vigesimus secundus.

Gloriosam Ecclesiam. pag. 58
Exigit ordinis. pag. 63
Cum nonnulli. ibidem
Nuper in consistorio. pag. 64
Inter sollicitudines. *Est institutio Inquisitoris facta à Bertrando Cardinali Apostolicæ sedis legato.* pag. 66

Gregorius vndecimus.

Nuper dilecto. pag. 67
Ad audientiam. pag. 67
Conseruationi. pag. 67

Martinus quintus.

Inter cunctas. pag. 69

Callistus tertius.

Iniunctum nobis. pag. 77

Pius secundus.

In minoribus agentes. pag. 78

Sixtus quartus.

Nuntiatum est. pag. 82

Innocentius octauus.

Summis desiderantes. pag. 83
Dilectus filius. pag. 84

Alexander Sextus.

Cum acceperimus. pag. 85

Leo decimus.

Apostolici regiminis. pag. 85
Inter solicitudines. pag. 86
Supernæ maiestatis. pag. 87
Intelleximus. pag. 89
Exurge domine. pag. 90
Decet Romanum. pag. 96
Honestis petentium. pag. 99

Hadrianus sextus.

Satis & pluspquam. pag. 100
Dudum vti nobis. pag. 105

Clemens septimus.

Placuit. pag. 106
Cum sicut. pag. 107

Paulus tertius.

In Apostolici culminis. pag. 109
Cupientes Iudæos. pag. 110
Animaduertētes. *Edictum.* pag. 112

Iulius tertius.

Illius qui misericors. pag. 113
Cum meditatio. pag. 115
Cum sicut nuper. pag. 117
Licet à diuersis pag. 118
Summi Dei. *Edictum.* pag. 119

Paulus quartus.

Cum quorundam. pag. 121
Cum ex apostolatus. pag. 122

Pius quartus.

Pastoralis officij. pag. 125
Cum sicut. pag. 126
Pastoris æterni. pag. 127
Romanus Pontifex. pag. 128
Cum pro munere. pag. 129
Dominici gregis. pag. 131

Pius quintus.

Inter multiplices. pag. 132
Cum ex apostolatus. pag. 134
Sanctiss. D. N. *Præceptum.* pag. 135
Si de protegendis. pag. 135
Sacrosanctæ Romanæ. pag. 137

Gregorius decimus tertius.

In ecclesijs. pag. 138
Antiqua Iudæorum. pag. 139
Sancta mater Ecclesia. pag. 140

Sixtus quintus.

Cæli & terræ. pag. 142

Disputatio de auctoritate extrauagantiū. à pag. 145. vsque in fi.

LITTE-

LITTERAE APOSTOLICAE ordine alphabetico digestæ.

A

ADures. Inno. iiij. pag. 12
Ad audientiam. i. Alex. iiij. pag. 34
Ad audientiam. ij. Alex. iiij. pag. 35
Ad audientiam. Greg. xj. pag. 67
Ad extirpanda de medio. Innoc. iiij. pag. 6; Alexan. iiij. pag. 30; Clem. iiij. pag. 43; Clem. iiij. pag. 48
Ad extirpandam. i. Alex. iiij. pag. 36
Ad extirpandam. ij. Alex. iiij. ibidem
Animaduertentes. Edictum Illustriss. simorum Cardinalium summorū Inquisitorum. pag. 112
Antiqua Iudæorum. Greg. xiij. pag. 139
Apostolici regiminis. Leo x. pag. 85

C

Cæli & terræ. S. D. N. Sixti V. pag. 142
Catholicę fidei. Alex. iiij. pag. 40
Conseruationi. Greg. xj. pag. 67
Consuluit nos. Alex. iiij. pag. 40
Cum acceperimus. Alex. vj. pag. 85
Cum aduersus. i. Innoc. iiij. pag. 9
Cum aduersus. Inn. iiij. à pag. 13. vsq; 15 Et continet tres leges Federici Rom. Imper. l. 1. Commissi. l. 2. Inconsutilem. l. 3. Patarenorum. Item Alexandri iiij. à pag. 27. vsque 29 Item Clem. iiij. à pag. 44. vsque 47
Cum aduersus. ij. Innoc. iiij. pag. 18
Cum auctoritate. Alex. iiij. pag. 19
Cum ex Apostolatus. Pauli iiij. pag. 122
Cum ex Apostolatus. Pij v. pag. 134
Cum felicis. Alex. iiij. pag. 20
Cum fratres. Innoc. iiij. pag. 11
Cū hora iā vndecima. Alex. iiij. pag. 22
Cū in cōstitutionibus. Innoc. iiij. pag. 19
Cum litteræ. Innoc. iiij. pag. 10
Cum meditatio. Iulij iij. pag. 115
Cum nonnulli. Ioan. xxij. pag. 63
Cum per nostras. Innoc. iiij. pag. 12
Cum pro munere. Pij iiij. pag. 129
Cum quorundam. Pauli iiij. pag. 121
Cum secundum. Alex. iiij. pag. 19
Cum sicut. Clem. vij. pag. 107
Cum sicut. Iulij iij. pag. 117
Cum sicut. Pij iiij. pag. 126
Cum venerabilis. Innoc. iiij. pag. 12
Cum vos. Innoc. iiij. pag. 5
Cupientes vt. Alex. iiij. pag. 35
Cupientes Iudæos. Pauli iij. pag. 110

D

Deceat Romanum. Leo x. pag. 96
Dilectus filius. Innoc. viij. pag. 84
Discretioni vestræ. Alex. iiij. pag. 39
Dominici gregis. Pij iiij. pag. 132
Dudum vti. Hadriani vj. pag. 105
Dum ad studium. i. Alex. iiij. pag. 37
Dum ad studium. ij. Alex. iiij. ibidem.

E

Ea est. Innoc. iij. pag. 2
Ex commissi. Innoc. iiij. pag. 11
Excommunicamus. Greg. ix. pag. 3
Exhibita nobis. Hon. iiij. pag. 55
Exigit ordinis. Ioan. xxij. pag. 63
Ex insinuatione. Alex. iiij. pag. 38
Exortis in agro. i. Alex. iiij. pag. 20
Exortis in agro. ij. Alex. iiij. pag. 26
Ex parte vestra. Alex. iiij. pag. 25
Exurge Domine. Leo x. pag. 90

F

Felicis record. Alex. iiij. pag. 21
Firmissime teneat. Alex. iiij. pag. 30

Glorio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

G

Glorioſam Eccleſiam. Ioan. xxij. pag. 58

H

His quæ. Innoc. iij. pag. 1
Honeſtis petentium. Leo. x. pag. 99

I

Ille humani. Greg. ix. pag. 3
Illius qui. Iulij iij. pag. 113
Impia Iudæorum. Innoc. iiij. pag. 4
Implacida relatio. Alex. iiij. pag. 21
In apoſtolici. Pauli iij. pag. 109
In eccleſiis. Greg. xiij. pag. 138
Iniunctum nobis. Caliſti iij. pag. 77
In minoribus. Pij ij. pag. 78
Intelleximus. Leo. x. pag. 89
Inter cetera. Innoc. iij. pag. 1
Inter cunctas. Mart. v. pag. 69
Inter multiplices. Pij v. pag. 132
Inter ſolicitudines. Leo. x. pag. 86
Inter ſolicitudines. Eſt inſtitutio Inquiſitoris facta à Bertrando Cardinali Apoſtolicę ſedis Legato. pag. 66

L

Licet à diuerſis. Iulij iij. inſerta in publicatione Auditoris Cameræ. pag. 118
Licet ex omnibus. Innoc. iiij. pag. 16
Licet ex omnibus. Vrbani iiij. pag. 41
Licet ex omnibus. Clem. iiij. pag. 44
Licet vniuerſi. Alex. iiij. pag. 38

M

Malitia j. Innoc. iiij. pag. 16
Malitia ij. Innoc. iiij. pag. 17

N

Ne catholicę. Vrbani iiij. pag. 43
Ne commiſſæ Alex. iiij. pag. 39
Nouerit vniuerſitas. Innoc. iiij. pag. 17
Nouerit vniuerſitas. Nicolai iiij. pag. 52
Nuntiatum eſt. Sixti iiij. pag. 82
Nuper in conſiſtorio. Ioan. xxij. pag. 64
Nuper dilecto. Greg. xi. pag. 67

O

Olim ſicut. Honorij iiij. pag. 54
Orthodoxæ fidei j. Innoc. iiij. pag. 5
Orthodoxę fidei ij. Innoc. iiij. pag. 6

P

Paſtoralis: Clem. v. pag. 56
Paſtoralis officii. Pij iiij. pag. 125
Paſtoris æterni. Pij iiij. pag. 127
Placuit. Clem. vij. pag. 116

Q

Quòd ſuper nonnullis. Alex. iiij. pag. 24

R

Romanus Pontifex. Pij iiij. pag. 128

S

Sacroſanctæ Romanæ. Pij v. pag. 137
Sancta mater Eccleſia. Greg. xiij. pag. 140
Sanctiſsimus Dominus. Eſt præceptum. Pij v. pag. 135
Satis & pluſquam. Hadriani vj. pag. 100
Si de protegendis. Pij v. pag. 135
Summis deſiderantes. Innoc. viij. pag. 83
Summi Dei. Eſt edictum Illuſtriſsimorum & Reuerendiſs. Card. ſummorum Inquiſitorum. pag. 119
Supernæ maieſtatis. Leo. x. pag. 87
Super extirpatione. Alex. iiij. pag. 26

T

Tunc potiſsime. Innoc. iiij. pag. 10

V

Vineam Soreth. Nicolai iiij. pag. 53

FINIS.

LITTE-

LITTERAE APOSTOLICAE
DIVERSORVM SVMMORVM PONTIFICVM

Pro Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

INNOCENTIVS TERTIVS

Auxitan. Archiepiſcopo.

Hortatur Epiſcopos, vt ſtudeant diligenter hæreticos vniuerſos de ſuis Prouincijs excludere. item vt ſine appellationis remedio per diſtrictionem eccleſiaſticam coerceant eos, qui cum hæreticis habent commercium, aut familiaritatem.

Circa annos Domini 1200.

INTER cetera, quæ nauiculam Petri fluctuantem in Mari concutiunt diuerſarum turbine procellarum, illud animum grauius noſtrum affligit, quod licentius, & perniciosius ſolito contra orthodoxæ fidei diſciplinam miniſtri diabolicæ præuaricationis inſurgunt, iuxta quòd beatiſſimus Apoſtolus Paulus Doctor gentium exprimit in eulogio epiſtolæ ſuæ: ſimplicium animas miſerabiliter illaqueant, & poſt ſe trahunt in damnationis interitum, ac ſuperſtitionis, & fictitijs adinuentionibus ſacrarum ſcripturarum intelligentiam peruertentes, Eccleſiæ Catholicæ vnitatem reſcindere moliuntur. Quoniam autem peſtis huiuſmodi erroris, (ſicut ex tua, & plurium aſſertione cognouimus) in partibus Vaſconiæ, ac circumpoſitis terris fortius inualeſcit, per tuam ac aliorum coepiſcoporum † tuorum induſtriam huic morbo tanto efficacius volumus obuiari, quanto magis eſt timendum, quòd pars ſincera trahatur; & ex tali contagione, quæ paulatim, velut cancer, irrepit, mentes fidelium inquinentur corruptelæ vitio generalis. Idemq; fraternitati tuæ præſenti pagina indulgemus, per Apoſtolica ſcripta firmiter iniungentes, quatenus ad extirpandas hæreſes vniuerſas, & eos qui ſunt hac fæce polluti, de Prouinciæ tuę finibus excludendos, modis quibus poteris, operam tribuas efficacem: in ipſos, & omnes illos, qui cum eis aliquod commercium, aut manifeſte ſuperſtitionis familiaritatem contraxerint, ſine appellationis obſtaculo eccleſiaſticę diſtrictionis exercendo rigorem, & etiam (ſi neceſſe fuerit) per principes, & populum eoſdem facias virtute materialis gladij coerceri. Dat. Lateran. Kalen. Aprilis.

Ex Innoc. iij. epiſtolarũ Regeſto impreſſo fol. 38. & fol. 134 & ſeq.

† Hoc tempore nondũ erãt Inquiſitores delegati conſtituti.

IDEM INNOCENTIVS III.

N. Archidiacono Mediolanenſi.

Hæretici ad nullas dignitates, & conſilia admittantur, nec habeant actionem eligendi alios: magiſtratus vero ſæculares ad id ſeruandum iuratoria cautione compellantur (ſi opus fuerit) per ſententias excommunicationis, & interdicti.

EIS, quæ ad ampliandam fidem catholicam, & reprimendam prauitatem hæreticam ſtatuuntur, auctoritatem noſtram libenter impendimus, & fauorem. Sane, ſicut accepimus, dilectus filius noſter G. Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis dum legationis fungeretur officio in partibus Lombardiæ, de conſilio Venerabilium fratrum noſtrorum Mediolan. Archiepiſcopi, & Epiſcoporum, qui ad eum Veronæ conuenerant, & quorundam etiam ſapientum inſtituit, vt de cetero hæretici ad conſilia †, & dignitates Lombardiæ nullatenus admittantur, nec eligendi alios eis arbitrium conferatur, nec in eligendis perſonis ad eas vocem debeant aliquã obtinere. Ad id autem ſeruandum in poſterum potestates, conſules, conſilia Lombardiæ adſtringenda conſtituit iuratoria cautione, & te ad recipienda iuramenta eorũ in quibuſdam ciuitatibus deputauit, indulta tibi libera facultate cõtumaces excõmunicationis, & terras eorum interdicti ſententijs feriẽdi. Nos igitur quod ab eodem Cardinali prouida deliberatione ſtatutũ eſt, ratum habentes, & iuxta mandatum eius à ciuitatibus illis ſuper hoc exigas, & recipias iuramenta, ad quas te ipſe duxerat deſtinandum, iniungimus, auctoritate tibi præſentium indulgentes, vt contradictores excõmunicationis ſententia ferias; & terras eorum ſubijcias interdicto. Nulli ergo, &c. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum xvij. Calen. Iulij.

Ex Regeſto eiuſdem Domini Innoc. iij.

† Concor. cap. Excommunicamus 1. §. credentes. de hære. Eym. 3. par. q. 123.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IDEM INNOCENTIVS III.

Cistercien. Morimunden. & de Christa Abbatibus.

Iubet coerceri eos, qui translationi sacrorum librorum vulgari dabant operam, & secreta conuenticula celebrabant, ac sine superiorum auctoritate prædicationis officium temere vsurpabant; contra quos, sublato appellationis remedio, procedatur.

Ex eodem Regesto Innocé. iij. lib. 2. f. 409

EA est in fouendis virtutibus, & vitijs extirpandis à prælatis ecclesiarum seruanda discretio, & circunspectio adhibenda, ne vel inter nascentium densitate spinarum, enormiter frumenta lædantur, vel insuper seminatorum zizaniorum euulsione triticum euellatur. In abscindendis etiam, & curandis corporibus infirmorum, sic oculi diligentia præcedere debet manus officium, & ferrum digitus præuenire, ne si cauterium adhibeatur incaute, non tam partes infirmas non sanet, quàm sanas infirmet: quod tanto diligentius in mentis languoribus est seruandum, quanto animam nouimus corpore digniorem, & spiritualia carnalibus præponenda. Hoc autem infra nos ipsos diligentius attendentes, cum olim Venerabilis frater noster Meten. episcopus per suas nobis litteras intimasset, quòd tam in diœcesi, quàm in vrbe Meten. laicorum † & mulierum non immodica multitudo Gallicæ cuidam translationi diuinorum librorum intendens, secretis cõuenticulis etiam inter se inuicem eructare præsumerent, aliorum aspernantes consortium, & in faciem redarguentibus presbyteris resistentes, quorum simplicitatem fastidiunt in suæ translationis peritia confidentes; non protinus ad vindictam nos res accendit incognita, sed vniuersis tam in vrbe, quàm in Meten. diœcesi constitutis, sub eo tenore litteras curauimus Apostolicas destinare: qui vobis ex transcripti earum poteric inspectione patere. Eidem insuper Episcopo, & capitulo Meten. dedimus in mandatis, vt inquirerent solicite veritatem, quis fuerit auctor translationis † illius, quę intentio transferentis; quæ fides vtentium; quæ causa docendi: si vtentes ipsa, venerarentur Apostolicam Sedem, & Catholicam ecclesiam honorarent: vt super his, & alijs, quæ necessaria sunt ad indagandam plenius veritatem, per eorum litteras sufficienter instructi, plenius intelligeremus, & planius, quid super his statui oporteret. Nuper autem idem Episcopus, per suas nobis litteras intimauit, quòd quidam eorum, quos notabiles prioribus litteris denotarat, mandatis recusant Apostolicis obedire †: quibusdam eorum clanculo; quibusdam vero iam publice obediendum esse dicentibus soli Deo; ab occultis etiam conuenticulis non cessantes; officium prædicationis occulte, licet à nullo mittantur, prohibiti etiam sibi non metuunt vsurpare: aspernantes sibi dissimiles, & translationi eidem vsque adeo insistentes; vt se nec Episcopo, nec metropolitano suo, nec nobis ipsis asserant parituros, si eam decreuerimus abolendam. Licet autem tales in eo reprehendi merito videantur, quòd occulta conuenticula celebrant, officium prædicationis vsurpant, simplicitatem despiciunt sacerdotum, & eorum consortia, qui dictam translationem non recipiunt, aspernantur: ne quid subito facere videamur, discretioni vestræ (de qua plene confidimus) per Apostolica scripta mandamus, atq; præcipimus, quatenus ad ciuitatem Meten. pariter accedentes, cum eodem Episcopo conuocetis coram vobis talia sapientes, & adhærentes translationi prædictæ; & si fieri poterit, quæ in eis reprehensibilia fuerint, auctoritate freti Apostolica, sublato appellationis obstaculo corrigatis. Quòd si correctionem vestram recipere forte noluerint, inquiratis super capitulis illis, quæ in litteris, quas Episcopo miseramus, expressa fuisse, superius vobis expressimus, & alijs etiam diligentius veritatem, & quod inueneritis per nuntium vestrum, & litteras plenius intimetis: vt per vos certiores effecti, prout procedendum fuerit, procedamus. Cum enim in hoc vniuersalis Ecclesiæ vertatur negotium, & agatur causa fidei Christianæ †, ad exequendũ Apostolicæ Sedis mandatum, cum summa diligentia, & cautela, vos studiosos, & promptos esse volumus, & mandamus. Ad hæc M. Crispinum, presbyterum, & R. socium eius, si super his, quæ dictus Episcopus eis duxerit opponenda, inueneritis esse reos, ipsos appellatione remota canonice puniatis. Alioquin eundem episcopum ad remittendã pœnam, si quam eis forsan inflixit, cum nihil contra eum, vel clerum in nostra proposuerint audientia, monitione præmissa, districtione qua conuenit, remoto appellationis obstaculo, cogere non tardetis. Quòd si omnes, &c. duo vestrum. Dat Latera. v. Idus Decemb.

† Concor. c. Cum ex iniun &c. de hæret.

† Concilium Tolosanũ c. 13. penitus interdicit ne laici libros sacros habeant in vulgari trãslatos.

† Hic erat error Paupernm de Lugduno. Eymer. in Directorio par. 1. quæst. 14.

† Et ob id ad Sedem Apostolicam referendũ c. Maiores. de baptis. & eius effectu.

GREGORIVS IX.

Hoc rescripto Gregorius Patarenos in primis, & eorum complices acriter persequitur, quorum suo tempore perfidia adhuc ecclesiam Dei vexabat: docet autem pœnas, & ordinem puniendi eos. idem postea rescriptum nullis pene mutatis alij Pontifices confirmarunt, & retulerunt, & ad omnes hæreticos extenderunt: vt Innocentius iiij. in Bulla incip. Nouerit vniuersitas. quæ est infra loco suo. item Alexan. iiij. in Bull. incip. Nouerit vniuersitas. quam refert Eymericus in Directorio par. 2. item alij in c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret. & in c. Quicunque. de hære. lib. 6.

Incipiunt

Incipiunt capitula contra Patarenos edita.

Edita anno Domini 1236. Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

EXCOMMVNICAMVS & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunq; nominibus censeantur; facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in idipsum. Damnati vero per ecclesiam sæculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi: clericis prius à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis, postquam fuerint deprehensi, redire voluerint, ad agendam condignam pœnitentiam in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Item receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationis sententiæ decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis; nec ad publica officia seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, & in similibus † idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, aliàs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemq; personæ propriam innocentiam, congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, & appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati, † & notarij nulli eorum officium suum impendant, alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta: nec eleemosynas, aut oblationes eorum accipiant. Similiter Hospitalarij, & Templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali. Item quicunq; tales præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ †, vsq; ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuo careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice, vel priuatim de fide catholica disputare †: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à cõmuni conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij per quẽ credat ad prælati sui notitiam peruenire, alioquin excõmunicationis sententia percellatur. Filij autem hæreticorum, receptatorum, & defensorum eorum, vsq; ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum officium seu beneficium admittantur; quòd si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Datum Viterbij vj. Idus Nouembris. Pontificatus nostri Anno nono.

† Hæc dictio quomodo accipi debeat docet Hostiẽsis c. Excommunicamus 1. §. credentes.

† c. Si aduersus. de hæret.

† c. 2. §. 1. de hæret. lib. 6. Eymer. 3. p. q. 40.

† Eyme. par. 1. quæst. 10.

GREGORIVS IX.

Inquisitores idoneos iubet eligi, qui fidem prædicent, & tueantur: & cum socijs in hæreticos, ac de hæresi infamatos inquirant, & pœnitentes admittant: in receptatores, defensores & fautores hæreticorum iuxta leges in eos latas animaduertant: audientibus eorum conciones de fide habitas, viginti dierum, expugnantibus hæreticos trium annorum indulgentiam largiantur, contradictores coerceant, quæstuarios compescant per censuram ecclesiasticam.

Edita anno Domini 1238. Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorũ Dei dilecto filio Priori Prouinciali Fratrum ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem. ILLE humani generis peruicax inimicus, omnium malorum incentor, quem de supremis ad ima, superbia sua prostrauit: non cõtentus quòd suæ fraudis nequitia hominem perduxit ad casum, ærumnis & miseriis applicandum, callide eum nititur pestiferis retibus irretire; astute sibi parans insidias ne resurgat, locum à quo ciderat obtenturus. Nouissime autem diebus istis, fidẽ nisus perfidia deprauare per ministros suos iniquitatis operarios venena spargit mortifera: seditiose considerans, quòd familiaris hostis sit efficax ad nocendum, qui quasi dulcia præmittentes cauda pungunt, vt scorpio, in aureo tandem calice Babylonis virus pestilentiæ infusuri. Licet enim hæretici hactenus diutius latitantes, sicut cancer serperent in occulto, & velut vulpes latenter niterentur vineam Domini Sabaoth demoliri, iam tamen peccatis exigentibus, in aperto, quasi equi parati ad prælium, præsumunt manifeste insurgere contra eam, in qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

busdam locis publice prædicando, quærentes in cibum simplices, & in prædam edoctos; ac illaqueare nihilominus fideles quoslibet suis circunuentionibus cupientes, facti magistri erroris, qui nunquam fuerunt discipuli veritatis. Vnde expedit, quòd insurgant vtiliter † contra eos, vt eorum omnino hæresi confutata, per totum vigeat fides Christi: nam corona sequetur præmij, tentationibus resistentes. Cum igitur dudum resplenduerit in partibus Lombardiæ fida fides, ac per hoc formidemus ibi potius animalia venenosa, ne forte simplices ipsorum callidis seductionibus circunuenti, & astuti prauis circunuentionibus periculose decepti in profundum deueniant peccatorum, sicque violetur ibidem fidei firmamentum; nos qui circa horam vndecimam, inter operarios, immo verius supra operarios vineæ Domini sumus à patrefamilias euangelico deputati, moniti voce sponsi capere vulpes paruulas, quæ demoliri vineam Domini moliuntur, & tacti dolore cordis intrinsecus, non valentes sustinere tantam contumeliam creatoris, ac volentes tot animarum periculis obuiare; discretionem tuam rogamus, monemus & hortamur attente, per Apostolica tibi scripta sub diuini obtestatione iudicij districte præcipiendo mandantes, quatenus aliquos de fratribus tuis tibi commissis, in lege Domini eruditos, quos ad hoc idoneos esse noueris, ad partes tibi secundum tuum ordinem limitatas transmittas †, qui clero & populo conuocatis generalem prædicationem faciant vbi commodius viderint expedire: & adiunctis sibi discretis aliquibus ad hæc solicitius exequenda, diligenti perquirant solicitudine de hæreticis, & etiam infamatis; & si quos culpabiles, vel infamatos inuenerint, nisi examinati velint absolute mandatis Ecclesiæ obedire, procedant contra eos iuxta statuta nostra, † contra hæreticos nouiter promulgata: in receptatores, defensores, & fautores hæreticorum secundum eadem statuta nihilominus processuri. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata ad ecclesiasticam redire voluerint vnitatem, ipsis iuxta formam Ecclesiæ beneficium absolutionis impendant, & iniungant eis, quod talibus consueuit iniungi. Attentius prouisuri, ne qui videntur reuerti, sub palliata specie pietatis impietatem committant, & angelus Satanæ in angelum lucis se transformet. Propter quod statuta, quæ super hoc duximus promulganda, inspiccre poterunt, & ab eorum insidijs secundum discretionem eis traditam à Domino præcauere. Ad hæc, vt super præmissis omnibus officium sibi commissum liberius possint & efficacius exercere, omnibus qui ad prædicationem eorum accesserint in singulis stationibus viginti dies: illis vero qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, in munitionibus & castellis, vel aliàs contra ecclesiam rebellantes, ipsis exanimo auxilium, consilium præstiterint, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iuncta sibi pœnitentia relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, ac ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus. Nevero aliquid fratribus ipsis desit ad prædictum negotium prosequendum, in contradictores & rebelles ecclesiasticam proferendi censuram tenore præsentium, liberam eis concedimus facultatem. Prædicatores quoque quæstuarios †, quorum interest charitatiua tantum subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam forsan habent exponere, à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet, compescendi censura simili, eisdem nihilominus licentiam indulgemus. Datum Viterbij xiij. Calen. Iunij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

† Ita in archetypo, sed vtiliter, credo legendum.

† Concilium Biterrense c.1. Eyme. 3. par. num. 48.

† Quæ continentur in bulla proxime præcedenti.

† c. Vt officiũ. §. cõpescendi. de hære. in 6. Eymer. 3. par. quæst. 37.

INNOCENTIVS IIII.

Illustri Regi Franciæ.

Cancellarius Parisiensis librum Talmudi cum suis glossis publice fecit concremari iubente Gregorio Papa Nono: id confirmat hic Innocentius iiii. additque, vt Rex ceteros libros inquirat, & comburat: prohibet ne Iudæi nutrices, aut famulos Christianos habeant.

Edita anno Domini 1243.

Ex Regesto Innocentij iiij.

IMPIA Iudæorum perfidia, de quorum cordibus propter immensitatem suorum scelerum Redemptor noster velamen non abstulit, sed in cæcitate, quæ contigit ex parte in Israel adhuc manere permittit, prout conuenit, non attendens quod ex sola misericordia pietas ipsos Christiana receptet, & cohabitationem illorum sustineat patienter, illa committit enormia, quæ stupori audientibus, & referentibus sunt horrori: ipsi enim ingrati Domino Iesu Christo, qui conuersionem eorum ex suæ longanimitatis affluentia patienter expectat, nullam prætendentes verecundiam culpæ suæ, nec reuerentes honorem fidei Christianæ, omissis seu contemptis lege Mosaica & prophetis, quasdam traditiones suorum seniorum sequuntur, super quibus eos in Euangelio Dominus obiurgat dicens: Quare vos transgredimini mandatum Dei, & irritum fecistis propter traditiones vestras, hominum doctrinas, & mandata docentes? In huiusmodi namque traditionibus, (quæ Talmud hebraice nuncupatur, & magnus liber est apud eos, excedens textum Bibliæ in immensum, in quo sunt blasphemiæ in Deum, & Christum eius, ac B. Virginem manifeste, intricabiles fabulæ, abusiones erroneæ, ac stultitiæ inauditæ) filios suos docent, ac nutriunt: & à legis & prophetarum doctri-

Matth. 15. & Mar. 7.

doctrina reddunt ipsos penitus alienos; verentes, ne veritate, quæ in eisdem lege, ac prophetis est, intellecta, aperte de vnigenito Dei filio venturo in carnem, testimonium perhibente, conuertantur ad fidem, & ad redemptorem suum humiliter reuertantur. Et his non contenti, faciunt Christianas filiorum suorum nutrices in contumeliam fidei Christianæ, cum quibus turpia multa committunt: propter quæ fidelibus est verendum, ne diuinam indignationem incurrant, dum eos perpetrare patientur indigne, quæ fidei nostræ confusionem induerunt. Et licet dilectus filius cancellarius Parisiensis, & doctores regentes Parisius in sacra pagina, de mandato felicis recordat. G. Papæ † prædecessoris nostri, tam prædictum abusionis librum, quàm alios quosdam cum omnibus glossis suis perlectis in potestate, ac examinatos ad confusionem perfidiæ Iudæorum, publice coram clero & populo, incendio concremarint, prout in litteris eorum perspeximus contineri, quibus tu tamquam catholicus Rex & Princeps Christianissimus impendisti super hoc auxilium congruum & fauorem, pro quo regalem excellentiam dignis in Domino laudibus commendamus, ac prosequimur actionibus gratiarum; quia tamen nõdum Iudæorum ipsorum abusio profana quieuit, nec adhuc dedit eis vexatio intellectum, celsitudinem regiam at.ro.mo. & obse.in domino Iesu Christo, qui excessus huiusmodi detestabiles, & enormes commissos in contumeliam creatoris, & iniuriam nominis Christiani pie incepisti laudabiliter prosequendo, faciẽs debita seueritate percelli, tam prædictos abusionis libros, reprobatos per doctores eosdem, quàm generaliter omnes cum glossis suis, qui per ipsos examinati, & reprobati fuerint, mandes per totum regnum tuum, vbicunque reperiri poterunt, igne cremari. firmiter inhibendo ne de cetero nutrices † seu seruientes habeant Christianos, ne filij liberæ filijs famulentur ancillæ: sed tamquã serui reprobati à Domino, in cuius mortem nequiter conspirarunt, saltem per effectum operis seruos se recognoscant illorum, quos Christi mors & istos liberos, & illos cõstituit esse seruos: vt proinde sinceritatis tuæ zelum possimus in Domino dignis laudibus commendare. Dat. Latera. vij. Idus Maij, anno primo.

† Eymer. in Directorio par. 2. q. 46. num. 6.

† Idẽ cauerat Innocen. iij. c. Et si Iudæos. ext. de Iud. & Sarra.

INNOCENTIVS IIII.

Domini temporales banno exponere debent illos, quos Inquisitores notauerint, ad quod faciendum per censuram ecclesiasticam compelli possunt per Inquisitores.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Brixien.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Priori Prouinciali, & Fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Taruisina & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM vos Inquisitores generaliter in Lombardia, Marchia Taruisina, & Romaniola contra hæreticos, & omnes sectas eorum quocunq; nomine censeantur ad extirpandum inde tam grauis contagij pestem & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimium pestilens, duxerimus deputandos, dilectos filios Nobiles Viros Vniuersos Marchiones, Comites, Barones, ac Potestates, Consules, & communia ciuitatum & aliorum locorum per Lombardiam Marchiam Taruisinam & Romaniolam constitutos, rogando, hortando attente duximus & monendos, nostris sibi litteris districte percipiendo mandantes, vt omnes illos, qui per vos, vel per alios de vestro mandato pro hæreseos crimine, vel pro defensione seu receptatione, aut fauore hæreticorum excommunicationis innodati vinculo, vel denuntiati, excommunicati publice fuerint, bonis confiscatis ipsorum banno exponant publico, aliàs contra eos temporaliter prout expedire viderint in fulcimentum catholicæ fidei potestate sibi tradita processuri. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Marchiones, & alij mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos eos ad id per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Quòd si duo ex vobis his non interfuerint, Vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij iij. Maij, Pontificatus nostri Anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores moneant magistratus, vt leges in hæreticos, & eorum complices latas conscribant in suis statutarijs: obseruent, ac faciant obseruari: & renuentes, ad id per censuram ecclesiasticam compellant.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononien.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori Prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

ORTHODOXÆ, fidei commissum vobis negotium, vestro proficere ministerio cupientes, & considerantes attente, quòd iurisdictio vestra, quò fuerit plenior in hac parte, eo † maior esse poterit fructuosa; volumus & præsentium vobis tenore mandamus, quatenus potestates, consilia, & communitates ciuitatum, castrorum & quorumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisanæ, & Romaniolæ monere curetis, ac inducere diligenter, vt statuta nostra, & alia ecclesiastica & sæcularia, & constitutiones

† Ita in archetypo, sed legerem, magis.

Universidad de Deusto Biblioteca

etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesiæ persistentis edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in statutarijs suis, eaq; irrefragabiliter obseruari faciant, & obseruent. Si vero nostris in hoc, immo potius apostolicis acquiescere monitis non curauerint, ipsos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remotá cogatis: quòd si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Datum Perusij, ij. Idus Maij. Pontificatus nostri anno nono. A

INNOCENTIVS IIII.

Præcipit magistratibus sæcularibus, vt leges, & quælibet statuta contra hæreticos, & eorum complices edita, & conscribant in suis statutarijs, & obseruent, ac faciant obseruari: ad quod possunt compelli ab Inquisitoribus per censuram ecclesiasticam.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus, consilijs & communitatibus ciuitatum, castrorum, & quorumlibet aliorum locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisinæ, ac Romaniolæ, Salutem & Apostolicam benedictionem. B

ORThodoxæ fideicommissum dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Treuisana, & Romaniola negotium ipsorum proficere ministerio cupientes, & considerantes attente, quòd iurisdictio eorum quo fuerit plenior in hac parte, eo maior esse poterit fructuosa, Volumus, & nostris sibi damus litteris in mandatis, vt vos monere procurent, ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum †, alia ecclesiastica & sæcularia, & constitutiones etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesiæ persistentis, edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus conscribi in statutarijs vestris, eaq; obseruetis, & faciatis irrefragabiliter obseruari: nos enim eisdem Priori & fratribus, litteris nostris iniungimus, vt si eorum, immo potius Apostolicis, acquiescere monitis non curaueritis in hac parte, vos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Kalen. Maij. Pontificatus nostri anno nono. C

† Vide super Directorio 3. par. q. 86.

INNOCENTIVS IIII.

Constitutiones Innocentij iiij. contra hæreticos, & eorum complicet, quas magistratus sæculares, eorumque officiales debent obseruare.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus siue rectoribus, consilijs, & communitatibus ciuitatum, aliorumq; locorum per Lombardiam Romaniolam, & Marchiam Teruisanam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD extirpãda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, superseminante illa licentius his diebus hominis inimico, tanto studiosius iuxta commissam vobis solicitudinem insudare proponimus, quanto perniciosius negligeremus eadem in necem catholici seminis peruagari. D Volentes autem, vt aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentq; nobiscum ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, constitutiones † quasdam ad extirpationem hæreticæ pestis edidimus, à vobis vt fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruandas: quæ seriatim inferius continentur. Quocirca vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hanc sanctam ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis; alioquin dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisina, & Romaniola, damus nostris litteris in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas; & interdictum in terram appellatione remota compellant.

Constitutiones autem sunt hæ; E

Statuimus, vt potestas seu rector, qui ciuitati præest, vel loco alij ad præsens, aut pro tẽpore præfuerit in futurũ in Lombardia, † Romaniola, vel Marchia Teruisana, iuret præcise & sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tẽpore sui regiminis, tã in ciuitate vel loco sui regiminis, quàm in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tã infrascriptas quàm alias constitutiones, & leges tam canonicas quàm ciuiles editas contra hæreticam prauitatem, & super his præcise obseruandis recipient à quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta; quæ qui præstare noluerint, pro potestatibus, vel rectoribus nullatenus habeantur. Et quæ vt potestates, vel rectores fecerint, nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur aut debeat sequi eos, etiamsi de sequela præstãda eis exhibuerit iuramentum. Quod si potestas vel rector aliquis hæc omnia, & singula seruare noluerit, vel neglexerit, præter notam periurij,

† Easdem confirmauit Clemens iiij per bullam, ad extirpanda. cum quibusdã declarationibus, & modificationibus, quã habes infra. Confirmarunt item idẽ Inn. in bulla. Volentes. Alexã. iiij. in bulla. Cũ auctoritate. quã habes infra.

† Idem in alijs locis fauore fidei, cũ eadem sit ratio, glo. in Authen. cassa. de sacros. eccl.

periurij, & perpetuæ iacturam infamiæ, ducentarum marcharum pœnam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem communis integra conuertantur. & nihilominus, vt periurus, & infamis, & tamquam hæreticorum fautor, de fide suspectus officio, & honore sui regiminis spolietur: nec vlterius potestas seu rector in aliquo habeatur, aut de cætero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum vllatenus assumatur.

Idem quoque potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci in principio sui regiminis, in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis vel loci supponat tamquam pro maleficio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur, & teneatur bannum huiusmodi a suis prædecessoribus positum confirmare. Præcipue † autem quòd nullus hæreticus, vel hæretica, de cetero habitet vel moretur, aut subsistat in ciuitate, seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicunque ipsum vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impune: & omnes res ipsius vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure; nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

† Præcipiant

B Idem quoque potestas seu rector infra tertium † diem post introitum regiminis sui, duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios, & duo seruitores, vel quotquot fuerint necessarij, instituere teneatur, quos diœcesanus si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis Prioribus, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in potestatem diœcesani vel Vicariorum eiusdem.

† Hoc rẽperat Alexã. iiij. per bullam, Exortis. quam habes infra.

Teneatur autem potestas seu rector quilibet in expensis communis, cui præest, facere duci eosdem hæreticos ita captos quocunq; diœcesanus, vel eius Vicarij in iurisdictione vel districtu diœcesani episcopi seu ciuitatis vel loci voluerit illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus habeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admissa, vbi duo vel tres vel plures præsentes fuerint ex eisdem. C

Porro cum officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem. quibus ab omnibus, in his quæ ad officiũ eorum pertinẽt, plenius pareatur. & tã dicti duodecim quàm seruitores, & notarij prætaxati simul vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœna, & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Officiales iurent oĩa exequi fideliter.

Potestas autem vel rector teneatur habere firma, & rata omnia præcepta; quæ occasione officij sui fecerint, & pœnas exigere non seruantium.

Quòd si dictis officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus, pro suis officijs exequendis, à communi ciuitatis vel loci, per restitutionem plenariam seruentur indemnes: nec ipsi officiales, vel eorum hæredes possint aliquo tempore conueniri de his quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eidem diœcesano, & fratribus videbitur expedire. D Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis potestas teneatur totidem subrogare officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem, in alijs sex versibus sequentibus exequantur.

Officiales Inquisitionis seruentur indemnes.

Sane ipsis officialibus dentur de camera communis ciuitatis, vel loci quando exeunt ciuitatem, aut locum pro hoc officio exequendo, vnicuiq; pro qualibet die decem & octo imperiales in pecunia numerata, quos potestas vel rector teneatur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium postquam ad eandem redierint ciuitatem vel locum: & insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum quæ occupauerunt, & mulctarum ad quas fuerunt condemnati, secundum quod inferius continetur; & hoc salario sint contenti. Sed ad nullum † aliud, quod istud officium impediat, vel impedire possit vllo modo officium, vel etiam exercitium compellantur. Nullum etiam statutum conditum, vel condendum, eorum officium vllo modo valeat impedire. Et si quis horum officialium propter ineptitudinem vel inertiam, vel occupationem aliquam, vel excessum diœcesano, & fratribus supradictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum vel dictum eorum teneatur E amouere potestas, aut rector, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Officialibus vnde satisfieri debeat.

† Quia vtrũq; vel multa officia simul exercens, nullũ bene peragit l. nemo. C. de assessoribus.

Quòd si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui, in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat, per potestatem, vel rectorem ad diœcesani loci, & dictorum fratrum arbitrium puniatur.

Officiales delinquẽtes qualiter puniẽdi.

Potestas præterea militem suum, vel alium assessorem, si diœcesanus vel eius Vicarius, aut Inquisitores à sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petiuerint, cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere.

Quilibet etiam si præsens in terra vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate quàm in iurisdictione vel districtu quolibet, dare ipsis officialibus, vel eorum socijs consilium, & iuuamen, quando voluerint hæreticum, vel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere: seu domum, vel locum, aut aditum aliquem introire pro hæreticis capiendis, sub viginti quinque librarum imperialium pœna, vel banno.

Omnes prædictis officialibus faueant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vniuersitas autem burgi, sub pœna & banno librarum centum; villa vero librarum quinquaginta imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Pœna prohibentis ne capiantur hæretici.

Quicunq; autem hæreticum vel hæreticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur: seu prohibere aliquem intrare domũ aliquam vel turrem seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatam per Fredericum tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa à qua prohibiti fuerint, sine spe reædificandi funditus destruatur, & bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti; & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem specialem burgus componat communi librarum ducentarum, & villa librarũ centum, & vicinia tam burgi quàm ciuitatis librarum quinquaginta imperialiũ, nisi infra tertium diem, ipsos defensores vel defensorem hæreticorum potestati captos duxerint personaliter præsentandos.

Magistratus custodiant hæreticos captos vbi voluerit Episcopus & Inquisitor.

Teneatur insuper potestas seu rector quilibet omnes hæreticos, vel hæreticas, qui capti amodo fuerint, per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano, si fuerit præsens, & fratribus supradictis in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli detineantur, seorsum à latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis vel loci sui facere custodiri.

Si quandoq; aliqui vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis, ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus redire, & assignari cogantur; & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur †.

†Ita in archetypo, sed relegentur, legendum ex alijs.

Teneatur insuper potestas, vel rector quilibet cum bono, & securo comitatu omnes hæreticos, & hæreticas, quocunque nomine censeantur, infra quindecim dies postquam fuerint capti diœcesano, vel eius speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus præsentare, pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda.

Damnatos vero de hæresi per diœcesanum, vel eius Vicarium, seu per Inquisitores prædictos, potestas vel rector, vel eius nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinq; dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus.

Teneatur præterea potestas seu rector omnes hæreticos quos captos habuerit, cogere citra membri diminutionem & mortis periculum, tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Hæreticorũ domus diruendæ.

Domus autem in qua repertus fuerit aliquis hæreticus, vel hæretica, sine vlla spe reædificandi funditus destruatur: nisi dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri. Et si dominus illius domus alias domus habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adhærentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Et insuper dominus domus illius, præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat communi ciuitatis, vel loci quinquaginta librarum imperialium in pecunia numerata, quam si non soluerit, in perpetuo carcere detrudatur. Burgus autem ille in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi ciuitatis librarum centum: & villa librarum quinquaginta, & vicinia tam burgi quàm ciuitatis librarum quinquaginta imperialium, in pecunia numerata.

Quicunque vero fuerit deprehensus dare alicui hæretico, vel hæreticæ consilium vel auxilium, seu fauorem, præter aliam pœnam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunq; negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quòd si forte iudex exstiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti. Credentes quoque erroribus hæreticorum tamquam hæretici puniantur.

Teneatur insuper potestas seu rector, nomina virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari: quorum vnum commune ciuitatis vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores: & ipsorum nomina ter in anno, & in concione publica solemniter faciat recitari.

Teneatur quoque potestas seu rector, filios & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum diligenter inuestigare, eosq; ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea potestas, seu rector vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores prædicti ab apostolica sede dati, mittere cum eis quandocunque voluerint, in iurisdictione ciuitatis atque districtu, qui assessor, secundum quod prædictis Inquisitoribus visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quòd si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta con-

conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquisitoribus studeant indicare. Ipse autem potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris, Paduæ promulgatas.

Teneatur insuper potestas seu rector in destructione domorum, & condemnationibus faciẽdis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis, & diuidendis, de quibus superius dicitur; infra decem dies postquam accusatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu; & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur. & eos qui soluere non poterint banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere: alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur sicut inferius cõtinetur. & insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcunq; diœcesanus vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores hæreticorũ voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

Omnes aũt condemnationes vel pœnę, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neq; per cõcionem, neq; per consilium, neq; ad vocem populi vllo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper Potestas seu Rector, omnia bona hæreticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo: vna pars deueniat in commune ciuitatis vel loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano & Inquisitoribus videbitur reseruanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, ad hæreticos extirpandos, non obstãte huiusmodi diuisioni statuto aliquo cõdito aut cõdẽdo.

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, aut constitutionum attentauerit delere, diminuere, vel mutare sine auctoritate sedis Apostolicæ speciali, Potestas, seu Rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco teneatur eum tanquam defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuo publice infamare, atque punire in librarum quinquaginta imperialium in pecunia numerata; quam si exigere non potuerit, eum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sane potestas seu rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo potestatem vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diœcesanum si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his, quæ in statutis istis seu constitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis, continentur, & punire ipsos si excesserint in omnibus & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate; non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet, à syndicatione fuerint absoluti.

Iurabunt autem prædicti tres viri, bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis.

Ceterum teneatur potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis vel loci delere seu abradere penitus de statutis vel capitularibus communis, quodcunque statutum conditum vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis & legibus, siue quomodolibet obuiare: & in principio & in medio sui regiminis, hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari: & etiam in alijs locis extra ciuitatem suam vel locum, sicut diœcesano seu Inquisitoribus & fratribus supradictis visum fuerit expedire.

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones & leges, & si quæ aliæ contra hæreticos & eorum complices, tempore aliquo auctoritate sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnius tenoris debeant contineri, quorum vnum sit in statutario communis cuiuslibet ciuitatis: secundum apud diœcesanum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores, cum omni sinceritate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violari. Dat. Perusij Idibus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Præcipit obseruari leges Frederici Imperatoris, & secundum eas in hæreticos animaduerti, ad quod Inquisitores magistratus compellant per censuram ecclesiasticam.

Editæ anno Domini 1252.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruisin. & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

Cum aduersus hæreticam prauitatem, quondam Fredericus tunc Romanorum Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei & salutem fidelium obseruari; dilectis filijs potestatibus, consilijs & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Teruisin. ac Romaniolæ, nostris damus litteris in mandatis, vt eas quarum tenores ipsis mittimus insertos nostris litteris, faciant singuli in eorum capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Quo circa discretioni vestræ per apostolica

Alia eiusdem argumenti ponitur infra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates, Consilia, & Communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere; vos eos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota cogatis. quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilominus exequatur. Dat. Perusij v. Calend. Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Concedit Inquisitoribus, vt non obstante incorrectione litterarum Apostolicarum contra hæreticos editarum, earum tamen virtute procedant. vide textum & Doctores in cap. ex parte. de fide instrument.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Cum litteræ nostræ, quas super negotio hæresis, in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola extirpandæ, nuper a sede Apostolica fratres vestri ordinis reportarunt, processerint (sicut accepimus) in aliquibus propter nimiam festinationem incorrectæ: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus incorrectionis non obstante dispendio, quod ex superfluitate vel diminutione litteræ seu syllabę, siue dictionis vnius vel plurium inducatur, in memorato negotio procedatis iuxta earundem continentiam litterarum. Datum Perusij, Idibus Iunij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS IIII.

Hortatur Inquisitores, vt diligenter in hæreticos inquirant; in eosque ac in eorum complices, (nisi conuertantur) iuxta canonum sanctiones procedant, etiam inuocato auxilio sæculari, pœnitentes recipi debent & absolui. Si qui impediant sanctum officium acriter coercet Papa. Inquisitores viginti vel quadraginta dierum indulgentiam largiuntur.

Edita anno Domini 1252.

Ex Archiuo Inquisition. Bononien.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori prouinciali ordinis fratrum Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Tunc potissime conditori omnium acceptabile obsequium exhibetur, cum sibi pro catholicæ conseruatione fidei, cuius est ipse stabile ac perpetuum fundamentum, pura intentione seruitur. Digne itaque in hoc sibi prouidimus, studiosum ac placidum impendere famulatum, & præcipue in partibus Italiæ, propter ipsarum vicinitatem, vigilare instantius ac validius satagere contra diros hostes eiusdem fidei, vt cultura salubris impensa per vos vicinis agris dominicis, vtilis sit longinquis, & semen verbi diuini fusum in proximis, fructificet etiã in remotis: licet Apostolica sedes tales hostes vbiq; indefessa solicitudine persequatur, nec vnquam ab huiusmodi exercitio cessauerit cura eius. Conuenit namque (vt quia contra pestem hæreticam Inquisitiones † robotare ac renouare per diuersas sæculi volumus regiones) id agere in Italia maiori opportunitate nunc habita, nullatenus dimittamus; cũ quanto nostris propior adest aspectibus, tanto iustius possemus argui de neglectu, nisi saluti eius attente prospicere studeremus; ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta districte præcipiendo mãdamus in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus huiusmodi negotium, quod principaliter residet cordi nostro, in Lombardia & Romaniola per te, ac fratres tuę curę commissos, quos ad hoc videris opportunos, affectu prompto suscipias, ac feruenti animo prosequaris: ita quòd si per inquisitionẽ de consilio diœcesanorum dictarum Lombardiæ ac Romaniolæ, cum omni vigilantia & solenni prouidentia faciendam, aliquos in eis de contagio prauitatis hæreticæ culpabiles vel infectos inueneris, aut etiam infamatos, nisi examinati velint absolute mãdatis Ecclesiæ obedire, contra ipsos, & receptatores, defensores & fautores eorũ, humano timore postposito, iuxta sanctiones canonicas, Apostolica auctoritate procedas: inuocato ad hoc contra eos, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis; cõtradictores per censurã ecclesiasticã appellatione postposita cõpescendo. Si vero aliqui hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ consultis diœcesanis, eisdem beneficium absolutionis impendens, iniungas eisdem, quod iniungi talibus consueuit: *Prouiso solerter ne simulatã conuersione redeant fraudulenter, & te, immo potius se fallentes, sub agni specie gerant lupum.* Verum quia tam salubre negotium super omnia promoueri cupimus, propter quod impedimenta quęlibet ab ipso intendimus penitus, cum Dei adiutorio, remouere: quia si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas vel communitas, siue aliqui magnates, vel nobiles seu potentes, huic negotio se opponere, aut illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit per deputatos ad hoc à nobis, procedi libere in eodem, immo nisi fouerint illud &, iuuerint studiose, nos proculdubio ad comprimendam tam superbam & pernicioſam audaciam, & omnimodo confundendam, in illos gladium ecclesiasticæ potestatis acriter extendemus. Et reges, ac principes, aliosque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue aliàs pro Christi seruitio

†Inquisitores

uitio Crucis charactere insignitos, necnon & ceteros catholicos inuocabimus contra eos: vt & cælum & terra aduersus detestabilem tementatem ipsorum pariter moueantur; cum non minus expediat, immo magis fidem in locis prope positis, quàm procul distantibus defensare. Quia enim futura volumus in quantum præsumus† (præcipue in supradictis partibus, quas speciali affectione diligimus) vitare discrimina; idcirco scribimus, quòd ista palam exponere ac prænuntiare procures, populos ipsarum partium diligentius admonens, vt debitum habentes respectum ad negotium memoratum, nullum prorsus promotiogi eius inferant nocumentum, sed potius in exequendo illo tibi fauorem tribuant & auxilium opportunum: quia si forsan contrarium agere attentauerint, nullatenus dimittemus, quin per reges ipsos & principes, aliosque fideles dictum promoueamus negotium, sicut superius est expressum. Vt autem prædicta per te, ac fratres eosdem possint liberius ac vtilius exerceri, tibi ac eis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quotiens opportunum videbitur, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad tuam & ipsorum fratrum prædicationem propter hoc faciendam accesserint, plenam tenore præsentium concedimus facultatem. Datum Brixiæ v. Calen. Octob. Pontificatus nostri anno nono.

†Tra' in archetypo, sed possumus, videtur legendũ.

INNOCENTIVS IIII.

Præcipit sæcularibus principibus & magistratibus, vt banno supponãt eos bonis etiam publicatis, quos Inquisitores, aut hæreticos, aut hæreticorum complices declarabunt.

Edita anno Domini 1252.

INnocentius Episcopus seruus seruorũ Dei, dilectis filijs nobilibus viris vniuersis marchionibus, comitibus, baronibus, ac potestatibus, rectoribus, Consulibus, & Communibus ciuitatum, & aliorum locorum, per Lombardiam, Marchiam Teruisinam, & Romaniolam constitutis, Salutem, & apostolicam benedictionem.

Ex Directorio Sabellano fol. 338.

CVM Fratres Prædicatores generaliter in Lombardia, Marchia Teruisina, & Romaniola contra hæreticos, & omnes sectas eorum quocunque nomine censeantur, ad extirpandam inde tam grauis contagij pestem, & malum tantæ prauitatis in Ecclesia Dei nimiũ pestilens, duximus† deputandos: vniuersitatem vestram rogandam, hortandam, duximus attente & monendam, per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus omnes illos, qui per Inquisitores eosdem, vel per alios de ipsorum mandato pro hæreseos crimine: vel pro defensione, seu receptatione, aut fauore hæreticorum, excommunicationis innodati vinculo, vel denuntiati excommunicati publice fuerint, bonis confiscatis ipsorum, banno publico exponatis; aliàs contra eos temporaliter prout expedire videritis, in fulcimentum catholicæ fidei, potestate vobis tradita processuri: alioquin noueritis nos eisdem Inquisitoribus, nostris litteris iniunxisse, vt vos ad id per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Idus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

† duxerimus

INNOCENTIVS IIII.

Principes sæculares, & quilibet magistratus, Inquisitoribus moniti & requisiti pareant, & auxilium &, consilium & fauorẽ præstẽt: alioquin summus pontifex latas in eos sententias ob hanc causam, ratas habebit.

Edita anno Domini 1252.

INnocentius episcopus seruus seruorũ Dei, dilectis filijs nobilibus viris vniuersis marchionibus, comitibus, baronibus, & potestatibus, rectoribus, consulibus, & communitat ibus ciuitatum, & aliorum locorum per Lombardiam, Marchiam Taruisinam, & Romaniolam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Directorio Sabellano fol. 396.

EX commissi nobis apostolatus tenemur officio super gregẽ Dominicum vigilare solicite ac prudenter, vt pestis hæreticæ prauitatis, quæ dum serpit vt cancer in vniuersali Dei Ecclesia, quamplures corumpit fidelium, & plurimos mortaliter sauciat, exactæ diligentiæ studio, ab ipsis eminus propellatur: ac tanto propensius intendatur ad tam pestiferi morbi curam per nos & alios, qui sunt animalia oculata, & lucernæ ardentes super eiusdem candelabrũ, quanto grauior ex contagio ipsius morbi, & pestilentior animarum sequitur corruptela. Cum igitur fratres ordinis Prædicatorum Inquisitores generaliter in partibus Lombardiæ, Marchiæ Taruisinæ, & Romaniolæ duxerimus super huiusmodi negotio deputandos: vt ipsorum prudentia deprehendat huiusmodi pestis contagione infectos; qui siquidem latentes in eisdem partibus demoliuntur quotidie vineam Domini, tamquam vulpeculæ caudas habentes colligatas in vnum †, sed diuersas ad magis nocendum facies prætendentes: Vniuersitatem vestram rogandam, hortandam duximus & monendam, per Apostolica vobis scripta districte præcipiendo mandantes, quatenus ad reuerentiam Apostolicæ sedis, & nostram, eisdem fratribus in ipsius prosecutione negotij, cuius quidem salutaris effectus, profectus est catholicæ fidei, ac hæreticæ peruersitatis defectus, requisiti ab eis, opportunum impendantis auxilium, consilium, & fauorem: & sic eis brachij sæcularis potentia, cum necesse fuerit super hoc fauorabiliter assistendo, quòd aduersus tales, libere potestatis

† c. Ex communicamus 1. & 2. d hæret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

statis ecclesiasticæ sibi commissa valeant exercere censurã: & vestra inde deuotio dignis in Christo possit laudibus commendari: Alioquin sententias, quas in rebelles, vel etiam negligentes, in hoc ijdem Inquisitores rite duxerint promulgandas, ratas habebimus, & faciemus auctore Deo vsque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inuiolabiliter obseruari. Datum Perusij v. Idus... Pontificatus nostri anno nono. A

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores compellere possunt quoscunque sæculi magistratus per censuram ecclesiasticam, vt iurent seruare leges in hæreticos latas, non obstante quouis priuilegio cuiuscunque tenoris. a

Edita anno Domini 1253.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali & fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia, Romaniola, & Marchia Teruisana, Salutem & Apostolicam benedictionem. B

AD aures nostras peruenit, quòd nonnulli nobiles, potestates, & alij de Lombardiæ, Romaniolæ, Marchiæ Teruisin. partibus, nolunt statuta nostra & imperialia contra hæreticos edita, in statutis ciuitatum & locorum, quibus præsunt, facere scribi, neque iurare iuxta mandatum nostrum se obseruaturos eadem, & facturos pro posse ipsorum, ab huiusmodi ciuitatum & locorum hominibus obseruari: ne igitur mandatum nostrum super hoc directum, prætextu alicuius indulgentiæ, seu priuilegij valeat impediri; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus nobiles, potestates, & alios supradictos, ad executionem præmissorum, iuxta eiusdem mandati nostri tenorem, monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compellatis. Non obstante aliqua sedis Apostolicæ indulgentia, quibuscunque personis, sub quacumque forma verborum concessa, cuiuscunque tenoris existat quod excommunicari non possint, veleorum terra supponi ecclesiastico interdicto, absque speciali eiusdem Sedis mandato, faciente plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulgentia huiusmodi, & eorũ nominibus mentionem. Datum Perusij iiij, nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno decimo. C

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores cautionem pœnæ pecuniariæ exigere possunt à complicibus hæreticorum redeuntibus, de fide tenenda, & non redeundo ad priores vel similes errores.

Edita anno Domini 1253.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouinciali ordinis Prædicatorum, & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruisina, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM Venerabilis frater noster Albanensis episcopus auctoritate nostra super extirpatione prauitatis hæreticæ inter alia duxerit statuendum, vt Inquisitores hæreticorum in prouincia Lombardiæ, à credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ad obedientiam ecclesiæ redeuntibus, sub pœna pecuniaria cautionem exigerent, quòd fidem catholicam firmiter teneant, & vlterius fauorem aliquem hæreticis non impendent, & nos statutum huiusmodi approbauerimus ex abundãti, vt firmior vester maneat in hac parte processus, prædicta vobis, & his quos in huiusmodi contigerit ministerio subrogari auctoritate præsentiũ duximus committenda. Dat Perusij, iiij. Calen. Februa. Pontificatus nostri anno decimo. D

Zanch. de hæret. c. 19.

INNOCENTIVS IIII.

Archiepiscopi & episcopi de pœnis pecunarijs exactis ab illis, qui data cautione pecuniaria promiserunt stare mandatis ecclesiæ, Inquisitoribus prouideant in expensis.

Edita anno Domini 1253.

Ex Archiuo Inquisition. Bononien.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiscopis & Episcopis per Lombardiæ prouinciam constitutis, præsentes litteras inspecturis, Salutem & Apostolicam benedictionem. E

CVM per nostras vobis mandemus litteras, vt hæreticorum credentes, fautores, receptatores, & defensores, qui post præstitam cautionem, quòd fidem catholicam firmiter teneant, & vlterius hæreticis fauorem aliquem non impendãt, in id quod abiurauerant, sunt relapsi: & quos in posterum relabi forte contigerit ad soluendam pœnam ab ipsis promissam, iuxta ordinationem venerabilis fratris nostri Albanensis episcopi auctoritate Apostolica factam, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis: fraternitati vestræ per scripta Apostolica mandamus, quatenus de his quetaliter recipere vos continget, dilectis filijs Priori prouinciali ordinis Prædicatorum & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Romaniola, Marchia Anconitana, & Teruisina, & substituendis eisdem, in expensis prouidere curetis ad Inquisi-

A Inquisitionis huiusmodi officium opportunis. Dat. Perusij, v. Calen. Februa. Pontificatus nostri anno decimo.

INNOCENTIVS IIII.

Iubet obseruari leges Frederici in hæreticos & eorum complices editas, quas nominatim inserit huic rescripto, quibus pœnæ variæ in eos latæ continentur; & multa Inquisitoribus priuilegia conceduntur, & plurima ad sacrum Inquisitionis officium spectantia traduntur.

Edita anno Domini 1254.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus, consilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorum Lombardiæ, Marchiæ Taruisinæ, ac Romaniolæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex vetusto codice manuscripto bibliothecæ Vaticanę, & Directorio Sabellano parte. 2. fol. 710.

B CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus Romanorum Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, faciatis singuli in vestris capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri: Alioquin dilectis filijs Priori Prouinciali & Fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Taruisina, & Romaniola litteris nostris iniunximus, vt vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota, compellant.

Tenores autem legum hi sunt:

Correcta ad vnã thent. exẽplar

C *FREDERICVS DEI GRATIA Romanorum Imperator, & semper Augustus Hierusalem & Siciliæ Rex, dilectis principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis & Episcopis, aliisque prælatis ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Sculteti s, Burgauijs, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum imperium constitutis, præsentes litteras inspecturis fidelibus suis, Gratiam suam, & omne bonum.*

L. 1.

COMMISSIS nobis cælitus cura regiminis, & imperialis, cui dante Domino præsidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo diuisim à sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hereticę prauitatis exigunt exerendũ: vt perfidiæ vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tamquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocumque nomine censeantur, vbicunque per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur. D

SI qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad fouendum hæreticorum errorem, callidus hostis suscitat aduocatos: vel paratillicitos defensores; maximè cum facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi ad alia loca se transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: vt super hoc per viros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) euidens testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidiuam: vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fida fides, hæ-

E reticæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

reticæ labis genimina modis omnibus deleantur. Ceterum quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus,& altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos læsæ maiestatis, in personis eorum & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multo fortius istiusque contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei detractores, prouocamur: eorundem hæreticorum,receptatorum,fautorum & aduocatorum suorum hæredes & posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus,publicis officijs & honoribus,imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo mœrore tabescant: vere scientes quòd Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacumque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceat innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos; ceteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando,& redeundo, sub nostri imperij speciali defensione receptos; & quos apud omnes sub ope,ac recommendatione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcumque vestrum petuenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœnam subeant,quam merentur: scituri quòd in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperij nouam & insolitam hæreticæ prauitatis infamiam,opem,& operam, vnà cum eisdem Fratribus præstiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens & remissus,ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxii.Februarij,xii.Indictione.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC.

INCONSVTILEM tunicã Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vitio seruientes,quod significationem diuisionis enuntiat,in ipsius indiuisibilis fidei vnitate nituntur inducere sectionem, & oues à Petri custodia,cui pascendæ à pastore bono sunt creditæ,segregare.Hi sunt lupi rapaces intrinsecus,eo vsque mansuetudinẽ prætendentes ouium,quousque ouile possint subintrare Dominicum. Hi sunt angeli pessimi.Hi sunt filij prauitatum,à patre nequitiæ,& fraudis auctore,ad animas simplices destinati. Hi colubri,qui columbas decipiunt. Hi serpentes,qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulcedine virus euomere: vt vitæ cibum ministrare se simulent,à cauda feriunt: & mortis poculum velut quoddam dirissimum venenum immisceant. Horum sectæ veteribus: vel ne in publicum prodeant:non sunt notatæ nominibus:vel(quod est forte nefandius)non contentæ, vt vel ab Ario Ariani,vel à Nestorio Nestoriani,aut à similibus similes nuncupentur:sed in exemplum martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni.Huiusmodi miseri Patareni,à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno contexturo nequitiæ insimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos,& se ipsos:Deum, dum Dei fidem & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos,dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ,hæreticę prauitatis oblectamenta ministrant: crudelius etiam sæuiunt in se ipsos, dum post animarum dispendium,corpora denique seueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei possent euadere,vitæ prodigi,& necis improuidi sectatores inuoluunt:& (quod est ipso dictu dirissimum) superstites etiam non terrentur exemplo. Contra tales sibi Deo & hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros,quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes,quanto in euidentiorem delusionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam,quæ caput ecclesiarum omnium iudicatur,superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quòd ab Italiæ finibus,præsertim à partibus Lombardiæ,in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare, iamque vsque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt. Quod acerbissimum reputantes: Statuimus in primis, vt crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cuiuslibet,quocunque nomine censeantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicij potestate,alterum alteri non excellat.Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum,& bona; & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur,per omnia volumus obseruari.Et vt ipsorum nequitia,qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant,detegatur:nemine etiam deferente,inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores,& per officiales nostros, sicut & alios malefactores inquiri; ac

Inquisitione notatos,etsi leuis superstitionis argumento tangantur,à viris Ecclesiasticis,& prælatis examinari iubemus.Per quos si inuenti fuerint à fide catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos, mortem pati Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur,decernimus,quam affectant: vt viui in conspectu hominum comburantur,flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quòd in hoc ipsorum satisfacimus voluntati,ex quo pœnam solum modo, nec fructum alium consequuntur erroris.Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat;quod qui fecerit,in ipsum nostrę indignationis aculeos non immerito conuertemus.Dat.Paduæ xxii. Februarij,xii.Indictione.

IMPERATOR FREDERICVS *semper Augustus, &c.*

PATARENORVM receptatores,& complices,& quocunq; modo fautores,qui vt à pœna alios possint eximere,de se velut improuidi nõ formidãt,publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus.Et ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur,in fidei præmium quam agnouit,famæ pristinæ de imperiali clementia, restitutionis beneficium in integrum consequatur.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS *contra Patarenos edita per dominum Fredericum, illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ regem.*

PATAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos,Passaginos,Iosepinos, Caratenses,Albanenses,Francisços,Bagnarolos Commixtos,Vvaldenses Roncarolos,Communellos,Varinos,& Ortholenos, cũ illis de Aquanigra: & omnes hæreticos vtriusq; sexus quocunq; nomine censeantur, perpetua damnamus infamia,diffidamus atq; bannimus;censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur:ita quòd filij eorũ ad successionem peruenire nõ possint, cum longe sit grauius æternam,quàm temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles,nisi ad mandatum Ecclesiæ,iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tamquam infames & banniti ab omnibus habeantur,ita quòd si per annum permanserint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus.Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt Potestates, & Consules,seu Rectores,quibuscunque fungantur officijs,pro defensione fidei præstent publicum iuramẽtum,quòd de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt,ita quòdamodo quandocunque quis fuerit, in perpetuam Potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro Potestatibus,neque pro Consulibus,seu consimilibus habeantur:eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia,terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate,post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant,& in fidei puritate conseruent:saluo iure domini temporalis: dũmodo super hoc nullum præstet obstaculum,nec aliquod impedimentum apponat: eadem nihilominus lege seruata,contra eos qui non habent dominos principales.Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus,Statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus,satisfacere contempserit infra annum,ex tunc ipso iure sit factus infamis,& ad publica officia seu consilia,vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonum admittatur. Sit etiam intestabilis,vt nec testamenti liberam habeant factionem;nec ad hereditatis successionem accedat.Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si iudex extiterit,eius sententia nullam obtineat firmitatem,nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur.Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momẽti.Adijcimus insuper,quòd hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quòd domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorũ, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint,destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ,xxii.Februarij.xii.Indictione.

REX regũ.Apostatãtes a fide catholica penitus execramus,insequimur vltionibus,bonis suis omnibus spoliamus:Et vt à professione vel vita naufragãtes legibus coarctamus:Successiones tollimus, ab eius omne Ius legitimu abdicamus.Datũ Assisij xi.Cal.Iunij,Põtificatus nostri anno vndecimo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INNOCENTIVS IIII.

Quibus competeret olim facultas creandi, & distituendi Inquisitores; & qua ratione Inquisitores semel creati deponi debeant.

Edita anno. Domini 1254.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali ordinis Prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ nomine Christiano censentur, teneamur ex officij nostri debito expurgare letiferam pestem hæreticæ prauitatis: In Italia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius, vbi eandem pestem (propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei catholicæ peruersos mores peperit) ex vicinitate persensimus abundantius succreuisse. Volentes igitur in prouincia Lombardiæ à Bononia & Ferraria inclusiue, vsque ad vltimos fines superiorum partiũ eiusdem prouinciæ, ac Marchia Ianuensi, per aliquos de fratribus prioratus tui, super hoc partes nostræ solicitudinis adimpleri: discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu, vel vicarius tuus, cum contigerit te abesse, de consilio discretorum fratrum, quatuor ex eiusdem prioratus fratres, viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes, assumas, eisque Inquisitionis officium contra hæreticos, eorumq; fautores & complices, in prædictis prouincia & Marchia, iuxta formam, quam eis per alias litteras nostras expressimus, exequendum iniungas: quos eam, quam in eisdem litteris comprehendimus, habere volumus potestatem. Si vero quemquam eorundem Inquisitorum, ex causa videris aliquando amouendum, alium illo amoto substituas, pari potestate functurum, quotiens id faciendum deliberatione, cum discretis fratribus prælabita, tibi vel eidem vicario, te absente, visum fuerit expedire. Datũ Assisij, IIII. Calend. Iunij, Pontificatus nostri anno vndecimo.

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores prædicent fidem catholicam, ac per alios faciant prædicari: crucesignatos recipiant, qui hæreticos insequantur: audientibusociones Inquisitorum de fide habitas viginti vel quadraginta dierum indulgentiam concedant Inquisitores, qui hæreticos persequuntur, plenariam indulgentiam adipiscuntur.

Edita anno Domini 1254.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

INnocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Priori Prouinciali ordinis prædicatorum in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

MALITIA huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardia, peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus pestifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito nosci tur pullulasse. Ad purgationem igitur eiusdem pestis, iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis operarios, qui massam catholicæ puritatis, fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles, vt consurgant, stentque nobiscum, pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defensandis, salubribus exhortationibus incitari. Quo circa deuotioni tuæ, per Apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus tu, vel vicarius tuus cum contigerit te abesse, per te ipsum in ciuitatibus & locis alijs, quæ infra prioratus generalis tibi commissi, statutos ab ordine tuo limites continentur, prædicans contra hæreticos verbum crucis, & per idoneos ad hoc fratres tuos faciens publice prædicari, ac consignari crucis charactere eos, qui tacti zelo fidei contra hæreticos, eorumque fautores voluerint crucesignari fideles ad huiusmodi prædicationis & crucis signationis officium exequendum, in ciuitatibus & locis prædictis, tot de fratribus tibi commissis verbo & opere potentes assumas, quot ex eisdem assumptis, singulis ciuitatibus & diœcesibus Prioratus eiusdem bini valeant deputari: Nos enim tibi & eorum singulis largiendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis pœnitentijs vere pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerint: necnon & illis, qui ad extirpandam hæreticam prauitatem, signum crucis acceperint, illam indulgentiam, illudque priuilegium concedendi, quæ transfretantibus in terræ sanctæ subsidium in generali conceduntur concilio, plenam auctoritate presentium concedimus potestatem. Datum Assisij, ij. Calen. Iunij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

INNOCENTIVS IIII.

Vniuersis Christi fidelibus.

Insigne hoc rescriptum pœnas continet hæreticorum, & eorum qui hæreticorum complices dicuntur: item magna ex parte ostendit, quis ordo in iudicio aduersus hæreticos suscepto, debeat obseruari, & concordat omnino cum iure communi in c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret. & cum c. Quicunque. de hære. lib. 6. & cum rescripto eiusdem prorsus sententiæ Nicolai. iij. quod est infra, & incipit etiam Noueris vniuersitas. & cum rescripto Alexan. iiij. relatio in Directorio Inquisit. parte 2.

NO-

Edita anno Domini 1254.

Ex Bibliotheca Illustriss. Viri Antonij Sanctorij, Cardinalis S. Seueri næ vnius ex Inquisitoribus generalibus.

NOVERIT vniuersitas vestra, quòd nos ad instar fe. re. G. Papæ prædecessoris nostri excommunicamus, & anathematizamus vniuersos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosephinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum. Damnati vero per ecclesiam sæculari iudicio relinquantur animaduersione debita puniendi; clericis priùs à suis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendum condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, similiter hæretico iudicamus. Item receptores, defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationis sententiæ decernimus subiacere: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, à sua super hoc non curauerit præsumptione cessare, ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur: & in similibus idem præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales, quoſquam ab Ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia percellantur, aliàs animaduersione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd si per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiusmodi personarum minime audiantur. Item iudices, aduocati & notarij nulli eorum officium suum impendant; alioquin eodem officio perpetuo sint priuati. Item clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica Sacramenta, nec eleemosynas, aut oblationes eorum recipiant. Similiter hospitalarij, aut templarij, ac quilibet regulares: alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto Sedis Apostolicæ speciali. Item quicunque tales præsumpserint Ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, nec absolutionis beneficium mereantur, nisi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetua careat sepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item si quis hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium, vita & moribus dissidentes, eos studeat indicare confessori suo, vel alij, per quem credat ad prælati sui & Inquisitorum hæreticæ prauitatis notitiam peruenire; alioquin excommunicationis sententia percellatur. Hæretici autem & receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumq; filij vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficium seu officium admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane. Nos enim prædictos, & quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quæcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis: volentes, vt tales, & habitis perpetuo careant, & ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius esse momenti volumus, quorum parentes post emancipationem, huiusmodi ad inuicem superstitionis hæreticæ, à via declinasse constiterit veritatis. Datum Anagniæ XVII. Calend. Iulij, Anno vndecimo.

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores ardenter prædicent crucis verbum, contra hæreticos & eorum complices; eos qui crucesignari voluerint, recipiant, concessa illis solicita indulgentia: aduersus impedientes, aut non iuuantes Inquisitionis officium velut contra defensores & fautores hæreticorum appellatione remota procedant: crucesignatos absoluant à censuris ecclesiasticis: cum clericis crucesignatis super irregularitate dispensant; crucesignatorum vota commutant: cruce signati tempore interdicti generalis, diuinis interesse possunt.

Edita anno Domini 1254.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, præsentibus & futuris in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

MALITIA huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelam, ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito nosci tur pullulasse. Ad extirpationem igitur eiusdem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pestis, iuxta officij nostri debitum, ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi iniquitatis A
operarios, qui massam catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant, stenteque nobi cum pro euangelicis, quas professi sunt, legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis, vbi contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra eosdem hæreticos, eorumque fautores proponere populis publice verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei, ad extirpandam prauitatem eandem, votum assumpserint crucis chraractere consignare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ob hoc votum assumpserint, copiosæ mercedis præmium afferatur: vobis & eisdem fidelibus illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium, in generali concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi crucis verbum, per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerunt, quadraginta vel viginti dies de iniunctis pœnitentijs libera sit vobis & singulis vestrum de nostra concessione facultas. Quòd si forte, quod non credimus, aliqua ciuitas, communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire, vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicunque requisiti illud fouere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiose iurare; contra eos, tamquam defensores, & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos, prout audacia ipsorum exegerit, Reges & Principes Christianos, necnon Crucesignatos pro terræ sanctæ succursu, curabimus inuocare: cum non minus expediat immo magis, fidem in locis prope positis, quàm procul distantibus defensare. Porro, vt non solum Inquisitionis vobis super hæretica prauitate commissæ, sed & huiusmodi prædicationis crucis officium in manibus vestris, congruis fauoribus adiuuetur, absoluendi iuxta formam ecclesiæ, omnes qui contra prauitatem hæreticam assumpserint signum crucis ab interdicti, suspensionis, C
& excommunicationum sententijs canonis, & præsertim ab illis, quas pro incendijs, vel effractionibus ecclesiarum, seu iniectione manuum violenta in personas ecclesiasticas incurrerunt; & alijs quoque sententijs, a nobis, vel auctoritate nostra generaliter promulgatis: nisi adeo grauis & enormis excessus fuerit personarum, quòd ab his oporteat absolutionis beneficium per Sedem Apostolicam obtineri. Necnon & ab illis sententijs, quas adhærendo & fauendo contra Ecclesiam, quondam Frederico, setum pro Imperatore gerenti, seu Conrado nato eius, vel ipsorum fautoribus incurrerunt: Egilino de Romanis, Vberto Marchione Pelauicino, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Capitaneis, Potestatibus, Rectoribusque ciuitatum atque locorum, similibusque personis, quiin Ecclesias, & personas Ecclesiasticas, sæua exercuisse noscuntur, aut eorum bona nequiter occupasse, dumtaxat exceptis. Dummodo assumpto crucis signaculo, votum huiusmodi, qui absoluti fuerint, efficaciter prosequantur: & ipsi caueant, quòd de cetero contra Ecclesiam nunquam erunt; & tam ab ipsis, quàm ab alijs præmissis, plena de damnis & iniurijs, propter quæ excommunicati noscuntur, satisfactio, vel satisfaciendi sufficiens securitas impendatur. Necnon & dispensandi cum clericis, super irregularitatibus, quas celebrando diuina ligati sententijs canonis, contraxerunt. Commutandi quoque vota eorundem cru- D
cesignatorum, vouentium, & votorum qualitate pensata: terræ sanctæ votis: alijsque perpetuis, quæ commutationis non admittunt remedium, dumtaxat exceptis. Concedendi quoque crucesignatis eisdem, quòd tempore generalis interdicti, possint interesse diuinis officijs, & Ecclesiastica Sacramenta recipere, in locis in quibus eadem ex indulto Sedis Apostolicæ celebrantur. Dummodo si in præmissis casibus, Ecclesiasticis tenentur ligati sententijs, prius absolutionis beneficium assequantur, vobis & singulis vestrum auctoritate præsentium, concedimus facultatem. Datum Anagniæ XIII. Calen. Iulij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

INNOCENTIVS IIII.

Inquisitores compellere possunt magistratus sæculares, vt obseruent leges Frederici Imperatoris in hæreticos E
editas per censuram ecclesiasticam, appellatione remota.

Edita anno Domini 1255.

INNOCENTIVS Episcopus serus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in partibus Lombardiæ, Salutem & Apostolica benedictionem.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus tum Romanorum Imperator, promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos eas volentes ad robur fidei, ac salutem fidelium obseruari, dilectis filijs potestatibus, consilijs, & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Italiæ nostris dedimus litteris in mandatis, vt ipsas quarum tenores sibi præfatis insertos litteris misimus, singuli faciant in suis capitularibus annotari, contra hæreticos sectæ cuiuslibet, secundum eas exacta

A cta diligentia processuri. Quocirca discritioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si præfati potestates, & alij ciuitatum & locorum, in quibus vobis Inquisitionis officium, contra hæreticos est commissum, mandatum super hoc Apostolicum neglexerint adimplere: vos, vel quiuis vestrũ, eos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, remoto appellationis obstaculo compellatis: non obstante si aliquibus ab Apostolica sede sit indultum, vel indulgeri contigerit, quòd excommunicari, suspendi, vel interdici non possint, vel eorum terræ subijci Ecclesiastico interdicto. Dat. Anagniæ, Nonis Iulij. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

INNOCENTIVS IIII.

B *Cum domus hæreticorum destrui iubentur, idem intelligitur de turribus eiusdem malefactoris domui contiguis, si quæ fuerint: materia vero dirutorum ædificiorum diuiditur iuxta formam Innocentianæ constitutionis, incipien. Ad extirpanda. §. Teneatur insuper Potestas.*

Edita anno Domini 1255.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

CVM in constitutionibus nuper à nobis contra hæreticos promulgatis, inter alia contineri dicatur expresse, vt domus in qua hæreticus vel hæretica inuentus fuerit, ac ei contiguæ, si fuerint eiusdem domini, sine spe reparationis funditus destruantur, nostro petistis certificari responso, quid sit de turribus in casu huiusmodi obseruandum? Ad quod breuiter respondemus, quòd nostræ intentionis extitit & existit, vt in eo casu idem in turribus, & in domibus iudicium obseruetur. Lignamina vero, lapides, & tegulas domorum & turrium, quæ taliter destruentur, eo modo distribui decernimus, quo res alias ibidem inuentas diuidi mandauimus in constitutionibus antedictis.

Datum Anagniæ 1111. Calend. Augusti, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

ALEXANDER IIII.

C *Vt Inquisitores procedant contra hæreticos, iuxta constitutiones Innocentij, reliquis statutis nihilominus in hæreticos editis in suo robore seruatis.*

Edita anno Domini 1255.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Raynerio, ac alijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

CVM auctoritate felicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri, in Lombardia Inquisitionis officium contra hæreticos fueritis hactenus executi; nos desiderantes tam nociuam pestem prauitatis hæreticæ, quæ pullulare in illis partibus consueuit, cum omni solicitudine extirpare: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus secundum à Deo vobis datam prudentiam, auctoritate nostra, in eiusdem Inquisitionis officio D
procedatis, iuxta ipsius prædecessoris directarum continentiam litterarum. Statutis contra hæreticos editis, quæ idem prædecessor in capitularibus ciuitatum, & locorum Italiæ annotanda & seruanda mandauit: ac litteris ecclesiarum prælatis, & alijs Lombardis, super negotio ipso directis, in suo robore duraturis. Datum Neapoli vj. Calen. Maij, Pontificatus nostri Anno primo.

ALEXANDER IIII.

Ampliat & declarat nonnulla capita constitutionum Innocentij iiij. contenta in bulla. Ad extirpanda.

Edita anno Domini 1255.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticorum, in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Directorio Sabellano fol. 394.

E CVM secundum tenorem constitutionum felicis recordationis Innocentij Papæ prædecessoris nostri; quas in capitularibus ciuitatum & locorum Italiæ annotari mandauit, contineatur, quòd quilibet potestas seu rector cuiuscunque ciuitatis seu loci, infra tertium diem post introitum regiminis sui, duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij instituere teneantur, quos dicœcesanus si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores, ad hoc à suis Prioribus, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinis deputati, duxerint eligendos, per quos inquirantur hæretici, & etiam capiantur. Teneatur insuper idem potestas, vel rector infra decem dies sui regiminis, syndicare præcedentem proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam assessores per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per dicœcesanum si fuerit præsens, & per fratres prædicatores, & minores, de omnibus, quæ in constitutionibus præfatis, & legibus, quæ contra hæreticos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticos & eorum complices, editis continentur. Et sicut ad audientiam ipsius nostri prædecessoris perA
uenit earundem constitutionum super his plerumque impediatur effectus: pro eo scilicet, quòd interdum, illi qui prædictos viros debent eligere, electioni huiusmodi non possunt interesse, vel nolunt: Nos ad instar prædecessoris eiusdem, super his sicut conuenit, prouidere volentes; statuimus, vt si diœcesanus & fratres Minores, prædictæ electioni, prædictorum virorum noluerint, vel non potuerint interesse, per aliquem vestrum, seu illos, quibus id duxeritis committendum, in locis in quibus Inquisitionis officium exercetis, eligere personas, seu viros huiusmodi libere valeatis, vobis & vestrum singulis auctoritate præsentium indulgemus: non obstante iuramento, quòd prædicti potestates, & rectores, de obseruandis præfatis constitutionibus, exhibere tenentur, à quo ipsos, quantum ad hos articulos siue casus duximus absoluendos. nulli ergo omnino hominum, &c. Datum Neapoli ij. Calen. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

B

ALEXANDER IIII.

Vt Inquisitores procedant in negotio Inquisitionis, iuxta ordinationes Innocentij quarti.

Edita anno Domini 1255.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratri Raynerio Placentin. & alijs fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticę prauitatis, in Lombardia, & Marchia Ianuen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, contra hæreticos prædicationem crucis vobis duxerit per suas litteras committendam: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in negotio procedatis eodem iuxta litterarum continentiam earundem. Datum Anagniæ v. Idus Augusti. Pontificatus nostri Anno primo.

C

ALEXANDER IIII.

Ampliat tria capita constitutionum Innocentij incipien. Ad extirpanda, quæ ob nimiã terminorum breuitatem non poterant commode absolui.

Edita anno Domini 1256.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Inquisitoribus hæreticorum, in Lombardia, & Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXORTIS in agro fidei Christianæ per partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizanijs, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico: felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, constitutiones quasdam ad pestis extirpationem prædictæ noscitur edidisse, quas in suis litteris annotatas, mandauit à dilectis filijs potestatibus, seu rectoribus, consilijs, & communitatibus ciuitatum aliorumque locorum, per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Teruisij constitutis, tamquam fidelibus eiusdem D
fidei defensoribus exacta diligentia obseruari. Porro inter constitutiones huiusmodi, tria contineri noscuntur, à potestatibus, seu rectoribus ciuitatum & locorum, sub debito iuramenti infra certos terminos obseruanda. Primum videlicet, quòd potestas, seu rector infra tertium diem post introitum sui regiminis, duodecim viros probos & catholicos, duos notarios & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij, instituat; quos ad negotium fidei contra hæreticos, eorumque fautores, diœcesanus, si præsens fuerit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis prioribus & ministris, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Secundum quòd idem potestas, seu rector, in destructione domorum, condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignandis & diuidendis, infra decem dies postquam accusatio seu denuntiatio super hæresi, vel hæreticorum fauore facta fuerit, exequatur omnia cum effectu. Tertium vero, quòd prædictus potestas siue rector, infra decem dies sui regiminis syndicet precedentem proximo poE
testatem, vel rectorem, & eius etiam assessores per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diœcesanum, si præsens exiterit, & per fratres Prædicatores & Minores, de omnibus his, quæ in statutis seu constitutionibus, & legibus contra hæreticos, & eorum complices continentur, & eos puniat de omnibus & singulis quæ omiserunt, & compellat restituere de propria facultate. Cum igitur, sicut accepimus, supradicta tria, infra præmissos terminos propter ipsorum terminorum nimiam breuitatem, nequeant à potestatibus, vel rectoribus de facili adimpleri; propter quod ijdem potestates seu rectores, in animarum suarum periculum periurij retiaculo sæpius inuoluuntur: Nos de vestræ fidei puritate, ac circunspectionis industria, plenam in Domino fiduciam obtinentes, prorogandi eisdem potestatibus & rectoribus terminos supradictos, vsque ad decem dies, prout expedire vel necesse fore videritis ad præmissa efficaciter exercenda, ita quòd per prorogationẽ huiusmodi, nec priurij reatum, nec notam incurrant, plenam vobis & singulis vestrum, vbi conuenire ad hoc commode nequiueritis, concedimus auctoritate præsentium facultatẽ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostræ con-

A
cessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lateran. 11. Idus Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

ALEXANDER IIII.

Statuta, quibus officium Inquisitionis, directe vel indirecte impeditur, moderare possunt Episcopi, & Inquisitores, seu reuocare; & vt sibi exhibeantur, compellere possunt magistratus ciuitatum per Ecclesiasticas censuras, appellatione reiecta.

Edita anno Domini 1257.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri Episcopo Mutinen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

IMPLACIDA relatio nuper nostrum turbauit auditum, quòd videlicet, Commun. Mantuan. cum deberent dilectis filijs fratribus Prædicatoribus, Inquisitoribus prauitatis hæreticæ, in illis partibus à Sede Apostolica deputatis circa extirpationem prauitatis huiusmodi de suis finibus, toto posse assistere tamquam fidei zelatores, ipsi agentes in contrarium, statuta quædam damnabilia ediderunt, per quæ negotium fidei, quod per fratres ipsos salubriter geritur, vt in eo procedi libere nequeat, directe impeditur vel etiam indirecte. Quo circa fraternitati tuæ, per Apostolica scripta, sub excommunicationis pœna firmiter præcipiendo mandamus, quatenus associatis tecum aliquibus discretis, & Deum timentibus viris, statuta huiusmodi quæ à Mantuan. vel quibuslibet alijs hominibus ordinata, & facta dicuntur, Mantuæ ac in toto ipsius districtu, per quæ ipsi negotio possit obstaculum prouenire, diligenter inquirere ac etiam inuenire: & quæsita & inuenta ad tale reducere, ac reduci facere moderamen procures, quòd per ipsa dictorum Inquisitorum processus non impediantur in aliquo, vel quomodolibet retardentur: faciens nihilominus quòd statuta quælibet ipsi negotio contraria, & quibus posset impedimentum aliquod Inquisitoribus afferri eisdem, quominus per eos iuxta formam sibi à prædicta sede traditam procedi libere valeat in eodem, C
in ciuitate præfata vel alibi in ipsius districtu nullatenus obseruentur: potestatem, ancianos, & consilium ciuitatis eiusdem per excommunicationem in personas eorum & commune prædictum, per interdicti in ciuitatem ipsam sententias, ad id appellatione postposita, compellendo. Datum Viterbij xv. Calen. Ianuarij, Pontificatus nostri anno tertio.

ALEXANDER IIII.

Declarat quinque articulos dubios, contentos in constitutione Innocentij iij. incipien. Ad extirpanda, Iubetque has declarationes cum præfatis constitutionibus scribi in statutarijs vrbium, & seruari.

Edita anno Domini 1259.

D
ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Prædicatoribus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Directorio Sabellano. fol. 734.

FELICIS recordationis Innocentius Papa prædecessor noster, dudum constitutiones quasdam edidit, secundum quas rigor debet exerceri canonicus, in extirpandis ex agro fidelium zizanijs hæreticæ prauitatis: quarum aliquæ videntur ambiguæ †, super quibus nostræ responsionis oraculum imploraſtis. Ne igitur ipsarum constitutionum obscuritas commissę vobis solicitudini, pernicioſas vineæ Domini pie persequendi capiendique vulpeculas obstaculum obijciat tarditatis: quinque ipsarum constitutionum capitula, quæ vobis dubia videbantur, auctoritate præsentium, de fratrum nostrorum consilio, duximus declaranda. Primum sane dubitationis vestræ capitulum † continet, quòd tam duodecim viri quàm notarij & seruitores eorundem, ad capiendum hæreticos deputati, simul & diuisim plenariam præcipiendi, sub pœna & banno, quæ ad officium suũ pertinent, habeant potestatem. Potestas vero talis loci, vel rector, teneatur habere firma & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis officialibus siue plures, & pœnas exigere non seruantium. hoc itaque quod de pœna & banno dictum est, de illis dumtaxat pœnis interpretamur intelligi, quæ consequenter in eisdem constitutionibus sunt expressæ. Possunt autem prædicti officiales, communitati, burgo, & villę præcipere sub pœna & banno, vsque ad ducentas Marchas argenti, & vltra ad arbitrium potestatis loci eiusdẽ, quòd potestati, vel diœcesano, aut eius vicario seu Inquisitoribus hæreticorum, præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem omnes hæreticos & hæreticas, quos sibi dicti officiales duxerint assignandos: & potestas loci à non seruantibus, pœnam huiusmodi exigere teneatur. Secundum vero est, quòd domus in qua prohibiti fuerint hæreticorum captores, sine spe reædificandi funditus destruatur, & bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: Quodque habet, quòd domus in qua repertus fuerit aliquis hæreticus seu hæretica, sine vlla spe reædificandi funditus destruatur, nisi dominus domus ibidem procurauerit reperiri; & si dominus domus illius, alias domos habuerit contiguas illi domui,

† ambigere lebatur, sed ambiguæ, videturlegendum.

† in § Idem quoque potestas, & sequen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adhærentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Hæc autem duo capitula, vno declarationis Sedis Apostolicæ radio lucidantes, volumus absolute, vt pœnæ taxatæ per constitutiones easdem in præmissis casibus infligantur: nisi diœcesanis, vel in eorum absentia vicarijs ipsorum, vnà cum Inquisitoribus Inquisitorum, vel solis ipsis diœcesanis, (cum ipsorum Inquisitorum præsentia de facili haberi non poterit) legitime constiterit præfatarum domorum dominos in his casibus penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæreticæ labe suspectos. Bona vero, quæ inuenta fuerint in domibus supradictis, debent in his casibus similiter publicari, nisi legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quàm dominorum domuum earundem. Quartum vero vestræ dubitationis capitulum enodamus, quòd videlicet, si dominus domus, pro eo quòd in ipsa repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, sine spe reædificationis funditus destruendæ, habeat alias domos, illi domui demoliendæ contiguas, omnes illæ similiter destruantur: illud de appendicijs domus illius debere intelligi declaramus, vt scilicet domus illa cum alijs eiusdem, domui ipsi contiguis, hoc est ipsa, & ipsius etiam appendicia, cum eadem siue in domo, siue in appendicijs eius, hæreticus vel hæretica repertus fuerit, destruantur: cum domus, quamuis diuersis mansionibus distinguatur, vna nihilominus sit censenda. In quinto autem dubitationis capitulo † legitur; quòd teneatur potestas seu rector, infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo potestatem, vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos & fideles, electos ad hoc per diœcesanũ, & per fratres Prædicatores & Minores, de omnibus his, quæ in statutis ipsis, siue constitutionibus & legibus contra hæreticos, & eorum complices editis continentur. hunc itaque dubitationis articulum declarantes, respondemus, quòd vnà cum diœcesano loci, fratres prædictorum ordinum, à priore & guardiano suis: vel ab eorum altero, si ibidem alterius dumtaxat eorundem ordinum conuentus extiterit, assumendi, viros eligant supradictos. Si vero neutrius ordinis conuentus ibi forsitan habeatur, ad solum diœcesanum eorundem virorum electio pertinebit. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eadem capitula constitutionũ prædictarum accipientes, iuxta declarationis Apostolicæ intellectum, tenorem præsentium; simul cum eisdem constitutionibus, faciatis de verbo ad verbum, in capitularibus ciuitatum, ad tollendas de aliorum cordibus ambiguitates huiusmodi, annotari. Datum Lateran. 11. Non. Martij, Pontificatus nostri anno tertio.

† in §. teneat sane potestas.

ALEXANDER PAPA IIII.

Fratribus de ordine Minorum prædicantibus verbum Dei in terris infidelium plurima tributa hic priuilegia numerantur, quæ à iuris communis regulis egrediuntur, tam circa administrationem sacramentorum, quàm circa censuras ecclesiasticas amouendas, est elegans rescriptum, & obseruatione dignissimum, nec alienum omnino ab officio sanctissimæ Inquisitionis, si series eius paulo diligentius consideretur; ideoque non fuit omittendum.

Idem priuilegium concessit Innocentius Papa iiij. Fratribus ordinis Prædicatorum, quod refertur inter illorum priuilegia.

Edita anno Domini 1258.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorũ Dei, dilectis filijs fratribus de ordine Minorum in terris Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Aethiopum, Syrorum, Yberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Zichorum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Nestorinorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moscelinorum, Tartarorum, Hungarorum, Maioris Hungariæ, Christianorum Captiuatorum apud Turcos; aliarumque infidelium nationum orientis, seu quarumcunque aliarum partium proficiscentibus. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo conuentus. Sancti Francisci de Assisio.

Apoc. c. 10.

CVM hora iam vndecima diei sit hominibus vt exeant ad opus vsque ad mundi vesperam deputari, & illud Apocalypsis eulogium cito credatur cum matris Ecclesiæ consolatione complendum, videlicet, oportere viros spirituales vitæ munditiam & intelligentiæ gratiam cum Ioanne sortitos, populis & gentibus, linguis, regibusque multis denuo prophetare; quia non sequetur reliquiarum Israel per Isaiam prophetata saluatio, nisi iuxta Paulum Apostolum prius introeat gentium multitudo. Nos, licet immeriti, super Apostolicæ Sedis speculam constituti fideliter ac prudenter dispensandis Dei ministerijs & operibus coadiuuandis intendimus: si vergente plenitudine temporis post pia priorum studia, in vineã Domini Sabaoth nouos & pene nouissimos, qui sapientiã longũ didicere, per otiũ operarios mittere procuremus. Vos igitur, quos iuxta professæ religionis officium, zelus comedit animarum, & in quadriga quarta, quã varijs carismatũ donis & fidei fortitudine trahitis vbiq; discurrere, ac vexillum Regis glorię procul leuare gestitis ad gentes, quę Iesum Christũ Dominũ non cognoscũt: & ad subtractionis filios, qui Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ non obediunt, destinamus: vobis in remissionẽ peccatorũ omnium

Esaiæ c. 10. Pau. ad Ro. ca. 10.

Math. c. 20.

omnium iniungentes, quatenus seminaturi super aquas multas, in illo tantum qui mundum dixit se vicisse confisi, ad illuminationem cæcæ multitudinis, & exterminium hæreticæ falsitatis, ad confirmandum nutantium animos, & fidelium confortandos, in luce sermonis, & certitudine operis propositum vobis iter sine quarumlibet offensione curatis.

Vt autem ministerium vestrum honoretur plenius & honorabilius impleatur, præsentium vobis auctoritate concedimus, vt in terris, quæ adhuc Sedis Apostolicæ magisterio non intendunt, proponere verbum Dei, & constitutis ibidem, non obstantibus si aliqua sunt excommunicatione ligati, in verbis, officio & cibo, ac in alijs secure communicare, & ipsos, seu etiã alios conuerti ad vnitatem Christianæ fidei cupientes, recipere, baptizare & aggregare Ecclesiæ filijs valeatis, & presbyteri ex vobis ipsos aggregatos possint insignire charactere clericali, & ipsos ad acolythatus ordinem promouere.

Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad obedientiam Sedis Apostolicæ, qui sunt excommunicatione ligati, absolutionis beneficium iuxta formam Ecclesiæ impertiri, & super eo dispensare cum ipsis, quòd sacros receperunt ordines, & diuina celebrarunt officia sic ligati. hoc ipsum vobis sit licitum, circa illos de terris eisdem, qui temporibus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die, vel qui superiores prætermissis inferioribus conferre seu recipere ordines præsumpserũt: si tamen in hoc seruata forma talis extiterit, per quam ordines recepissent.

Vobis præterea dispensare liceat, vt illi ex nationibus vestræ prædicationi commissis, qui post susceptionem sacrorum ordinum, vel in gradibus & casibus à diuina minime lege prohibitis, matrimonia contraxerunt, remaneant in eisdem: & hi qui ad Ecclesiæ catholicæ redierint vnitatem, vt inter suos habitent, eisdemque communicent: necnon quòd clerici nationum ipsarum, publice ad obedientiam Sedis Apostolicæ redeuntes, gaudeant priuilegio clericali. Sit etiam vobis licitum, omnium fidelium in terris prædictis confessiones audire, ac ipsis iniungere pœnitentias salutares, & excommunicatos à canone vel alio modo, iuxta formam Ecclesiæ absoluere, dummodo iniuriam & damna passis satisfaciant competenter.

Cum irregularibus autem partium earum casibus, in quibus solent Legati Sedis Apostolicæ dispensare, ac etiam cum clericis ipsarum partium patientibus defectum natalium, dummodo nõ sint de adulterio vel incestu, aut de regularibus procreati, sit vobis dispensandi facultas: quam circa illos similiter habeatis, qui ab vnitate Ecclesiæ catholicæ seu religione, vel clericali ordine discesserunt, si humiliter redire voluerint, & digne satisfaciant de commissis: ita quòd ipsi religiosi ad sua loca salua disciplina ordinis resumantur; & illos ex iam dictis, qui excommunicationis vinculo sunt astricti, iuxta præmissam formam, & prædictæ satisfactionis modum absoluere valeatis: & cum irregularibus ex eisdem, sicut est expressum superius dispensare.

Ad hæc, sit vobis absoluendi facultas occisores clericorum, & religiosarum personarum, in prædictis partibus constitutos: fundandi de nouo ibidem Ecclesias, & reconciliandi illas, quæ sunt casu aliquo prophanatæ: ac de nouo fundatis, Rectores idoneos prouidendi: & illis qui de gentibus vel schismaticis nouiter sunt conuersi, dandi licentiam, vt vxores suas cum quibus ex gradibus a lege diuina non prohibitis contraxerunt, valeant retinere.

De causis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam nostram deferri contigerit, legitime cognoscendi, ac discordantes inter se ad inuicem, quòd ad pacem & concordiam redeant: necnon quòd inordinate viuentes, de suis excessibus (sicut iustum fuerit) satisfactionem exhibeant, compellendi per censuram Ecclesiasticam, vobis libera sit potestas.

Insuper in locis in quibus vos hospitari contigerit, vel in locis partium earundem, in quibus residentiam facietis, Missam, & cetera diuina officia celebrare, & in eisdem partibus Cœmeteria benedicere, ac dare indulgentias, commutare vota facultatem, & licentiam habeatis.

Ceterum vobis concedimus, quòd a catholicis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis possitis ordines & alia Ecclesiastica sacramenta suscipere, ac vestes sacerdotales altaris, pallas & corporalia, per eos qui ex vobis sunt presbyteri, cum necesse vobis fuerit, benedicere, vbi catholicorum Episcoporum copia non habetur: necnon alia facere, quæ ad augmentum Dominici nominis, & ampliationem catholicæ fidei, ac reprobationem, ac irritationem illorum, qui sacris traditionibus contradicunt, sicut pro loco & tempore videritis expedire.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotenti, Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat. Viterbij xiij. Kal. Maij. Pontificatus nostri anno quarto.

IDEM.

Hoc rescripto declarantur plurimæ difficultates, quæ sæpe in negotio hæreticæ prauitatis contingunt, ex quarum declaratione affertur lux clarissima ad intelligendum c. accusatus. de hæret. lib. 6. Hoc ipsum rescriptum recitat Eymericus in Directorio par. 2. & incipit: Consultus. quod tribuit Vrbano iiij. sed quia authenticum Vrbani iiij. non vidimus, & huius series ibi inseritur, ne quis dubitandi locus relictus esse videretur, hoc quod authenticum est, repetere non est visum inutile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edita anno Domini 1258.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus ordinis Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione Sancti Francisci, præsentibus ac futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem. A

Ex Archiuo conuentus sancti Fracisci de Assisio.

QVOD super nonnullis quæstionum articulis, in quibus causa fidei tangitur, nos consulere voluistis, sollicitudinis vestræ prudentiam in Domino commendamus.

An sit relapsus qui in aliá hæresim ab ea quam abiurauit, recidit.

Primus igitur vestræ consulationis articulus continebat, vtrum dici debeat relapsus in hæresim qui lapsus est in eam post abiurationem ipsius, in qua non inuenitur antea commisisse, cum secundum proprietatem verborum, non videatur relapsus, qui non fuerat ante lapsus. Ad quod taliter respondemus, quòd talis si tanquam accusatus vel suspectus de hæresi eam in iudicio abiurauit, & postea committat in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus, licet ante abiurationem suam plene probatum non fuerit crimen hæresis contra ipsum, dummodo huiusmodi prius orta suspicio, violenta fuerit, & certis ac veris iudicijs comprobata. Si vero leuis, & modica, quamquam ex hoc sit grauius puniendus, relapsorum tamen in hæresim non debet pœna puniri, ex quo præsumi non potest verisimiliter ante lapsus in eam. B

An sit relapsus qui post abiurationem cu hæreticis communicat, vel eis fauet.

Quæsiuistis etiam circa idem, si is qui hæresim abiurauit, & per solam inexcusabilem receptionem vel receptationem; aut deductionem seu associationem, vel visitationem hæreticorum; siue dationem vel missionem munerum, aut etiam aliàs in fauorem eorum, qui excusari non possit, sine adoratione tamen (vt verbis vestris vtamur) lapsus est postmodum, propter hoc debeat iudicari relapsus. Et quidem si legitime constitit, vel etiam nunc constaret, quòd tales ante huiusmodi abiurationem, in hæresi commisissent, non est dubium eos, per hoc fuisse relapsos: quia tunc dubitari non debet, illos ex approbati à se prius erroris consequentia, id fecisse.

An ob testimonium periurum procedi possit in hoc crimine.

Præterea nonnulli talium, ut proponitis, iurant coram Inquisitoribus tam de se quàm de alijs super facto hæresis veritatem dicere, sed periurant, non odio tamen vel pretio, sed timore sui potius & suorum: corrigunt autem se postmodum super ijs contra se ac alios suos complices deponendo. Cum itaque periurus secundum iura, etiam post pœnitentiam in criminalibus à testimonio repellatur; hinc quæritur, vtrum contra illos suos complices sit per testimonia talium procedendum. Super quo taliter respondemus, quòd cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicijs apparuerit tales non animi leuitate, aut odij fomite ductos, seu corruptos pecunia; sed zelo fidei tãquam pœnitentes propriæ culpæ, asserere quòd talia prius tacuerant, & velint in hoc errore suum corrigere, ac alios nominare, stari debet in fauorem fidei, nisi aliud obsisteret, attestationibus eorundem. C

In Inquisitores de diuinationibus & sortilegijs postsint cognoscere.

Ad illud autem quod quæritur, vtrum ad Inquisitores hæresis pertineat de diuinationibus & sortilegijs, quæ contra aliquos sibi denuntiantur cognoscere, ac punire talia exercentes: breuibus respondetur, quòd cum negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit, per occupationes alias non debeat impediri, Inquisitores ipsi, de ijs nisi manifeste saperent hæresim, ratione huiusmodi officij sibi commissi, se nullatenus intromittant, sed eos relinquant iuris iudicibus pœna debita castigandos.

An hæredes defunctorum cogi possint ad implendas pœnitentias defunctis iniunctas.

Quidam insuper (vt addicitis) pro ijs quæ commiserunt in hæresi, astringunt se Inquisitoribus, sub obligatione bonorum suorum, ad recipiendum ab eis pœnitentiam & complendam: sed ea licet iniuncta, non tamen peracta, quin potius in toto vel in parte neglecta, decedunt. Quæritur ergo, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui in eorum locum succedunt, possint ad satisfaciendum pro ipsis defunctis, hæredes vel detentores bonorum sic decedentium coartare. Ad quod dicimus, quòd si per huiusmodi pœnitentiam aliquod onus ad salutem proficiens impositum fuerit, in bonis temporalibus exequendum ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debent hæredes, vel alij ad quos bona talium cum suo onere deuenerunt. D

De quæstionibus vsurarum an Inquisitores cognoscãt.

Iniungitur etiam aliquibus ad pœnam, in pœnitentia pro hæresi, ab ipsius pestis Inquisitoribus, vt vsuras restituant, ad quod obligauerant in iudicio Ecclesiæ se & sua. In quo quæritur, vtrum Inquisitores ipsi, vel qui succedunt in locum eorum, ad respondendum corã se conquerentibus de vsuris huiusmodi, & ad restitutionem earum, si de ipsis constiterit, possint compellere taliter pœnitentes, prout ab eis in alijs iniunctis sibi pœnitentijs fieri consueuit. Ad quod respondemus, quæstionem super vsuris motam, contra tales iudicialiter non debere audiri ab Inquisitoribus hæresis, nec decidi. Nolentes quòd per causas huiusmodi, offendiculum negotio fidei præparetur: eos tamen ad restitutionem vsurarum, de quibus constiterit, compellere poterunt; quibus in satisfactionem pro prædicto crimine huiusmodi restitutionem in pœnitentia iniunxerunt. E

An hæredes defunctorum compelli possint ad agendam pœnitentiam quæ defunctis fuerat iniungenda.

Sunt & alij, qui confessi sunt in iudicio de hæresi coram Inquisitoribus huiusmodi prauitatis, sed antequam eis iniungeretur pœnitentia, decesserunt. Super quo quæritur si hæredes talium compelli possint ab Inquisitoribus, vt ad ipsorum arbitrium satisfaciant, pro defunctis? præcipue cum ijdem dum viuerent: ad faciendam pœnitentiam, quam Inquisitores eis vellent iniungere, bona sua Inquisitoribus obligarint, cui quæstioni sic duximus respondendum, quòd postquam tales non decesserunt hæretici, sed reincorporati potius Ecclesiæ vnitati, non videmus quod eis post mortem, vel eorum hęredibus, qui ad successionem talium admittuntur, sit satisfactio pro extincto iam crimine iniungenda. In eo vero casu, in quo hæredes huiusmodi ad successionem non deberent, ob culpam sui actoris admitti. Non obstante quòd actoribus ipsis viuentibus, hoc non fuerit intercedente ipsorum morte per sententiam declaratum, ad confiscationem bonorum post mortem nihilominus procedatur.

Adieci-

Instructus cum potestate alios eligendi, quid possit.

A Adiecistis præterea, negotium seu officium Inquisitionis contra hæreticos dilecto filio Priori fratrum Prædicatorum Parisien. à Sede Apostolica fuisse sub ea forma commissum, vt idem super hoc posset inquirere, tam per se, quàm per alios, quos ad hoc idoneos reputaret: in quo quæritur, vtrum tales delegati, vel subdelegati existant, & quid possint etiam sic electi. Super quo taliter duximus ordinandum, quòd idem Prior possit tres, vel quatuor idoneos ad hoc opus assumere, qui parem cum ipso habeant potestatem: & amouere illos, ac ipsorum loco alios substituere, quotiescunque viderit expedire: ipsi tamen Priori, & alijs sic assumptis committendi duntaxat citationes, & examinationes testium, cum de huiusmodi crimine ac circunstantijs eius inquiritur, ac denuntiationes sententiarum, quas super ijs contra quoslibet contigerit ferri; & ijs similia faciendi conceditur ab eadẽ sede facultas.

Clericus perpetuo immurãdus an sit degradandus.

Quæstioni vero, qua quæritur, vtrum constitutus in sacris, deprehensus in hæresi, & propter hoc immurandus perpetuo, prius sit ab ordinibus à suo Episcopo degradandus, antequam tradatur huiusmodi pœnitentiæ. Respondemus, quòd talis qui est perpetuo immurandus, prius debet à suis ordinibus degradari.

Impeditores officij Inquisitores possunt coercere.

B Nonnulli quoque clerici, & quod est deterius, sacerdotes, prætextu pecuniæ, vel alicuius seruitij temporalis, inueniuntur aliquando Inquisitionis impedire negotium, instruendo citatos hæreticorum credentes de celanda veritate, falsitate dicenda, vel eos indebite liberando, de quibus quæritur vtrum Inquisitores possint tales capere, ac etiam retinere: aut quòd sic accepta restituant, coartare. Dubium itaque non videtur, quòd ij quos constat exercere præmissa, ea faciunt in fauorem hæreticæ prauitatis: quare possunt à talibus per Inquisitores compesci, & pœna debita castigari, tam per captionem personarum, quàm etiam aliàs prout culpa exegerit delinquentis.

Religiosi hæreticantes grauius puniendi.

Quod autem postmodum quærebatur, quomodo essent puniendi religiosi, qui inueniuntur in hæresim deliquisse, cum sæculares peccantes, in simili casu, immurationis vel alia pœna plectantur? eius solutio satis patet, cum certum sit tales in hoc, & in consimilibus delinquentes grauius etiam sæcularibus puniendos.

Qui filij hæreticorũ officijs, & beneficijs priuentur.

C Frequenter etiam vobis ab Apostolica Sede committitur, vt tam hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, quàm ipsorum filios, & nepotes, ac illos etiam qui prædictorum interuentu, vel gratia tale essent adepti, vel assequerentur in posterum, priuandi personatibus, dignitatibus, & honoribus quibuscunque, ac beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis, de diœcesanorum, vel eis absentibus vicariorum suorum consilio, habeatis liberam facultatem: Quod qualiter intelligi debeat, petiistis eiusdem Sedis oraculo declarari. hoc sane de filijs, & nepotibus illorum hæreticorum credentium, & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videtur, non autem illorum, quos emendatos constiterit, & pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerunt, vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerunt dum viuerent ad recipiendam eandem. Diœcesani quoque in priuandis talibus sunt generaliter requirendi, nisi forsan constaret legitime, quòd ijdem scienter eis beneficia contulissent: tunc enim eos in ijs requirendos esse non credimus, sed potius à suo iudice puniendos. Vos igitur hæc & alia contingentia in hac parte, commissum vobis officium sic prudenter, & fideliter exequi procuretis, sic ad eapure propter Deum, cuius causam geritis, vestra feratur intentio, quòd labor vester vobis ad vitæ præmium, & alijs ad salutem, quæ solum in talibus quæritur, proficiat animarum. Datum Viterbij, v. Kalen. Octob. Pontificatus nostri Anno quarto. D

....f

IDEM.

Filij eorum, qui dum morerentur, petierunt hæreticorum consolamentum, non admittuntur ad probandum parentes id fecisse post amissam mentem, vel loquelam, si constiterit eos dum sanæ mentis essent, petuisse hæreticos consolatos. confert ad intelligendum c. filii. de hæret. lib. 6. & roborat rescriptum Vrbani iiij. quod incipit, Olim ex parte. quod refert Eymericus in Directorio par. 2.

Edita anno Domini 1258.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem. E

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

EX parte vestra fuit propositum coram nobis, quòd nonnulli de partibus, vbi vobis contra hæreticos Inquisitionis officium est commissum, in mortis articulo constituti, salutis remedium abhorrentes, consolatos hæreticos ad se introduci faciunt, & ab eis per impositionem manus, desolationis suæ consolationem accipiunt, secundum pessimam consuetudinem eorundem. Sed filij, & hæredes sic decedentium, propter hoc exhæredari timentes, ac volentes ob id eorum malitiam excusari, proponunt se velle probare per testes, quòd ijdem, quando recipiebant consolationem huiusmodi loquelam amiserant, & erant alienati à mente: cum moris sit apud eos (vt dicitur) quòd nullum taliter consolentur, qui non sit sanæ mentis, & memoriam habeat ordinatam. Quare nos consulere voluistis, vtrum debeant tales probationes admitti. Nos igitur consultationi vestræ taliter respondemus, vt si legitime constiterit, quòd prædicti dum sanæ mentis essent; petierint hæreticos consolatos, sicq; viam fuerint vniuersæ carnis ingressi; licet consolationem huiusmodi,

Directorij par. q. 121.

Universidad de Deusto
Biblioteca

modi, immo verius desolationem, non sanæ mentis effecti, vel post perditam iam loquelam susceptisse dicantur, nulla super hoc probatio admittatur, cum in nullo sic decedentes debeant propterea releuari. In dubio vero admitti poterit, non tamen vxores, filij, seu familiares, aut de suis aliqui, ad hoc probandum recipiantur in testimonium, sed alij testes idonei, & specialiter fidei zelatores: cum contra tales sit non modicum præsumendum: sicque in talibus propter fidei priuilegium, cum multa cautela summaque diligentia, præ cæteris negotijs, procedendum. Datum Anagniæ Id. Nouembris; Pontificatus nostri Anno quarto.

I D E M.

Hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus ipsorum, redeuntibus ad Ecclesiam, inter cætera iniungi potest sub certa pœna pecuniaria, quod fidem Catholicam teneant, nec vlterius hæreticis fauorem impendant, & quòd mandatis Ecclesiæ obediant, à quibus cautio exigatur. quòd si in pœnam promissam incidant, ad eam soluendam compelli possunt per censuram ecclesiasticam appellatione reiecta. pecunia ex his condemnationibus, vel tertia earum parte exacta, penes tres viros probos asseruetur, ex qua necessariæ expensæ Inquisitoribus tribuantur, & expensarum computatio Episcopo exponatur.

Eiusdem tenoris extat alia bulla authentica Alexandri iiij. quam dedit Anagniæ xij. Kalendas Octobris, Pontificatus sui anno v. eam nos etiam vidimus.

Edita anno Domini 1258.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci tam præsentibus quàm futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

SVPER extirpatione hæreticę prauitatis, hoc à vobis in locis in quibus contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, statutum vs obseruandum; vt hæreticis, credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus hæreticorum ipsorum, ad mandatum Ecclesiæ redeuntibus, sub certa pœna pecuniaria inter cætera quæ iniungenda fuerint, iniungatis districte, quòd fidem Catholicam firmiter teneant, & vlterius hæreticis ipsis auxilium, consilium, vel fauorem aliquem non impendant: nec non Ecclesiæ mandatis obediant, & obseruent quæ eis feceritis, vel vnus vestrum occasione ipsius hæreticæ prauitatis; & ab eisdem cautio exigatur. Nos autem vobis & singulis vestrum, cogendi per censuram ecclesiasticam appellatione remota, tam redeuntes ipsos, quàm & defensores si oportuerit eorundem, ad præstationem vel solutionem huiusmodi pœnæ, ad quam se obligauerint; si quod absit, in dictam pœnam inciderint, plenam concedimus auctoritate præsentium facultatem.

Pecunia vero, quæ de huiusmodi pœnis, vel ex tertia parte mulctarum, vel condemnationum exigendarum à quibuslibet personis & locis, seu bonorum apprehendendorum occasione hæresis, vel hæreticorum, secundum tenorem constitutionum nostrarum (quas in eosdem hæreticos, fautores eorum, & alios promulgatas, in capitularibus ciuitatum, & locorum aliorum conscribi mandauimus) forte peruenerit, penes tres viros fide probatos à vobis, & à diœcesano, vel eiusdem Vicario, si idem præsens non fuerit, eligendos, deponatur fideliter conseruanda, & de illa vobis & singulis vestrum necessariæ ad prosecutionem negotij contra hæreticos expensæ sine difficultate aliqua de ipsius diœcesani consilio ministrentur, & eidem diœcesano de ijs quæ expendi contigerit, rationis plenarie fidelis computatio exponatur. Datum Anagniæ, Idib. Nouemb. Pontificatus nostri Anno quarto.

Io.Sal.

De Curia.

I D E M

Præcipit Episcopis, Abbatibus, & alijs ecclesiarum prælatis, ac rectoribus, & religiosis tam cuiusuis ordinis, quàm etiam sæcularibus, vt efficaciter assistant Inquisitoribus in negotio fidei exequendo, opportunum eis consilium, fauorem, & auxilium impendendo.

Eiusdem tenoris extat alia bulla Alexandri iiij. quam dedit etiam Anagniæ Non. Ianuarij, Pontificatus sui anno sexto, quam nos quoque vidimus authenticam.

Edita anno Domini 1258.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus ... Episcopis & dilectis filijs .. Electis Abbatibus, Prioribus, Ministris, Guardianis, & alijs Ecclesiarum prælatis, & rectoribus, nec non & vniuerso clero, tam religiosis cuiuscunque professionis, & ordinis, quàm sæcularibus, in Ducatu Spoletan. constitutis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

EXORTIS in agro fidei Christianæ pei partes Italiæ abundantius solito hæreticæ prauitatis zizania, seminante illa per temporis impacati malitiam homine inimico, Sedes Apostolica eiu caput nidei & magistra, volens circa zizaniorum extirpationem huiusmodi per aliquos de fratribus ordinis fratrum

A trum Minorum, partes suæ sollicitudinis adimpleri, dilecto filio .. Ministro prouinciali eiusdem ordinis, in administratione S. Francisci mandauit, vt ipse duos ex fratribus suis viros zelum habentes Christianæ fidei, & opere ac sermone potentes assumeret, eisq; in partibus vestris Inquisitionis officium contra hæreticos, eorumq; fautores & complices iniungere procuraret. Nos itaq; Christi nomen in populo exaltari gaudentes, ac fidei eius massam ab omni per quod infici valeat, emundari totis affectibus cupientes, vniuersitatem vestram rogamus, monemus, & hortamur attente, per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus attendentes prudenter, quòd Inquisitores huiusmodi à prædicto deputati Ministro pro defensione ipsius fidei, & cum salute fidelium laborantes, & periculis personas proprias salubriter exponentes, nequeunt ad omnia, quæ tanto expediunt negotio sufficere per seipsos, eisdem & alijs, si quos ad hoc ex ipsis fratribus contigerit deputari, in prædicto exequendo negotio efficaciter assistatis, opportunum sibi consilium, fauorem & auxilium impendendo, ita quòd exinde vestræ fidei sinceritas merito valeat commendari, nec contingat Dei opus periculose per vestram negligentiam, vel incuriam intermitti, quas proculdubio, præter id quod horrendis notaret maculis infamia negligentes vltrix omnis inobedientiæ, ac negligentiæ Apostolica seueritas acri percelleret disciplina. Datum Anagniæ xvij. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

B

De Curia her. p.

I D E M.

Iubet obseruari leges Frederici Imperatoris contra hæreticos, & eorum complices editas, quas nominatim inserit huic rescripto, quibus pœnæ curiæ in eos latæ continentur, & multa Inquisitoribus priuilegia conceduntur.

Easdem inseruit in suo simili rescripto Innocentius Papa iiij. quod supra impressum est suo loco.

C

Edita anno Domini 1258.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Potestatibus, consilijs, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum Italiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus olim Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur compesci poterit pestis illa, nos illas quas felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster obseruari mandauit, pro vt in ipsius litteris contineri perspeximus, volentes ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas, quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus faciatis singuli in vestris capitularibus annotari contra hæreticos sectæ cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Alioquin dilectis filijs fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis ordinis Prædicatorum vel Minorum, ac eorum singulis litteris nostris iniungimus, vt vos ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram appellatione remota, compellant.

Tenores autem legum ipsarum hi sunt.

D

Correcta ad authen. exẽplar.

FREDERICVS DEI GRATIA Romanorum Imperator, & semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, dilectis Principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis, alijsque prælatis ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Scultetis, Burgauijs, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium constitutis, præsentes litteras inspecturis fidelibus suis, Gratiam suam, & omne bonum.

E

L. 1.

COMMISSI nobis cælitus cura regiminis imperialis, cui dante Domino præsidemus, fastigium dignitatis, materialem, quo diuisim à sacerdotio fungimur, gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exerendum: vt perfidiæ vipereos filios contra Deum, & Ecclesiam insultantes, tamquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocumque nomine censeantur, vbicunq; per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio assignati, animaduersione debita puniãtur.

SI qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum pænitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica Sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos

captos

Universidad de Deusto
Biblioteca

captos arctius custodire donec per censuram ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui A
fidei sacramenta, & vitæ damnabant. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad fouendum
hæreticorum errorem, callidus hostis suscitat aduocatos: vel parat illicitos defensores; maxime cum
facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa destiterint, & eorum vitæ duxerint consulen-
dum. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi ad alia loca se transferunt, vt cautius possint ef-
fundere virus hæreticæ prauitatis, debitã censemus subire vindictam: vt super hoc per viros ab eodem
errore conuersos ad fidem, nec non, & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu
concedimus licite faciendum) euidens testimonium habeatur. Item mortis sententiæ ducimus addi-
cendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abiurantes, post-
† forte, conuinci. modum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuicti †, ac eos contigerit eiusdem morbi spon-
taneam incurrere recidiuam: vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium
non euadat. Omne insuper proclamationis, & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus,
& fautoribus eorundem penitus amouemus: volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet exi-
stere fida fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur. Ceterum quia quanto maiora di- B
uinæ nutu miserationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora
debemus obsequia gratitudinis conferenti. Si quando igitur in nostri nominis contemptores nostri cul-
minis excandescit auctoritas: si reos læsæ maiestatis, in personis eorum, & liberorum suorum exhære-
datione damnamus, multo fortius iustiusq; contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei de-
tractores, prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum
hæredes, & posteros, vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs
& honoribus, imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo mœrore tabe-
scant: vere scientes quòd Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vleiscens. Nec quidem à
misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum
perfidiam reuelauerint: quacumq; reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non
subiaceat innocentiæ filiorum. Ad hæc notum fieri volumus Fratres Prædicatores de ordine Prædica-
torum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos; ceteros quoque qui ad C
hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, &
redeundo, sub nostri imperij speciali defensione receptos; & quos apud omnes sub ope, ac recommen-
datione fidelium imperij esse volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocunq;,
& apud quemcumque vestrum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreti-
corum eis insidiantium conseruantes indemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis,
pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in
iurisdictione vestra singuli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damna-
tionis iudicium, pœnam subeant, quam merentur: scituri quòd in executione ipsius negotij, gratum Deo
& laudabile nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperij nouam & insoli-
tam hæreticæ prauitatis infamiam, opem, & operam, vnà cum eisdem Fratribus præstiteritis efficacem.
Et si quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in conspectu nostro
potent merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxij. Februarij, xii. Indictione.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC. D

INCONSVTILEM tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli vi-
tio seruientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei vni-
tate nituntur inducere sectionem, & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore bo-
no sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetudinem
prætendentes ouium, quousq; ouile possint subintrare Dominicum. Hi sunt angeli pes-
simi. Hi sunt filij prauitatum, à patre nequitiæ, & fraudis auctore, ad animas simplices destinati. Hi
colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, & sub mellis dulce-
dine virus euomere: vt vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda feriunt: & mortis poculum velut
quoddam dirissimum venenum immiscent. Horum sectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non
sunt notatæ nominibus: vel (quod est forte nefandius) non contentæ, vt vel ab Ario Ariani, vel à Ne-
storio Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum martyrum, qui pro fide Ca- E
tholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos passioni. Huiusmodi miseri Pata-
reni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno contextu nequitiæ in simul tres offen-
dunt: Deum videlicet, proximos, & se ipsos: Deum, dum Dei fidem & filium non agnoscunt. De-
cipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ, hæreticæ prauitatis oblectamenta ministrant.
crudelius etiam sæuiunt in se ipsos, dum post animarum dispendium, corpora denique seueræ mortis il-
lecebris, quam per agnitionem veram, & veræ fidei possent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi
sectatores inuoluunt: & (quòd est ipso dicto dirissimum) superstites etiam non terrentur exemplo.
Contra tales sibi Deo, & hominibus sic infestos continere non possumus motus nostros, quin debitæ
vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentiorem delu-
sionem fidei Christianæ, prope Romanam Ecclesiam, quæ caput ecclesiarum omnium iudicatur, su-
persti-

A perstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quòd ab Italiæ finibus, præsertim à partibus
Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare, iamque vsque ad
Regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt. Quod acerbissimum reputantes: Statui-
mus in primis, vt crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cuiuslibet, quocunque nomine censeantur secta-
tores, (prout veteribus legibus est indictum) inter publica crimina numerentur: immo crimine læsæ
Maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur
attentatum, quamuis iudicij potestate, alterum alteri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen
personas adimit damnatorum, & bona; & damnat post obitum memoriam defunctorum: sic & in præ-
dicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obseruari. Et vt ipsorum nequitia, qui (quia
Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: nemine etiam deferente, inuestigari vo-
lumus diligenter huiusmodi scelerum patratores, & per officiales nostros, sicut & alios malefactores
inquiri; ac Inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumento tangantur, à viris Ecclesiasticis,
B & prælatis examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint à fide Catholica saltem in articulo deuia-
re, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidijs, noluerint agnoscere Deum
lucis, sed in erroris concepta instantia perseuerent, præsentis nostræ legis edicto damnatos, mortem pa-
ti Patarenos, aliosque hæreticos quocunque nomine censeantur, decernimus, quam affectant: vt viui
in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi iudicio. Nec dolemus quòd in hoc ipso-
rum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo, nec fructum alium consequuntur erroris.
Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat; quod qui fecerit, in ipsum nostrę indignationis acu-
leos non immerito conuertemus. Datum Paduæ xxij. Februarij, xii. Indictione.

IMPERATOR FREDERICVS
semper Augustus, &c.

C PATARENORVM receptatores, & complices, & quocunque modo fautores, qui
vt à pœna alios possint eximere, de se velut improuidi non formidant, publicatis bonis
omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filij ad honores aliquos
nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiusmodi detexerit aliquem Pata-
renum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ pri-
stinæ de imperiali clementia, restitutionis beneficium in integrum consequatur.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS
contra Patarenos edita per dominum Fredericum, illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ regem.

D CATAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos,
Iosepinos, Garatenses, Albanenses, Francisços, Bagnarolos Commixtos, Vvaldenses
Roncarolos, Cummunellos, Varinos, & Ortholenos, cum illis de Aquanigra, & om-
nes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeantur, perpetua damnamus in-
famia, diffidamus atq; bannimus; censentes vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlte-
rius reuertantur: ita quòd filij eorum ad successionem peruenire non possint, cum lon-
ge sit grauius æternam, quàm temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola su-
picione notabiles, nisi ad mandatum Ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque per-
onæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tamquam infames & banniti ab om-
nibus habeantur, ita quòd si per annum permanserint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Sta-
tuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt Potestates, & Consules, seu Rectores, quibuscun-
que fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quòd de terris suæ ditioni
subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita
quòd amodo quandocunque quis fuerit, in perpetuam Potestatem, vel temporalem assumptus, hoc
E teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro Potestatibus, neque pro Consulibus, seu
consimilibus habeantur: eorumque sententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus
temporalis requisitus, & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate,
post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam: qui eam,
exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent: saluo iu-
re domini temporalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum
apponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes
præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus, Statuentes, vt si postquam
quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso
iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad te-
stimonum admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad hæ-
redi-

atis

Universidad de Deusto
Biblioteca

reditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus insuper, quòd hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quòd domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ, xxij. Februarij. xii. Indictione.

REX regum. Apostatantes à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus: Et vt à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus: Successiones tollimus, ab eius omne ius legitimũ abdicamus. Datum Anagniæ xv. Kalen. Decembris, Pontificatus nostri Anno quarto.

IDEM.

Inquisitoribus hæreticæ prauitatis plenam peccatorum veniam concedit Papa: socijs vero Inquisitorum & notarijs, qui in negot.o fidei laborant, & omnibus, qui ex animo præstant consilium, auxilium, vel fauorem tres annos de imposita pœnitentia relaxat: quòd si qui ex his in prosecutione negotij contra hæreticos decesserint, plenam veniam consequuntur peccatorum, de quibus confessi, ore, & corde contriti fuerint.

Edita anno Domini 1259.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis fratrum Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione S. Francisci præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

FIRMISSIME teneat vestra prudentia, & nullatenus dubitet, quòd Deus indulgentiarum, & pater misericordiæ, considerans merita singulorum contentus nostris indulgentijs non existit, quin benefacientibus gratiam potiorem indulgeat, & gloria superaddat, ad quas per fructum boni operis promerendas, fideles Christi frequenter, & libenter nostris remissionibus inuitamus. Cum itaque vos propter Deum, in negotio fidei laborantes, huiusmodi salutaribus præmijs deceat recreari. Nos vobis vere pœnitentibus & confessis, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, plenam concedimus veniam peccatorum. Socijs autem ordinis vestri fratribus, & notarijs vestris, qui vnà vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & alijs qui ad impugnandum hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, vobis ex animo auxilium præstiterint, vel fauorem; tres annos de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. & si qui ex ijs in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, ac ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Datum Anagniæ xvij. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

And. S.

ALEXANDER IIII.

Iubet Alexander iiij. Magistratibus sæcularibus, vt obseruent constitutiones Innocentij iij. quæ supra suo loco sunt impressæ, quos hic etiam inserit Dominus Alexander iiij.

Edita anno Domini 1259.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs Potestatibus, siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum, aliorumq; locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, superseminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto studiosius iuxta commissam nobis sollicitudinem insudare proponimus, quanto pernicioſius negligeremus eadem in necem Catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus nequitiæ operarios consurgant stentq; firmiter Ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, constitutiones quasdam felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & in Capitularibus vestris conscribi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandauit, quæ seriatim inferius continentur. Ideoq; vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem conscribi in vestris capitularibus facientes nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem, sine omissione aliqua procedatis. Alioquin dilectis filijs Inquisitoribus, seu Inquisitori hæreticæ prauitatis, & eorum singulis damus nostris litteris in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas, & interdicti in terram appellatione remota compellant.

Iuramẽtũ magistratuum de seruandis legibus contra hæreticos editis.

Constitutiones autem sunt hæc:

Statuimus, vt Potestas, Capitaneus, seu Rector, seu Consules, siue quiuis alij, qui Ciuitati præsunt, vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerint in futurum in Italia, iurent præcise, ac sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter, & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis tam in ciuitate, vel loco sui regiminis, quàm in terris suæ ditioni subiectis, omnes & singulas tam infrascriptas, quàm alias constitutiones & leges tam canonicas, quàm ciuiles editas contra hæreticam prauitatem,

nitatem, & super ijs præcise seruandis recipiet à quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta. Quæ qui præstare noluerit pro Potestate, Capitaneo seu Consule, vel Rectore nullatenus habeatur, & quæ vt Potestas, Capitaneus, Consul vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem, nec vllus teneatur, aut debeat sequi eos, etiam si de sequela præstanda eis exhibuerit iuramentum.

Pœna magistratuum non seruantium leges contra hæreticos latas.

Quòd si potestas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum hæc omnia, & singula seruare noluerit, vel neglexerit, præter notam periurij, & perpetuæ iacturam infamiæ ducentarum Marcarum pœnam incurrant, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem communis cui præest, integre conuertantur, & nihilominus, vt periurus, & infamis, & tanquam hæreticorum fautor de fide suspectus officio, & honore sui regiminis spolietur, nec vlterius Potestas, Capitaneus, Consul seu Rector habeatur in aliquo, aut de cetero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum nullatenus assumatur.

Magistratus sæcularis bannosupponat hæreticos.

Idem quoque Potestas, Capitaneus, Consules, Rector vel quiuis alij ad regimen cuiuslibet Ciuitatis, vel loci assumpti in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata banno Ciuitatis, vel loci supponant tanquam pro maleficio omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur, & teneantur bannum huiusmodi à suis prædecessoribus positum confirmare: præcipue autem, quòd nullus hæreticus, vel hæretica de cetero habitet, vel moretur, aut subsistat in Ciuitate, seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem. Et quicumque ipsum, vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impune, & omnes res ipsius, vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure, nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Eligantur viri idonei qui hæreticos inquirãt, & capiãt.

Idem quoque Potestas, Capitaneus, Consules seu Rector, vel quiuis alij huiusmodi infra tertium diem post introitum regiminis sui duodecim viros probos, & catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij instituere teneantur, quos diœcesanus si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc à suis Prioribus si conuentus ibi fuerit eorundem ordinum deputati duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in potestatem diœcesañ. vel eius Vicarij, seu Inquisitorum, vel Inquisitoris.

Hæretici capti ducantur quo voluerint indices ecclesiastici.

Teneantur autem Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij ad huiusmodi regimen deputati quilibet in expensis Communis, cui præest, facere duci eosdem hæreticos ita captos quocumq; diœcesanus, vel eius Vicarius, seu Inquisitores, vel Inquisitor prædicti in iurisdictione, vel districtu diœcesañ. Episcopi, seu Ciuitatis, vel loci voluerint illos duci.

Officialibus credatur.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur, sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admissa vbi duo, vel tres, seu plures præsentes fuerint ex eisdem.

Officiales quale iuramentum sint exhibituri cum creantur.

Porro cum Officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in his quæ ad officium eorum pertinent plenius pareatur, & tam dicti duodecim quàm seruitores, & notarij prætaxati simul, vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœnis, & bannis taxatis, & expressis in constitutionibus infrascriptis, quę ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Officiales ad quid teneãtur.

Possint autem Officiales prædicti Communitati, Castri seu Villæ in districtu, seu iurisdictione Ciuitatis cui præsunt præcipere sub pœna, & banno vsque ad centum libras prouenien. Senatus & vltra ad arbitrium Potestatis, quòd potestati, vel diœcesañ. aut eius Vicario, seu Inquisitoribus, aut Inquisitori hæreticorum præsentabunt infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos, & hæreticas, quos & quas sibi dicti officiales duxerint assignandos, & Potestas à non seruantibus præceptum, pœnam vel bannum huiusmodi exigere teneatur.

Officiales seruentur indemnes.

Potestas autem vel Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alii huiusmodi quocumq; vocabulo censeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis, seu plures, & pœnas exigere non seruantium.

Quòd si dictis Officialibus aliquo tempore aliquod dampnum contigerit in personis, vel rebus pro suis officijs exequendis à communi ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indempnes, nec ipsi officiales, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de ijs quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem diœcesañ. & fratribus, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur expedire.

Officialium munus quanto tẽpore duret.

Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis Potestas, vel quicumque ipsius Ciuitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem subrogare Officiales secundum famam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem in alijs sex mensibus sequentibus exequantur.

Salarium officialium.

Sane ipsis officialibus dentur de camera communis prædicti, quando exeunt Ciuitatem, aut locum pro hoc officio exequendo vnicuique pro qualibet die Decem, & octo Prouenien. in pecunia numerata, quos Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, aut alius huiusmodi teneatur eis dare, vel dari facere infra diem tertium postquam ad eandem redierint Ciuitatem, vel locum. Et insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, & receptatorum eorum quæ occupauerint, & multarum, ad quas fuerint condempnandi secundum quod inferius continetur: & hoc salario sint contenti. Sed ad nullum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ium aliud, quod istud officium impediat, vel impedire possit, vllo modo officium, vel exercitium etiam compellantur. A

Officiales quo modo amoueãtur.

Nullum etiam statutum conditum vel condendum, eorum officium vllo modo valeat impedire.

Et si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, seu occupationem aliquam, vel excessum diœcesañ. & fratribus supra dictis visus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amouere Potestas, Capitaneus, vel quiuis alius huiusmodi prædictorum, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Officiales qualiter puniatur si delinquant.

Quòd si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat per Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectorem, seu alium similem ad diœcesañ. & dictorum fratrum, vel Inquisitorum, seu Inquisitoris arbitrium puniatur.

Faueat quisq; officialibus inquisitorum.

Potestas præterea militem suum, vel alium assessorem, si diœcesanus, vel eius Vicarius, aut Inquisitores, vel Inquisitor à Sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petiuerint cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorumq; officium exercere fideliter.

Quilibet etiam si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate, quàm in iurisdictione, vel districtu quolibet dare ipsis Officialibus, & eorum socijs consilium, & iuuamen quando voluerint hæreticum, vel hereticam capere, vel spoliare, aut inquirere, seu domum, vel locum, aut aditum intrare aliquem pro hæreticis capiendis sub librarum viginti quinque Prouenien. pœna, vel banno.

Vniuersitas autem Castri, vel Burgi sub pœna, & banno librarum Quinquaginta. Villæ vero viginti quinque Prouenien. pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Auferens hæreticos captos de manu capiẽtium qualiter puniatur.

Quicunque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam auferre de manibus capientium, vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel Curtem, seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatam per Fredericum tunc Imperatorem publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa in qua prohibiti fuerint, sine spe reædificandi funditus destruatur, nisi forte diœcesañ. vel in eius absentia ipsius Vicarij vnà cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel solo ipsi diœcesañ. quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit præfatæ domus dominum in hoc casu penitus innocentem; & prorsus inculpabilem extitisse: ac etiam eum non esse credentem, vel receptatorem, aut defensorem, siue fautorem hæreticorum, seu de hæretica labe suspectũ: & bona quæ ibi reperta fuerint fiant capientium ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: nisi forte legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quàm Domini domus eiusdem: & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem specialem Burgus, vel Castrum componat communi libras Centum, & Villa libras Quinquaginta, & Vicinia tam Burgi quàm Castri, & Ciuitatis libras vigintiquinq; Prouenieñ. in pecunia numerata: nisi infra tertium diem ipsos defensores, vel defensorem hæreticorum Potestati captos duxerint personaliter præsentandos. C

Hæretici capti custodiantur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos, & hæreticas, qui capti amodo fuerint, custodiri facere sub expensis communis ciuitatis, vel loci cui præsunt per viros catholicos ad hoc electos à diœcesañ. si fuerit præsens & fratribus supradictis, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore in aliquo speciali carcere tuto, & securo, in quo ipsi soli teneantur seorsum à latronibus, & bannitis, donec de ipsis fuerit diffinitum. D

Qui se pro hæreticis obtulerint, qualiter puniantur.

Si quando aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsan assignauerint prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus reddi, & assignari cogantur, & qui hunc dolum fecerint iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum relegentur.

Hæretici capti Inquisitoribus præsententur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, seu quiuis alij huiusmodi cum banno, & securo comitatu omnes hæreticos quocunq; nomine censeantur infra dies quindecim postquam capti fuerint, diœcesañ. vel eius speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus, vel Inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda.

Hæretici damnati legitime puniantur.

Dampnatos vero de hæresi per diœcesañ. vel eius Vicarium, seu Inquisitores, vel Inquisitorem prædictos Potestas, Capitaneus, vel alij eorum supradicti, vel eius, seu eorum nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus. B

Hæretici pro habenda veritate torqueãtur.

Teneantur præterea Potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos, quos captos habuerint cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Domus in qua repertus fuerit hæreticus, diruantur.

Domus autem in qua repertus fuerit hæreticus, vel hæretica sine vlla spe reædificandi funditus destruatur: nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri.

Et si dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices, cum vna eademque domus interdum diuersis, & cohærentibus mansionibus distinguatur, omnes illæ domus appendices siue in domo illa

A mio illa, siue in eius appendicibus hæreticus, vel hæretica deprehensus fuerit similiter destruãtur; & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, ipsiusq; appendicibus, nisi forte legitime per testes fide dignos, & omni exceptione maiores ipsa bona esse aliarum personarum quàm domini domuũ eorundem constiterit publicẽtur, & fiant auferentiũ, nisi auferentes fuerint in officio constituti: & insuper dominus domus illius præter notam infamiæ perpetuæ, quã incurrat, componat cõmuni Ciuitatis, vel loci Quinquaginta libras Prouenieñ. in pecunia numerata: quam si nõ soluerit, in perpetuo carcere detrudatur.

Quæ autem de domorum, & appendicium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione facienda dominis domuum earundem præmissa sunt, volumus obseruari; nisi forte diœcesañ. vel in eius absentia ipsius Vicario vnà cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesañ. quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia haberi nõ poterit, legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, præfatarũ domorum dominos in hoc casu penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos: quos nec in domibus, vel apendicibus, nec in bonis eisdẽ, seu quouis modo puniri volumus, si (vt dictum est) apparuerint innocentes. B

Burgus autem ille seu Castrum, in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi Ciuitatis libras Centum, & Villa libras Quinquaginta, & Vicinia tam Burgi quàm Castri, & ciuitatis libras Vigintiquinque Prouenieñ. in pecunia numerata: nisi infra Tertium diem receptatores ipsorum captos præsentauerint Potestati, siue cuiuis alij præsidenti eiusdem regimini Ciuitatis.

Pœna eorum qui hæreticis fauent.

Quicumque vero deprehensus fuerit dare alicui hæretico consilium, vel auxilium, seu fauorem præter aliam pœnam superius, & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis: nec ad publica officia, seu consilia, vel ad eligendos aliquos ab huiusmodi: nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocumque negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullarenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti. C

Credentes quoque erroribus hæreticorum tanquam hæretici puniantur.

Hæreticorum, aut infamatorum de hæresi nomina cõscribantur.

Teneantur insuper Potestas siue Capitaneus, Consules, siue Rector quiuis alius præsidens regimini Ciuitatis, vel loci nomina Virorum omnium, qui de hæresi fuerint infamati vel banniti in quattuor libellis vnius tenoris facere annotari, quorum vnum Commune Ciuitatis vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores. Et ipsorum nomina ter in anno in contione publica solempniter . . faciat recitari.

Filij, & nepotes hæreticorum nõ admittantur ad officia publica.

Teneatur quoque Potestas, seu Rector, vel quicunq; regimini supradicto præfuerit, filios, & nepotes hæreticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum eorum diligenter inuestigare, eosq; ad aliquod officium publicum, seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea Potestas, seu Rector, vel quiuis alius huiusmodi regimini præsidens, vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores, seu Inquisitor prædicti, ab Apostolica Sede dati, mittere cum eis quandocumque voluerint in iurisdictione Ciuitatis atque districtu, qui assessor secundum quod prædictis Inquisitoribus, seu Inquisitori visum fuerit ibi tres, aut plures boni testimonij viros, vel totam Viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quòd si quos ibidem hæreticos sciuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita, & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum, eos dictis Inquisitoribus, siue Inquisitori studeant indicare. D

Ipse autem Potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris Paduæ promulgatas.

Teneatur insuper Potestas, seu quiuis Rector Ciuitatis vel loci quocunque vocabulo nuncupentur in destructionem domorum, & condempnationibus faciendis, & in rebus inuentis, vel occupatis consignandis & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio, siue denuntiatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu & condempnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continentur, & eos qui soluere non poterunt banno maleficij supponere, & donec soluant in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus, & singulis syndicetur sicut inferius continetur. E

Et insuper teneatur vnum de assessoribus quemcumque diœcesanus vel eius Vicarius, & dicti Inquisitores seu Inquisitor hæreticorum voluerint ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore si eis visum fuerit opportunum.

Bona hæreticorum confiscata qualiter diuidantur.

Omnes autẽ condempnationes vel pœnę, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neq. per contionẽ, neq. per consilium, neq. ad vocem populi nullo modo aut ingenio aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper potestas, Capitaneus, Consul, seu quiuis alius Rector omnia bona hæreticorum & receptatorum eorum, quæ per dictos Officiales fuerint occupata seu inuenta & condempnationes pro his exactas diuidere tali modo: Vna pars deueniat in commune Ciuitatis seu loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur Officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: Tertia ponatur in aliquo tuto loco secundum quod dictis diœcesañ. & Inquisitoribus vel Inquisitori videbitur reser-

C uanda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pœna violantium has constitutiones.

uanda & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei & ad hæreticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito vel condendo. A

Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum seu constitutionum attemptauerit delere, diminuere, vel mutare sine auctoritate sedis Apostolicæ speciali, Potestas, Capitaneus, seu Consul, vel alius quiuis Rector, qui pro tempore fuerit in illa Ciuitate vel loco teneantur eum tanquam defensorem hæreticorum publicum, & fautorem secundũ formam præscriptam perpetuo publice infamare atq; punire in libris Quinquaginta Prouenien. in pecunia numerata: quam si exigere nõ poterit, eum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecunię quantitatem.

Magistratus sæculares syndicentur.

Teneatur sane potestas siue Capitaneus, Consul, seu quiuis Rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo Potestatem, Capitaneum, Consulem vel Rectorem, & eius etiam assessores per tres viros Catholicos & fideles, quos eligant vnà cum dicœsan. fratres Prædicatores & Minores à suis Priore & Guardiano pariter assignati de omnibus his, quæ in statutis istis seu constitutionibus & legibus contra hæreticos & eorum complices editis continentur, & punire ipsos si excesserint in omnibus & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate: Non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet à syndicatione fuerint absoluti. B

Statuta his cõstitutionibus aduersa delecãtur.

Iurabunt autem prædicti tres viri bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Ceterum teneatur Potestas, siue Capitaneus, Consul, aut quiuis Rector cuiuslibet Ciuitatis, vel loci delere, seu abradere penitus de statutis, & Capitularibus Communis quodcunque statutum conditum, vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis, & legibus, siue quomodolibet obuiare, & in principio, & in medio sui regiminis hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica contione facere sollempniter recitari: Et etiam in alijs locis extra Ciuitatem suam, seu locum sicut dicœsan. seu Inquisitoribus, siue Inquisitori, & fratribus supradictis videbitur expedire.

Cõstitutiones istæ qualiter scribendæ, vt conseruentur.

Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones, & leges, & si quæ aliæ contra hæreticos, & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apostolicæ conderentur in quatuor voluminibus vnius tenoris debeant contineri. Quorum vnum sit in statuto Communis cuiuslibet Ciuitatis, seu loci: Secundum apud dicœsan. Tertium apud fratres Prædicatores: Quartum apud fratres Minores cum omni sinceritate seruentur, ne possint per falsarios in aliquo violari. Datum Anagniæ ij. kalen. Decembris, Pontificatus nostri Anno quinto. C

I D E M.

Inquisitores hæreticæ prauitatis cogere possunt magistratus sæculares quocunque nomine censeantur, per excommunicationem in personns, ac priuationem ab officijs, & interdictum in terras, vt sublato omni dilationis, & difficultatis obstaculo, appellatione remota, executioni mandent sententias ab Inquisitoribus latas, & ferendas contra notatos, & suspectos de hæretica prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum: non obstante quacunque Indulgentia Sedis Apostolicæ, per quam hoc decretum impediri possit, aut differi.

Eiusdem tenoris vidimus aliud rescriptum eiusdem Alexandri iiij. Datum Lateranen. Idibus Decembris, Pontificatus sui Anno sexto.

D

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus de ordine Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Prouincia beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram peruenit, quòd Potestates, Rectores, Iudices, Antiani, Officiales, Consilia, & communitates, quorundam castrorum, locorum & ciuitatum Prouinciæ B. Francisci, in qua Inquisitio contra hæreticos vobis à Sede Apostolica est commissa, circa executiones sententiarum, quas contra notatos, & suspectos de hæretica prauitate, credentes, fautores, & receptatores eorum profertis, à vobis super hoc requisiti, se interdum reddunt difficiles, & etiam negligentes: Nos itaque volentes quòd negotium Inquisitionis huiusmodi salutarem consequatur effectum, circa ea intendimus animo vigilanti, per qua submotis quibuslibet obstaculis, prædictum negotium Deo propitio de bono in melius dirigatur. Quocirca vniuersitati † vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Potestates, Rectores, Iudices, Antianos, officiales quocunq; nomine censeantur, consilia & communitates prædicta, quòd huiusmodi sententias à vobis latas, & ferendas etiam sublato cuiuslibet dilationis, & difficultatis obstaculo executioni demandent, monitione præmissa per excommunicationis in personas Potestatum, Rectorum, Iudicum, Antianorum, officialium, & consiliariorum, ac priuationis ab officijs, & in ciuitates, castra, & loca huiusmodi interdicti sententias, appellatione remota cogatis: Non obstante aliqua Indulgentia Sedis Apostolicæ, de qua cuiusq; tenore oporteat in nostris litteris plenam, & expressam mentionem fieri, & per quam effectus præsentium impediri valeat, vel differri. Datum Anagniæ xiij. kalen. Februarij, Pontificatus nostri Anno sexto. E

† Confert omnino rescripti Innocẽtij viij inci. Dilectus filius, relatũ supra.

De Curia.

I D E M.

Inquisitores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inuocato si opus fuerit auxilio seculari per exactio-

exactionem pœnarum cogere possunt eos, qui cum redirent ad Ecclesiam se obligauerunt sub certis pœnis ad parendum mandatis Ecclesiæ: idem faciant contra fideiussores eorum.

Eiusdem tenoris extat aliud rescriptum Alexandri iiij. datum Lateran. iij. Idus Decemb. Pontificatus sui Anno sexto, quod nos vidimus authenticum.

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs fratribus de ordine Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione Beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram peruenit, quòd nonnulli de administratione beati Francisci notati, & suspecti de hæretica prauitate, ac fautores, & receptatores hæreticorum, ad mandatum Ecclesiæ redeuntes, interdum se obligant sub certis pœnis, ad parendum mandatis Ecclesiæ, & super hoc præstant vobis fideiussorias cautiones, quorum nonnulli mandatis quæ ipsis facitis, parere recusant. Quia vero nostri decet appositione consilij super hoc salubriter prouideri; discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus tales, & fideiussores eorum, quòd mandatis factis eis per vos, & faciendis pareant monitione præmissa, per impositionem, & exactionem pœnarum, ad quæ se obligant, & etiam per censuram Ecclesiasticam appellatione remota cogatis: inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Datum Anagniæ x. kalendas Februarij, Pontificatus nostri anno sexto. B

Conferunt rescripta Innoc. iiij. incip. Cum venerabilis &, Cũ per nostras relata supra.

. . . . .

I D E M.

Valde elegans est rescriptum hoc, quo non mediocriter illustratur c. Vt commissi. de hæret. lib. 6. & alia iuris loca de hæreticis loquentia. idem extat in Archiuo Inquisitionis Bononiensis transmissum fratribus Dominicanis: sed hoc copiosius est.

Summa eius est: Inquisitores per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compellunt edi sibi quælibet instrumenta, & scripturas Inquisitionis factæ, vel faciendæ contra hæreticos, & alios in fidem peccantes, aut aliàs ad sacrum officium spectantia: reeuntes ad Ecclesiam absoluunt, eosque reconciliant ei, à qua fuerunt præcisi: populum & clerum conuocant contra tales: in ferendis sententijs peritos aduocant: dierum quadraginta indulgentiam conferunt: contra absentes procedunt, qui in sua prouincia deliquerunt: simpliciter, & de plano procedunt: contradictores compescunt per censuram Ecclesiasticam: nulla priuilegia in contrarium alicui concessa quicquam iuuant. C

Edita anno Domini 1260.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . fratribus de ordine Minorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in administratione sancti Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem. D

CVPIENTES, vt Inquisitionis negotium contra hæreticam prauitatem solicitudini nostræ commissum, ad Dei gloriam, & augmentum fidei Catholicæ, in nostris manibus feliciter prosperetur: compellendi appellatione remota per censuram ecclesiasticam, per vos, vel per alios, quos ad hoc idoneos vos, vel alter vestrum duxeritis eligendos omnes illos, qui scripta, vel instrumenta Inquisitionis, vel ad eius officium pertinentia, per quoscunque hactenus factæ, ac etiam faciendæ contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, seu defensores eorum habent, vel habuerint, vt ea sine cuiuslibet difficultatis, seu dilationis dispendio, vobis vel alteri vestrum exhibeant: necnon absoluendi à sententia excommunicationis omnes illos, qui dimissa hæreticorum perfidia ad vnitatem Catholicæ fidei libere, ac humiliter redire voluerint, & credentes, receptatores, fautores, ac defensores eorum: ac etiam reconciliandi eos Ecclesiæ, à qua noscuntur diabolica subgestione præcisi. Conuocandiq; clerum, & populum ciuitatum, castrorum, aliorumq; locorum contra tales: ita vt in ferendis sententijs contra ipsos possitis peritos, & discretos, prout expedierit, aduocare. Dandi quoq; omnibus accedentibus, ad vocationem huiusmodi auctoritate nostra quadraginta dierum indulgentiam. Procedendi etiam contra illos, quos in dicta Prouincia commisisse constiterit, licet ad alias partes se duxerint transferendos, necnon, & vt in eodem negotio summarie, absque iudiciorum, & aduocatorum strepitu procedere valeatis, auctoritate præsentium vobis, & cuilibet vestrum concedimus facultatem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si aliquibus sit indultum ab eadem sede, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas; nisi plenam & expressam, vel de verbo ad verbum fecerint mentionem: & constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali. Dat. Anagniæ iiij. No. Martij, Pontificatus nostri Anno sexto. E

G. de Merç.

I D E M

Omnes prælati ecclesiarum, & clerici religiosi & sæculares, tam exempti quàm non exempti, requisiti per

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inquisitores, in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, tenentur statim ipsis Inquisitoribus, & socijs eius, liberaliter prouidere de securo conductu de loco ad locum. A

Hoc rescriptum singulare continet priuilegium. & valde necessarium, conuenit cum sequenti, sed ambo fuerunt imprimenda, quia hoc ecclesiasticis personis, illud sæcularibus mittitur, & in sequenti præter pœnam excommunicationis, additur etiam pœna pecuniaria aduersus non adimplentes quod præcipitur.

Edita anno Domini 1260.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei Venerabilibus fratribus Episcopis, & dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Archipresbyteris, Præpositis, Plebanis, & alijs Ecclesiarum Prælatis: & clericis religiosis, & sæcularibus, tam exemptis quàm non exemptis, per Prouinciam Romanam, quæ continet Vrbem cum suo districtu, patrimonium Beati Petri in Thuscia, Sabiniam, Reate cum sua diœcesi. Campaniam, & Maritimam constitutis, ad quos litteræ istæ peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem. B

Ex Archiuo cõuentus S. Franeisci de Assisio

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam prauitatem totis affectibus intendentes, Inquisitionem faciendam in illis partibus contra respersos huiusmodi prauitate, dilecto filio fratri Andreę de ordine Minorum, duximus committendum. Vt igitur idem frater vestro fultus præsidio, in commisso sibi negotio Inquisitionis, Deo propitio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attente, in virtute obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos vniuersi, & singuli, dicto fratri Andreæ, & socijs eius de securo conductu, quotiensçunque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum prouidere curetis: Preces nostras & præceptum taliter impleturi, vt pateat per effectum operis, quòd sitis orthodoxæ fidei zelatores, Nosque deuotionem vestram, possimus exinde merito commendare. Datum Anagniæ, Idib. Martij, Pontificatus nostri Anno sexto.

. . .

I D E M. C

Nobiles, Barones, & ceteri sæculares magistratus & eorum officiales, & communitates ciuitatum per Inquisitores requisiti, sub pœna excommunicationis, & mille Marcharum argenti, tenentur liberaliter, & sine dilatione prouidere Inquisitoribus, & eorum socijs de securo conductu de loco ad locum,

In quo conueniat cum superiori, & discrepet ab eo, supra dixi. singulare est priuilegium. conuenit lex Frederici Imperatoris, Commissi. s. ad hæc. quæ est in hoc bullario.

Edita anno Domini 1260.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs nobilibus viris, Baronibus, Castellarijs, Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus, Antianis, Prioribus, & eorum officialibus, necnon communitatibus, ciuitatum, Castrorum, & locorum Prouinciæ Roman. quæ continet Vrbem cum suo districtu, patrimonium B. Petri in Thuscia, Sabiniam, Reate cum sua diœcesi. Campaniam, & Maritimam, ad quos litteræ istæ peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem. D

Ex Archiuo cõuentus S. Franeisci de Assisio

AD extirpandam de partibus vestris hæreticam prauitatem totis affectibus intendentes, Inquisitionem faciendam in illis partibus contra respersos huiusmodi prauitate dilecto filio fratri Andreæ de ordine Minorum duximus committendam. Vt igitur idem frater vestro fultus præsidio, in commisso sibi negotio Inquisitionis Deo propitio valeat prosperari: vniuersitatem vestram rogamus, & hortamur attente sub pœna excommunicationis, ac mille Marcharum argenti, per Apostolica vobis scripta præcipiendo mandantes, quatenus vos vniuersi & singuli, dicto fratri Andreæ, & socijs eius de securo conductu quotiensçunque vos super hoc duxerint requirendos, liberaliter, ac sine dilatione, de loco ad locum prouidere curetis: Preces nostras, & præceptum taliter impleturi, vt pateat per effectum operis, quòd sitis orthodoxæ fidei zelatores. Nosque deuotionem vestram possimus exinde merito commendare. Dat. Anagniæ, Idib. Martij, Pontificatus nostri Anno sexto. E

. . .

I D E M.

Prælatis ecclesiarum, Capitulis, & Conuentibus, ceterisq; personis ecclesiasticis, tam sæcularibus quàm regularibus in virtute obedientiæ præcipitur, vt Inquisitoribus, eorumq; collegis opportuni fauoris præsidio assistant, eisq; exhibeant per se, per consanguineos, subditos, & deuotos suos, consilium, & auxilium contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & terras ipsorum quotiens per Inquisitores fuerint requisiti.

Quo tempore hoc rescriptum est editum, quidam Capellus de kia homo potens, hæretica prauitate infectus acriter Inquisitori resistebat, nec poterat facile capi, quoniam intra terras ditionis suæ se continebat. Alexander Papa, vt rebellis homo caperetur, eodem fere tempore ad multas communitates ciuitatum sub eodem tenore verborum scripsit, vt auxilium præstarent Inquisitori contra hæreticos, in primis autem contra Capellum de Kia, & complices suos. vidimus nos sex rescripta eisdem verbis concepta, data

A data eodem mense, videlicet Kalen. Aprilis, & ij. iij. & iiij. Kalen. Aprilis. Ex omnibus hæc solum duo imprimere visum est. huc spectant etiam sequentia illa rescripta. Licet vniuersi mundi. &, Ex insinuatione. ex quibus hæc lumen accipiunt.

Edita anno Domini 1260.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus vniuersis Episcopis, ac dilectis filijs . . Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbyteris, Præpositis, Capitulis, & Conuentibus, ceterisque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & regularibus, per Romanam Prouinciam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Franeisci de Assisio

DVM ad studium solicitudinis, & diligentiæ, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hæreticæ prauitatis in administratione B. Francisci, in negotio fidei, cuius executione in terris eiusdem administrationis sibi commisimus, adhibuisse dinoscitur, aciem mentis nostræ conuertimus; dum salutis fructum, quem eiusdem religio fidei ex suis laboribus reportauit, solicita B meditatione reuoluimus, vitare non possumus, quin ipsum, vt pote virum in talibus iam experimento probatum, in similium commissione grauemus, firma credulitate tenentes, quòd ea quę sibi committimus, prospere, ac salubriter suæ circumspectionis industria dirigantur; de sua igitur prouidentia, & maturitate obtinentes certitudinem pleniorem, huiusmodi fidei negotium sibi, & quibusdam alijs fratribus sui ordinis, in Romana Prouincia, in qua vtique vrbs, patrimonium Beati Petri in Thuscia, Sabinia, ciuitas, & diœcesi. Reatin. Roman. Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter, & plenarie duximus committendum. Ideoq; vniuersitati vestræ per Apostolica scripta in virtute obedientiæ, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusque collegis, opportuni fauoris præsidio assistentes, omne quodcunque potestis, studeatis eis, per vos, consanguineos, subditos, & deuotos vestros, consilium & auxilium exhibere contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & terras eorum: & specialiter contra Capellum de kia, vxorem & filios, ac terram ipsius quotiens ab eodem fratre Andrea, eiusve collegis, super hoc fueritis requisiti, ita C quòd ex hoc euidenter appareat, quòd estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, dictæque sedis fauorem, & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagniæ ij. kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M

Magistratus sæculares sub pœna excommunicationis, cum requisiti fuerint per Inquisitores, tenentur eis assistere opportuni fauoris præsidio, & exhibere eis consilium, & auxilium, exercitum contra hæreticos, & ceteros in fide suspectos congregando, ad depopulationem, & exterminium terrarum ipsorũ hostiliter procedendo.

Edita anno Domini 1260.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . Potestati . . . Capitaneo, Consilio, & Commun. Tuscanen. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Franeisci de Assisio

D DVM ad studium solicitudinis, & diligentiæ, quod dilectus filius frater Andreas de ordine Minorum Inquisitor hæreticæ prauitatis, in administratione beati Francisci, in negotio fidei, cuius executionem in terris eiusdem administrationis sibi commisimus, adhibuisse dinoscitur, aciem mentis nostræ conuertimus: dum salutis fructum, quem eiusdem religio fidei, ex suis laboribus reportauit solicita meditatione pensamus, vitare non possumus, quin ipsum vtpote virum in talibus iam experimento probatum, in similium commissione grauemus, firma credulitate tenentes, quòd ea quæ sibi committimus, prospere, ac salubriter suæ circumspectionis industria dirigantur. De sua igitur prouidentia, & maturitate obtinentes certitudinem pleniorem, huiusmodi fidei negotium sibi, & quibusdam alijs fratribus sui ordinis, in Romana Prouincia, in qua vtique vrbs patrimonium beati Petri in Thuscia, Sabinia, ciuitas, & diœcesi. Reatin. Romania, Marsia, Campania, & Maritima includi noscuntur, confidenter & plenarie duximus committendum. Ideoq; vniuersitati vestræ per Apostolica scripta sub debito fidelitatis, quo Ecclesiæ Romanæ tenemini, & excommunicationis pœna districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum nihilominus iniungentes, quatenus eidem fratri A. eiusq; collegis opportuni fauoris præsidio assistentes, omne quodcunq; potestis, studeatis eis consilium, & auxilium exhibere. exercitum contra hæreticos, credentes, complices, fautores, defensores, & receptatores eorum, & specialiter contra Capellum de Chia, vxorem & filios, ac terras ipsorum, quotiens à dilecto filio Magistro Raynerio de Viterbio Capellano nostro, rectore patrimonij beati Petri in Thuscia, cui super hoc efficaciter scribimus, vel ab eodem fratre Andrea, eiusve collegis requisiti super hoc fueritis, congregando, & ad depopulationem, & exterminium terrarum huiusmodi, hostiliter procedendo, ita quod ex hoc euidenter appareat, quòd estis feruidi Catholicæ fidei zelatores, ac exinde à Deo præmium mereamini, dictæque sedis fauorem, & gratiam vobis vberius acquiratis. Datum Anagniæ, ij. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno sexto. E

Facit Cõcilia Bitterēse c. 23

Universidad de Deusto
Biblioteca

I D E M A

Aduersus eos, qui terras vel castrum condemnatorum de hæresi defendunt, tanquam contra defensores, & fautores hæreticorum, spiritualiter & temporaliter est procedendum, nisi ab incœpto desistant.

Edita anno Domini 1260. Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio nobili viro Petro Iacobi Surdi Ciui Romano, Salutem & Apostolicam benedictionem.

ALICET vniuersi mundi populi, qui Christiana professione censentur, ad incrementum Catholicæ fidei, totis viribus cunctisq; laborare studijs teneantur, Romanus tamen populus tanto feruentius, tantoque diligentius ad hoc vigilare tenentur, quanto specialius, quantoq; propinquius B. Petri Apostolorum Principis, qui est ipsius caput, & pater fidei patrocinio gaudere noscuntur. Vnde cum audimus, quòd per aliquos de ipso populo, promotioni negotij eiusdem fidei aliqua impedimenta, siue obstacula præparantur, eo maiorẽ dolorem inmente concipimus, quò firmiorem de talibus, quòd illud iuuare, ac fouere promptis debeant animis, spem, & fiduciam obtinemus. Sane ad audientiam nostram, non sine admiratione, & animi B turbatione peruenit, quòd tu Castrum Collisasalis, ad perfidum Capellum de Chia nuper condemnatum de hæresi pertinens, ab ipso Capello, vel à quodam Ciue Citan. in quem idem C. statim quòd sensit, quòd de hæresi condemnari debebat, simulatæ venditionis titulo transtulit, te in ipsius Capelli fauorem, & defensionem terræ suæ emisse confingens, à Dilectis filijs nobilibus viris Senatoribus vrbis communi Viterbien. sub certa inhiberi pœna tuæ famæ prodigus procurasti, ne contra prædictum Castrum, quod ad te spectare dicebas, procedere quomodolibet attemptarent: nequaquam attendens, neque formidans spirituales, & temporales pœnas, quæ hæreticorum fautoribus, & defensoribus per sanctiones canonicas, & legitimas inferuntur. Volumus igitur, & præsentium tibi auctoritate districte præcipiendo mandamus, quatenus statim receptis præsentibus, sicut diuinam, & nostram charam habes gratiam, ab huiusmodi ausu tam nephario, tamque pernicioso desistens, de defensione ipsius Castri, prædicto seu alio quocunque modo te nullatenus intromittas: quinimo procures omnino, quòd inhibitio huiusmodi, prædicto Communi Viterbien. ad instantiam tuam facta, totaliter reuocetur: alioquin scire te volumus, & pro certo tenere, quòd aduersus te, tanquam C contra defensorem, & fautorem hæreticorum, spiritualiter & temporaliter, auctore Domino procedemus. Datum Anagniæ ij. Id. Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

De Curia.

I D E M.

Communitas Viterbiensis liberaliter promisit Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, se congregaturam exercitum, ac hostiliter processuram contra Capellum de Chia de hæresi condemnatum, secundum quod Inquisitores ordinarent: id factum Pontifex approbat, hortaturque, vt rem tam laudabilem conficiant, nullo Senatorum Vrbis mandato in contrarium facto.

Quoniam Ciuitas Viterbiensis intrepide Inquisitoribus in fidei fauorem auxilium obtulit, egregio encomio à summo Pontifice commendatur, & gratias sibi ab eo referri meretur, quod noluit taceri Illustrissimus Cardinalis de Gambara, vnus ex Inquisitoribus Generalibus in vniuersa Republica Christiana, dum imponit nobis, vt inter cetera hoc rescriptum imprimi curemus, vt extet perpetuum testimonium laudis eius vrbis, cuius ipse Illustrissimus extitit Episcopus. D

Edita anno Domini 1260. Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs . . Potestati . . Capitaneo, Consilio & Communi Viterbien. fidelibus nostris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

EX insinuatione dilecti filij fratris Andreæ, & aliorum Inquisitorum hæreticæ prauitatis in Romana Prouincia, & administratione Beati Francisci comperimus, quòd vos tanquam fidei zelatores, eis liberaliter obtulistis congregare exercitum, ac hostiliter procedere contra perfidum Capellum de Chia, nuper de hæresi condemnatum, secundum quod ijdem Inquisitores ducerent ordinandum. Nos igitur huiusmodi zelum vestrum, dignis exinde laudibus efferentes, ac referentes vobis propter hoc gratiarum multiplices actiones, vniuersitatem ve E stram monemus, rogamus, & hortamur attente per Apostolica vobis scripta mandantes, quatenus negotium eiusdem fidei sicut laudabiliter incœpistis, constantibus animis prosequentes, ad exterminium terrarum prædicti Capelli, non obstante mandato contrario Senatorum Vrbis, hostiliter procedere studeatis: Nos enim eisdem Senatoribus nostris iniungimus litteris, vt mandatum huiusmodi, vtpote dispendiosum prædicto negotio, totaliter reuocare procurent. Taliter igitur huiusmodi monita, & mandata nostra implere curetis, vt crescatis exinde meritis apud Deum, penes nos gratia, & apud homines clara fama. Dat. Anagniæ, Id. Maij, Pontificatus nostri Anno sexto.

. . . . . .

I D E M

Inquisitores potestatem habent vendendi bona hæreticorum, fautorum, credentium, receptatorum & defensorum

forum iam confiscata, & in posterum confiscanda, contradictores per censuram Ecclesiasticam compescendo: asseruato pretio ad opus Romanæ Ecclesiæ.

Aliud rescriptum eiusdem tenoris, & Datæ ad eosdem Inquisitores transmissum eiusdem Alexandri iiij. vidimus authenticum.

Edita anno Domini 1260. Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus Andreæ, Gentili, & Bartholomæo ordinis Minorum, & alijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Romana Prouincia, & administratione Beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

DISCRETIONI vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, vendendi, ac distrahendi libere bona hæreticorum, eorumq; fautorum, credentium, B receptatorum, & defensorum publicata iam, seu confiscata, & in posterum publicanda, & confiscanda, prout commisso vobis fidei negotio expedire videritis, ita quòd eorum pretium ad opus Romanæ Ecclesiæ conseruetur, necnon & contradictores super hoc, per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, plenam, & liberam concedimus auctoritate præsentium facultatem. Datum Genuæ viij. kalen. Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M.

Inquisitores in causa fidei contra quoscunque possunt, ac debent procedere, nullis priuilegijs in contrarium editis quippiam iuuantibus: idem deficientibus notarijs sæcularibus, religiosos, qui prius fuerant notarij, possunt ad acta officij sancti conscribenda assumere; quòd si hi desint, duos viros idoneos, qui hæc scribant, eligere possunt; contradictores per censuram Ecclesiæ compescunt.

C Edita anno Domini 1260. Ex Archiuo Inquisitio. Bononiensis.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Lombardia, Marchia Ianuensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

NE commissæ vobis contra hæreticos Inquisitionis officium, quocunq; contingat obice præpediri, vobis & singulis vestrum præsentium auctoritate concedimus, vt non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis, cuiusuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, aut ordinis: & præsertim Cistercien. Prædicatorum, Minorum, seu Eremitarum, siue communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum, & locorum, specialiter vel generaliter, sub quacunq; verborum expressione, vel forma ab Apostolica Sede concessis, vel amodo concedendis, etiam si dicatur in illis, quòd eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsarum nequeat derogari, maxime, quòd illi excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint ecclesiastico interdicto, D aut quòd prædictorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denuntiationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus, & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à Sede Apostolica concessis, habeatur in eisdem litteris mentio specialis: in eodem officio, & contra impedientes illud, vel in eo vobis iuxta officium, & posse suum, à vobis requisitos assistere non curantes, libere iuxta formam vobis, per litteras nostras traditam procedatis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, & indulgentijs nullum vobis in tantæ pietatis negotio, velimus obstaculum generari. Ad hæc si super his, quæ circa idem officium, illudque contingentia in scriptis fuerint redigenda, tabellionum sæcularium copia forte defuerit opportuna, personis regularibus cuiuscunque ordinis, qui tabellionatus officium in sæculo habuisse noscuntur, exercendi illud in his, cum à vobis necessitate huiusmodi suadente fuerint requisiti, auctoritate nostra licentiam concedatis: quos ad hoc, constitutione canonica, vel regulari contraria nequaquam obstante, ex districto volumus iussionis nostræ præcepto teneri. Quòd si nec tales habere poteritis, alios duos viros idoneos, clericos, vel laicos, quotiens talis imminebit necessitas, E assumatis: qui simul fideliter ea quæ fuerint à vobis, vel coram vobis ex prædicto officio gerenda conscribant. quorum scripta quantum ad hunc necessitatis articulum pertinet, ac si vnius personæ publicæ manu confecta fuissent, inconcussam habere decernimus firmitatem. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo, non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali.

Datum Anagniæ Idib. Octobris, Pontificatus nostri Anno sexto.

I D E M

Inquisitores hæreticæ prauitatis non tenentur obedire prælatis suorum ordinum in concernentibus officium Inquisitionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem sanciu't Dominus Vrbanus Papa iiij. rescripto quodam incipien. Catholicæ fidei, quod extat in Inquisitione Brixien. A

Edita anno Domini 1260.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filijs vniuersis fratribus, Prædicatorum, & Minorum ordinum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis per diuersas Italiæ partes à Sede Apostolica deputatis, & inposterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

CATHOLICÆ fidei negotium, quod plurimum insidet cordi nostro in vestris prosperari manibus, ac de bono in melius procedere cupientes, ac volentes omne ab eo impedimentum, omneq; obstaculum remoueri: præsentiũ vobis auctoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de diuino, & Apostolico fauore confisi, omni humano tractare deposito, constanter ac intrepide procedentes, circa extirpandam hæreticam prauitatem tam de Lombardia, & Thuscia, quàm de omnibus alijs Italiæ partibus, cum omni vigilantia, omniq; studio laboretis. Et si forsan Magister, & Minister Generales alijque Priores, & Ministri Prouinciales, ac Custodes, seu Guardiani aliquorum locorum vestrorum ordinum, prætextu quorumcumq; priuilegiorum, seu indulgentiarum eiusdem sedis dictis ordinibus concessorum, aut concedendorum imposterum, vobis vel vestrum alicui, seu aliquibus iniunxerint, seu quoquomodo præceperint, vt ad tempus, vel quo ad certos articulos certasve personas negotio supersedeatis eidem: nos vobis vniuersis, & singulis auctoritate Apostolica districtius inhibemus, ne ipsis obedire in hac parte, vel intendere quomodolibet præsumatis: nos enim priuilegia, seu indulgentias huiusmodi, quantum ad hunc articulum, tenore præsencium reuocantes, omnes excommunicationis, interdicti, & suspensionis sententias, si quas in vos, vel vestrum aliquos hac occasione ferri contigerit, irritas prorsus decernimus, & inanes. Nam si prædicta sedes interdum Prælatis aliquibus vestrorum ordinum per suas sub certa forma committat litteras, vt ad exercendum Inquisitionis officium contra hæreticam prauitatem aliquos suorum ordinum fratres assumere valeant, ipsosque cum expedire viderint, amouere, ac alios subrogare, non tamen per hoc quod ipsis ea dumtaxat de causa in hac parte committit, quia de Fratrum suorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præsumantur, aliqua eis super huiusmodi Inquisitionis negotio, vobis immediate à prædicta sede commisso, & committendo facultas, vel iurisdictio attribuitur, seu potestas. Datum Lateran. iij. Idus Decembris, Pontificatus nostri Anno sexto. B C

IDEM.

Excommunicati ratione criminis hæresis, vel alia de causa, complices, participes, seu socij criminis in fauorem fidei recipiuntur ad testificandum contra hæreticos credentes, defensores, fautores, & receptatores eorum.

Edita anno Domini 1261.

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Minorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Prouincia Roman. & administratione Beati Francisci, à Sede Apostolica deputatis, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem. D

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

CONSVLVIT nos discretio vestra, vtrum illos, qui ratione criminis hæreseos, vel alia de causa excommunicationis sententia sunt ligati, contra hæreticos, credentes, defensores, fautores; vel receptatores eorum, ad testimonium perhibendum admittere, & stare dictis eorum, seu illorum etiam debeatis, qui complices, participes, seu socios eiusdem criminis se fatentur. Quia igitur si ijdem excommunicati non admitterentur ad perhibendum testimonium contra tales, & dictis eorum ac si fatentium non staretur, frequenter officium Inquisitionis vobis commissæ, in dispendium fidei contingeret impediri, quando præsertim vix, aut nullo modo potest, nisi per sic fatentes super hoc veritas apparere, statuimus in fauorem fidei †, vt in huiusmodi Inquisitionis negotio, dicti excommunicati contra hæreticos, credentes, defensores, fautores, & receptatores eosdem, ad testimonium admittantur, & stetur tam illorum dictis, quàm eorum qui, vt prædictum est, socios eiusdem criminis se fatentur, ex verisimilibus coniecturis, quæ ex numero deponentium, vel personarum tam deponentium, quàm eorum contra quas deponitur qualitate, ac alijs circunstantijs conijci poterunt sic fatentes non falsa dicere præsumantur. Datum Laterañ. x. Kalend. Februarij, Pontificatus nostri Anno septimo.

† Cap in fidei fauorem de hæret. lib 6.

E

VRBANVS IIII.

Inquisitores nullis obstantibus priuilegijs quorumlibet, aduersus omnes procedere possunt: eorum processus non impediuntur ob commissionem specialem procedendi Episcopis factam, neque econuerso: redeuntes ad Ecclesiam facta abiuratione admittant, & absoluant: neminem damnent absque consilio diœcesanorum: cum testes examinant, duas adhibeant personas: ad acta sancti officij conscribenda, quilibet religiosi, qui prius notarij fuerant, assumantur: testium nomina non publicentur: citationes, examinationes testium, sententiarum denuntiationes committunt: peritos aduocant: clerum, & populum conuocant: simpliciter, & de plano proce-

dunt: in absentes inquirunt: leges omnes in hæreticos editas obseruari præcipiunt: indulgentias largiuntur, & ipsi etiam Inquisitores consequuntur: Quæstuarios prædicatores compescunt: contra impedientes velut contra fautores procedunt: brachium sæculare inuocant: contradictores per censuram Ecclesiæ compellunt, nullis priuilegijs suffragantibus. A

Edita anno Domini 1261.

VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in Lombardia & Marchia Ianuen. deputatis Auctoritate Apostolica, & in posterum deputandis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis. & li. priu. or. Prædic. fol. 51.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Christiana religione censentur, teneamur ex officij nostri debito extirpare letiferam pestem hæreticæ prauitatis: in Italia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius, vbi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei catholicæ peruersa genimina germinauit, ex vicinitate persensimus abundantius succreuisse. B Vt igitur Inquisitionis officium contra hæreticos in prouincia Lombardiæ, videlicet, à Bononia & Ferraria inclusiue, vsque ad vltimos fines superiorum partium eiusdem prouinciæ, ac Marchia Ianuen. auctoritate Apostolica possit efficacius adimpleri: discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in charitate Dei, hominum timore postposito, virtutem spiritus induentes ex alto, prædictum officium vbique infra præfatos limites; simul vel separatim, aut singulariter, prout negotij vtilitas suadebit, sub spe mercedis æternę, sic efficaciter prosequi & exequi studeatis, vt per solicitudinis vestræ prudentiam, de prædictis Lombardia & Marchia radix iniquitatis hæreticæ succidatur: & vinea Domini exterminatis vulpeculis, quæ peruersis morsibus demoliuntur eandem, fructus afferat catholicæ puritatis. Si quos autem de prauitate prædicta culpabiles inueneritis vel infectos, seu etiam infamatos, contra ipsos (nisi examinati absolute velint mandatis Ecclesiæ obedire) necnon & contra receptatores, defensores, & fautores eorum, iuxta sanctiones canonicas, auctoritate Apostolica, hominum metu diuino timori postposito procedatis. Non obstantibus aliquibus litteris ad quoscunque alios de Lombardia, & C Marchia prædictis (exceptis locorum diœcesanis) super huiusmodi negotio ab Apostolica sede directis: quarum deinceps ad Inquisitiones huiusmodi faciendas nolumus auctoritate procedi: quinimmo ne procedatur per illas districtius inhibemus. Nec prætextu commissionis specialiter, eisdem diœcesanis super hoc factæ, vestros processus in eorundem diœcesanorum ciuitatibus, & diœcesibus volumus impediri. Nec per hoc quod fidei negotium generaliter in ipsis Lombardia & Marchia vobis committimus, commissiones à præfata sede diœcesanis eisdem factas, si forsan illarum, seu etiam ordinaria velint auctoritate procedere, intendimus reuocare. Veruntamen siue auctoritate ordinaria, siue ex delegatione prædictæ sedis, ijdem diœcesani in huiusmodi negotio processerint, nequaquam volumus, vel per concursum processuum, vel aliàs quomodolibet vestros impediri processus, quin diœcesanorum ipsorum processibus non obstantibus, in eodem negotio procedere libere valeatis. Si vero aliqui ex prædictis hæretica labe penitus abiurata, redire voluerint ad ecclesiasticam vnitatem, eis iuxta formam Ecclesiæ absolutionis beneficium impendatis, & iniungatis eisdem, quod iniungi talibus consueuit: *prouiso solerter, ne simulata conuersione redeant fraudulenter, & vos immo potius se ipsos fallentes, sub agni speciem gerant lupum.* Quod si aliqui fuerint iudicandi D hæretici; vel incarcerationis pœna perpetuæ alicui pro huiusmodi crimine fuerit infligenda, ad id per vos de diœcesanorum, vel vicariorum suorum, si ipsis diœcesanis absentibus præsentes fuerint, consilio procedatur: vt in tantæ animaduersionis iudicio non postponenda Pontificum auctoritas intercedat. Verum quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedi, vt in reos, sine vllo proferatur errore, duræ ac dignæ scueritas vltionis, volumus, & mandamus, vt vos vel illi, quos ad hoc duxeritis deputandos in examinatione testium, quos recipi super crimine prædicto, ipsumque contingentibus oportuerit, adhibeatis duas religiosas & discretas personas, in quarum præsentia, per publicam, si commode potest haberi, personam: aut per duos viros idoneos, fideliter eorundem depositiones testium conscribantur. Ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium, & ad faciendum omnia, quæ in commisso vobis officio, ad scrinarij seu tabellionis officiũ pertinent, teneri districte præcipimus, cũ per vos, seu deputatos ad hoc à vobis, requisiti fuerint, omnes & singulos vestri ordinis, fratres, qui dum essent in sæculo huiusmodi E tabellionatus officium habuisse, & exercuisse noscuntur: & illos etiam, quibus idem tabellionatus officium, ratione præfati negotij fidei, fuit à dicta sede commissum, & in posterum committetur. Concedentes huiusmodi fratribus, necnon & alijs religiosis quibuslibet, qui similiter dum essent in sæculo, dictum tabellionatus officium habuerunt, & exercuernnt: quibuscunque etiam clericis sæcularibus officium ipsum habentibus, etiam si ijdem fratres religiosi, & clerici sint in sacris ordinibus constituti, exercendi libere officium ipsum quo ad præmissa, non obstante aliquo contrario statuto canonis vel ordinis quocunque vallato munimine, plenariam facultatem. Quod si testibus, quos à vobis recipi, vel ab alia vice vestra super eodem crimine examinari contigerit, ex publicatione nominum eorundem, videritis periculum imminere, ipsorum nomina non publice, sed secrete, coram aliquibus personis prouidis & honestis, religiosis & alijs ad hoc vocatis, de quorum consilio

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad sententiam, vel condemnationem procedi volumus, exprimantur: & sic non obstante quòd illis, contra quos huiusmodi testes desposuerint, eorum nomina non fuerint publicata, ad cognitionem iudicis instruendam, adhibeatur plena fides testium depositionibus eorundem. Vt ergo commissi vobis officij debitum, vtilius & liberius exequamini, committendi citationes, testium examinationes, cum de huiusmodi crimine, ac ipsius circunstantijs duxeritis inquirendum, & denuntiationes sententiarum, quas in quoslibet hac de causa tu leritis, accersiendi quoque prout expedierit peritos quoslibet, vt vobis in ferendis huiusmodi sententijs præbeant consilium opportunum, ac vobis assistant. Conuocandi etiam clerum & populum ciuitatum, castrorum, aliorumque locorum prout dicto negotio fidei videritis expedire. Insuper in dicto negotio, de plano, & absque iudiciorum, & aduocatorum strepitu; ac contra illos quos in prædictis Lombardia & Marchia Ianuensi in hæreseos crimine commisisse constiterit, licet ad alias partes se transferendos duxerint, procedendi. Nec non faciendi obseruari inuiolabiliter omnes constitutiones Apostolicas, & leges impertales per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem, tunc in deuotione Romanæ Ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas aduersus huiusmodi pestem hæreticæ prauitatis. Necnon elarigendi viginti vel quadraginta dierum indulgentiam, quoties opportunum videritis, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad vestram conuocationem propter hoc faciendam accesserint, plena sit vobis & singulis vestrum præsentium tenore facultas. Vobis autem pro huiusmodi negotio laborantibus, illam peccatorum veniam indulgemus, quæ succurrentibus terræ sanctæ, in generali concilio est concessa: socijs vero vestri ordinis, & notarijs vestris, qui vnà vobiscum in prosecutione huiusmodi negotij laborabunt, & omnibus qui personaliter vobis astiterint in eodem negotio, & qui ad impugnandum hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, vobis ex animo præstiterint consilium, auxilium, vel fauorem, de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, tres annos de iniunctis sibi pœnitentijs relaxamus. Et si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij forte decesserint, eis peccatorum omnium, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, plenam veniam indulgemus. Compescendi præterea monitione præmissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, prædicatores quæstuarios à prædicationis officio, quod ad ipsos nullatenus pertinet; quorum interest tantum charitatiua subsidia simpliciter petere, ac indulgentiam si quam forte habent, exponere, liberam vobis & singulis vestrum concedimus auctoritate præsentium facultatem. Ceterum si forte, quod non credimus, aliqui cuiuscunque conditionis, huic negotio vobis commisso se opponere, seu illud præsumpserint aliquatenus impedire, vt non possit procedi libere in eodem: immo nisi requisiti illud fouerint: & iuxta officium & posse suum, singuli iuuerint studiose, contra eos tanquam contra hæreticorum fautores, & defensores, secundum sanctiones canonicas, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis: nos enim nihilominus ad reprimendam tam superbam, & pernictosam audaciam, & omnimode confundendam, in illos gladium Ecclesiasticæ potestatis acriter exeremus: & reges & principes, alioque Christi fideles, siue pro terræ sanctæ succursu, siue alias pro Christi seruitio crucis charactere insignitos, necnon & ceteros catholicos, prout expedire viderimus, inuocabimus contra eos: vt cælum & terra aduersus detestabilem temeritatem ipsorum patiter moueantur. Denique vt circa præmissa, plene vobis & singulis vestrum coertionis expedita, & inuolabilis adsit auctoritas; volumus, vt ea omnia viriliter exequamini, inuocato si opus fuerit auxilio brachij sæcularijs: contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: non obstantibus aliquibus priuilegijs, vel indulgentijs, quibuscunque personis, cuiuscuis conditionis, dignitatis, vel gradus, religionis, vel ordinis, & præsertim Cistercienſium, Prædicatorum, Minorum seu Eremitarum: siue communitatibus, vel vniuersitatibus ciuitatum & locorum, specialiter, vel generaliter, sub quacunque verborum expressione, vel forma, à memorata sede concessis, vel in posterum concedendis: etiam si dicatur in illis, quòd eis per aliquas litteras, totum de verbo ad verbum tenorem non continentes priuilegiorum, vel indulgentiarum ipsorum nequeat derogari: & illis maxime priuilegijs & indulgentijs, quibus ab ipsa sede concessum est aliquibus, seu concedetur deinceps, quòd excommunicari, vel ipsorum terræ supponi non possint Ecclesiastico interdicto: aut quòd Prædicatorum, vel aliorum quorumlibet ordinum fratres, ad executiones negotiorum, aut ad citationes quorumlibet, siue denunciationes sententiarum, excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, auctoritate litterarum Apostolicarum minime cogi possint, nisi de ipsorum ordinibus & priuilegijs, vel indulgentijs, eis super hoc à sede concessis, eadem habeatur in eisdem litteris mentio specialis: cum ex huiusmodi, vel alijs priuilegijs, nullum vobis in tantæ pietatis negotio velimus obstaculum interponi, & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Datum Viterbij xiij. Calend. Aprilis. Pontificatus nostri Anno primo.

VRBANVS IIII.

Superiores religionum, in locis, vbi per eos exercetur Inquisitionis officium, assignent Inquisitoribus hæreticorum socios prudentes & idoneos: item vbi fuerint ab Inquisitoribus requisiti, alios fratres adiungant, vt negotium Inquisitionis melius valeat promoueri.

VRBA-

Edita anno Domini 1262.

A VRBANVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs prouinciali, ac ceteris conuentualibus, Prioribus, & subprioribus, eorumque vicarijs ordinis Prædicatorum, Lombardiæ, ac Marchiæ Ianuensis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

NE Catholicæ fidei negotium, dilectis filijs fratribus vestri ordinis in Lombardia & Marchia Ianuensi, infra designatos eis limites, Sedis Apostolicæ auctoritate commissum, & in posterum committendum, ex personarum defectu contingant, (quod absit) quomodolibet impediri: volumus, & præsentium vobis auctoritate, districte præcipiendo mandamus, quatenus tu fili Prior prouincialis, singulis ex prædictis fratribus, singulos socios, fratres videlicet ipsius ordinis prouidos & discretos, ac eidem negotio congruentes, de quibus hi, quibus assignati fuerint, merito valeant consolari, sublata difficultate qualibet, assignare procures: & nihilominus tam tu, quàm s alij Priores, subpriores conuentuales, ac vicarij, quotiens ab eisdem fratribus, quibus dictum est commissum negotium, ac committetur in posterum, fueritis requisiti, & dicto negotio fuerit opportunum, de alijs etiam fratribus eiusdem ordinis, præter illos, qui eis in socios deputati
B fuerint, cum omni promptitudine prouidere curetis: ita quòd præfatum negotium nullam ex negligentia vestra dilationem capiat, sed potius ex diligentia continuum suscipiat incrementum. Datum apud Vrbem veterem vij. Calend. Nouemb. Pontificatus nostri Anno secundo.

CLEMENS PAPA IIII.

Præcipit, vt Inquisitores compellant sæculares magistratus, quarumlibet ciuitatum, & locorum per excommunicationem in personas, & interdictum in terras, monitione præmissa, vt faciant conscribi in suis capitularibus, & inuiolabiliter custodiri constitutiones Innocentij iiij. non obstante aliqua Indulgentia Sedis Apostolicæ, quod excommunicari nequeant, vel eorum terræ interdici.

Edita anno Domini 1265.

C CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Prædicatorum & Minorum ordinum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis per Italiam auctoritate Sedis Apostolicæ deputatis, & in posterum deputandis, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo conuentus sancti Fracisci de Assisio.

AD extirpanda de medio populi Christiani hereticę prauitatis zizania, quę abundantius solito succreuerunt, superseminante illa licentius his diebus homine inimico, tanto studiosius, iuxta commissam nobis solicitudinem insudare proponimus, quanto pernicioſius negligeremus eadem in necem catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentque firmiter Ecclesiæ filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, Constitutiones† quasdam felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & tam ipse, quàm felicis memoriæ Alexander Papa prædecessor noster, Dilectis filijs Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum Castrorum, aliorumque locorum per Italiam constitutis mandarunt, vt constitutiones ipsas, in
D suis conscribi Capitularibus facerent, & exacta diligentia obseruarent: vnde prædictis Potestatibus siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis Antianis, Consilijs, & Communitatibus, damus nostris litteris in damnatis, vt ipsi & singuli eorum constitutiones easdem, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus per dictum Alexandrum prædecessorem nostrum, & etiam per nos factas, conscribi in suis capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim se aduersus hanc Sanctam Ecclesiam extollentem, sine aliqua omissione procedant. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus si dicti Potestates siue Rectores, Consules, Capitanei, Antiani, Consilia & communitates, mandatum nostrum super hoc neglexerint adimplere, vos & singuli vestrum, illos & singulos eorum, infra designatos vobis limites, per excommunicationem in personas, & interdictum in terras eorum, monitione præmissa appellatione remota cogatis. Non obstante si aliquibus à Sede Apostolica sit indultum, vel
E in posterum indulgeri contingat, quòd personæ excommunicari, ac ciuitates, castra, terræ, & loca ipsorum interdici non possint, siue qualibet alia indulgentia sedis eiusdem, per quam effectus præsentium impediri valeat vel differri: & de qua cuiusque toto tenore, de verbo ad verbum specialem & expressam in nostris litteris oporteat fieri mentionem: & constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Dat. Perusij xv. Kalen. Februarij, Pontificatus nostri Anno primo.

† Hæc constitutiones incipiunt Ad extirpanda & supra sunt insertæ.

IDEM.

Minister prouincialis de consilio discretorum fratrum sui ordinis Inquisitores idoneos eligat, quibus præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ, vt Inquisitionis officium in locis sibi commissis viriliter exerceant contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, iuxta formam in alijs litteris expressam. Quòd si ex aliqua causa aliquis Inquisitor fuerit amouendus, eo amoto de consilio discretorum alium substituat cum pari auctoritate & potestate: idem faciat Inquisitore mortuo.

Hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hoc priuilegium tributum Ministris Generalibus & Prouincialibus Prædicatorum & Minorum ordinum eligendi, deponendi, & substituendi Inquisitores in suis Prouincijs, prius etiam concessit Innocentius iiij. rescripto incipiente Odore suaui. quod nos vidimus authenticum. Iam hoc ipsum priuilegium transmissum ab eodem Clemente iiij. fratribus Prædicatoribus, vidimus in Archiuo Inquisitionis Bononiensis datum Perusij xv Kalen. Nouemb. pontificatus sui Anno primo, quo tribuit potestatem eligendi octo Inquisitores; Benedictus vndecimus decem adiecit rescripto incipiente: Licet olim, quod item vidimus in Inquisitione Bononiensi. ceterum nunc nec Ministri ordinum Generales, nec Prouinciales solent Inquisitores eligere, nec deponere mutare, vel transferre, inconsulto sacrosanctæ & generalis Romanæ Inquisitionis Senatu: imo vero hodie Cardinales Generales Inquisitores ista conficiunt. A

Edita anno Domini 1265.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio .. Ministro prouinciali fratrum ordinis Minorum in administratione beati Francisci, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo couentus sancti Francisci de Assisio. Concordat rescriptum Innocentij iiij. licet ex omnibus relat. supra.

LICET ex omnibus mundi partibus, quæ Christiana religione censentur, teneamur ex officij nostri debito extirpare letiferam pestem hæreticæ prauitatis; in Italia tamen imminet nobis hæc solicitudo propensius, vbi eandem pestem propter malitiam temporis, quæ in detrimentum fidei Catholicæ peruersa genimina germinauit, ex vicinitate persensimus abundantius succreuisse. Cupientes igitur in Spoletan. Fulginat. Assisinat. Nucerin. vsque ad montes apeninos dumtaxat, Eugubin. Ciuitate Castel. Perusin. Tudertin. Amelien. Narnien. & Interrannen. Ciuitatibus & diœcesibus suis, necnon & terris Machilon. & Amiterni & dominorum de Monticellis & Sumatis, ac etiam inde Arquate & Tufi Castris, & Arce de Salli, & eorum pertinentijs Reatin. & Esculan. diœcesi. per aliquos de fratribus tui ordinis partem super hoc nostræ solicitudinis adimpleri, discretioni tuæ per Apostolica scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatenus de consilio aliquorum discretorum fratrum ipsius ordinis, eligas duos de fratribus eiusdem ordinis tuæ administrationis, idoneos ad huiusmodi opus Dominicum exequendum, eisque in virtute obedientiæ districte Apostolica præcipere auctoritate procures, vt Inquisitionis officium in locis prædictis, contra hæreticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, iuxta formam in alijs litteris nostris expressam, quas fratribus prædicti ordinis Inquisitoribus huiusmodi prauitatis, in eisdem locis deputatis auctoritate Apostolica & in posterum deputandis, non expressis aliquorum nominibus, super exequendo dicto Inquisitionis officio destinamus, exequi studeant diligenter. Nos enim prædictos duos frates, quos ad hoc elegeris, & vtrumque ipsorum, præfatum officium exequi, iuxta formam in litteris ipsis expressam, ac ipsos illam potestatem & auctoritatem plenarie habere volumus, quæ in eisdem litteris continetur. B C

Si vero tu vel vicarius tuus te absente, aliquem Inquisitorum huiusmodi, ex aliqua forte causa nonnunquam fore videritis amouendum, ipsum amoueatis, & substituatis loco eius alium, quem similem potestatem & auctoritatem habere volumus, quotiens vobis deliberatione cum aliquibus discretis fratribus dicti ordinis prahabita, hoc fore videbitur faciendum: & si aliquem vel aliquos Inquisitorum ipsorum decedere forte contigerit, Nos substituendi de consilio aliquorum discretorum fratrum eiusdem ordinis, alium vel alios loco illius vel illorum qui decesserint, ita quod huiusmodi substituti eisdem omnino auctoritate ac potestate fungantur, tibi dictoque vicario, si tu absens fueris, plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem. Datum Perusij iij. Kalen. Octobris, Pontificatus nostri Anno primo. D

Io. de Camp.
pro Cur.

Eymericus in Directorio. 3. par. q. 9. & sequen.

IDEM.

Fredericus Romanorum Imperator eius nominis secundus ad annos Domini 1220. ad Imperij dignitatem euectus, non multo post tempore ab Honorio III. Romæ imperij diadema honorifice accepit. hic Fredericus quo anno Imperator est pronuntiatus, Patauij multas leges tulit in fauorem Ecclesiæ, & contra hæreticam prauitatem, quas multi Romani Pontifices confirmarunt, videlicet Innocentius IIII. anno Domini 1253. & Alexander IIII. anno Domini 1258. & Clemens IIII. in præsenti rescripto anno Domini 1265. quas nominatim etiam suis rescriptis inserunt, & penitus obseruari iubent. E

Eas leges in rescripto Innocentij IIII. insertas supra curauimus imprimendas: sed quoniam tunc defuerunt authentica seu originalia exempla, in nonnullis variatum fuerat: & propterea consulto sublata omni lectionis varietate, & incertitudinis scrupulo alias duximus imprimendas.

Edita anno Domini 1265. Ex Archiuo conuentus sancti Francisci de Assisio.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Potestatibus, siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM aduersus hæreticam prauitatem quondam Fredericus olim Romanorum Imperator, & tunc in Ecclesiæ Romanæ deuotione persistens, promulgauerit Paduæ quasdam leges

A ges, per quas ne peruagetur compesci poterit pestis illa, Nos illas, quas felicis recordationis Innocentius IIII. & Alexander IIII. Romani Pontifices prædecessores nostri voluerunt ad robur fidei ac salutem fidelium obseruari, prout in ipsius Alexandri Papæ litteris perspeximus contineri, volentes in vestris Capitularibus annotari, Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eas quarum tenores vobis mittimus insertos præsentibus, in vestris conscribi Capitularibus singuli faciatis, nullis inde temporibus abolendas: Ciuitates vel loca quibus præestis, districtus quoque seu terras vestræ ditioni subiectas, secundum eas ab hæretica fœditate solicite purgaturi.

Tenores autem legum ipsarum hi sunt.

FREDERICVS DEI GRATIA

B *Romanorum Imperator, & semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, Dilectis principibus suis, Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisq; Prælatis Ecclesiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Potestatibus, Sculteis, Burgauijs, Aduocatis, Iudicibus, Ministerialibus, Officialibus, & omnibus per totum imperium constitutis, presentes litteras inspecturis fidelibus suis, Gratiam suam, & omne bonum.*

L.1. COMMISSI nobis cælitus cura regiminis, & imperialis, cui dante Domino præsidemus fastigium dignitatis, materialem quo diuisim à Sacerdotio fungimur gladium aduersus hostes fidei, & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt exerendum: vt perfidiæ vipereos filios contra Deum & Ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur, maleficos viuere non passuri, per quorum scientiam seducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela. Statuimus itaque sancientes, vt hæretici quocunque nomine censeantur, vbicunq; per imperium damnati fuerint ab Ecclesia, & sæculari iudicio assignati, animaduersione debita puniantur. C §.1.

Si qui vero de prædictis postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas sanctiones, ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerem detrudantur. §.2. Præterea, quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, seu alijs locis imperij per Inquisitores ab Apostolica sede datos, & alios orthodoxæ fidei zelatores; hi qui iuridisdictionem ibidem habuerint, ad Inquisitorum & aliorum catholicorum virorum insinuationem, eos capere teneantur: & eos captos arctius custodire donec per censuram Ecclesiasticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei Sacramenta & vitæ damnabant. §.3. Simili quoque pœna plecti censemus omnes, quos ad tuendum hæreticorum errorem callidus hostis suscitat aduocatos, vel parat illicitos defensores; maxime cum facinus quos inquinat, æquat: nisi monitione præmissa desiterint, & eorum vitæ duxerint consulendum. §.4. Eos præterea qui conuicti in vno loco de hæresi, ad alia loca se D transferunt, vt cautius possint effundere virus hæreticæ prauitatis, debitam censemus subire vindictam: vt super hoc per viros ab eodem errore conuersos ad fidem, necnon & per alios, qui eos de hæresi conuicerunt (quod & in hoc casu concedimus licite faciendum) euidens testimonium habeatur. §.5. Item mortis sententiæ ducimus addicendos, si quos hæreticorum ad iudicium tractos, in extremæ vitæ periculo hæresim abiurantes, postmodum de falso iuramento constiterit, & fide mentita conuinci, ac eos contingerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidiuam: vt sibi damnabilius iniquitas sit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat. §.6.

Omne insuper proclamationis & appellationis beneficium ab hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus; volentes vt de finibus imperij, in quibus semper debet existere fida fides, hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur. §.7.

Ceterum, quia quanto maiora diuinæ nutu miserationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando in nostri nominis contemptores nostri culminis excandescit auctoritas: si reos læsæ maiestatis, in personis E eorum & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multo fortius iustiusq; contra Dei blasphematores nominis, & catholicæ fidei detractores prouocamur: eorundem hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum suorum hæredes & posteros vsque ad secundam progeniem, beneficijs cunctis temporalibus, publicis officijs & honoribus, imperiali auctoritate priuantes: vt in paterni memoria criminis continuo mærore tabescant: vere scientes, quòd Deus zelotes est, peccata patrum in filios potenter vlciscens. Nec quidem à misericordiæ finibus duximus excludendum, vt si qui paternæ hæresis non sequaces, latentem patrum perfidiam reuelauerint: quacunque reatus illorum animaduersione plectantur, prædictæ punitioni non subiaceant innocentiæ filiorum. Ad hæc, notum fieri volumus fratres Prædicatores de ordine Prædicatorum, pro fidei negotio in partibus imperij nostri contra hæreticos deputatos: ceteros quoque qui ad hæreticos iudicandos accesserint, nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando, & redeundo, sub nostri imperij speciali §.8. §.9. §.10.

Exod. c. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciali defensione receptos, & quos apud omnes sub ope, ac recommendatione fidelium imperij esse A
volumus inoffensos: vniuersitati vestræ mandantes, quatenus quocunque, & apud quemcunq; ve-
strum peruenerint, benigne recipiatis eosdem: & personas ab incursu hæreticorum eis insidiantium cõ
seruantes idemnes, omne consilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram
§. 11. Deonegotijs exequendis. Hæreticos vero, quos & ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra sin-
guli capientes, diligenti custodia detinendos, donec post Ecclesiasticæ damnationis iudicium, pœ-
nam subeant, quam merentur: Sciturí quòd in executione ipsius negotij, gratum Deo & laudabile
nobis obsequium conferetis, si ad expellendam de partibus nostri imperij nouam & insolitam hære-
ticæ prauitatis infamiam opem, & operam, vnà cum eisdem fratribus præstiteritis efficacem. Et si
quis foret exinde negligens & remissus, ac etiam inutilis coram Domino, & in cospectu nostro po-
terit merito culpabilis apparere. Datum Paduæ xxii. Februarij, xii. Indictione.

FREDERICVS DEI GRATIA, ETC. B

L. 2. INCONSVTILEM tunicam Dei nostri dissuere conantur hæretici, & vocabuli
vitio seruientes, quod significationem diuisionis enuntiat, in ipsius indiuisibilis fidei
vnitate nituntur inducere sectionem: & oues à Petri custodia, cui pascendæ à pastore
bono sunt creditæ, segregare. Hi sunt lupi rapaces intrinsecus, eo vsque mansuetu-
dinem prætendentes ouium, quousque ouile possint subintrare dominicum. Hi sunt
angeli pessimi. Hi sunt filij prauitatum, à patre nequitiæ, & fraudis auctore, ad animas simplices
destinati. Hi colubri, qui columbas decipiunt. Hi serpentes, qui latenter videntur inserpere, &
sub mellis dulcedine virus emouere: vt vitæ cibum ministrare se simulent, à cauda feriunt, & mor-
§. 1. tis poculum velut quoddam dirissimum venenum immiscent. Horum sectæ veteribus, vel ne in pu-
blicum prodeant, non sunt notatæ nominibus: vel (quod est forte nefandius) non contentæ, vt
vel ab Ario Ariani, vel à Nestore Nestoriani, aut à similibus similes nuncupentur: sed in exemplum
martyrum, qui pro fide catholica martyria subierunt, Patarenos se nominant, velut expositos pas- C
9. §. sioni. Huiusmodi miseri Patareni, à quibus abest sancta credulitas diuinitatis æternæ, sub vno con-
textu nequitiæ insimul tres offendunt: Deum videlicet, proximos, & seipsos. Deum, dum Dei fi-
dem, & filium non agnoscunt. Decipiunt proximos, dum ipsis sub spe spiritualis alimoniæ, hære-
ticæ prauitatis oblectamenta ministrant. Crudelius etiam sæuiunt in se ipsos, dum post animarum
dispendium, corpora denique seueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei pos-
sent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi sectatores inuoluunt: & (quod est ipso dictu dirissi-
§. 3. mum) superstites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales sibi, Deo, & hominibus sic infestos, continere non possumus motus nostros, quin
debitæ vltionis in eos gladium exeramus: tanto ipsos instantius persequentes, quanto in euidentio-
rem delusionem fidei Christianæ, prope Roman. Ecclesiam, quæ caput Ecclesiarum omnium iudi-
catur, superstitionis suæ scelera latius exercere noscuntur. Adeo quòd ab Italiæ finibus, præsertim
à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius abundare; iam- D
que vsque ad regnum nostrum Siciliæ, suæ perfidiæ riuulos deriuarunt.

1. Manichæos. C. de hæret. Quod acerbissimum reputantes, Statuimus in primis, vt crimen hæreseos, & damnatæ sectæ cu-
iuslibet, quocunque nomine censeantur sectatores, (prout veteribus legibus est indictum) inter pu-
blica crimina numerentur: immo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudi-
cari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis iudicij potestate, alterum al-
teri non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit damnatorum, & bona; & dam-
1. penult. C. ad l. c. Inl. maiest. §. interdũ. instit. de hered. quæ ab intest. defe. nat post obitum memoriam defunctorum: sic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per
omnia volumus obseruari.

§. 4. Et vt ipsorum nequitia, qui (quia Dominum non sequuntur) in tenebris ambulant, detegatur: ne-
mine etiam deferente inuestigari volumus diligenter huiusmodi scelerum patratores; & per officiales
nostros sicut & alios malefactores inquiri; ac Inquisitione notatos, etsi leuis superstitionis argumen-
to tangantur, à viris Ecclesiasticis, & prælatis examinari iubemus. Per quos si inuenti fuerint à fide
catholica saltem in articulo deuiare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli reli- E
ctis insidijs. noluerint angnoscere Deum lucis; sed in erroris concepta instantia perseuerent præsentis
nostræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos, alios que hæreticos quocunque nomine censean-
tur, decernimus, quam affectant: vt viui in conspectu hominum comburantur, flammarum commissi
iudicio. Nec dolemus, quòd in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo pœnam solummodo,
§. 5. nec fructum alium consequuntur erroris. Apud nos pro talibus nemo interuenire præsumat: quod
qui fecerint, in ipsum nostræ indignationis aculeos non immerito conuertemus. Dat. Paduæ xxij.
Febr. xij. Indictione.

Impe-

A IMPERATOR FREDERICVS Semper Augustus, &c.

PATARENORVM receptatores, & complices, & quocunque modo fautores, qui vt à pœna alios possint eximere, de se vel vt improuidi non fomidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus. Et ipsorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorũ huiusmodi detexerit aliquẽ Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei præmium quam agnouit, famæ pristinæ de imperiali clementia restitutionis beneficium integrum consequatur. L. 3. §. 1. §. 2.

INCIPIVNT CAPITVLA CONSTITVTIONIS B contra Patarenos edita per eundem Fredericum illustrem virum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Hierusalem, & Siciliæ Regem.

CATHAROS, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circuncisos, Passaginos, Iosepinos, Garatenses, Albanenses, Francisços, Bagnarolos, Commixtos, Vvaldenses, Roncarolos, Communellos, Vvarinos, & Ortholenos, cum illis de Aquanigra, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocunque nomine censeãtur perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes vt bona talium cõ fiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur: ita quòd filij eorum ad successionem peruenire non possint, cum longe sit grauius æternam, quàm temporalem offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tam- C quam infames & banniti ab omnibus habeantur; ita quòd si per annum permanserint, extunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, & consules, seu rectores, quibuscunque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicum iuramentum, quòd de terris suæ ditioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt: ita quòd amodo quandocunque quis fuerit in perpetuã potestatem, vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare: alioquin neque pro potestatibus, neque pro consulibus, seu consimilibus habeantur: eorumque sententias ex tunc decernimus inutiles & inanes. Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore monitionis elapsum, terram ipsius exponimus catholicis occupandam, qui eam, exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei puritate conseruent: saluo iure dominij temporalis: dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege seruata, contra eos qui non habent dominos principales. Credentes præterea, receptatores, defen- D sores, & fautores hæreticorum bannimus: Statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, & ad publica officia seu consilia, vel ad aliquos eligendos huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem; nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus ei præterea super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si iudex extiterit, cius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti. Adijcimus insuper, quòd hæreticus per hæreticum conuinci possit: & quòd domus Patarenorum, receptatorum, & defensorum, & fautorum, siue vbi docuerint, siue vbi alijs manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituendæ. Datum Paduæ xxii. Februarij, xii. Indictione. §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6.

REX regum. Apostatantes à fide catholica penitus execramus, insequimur vltionibus, bonis suis omnibus spoliamus. Et vt à professione vel vita naufragantes legibus coarctamus. Successiones tollimus, ab eis omne ius legitimum abdicamus. Dat. Perusij ii. Kalend. Nouemb. Pontificatus nostri Anno primo. DE APOSTATIS. E

Tyb. de Cur.

IDEM.

Innocentius iiii. Pontifex Maximus Anno Domini. 1252. ad extirpandas hæreses, copiosas ac saluberrimas constitutiones edidit, quas direxit ad ciuitatũ magistratus sæculares, iubens vt iuxta ordinem, & præscriptũ earũ aduersus hæreticos procederetur. eas constitutiones Alexander iiii. Anno Domini. 1259. repetit, & confirmat, rescriptoque suo pariter inserit: tandem Clemens iiii. Anno Domini. 1265. easdem cum quibusdã adiectionibus, modificationibus, & declarationibus etiã confirmauit, & suo huic præsenti rescripto inseruit.

Eas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eas autem in hoc bullario imprimendas curauimus, sed destituti rescripto authentico, in nonnullis est variatum: quare vt omnis procul abesset incertitudo, visum est iuxta veritatem originalis, illis sublatis has authenticas apponere. A

Edita anno Domini 1260.

LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Potestatibus, siue Rectoribus, Consulibus, Capitaneis, Antianis, Consilijs, & Communitatibus Ciuitatum aliorumque locorum per Italiam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo cõuentus S Francisci de Assisio.

AD extirpanda de medio populi Christiani hæreticæ prauitatis zizania, quæ abundantius solito succreuerunt, superseminante illa libentius his diebus homine inimico, tanto studiosius, iuxta cõmissam nobis solicitudinẽ insudare proponimus, quanto perniciosius negligeremus eadem in necem catholici seminis peruagari. Vt autem aduersus huiusmodi nequitiæ operarios consurgant, stentque firmiter Ecclesiæ filij ac orthodoxæ fidei zelatores, Constitutiones quasdam felicis recordationis Innocentius Papa IIII. prædecessor noster ad extirpationem hæreticæ pestis edidit, & in capitularibus vestris, tam ipse, quàm felicis memoriæ Alexander Papa prædecessor noster conscribi, ac à vobis exacta diligentia obseruari mandarunt: quæ seriatim inferius continentur. Ideoque vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem, cum quibusdam adiectionibus, modificationibus, & declarationibus, per dictum Alexandrum prædecessorem, & etiam per nos factas, conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem hæresim, se aduersus hanc sanctam Ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis: Alioquin dilectis filijs Prædicatorum & Minorum ordinũ fratribus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & eorum singulis per Italiam deputatis auctoritate Sedis Apostolicæ, & in posterum deputandis, damus nostris litteris in mandatis: vt infra designatos eis limites, singulos vestrum ad id, per excommunicationem in personas, & interdictum in terram, appellatione remota compellant. B C

Constitutiones autem sunt hæ:

Magistratus iurent, quòd leges in hereticos latas obseruabunt.

Statuimus vt potestas, capitaneus, seu rector, seu consules, seu quiuis alij, qui ciuitati præsunt, vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerint in futurum in Italia, iurent præcise ac sine tenore aliquo attendere inuiolabiliter & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, tam in ciuitate vel loco sui regiminis, quàm in tertis suæ ditioni subiectis, omnes & singulas infrascriptas constitutiones: & super his præcise seruandis recipiet à quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta. Quæ qui præstare noluerit, pro Potestate, Capitaneo, seu Consule, vel Rectore nullatenus habeatur, & quæ vt Potestas, Capitaneus, Consul, vel Rector fecerit, nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur, aut debeat sequi eos, etiamsi de sequela præstanda eis exhibuerit iuramentum.

Pœna magistratuum non seruantium leges contra hæreticos latas.

Quòd si potestas, Capitaneus, vel aliquis prædictorum constitutiones ipsas & singula in eis contenta seruare noluerit vel neglexerit, præter notam periurij, & perpetuæ iacturam infamiæ, ducentarum Marcarum pœnam incurrat, quæ irremisibiliter exigantur ab eo, & in vtilitatem communis cui præest, integre conuertantur, & nihilominus vt periurus & infamis, & tanquam hæreticorum fautor de fide suspectus, officio & honore sui regiminis spolietur. Nec vlterius Potestas, Capitaneus, Consul, seu Rector habeatur in aliquo: aut de cetero ad aliquam dignitatem vel officium publicum ullatenus assumatur. D

Hæretici banno supponant.

Ijdem quoque Potestas, Capitaneus, Consules, Rector, vel quiuis alij ad regimen cuiuslibet Ciuitatis, vel loci assumpti, in principio sui regiminis in publica concione more solito congregata, banno Ciuitatis, vel loci supponant, tanquam pro maleficio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur, & teneantur bannum huiusmodi à suis prædecessoribus positum cõfirmare.

Hæreticos qui liber caperepotest.

Præcipiant autem, quòd nullus hæreticus, vel hæretica de cetero habitet vel moretur, aut subsistat in Ciuitate seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicumque ipsum, vel ipsam inuenerit, libere capiat, & capere possit impune, & omnes res mobiles ipsius, vel ipsorum penes eos inuentas eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure, nisi auferentes huiusmodi sint ad hoc officium specialiter deputati. E

Ministri eligãtur ad capiendos hereticos.

Ijdem quoque Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel quiuis alij huiusmodi, infra octo dies post introitum regiminis sui duodecim viros probos & catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarij instituere teneantur, quos diœcesanus, si præsens extiterit, & interesse voluerit, & duo fratres Prædicatorũ, & duo Minorũ ordinũ ad hoc à suis Prioribus & guardianis, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinũ deputati, seu Inquisitores, vel Inquisitor prauitatis hæreticæ duxerint eligendos. Instituti autẽ huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorũ bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate, vel alio loco, quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenarie adimpleri, & eos ducere, & duci facere in potestatem diœcesani, vel eius Vicarij, seu Inquisitorum, vel Inquisitoris.

Teneantur autem Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij ad huiusmodi regimen deputati

putati, quilibet in expensis Communis, cui præest, facere duci eosdem hereticos ita captos quocumq; diœcesanus, vel eius Vicarius, seu Inquisitores, vel Inquisitor prædicti in iurisdictione, vel districtu diœcesani Episcopi, seu Ciuitatis, vel loci voluerint illos duci. A

Expensis communitatis hæretici capti deducantur.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus adhibeatur, quæ ad eorum officium pertinere noscuntur, sine aliquo specialiter præstito iuramento, vbi duo, vel tres, seu plures præsentes fuerint ex eisdem.

Officialibus fides adhibeat.

Porro cum Officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus in his quæ ad officium eorum pertinent plenius pareatur, & tam dicti duodecim quàm seruitores, & notarij prætaxati simul, vel diuisim plenariam præcipiendi sub pœnis, & bannis taxatis, & expressis in constitutionibus infrascriptis, quę ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Officiales iurent fideliter agere.

Officialium potestas.

Possint autem Officiales prædicti Communitati, Castri, Burgi, seu Villæ præcipere sub pœna, & banno vsque ad ducentas Marchas argenti, & vltra ad arbitrium potestatis, seu rectoris ciuitatis, vel loci in cuius districtu, vel iurisdictione fuerint, quòd potestati, seu rectori, vel diœcesano, aut eius Vicario, seu Inquisitoribus, aut Inquisitori hæreticorum præsentent infra præfigendum eis terminum competentem, omnes hæreticos, & hæreticas, quos & quas sibi dicti officiales duxerint assignandos. Et Potestas, seu rector à non seruantibus præceptũ, pœnã vel bannũ huiusmodi exigere teneatur. B

Potestas autem vel Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alii huiusmodi quocumque vocabulo censeantur, teneantur habere firma, & rata omnia præcepta, quæ occasione officij sui fecerint duo ex ipsis, seu plures, & pœnas exigere non seruantium.

Officiales seruentur indemnes.

Quòd si dictis Officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus pro suis officijs exequendis à communi ciuitatis, vel loci per restitutionem plenariam seruentur indemnes.

Nec ipsi officiales, vel hæredes eorum possint aliquo tempore conueniri de ijs quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eisdem diœcesano, & Inquisitoribus, vel Inquisitori videbitur expedire. C

Officiales quãto tempore durent.

Ipsorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis Potestas, vel quicumque ipsius Ciuitatis, vel loci regimini præfuerit, teneatur totidem subrogare Officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem in alijs sex mensibus sequentibus exequantur.

Officialibus vnde satisfieri debeat.

Sane ipsis officialibus dentur de camera communis prædicti, quando exiuerint Ciuitatem, aut locum, pro hoc officio exequendo vnicuique pro qualibet die duo solidi Prouenien. senatus vel imperalium in pecunia numerata: quos Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, aut alius huiusmodi teneãtur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium postquam redierint ad eandem Ciuitatem, vel locum.

Et insuper habeant tertiam partem bonorum hæreticorum, & receptatorum eorum quæ occupauerint: & mulctarum, ad quas fuerint eodemnati, secundum quod inferius continetur: Et hoc salario sint contenti.

Officiales quãdo & per quos amouendi.

Sed ad nullum aliud, quod istud officium impediat, vel impedire possit, vllo modo officium, vel etiam exercitium compellantur. D

Nullum etiam statutum conditum, vel condendum, eorum officium vllo modo valeat impedire.

Et si quis horum Officialium propter ineptitudinem, vel inertiam, seu occupationem aliquam, vel excessum diœcesano & fratribus supra dictis visus fuerit amouendus: ipsum ad mandatum, vel dictum eorum teneatur amouere Potestas, Capitaneus, vel quiuis alius huiusmodi prædictorum, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Officialiũ iniquorũ pœna.

Quòd si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiæ perpetuæ, quam tamquam fautor hæreticorum incurrat per Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectorem, seu alium similem ad diœcesañ. & dictorum fratrum, vel Inquisitorum, seu Inquisitoris arbitrium puniatur.

Potestas vero militem suum, vel alium assessorem, si diœcesanus, vel eius Vicarius, aut Inquisitores, vel Inquisitor auctoritate Sedis Apostolicæ deputati, seu dicti officiales petiuerint cum ipsis officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere. E

Omnes præstent auxiliũ officialibus.

Quilibet etiam si præsens in terra, vel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate, quàm in iurisdictione, & districtu quolibet dare ipsis Officialibus, & eorum socijs consilium, & iuuamen quando voluerint hæreticum, vel hęreticam capere, vel spoliare, aut inquirere, seu domum, vel locum, aut aditum aliquem intrare pro hæreticis capiendis sub librarum viginti quinque Prouenien. vel imperialium pœna, vel banno: vniuersitas autem Castri, vel Burgi sub pœna, & banno librarum Quinquaginta. Villæ vero vigintiquinque Prouenien. vel imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Pœna prohibentium ne hęretici capiantur.

Quicunque autem hæreticum, vel hæreticam captum, vel captam auferre de manibus capientium, vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, seu prohibere aliquem intrare domum aliquam, vel Curtem, seu locum aliquem ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Pa- D

duæ pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duæ promulgatam per quondam Fredericum olim Romanorum Imperatorem publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur. A

Domus in qua sunt hæretici destruatur.

Et domus illa, à qua prohibiti fuerint, sine spe reædificandi funditus destruatur, nisi forte diœcesano, vel in eius absentia ipsius Vicario vnà cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano quando Inquisitorum, vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit præfatæ domus dominum in hoc casu penitus innocentem, & prorsus inculpabilem extitisse: ac etiam cum non esse credentem, vel receptatorem, aut defensorem, siue fautorem hæreticorum, seu de hæretica labe suspectum.

Bona reperta in domibus hereticorum capientiũ fiunt.

Et bona quæ ibi reperta fuerint fiant capientium vel inquirentium, ac si hæretici fuissent ibidem inuenti: nisi forte prædictis, (vt dictum est) legitime constiterit per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum, quàm Domini domus eiusdem.

Et tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditionem specialem Burgus, vel Castrum componat communi, in cuius districtu est, libras Ducentas, & Villa libras Centum, & Vicinia tam Burgi quàm Castri, & Ciuitatis libras Quinquaginta Prouenien. siue imperialium in pecunia numerata: nisi infra quintum diem ipsos defensores, vel defensorem hæreticorum potestati vel rectori captos duxerint personaliter præsentandos: vel nisi forsan per legitimas probationes diœcesan. vel in eius absentia ipsius vicario, vnà cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano quando Inquisitorum aut Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, plene ac euidenter constiterit, quòd ipsum vel ipsos capere nullatenus potuissent: & eos ad captionem & præsentationem huiusmodi faciendas, sufficientem & congruam adhibuisse solicitudinem & cautelam. B

Hæretici seorsum ab aliis in tuto carcere custodiantur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, seu Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos & hæreticas, qui capti amodo fuerint, custodiri facere sub expensis communis ciuitatis, vel loci cui præsunt per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano si præsens fuerit, & fratribus supradictis, vel Inquisitoribus, seu Inquisitore in aliquo speciali carcere tuto, & securo, in quo ipsi soli teneantur seorsum à latronibus, & bannitis, donec de ipsis fuerit diffinitum.

Pœna assignantium non hæreticos pro hereticis.

Si quando aliqui, vel aliquæ non hæretici pro captis hæreticis ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint prædicti supposititi perpetuo carceri mancipentur, & hæretici nihilominus reddi, & assignari cogantur, & qui hunc dolum fecerint iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis, in perpetuum relegentur. C

Capti hæretici iudicibus ecclesiasticis præsententur.

Teneantur insuper Potestas, Capitaneus, Consules, vel Rector, seu quiuis alij huiusmodi cum bono, & securo comitatu omnes hæreticos quocunq; nomine censeantur, infra dies quindecim postquam capti fuerint, diœcesano vel eius speciali Vicario, seu hæreticorum Inquisitoribus, vel Inquisitori præsentare pro examinatione de ipsis, & eorum hæresi facienda.

Damnatos de hæresi recipiant puniendos.

Damnatos vero de hæresi per diœcesanum vel eius Vicarium, seu Inquisitores, vel Inquisitorem prædictos, Potestas, Capitaneus, vel alij eorum supradicti, vel eius, seu eorum nuntius specialis, eos animaduersione debita puniendos sibi relictos statim recipere teneantur.

Teneantur præterea Potestas, Capitaneus, Consules, aut Rector, vel alij huiusmodi omnes hæreticos quos captos habuerint, cogere citra membri diminutionem, & mortis periculum tanquam vere latrones, & homicidas animarum, & fures sacramentorum Dei, & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hæreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt. D

Domus in qua reperti sunt hæretici destruatur.

Domus autem in qua repertus fuerit hæreticus, vel hæretica, sine vlla spe reædificandi funditus destruatur: nisi Dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri: & si dominus illius domus habuerit cum ea domos alias appendices, cum vna eademque domus interdum diuersis, & cohærentibus mansionibus distinguatur, omnes illæ domus appendices, siue in domo illa siue in eius appendicibus hæreticus, vel hæretica deprehensus fuerit, similiter destruantur: & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, ipsiusque appendicibus (nisi forte legitime per testes fide dignos, & omni exceptione maiores, ipsa bona esse aliarum personarum quàm domini domuum earundem constiterit) publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in huiusmodi officio constituti.

Pœna eius in cuius domo reperti fuerint hæretici.

Et insuper dominus domus illius præter notam infamiæ perpetuæ, quam incurrat, componat communi ciuitatis vel loci quinquaginta libras prouenien. vel imperalium, in pecunia numerata: quam si non soluerit, in perpetuo carcere detrudatur. E

Quæ autem de domorum & appendicium destructione, bonorum publicatione, ac pœnarum impositione facienda, dominis domuum earundem præmissa sunt, volumus obseruari: nisi forte diœcesano, vel in eius absentia ipsius vicario, vnà cum Inquisitoribus, seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorum vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, legitime constiterit præfatarum domorum dominos in hoc casu penitus innocentes, & prorsus inculpabiles extitisse: Ac etiam eos non esse credentes, vel receptatores, aut defensores, siue fautores hæreticorum, seu de hæretica labe suspectos: quos nec in domibus vel appendicibus, nec in bonis eisdem, seu quouis modo puniri volumus: si vt dictum est, apparuerint innocentes.

Burgus autem ille seu castrum, in quo hæretici capti fuerint vel inuenti, componat communi ciui-

A ni ciuitatis, vel loci in cuius districtu est, centum libras, & villa libras quinquaginta, & vicinia tam burgi, quàm castri & ciuitatis libras vigintiquinq; prouenien. vel imperialium, in pecunia numerata nisi infra quintum diem receptatores ipsorum captos præsentauerint potestati, siue cuiuis alij præsidenti eiusdem regimini ciuitatis: nisi forsan per legitimas probationes, diœcesano, vel in eius absentia ipsius vicario, vnà cum Inquisitoribus seu Inquisitore hæreticorum, vel soli ipsi diœcesano, quando Inquisitorum vel Inquisitoris præsentia de facili haberi non poterit, plene ac euidenter constiterit, quòd ipsos capere nullatenus potuissent: & eos ad captionem, & præsentationem huiusmodi faciendas, sufficientem & congruam adhibuisse solicitudinem, & cautelam.

Pœna eorum qui hæreticis auxiliantur.

Quicunque vero deprehensus fuerit dare alicui hæretico consilium vel auxilium seu fauorem, præter aliam pœnam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ei super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. B Quòd si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti. Credentes quoque erroribus hæreticorum, tanquam hæretici puniantur.

Testamenta eorum qui hæretici decesserunt, nullius volumus esse momenti.

Nomina damnatorum de hæresi in 4. libris annotenf.

Teneantur insuper potestas, siue capitaneus, consules, seu rector vel quiuis alius præsidens regimini ciuitatis vel loci, nomina virorum omnium qui de hæresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari: quorum vnum commune ciuitatis vel loci habeat, & aliũ diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores: & ipsorum nomina ter in anno in concione publica solenniter faciat recitari.

Filij damnatorum ad nullũ officium vel beneficium admittantur.

Teneatur quoque potestas seu rector, vel quicunque regimini supradicto præfuerit, filios, & nepotes hæreticotum, & receptatorum, defensorum, & fautorum eorum diligenter inuestigare: eos- C que ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenus admittere in futurum.

Teneatur præterea potestas seu rector, vel quiuis alius huiusmodi regimini præsidens vnum de assessoribus suis,, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores seu inquisitor prædicti auctoritate Sedis Apostolicæ deputati, mittere cum eis, quandocunque voluerint, in iurisdictione ciuitatis vel loci ac eius districtu. Qui assessor secundum quod prædictis Inquisitoribus, seu Inquisitori visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam (si eis videbitur) iurare compellat, quod si quos ibidem hæreticos sciuerint; vel bona eorum, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium vita & moribus dissidentes, vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hæreticorum: eos dictis Inquisitoribus siue Inquisitori studeant indicare.

Magistratus sæculares terram purgent ab hæretica fœditate.

Ipsi autem potestas, consules, siue rector, seu quiuis alij regimini præsidentes, purgare teneantur ab hæretica fœditate ciuitatem vel locum, cui præfuerint, totamque terram vel districtum suæ ditionis, secundum leges per quondam Fredericum, olim Romanorum Imperatorem, tunc in de- D uotione Romanæ Ecclesiæ persistentem Paduæ promulgatas contra hæreticam prauitatem: & earum tenores facere in suis annotari capitularibus, nullis inde temporibus abolendos.

Condemnationum executio intra quot tẽpus fieri debeat.

Teneatur insuper potestas, seu quiuis rector ciuitatis vel loci quocunque vocabulo nuncupetur, in destructione domorum & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis diuidendis, & de quibus superius dicitur, infra viginti dies postquam accusatio siue denuntiatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu: & condemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur. Et eos qui soluere non poterint, banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere. Alioquin pro his omnibus & singulis syndicetur sicut inferius continetur.

Insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcunque diœcesanus, vel eius vicarius, & dicti Inquisitores seu Inquisitor hæreticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

Pœna nullo modo relaxẽtur.

Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neque per con- E cionem, neque per consilium, neque ad vocem populi vllo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Bona hæreticorum qualiter diuidant.

Teneatur insuper potestas, capitaneus, consul, seu quiuis alius rector, omnia bona hæreticorum, & receptatorum eorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata, seu inuenta: & condemnationes pro his exactas: necnon & lignamina, lapides, & tegulas domorum & turrium, quæ occasione hæresis destruentur: & bona tam mobilia, quàm immobilia, quæ eadem occasione confiscabuntur, diuidere tali modo. Vna pars deueniat in commune ciuitatis seu loci. Secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint. Tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diœcesano, & Inquisitoribus vel Inquisitori videbitur reseruanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, & ad hæreticos extirpandos: non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito, vel condendo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Bona hæreticorum confiſcata vendantur, & ꝑ quos.

Teneatur præterea poteſtas, vel rector ciuitatis ſeu loci alterius, vendere bona fide, cum conſilio & aſſenſu Inquiſitorum vel Inquiſitoris, bona quæ confiſcantur occaſione hæreticæ prauitatis, infra tres menſes poſt confiſcationem huiuſmodi: quod ſi non fecerit, præmiſſas pœnas eo ipſo incurrat. Et nihilominus Inquiſitores, vel Inquiſitor libere vendere illa valeat, inquiſito conſilio diœceſan. vel eius Vicarij, ſi præſens non fuerit, & duorum fratrum Prædicatorum & totidem Minorum ordinum, quos prior & guardianus, ſi conuentus ibidem fuerint, eorundem ordinum, ad hoc duxerint eligendos. Et emptores bonorum huiuſmodi illa libere ac licite habeant & poſſideant: & verum ipſorum bonorum dominium, per emptionem huiuſmodi transferatur ad ipſos.

Pœna non ſeruantiū has cōſtitutiones.

Si quis autem de cetero aliquod iſtorum ſtatutorum, ſeu conſtitutionum attentauerit delere, diminuere, vel mutare, ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ ſpeciali: poteſtas, capitaneus, ſeu conſul, vel alius quiuis rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco, teneatur eum tanquam defenſorem hæreticorum publicum & fautorem, ſecundum formam præſcriptam perpetuo publice infamare, atque punire in libris quinquaginta Prouenientium, vel Imperialium in pecunia numerata. Quam ſi exigere non poterit, eum maleficij banno ſupponat: de quo eximi non valeat, niſi ſoluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Qui magiſtratum init præcedentem Poteſtatem ſyndicet.

Teneatur ſane poteſtas, ſiue Capitaneus, Conſul, ſeu quiuis Rector infra duodecim dies ſui regiminis ſyndicare præcedentem proximo Poteſtatem, Capitaneum, Conſulem vel Rectorem, & eius etiam aſſeſſores, per tres viros catholicos & fideles, quos infra tres dies regiminis ſupradicti eligant vnà cum diœceſano Fratres Prædicatores & Minores à ſuis Priore ac Guardiano pariter aſſignati, ſeu Inquiſitores vel Inquiſitor hæreticæ prauitatis de omnibus his, quæ in ſtatutis iſtis, ſeu conſtitutionibus & legibus antedictis contra hæreticos & eorum complices editis continentur: & punire ipſos ſi exceſſerint in omnibus & ſingulis, quæ omiſerint, & cogere reſtituere de propria facultate, non obſtante ſi per aliquam licentiam Conſilij vel alterius cuiuſlibet, à ſyndicatione fuerint abſoluti. Iurabunt autem prædicti tres viri bona fide ſyndicare præfatos de omnibus ſupradictis.

Statuta his cōſtitutionibus aduerſa deleãtur.

Ceterum teneatur Poteſtas, ſiue Capitaneus, conſul, aut quiuis Rector cuiuſlibet ciuitatis vel loci, delere ſeu abradere penitus de ſtatutis & capitularibus Communis, quodcunque ſtatutum conditum vel condendum inueniatur contradicere iſtis conſtitutionibus ſeu ſtatutis & legibus memoratis, ſiue quomodolibet obuiare. Et in principio & in medio ſui regiminis hæc ſtatuta ſeu conſtitutiones & leges ipſos in publica concione ſolemniter facere recitari: & etiam in alijs locis extra ciuitatem ſuam ſeu locum, ſicut diœceſan. ſeu Inquiſitoribus ſiue Inquiſitori videbitur expedire.

Hæc conſtitutiones publicę recitentur. Eædē in 4. libris ſcribant.

Porro hæc omnia ſtatuta ſeu conſtitutiones, & leges præfatæ, & ſi quę aliæ contra hæreticos & eorum complices tempore aliquo auctoritate Sedis Apoſtolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnius debeant tenoris contineri, quorum vnum ſit in ſtatuto communis cuiuſlibet ciuitatis ſeu loci: ſecundum apud diœceſanum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores cum omni ſinceritate ſeruentur, ne poſſint per falſarios in aliquo violari. Datum Peruſij iij. Non Nouemb. Pontificatus noſtri Anno primo.

De cur.
Ger. p.

NICOLAVS IIII.

Pœnæ multæ feruntur in hæreticos & eorum complices, quæ etiam continentur in titulis de hæreticis in Decretalibus & Sexto. Eiuſdem argumenti prorſus extat aliud reſcriptum Gregorij IX. Innocentij IIII. & Alexandri IIII. relat. ab Eymerico in Directorio Inquiſit. par. 2.

Edita anno Domini 1281.

Ex Archiuo Inquiſitionis Bononienſis.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Chriſti fidelibus, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

NOVERIT vniuerſitas veſtra, quòd nos excommunicamus & anathematizamus vniuerſos hæreticos Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Ioſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcunque nominibus cenſeantur, facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipſum. Damnati vero per Eccleſiam ſæculari iudicio relinquantur animaduerſione debita puniendi. clericis prius à ſuis ordinibus degradatis. Si qui autem de prædictis poſtquam fuerint deprehenſi, redire voluerint ad agendam condignam pænitentiam, in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorū erroribus, ſimiliter hæreticos iudicamus. Itē receptatores, defenſores, & fautores hęreticorum excommunicationis ſententię decernimus ſubiacere. Similiter ſtatuentes vt ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annū ex tunc ipſo iure ſit factus infamis; nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniū admittatur. Sit etiam inteſtabilis, nec teſtamēti habeat factionem; nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocunq; negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quòd ſi forte iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem: nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta confecta per ipſum nullius penitus ſint momenti, ſed cum auctore damnato

c. Excōmunicamus 1. de hęreticis.

damnato damnentur. & in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur. Si qui autem tales poſtquam ab Eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, excommunicationis ſententia percellantur, aliàs animaduerſione debita puniendi. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint; anathematis gladio feriantur, & vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur: ita quòd ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, tunc velut hæretici condemnentur. Item proclamationes, aut appellationes huiuſmodi perſonarum minime audiantur. Item iudices, aduocati, & notarij, nulli eorum officium ſuum impendant, alioquin eodē officio perpetuo ſint priuati. Item clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus Eccleſiaſtica Sacramenta: nec eleemoſynas aut oblationes eorum recipiant: ſimiliter hoſpitalarij, aut templarij, aut quilibet regulares, alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto Sedis Apoſtolicæ ſpeciali. Item quicunque tales præſumpſerint Eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ, vſque ad ſatisfactionem idoneam, excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere, nec abſolutionis beneficium mereantur, niſi proprijs manibus publice extumulent, & proijciant huiuſmodi corpora damnatorum. & locus ille perpetuo careat ſepultura. Item firmiter inhibemus, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publice vel priuatim de fide catholica diſputare: qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur. Item ſi quis hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alij quem credat ad prælati ſui & Inquiſitorum hæreticæ prauitatis notitiam peruenire: alioquin excommunicationis ſententia percellatur. Hæretici autem & receptatores, defenſores, & fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem, ad nullum Eccleſiaſticum beneficium ſeu officium admittantur. quod ſi ſecus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim prædictos ex nunc priuamus beneficijs acquiſitis, volentes vt tales & habitis perpetuo careant, & ad alia ſimilia nequaquam in poſterum admittantur. Illorum autem filiorum emancipationem, nullius eſſe momenti volumus: quorum parentes poſt emancipationem huiuſmodi, ad inuium ſuperſtitionis hæreticæ, à via declinaſſe conſtiterit veritatis. Datum apud Vrbem Veterem v. Non. Martij, Pontificatus noſtri Anno quarto.

c. 2. §. hæretici. de hæ. li. 6.

NICOLAVS † PAPA.

Prædicari iubet Euangelium Iudæis in terris Chriſtianorum commorantibus, vt pulſa perfidia, Chriſtianæ religionis veritatem agnoſcant: conuerſi ex Iudaiſmo prælatis & dominis temporalibus debent commendari, & humaniſsime tractari, nec debent moleſtari in perſonis aut rebus: qui conuerti noluerint, ſummo Pontifici ſunt nuntiandi, vt opportunum remedium circa tales adhibeatur.

† Cuius Nicolai ſit hoc elegãs reſcriptū, nondum nobis conſtitit, quia ex Archetypo, cordula vetuſtate corroſa, plumbum appenſum ceciderat: quia tamē non deſunt coniecturæ Nicolai III. eſſe, ideo hic repoſuimus. alij Nicolai IIII. eſſe ſuſpicantur. Ex Archiuo Inquiſition. Bononienſis.

NICOLAVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Priori prouinciali fratrū Prædicarorum ordinis in Lombardia, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

VINEAM Soreth velut electam plantauit dextera Dei patris, & omne ſemen verum ſeminauit in ipſa, Angelica cuſtodia ſepiuit illam, lapides nociuos abiecit ex ea. Hanc de Aegypto in luto & latere, ſub iugo Pharaonis opreſſam in ſignis & prodigijs transferens, dux itineris eius exiſtens, in terram promiſſionis adduxit. Vinea enim Domini exercitium domus Iſrael eſt, viri Iuda delectabile germen eius. Hanc ſic mire tranſlatã, quaſi adhuc rudem campum vomere legali proſcindens, prophetali doctrina ſulcauit, & vt ipſam ad maturam frugem, ideſt, ad regenerationis gratiam præpararet. Sed, proh dolor, peccatorum ſpinis obſita, nullum imbrem gratiæ ſpiritualis excipiens, quæ ſperabatur vt vuas educeret, lambruſcas eduxit; vnde ſperabatur iudicium, proceſſit iniquitas; vnde iuſtitia, inde clamor. Hæc eſt vinea in qua fici arbor, ſcilicet ſynagoga Iudæorum plantata, Euangelica veritate deſcribitur; cuius plantator Chriſtus cœtus Apoſtolicus† cultor exiſtit. Hæc triplici tempore, quaſi tribus annis vt fructum produceret expectata, infructuoſa reperta, cultori ſuccidenda prædicitur. Nam nec tempore circūciſionis ad perfectum deducta eſt, quia circunciſionem animæ non quęrebat: nec ſanctificata per legem, quia per eam tantum carnalia ſequebatur: nec tandem iuſtificata per Euangelij gratiam, quia gratiam recipere noluit: quin potius latorem gratiæ iuſtum, iniuſte peremit, & quodammodo indurationem Pharaonis exedens, omne curantis & curæ refutauit antidotum; adeo vt nec verbis, nec ſignis, nec Sacramentis, quinimmo nec ipſa Chriſti, & Dei corporali præſentia molliretur. Multifarie enim, multiſque modis, olim Deus loquens antiquis ipſius ſynagogæ patribus in prophetis, nouiſſime in fine temporum, locutus eſt ipſi & nobis in filio, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula: ſed omnem eſcam abominata eſt anima eius: & idcirco iuſte iuſto Dei iudicio reprobatam exterminauit eam aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Ablata eſt ſepes eius, proſternata maceries, & in direptionem poſita vt deſerta: nec inuentus eſt in terris amplius locus eius.

† forte, Apoſtolici.

Ad Hebræos c. 1.

Pſal. 106. Iſa. 5. Pſal. 144.

Verum quia miſerationes Dei ſuper omnia ſua opera prædicantur, qui omnes ſaluos fieri, & neminem vult perire, qui ſe ipſum pro nobis & ipſis hoſtiam ſalutis exhibuit Deo patri: qui exaltatus à terra, expanſis in cruce manibus, ad ſe cuncta trahere Euangelica voce prædixit.

1. Tim. 2. Ioan. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nos licet immeriti, vicem eius tenentes in terris, qui etiam Iudaicam perfidiam, à sua misericordia A
non repellit: libenter pro illius populi obcæcatione labores appetimus, vt affectum nostrum diuina prosequente clementia, cognita veritatis luce, quæ Christus est, à suis tenebris eruantur. Porro quia Iudæorum ipsorum, quasi per vniuersum mundum, diuino iudicio, præuisa dispersio ipsos ad recipiendum Sacramenta fidei, ac doctrinam commode in vnum conuenire non patitur, necessitate nos voluntarios vrgente, compellimur per diuersas mundi partes, diuersos seminatores eligere, per quos semen verbi Dei, prout possibile est, spargamus in singulos, quorum salutem vniuersaliter, & singulariter affectamus. Ad te igitur inter alios sub spe diuinæ gratiæ, mentis nostræ oculos conuertentes, cum tui ordinis claritate reluceas, & credaris vbilibet per opera vtilia, & exempla laudabilia fructuosus: & ex data tibi diuinitus gratia scire te confidamus & posse fructus vberes in domo Domini germinare: Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus confidens in illo, cui proprium est spirituales gratias elargiri, tales vmbrarum tenebris obcæcatos, in commissa tibi prouincia, per te, ac alios fratres tui ordinis: quos ad hoc honestate morum, experta scientia, B
probitatis virtutibus, circunspectione prouida, & experientia comprobata idoneos esse cognoueris: & quorum industria atque doctrina diuinis donis à Domino fœcundata intrepide pro catholica fide reluceat, & in sui claritate non titubet, sed tenebrosas mentes radiorum repercussione clarificet, & obstinatas ceruices reprimat peruersorum: Iudæos eosdem in terris & locis, in quibus habitant, generaliter & singulariter conuocanda semel & pluries, ac totiens repetitis instantijs, quotiens proficere posse putaueris, prout melius fieri poterit, prædicationibus, salutaribus monitis, & discretis inductionibus, Euangelicis doctrinis informans ipsos studeas, iuxta datam tibi à Domino gratiam fugatis tenebrarum nubibus, ad viam reducere claritatis: vt renati fonte baptismatis, reluceant in lumine vultus Christi, & exinde chorus angelicus delectetur. Tu quoque, ac alij, quos ad prosecutionem tanti negotij duxeris eligendos, perennis boni præmium, nostramque benedictionem & gratiam, vobis de bono in melius vendicetis. Et vt affectum, quem ad salutem status ipsorum gerit mater Ecclesia percipiant per effectum: tu illos ex eis, quos ad susceptionem sacri baptismatis gra- C
tia diuina perduxerit prælatis, ac dominis locorum, in quibus tales habitare contigerit, ex parte nostra affectuosissime recommendes: vt Deo gratias in recuperata oue deperdita, & filio prodigo redeunti, vitulum exultationis, & gaudij exhibentes, eos charitatiue foueant, fauoribus muniant, benigne pertractent: nec ipsos in personis, aut rebus, per Iudæos, vel alios indebite molestari permittant; quin potius in omnibus fauorabiliter ipsis assistant auxilijs opportunis. Sed si forte (quod absit,) aliqui ex ipsis, in eorum obstinata pertidia perdurantes, & velut aspis surda, suas aures incredulas obturantes, ne tui & illorum, quos ad hæc salutis opera deputabis, vocem audiant: vt de tenebris ad lucem exeant, incantantium sapienter tuas, & per te ad hæc deputandorum fratrum salutares conuocationes, aspernanter effugerent, de istis (si tales inueneris) qui sint, in quibus locis, & sub quorum dominio commorentur, nobis rescribere non omittas: vt circa pertinaces huiusmodi, de salutari eorum remedio, sicut expedire videbimus, cogitemus. Vt autem de præmissis auidis nostris conceptibus, iuxta nostra desideria satisfiat, frequenter nobis intimare studeas, qualiter commissum tibi negotium prosperetur, & qualem fructum seminata semina repromittant. Datum Vi- D
terbij II. Non. Augusti. Pontificatus nostri Anno primo.

Concor. refert tum. Pauli. III. incip. Cupientes. quod habes infra. fol. 109.

HONORIVS IIII.

Iubet vt Parmenſis communitas citata ſiſtat ſe coram Romano Pontifice receptura pœnas debitas; quia impetum vulgus eius ciuitatis fecit in Inquiſitorem hæreticæ prauitatis, ac in monaſterium eiusdem, eo quod hæreticam quandam relapſam curiæ tradiderat ſæculari, vltimo ſupplicio feriendam.

Edita anno Domini 1285.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

HONORIVS Episcopus seruus seruorũ Dei, honorabili fratri Episcopo Parmensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

OLIM, sicut accepimus, dilectus filius frater Florius ordinis Prædicatorum, Inquisitor hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ, à Sede Apostolica deputatus: E
quandam mulierem crimine dictæ prauitatis infectam, quam post abiurationem ipsius criminis, in idem compererat fuisse relapsam, de crimine ipso sententialiter exigente iustitia, legitime condemnauit: quæ subsequenter curiæ sæculari relicta, de mandato potestatis Parmensis, fuit propter hoc incendio deputata. Verum nonnulli, qui in loco incendij prædicti conuenerant, & etiam quamplures alij, ex diuersis prædictæ ciuitatis partibus confluentes, diabolico spiritu concitati, ad locum fratrum dicti ordinis, in ciuitate prædicta morantiũ hostiliter concurrerunt: ac in prædictum locum impetum facientes, valuas Ecclesiæ cõfringere, tecta lapidibus obruere, & officinas loci eiusdem violenter ingredi præsumpserunt: ac libris, vestibus, & rebus alijs eorundem fratrum inique direptis, nonnullos ipsorum verberibus, ac vulneribus affecerunt, quorum vnus post paucas dies, ex illatis sibi vulneribus expirauit. Vnde præfati fratres, his alijsque diuersis iniurijs, damnis, & grauaminibus per eosdem malefactores affecti, non audentes in prædicto loco,

A eo, absque personarum periculo remanere, exinde cedentes malitiæ recesserunt. Cumque tam grauis excessus tamquam notorius, ad venerabilis fratris nostri L. Ostien Episcopi, tunc in partibus illis Apostolicæ sedis legati, notitiam peruenisset, idem Episcopus intellecto, quòd illi per quos tunc prædicta ciuitas regebatur, & commune ipsius ciuitatis, ad correctionem tam enormis & euidentis facinoris, prout expectabat ad eos, procedere negligebant: potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consilium & commune ciuitatis eiusdem, per suas litteras sub certa forma citauit: vt ijdem potestas & capitaneus, vel eorum alter cum certo ambassiatorum numero, & sufficienti syndico ciuitatis præfatæ, coram eodem Episcopo, certis loco & termino personaliter comparerent. Et licet dictus capitaneus, cum quibusdam ambassiatoribus & syndico in præfixo termino ad ipsius legati præsentiam accessisset: quia tamen iuxta formam citationis prædictæ, nullus pro dicto communi sufficiens syndicus comparuit coram eo, etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: Idem episcopus præfatos officiales & commune reputans contumaces, propter hoc in ipsos officiales & consiliarios ciuitatis eiusdem, excommunicationis, & in ciuitatem prædictam interdicti, B
sententias promulgauit. Postmodum vero ambassiatoribus & syndicis dicti communis, fel. rec. Martino Papæ prædecessori nostro humiliter supplicantibus: vt cum officiales & commune ciuitatis ipsius, parati essent super huiusmodi contumacia eiusdem prædecessoris & Apostolicæ sedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de stando iuri, super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis impendere sufficientem, iuratoriam, & fideiussoriam cautionem, præfatas excommunicationis & interdicti sententias facere relaxari: prædecessor ipse volens in hac parte non asperitatem rigoris, sed lenitatem † mansuetudinis obseruare, cautionem eandem nomine potestatis, capitanei, & aliorum prædictorum, ab ambassiatoribus & syndicis præfatis oblatam, & pro parte etiam adimpletam, admisit: tibiq; suis dedit litteris in mandatis, vt receptis à præfato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille Marchis argenti; quod super prædictis omnibus, dicti prædecessoris, & Ecclesiæ Romanæ mandatis & beneplacitis parerent omnino, illis quos eiusdem excommunicationis contigebat sententia, iuxta formam Ecclesiæ, beneficium absolutionis impenderes, si C
illud à te humiliter postularent: ac interdictum huiusmodi sublata difficultate, auctoritate Apostolica relaxares, iniuncto talibus, quod de iure existeret iniungendum: & nihilominus potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consiliarios, & commune præfatos ex parte prædicti prædecessoris peremptorie citare curares, vt infra vnius mensis spatium post citationem tuam, per se vel per syndicos, seu procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instructos, coram prædecessore comparerent prædicto, super excessibus, offensis, & iniurijs huiusmodi ipsius prædecessoris & Apostolicæ Sedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi super his, quod ordo exigeret rationis. tuque mandatum Apostolicum fuisti super hoc, iuxta formam per prædictas litteras tibi traditam executus. Et quamquam potestas, capitaneus, anciani, primicerij, consiliarij & commune præfati, per syndicos infra huiusmodi terminum eis à te præfixum coram prædecessore comparuerint supradicto, nullus tamen in huiusmodi negotio vlterius habitus est processus. Nos igitur in huiusmodi negotio iuxta officij nostri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus potestatem, capitaneum, ancianos, primicerios, consiliarios, & commune præ- D
dictæ ciuitatis, ex parte nostra per te, vel per alium, peremptorie citare procures, vt infra vnius mensis spatium post citationem huiusmodi, per se vel per syndicos, seu procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instructos, nostro se conspectui repræsentent: super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis, nostris & eiusdem sedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi super his, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis & formam, & quidquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum Romæ apud Sanctam Sabinam. Non. Maij Pontificatus nostri Anno primo.

† leuitatem.

HONORIVS PAPA IIII.

Filij hæreticorum, credentium, receptatorum, fautorum, & defensorum, qui ad Ecclesiam reuertuntur, & pro culpa commissa ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recipiunt, quam vel ipsi perfecerunt, vel prosecutioni eius insistunt, vel parati sunt dum viuunt ad recipiendam eandem, non obstante parentum peccato, si E
non sint de hæresi suspecti, & in deuotione ac fidelitate Ecclesiæ persistunt, ad omnia sæcularia officia & beneficia, etiamsi dignitates existant, assumi libere valent: & si litterati sint, ad omnes ordines possunt promoueri.

Edita anno Domini 1286.

Ex Archiuo Conuentus S. Francisci de Assisio

HONORIVS Episcopus seruus seruorũ Dei, Dilecto filio fratri Galgano de Eugubio dinis fratrum Minorum Inquisitori hæreticæ prauitatis in ducatu Spoletan. Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXHIBITA nobis dilecti filij Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerij militis Spoletan. primo continebat, quòd olim significantibus felicis recordationis Alexandro Papa prædecessori nostro Inquisitoribus prauitatis hæreticæ per Italiam deputatis, quòd frequenter à Sede Apostolica committebatur eisdem, vt tam hæreticos credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, quàm ipsorum filios & nepotes priuandi dignitatibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatibus, personatibus, officijs publicis & beneficijs Ecclesiasticis de diœcesanorum, vel eis absentibus Vicariorum suorum consilio haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi postulantibus declarari; præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas duxit litteras respondendum, quòd de filijs & nepotibus illorum hæreticorum credentium & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur: Non autem illorum quos emendatos esse constaret, ac pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerant vel humiliter prosecutioni eius instarent, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum eandem. Verum licet Inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per Sedem Apostolicam deputatus memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quòd cuidam hæretico reuerentiam fecerat, quædam contra fidem proferendo catholicam priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore pœnitentiam perfecerit reuerenter, ac tandem sicut vere catholicus receptis Ecclesiasticis Sacramẽtis viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, & ab Inquisitore præfato etiam absolutus: tamen . . Potestas, Consilium & Commune Spoletan. dictum Archionum eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro sua recusant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quòd idem Philippus sicut præmittitur tanquam vere Catholicus & fidelis Ecclesiæ Roman. decessit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxta premissum eiusdem prædecessoris responsum in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia sæcularia officia & beneficia ecclesiastica & dignitates, ac ad omnes ordines impedimento huiusmodi non obstante potius admittendos. Quia igitur de facto huiusmodi & eius circunstantijs habere poteris notitiam pleniorem: nos gerentes de circunspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate committimus & mandamus, vt si diligenti Inquisitione præmissa prædicta inueneris veritate fulciri, & tibi etiam constiterit, quòd præfati Archionus, & filij non sint de hæretica prauitate suspecti, & in fidelitate, ac deuotione Ecclesiæ supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denunties & declares, quòd propter præmissa vel eorum occasione nihil eis possit obijci vel opponi, quin ad omnia sæcularia officia & beneficia Ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus assumi libere valeant, & hi qui litterati esse noscuntur, ad omnes ordines promoueri, prout secundum Deum & honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem super his inueneris & duxeris faciendum, nobis per tuas patentes litteras harum seriem continentes fideliter studeas intimare.

Cõfert ad cap. statutum. 1. & 2. de hæret. l. 6.

A

B

C

Datum Romæ apud sanctam Sabinam v. Kalen. Decembr. Pontificatus nostri Anno secundo.

M. de Rocca.

CLEMENS PAPA V.

Clemens Papa V. commemoratis breuiter Apostaticis, & horrendis quibusdam Templariorum militum facinoribus, iubet Inquisitoribus, hic expressis, vt Templarios in suis diœcesibus commorantes capi faciant, & bona eorum sequestrent, & terras seu vineas eorum colant, donec causa eorum expediatur, & quidquid fecerint, sibi denuntient.

D

Ex narratione huius rescripti constat non recte sentire eos, qui dicunt, iniuste fuisse Templarios condemnatos. vide Prateolum lib. 18. de sectis hæreticorum, cap. 4.

Edita anno Domini 1308.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Patrimonij Beati Petri in Tuscia Marchiæ Anconitan. & Vallis Spoletan. Romaniolæ, ac Massæ Trabariæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

PASTORALIS præminentiæ solio, disponente Domino, qui cuncta disponit, licet immeriti præsidentes, hoc præcipue feruenter appetimus, hoc votis ardentibus affectamus, vt circa gregis Dominici custodiam submouendo noxia, & agendo profutura, animas Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Sane iam pridem à nonnullis, quorum status humilis leaes faciebat actores, & quibus non erat immerito in tam grandi arduoque negotio, sed in longe minori à maioris status, & auctoritatis hominibus aures dare difficiles perplexe, ac incerto, leuique murmure merito leuitate sui primitus contempnendo, contra Templariorum ordinem & professores ipsius submurmuratum extitit, quòd alienati à ventre, factique degeneres, in nonnullis à sanctæ & catholicæ fidei institutis exorbitabant, & semitis. Sed alta meditatione pensato, quàm longo retro tempore idem ordo in conspectibus hominum, considerantiũ solum quæ extra hominẽ sunt, multę splenduerat nobilitatis gratia & decoris; quanta fideliũ deuotio diu viguerat apud eos, nulla dudũ laborante infamia contra ipsos, quodq; à suæ religionis exordio publice portauerant signũ crucis, corpora exponẽtes, & bona cõtra hostes fidei pro defensione terræ sanctæ Christi sanguine cõsecratæ, huiusmodi submurmurationibus & susurrijs non erant faciliter aures credulæ adhibendæ: Tandẽ perducto ad aures charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Frãcorũ Illustris, q̃ singuli Fratres ciusdẽ ordinis in principio professionis eorũ expressis vobis abnegatur Domi-

E

Templariorũ horrenda facinora.

Templarij in Gallia vna die capiuntur.

Templarij coram Domino Papa facinora hæreticalia sponte cõfitentur.

Templarij in his terris commorantes capi iubentur.

A Dominum IESVM CHRISTVM, & adorant in suis Capitulis idolum, alijsq; se nepharijs immergentes, quę narrando ruborem ingererent, idem Rex ad requisitionem Inquisitoris prauitatis hæreticæ in suo Regno generaliter à Sede Apostolica deputati, de Prælatorum, Baronum, & aliorum sapientum deliberatione solemni, Magistrum Maiorẽ, & alias singulares personas dicti ordinis, qui tunc erant in eius Regno, vna die excussa, & excogitata diligentia capi fecit, Ecclesiæ iudicio præsentandas, eorum bonis mobilibus, & immobilibus diligenti custodiæ assignatis, si dictus ordo conuictus legitime dampnaretur, in terræ sanctæ subsidium deputandis: Alioquin fideliter pro ipso ordine conseruandis. Deinde prefatus Magister præsentibus Maioribus personis ecclesiasticis Parisius, Magistris in Theologia, & alijs, corruptionem erroris abnegationis Christi in fratrum professionibus, contra primam institutionem ordinis, instigante Satana introductam, palam, & spontanee est confessus: quam plurimi etiam Præceptores maiores, & Fratres dicti ordinis ex diuersis Regni Franciæ partibus, & aliqui etiam aliunde dicta scelera sunt confessi, veram tamen & non simulatam se de cõmissis habere pœnitentiam asserentes, prout hæc nos per litteras dicti Regis accepimus, & ad nos fama publica deferente peruenit: Nos insuper nonnullos Fratres eiusdem ordinis magnæ generositatis, & auctoritatis viros, super prauitate iam dicta personaliter examinare curauimus, qui dictum facinus abnegationis IESV CHRISTI in ingressu dicti ordinis à se ipsis commissum sponte confessi sunt plenarie coram nobis: & adiecit vnus ex eis, vidisse se quendam nobilem in præsentia Ducentorum dicti ordinis Fratrum, aut plurium, ex quibus centum, vel circa milites erant, vltra Mare videlicet in Regno Cypri per eundem Magistrum in Capitulo suo in Fratrem Templi receptũ, eodem Magistro iubente, prædictum in sua receptione hæreticum facinus commisisse. Licet autem si in aglo dicti ordinis, qui putabatur esse virtutum, diabolica (sicut fertur) pullulauerint semina, grauí nostra viscera commotione turbentur, tamen si præmissa veritate nitantur, decet & expedit, vt à vinea Domini Sabaoth pestiferi palmites extirpentur, & anathema quodlibet à domo Domini expurgetur. Ad hæc itaque inuestiganda, vt lucide pateat si præmissa compleuerint opere, intendimus diligenter incumbere, & quantum fuerit ex alto permissum, efficaciter, omni sublata tarditate, & negligentia vigilare. Ceterum quia increbrescente rumore, & insinuatione multorum accepimus, prætactorum infamiam criminum suscipere quasi continue incrementa, & ob hoc vrgente conscientia nolumus, nec possumus, nec debemus, quin super his officij nostri debitum exequamur: Vobis omnibus, & singulis per Apostolica scripta mandamus, quatenus quàmcitius post receptionẽ præsentium commode poteritis, præmissis debita meditatione pensatis, sic prudenter & caute atque secrete studeatis omni diligentia adhibita ordinare, quòd omnes, & singulos Templarios Prouinciarum Patrimonij Beati Petri in Thuscia, Marchiæ Anconitañ. Vallis Spoletañ. Romaniolæ, ac Massæ Trabariæ, & alios qui reperientur in ipsis, capi faciatis, eorumque bona mobilia, & immobilia, quæ ad vos peruenerint, per bonas personas, omni (maxime quò ad bona ipsa) suspicione carentes, meliori modo quo fieri poterit, donec vobis mandauerimus aliud, nostro & Sedis Apostolicæ nomine, in locis tutis, & sub fida custodia, confectis exinde publicis inuentarijs, custodiri ac etiam detineri. Prouisuri attentius, quòd terræ, ac vineæ Templariorum ipsorum, quæ ad manus vestras peruenerint, de bonis Templariorum ipsorum mobilibus ad vos peruenientibus, & de bonorum ipsorum fructibus, more solito excolantur, vt eadem bona ipsis si innocentes extiterint, alioquin pro terra sancta integre conseruentur: habituri vos taliter super his, quòd exinde præter humanæ laudis præconium, apud Deum, cuius in hac parte negotium agitur, gratiæ vobis proueniat incrementum: & nihilominus ex hoc nostram, & Apostolicæ Sedis gratiam plenius promereri possitis. Quicquid autem super præmissis feceritis, & executioni mandaueritis, nobis quàm celerius ordinatis, quæ vobis iniunguntur, poteritis per vestras litteras intimare curetis. Datum Pictauis, x. kalen. Decemb. Pontificatus nostri Anno tertio.

B

C

D

IOANNES PAPA XXII.

Argumentum in Extrauagantem sequentem.

E Refert Nicolaus Eymericus in Directorio Inquisitorum par. 2. quæst. 16. quòd postquam Ioannes xxij. condemnauit hæreses de proprio & communi, quas Fraticelli, seu Begardi pertinaciter defendebant, editis aduersus eos duabus extrauagantibus, quarum initia sunt, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam, quæ leguntur hodie inter eius extrauagantes tit. de verborum significat. protinus multi fratres Minores in partibus Thusciæ, & insula Siciliæ non obtemperantes prædictis extrauagantibus à vero ordine B. Francisci recesserunt ac sibi in Ministrum Generalem elegerunt Henricum de Ceua, quem ille de Senis appellat, & propriam sectam condiderunt, ad quam damnandam deinceps idem Dominus Ioannes Papa xxij. hanc decretalem incipientem, Gloriosam Ecclesiam. edidit. Verum cum ego paulo diligentius seriem temporum inspexissem, deprehendi rem aliter se habere, quia duæ illæ extrauagantes, Cum inter nonnullos. &, Quia quorundam. aliquot annis post hanc fuerunt editæ: nam extrauagans, Cum inter nonnullos. edita est Pontificatus Domini Ioannis xxij. (vt vulgati codices habent) anno septimo, nempe Anno Domini 1325. 1323. extrauagans vero: Quia quorundam. Pontificatus sui Anno nono, videlicet anno Domini 1325. hæc vero extrauagans facta est Anno eius secundo, scilicet Anno Domini 1318. quam ob rem non fuit postea

Universidad de Deusto
Biblioteca

stea edita, vt noster Eymericus vir alioquin doctissimus scripsit. Sed non est mirandum: nam in chronologijs, & serie temporum facillime erratur. A

Reseruata se mihi videtur habuisse, vt ex initio etiam huius rescripti non obscure colligitur; tempore Nicolai iiij. ad Annos Domini 1290. diaboli astutia contra ipsos fratres Minores nitens seminare zizania, æmulatores agitatos inuidia & iracundia, & indiscreta inscitia concitauit, mordentes Fratres eorum regulam quasi illicitam, inobseruabilem, & discriminosam, caninis latratibus lacerantes. ita docet idem Nicolaus iiij. in cap. Exijt qui seminat. tit. de verborum signifi. l.b.6. (quod cap. in vulgatis codicibus male tribuitur Nicolao ij. nam, vt hinc colligitur, Nicolai iiij. est) & propterea idem Nicolaus in prædicto cap. Exijt qui seminat. regulam B. Francisci explicans à maleuolorum iniurijs conatus est tueri; ceterum, vt in principio huius extrauagantis, §. Quorum vipereos. docet Dominus Papa Ioannes xxij. iniquorum nouitates compressæ fuerunt per Nicolaum, sed non penitus extinctæ, & sublatæ. inde vero paucis annis interpositis tempore Clementis V. circa annos Domini 1310. ijdem illi maleuoli, qui tantisper quieuerant, aduersus eandem sanctam regulam, & religionem B. Francisci acrius insurgentes, diuersas proposuere querelas, vt hic etiam indicat Dominus Ioânes paulopost principium §. Sed horum. At Clemens v. horum iniquas voces patienter tolerans eorum difficultates contra regulam prædictam explicuit, & denuo regulam approbauit, vt docet hic dominus Ioannes, & constat apertissime ex Clement. Exiui de paradiso. tit. de verborum signifi. Attamen cum nullo modo contradictores huiusmodi vellent obtemperare, se à vera regula, & ordine B. Francisci separantes, nouum ordinem instituere nituntur in partibus Italiæ, Siciliæ & alibi, asserentes se veram regulam B. Francisci seruare, ac se Fraticellos, seu fratres de paupere vita, ac Bizochos, siue Beguinos nominarunt. Quorum statum, & ordinem idem dominus Ioannes xxij. per Decretalem incipien. Sancta Romana, quæ habetur inter eius extrauagantes titu. de religiosis domibus, condemnauit, die 30. Decembris, Pontificatus sui anno secundo, qui incidit in annum Salutis MCCCXVIII. inde vero paucis post diebus idest, die 23. Ianuarij Pontificatus anno secundo, qui incidit in initium anni Salutis MCCCXIX. contra eosdem, & Michaelem de Ceua, quem sibi constituerant Ministrum Generalem, præsentem edidit constitutionem. Atque ex his, quæ mihi solida veritate niti videntur, intelligetur huius extrauagantis argumentum.

Fraticelli autem multos alios errores præter eos qui hoc loco referuntur, profitebantur, quos longâ serie commemorat Eymericus in Directorio Inquisitorum parte 2. q.15. vbi vide quæ diximus. Iam ex his quæ traduntur in hac extrauaganti intelligis uera esse, quæ tradit Eymericus in Directorio parte 2. q.15. 16. & 17. ubi multa quoque scripsimus huc spectantia. C

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs electis, ad quos litteræ istæ peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini 1318.

GLORIOSAM Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, quam Christus dilexit, pro qua semetipsum tradidit, vt ipsam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, Dauid Propheta cunctis prælatam gentibus, spiritu reuelante cognouit, & splendorem tantæ dignitatis admirans, illum sub similitudine regalis fastigij demonstrauit, dicens: Astitit Regina ad dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. nimirum ipsa Christi sponsa virgo mater Ecclesia, quia inclyto capiti suo Domino Iesu Christo inuiolabilis fidei glutino copulatur, & eius imperio prona obeditione substernitur, cum illo vnum effecta tam incomparabilis vnionis, merito rebus omnibus more regio principatur. Quæ dum pia, ac deuota religione terrena despicit, cælestia petit, omne sinistrum præmens, à dextris sponsi glorioſa consistit: & quia geminæ caritatis splendore omni ex parte rutilat, in vestitu aureo etiam, angelicis spiritibus admiranda coruscat. Cuius inæstimabilis decor, quia vario viuendi genere in vna tamen caritate perficitur, quasi de vestis pulcherrimæ varietate lætatur.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.

Pau. ad Ephe. cap. 5. Psal. 44.

In hoc igitur vestimento tam mirabili varietate distincto, Minorum fratrum sacer ordo, ab ipso suæ fundationis exordio, Almi Confessoris B. Francisci regulari traditione, & Apostolicæ sedis auctoritate atque confirmatione indissolubili quadam textura connexus, fide clarus, spe validus, caritate profusus, humilitate placidus, obeditioni deuotus velut singulare iubar sanctitatis, exemplo ac doctrinæ verbo per vniuersum orbem claruit, & ecclesiastico decori multum vtilitatis, & plurimum inclytæ alacritatis inuexit.

Inclytus Beati Francisci ordo in vniuerso orbe clarus.

Verum quia humani generis inimicus, vbi virtutum segetes vberius videt exurgere, ibi scandalorum vepres, & dissidiorum zizania satagit cumulatius seminare, nonnulli huius sacræ Religionis solo nomine professores, dum altiora se petunt, dum præposteris, & perturbatis gradibus citius ruituri, in magnis & mirabilibus supra se ambulare conantur, illius delusi fallacijs, qui se vt alios decipiat, in lucis angelum transfigurat: sibimetipsis ruinam, infirmioribus scandalum, solidioribus vero probationem, & meritum pepererunt; pro viribus satagentes tam præclari ordinis vnitatem scindere, obnubilare famam, perturbare quietem. B

Iniqui, sacrum B Francisci ordinem nituntur euertere. 2. Cor. c. 11.

Dudum siquidem huiusmodi superstitiosi, & discoli homines, in Prouincia Prouinciæ, aduersus communitatem præfati ordinis insurgentes, & se solos suosque Complices de obseruantia regulæ Beati Francisci mira vanitate iactantes, reliquam ordinis multitudinem, de transgressione regulæ, perperam iudicando notabant. Nonnullos profanæ multitudinis, verbis mendacibus, & mentitæ sanctitatis obtentu, in sui erroris deuium adducentes.

Quo-

A Quorum vipereos partus in ipso sui exortu fœlicis recordationis Nicolaus Papa IV. prædecessor noster, ne in multorum perniciem alerentur, ad veritatis petram elidere cupiens, Generali Ministro, qui tunc temporis memorato ordini præsidebat, districte præcipiendo mandauit, vt huiusmodi præsumptores, disciplina debita coherceret, prout in litteris ipsius prædecessoris nostri plenius continetur. Nicolai iiij. eõ missio de coercendis aduersarijs regulæ B. Francisci.

Sed horum pestilentissimas nouitates, hoc remedio compressas fuisse potius quàm extinctas rediuiuus error enuntiat, & tristis experientia manifestat. Nuper enim nonnulli factionis superstites memoratæ, adiunctis sibi quampluribus de dicta Prouincia Prouinciæ, & Prouincia Thusciæ, & alijs diuersarum fratribus nationum, coram piæ memoriæ Clemente Papa V. prædecessore nostro, diuersas regulę quęstiones, diuersasq; contra vniuersitatem dicti ordinis proposuere querelas, & quasi ipsi soli ipsorumq; Complices, B. Francisci regulam, & perspicacius intelligerent, & efficacius adimplerent, notam actionis contrariæ, in vniuersitatem præfati ordinis impie detorquebant. Vanæ querelæ iniquorum cõtra ordinẽ B. Francisci.

B Qui Clemens prædecessor huiusmodi homines benignitate magis quàm seueritate satagens emendare, illorum pestiferos conatus patientiæ virtute tolerans, prædictas quæstiones atq; querelas pluribus Archiepiscopis, Episcopis, & Sacræ Theologiæ professoribus, & alijs iuris scientia præditis discretione dotatis examinandas commisit, & ad suam audientiam perferendas. Quibus diligenter, & cum multa maturitate peractis, sæpe nominatus Clemens prædecessor, de veritate certior factus, præfatam religionem sanctam, & (vt eius vtamur sermonibus) muris obseruantiæ regularis firmiter vndiq; asseruit circumclusam, & quædam quæ circa regulam dubium sensum afferre poterant, declarauit: districte præcipiendo mandans, vt dicti fratres qui contra præfatam communitatem ordinis huiusmodi quæstiones mouerant, & querelas, ad Conuentus vnde discesserant, reuerterentur, & suis superioribus obedirent humiliter, & deuote, harum quæstionum, & querelarum prætextu, ad Romanam curiam de cetero minime reuersuri. Vide Clemen. exiui de paradiso. de verb. signifie. B. Francisci religio sancta, & muris obseruãtiæ regularis circumclusa.

Et vt ipsius salubris ordinatio ad optatum duceretur effectum, venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Ianuen. & Lucan. ac Bononien. Episcopis per suas litteras demandauit, vt ipsi, vel alter eorum per se seu alium, vel alios, fratres illos de Prouincia Thusciæ, qui occasione præfatę discentionis, & adhærentiæ, ad illicita laxatis habenis, quædam loca dicti ordinis in Prouincia Thusciæ constituta occupauerant, & occupata, temeritate dampnabili detinebant, suis aliàs obedire superioribus aspernantes, compellerent, vt eisdem locis, per eos occupatis, omnino dimissis, ad suorum superiorum obedientiam, qualibet exceptione, & occasione postpositis reuerterentur, moraturi vbicunque, & sicut ijdem superiores ducerent disponendum. Inobedientes ad suos superiores redire compelluntur. C

Quarum litterarum auctoritate dilectus filius Bernardus Prior Ecclesiæ sancti Fidelis iuxta Senas, cui præfatus Bononien. Episcopus super hoc commiserat vices suas, in ipsos fratres dicti mandati contemptores, eorum exigente contumacia, excommunicationis sententiam promulgauit, & eos fecit excommunicatos publice nuntiari. Bernard. Prior S. Fidelis.

Qui ecclesiastica vincula non verentes, non absque temeritatis audacia, apostasiæ nota, mentisq; vesania, contra Apostolica mandata, & dicti ordinis instituta, se ad partes Insulæ Siciliæ transtulerunt, & inibi ab obedientia, & vnitate dicti ordinis, & prælatorum eius se totaliter separantes, quasi memorati ordinis B. Francisci stabilem firmamq; compaginem rescindere stolida præsumptione valerent, nouj ordinis, immo abominabilis horroris cassis conatibus, moliti sunt ponere fundamenta, tam detestabili turbæ præficientes magis idolum, quàm prælatum, Henricum de Ceua dicti ordinis refugam, & apostatam fugitiuum. Fraticelli à vera B. Francisci religione discedentes, nouum ordinem cõstituere moliuntur. Héricus de Ceua apostata ẽ prælatus eligitur à Fraticellis. D

Et vt tam fœdo capiti membra cetera responderent, Prouinciales Ministros, Custodes præterea, & Guardianos eligere temeritate simili præsumpserunt, plurimos ad ipsorum sectam recipere, Prædicatores & Confessores assumere, eosdemque ad huiusmodi confessionis, & prædicationis officium transmittere, loca etiam à locis fratrum ipsius ordinis semota, ad habitandum de nouo construere, seu constructa recipere, contra Roman. instituta Pontificum, in animarum suarum periculum aliorumque perniciem attemptantes.

Et vt ipsorum error veritas, & impietas religio putaretur, temeritate propria quosdã habitus cum paruis caputijs, curtos, strictos, inusitatos, & squalidos simulationis conscios, irrisionis amicos, ac dissidij non ignaros, discrepantes à communitate ordinis supradicti, assumere, & in simplicium cordibus, vt eosdem secum in deuium erroris adducerent seminare, dictos habitus fore secundum regulam Beat Francisci, & in ipsis solum pseudo fratribus ordinem consisteret, famamque aliorum fratrum præfatæ communitatis, diuersis conuitijs lacerare, procaci impudentique versutia præsumpserunt. Quales habitus Frati cellorum seu Béguinorũ E

Verum quia sic sunt casus mentis, vt primo quidem infelix animus per superbiam intumescat, & exinde in contentionem, de contentione in scisma, de scismate in hæresim, de hæresi in blasphemias infelici gradatione, immo præcipiti ruina descendat, prædicti temeritatis atque impietatis filij, vt habet fide digna relatio, ad eam sunt mentis inopiam deuoluti, quòd aduersus præclarissimam, & saluberrimam Christianæ fidei veritatem impie sentiunt, sacramenta Ecclesiæ veneranda contemnunt, & in gloriosum Ecclesiæ Roman. primatum, cunctis nationibus percellendum ab ipso conterendi citius impetu, cæci furoris impingunt.

Et ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ne aliquid prædictarum blasphemiarum tolerabile videatur, aut dubium, de plurimis eorum erroribus aliquos non latere, & perinde nocere valeant, præsentibus duximus annotandos. A

Eymer. in Directo. p. 2. q. 16.

Primus error Fraticellorum duas fingit ecclesias.

Primus itaque error, qui de istorum officina tenebrosa prorumpit, duas fingit Ecclesias, vnam carnalem, diuitijs pressam effluentem diuitijs, sceleribus maculatam, cui Romanum præsulem, aliosq; inferiores prælatos dominari asserunt. Aliam spiritualem frugalitate mundam, virtute decoram, paupertate succintam: In qua ipsi soli eorumq; complices continentur, cui etiam ipsi spiritualis vitæ merito, si qua fides est adhibenda mendaciis principantur.

Quæ impietas sic istis sceleratis est propria, vt à nulla hæresi possit esse seiuncta: Quippe omnes impij dum praue in fide sentiunt, dum ab vnitate Ecclesiæ atque obedientiæ per contumaciam separantur, vniuersitatem fidelium carni, se ipsos vero spiritui seruire friuolis assertionibus mentiuntur: quorum dementiæ nihil adijci posse, illi manifestè cognoscũt, qui sicut vnicum Christum prædicant, sic vnam Ecclesiam profitentur, Doctore gentium attestante, qui ait: Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus eius.

Refellitur primus error.

Ephes. 1.

c. firmiter. §. vna vero. de sum. Trinit. & fide cath.

Vna est igitur sancta vniuersalis Apostolica, atque Romana Ecclesia, quæ non humana præsumptione, seu potestate nititur, sed diuina, & prorsus incommutabili auctoritate fundatur, cuius egregium primatum, si quis impie docendo negat, non solum criminosus, aut scismaticus esse conuincitur, sed hæreticus impietatis suæ merito, diuina etiam atque humana ratione, & auctoritate censetur. Quia peccatum paganitatis incurrit, quisquis dum se Christianum asserit, Sedi Apostolicæ obedire contempnit, cui inter cetera dona hoc priuata largitione concessum est, vt saluberrima fides, quam beatus Petrus cælesti Patre reuelante cognouuit, & immensa potestas, quam ei in eodem Apostolorum Principe Christus indulsit, sic per legitimam Romanorum Pontificum successionem illibata decurrat, vt illam vsque ad finem sæculi, nec perfidia maculet, nec adulterini pastoris Pontificium interrumpat. Quam velut validissimam nauem diuinæ gubernationis præsidio communitam, nec variarum opinionum, atque hæresum turbines, à suæ vnitatis compage diuellunt, nec tyrannicæ potestatis incursus, ad ima deprimit, quin potius, & illos auctoritate atq; veritate superans, & istos patientiæ virtute supplantans, inter blanditias terrenæ felicitatis, & asperitates sæculi felici nauigatione media graditur, donec ad portum futuræ beatitudinis duce domino veniatur. B C

Matth. c. 16. Irenæus lib. 3. ca. 3. aduersus hæreses.

Genes. c. 7. Matth. c. 3. Matth. c. 13.

In qua velut in Arca animalia munda atque immunda seruantur: sicut in Area frumenta paleis permiscentur: quemadmodum in sagena boni pisces, & mali coeunt: vt in agro zizania, & triticum simili germinatione succrescunt, nec tamen ipsam membrorum infirmantium immunditia polluit, extollit leuitas, corrumpit nequitia, insolentia scindit, sed manens integra atque perfecta, adoptionis filios fide generat, verbo nutrit, auctoritate defendit, pœnitentia purgat, patientiæ virtute supportat, nec illam diuitiarum cumulus suffocat, quia illis tanquam creatura Dei bona cum gratiarum actione bene vtitur, & aurum habet, non vt in illo finem constituat, sed vt necessitatem patientibus misericorditer largiendo succurrat. Extra quam salus esse non potest, quia natura non patitur, ratio non finit, & diuina prouidentia non permittit, vt membrum, quod à totius corporis vnitate seiungitur, virtute eque à vertice in corpus influit, aliqualiter vegetetur.

Ecclesiæ beneficia erga fideles.

Extrauagan. vnam sanctam. tit. de maio. & obedient.

Quo fit vt apud istos vaniloquos, nec sancta paupertas, nec castitas munda, nec virtus possit esse perfecta: quia consequens est, vt omni virtute, omni bonitate priuentur, qui Deum virtutum, cuius est totum quod est optimum, per inobedientiam derelinquunt. D

Secundus error auctoritate aufert sacerdotibus.

Secundus error, quo prædictorum insolentium conscientia maculatur, Venerabiles Ecclesiæ sacerdotes, aliosque ministros, sic iurisdictionis, & ordinis clamitat auctoritate desertos, vt nec sententias ferre, nec sacramenta conficere, nec subiectum populum instruere valeant, vel docere: Illos fingentes omni ecclesiastica potestate priuatos, quos à sua perfidia viderint alienos: quia apud ipsos solos (vt ipsi somniant) sicut spiritualis vitæ sanctitas, sic auctoritas perseuerat. In qua re Donatistarum sequuntur errorem: Qui olim facto scismate ab vnitate Ecclesiæ recedentes, ita in sua secta Dei gratiam dixerunt esse coactam, vt nullus eam recipere esset idoneus, qui non foret ipsorum scelere maculatus.

Donatistarum error, de quo B. Aug. to. 6 in lib. de hæresib. hæresi. 69.

Quorum impietatem zelus fidelium illo in tempore sic extorruit, sic pia persecutione compressit, vt homines tam pestilenti contagione respersos, & censura ecclesiastica anathematis mucrone ferirent, & legum publicarum sanctio extremo iudicio prædampnaret. Quia dignum erat, & æquum, vt contra illos vtriusq; gladij potestas exurgeret, qui auctoritatem ecclesiasticam à solo Deo traditam, & in perpetuum duraturam, profanis assertionibus abnegarent. E

Romani Pontificis certa auctoritas, & potestas. Eph. c. 1.

Manet igitur etiam istis reclamantibus, & vsq; ad finem sæculi permanebit apud Romanum præsulem, sicut summa auctoritas sic immensa potestas, quam sicut gratis accepit, sic in eos, quos in partem solicitudinis euocat, in vnitate fidei, & Romanæ Sedis obedientia permanentes benigne refundit, tam fortiter atque suauiter moderamina indultæ potestatis exercens, vt in corpore Christi, quod est Ecclesia, à summo vertice vsque ad extrema vestigia, nihil per inobedientiam dissolutum, nihil relinquat ordinis confusione turbatum. Cuius suauissimum, sed validissimum iugum impij quia humiliter gestare refugiunt; quod rebus non possunt lacessere, maledictis atque conuitijs non desistunt.

Tertius istorum error in Valdensium errore coniurat, quoniam, & ij, & illi in nullum euentum asserunt

asserunt fore iurandum, dogmatizantes mortalis criminis contagione pollui, & pœna teneri, quos contigerit iuramenti religione constringi. Quorum blasphemias pietas Christiana condemnans nõ leuitate mota, sed vtilitate, aut necessitate coacta, veritatem præteritorum, atque præsentium, & certitudinem futurorum, iusiurandi religione confirmat, certissime tenens, quia nullatenus de suo genere potest esse peccatum, quod Christus exercuit, qui peccatum non fecit, sed peccatum omne sua passione dampnauit: iurauit etenim Dominus, iurauit & Apostolus Paulus: suæ operationis exemplo monstrantes ad hoc tantum iuramentum esse prohibitum, ne iurandi facultas, frequentiam, frequentia consuetudinem, consuetudo periurium introducat. Bonum est ergo iuramentum per quod veritas rerum diuino testimonio confirmatur, sed malum est illi qui eo male vtitur, & à malo infirmitatis humanæ est, vt aliquis verum proferens iurare cogatur. A

Tertius error nullo modo iurandũ asserit. Refellitur tertius error.

Hiere. c 44.

B. Tho. 2. 2. q. 89. art. 2.

Quarta huiusmodi impiorum blasphemia de prædictorũ Valdensium venenato fonte prorũpens, sacerdotes rite etiam, & legitime secundum formam Ecclesiæ ordinatos, quibuslibet tamen criminibus pressos, non posse conficere, vel conferre ecclesiastica sacramenta confingit.

Quartus error sacerdotibus peccatorib. aufert potestatẽ consecrandi. Cap. si iustus. 1. q. 1.

Quorum vtrorumque dementiam ecclesiasticæ veritatis doctrina redarguit, & censura percellit, quoniam nil à bono maius, nil à malo minus perficitur sacerdote, quia sacramentorum virtus non in merito consecrantis, sed in virtute sancti Spiritus, & verbo perficitur Creatoris. B

Quintus error quòd Euangelium ſ ipſis ſolis ſit completum.

Quintus error sic istorum hominum mentes obcæcat, vt Euangelium Christi in se solos hoc in tempore asserant esse completum, quod hactenus, vt ipsi somniant obtectum fuerat, immo prorsus extinctum.

S. Aug. in lib. de hæresibus, hæresi. 46.

Quæ impietas sic tenebrosos Manichęorum calles oberrat, vt tamen Montani atque Priscillæ fœda vestigia non relinquat: illi enim promissionem Domini de Spiritu sancto non in Apostolis, sed in se ipsis completam esse asserunt: Isti Euangelium Christi, cuius virtus in sancti Spiritus perceptione consistit, ita in se completum autumant, vt ab illius claro intellectu, & vera obseruatione, vniuersitatem fidelium mentiendo secludant.

Act. c. 2.

Sancta vero ac vniuersalis Ecclesia talium hominum figmenta deridens firmissime tenet, & nullatenus dubitat, Spiritum sanctum iuxta fidele Saluatoris promissum in beatos Apostolos die Pentecostes sic plenissime fuisse refusum, vt illos omnem veritatem, quæ ad salutem pertinet, perfecte doceret, vt ipsos ad amorem Dei mirabiliter inflammaret, vt eosdem contra omnem temptationem munere virtutis firmitate muniret. C

Cuius Spiritus virtus ita sanctam Ecclesiam vsq; ad finem sæculi noua semper prole fœcundat, vt renatis fonte baptismatis vna sit fides mentium, & pietas actionum; quod profecto non esset, si sanctum Euangelium, in quo Christianæ fidei regula continetur, omnibus esset clausum, & istis solummodo (quod cogitare impijssimum est) esset apertum.

Plures aliæ blasphemiæ, & errores Fraticellorum.

Multa sunt alia, quæ isti præsumptuosi homines contra coniugij venerabile sacramentum garrire dicuntur: Multa quæ de cursu temporum, & fine sæculi somniant. Multa quæ de Antechristi aduentu, quem iamiam instare asserunt flebili vanitate diuulgant. Quæ omnia, quia partim hæretica, partim insana, partim fabulosa cognoscimus, dampnanda potius cum suis auctoribus, quàm stilo prosequenda, aut refellenda censemus: Ipsa enim mendosa commenta seipsa destruunt, quia nec ratione vigent, nec auctoritate constant, nec aliqua verisimilitudine fulciuntur. In huiusmodi doctrinis varijs, & peregrinis sæpe nominati homines studia sua conterunt; Ad hæc simplicium corda blandis fictisque sermonibus, & simulatæ humilitatis prætextu attrahere moliuntur. Cupientes igitur quòd dicti pestiferi homines, aut in melius commutato consilio à suis peruersitatibus resilirent, aut saltem alios perniciosis sermonibus, & suæ prauitatis exemplo contaminare non possent, charissimum in Christo filium nostrum Fredericum Regem Trinacriæ Illustrem hactenus rogauimus, & monuimus per Apostolica scripta mandantes, vt huiusmodi viros pestiferos, & seminatores errorum de prædicta insula expelleret, & penitus extirparet, & Ministris, Custodibus, seu Guardianis dicti ordinis Minorum, cum ab eis super hoc requireretur, faciendo etiam si expediret sæpedictos pseudofratres capi, & eorum superioribus tradi captiuos, iuxta disciplinam ordinis corrigendos, studeret impendere fauorem, consilium & auxilium opportunum. D

Præceptum ſactum Frederico Regi de pſequendis pſeudo fratrib. B. Franciſci, ſiue Fraticellis.

Regis obedientia.

Ipse vero tanquam obedientiæ filius per suas patentes litteras nostrarum litterarum seriem continentes, singulis officialibus suis, per dictam Insulam constitutis præcipiendo mandauit, vt ad capiendos huiusmodi falsos fratres Rectoribus dicti ordinis, vt prædictæ nostræ litteræ continebant, darent consilium, auxilium, & fauorem, quodq; ipsa mandata in nostris contenta litteris, studerent executioni in omnibus demandare. E

Pſeudofratres ordinis B. Frãciſci nolũt Eccleſiæ mandatis obedire.

Quæ præsentientes pestiferi memorati cum ad sinum piæ matris redire saltem ecclesiastica disciplina coacti humiliter debuissent, salubrem coertionem, & felicem necessitatem, quæ ad meliora compellit, fugæ præsidio declinarunt: Nonnullis eorum in locis abditis, & latebrosis dictæ insulæ derelictis, qui suis fautoribus sub quorum defensione consistunt, pro mercede iniqui fauoris, peruersi dogmatis venena rependunt: Alij vero per loca infidelium discurrentes, mare & aridam circuire feruntur, vt vnum saltem faciant proselitum simul cum illis gehennæ ignibus applicandum: ij sunt quos Doctor gentium caute vitandos admonuit, dicens: Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ: & non tenens caput,

Ad Coloſ. c. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei. Hi sunt diffidentiæ filij, Nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur, sidera errantia, quibus procella tenebrarum reseruata est: qui iuxta Psalmistæ vaticinium: Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, errauerunt ab vtero; à veritate scilicet Sanctæ matris Ecclesiæ recedendo, locuti sunt falsa, vanos & varios errorum tribulos per diuersas regiones præsumptione dampnabili seminando. Psal. 81. & 57.

Commonentur fideles vt prælatos iniquos persequantur.

Quamobrem zelus fidei, feruor compassionis animarum, excitare debent corda omnium, qui Christi nomine gloriantur, & ipsius Sanctæ Romanæ, ac vniuersalis Ecclesiæ finibus continentur, vt contra istorum insaniam quasi contra publicam pestem valenter exurgant, nec eos in locis vbi Christianæ religionis viget auctoritas, patiantur pacifice viuere, quos aduersus matrem & dominam suã, sanctam scilicet Romanam Ecclesiam rebellionis suæ calcibus, & errorum blasphemijs conspiciunt insanire. Fruſtra enim vtantur nomine Christiano qui talibus impietatibus non resistunt, & consequens vt possint hæc credere qui possunt talia patienter audire.

Tantas igitur & tam graues insolentias, errores pestiferos, detestabiles blasphemias in creatoris iniuriam, populi Christiani perniciem & nephariæ operationis exemplum, per patientiam, immo vecordiam tolerare nolentes, vniuersitatem vestram monemus sedule, hortamur attente per Apostolica vobis scripta in virtute obedientiæ, districte præcipiendo, mandantes quatenus præfato Henrico de Ceua, alijsq; pseudo fratribus, qui ad memoratam Siciliæ insulam hactenus confugerunt, nullum detis vel dari quantum in vobis est permittatis in præmissis, consilium, auxilium, vel fauorem: quin potius ipsos velut apostatas excommunicatos, ipsius Ecclesiæ Romanæ rebelles scismaticos & peruersi dogmatis assertores, lupos graues gregi dominico non parcentes, à vestris finibus arceatis, capientes ipsos vel capi facientes, & captos tradentes Rectoribus sæpe nominati ordinis fratrum Minorum, cum ab ipsis vel eorum vicarijs Procuratoribus seu nuntijs fueritis requisiti, per eos iuxta ipsorum demerita castigatione debita puniendos: dignum est enim vt apud illos patratorum scelerum pœnas soluant, qui ipsorum lubricos calles & tortuosas semitas per patientiam longi temporis exploratius cognouerunt, a quorum sacro consortio per apostasiæ vitium recedentes omni pudore calcato non sunt confusi sanctam religionem, quæ ipsos in sinu suo fouerat pietate materna, dampnis afficere, maledictis pungere, conuitijs lacerare. Mandatum de capiendo Henrico de Ceua eiusque complicibus.

Proinde quia ea, quæ contra ius & fas atque ordinariam potestatem temeritas humana præsumit, in pœnam perturbati ordinis quamtocyus debent iuris auctoritate & apostolica potestate conuelli: Nos quicquid in memoratis prouincia Tuscia, insula Siciliæ, & vbicunque locorum persæpedictos fratres, in personarum ad dictam sectam receptione in Generalis Ministri & Prouincialium, Ministrorum, Custodum, Guardianorum electione (si tamen electio dici possit) & in quibuslibet alijs communiter vel diuisim, sub religionis, conuentus, congregationis nomine vel colore, attemptatum extitit, vel existit, nullius fuisse vel esse roboris, nullius extitisse vel existere decernimus firmitatis. vn de ipsa cassa, irrita, & nulla censemus, & nihilominus quatenus de facto processerant, auctoritate Apostolica reuocamus. Omnia gesta per Henricum de Ceua, & complices suos irrita denuntiantur.

Recepti ad religionem phantasticam Henrici de Ceua de fide examinandi.

Ceterum, quia verendum, est ne hi præsertim qui per professionem licet phantasticam, ad prædictorum infame consortium transierunt, ipsorum errores sapiant, & alios pestifera contagione corrumpant, omnes & singulos per eos ad suam sectam receptos, maximeque professos ad vestram præsentiam per censuram Ecclesiasticam euocate, examinate de fide, de prædictorum erroribus, per vos vel alium seu alios caute diligenterque perquirere sine strepitu & figura iudicij, & de ipsorum complicibus atque fautoribus indagate, & si opus fuerit ipsos capi & detineri curate. & si quos inueneritis culpabiles, secundum canonicas sanctiones, pœna debita punire curate: Inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis: Cõtradictores & rebelles per censuram Ecclesiasticã compescendo.

Testes euocentur & compellantur. Auctoritas iudicum contra dictos pseudo fratres seu fraticellos.

Testes aut quos ad præmissa videritis euocandos, censura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere.

Volumus insuper, & Apostolica auctoritate decernimus, quòd quilibet vestrum prosequi valeat negotium seu articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque à Dat. præsentium sit vobis & vnicuique vestrum in præmissis omnibus & eorum singulis etiam non cœptis præsentibus & futuris, perpetuata potestas, & iurisdictio attributa, vt eo vigore eaque firmitate possitis in præmissis etiam non cœptis præsentibus & futuris, contra prædictos procedere ac si iurisdictio vestra & cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus & singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, non obstantibus de duabus dietis edita in concilio generali, & sel. recor. Bonifacij Papæ viij. prædecessoris nostri, per quas tam iudices quàm conseruatores à sede deputati prædicta, extra ciuitates & Diœc. in quibus deputati fuerint, procedere & vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à finibus suæ Diœc. trahere prohibentur, & alijs contrarijs constitutionibus quibuscunque, seu si aliquibus sit indultum à sede prædicta, quod excommunicari, suspendi vel interdici, aut extra certa loca trahi, vel ad iudicium euocari non possint per litteras Apostolicas non facientes expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi ac eorum personis & locis, nominibus proprijs vel ordinibus mentionem, siue alia indulgentia dictæ sedis generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam vestræ iurisdictionis

dictionis explicatio valeat in hac parte quomodolibet impediri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Datum Auinion. x. Kalend. Februar. Pontificatus nostri anno secundo.

IOANNES XXII.

Inquisitores modesti sunto: caueant ne actus eorum scandalum pariant: neminem accipiant in suum familiarem, nisi eiusdem Ecclesiæ fidelem & deuotum: facultatem deferendi arma, nulli nisi familiæ suæ concedant: & alijs concessam reuocent.

Arma

Edita anno Domini. 1321.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

EXIGIT ordinis vestri religio, & commissi vobis officij mansuetudo requirit: vt sic actus vestros virtute modestiæ componatis, quòd nemini esse possint ad scandalum, vel aliquod nocumentum. Accepimus siquidem assertione fideli, quòd vos nonnullis prauis & peruersis hominibus, qui frequenter ad cædes, & alia nefanda facinora laxant nequiter manus suas, arma per ciuitatem & districtum Bononiensem portandi, non sine multorum scandalo, licentiam concessistis. Quare volumus & discretioni vestræ, per Apostolica scripta districte præcipiendo mandamus, quatenus neminem familiarem, nisi eiusdem Ecclesiæ fidelem, ac deuotum, & laudabilis conuersationis & vitæ, habere quomodolibet præsumatis: nec aliquibus de cetero, extra familiam vestram, quam vobiscum habetis continue (nisi forsan illis, qui eundo de terra ad terram, vel etiam redeundo vobiscum, & in casibus, alijs in quibus vobis pro securitate vestra forsitan expediret) alicui deferendi arma per dictas ciuitatem & districtum, licentiam concedatis. Et nihilominus licentiam; quam olim super hoc alijs concessistis, studeatis, remotis occasione & dilatione quibuslibet, reuocare. Vt per hoc nulla possit oriri in eisdem ciuitate, vel districtu materia scandalum paritura: nec ad nos de cetero super hoc querelæ materia deferatur. Datum Auinion. vj. Non. Maij, Pontificatus nostri anno quinto. Clemen. nolentes. §. fin. de hæret.

IOANNES XXII.

Inquisitores procedant contra ineuntes fœdera cum hæreticis, & ceteros danteseis consilium, opem, & fauorem: item contra quosuis de hæretica labe culpabiles, vel supectos.

Editanno Domini. 1326.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Lamberto de ordine fratrum Prædicatorum, Inquisitori hæreticæ prauitatis, in inferiori parte Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Archiuo Inquisitionis Bononiensis.

CVM nonnulli de prouincia nostra Romandiolæ, tam clerici quàm laici, Deum & Romanam matrem Ecclesiam offendere, seque in præcipitium damnationis, & mortis immergere non verentes, adeo fauere & fauisse dicantur damnatis hæreticis, confœderationes, ligas, & societates ineundo cum ipsis, eosque receptando, & sibi præstando multipliciter auxilia, consilia, & fauores, quod de labe hæresis se reddiderunt & reddunt vehementer suspectos: Nos tam ipsorum quàm multorum aliorum periculis, & præmissis imminentibus obuiare salubriter cupientes: discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus contra fautores huiusmodi, & alios quoslibet de crimine prauitatis hæreticæ culpabiles, vel suspectos, sit solerter secundum formam canonum, ac priuilegiorum concessorum Inquisitionis officio, procedere non postponas, quòd inde debeat tua diligentia merito commendari. Datum Auinion. xij. Cal. Septemb. Pontificatus nostri Anno decimo.

IOANNES PAPA XXII.

Argumentum in Extrauagantem sequentem.

Cum Dominus Ioannes Papa xxij. anno Domini 1323. per suam extrauagantem, Cum iter nonnullos. condemnauisset hæresim, quæ dicit. Christum & Apostolos non habuisse aliquid in speciali, nec etiam in communi: & illam quæ falso asserit, Christo & eius discipulis, in his quæ ipsos habuisse scriptura testatur, nullum ius ipsis vtendi competuisse, nec illa vendendi, aut donandi ius habuisse, Michael de Cæsena Minister Generalis Fratrum Minorum ei contradixit. vnde ad refrænandam hanc effrænem audaciam eodem anno 1323. aliam extrauagantem dedit incipientem, Ad conditorem canonum. quas ambas cum idem impius Michael impugnasset, anno Domini 1325. idem dominus Ioannes tertiam emisit extrauagantem incipientem, Quia quorundam. in qua velut hæretici & Ecclesiæ rebelles declarantur, qui supradictis extrauagantibus, & contentis in eis contradicunt. ita scribit & vere noster Eymericus in Directorio Inquisitorum par. 2. quæst. 15. veruntamen nec sic resipuit Michael de Cæsena: nam is cum Okam & alijs suis complicibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

cibus, qui in hac extrauãganti memorantur, ausus est etiam in consistorio publico Auinione summo Pontifici in faciem resistere, & appellare: & rursus Pisis in Italia & adhuc in ciuitate Mondensi in superiori Germania appellationes suas solenniter publicare. & Dominum Ioannem xxij. non Papam, sed hæreticum, & Apostatam nuncupare. Iam impius hic Michael de Cæsena in cõgregatione Parisiensi anno domini 1328. ob id solemniter fuit depositus; sed tam rebellem ceruicem erexit, vt his omnibus non obstantibus se pro generali & catholico prædicaret, Papam autem Apostatam hæreticum, & ipso iure Pontificia dignitate priuatum, cuius impietatis litteras, modo ad capitulum Fratrum Minorum, nunc ad Ludouicum iiij. Bauarum se pro Imperatore gerentem, & ad alios destinabat, molitus omnia nefanda contra Papam, contra catholicam religionem, & contra manifestam Euangelij veritatem. is in hac pertinacia persistens fautores habuit & suarum hæresum complices Guillielmum Okam, Bonagratiam, Henricum de Chalem, & alios, vt dixi in Directorio parte 2. super quæst. 15. Horum studium præcipuum erat in singulis Pontificis Romani extrauagantibus errores (vt impijs videbatur) adnotare, sed benignus Pontifex filiali amore his respondebat, enitens semper eos ad gremium Ecclesiæ reuocare: nam eorum impijs appellationibus respondit etiam per extrauagantem quandam incipientem, Quia vir reprobus. quæ non est impressa. Insuper cum iussi essent non recedere à Romana curia, quæ tunc Auinione residebat, illi clam fugam arripiunt. & ad Petrum de Coruario Antipapam, & Ludouicum Bauarum eorum fautorem confugiunt: vbicunque sunt, hæreses suas prædicare impie non verentur; vocati, & citati non accedunt, & ob id in eos publice hæc sententia per hanc decretalem lata est Auinione anno Domini 1331.

Atque hoc est huius extrauagantis argumentum, vt colligimus ex Eymerico, & alijs fide dignis scriptoribus. vita autem functo domino Ioanne xxij. etiam in Benedictum duodecimum impie debacchati sunt, vt copiose etiam dixi in Directorio inquisit. parte. 2. super quæst. 15. 16. & 17. veruntamen tandem irritus factus est impiorum conatus, nam & infeliciter euaserunt & misere extincti sunt, & sancta Romana & catholica Ecclesia, aduersus quam nefaria moliebantur, perdurat, & vera & sancta Beati Francisci religio, quam impij demoliri conabantur, inconuulsa manet, & obseruantiæ regularis muris optime munita. hæc est vis veritatis, vt semper maneat: mendacium enim impiorum, licet ad tempus persistat, detegitur tamen & corruit, & vt diuinitus scripsit Dauid: Sunt impij velut puluis, quem projcit uentus a facie terræ.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Ministro generali ordinis fratrum Minorum, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini. 1330. Ex Archiuo conuentus sancti Francisci de Assisio. † Hic paulo post dicitur Chalem.

NVPER in consistorio publico præsente multitudine copiosa fidelium cõtra Michaelem de Cæsena olim generalem Ministrum ordinis fratrum Minorũ, suis exigentibus culpis & excessibus, officio Ministeriatus priuatum, & de hæresis, ac scismatis criminibus condempnatum per nos sententialiter, nec non & contra Guillielmum Okam Anglicum, Bonagratiam de Pergamo conuersum, ac Henricum de † Talhen præfati ordinis, quendam processum edidimus tenoris & continentiæ subsequentis.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Michael de Cæsena.

Dudum sicut ad communem omnium notitiam credimus deduxisse, contra Michaelem de Cęsena olim ordinis fratrum Minorum Generalem Ministrum, hæreticorum fautorem & hæreticum, immo hæresiarcham notorium, qui ad nostram vocatus curiam super dictis criminibus, cuique sub excommunicationis ac depositionis ab officio & inhabilitationis ad quoscunque honores, dignitates, gradus & status Ecclesiasticos pœnis & sententijs, quas omnes & singulis ipsarum eum incurrere voluimus ipsofacto si contrarium attemptaret, ne de ciuitate Auinionen. vbi cum eadem residebamus curia, sicut & residemus ad præsens, absque nostra licentia recederet, duximus inhibendum: Quique vnà cum Bonagratia Conuerso prædicti ordinis, qui suis demeritis exigentibus in prædicta curia arrestatus, ad Sancta Dei Euangelia iurauerat, se de prædicta curia sine nostra licentia nullatenus recessurum, ac Guillielmo de Okam eiusdem ordinis, contra quem super multis opinionibus hæreticalibus & erroneis, quas scripserat & dogmatizauerat, inquisitio in eadem pendebat curia, sibique propterea iniunctum fuerat, ne de dicta recederet curia sine nostra licentia speciali, furtiue recessit de ipsa cum duobus suis complicibus supradictis, ac redire ad eam renuens legitime requisitus, ad præsentiam Petri de Coruario in Antipapam assumpti, & Ludouici de Bauaria sedentis in pestilentiæ cathedra festinauit suos dirigere gressus.

Bonagratia. Guillielmus OKam. Petrus de Coruario Antipapa Ludouicus Bauarus.

Ne Michael ipse vir tam reprobus gloriaretur vlterius suæ prauitatis opera, absque condignis demeritorijs stipendijs præterire, ac ne plures etiam in sui erroris deuium traheret, ad quod sua tota intentio ferebatur, cum præmissa adeo essent notoria tam per facti euidentiam, quàm per plures ipsius litteras ad partes diuersas directas, quarum aliquæ ad nostrum & fratrum nostrorum manus etiam peruenerunt. quod non poterant tergiuersatione aliqua occultari, de fratrum eorundem consilio, auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, exigente iustitia procedentes, Michaelem eundem ab officio dicti Ministeriatus depositum, fautoremque hæreticorum & manifestum hæreticum & hæresiarcham, ac scismaticum declarandum, necnon & fautorem hæreticorum & hæreticum, ac hæresiarcham ac scismaticum duximus condempnandum, priuantes eum officijs, dignitatibus, & honoribus quibuscunque, seu priuatum potius declarantes: ipsumque ab omni gradu deponentes, & priuilegio quocunque nudantes Ecclesiastico, ac eum inhabilem ad præmissa reddentes, & quodlibet prædictorum, pœnis omnibus & sententijs spiritualibus & tempora-

Michael de Cesena officijs & beneficijs priuatur.

libus,

libus, quibus diuino & ecclesiastico iure hæreticorum fautores, & hæretici, hæresiarchæ ac schismatici existunt obnoxij, plectentes eundem nihilominus, & cum velut talem eis fore obnoxium declarantes, vniuersis quoque Archiepiscopis & episcopis alijsque personis ecclesiasticis quibuscunque in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis & suspensionis ab officio & beneficio, quas nõ parentes incurrere volumus ipso facto, nec non priuationis, depositionis, inhabilitationis prælationum, dignitatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum pœnis & sententijs; & insuper omnibus & singulis ciuitatibus, terris & locis; ac vniuersitatibus, communitatibus, & personis alijs singularibus quibuscunque, cuiuscunque conditionis aut status existerent, etiamsi Imperiali, Regali, vel alia quacunque dignitate fulgerent, sub excõmunicationis in personas singulares, & interdicti in ciuitates, terras, loca, eorumq; communitates & vniuersitates, quas nisi mandatis & monitionibus nostris cum effectu parerent, incurrere voluimus ipso facto, nec non priuationis priuilegiorũ quorumcumque Apostolicorum & Imperialium, ac feudorum & bonorum, quæ ab eadem Roman. vel quibusuis alijs ecclesijs vel Imperio obtinerent pœnis & sententijs, mandandum expresse duximus, & etiam inhibendum, ne prædictum Michaelem hæreticorum fautorem, hæreticum & schismaticum receptarent, defenderent, sibi adhærerent, obedirent, intenderent quomodolibet seu fauerent, aut præstarent per se vel alium seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, auxilium, consilium vel fauorem: sed eum potius velut hæreticorum fautorem, ac hæreticum, & schismaticum, (& quantum in eo est) sanctæ Dei Ecclesiæ fideique catholicæ corruptorem, abijcerent, abhorrerent, persequerentur, & si possent, caperent, ac fideliter custodirent subdendum ecclesiasticæ disciplinæ, prout hæc in processibus per nos habitis & publicatis hactenus plenius continentur.

Vniuersis sub grauibus pœnis interdicitur, ne Michaeli de Cęsena faueant.

Sane quia sicut fama notoriat publica, & facti euidentia in illis partibus manifestat, Michael ac Guillielmus Okam & Bonagratia supradicti, necnon & Henricus de Chalem dicti ordinis, cuius perfectio inter alia potest percipi, quia Ludouici de Bauaria se pro Imperatore gerentis, de diuersis damnati hæresibus, Cancellarij officium diutius gerere non expauit, Quod quidem officium quantum professioni illorum qui se nihil habere asserunt in proprio vel communi; seque Christum pauperem nudi, sequi congruat, potest prompte prudens quilibet iudicare: in Alamanniæ partibus in diuinæ maiestatis contumeliam, fideique catholicæ læsionem, Ecclesiæque catholicæ præiudicium & contemptum non verentur hæreses publice prædicare, ac nonnullos fratres dicti ordinis illarum partium à deuotione Ecclesiæ, Ministrique generalis eiusdem ordinis obedientia retrahere, ac illos ad dictorũ Ludouici & Michaelis hæresiarchę obedientiam per captiones, incarcerationes personarum, & ciectiones à suis conuentibus, spoliationes librorum, aliarumque rerum ad vsum sibi assignatarum à suis superioribus, proscriptionem quoq; publicam, minis & terroribus mortis, & alijs modis ausu temerario inducere & compellere non verentur.

Ludouicus Bauarus Cancellarij officium inique gerit.

Michael de Cęsena, OKam, Bonagratia, & Henricus Chalem dogmatistæ.

Nos considerantes attente, quòd talium non est dissimulanda malitia, sed eorum potius elidenda superbia, ac eorũ pertinax contumacia per semitas iustitiæ prosternenda, omnes & singulos, qui contra nostros processus prædictos, eidem Michaeli fauerunt, aut vt Ministro obediuerunt, nisi ad obedientiam Ecclesiæ iam redierint, de fratrum eorundem consilio declaramus personas, videlicet, singulares excommunicationis, ac conuentus & vniuersitates interdicti sententias incurrisse: Michaeli interdicẽtes prædicto, ne pro Ministro se gerat vlterius, ac Guillielmo & Henrico, ac Bonagratiæ prędictis, ne ei tamquam Ministro, nec aliàs nisi in casibus in quibus licet cõmunicare cum hæreticis pareant, communicent vel intendant, sub pœna excommunicationis, quam incurrant ipso facto, si contumaces mandatis nostris fuerint: præcipientes tam Michaeli quàm prædictis alijs, vt à consortio sę dicti Bauari retrahant, & ad vnitatẽ redire Ecclesiæ sublato cuiusuis moræ dispendio non obmittant.

Pœna illorum qui Michaeli de Cęsena fauerunt.

Et quia prædicti Guillielmus, Henricus, & Bonagratia, velut defensores diuersarum hæresum, sed illarum præcipue, qua asserunt quòd Christus & discipuli nihil habuerunt in proprio vel communi, nisi tantum simplicem vsum facti: & illius quæ asserit, quòd ad Imperatorem pertinet Papam deponere, & alium subrogare, vehementer de hæresi sunt suspecti: ipsos & eorũ quemlibet citamus per edictum peremptorium publicum, præsente hac fidelium multitudine copiosa, vt infra festum Ascensionis Domini exclusiue proxime subsequens compareant personaliter coram nobis, facturi super præmissis velut notorijs, quod rationis fuerit: & sententiam, si ferri possit commode, audituri. Non intendentes propter prædictæ citationis edictum nos astringere, quin cõtra dictos Guillielmũ Okam, & Bonagratjam, quos aliàs per edictum peremptorium publicum citauimus, vt certo termino diu est elapso, comparerent coram nobis personaliter sententiam audituri, ac propter eorum contumaciã fuerint excommunicationis vinculo innodati, interim valeamus procedere prout suadebit iustitia, & viderimus expedire: eisdem expressius intimantes, quòd siue venerint siue non venerint, contra ipsos in dicto termino, vel quotiens nobis visum fuerit, absque citatione alia ad præmissa procedemus prout rationis fuerit, & viderimus expedire.

OKam, Henricus, & Bonagratia vehementer de hæresi suspecti.

Citantur peremptorie supradicti.

Cæterum volumus auctoritate Apostolica nihilominus decernentes, quòd processus noster huiusmodi, præfatos Michaelem, Guillielmum, Bonagratiam & Henricum, ac alios quos contingere dignoscitur, adeo apprehendat & arctet, ac si eis, & eorum cuilibet personaliter publicatus & intimatus solemniter extitisset; quacunque constitutione contraria, per prædecessores nostros Roman. Pontifices in contrarium edita non obstante.

Processus hic arctat absentes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chartæ processum continentes in publicis locis affiguntur.

Et vt idem processus & contenta in eo, ad ipsorum Michaelis, Guillielmi, Bonagratiæ ac Henrici & aliorum, quos cõtingunt, notitiam deducantur, chartas seu mẽbranas processum continentes eundem, appendi seu affigi ostijs seu superliminaribus Maioris Auinionen. Ecclesiæ faciemus, quæ processum ipsum suo quasi sonoro præconio, & patulo indicio publicabunt, vt ipsi nullam possint excusationem prætendere vel ignorantiam allegare, quòd ad eos nõ peruenerint, vel quòd ignorarinteundem, cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Dat. Auinion. 11. Non. Ianuar. Pontificatus nostri anno quintodecimo.

Et licet processus ipse sufficienter publicatus extiterit, vt præfertur, tamen ex abundanti volentes cum in locis & domibus tui ordinis nihilominus publicari, discretioni tuæ committimus & mandamus, quatenus per te vel alium seu alios eiusdem ordinis, processum eundem in singulis locis & domibus præfatis, diligentius publicare procures, faciens de publicatione ipsa instrumenta publica confici, quæ nobis studeas fideliter destinare. Datum Auinion. iiij. Idus Ianuarij, Pontificatus nostri anno quintodecimo.

Bertrandus Cardinalis & Apostolicæ sedis legatus, auctoritate Apostolica Inquisitorem hæreticæ prauitatis instituit: cui eadem auctoritate concedit vt procedat aduersus hæreticam prauitatem.

Insigne est hoc rescriptum, quo perspicitur forma, seu modus instituendorum Inquisitorum.

Bertrandus miseratione diuina tituli sancti Marci presbyter Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, ac Terrarum, & Prouinciarum, Roman. Ecclesiæ in partibus Italiæ consistentium Reformator, & Vicarius generalis, Dilecto in Christo fratri Ioanni Iacobi de Spello ordinis fratrum Minorum, Salutem in Domino.

Edita anno Domini 1348.

INTER solicitudines varias, quibus ex officio iniunctæ nobis Legationis astringimur, solicite cogitare nos conuenit, vt officium hæreticæ prauitatis exerceatur solicite, & personis talibus committatur, quòd eorum sacro ministerio, errantes ad lumen redeant veritatis. Nuper siquidem Sanctissimus Pater & Dominus noster Dominus Clemens diuina prouidentia Papa vi. nos ad regnum Siciliæ, & totam terram ipsius regni citra Farum & Thusciæ, ac nonnullas alias partes & Prouincias in litteris ipsius domini Papæ nobis super nostra Legatione concessis specialiter nominatas, commisso nobis plene legationis officio in eisdem pro vrgentibus & arduis Ecclesiæ Roman. negotijs destinans, nobis concessit suas Apostolicas litteras in hæc verba.

CLEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio Bertrando tituli sancti Marci presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legato, Salutem & Apostolicam benedictionem,

Plenam de tuæ probitatis & circunspectionis prudentia, & donis virtutum tibi concessis à Domino fiduciam obtinentes, te ad regnum Siciliæ ac Terras & Prouincias Ecclesiæ Roman. immediate subiectas, ceteraſque partes alias Italiæ plenæ Legationis officio & alijs negotijs tibi per nos commissis, varijs & diuersis de fratrum nostrorum consilio prouidimus destinandum. Cupientes itaque negotium fidei sic solicite vbique dirigi, quòd nihil circa illud inhonestum committatur quomodolibet vel siniſtrum, vt per te vel alium seu alios, de Inquisitorum hæreticæ prauitatis infra terminos legationis tuæ constitutorum excessibus inquirere, ac de illis quibusuis conquerentibus iustitiam facere, ac illos de quibus tibi videbitur à suis officijs remouere, & alios substituere valeas. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo plenam tibi concedimus tenore præsentium potestatem. Dat. Auinion, iiij. Id. Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

Quarum litterarum Apostolicarum auctoritate, te quem largitor gratiarum omnium litterarum scientia, & alijs multis virtutibus sicut fide dignorum testimonio accepimus, laudabiliter insigniuit, & in cuius affectu sicut firmiter credimus specialiter geritur, quòd fides catholica, extirpatis erroribus suscipiat incrementum: Inquisitorem hæreticæ prauitatis Prouinciæ sancti Franciſci Vallispoleti vsque ad Apostolicæ sedis beneplacitum † atque nostrum constituimus, tenore præsentium ac etiam ordinamus cum omnibus iuribus, honoribus, & priuilegijs à iure vel à sede Apostolica seu quibuscunque alijs concessis Inquisitoribus illarum partium hæreticæ prauitatis, recepto prius à te corporaliter iuramento, quòd officium ipsum ad honorem Dei sanctæque Roman. Ecclesiæ, & exaltationem catholicæ fidei diligenter & fideliter exercebis: Dantes tibi eadem auctoritate tenore præsentium, plenariam potestatem infra dictam Prouinciam inquirendi contra quoscunque hæreticos; vel de hæresi quomodolibet suspectos, fautores, receptatores & defensores eorum, ipsosque capiendi & detinendi condemnandi, absoluendi, liberandi, ac omnia alia & singula faciendi, quæ ad huiusmodi Inquisitionis officium de iure pertinere noscuntur, Mandantes eadem auctoritate præsentium tenore vniuersis & singulis eiusdem Prouinciæ Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis generalibus & Officialibus vniuersis, & eorum Vicarijs, ceteriſque

†Quãliterhęc clauſula accipi debeat, late explicui in Directorio Inquiſit. part. 3. ſuper q. 7.

terisque ecclesiasticis & sæcularibus personis sub excommunicationis, suspensionis & interdicti pœnis; vt tibi in ijs quæ ad huius Inquisitionis officium pertinere noscuntur, benigne pareant, & intendant, ac cum per te requisiti exterint, dent per se & alios, prout opportunum fuerit consilium, auxilium, & fauorem. Nos enim sententias siue pœnas, quas rite tuleris, ratas & gratas habebimus, ipsasque faciemus auctore Domino inuiolabiliter obseruari. Per præsentẽ autem commissionem nostram nolumus nec intendimus Inquisitori alias per nos in dicta Prouincia deputato, in aliquo derogare, quominus idem Inquisitor officium ipsum possit & valeat sicut prius libere exercere. Dat. Arian. ix. Kalen. Septembr. Pontificatus eiusdem Domini Clementis Papæ vj. Anno Sexto.

Io. de Aquam. s.

GREGORIVS PAPA XI.

Scribit Dominus Papa Archiepiscopo Tarraconensi super libris Raymundi Lull.

Data anno Domini 1372.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili Fratri. . Archiepiscopo Terraconen. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Vide cõment. in Directorio Inquisit. part. 2. super q. 26. circa finem.

NVPER dilecto filio Nicolao Eymerici ordinis fratrum Prædicatorum professore magistro in theologia in partibus Aragoniæ Inquisitore hæreticæ prauitatis nobis referente percepimus, quod in partibus illis nonnulli laici, quam plures libros habent in vulgari per Raymundum Lull ciuem Maioricen. compositos, in quibus vt idẽ Inquisitor videtur asserere, errores quamplurimi in fide continentur. Nos igitur in præmissis, prout ex debito tenemur pastoralis officij, prouidere volentes, Fraternitati tuæ, de qua in his & alijs specialem in domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus huiusmodi libros per quoscunque habeantur seu detineantur, tibi facias exhiberi: & si per tuam ac dicti Inquisitoris & aliorum magistrorum in Theologica facultate, & iurisperitorum, quos propter ea coram te euoces, repereris quòd præfati libri errores in fide contineant, eosdem libros comburas, & comburi facias, atque mandes, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, contradictores per censuram ecclesiasticam & alia iuris remedia, de quibus videbitur, appellatione postposita, compescendo: non obstantibus constitutionibus Apostolicis de vna & de duabus dictis, & alijs contrarijs quibuscunque: Seu si eidem Raymundo vel quibusuis alijs communiter vel diuisim à sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum apud Pontem Sorgiæ Auinionen. Diœces. Non. Iunij anno secundo.

GREGORIVS PAPA XI.

Articuli quidam Raymundi Lull reprobantur, & ceteri eius libri interdicuntur, donec aliud sit per sedem Apostolicam ordinatum.

De articulis Raymundi Lulli.

Data anno Domini 1376. Videcommen. in Directorio Inquisi. par. 2. super q. 26. circa finem.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarracon. eiusque suffraganeis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CONSERVATIONI puritatis catholicæ fidei, quam multi nequam filij scelerati suis falsis assertionibus maculare nitentes, inter triticu purũ agri Dominici pestiferum semen zizaniæ seminant, cũ ad nostrũ præcipue spectet officium, vt euellamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

praua, & destruamus peruersa, prouidere salubriter, & animarum illaqueationibus obuiare confestim plenis desiderijs affectantes, opportuna in his, quæ possumus, remedia, studio pastoralis sollicitudinis adhibemus. Dudum siquidem dilectus filius Nicolaus Eymerici ordinis fratrum Prædicatorum professor, in sacra theologia magister, in regnis Aragoniæ, Valentiæ, & Maioricarum Inquisitor hæreticæ prauitatis, nobis exposuit, se in regnis eisdem inuenisse viginti volumina diuersorum librorum, in vulgari scriptorum, à quodam Raymundo Lull ciue Maioricarum editorum, in quibus (vt ipsi Inquisitori videbatur) multi continebantur errores, & hæreses manifestæ, & quòd nonnulli de prædictis, & alijs regnis, libris vtebantur eisdem, & eorum doctrinæ dabant fidem non modicam in grande suarum periculum animarum: supplicauitque nobis Inquisitor ipse, vt (ne simplices deciperentur ex libris ipsis) dignaremur in hac parte de opportuno remedio prouidere: Nos autem cupientes animarum, iam forsan imbutarum, & quæ imbui possent ex peruerso dogmate dictorum librorum, periculis celeriter obuiare, dictos libros per venerabilem fratrem nostrum Petrum Episcopum Hostiensem, & per quamplures etiam vltra vigenum numerum in eadem theologia magistros, examinari fecimus diligenter: per quorum relationem tandem habuimus, quòd ipsi dictos libros omnes cum multa diligentia legerant, & examinauerant, & quòd vltra ducentos † articulos erroneos & hæreticales inuenerant in eisdem: super quibus inter eosdem Episcopum & magistros, sæpius & demum coram nobis habita disputatione solemni, ipsos articulos, (quos ad vitandum prolixitatis tædium, & horribilitatem eorum, haberi volumus præsentibus pro expressis) erroneos & manifeste hæreticales, de ipsorum Episcopi & magistrorum concordi consilio censuimus reputandos. Cum autem, sicut Inquisitoris præfati continebat assertio, in prædictis regnis alij libri, qui asseruntur editi à iam dicto Raymundo, reperiri dicantur, in quibus huiusmodi iam reperti, & alij errores & hæreses creduntur probabiliter contineri: Nos volentes de huiusmodi alijs libris, & eorum doctrina informari plenarie, & super eis prouidere salubriter, ne fideles in errores huiusmodi damnabiliter prolabantur; fraternitati vestræ de fratrum nostrorum consilio, per Apostolica scripta committimus, & mandamus, quatenus diebus Dominicis & festiuis, in singulis ecclesijs vestris cathedralibus, ac curatis, necnon religiosorum quorumcumque ordinum, exemptorum & non exemptorum, etiam Cisterciensis, Carthusiensis, Cluniacensis, Præmostratensis, Grandimotensis, sanctorum Benedicti & Augustini, ac fratrum Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum eiusdem sancti Augustini, & Carmelitarum, & aliorum ordinum, vestrarum ciuitatum & diœcesum, intra missarum solemnia existentibus populis, ad diuina, & in prædicationibus per vos vel † alios, quàm cito commode poteritis, faciatis proponi, quòd omnes & singulæ personæ vtriusque sexus, cuiuscunque status, ordinis, vel conditionis existant, earundem vestrarum ciuitatum & diœcesum, seu commorantes in eis, habentes libros quoscunque à præfato Raymundo editos (vt præfertur) ipsos infra vnius mensis spatium, vobis assignare, & illi qui sciunt alias personas libros eosdem habentes, eas vobis reuelare ac nominare procurent: vosque libros recipi faciatis eosdem, quos cum habueritis, quàm cito commode poteritis, curetis nobis fideliter destinare, vt ipsos simili examini subijcere valeamus. Ceterum quia doctrina, seu potius dogmatizatio prædictorum librorum examinatorum reperitur erronea, hæreticalis, & periculosa nimium animabus; & vehemens suspicio est habenda, quòd in alijs libris editis à dicto Raymundo similes vel alij (vt præfertur) contineantur errores, vobis mandamus, quòd omnibus & singulis eisdem personis vestrarum ciuitatum & diœcesum, doctrinam seu potius dogmatizationem, & vsum huiusmodi librorum interdicere studeatis, donec super his per sedem Apostolicam aliud fuerit ordinatum. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo: Non obstantibus, si aliquibus communiter, vel diuisim à sede Apostolica sit indultū, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari: aut extra vel vltra certa loca, ad iudicium vocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, & quibuslibet exemptionibus, & alijs priuilegijs, litteris Apostolicis, quibuscunque locis, personis, vel ordinibus, sub quacumque forma, vel expressione verborum ab eadem sede concessis, de quibus eorumque totis tenoribus, etiam de verbo ad verbum in nostris litteris mentio sit habenda: & per quæ præsentis mandati nostri effectus valeat quomodolibet impediri. Insuper volumus, quòd per te frater Archiepiscope tenor præsentium sub tuo, vel officialis tui sigillo, ad tuos fratres suffraganeos transmittatur, cui per vos adhiberi volumus, velut ipsis originalibus plenam fidem. Datum Auinione viij. Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno v1.

† In codice Sabellano legitur quadringentos.

† al. &

MARTINVS PAPA V.

Condemnatio errorum Ioannis Vicleff de Anglia, & Ioannis Husz de Bohemia damnatorū in sacro generali Concilio Constantiensi approbatur: male sentientes de sacramentis Ecclesiæ canonice coercētur: hæreticorū complices pœnis ab vtroq; iure statutis subduntur: conuerti nolentes castigantur: principes sæculares non patiātur hæreticos in suis terris habitare, aut ibi commercia exercere: qui hæretici decesserint, licet nondum per Ecclesiā declarati, ecclesiastica careant sepultura: bona hæreticorum à tempore commissi delicti confiscata sunto: suspecti de hæresi nisi se purgent; vt hæretici condēnentur: qui se purgare neglexerint, excōmunicentur, & nisi satisfecerint, vt hæretici condemnentur: deficiens in purgatione, vt conuictus canonice puniatur: renouat c. Vt inquisi-

inquisitionis. de hæret. lib. 6. & iubet illud custodiri. articuli Ioannis Vvicleff & Ioannis Husz nominatim recensentur: modus examinandi hæreticos aut de hæresi suspectos accuratissimus describitur: suspecti de hæresi, aut etiam diffamati personaliter citentur de fide responsuri: medio iuramento iurent dicere veritatem. hæretici & eorum complices inquirantur, & canonice puniantur: conuicti publice abiurent: abiurare recusantes canonice coerceantur: ista omnia fiant nullis in contrarium aliquid iuuantibus.

Epistola Martini v. damnationem errorum Vvicleff, & Husz, à concilio Constantien. factam, approbans. Ex eodem cōcilio Constantiensi, sessio. 45. Anno Domini 1418.

MARTINVS Episcopus seruus seruorum Dei, venerabilibus fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis, ac Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis, ad quos litteræ præsentes peruenerint, Salutem & Apostolicam benedictionem.

INTER cunctas pastoralis curæ solicitudines, quibus premimur incessanter, illa potissime fortius nos angit, vt hæreticis de finibus Christicolarum expulsis, fusisque falsis doctrinis & erroribus peruersis penitus, quantum nobis ex alto cōceditur, extirpatis, orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat, ac populus Christianus in eiusdem fidei sinceritate, quolibet obscurationis semoto velamine, immobilis & inuiolatus persistat. Sane dudum plusquā omnibus retroactis temporibus in nonnullis regionibus & dominijs, præsertim in regno Bohemiæ & marchionatu Morauiæ, ac locis & districtibus illis vicinis, aduersus fidei catholicæ dogmata & sanctæ matris Ecclesiæ traditiones, non solum contra vnum, quinimmo contra plura fidei catholicæ dogmata insurrexerunt quidam hæresiarchæ, circuncelliones, schismatici & seditiosi, Luciferina superbia & rabie lupina euecti, dæmoniorum fraudibus illusi, de vanitate in idipsum (licet forent de diuersis mundi partibus oriundi) conuenientes, & caudas colligatas habentes, damnatæ videlicet memoriæ Ioannes Vvicleff de Anglia, Ioannes Husz de Bohemia, & Hieronymus de Praga, qui vtinam alios secum ad infidelitatis interitum non traxissent. Nam vbi huiusmodi pestilentes personæ peruersa dogmata pertinaciter seminabant in suæ doctrinę pestiferę primordio prælati, & alij iudiciariæ potestatis regimina exercentes, tamquam canes muti non valentes latrare, nec vlciscentes cum Apostolo in promptu omnem inobedientiam, hæresiarchas ipsos pestiferos & dolosos, eorum lupinam rabiem truculentam statim (vt adstricti fuerant) canonice coercere, eosque de domo Domini corporaliter eijcere non curarunt, sed sacrilegam, falsam & perniciosam ipsorum doctrinam, per longas moras negligenter conualere permiserunt: populorum multitudo, illorum opinionibus falsis decepta, pro veris accepit, quæ diu mendaciter & perniciose ac damnabiliter seminauerunt, eisque credendo, à recta fide cecidit turba multa, & errore deuio inuoluitur, proh dolor, paganorum, adeo quòd per diuersa illarum, eisdemque conuicinarum partium climata, oues Christi catholicas hæresiarchæ ipsi successiue infecerunt, & in stercore mendaciorum fecerunt putrescere. Quapropter generalis Constantiensis synodus tantam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam videns, exclamare compulsa est cum Augustino: Quid faciet Ecclesiæ medicina, salutem omnium materna charitate conquirens, tamquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vel potest? certe non, secundum eundem, immo vtriusque sit necesse est molesta, quæ neutris est inimica. Nam & molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligando, iste cædendo, sed ambo diligendo. Si autem negligant, & eos perire permittant, inquit Augustinus, ista mansuetudo potius falsa crudelitas est. Proinde synodus præfata ad omnipotentis Dei gloriam, ipsiusque catholicæ fidei ac Christianæ religionis conseruationem, augmentum & animarum salutem & præseruationem, eosdem Ioannem Vvicleff, & Ioannem Husz & Hieronymum, qui inter cetera de Sacro Eucharistiæ sacramento, & alijs Sacramentis Ecclesiæ & articulis fidei, aliter quàm Sancta Romana Ecclesia credit, & tenet, & prædicat, & docet, quamplurima temere & damnabiliter credere ac tenere, prædicare, atque docere pertinaciter attentabant, velut hæreticos & pertinaces ac obstinatos iam à communione fideliū separatos de domo Dei corporaliter eiecit, & spiritualiter ejectos declarauit, & alia nonnulla circa præmissa vtilia & salubria statuit & decreuit, per quæ alij, qui causantibus hæresiarchis eorumque falsis doctrinis huiusmodi spiritualiter de domo Dei exierunt, per vias canonicas reducerentur ad semitas veritatis. Et quia (sicut dolenter accepimus) non solum in regno Bohemiæ & marchionatus dominijs & locis supradictis, verū etiā in quibusdā partibus & prouincijs contiguis seu vicinis eisdem, etiam nonnulli exsectatoribus & sequacibus hæresum ac errorum hæresiarcharum prædictorum, timore diuino & pudore humano prorsus abiectis, nec de ipsorum, & præsertim Ioannis Husz & Hieronymi interitu miserabili sumentes conuersionis & pœnitentiæ fructum: sed tamquam in profundum pressi peccatorum, Dominum Deum blasphemare non cessant, ducentes in irritum nomen eius, quorum mentes pater mendacij sic damnabiliter excæcauit, vt prædictos libros, codices & opuscula, hæreses & errores continentes seu continentia dudū etiā per synodum præfatā damnatos & dānata, ac ignibus concremanda deputata & concremata, legunt, studeant, ac ex eis in sui & multorum simplicium periculum, nedum contra statuta, decreta & ordinata in synodo supradicta, sed etiam contra canonicas sanctiones dogmatizare præsumunt, in animarum periculum, ac punitatis fidei denigrationē, & scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes, quòd error, cui non resistitur, approbari videtur, ac malis & pernicioſis erroribus huiusmodi resistere, ac eos de medio Christifideliu & præsertim de supradictis Bohemię & Morauiæ dominijs & districtibus ac confinibus & vicinijs eorū, ne amplius &

c. Excommunicamus 1. & 2. de hæret.

1. Tim. 1. d. August. ad Festum Epistola 167 E 23. qst. 4. Quid faciet.

August. de correctione Donatistarum ad Bonifacium. c. 5 Et 23. q 4. Ipsa pietas.

Ioan 8. f

Universidad de Deusto
Biblioteca

latius se extendant, funditus euellere cupientes: discretioni vestræ, sacro approbante concilio Constantiensi, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus vos Archiepiscopi & Episcopi ac electi, & quilibet vestrum per se, seu alium, vel alios, quos graues & idoneas personas spiritualem iurisdictionem habentes esse volumus, omnes & singulos, cuiuscunq; dignitatis, officij, præeminentiæ, status vel conditionis existant, & quibuscunque nominibus censeantur, qui de præexcelso, salutifero & supermirabili sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, vel de baptismate seu peccatorum confessione, pœnitentiæ pro peccatis iniunctione, vel reliquis ecclesiasticis sacramentis seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quàm sacrosancta Romana Ecclesia & vniuersalis docet, prædicat & obseruat, aut articulos seu libros & doctrinas præfatorum hæresiarcharum Ioannis Vvicleff & Ioannis Husz & Hieronymi, per eandem Constantiensem synodum cum suis auctoribus (vt prædicitur) damnatos & damnatas, tenere, credere & dogmatizare, ac vitæ finem ipsorum hæresiarcharum publice vel occulte pertinaciter quomodolibet laudare vel approbare præsumpserint, eorumque receptatores, defensores & fautores quoslibet etiam contemplatione prædictorum errorum, necnon credentes & adhærentes eisdem, tamquam hæreticos iudicetis, & velut hæreticos sæculari curiæ relinquatis. Receptatores quoque, fautores & defensores huiusmodi pestiferarum personarum, quæ erroribus ipsis crediderint, nec fauore aut contemplatione errorum ipsorum, sed forte carnalis amoris causa, vel occasione alia huiusmodi personas pestiferas receptauerint, præter pœnas ab vtroque iure talibus inflictas, per iudices competentes tanta seueritate pœnarum in tam enormi scelere vltionem accipiant, quòd cedat cæteris crassantibus in exemplum, vt quos Dei timor à malo non reuocat, saltem coerceat seueritas disciplinæ. Cum reliquis vero, huiusmodi secta damnabili quomodolibet infectis, qui post competentē monitionem ac frequentem exhortationem, qua pie erga eos, spe correctionis & emendationis, ac ad melioris vitæ frugem conuersionis, vsum est, à prædictis erroribus & secta noluerint resipiscere, & ad gremium vnitatemque sanctæ matris Ecclesiæ, ac fidem catholicam, quæ sola saluare potest, sine qua nulli veræ salutis subsidium contingit, plene recognoscere & confiteri, iustitiæ seueritas (prout facti popoſcerit qualitas) dulcore misericordiæ temperetur. Et nihilominus omnes Christianæ & catholicæ fidei professores, Imperatorem, Reges, Duces, Principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, rectores, consules, proconsules, scabinos, communitates, & vniuersitates regnorum, prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum huiusmodi, necnon ceteros iurisdictionem temporalem exercentes, juxta iuris formam & exigentiam auctoritate Apostolica exhortando moneatis & requiratis, vt de regnis, prouincijs, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris & omnibus alijs locis ac dominijs supradictis, omnes & singulos hæreticos huiusmodi secundum tenorem Lateranensis concilij, quod incipit, Sicut ait, ad instar etiam irretitorum crimine vsurarum, quos publice vel manifeste per facti euidentiam cognouerint esse tales, tamquam oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quousque à nobis seu vobis, vel alijs iudicibus ecclesiasticis vel Inquisitoribus, fidem & communionem Romanæ Ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis: nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larem fouere, contractus inire, negotiationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis solatia cum Christifidelibus habere permittant. Et si tales hæretici publici ac manifesti, licet nondum per Ecclesiam declarati, in hoc tam graui crimine decesserint, ecclesiastica careant sepultura, nec oblationes fiant aut recipiantur pro eisdem: bona tamen ipsorum à tempore commissi criminis secundum canonicas sanctiones confiscata, non occupentur per illos, ad quos aliàs pertinerent, donec per huiusmodi iudices ecclesiasticos super hoc potestatem habentes, sententia declaratoria super ipso hæresis crimine fuerit promulgata. Qui autem de hæresi per iudicem competentem ecclesiasticum inuenti fuerint sola suspicione notati seu suspecti, nisi iuxta considerationem & exigentiam suspicionis, qualitatemque personæ, ad arbitrium iudicis huiusmodi propriam innocentiam congrua deuotione monstrauerint, in purgatione eis canonice indicta † deficientes, & se canonice purgare non valentes, aut pro huiusmodi purgatione facienda, obstinatione damnabili iurare renuentes, tamquam hæretici condemnentur. Qui vero dictam innocentiam monstrare ex quadam negligentia seu desidia, & purgationem huiusmodi facere omiserint, anathematis gladio feriantur, & vique ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur; ita quòd si per annum in excommunicatione huiusmodi perstiterint, extunc velut hæretici condemnentur. Si quis vero super aliquo sæpedictæ pestiferæ doctrinæ hæresiarcharum prædictorum, vel aliquibus articulis dumtaxat scandalosis, temerarijs, seditiosis, vel piarum aurium offensiuis, culpabilis repertus fuerit, canonice puniatur. Si vero propter solam infamiam aut suspicionem dictorum articulorum, vel alicuius ipsorum, quis repertus fuerit suspectus, & in purgatione canonica propter hoc sibi indicta deficeret, pro conuicto habeatur, & tamquam canonice conuictus puniatur. Et insuper felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, quæ incipit, Vt inquisitionis negotium. renouantes, & etiam exequentes, vniuersas potestates & dominos temporales & iudices antedictos, quibuscunq; dignitatibus vel officijs seu nominibus censeantur, exhortando requirimus, & mandamus eisdem, vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles ac filij Ecclesiæ nuncupari, & in Christi nomine gloriari, ita pro defensione fidei vobis Archiepiscopis, Episcopis & electis, ac Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, & alijs iudicibus seu personis ecclesiasticis per vos ad hoc (vt præmittitur) de-

Zanch. de hæres. c. 4. & 6.

Hebr. 6. 4

Concilium Toloſanum c. 3. & Concil. Biterrenſe c. 32.

Lateranense concilium.

I. Manichæos C. de hæret.

c. Cum ſecundum leges de hæret in 6 c. Ad Abolendam. de hæret.

† indita

Propoſitionis diuerſi gradus.

tur) deputandis, fidem & communionem sanctæ matris Ecclesiæ tenentibus, pareant & intendant, præbeantque auxilium & fauorem in hæreticorum, necnon credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum ipsorum inuestigatione, captione, custodia diligenti, cum ab eisdem fuerint requisiti, vt præfatas personas pestiferas alios secum perdere molientes, in potestatem seu carcerem per vos Archiepiscopos, Episcopos, electos, & Inquisitores prædictos aut deputandos à vobis vel ad locum de quo vos vel ipsi mandabitis, infra eorundem dominorum potestatem, rectorum seu iudicum districtum ducant, vel duci faciant sine mora, vbi per viros catholicos à vobis Archiepiscopis vel Episcopis, electis seu Inquisitoribus, seu deputandis personis huiusmodi, vel vestrum aliquo deputato, sub exacta † & diligenti custodia, ne fugiant, ponendo eos, etiam compedibus & manicis ferreis teneant, donec eorum negotium per Ecclesiæ iudicium terminetur, & quòd de hæresi à iudice Ecclesiastico competenti, qui fidem & communionem dictæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ teneat, condemnentur, præfati domini temporales seu rectores, iudices vel eorum officiales seu nuncij, sibi relictos recipiant indilate, animaduersione debita puniendos. Verum ne præiudicium & scandalum præfatæ fidei orthodoxæ religionis Christianæ, prætextu ignorantiæ quemquam in hoc circunueniri, aut versutos homines sub friuolæ excusationis velamine in hac materia palliare contingat, & vt de conuincendis seu cognoscendis hæreticis, receptatoribus, defensoribus, fautoribus, credentibus & adhærentibus, necnon de hæresi suspectis, & alijs huiusmodi peruersa doctrina quomodolibet maculatis, plenior habeatur in futurum instructio, tam ad regnum Bohemiæ, & conuicinas illi, quàm alias quaslibet partes, in quibus hæc superstitiosa doctrina quomodolibet pullulauerit, articulos infra scriptos sectam dictorum hæresiarcharum concernentes pro directione dictæ fidei decernimus transmittendos, & etiam destinandos: super quibus vobis & alijs omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & electis, ac commissarijs & Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus & mandamus, vt quilibet eorum infra limites & loca suæ iurisdictionis, necnon regno & marchionatu, & locis eis vicinis prædictis, etiam si loca ipsa extra iurisdictionem eandem vltra duas diætas consistant, circa extirpationem & correctionem errorum ac hæresum & huiusmodi sectæ pestiferæ, in fauorem ipsius fidei orthodoxæ diligenter inuigilent, & omnes infamatos seu suspectos de tam pestifera labe sub confessati criminis, excommunicationis, suspensionis, interdicti, aut alia formidabili pœna canonica vel legali, prout, quando, & quemadmodum eis videatur expedire, & facti requireret qualitas, ad singulos huiusmodi articulos per iuramentum corporaliter præstitum, tactis sacrosanctis Euangelijs, seu sanctorum reliquijs, imagine Crucifixi, secundum quorundam locorum obseruantiam, iuxta infra scripta interrogatoria, ad quemlibet articulum conuenientia, respondere compellant. Nos enim contra omnes & singulos Archiepiscopos, Episcopos, & electos, Inquisitores, qui super extirpando hæreticæ prauitatis fermento, & expurgando suum territorium, districtum seu locum de talibus malis & sceleratis hominibus, negligentes fuerint seu remisse egerint, vsque ad priuationem seu depositionem Pontificalis dignitatis procedere intendimus, & procedemus, ac procedi faciemus, aliosque loco illorum substituemus, qui prauitatem hæreticam possint & valeant confundere, & ad alias pœnas contra tales à iure inflictas, & alias grauiores (si expediat) infligendas, procedemus, procedique faciemus, iuxta iuris & facti exigentiam, ac huiusmodi culpæ & criminis fœditatem. Tenores vero eorundem articulorum seu capitulorum, de quibus supra fit mentio, sequuntur per ordinem in hæc verba:

Innocent. iiij. in extrauag. Ad extirpanda. §. teneatur ci 1.

† arcta

c. Excommunicamus 1. §. vlt. de hæret.

ET PRIMO SEQVITVR TENOR articulorum Ioannis VVicleff.

Constantien. Concil. sess. 8.

1 SVBSTANTIA panis materialis, & similiter substantia vini materialis, remanent in sacramento altaris.

2 Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento.

3 Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria præsentia corporali.

4 Si Episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non consecrat, non conficit, non baptizat.

5 Non est fundatum in Euangelio, quòd Christus Missam ordinauerit.

6 Deus debet obedire diabolo.

7 Si homo fuerit debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.

8 Si Papa sit præscitus & malus, & per consequens membrum diaboli, non habet potestatem super fideles sibi ab aliquo datam, nisi forte à Cæsare.

9 Post Vrbanum sexum non est aliquis recipiendus in Papam, sed viuendum est more Græcorum sub legibus proprijs.

10 Contra scripturam sacram est, quòd viri ecclesiastici habeant possessiones.

11 Nullus prælatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat eum excommunicatum à Deo: & qui sic excommunicat, fit ex hoc hæreticus vel excommunicatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 Prælatus excommunicans clericum, qui appellauit ad regem vel ad concilium regni, eo ipso tra- A
ditor est regis & regni.
13 Illi qui dimittunt prędicare siue audire verbum Dei, propter excommunicationem hominum, sunt
excommunicati, & in Dei iudicio traditores Christi habebuntur.
14 Licet alicui diacono vel presbytero prædicare verbum Dei, absque auctoritate sedis Apostolicæ
siue Episcopi catholici.
15 Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus, dum est in peccato mortali.
16 Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia ab Ecclesia, possessiona-
tis habitualiter delinquentibus, idest, ex habitu, non solum actu, delinquentibus.
17 Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere.
18 Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & possunt parochiani, propter peccata suorum prælatorum, ad li-
bitum suum eas auferre.
19 Speciales orationes applicatæ vni personæ per prælatos vel religiosos, non plus prosunt eidem B
quàm generales, ceteris paribus.
20 Conferens eleemosynam fratribus, est excommunicatus eo facto.
21 Si aliquis ingreditur religionem priuatam qualemcunque, tam possessionatorum, quàm mendican
tium, redditur ineptior & inhabilior ad obseruationem mandatorum Dei.
22 Sancti instituentes religiones priuatas, sic instituendo peccauerunt.
23 Religiosi viuentes in religionibus priuatis, non sunt de religione Christiana.
24 Fratres tenentur per labores manuum victum acquirere, & non per mendicitatem.
Prima pars est scandalosa & præsumptuose asserta, pro quanto sic generaliter & indistincte lo-
quitur: & secunda erronea, pro quanto asserit mendicitatem fratribus non licere.
25 Omnes sunt Simoniaci, qui se obligant orare pro alijs, eis in temporalibus subuenientibus.
26 Oratio præsciti, nulli valet.
27 Omnia de necessitate absoluta eueniunt.
28 Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio, reseruantur Papæ & Episco- C
pis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris.
29 Vniuersitates, studia, collegia, graduationes & magisteria in eisdem, sunt vana gentilitate intro-
ducta, & tantum prosunt Ecclesiæ sicut diabolus.
30 Excommunicatio Papæ vel cuiuscunque prælati non est timenda, quia est censura Antichristi.
31 Peccant fundantes claustra; & ingredientes, sunt viri diabolici.
32 Ditare clerum, est contra regulam Christi.
33 Siluester Papa & Constantinus Imperator errauerunt Ecclesiam dotando.
34 Omnes de ordine mendicantium, sunt hæretici: & dantes eis eleemosynam, sunt excommunicati.
35 Ingredientes religionem aut aliquem ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad obseruanda diuina præ-
cepta, & per consequens ad perueniendum ad regnum cælorum, nisi apostatauerint ab eisdem.
36 Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus, sunt hæretici, eo quòd possessiones ha-
bent: & consentientes eis, omnes videlicet domini sæculares & ceteri laici.
37 Ecclesia Romana est synagoga satanæ, nec Papa est proximus & immediatus Vicarius Christi & D
Apostolorum.
38 Decretales epistolæ sunt apocryphæ, & seducũt à fide Christi, & clerici sunt stulti, qui studẽt eas.
39 Imperator & domini sæculares, sunt seducti à diabolo, vt Ecclesiam dotarent bonis temporalibus.
40 Electio Papæ à Cardinalibus, à diabolo est introducta.
41 Non est de necessitate salutis, credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias.
Error est, si per Romanam Ecclesiam intelligat vniuersalem Ecclesiam, aut concilium generale,
aut pro quanto negaret primatum summi Pontificis super alias Ecclesias particulares.
42 Fatuum est credere indulgentijs Papæ & Episcoporum.
43 Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad corroborandum humanos contractus, & commercia ciuilia.
44 Augustinus, Benedictus, & Bernardus damnati sunt, nisi pœnituerint de hoc, quod habuerunt
possessiones, & instituerunt, & intrauerunt religiones: & sic à Papa vsque ad vltimum religiosum, om
nes sunt hæretici. E
45 Omnes religiones indifferenter introductæ sunt à diabolo.

Constantien. concil. sess. 8.

TENOR AUTEM ARTICVLORVM Ioannis Huſz. ſequitur, & eſt talis:

1 VNICA est sancta vniuersalis Ecclesia, quæ est prædestinatorum vniuersitas. & infra sequitur:
Vniuersalis sancta Ecclesia tantum est vna, sicut tantũ vnus est numerus omnium prædestinatorum.
8 Paulus nunquam fuit membrum diaboli, licet fecit quosdam actus actibus Ecclesiæ malignan-
tium consimiles.

Præsciti,

A Præsciti, non sunt partes Ecclesiæ, cum nulla pars eius finaliter excidet ab ea, eo quòd prædesti- 3
nationis charitas, quæ ipsam ligat, non excidet.
Duæ naturæ diuinitas & humanitas, sunt vnus Christus. 4
Præscitus, etsi aliquando est in gratia secundum præsentem iustitiam, tamen nunquam est pars san 5
ctæ Ecclesiæ, & prædestinatus semper manet membrum Ecclesiæ: licet aliquando excidat à gratia
aduentitia, sed non à gratia prædestinationis.
Sumendo Ecclesiam pro conuocatione prædestinatorum, siue fuerint in gratia, siue non, secun- 6
dum præsentem iustitiam, isto modo Eccclesia est articulus fidei.
Petrus non est, nec fuit caput Ecclesiæ sanctæ catholicæ. 7
Sacerdotes quomodolibet criminose viuentes, Sacerdotij polluunt potestatem: & sic, vt filij in- 8
fideles, sentiunt infideliter de septem Sacramentis Ecclesiæ, de clauibus officijs, censuris, moribus,
cæremonijs & sacris rebus Ecclesiæ, veneratione reliquiarum, indulgentijs & ordinibus.
Papalis dignitas à Cæsare inoleuit, & Papæ perfectio & institutio à Cæsaris potentia emanauit. 9
B Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel alio, quòd esset caput Ecclesiæ particula- 10
ris, nec Romanus Pontifex est caput Romanæ Ecclesiæ particularis.
Non oportet credere, quòd iste quicunque est Romanus Pontifex, sit caput cuiuscunque parti- 11
cularis Ecclesiæ sanctæ, nisi Deus eum prædestinauerit.
Nemo gerit vicem Christi vel Petri, nisi sequatur eum in moribus, cum nulla alia sequela sit per- 12
tinentior, nec aliter recipiat à Deo procuratoriam potestatem: quia ad illud officium vicariatus re-
quiritur & morum conformitas, & instituentis auctoritas.
Papa non est verus & manifestus successor Apostolorum principis Petri, si viuit moribus contra- 13
rijs Petro: & si quærit Auaritiam, tunc est vicarius Iudæ scarioth. Et pari euidentia Cardinales non
sunt veri & manifesti successores collegij aliorum Apostolorum Christi, nisi vixerint more Apostolo-
rum, seruantes mandata & consilia Domini nostri Iesu Christi.
Doctores, ponentes quòd aliquis per censuram Ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, 14
sæculari iudicio est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas & pharisæos, qui Chri-
C stum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes, Nobis non licet interficere quenquam, ipsum Ioan. 18. f
sæculari iudicio tradiderunt, & quòd tales sint homicidiæ grauiores quàm Pilatus.
Obedientia Ecclesiastica, est obedientia secundum adinuentionem Sacerdotum Ecclesiæ, præter 15
expressam auctoritatem scripturæ.
Diuisio immediata humanorum operum est, quòd sunt vel virtuosa vel vitiosa: quia si homo est 16
vitiosus, & agit quidquam, tunc agit vitiose; & si est vrituosus, & agit quidquam, tunc agit virtuo-
se, quia sicut vitium quod crimen dicitur seu mortale peccatum, inficit vniuersaliter actus hominis
vitiosi, sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.
Sacerdotes Christi viuentes secundum legem eius, & habentes scripturæ notitiam, & affectum ad 17
ædificandum populum, debent prædicare, non obstante prætensa excommmunicatione. & infra,
Quòd si Papa vel aliquis prælatus mandat Sacerdoti sic disposito, non prædicare, non debet subdi-
tus obedire.
D Quilibet prædicantis officium de mandato accipit, qui ad Sacerdotium accedit: & illud manda- 18
tum debet exequi, prætensa excommunicatione non obstante.
Per censuras Ecclesiasticas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ad sui exaltationem 19
clerus populum laicalem sibi suppeditat, auaritiam multiplicat, malitiam protegit, & viam præpa-
rat Antichristo. Signum autem euidens est, quòd ab Antichristo tales procedunt censuræ, quas vo-
cant in suis processibus fulminationes, quibus clerus principalissime procedit contra illos, qui denu-
dant nequitiam Antichristi, qui clerum pro se maxime vsurpabit.
Si Papa est malus, & præsertim si est præscitus, tunc vt Iudas Apostolus est diabolus, fur & filius 20
perditionis, & non est caput sanctæ militantis Ecclesiæ, cum nec sit membrum eius.
Gratia prædestinationis est vinculum, quo corpus Ecclesiæ, & quodlibet eius membrum iungi- 21
tur Christo capiti insolubiliter.
Papa vel prælatus malus & præscitus, est æquiuoce pastor & vere fur & latro. 22
Papa non debet dici sanctissimus, etiam secundum officium, quia aliàs rex deberet etiam dici san- 23
E ctissimus, secundum officium, & tortores & præcones dicerentur sancti, immo etiam diabolus debe-
ret dici sanctus, cum sit officiarius Dei.
Si Papa viuat Christo contrarie, etiam si ascenderet per ritam & legitimam electionem secundum 24
constitutionem humanam vulgatam, tamẽ aliunde ascenderet, quàm per Christum, dato etiam quòd
intraret per electionem à Deo principaliter factam: nam Iudas Scarioth, rite & legitime est electus
à Deo Christo Iesu ad episcopatum, & tamen ascendit aliunde in ouile ouium.
Condemnatio quadraginta quinque articulorum Ioannis Vvicleff per doctores facta, est irratio- 25
nabilis & iniqua & malefacta, & ficta est causa per eos allegata, videlicet ex eo, quod nullus eorum
sit catholicus, sed quilibet eorum aut est hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus.
Non eo ipso quo electores vel maior pars eorum consenserit viua voce secundum ritus hominum 26
in personam aliquam, eo ipso illa persona est legitime electa, vel eo ipso est verus & manifestus suc-

cessor

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessor vel Vicarius Petri Apostoli vel alterius Apostoli in officio Ecclesiastico: vnde siue electores A
bene, siue male elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo ipso quo quis copiosius operatur meritorie ad profectum Ecclesiæ, habet à Deo ad hoc copiosius potestatem.

27 Non est scintilla apparentiæ, quòd oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur, & conseruetur.

28 Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum, melius suam Ecclesiam regularet.

29 Apostoli & fideles Sacerdotes Domini strenue in necessarijs ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium foret introductum: sic facerent, deficiente per summe possibile Papa vsque ad diem iudicij.

30 Nullus est dominus ciuilis, nullus est prælatus, nullus est Episcopus dum est in peccato mortali.

Modus interrogandi hæreticos aut de hæresi suspectos.

Super præmissis autem articulis, quilibet de eis suspectus, seu in eorum assertione deprehensus, iuxta modum interrogetur infrascriptum: In primis, vtrum cognouerit Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioannem Husz de Bohemia, Hieronymum de Praga, seu aliquem eorum, & vnde habuerit eorum notitiam, & vtrum cum eis vel eorum aliquo, dum viuerent, conuersationem vel amicitiam habuerit. B

Item, vtrum sciens ipsos seu aliquem ipsorum excommunicatos, scienter participauerit cum illis, reputans & dicens talem participationem non esse peccatum.

Item, vtrum post mortem eorum pro eisdem seu aliquo eorum orauerit, & publice vel occulte opera pietatis exercuerit, asserens eos fore beatos & saluos.

Item, vtrum eos vel aliquem eorum sanctos reputauerit & dixerit, & eis veneraciones velut sanctis exhibuerit.

Item, vtrum credat, teneat & asserat, quòd quodlibet concilium generale, & etiam Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentet.

Item, vtrum credat, quòd illud quod sacrum concilium Constantiense, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, approbauit & approbat in fauorem fidei, & ad salutem animarum, quòd hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandum & tenendum. Et quod condemnauit & condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato, credendum & asserendum. C

Item, vtrum credat quòd condemnationes Ioannis Vvicleff, Ioannis Husz, & Hieronymi de Praga, factæ de personis eorum, libris & documentis per sacrum generale Constantiense concilium, fuerint rite & iuste factæ, & à quolibet catholico pro talibus tenendæ & firmiter asserendæ.

Item, vtrum credat, teneat, asserat Ioannem Vvicleff de Anglia, Ioannem Husz de Bohemia, & Hieronymum de Praga, fuisse hæreticos & pro hæreticis nominandos ac deputandos, & libros & doctrinas eorum fuisse & esse peruersos, propter quos & quas & eorum pertinacias, per sacrum concilium Constantiense pro hæreticis sunt condemnati.

Item, vtrum habeat in sua potestate aliquos tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocunque idiomate per Ioanem Vvicleff, Ioanem Husz, & Hieronymum hæreticos, seu eorum speudo discipulos & sequaces editos vel translatos, edita vel translata, quòd illos vel illa ordinario loci vel eius commissario seu Inquisitori subiuramento præsentet. D

Quòd si apud se scripta huiusmodi se habere non cognouerit, sed alibi, quòd iuret illa circa suum ordinarium vel alios supradictos infra certum terminum sibi præfigendum deponere.

Item, vtrum sciat aliquem vel aliquos habentes præfatorum tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocunque idiomate composita siue translata, quòd illum vel illos detegat vel manifestet, pro purificatione fidei siue executione iustitiæ.

Item specialiter litteratus interrogetur, vtrum credat sententiam sacri Constantien. concilij super quadraginta quinque Ioannis Vvicleff, & Ioannis Husz triginta articulis superius descriptis, latam, fore veram & catholicam, scilicet, quòd supradicti quadraginta quinque articuli Ioannis Vvicleff, & Ioannis Husz triginta, non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie hæretici, quidam erronei, alij temerarij, & seditiosi, alij piarum aurium offensiui.

Item, vtrum credat & asserat, quòd in nullo casu sit licitum iurare.

Item, vtrum credat, quòd ad mandatũ iudicis iuramentum de veritate dicenda, vel quodlibet aliud ad causam opportunum, etiam pro purificatione infamiæ faciendum, sit licitum. E

Item, vtrum credat, quòd periurium scienter commissum, ex quacunque causa vel occasione, pro conseruatione vitæ corporalis propriæ vel alterius, etiam in fauorem fidei, sit mortale peccatũ.

Item, vtrum credat, quòd deliberato animo contemnens ritum Ecclesiæ, cæremonias exorcismi, & catechismi aquæ baptismatis consecratæ, peccet mortaliter.

Item, vtrum credat, quòd post consecrationem Sacerdotis in Sacramento altaris sub velamento panis & vini, non sit panis materialis & vinum materiale, sed idem per omnia Christus, qui fuit in cruce passus, & sedet ad dexteram Patris.

Item, vtrum credat & asserat, quòd facta consecratione per Sacerdotem, sub sola specie panis tantum, & præter speciem vini, sit vera caro Christi, & sanguis & anima & deitas & totus Christus, ac idem corpus absolute & sub vna qualibet illarum specierum singulariter.

Item,

A Item, vtrum credat, quòd consuetudo communicandi personas laicales sub specie panis tantum, ab Ecclesia vniuersali obseruata, & per sacrum concilium Constantiæ approbata, sit seruanda sic, quòd non liceat eam reprobare, aut sine Ecclesiæ auctoritate pro libito immutare. Et quòd dicentes pertinaciter oppositum præmissorum, tamquam hæretici vel sapientes hæresim, sint arcendi & puniendi.

Item, vtrum credat, quòd Christianus contemnens susceptionem Sacramentorum Confirmationis vel Extremæ Vnctionis, aut solemnizationis Matrimonij, peccet mortaliter.

Item, vtrum credat, quòd Christianus vltra contritionem cordis, habita copia sacerdotis idonei, soli Sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur, & non laico seu laicis quantumcumque bonis & deuotis.

Item, vtrum credat, quòd Sacerdos in casibus sibi præmissis, possit peccatorem confessum & contritum à peccatis absoluere, & sibi pœnitentiam iniungere.

Item, vtrum credat, quòd malus Sacerdos cum debita materia & forma & cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, vere conficiat, vere absoluat, vere baptizet, & vere conferat alia Sacramenta. B

Item, vtrum credat, quòd beatus Petrus fuerit vicarius Christi, habens potestatem ligandi & soluendi super terram.

Item, vtrum credat, quòd Papa canonice electus, qui tempore fuerit eius nomine proprio expresso, sit successor beati Petri habens supremam auctoritatem in Ecclesia Dei.

Item, vtrum credat auctoritatem iurisdictionis Papæ, archiepiscopi, & episcopi in soluendo & ligando, esse maiorem auctoritate simplicis Sacerdotis, etiam si curam animarum habeat.

Item, vtrum credat, quòd Papa omnibus Christianis vere contritis & confessis, ex causa pia & iusta possit concedere indulgentias in remissionem peccatorum, maxime pia loca visitantibus, & ipsis manus suas porrigentibus adiutrices. Et vtrum credat, quòd ex tali concessione visitantes Ecclesias ipsas & manus adiutrices eis porrigentes, huiusmodi indulgentias consequi possint.

Item, vtrum credat, quòd singuli episcopi suis subditis secundum limitationem sacrorum canonum, huiusmodi indulgentias concedere possint. C

Item, vtrum credat & asserat, licitũ esse, Sanctorũ reliquias & imagines à Christi fidelibus venerari.

Item, vtrum credat, quòd Papa vel alius prælatus proprijs nominibus Papæ pro tempore expressis, vel ipsorum vicarij, possint suum subditum Ecclesiasticum siue sæcularem propter inobedientiam siue contumaciam excommunicare, ita quòd talis pro excommunicato sit habendus.

Item, vtrum credat, quòd inobedientia siue contumacia excommunicatorum crescente, prælati vel eorum vicarij in spiritualibus, habeant potestatem aggrauandi & reaggrauandi, interdictum ponendi & brachium sæculare inuocandi, & quòd illis censuris per inferiores sit obediendum.

Item, vtrum credat, quòd Papa vel alij prælati & eorum vicarij in spiritualibus, habeant potestatem Sacerdotes & laicos inobedientes & contumaces excommunicandi, ab officio, beneficio, ingressu Ecclesiæ & administratione Ecclesiasticorum Sacramentorum suspendendi.

Item, vtrum credat, quòd liceat personis Ecclesiasticis absque peccato, huius mundi habere possessiones & bona temporalia.

D Item, vtrum credat, quòd laicis ipsa ab eis auferre potestate propria non liceat, immo quòd sic auferentes, tollentes & inuadentes bona ipsa Ecclesiastica, sint tamquam sacrilegi puniendi, etiam si male viuerent personæ Ecclesiasticæ bona huiusmodi possidentes.

Item, vtrum credat, quòd huiusmodi ablatio & inuasio cuicunque Sacerdoti, etiam male viuenti, temere vel violenter facta vel illata, inducant sacrilegium.

Item, vtrum credat, quòd liceat laicis vtriusque sexus, viris scilicet & mulieribus, libere prædicare verbum Dei.

Item, vtrum credat, quòd singulis Sacerdotibus libere liceat prædicare verbum Dei, vbicunque quandocunque, & quibuscunque placuerit, etiam si non sint missi.

Item, vtrum credat, quòd omnia peccata mortalia, & specialiter manifesta, sint publice corrigenda & extirpanda.

Volumus insuper ac statuimus & decernimus, quòd si quis per secretam informationem per vos recipiendam, vel aliàs repertus fuerit infamatus seu suspectus de quacunque specie hæresis pestiferæ sectæ vel doctrinæ pestilentium Ioannis Vvicleff, Ioannis Husz & Hieronymi de Praga, hæresiarcharum prædictorum, aut de fouendo, receptando, defendendo præfatos damnatos homines, dum viuerent in humanis, vel ipsorum perfidos sequaces & pseudo discipulos, aut ipsorum erroribus credendo, pro ipsis defunctis vel aliquo ipsorum post obitum orando, vel inter catholicos nominando & defendendo, vel ipsos vt sanctos colendo, prædicando, vel adorando, vel aliàs circa eos suspecte agendo, citetur per vos seu alterũ vestrum, personaliter coram vobis seu altero vestrum compariturus, semotis procuratore, & aduocato, responsurus medio iuramento per ipsum sic (vt prædictum est) corporaliter præstito de plena & mera veritate dicenda super prædictis articulis seu eorum singulis vel alijs opportunis, secundum exigentiam casus & occurrentium circunstantiarum ad arbitrium vestrum, & prout vobis seu alteri vestrum videbitur expedire, vel aliàs contra eosdem ipsorum singulos, (prout præsentibus exprimitur) vel aliàs canonice procedatis. E

Suspectus de hæresi aut difamatus citẽ personaliter de fide respõsurus.

Concilium Biterrense ca. 4.

Nec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necnon præsentes litteras exclusis articulis & interrogatorijs superius positis atque obmissis, in ciuitatibus, diœcesibus, terris & locis alijs, vbi tute fieri poterit auctoritate nostra solemniter publicetis & publicari faciatis omnes & singulos hæreticos huiusmodi, necnon sectatores ipsarum hæresum & errorum vtriusq; sexus, tenentes & etiã defendentes eosdem, aut hæreticis ipsis quomodolibet publice vel occulte in diuinis vel alias participantes, etiam si patriarchali, archiepiscopali, episcopali, regali, regiuali, ducali aut alia quauis ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate; necnõ aduocatos & procuratores quoslibet, qui hæreticos huiusmodi aut eorum credentes, sequaces, fautores, defensores & receptatores super crimine hæresis aut credulitatis, sequelæ, fautoriæ, defensionis & receptationis huiusmodi defenderint, excommunicatos singulis diebus Dominicis & festiuis in præsentia populi nuncietis, & per alios nunciari faciatis. Et nihilominus contra eosdem omnes & singulos vtriusque sexus, huiusmodi errores tenentes, approbantes, defendentes, dogmatizantes, ac fautores, & receptatores & defensores eorundem, exemptos & non exemptos, & quemlibet ipsorum, cuiuscunque dignitatis, status, præeminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis (vt præfertur) existant, auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis, & eos quos per Inquisitionem huiusmodi diffamatos, vel per confessionem eorum seu per facti euidentiam, vel aliàs huiusmodi hæresis & erroris labe respersos reperietis, auctoritate prædicta etiam per excommunicationis, suspensionis & interdicti, necnon priuationis dignitatum, personatuum & officiorum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum ac feudorum, quæ à quibuscunque ecclesijs, monasterijs ac alijs locis Ecclesiasticis obtinent, ac etiam bonorum, dignitatum sæcularium, ac graduum scientiarum quarumcunque facultatum, & per alias pœnas, sententias, & censuras Ecclesiasticas ac vias & modos, quos ad hoc expedire seu opportunos esse videritis, etiam per captiones & incarcerationes personarum, & alias pœnas corporales, quibus hæretici puniuntur seu puniri iubentur, aut solent iuxta canonicas sanctiones. Similiter & clericos ipsos & Ecclesiasticas, vsque ad degradationem inclusiue, si eorum culpa ac pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat, corrigatis & puniatis, ac diligenter corrigi & puniri faciatis; necnon contra eosdem, ipsorum, laicorumque bona secundum canonicas sanctiones & legales, contra hæreticos & eorum sequaces editas, quibus eosdem sectatores siue sequaces subiacere decernimus, animose consurgatis iuxta modum & formam supradictos. Et qui de præmissis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum infamati fuerint, ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alij vero qui per testes seu propriam confessionem vel alias legitimas probationes conuicti fuerint de prædictis hæresibus vel articulis vel aliquo præmissorum, eosdem articulos & errores solemniter & publice reuocare, abiurare, pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem (si delictum exegerit) subire cogantur; necnon quòd errores & hæreses huiusmodi cuiuscunq; generis vel speciei censeantur, de cetero verbo, nutu vel facto non fouebunt, seu alios ad credendũ illis verbo vel facto, publice vel occulte, directe vel indirecte, aut alio quouis modo inducent, sufficientem & idoneam cautionem præstare teneantur. Quòd si forsan eosdem articulos solemniter & publice reuocare & abiurare, & pœnitentiam condignam, etiam ad immurationem perpetuam vel temporalem iuxta vestræ discretionis arbitrium sine dilatione subire, ac sufficientem cautionem quòd errores & hæreses ipsas de cetero nõ tenebunt nec fouebunt, nec alios ad credendum vel verbo vel facto, publice & occulte, directe, vel indirecte, vel quouis quæsito colore inducant, præstare, seu aliquid præmissorum facere voluerint, extunc contra ipsos iuxta qualitatem errorum ac delictorum suorum (etiam si expediat) tamquam contra hæreticos aut hæretica labe respersos, auctoritate nostra iuxta canonicas & legales sanctiones summarie & simpliciter ac de plano sine strepitu & figura iudicij, & etiam ex officio, appellatione seu appellationibus quibuscunque cessantibus, procedatis, ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones puniatis, etiam si opus fuerit curiæ sæculari relinquendo. Contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio ciusdem brachij sæcularis, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra ciuitatem & diœcesim suam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam diætam, à fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu ne iudices à Sede Apostolica deputati, extra ciuitatem & diœcesim in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, siue alij vel alijs vices suas committere, aut aliquos vltra vnam diætam à fine diœcesum eorundem trahere præsumant, & de duabus diætis in concilio generali †; quàm alijs quibuscunque constitutionibus Romanorum Pontificum, tam à iudicibus delegatis, quàm personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut alijs editis, quæ possint in hac parte vestræ iurisdictioni aut potestati, eiusq. libero exercitio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari, seu vltra vel extra loca ad iudicium euocari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de uerbo ad verbum de indulto huiusmodi & eorum personis, locis & ordinibus & nominibus propriis mentionem, & qualibet alia dictæ sedis indulgenti a generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam vel totaliter non insertam, vestræ iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua, cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Datum Constantiæ octauo Calend. Martij, Pontificatus nostri Anno primo.

Hæretici & eorum complices diligẽter inquirendi & coercendi iuxta canonicas sanctiones.

Conuicti de hoc crimine publice abiurent, & qualis abiurationis forma.

†c. Vt officia. 5 compescendi. de hæret. libr. 6 Eyme. 3. part. q. 74.

CALI-

CALISTVS III.

Confirmat extrauagantem Innocentij iiij. incipientem, Ad extirpanda. de prædicando verbo Dei. recipiendis crucesignatis, concedendis indulgentijs, & procedendo contra impedientes sacrum Inquisitionis officium.

Edita anno Domini 1458.

CALISTVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs vniuersis fratribus ordinis Prædicatorum Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in prouincia Lombardiæ constitutis, præsentibus & futuris, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex Directorio Sabellano fol. 404.

INIVNCTVM nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, digne tunc peragere non ambigimus, si Romanorum gesta Pontificum prædecessorum nostrorum, quæ pro expugnatione letiferæ pestis hæreticæ prauitatis, prouide emanasse comperimus recensentes, innouantesque illa pro ipsius hæresis extirpatione & fidei Apostolicæ augmento etiam nostro iuuamine roboramus. Dudum siquidem a felicis recordationis Innocentio Papa quarto prædecessore nostro emanarunt litteræ tenoris subsequentis.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs fratribus ordinis Prædicatorum, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis præsentibus & futuris in prouincia Lombardiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem. Malitia huius temporis in diuersis mundi partibus, & maxime in prouincia Lombardiæ peruersorum morum peperit corruptelam: ex quibus letifera pestis hæreticæ prauitatis abundantius solito noscitur pullulasse. Ad expurgationem † pestis eiusdem iuxta officij nostri debitum ex animo intendentes, volumus aduersus huiusmodi operarios iniquitatis, qui massam catholicæ puritatis fermento propriæ contagionis inficiunt, fideles vt consurgant stentque nobiscum pro Euangelicis, quas professi sunt legibus defendendis, salubribus adhortationibus incitari. Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta, districte præcipiendo mandamus, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus in locis vbi contra hæreticos, vobis Inquisitionis officium est commissum, curetis singuli opportuna instantia, contra hæreticos eosdem, eorumque fautores proponere populis publice verbum crucis: & eos qui tacti zelo fidei ad extirpandam prauitatem eandem votum assumpserint, crucis charactere consignare. Vt autem vobis de prædicatione huiusmodi, & fidelibus, qui eiusdem crucis ad hoc votum assumpserint, copiosæ mercedis præmium afferatur; vobis & eisdem fidelibus, illam indulgentiam, illudque priuilegium elargimur, quæ transeuntibus in terræ sanctæ subsidium in generali concilio conceduntur. Cum autem huiusmodi verbum Crucis per vos proponi contigerit, relaxandi omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui ad audiendum verbum ipsum deuote affuerunt, quadraginta, vel viginti dies, de iniunctis pœnitentijs, libera sit vobis & singulis vestrum, de nostra concessione facultas. Et si forte (quod non credimus) aliqua ciuitas, vel communitas, vel persona, cuiuscunque conditionis, vel gradus, huic tam salubri negotio se opponere, seu illud præsumpserit aliquatenus impedire: vt per vos, vel per alios auctoritate nostra ad hoc deputatos, vel in posterum deputandos, libere procedi non valeat in eodem: immo si quicunq; requisiti, illud fouere neglexerint, & iuxta officium & posse suum studiose iuuare: contra eos tanquam contra defensores & fautores hæreticorum, sublato appellationis obstaculo, vos vel vestrum singuli auctoritate nostra intrepide procedatis. Contra quos prout audacia exegerit, Reges & Principes Christianos, necnon Crucesignatos pro terræ sanctæ succursu curabimus inuocare: cum non minus expediat, immo magis, fidem in locis prope positis, quàm procul distantibus defensare. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum mandati & elargitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagniæ Idibus Iulij, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

† extirpationem

Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, de viribus litterarum earundem ab aliquibus hæsitetur: Nos ad extirpationem huiusmodi virus insanabilis totis viribus intendentes, litteras præinsertas auctoritate Apostolica, tenore præsentium innouamus, approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inuocationis, approbationis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Anno Domini. 1255.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo quinquagesimo octauo, septimo Idus Iulij. Pontificatus nostri Anno quarto.

PIVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

PIVS PAPA II. A

Retractatio omniũ per ipsum Pium secundum adhuc in minoribus agentem, pro Concilio Basileen. & contra Eugenium quartum eiusdem Pij prædecessorem, scriptorum.

Edita anno Domini. 1463.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Rectori, & Vniuersitati scholæ Colonien sis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Ex quarto conciliorũ general. tomo. Pagin. 503. ex coloniesi editione an. 1567.

IN minoribus agentes, nondum sacris ordinibus initiati, cum Basileæ inter eos versaremur, qui se generale Concilium facere, & vniuersalem Ecclesiam repræsentare aiebant, dialogorum quendam libellum ad vos scripsimus, in quo de auctoritate concilij generalis, ac de gestis Basileensium, & Eugenij Papæ contradictione, ea probauimus, uel damnauimus, quæ probanda vel damnanda censuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus: nihil mentiti sumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus; existimauimus bene agere, & recta incedere via: nec mentis nostræ aliud erat obiectum, B quàm publica vtilitas, & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem inquiunt philosophi nunquam errare, verum est. At quis sapiens nisi bonus? quis bonus, nisi solus Deus? Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, inquit propheta regius: Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in inuio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce recessimus: nec nobis tantum errauimus, alios quoque in præcipitium traximus: & cæcis ducatum præbentes cæci, cum illis in foueam recidimus. forsitan & aliquos ex vobis scripta nostra decepere, & in deuia deduxerunt: quorum sanguinem si de manibus nostris requisierit Dominus, non habemus quod respondere possimus, nisi nos, vt homines, peccauisse: qui arbitrantes rectum iter, ostendere, obliquum monstrauimus. In misericordia tantum Dei spes nostra sita est, quæ super omnia opera eius elucet. Sed haudquaquam satis fuerit diuinam misericordiam implorare, & dicere: Parce Domine, parce peccatis nostris, nisi pro viribus vulnera, quæ infiximus, veritate curare annitamur: & sicut est in fabulis, Sagitta quæ vulnerauit, afferat opem: siue vt canit Ecclesia, Medelam inde ferat, hostis vnde læserat. Mortem quidam prius sibi C conscierint, quàm videri velint aliquando male sensisse: & nonnulli ne vel ad horam videantur erasse, semper errant; & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abijciunt, & perpetua notantur infamia, & in pessimas prolabuntur hæreses: qui ne appareant inconstantes, pertinaces efficiuntur. superbissimi hoc agunt, qui videri dij, non homines volunt, quales Constantiæ combusti sunt nostra ætate in magno conuentu, Hieronymus & Ioannes hæresiarchæ. Nos homines sumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quæ diximus, scripsimus, egimus, damnari posse: verum non vt Arius, Eutyches, Macedonius, aut Nestorius, & alia blasphemorum turba, ex animo damnatam viam elegimus, seducti peccauimus, vt Paulus; & ignoranter prosecuti fuimus Ecclesiam Dei, & Romanam, primamque sedem. Propter quod prostrati ante oculos diuinæ pietatis, supplices oramus: Delicta iuuentutis meæ & ignorantias ne memineris, &c. Pudet erroris, pœnitet male fecisse, & male dictorum scriptorumque vehementer pœnitet, plus scripto quàm facto nocuimus: sed quid agamus? scriptum & semel emissum volat irreuocabile verbum. D Non sunt in potestate nostra scripta, quæ multas inciderunt in manus, & vulgo leguntur. vtinam latuissent, quæ sunt edita. nam si futuro in sæculo manserint, & aut in malignas mentes inciderint, aut incautas, fortasse scandalum parient. Qui hæc scripsit, inquirent, in beati tandem Petri cathedra sedit, & Christi saluatoris Vicariatum gessit: ita scripsit Aeneas, qui postea summum Pontificatum adeptus, Pius ij. appellatus est, nec inuenitur mutasse propositum. qui eum elegerunt, & in summo Apostolatus vertice collocarunt, ab ijs scripta eius approbata videntur. Verendum est, ne talia nostris aliquando successoribus obijciantur: & quæ fuerunt Aeneæ, dicantur Pij; atque ab ea sede auctoritatem vendicent, aduersus quam ignoranter latrauerunt. Cogimur igitur, dilecti filij; beatum Augustinum imitari, qui cum aliqua in suis voluminibus erronea inseruisset, retractationes edidit. Humilis & probatissimi vir ingenij, qui suas ineptias verecunde confiteri ac corrigere, quàm impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus: confitebimur ingenue ignorantias nostras, ne per ea quæ scripsimus iuuenes, error irrepat, qui possit in futurum Apostolicam sanctam sedem oppugnare. Nam si quem decuit vnquam Romani primiq. throni eminentiam & gloriam defendere ac E extollere, nos illi sumus, quos sine vllis meritis pius & misericors Deus, sola dispensatione sua, ad beati Petri solium & dilectissimi filij sui Domini nostri Iesu Christi vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones vestras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis scriptis inhæreatis, aut fidem vllam præstetis, quæ supremam Apostolicæ Sedis auctoritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid astruunt, quod sacrosancta Romana non amplectitur Ecclesia. Suadete omnibus, vt id solium præ ceteris veneretur, in quo saluator Dominus suos vicarios collocauit: & quod beati Apostoli Petrus & Paulus suo sanguine dicauerunt. nec putetis diuinam prouidentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, inordinatam reliquisse militantem Ecclesiam: quæ cum sit sponsa Christi, profecto à Deo est, & ordinem habet, dicente Apostolo, Quæ sunt, à Deo ordinata esse. Requirit autem ordo, vt inferiora à superioribus gubernentur, & ad vnum tandem perueniatur,

Luc. 18. Psal. 113.

Psal. 144.

Pertinacia hæreticorum vnde quandoque nascatur.

Psal. 24.

Virorum sanctorum si mos emendare errores, non pertinaciter defendere.

c. Quamuis 21. dist.

Rom. 12. c. In apibus. 7. q. 1.

A niatur, tanquam principem & moderatorem cunctorum, quæ infra se sunt: Sicut grues vnam sequuntur, & in apibus vnus est rex: ita & in Ecclesia militanti, quæ instar triumphantis habet, vnus est omnium moderator & arbiter, Iesu Christi vicarius: à quo tanquam capite, omnis in subiecta membra potestas & auctoritas deriuatur, quæ à Christo Domino Deo nostro sine medio in ipsum influit, nec profecto in alium, tanquam sui exercitus ducem, supremam auctoritatem Christus principaliter deriuasset, quàm in suum vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commissam nouimus Dominici gregis curam: nec duos pluresue Petros Euangelistæ commemorant, nec duos, aut plures instituit Dominus, qui suum locum tanquam capita tenerent æqualia: sed vnum constituit, vt verticem, ac ducem, & pastorem vniuersi gregis, Simonem Petrum, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claues regni cælorum. & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælo. Et, Pasce oues meas. Quæ nulli alteri seorsum dicta leguntur, nisi Petro, vt in Petro vnitas, & summa contineretur auctoritas: nec alius à petra dictus est Petrus, nisi Simon; vt intelligeremus vnicum esse verę & solidæ petræ, B id est, Christi, (vt Paulus exponit) locum tenentem Simonem Petrum, qui solus pro Domino in periculo constituto exemit gladium. Petrus igitur, & successores eius Romani Pontifices primatum in Ecclesia tenuerunt, & nos hodie, quamuis indigni, sola Domino voluntate digni, tenemus, & quicunque Romanæ secundum canonicas sanctiones præficitur Ecclesiæ, quamprimum electus est in sacro collegio, supremam à Deo potestatem sine medio consequitur, & per ordinẽ in omnem diffundit Ecclesiam, cuius peccata diuino indicio punienda relinquuntur. Si quid aduersus hanc doctrinam inueneritis aut in dialogis, aut in Epistolis nostris, quę plures à nobis sunt editæ, aut in alijs opusculis nostris (multa enim scripsimus adhuc iuuenes) respuite, atq; conténite. sequimini quæ nunc dicimus, & seni magis quàm iuueni credite; nec priuatum hominem pluris facite, quàm Pontificem. Aeneam reijcite, Pium recipite. illud gentile nomen parentes indidere nascenti: hoc Christianum in Apostolatu suscepimus. Dicent fortasse aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem aduenisse, & cum dignitate mutatam esse sententiam. Haud ita est, longe aliter actum. Audite filij conuersationem nostram: breC uis narratio erit, quæ vobis, quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet satis. Anno salutis primo & trigesimo supra millesimum quadringentesimum cum Dominico Capranica, quem Martinus v. in secreto consistorio Cardinalem creauerat, Eugenius iiij. spreuerat, Basileam petiimus, ibique concilium inchoatum inuenimus, verum ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, asserentes iam incœptum concilium sine consensu patrum, qui conuenissent, haud quaquam potuisse dissolui. Iulianus aderat S. Angeli Cardinalis, natione Romanus, moribus & doctrina conspicuus. Is cum ceteris præstaret, audita Eugenij reuocatione, præsidentiam dimisit, tanquã summo Pont. vellet obedire: sed cum augesceret in dies, Eugenio vel inuito, concilium, & multi ex diuersis regionibus Episcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Rom. Cur. profugi in dies nonnulli concurrerent, præsidentiam resumpsit: & auctoritatem concilij mirum in modum extollens, eminentiam primæ sedis supprimere cœpit. Venientes Eugenij legatos, & potestatem Romanorum præsulum magnificantes, apparenter cõfutauit: & cum esset facundissimus, facile persuasit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex vrbe profecti, Eugenio infensi, vitã eius moresq; carpebant: D accedebant in horas cateruatim noui curiales, qui (vt est omnis multitudo maledica, & inimica principi) Eugenij nomẽ modis omnibus lacerabant. Nos, qui ex patria iuuenes, nõ ex vrbe illuc migrauera mus, & noua tum primũ auis ex Senensi gymnasio euolaueramus, rudes & inexperti, vera esse arbitramur quæcunq; dicebantur. nec putabamus mentiri alios, qui nesciremus ipsi mentiri; atq; vt est innatum homini tetra & horrenda crimina odio habebamus. nec Eugenium diligere poteramus, quem tot tantique testes indignum Pontificio dicerent, Aderant legati Parisiensis scholæ, cuius est fama percelebris: affuerunt & aliquando vestri & aliorum studiorum Germanicæ nationis oratores; & vno cuncti ore concilij generalis auctoritatem ad cælum efferebant. De potestate Rom. Pontificis pauci erant qui loqui præsumerent: omnes, qui publice loquebantur, prurientes auribus, multitudini applaudebant. Accessit & ipsius Eugenij consensus, qui dissolutionem concilij à se factam reuocauit, & progressum eius approbauit, cum reconciliata synodus Eugenio videretur, & pax Ecclesiæ data. Præterita enim omnia per suas litteras concilij patres Eugenio sese remissuros, & pedes eius tamquam beati Petri exosculaturos promiserant, si reuocata dissolutione, cõcilio cursum permitteret, atq; illi cohæE ret. Nouæ intercessere discordiæ, tũ alijs de rebus, tũ potissime super translatione concilij Græcorũ causa in alium locum. Eugenius in Italia, non sine ratione, concilium petebat; popularitas synodalis transire montes horrebat, & in Auinione, aut in Sabaudia locum desiderabat. Adiuerunt per id temporis duo viri ex Italia Basileense concilium, Nicolaus Panormitanus Archiepiscopus, & Ludouicus Pontanus Apostolicæ sedis notarius, Alfonsi Magni regis oratores, qui, velut duo orbis sidera, ceu Pontificij iuris, & totius ciuilis sapientiæ, duo præcipua lumina & clarissima censebantur. Hi dictis scriptisque concilij gesta probabant, Eugenij facta damnabant: nec erat qui aut vellet aut auderet dicta eorum refellere. Quid agerem⁹? audire potuimus, non dicere? Rude nimis ingenium est, quod per singulos dies audita & inculcata non capit. Quales magistri sunt, tales discipuli euadere solent. Paucos inuenias Aristoteles, qui Platonica norint destruere dogmata. Non est discipulus supra magistrum, in- Luc. 6. quit Dominus: nec nos magistrum potuimus superare. Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

alij complures fuere magistri: schola, Basileensis conuentus, in quo raro aliquis Eugenij causam defendit. Aduersus concilij dignitatem mutire aliquid, crimen hæresis fuit. Vna omnium vox concilium Eugenio præferebat. De sedis Apostolicæ præcellentia aut silentium, aut contemptus: Concilium concilium cuncta sonabant. Didicimus ergo quę audiuimus, & post aliquot annos, existimantes nos aliquid esse diximus (vt est apud Satyricum.) *Semper ego auditor tantum? numquamne reponam?* Puduit semper discipulum agere, subtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui, & magistri personam induimus. Scripsimus epistolas & opuscula, hoc omnibus passim datur: docti & indocti scribunt: & quæ scripsit ipse, nemo contemnit, nisi editionis feruorem tempus extinxerit: nobis placebant scripta nostra, more poetarum, qui poemata sua tamquam filios amant. Nec Basileæ quenquam inueniebamus qui ea damnaret. probant enim similia similes: applaudebamus nobis ipsis, & in editionibus nostris gloriabamur, & quamquam postea Eugenius concilium in Italiam transtulerit, & cum Græcis Ferrariæ, ac demum Florentiæ conuenerit: quamquam Iulianus sancti Angeli & Ioannes sancti Petri Cardinales, quibus plurimum credebamus, ad Eugeniũ defecissent: quamquam paucissimi in fide Basileensi remansissent; noluimus tamen credere, existimantes cunctos, qui abibant, metu recedere, ne bona temporalia perderent. & cum nihil haberemus, quod nobis auferri posset, perseuerandum putauimus, ne partem, quæ verior nobis apparebat, relinquentes, detrimentum animæ faceremus. Mansimus igitur Basileæ, quoad Eugenio (vt credidimus) iusto iudicio deposito, Amadeus Sabaudiensis suffectus est, & Felix v. appellatus: quem non vt idolum (quod erat) sed tamquam verum Christi vicarium, venerati fuimus, nihil ad hæc sinistri putantes intercessisse. At cũ Fridericus Romanorum rex, Aquisgrani coronatus, domum repetens, Basilea transitum † fecisset; rogatusque Felicem illic præsentem accedere, nullo pacto persuaderi potuisset, vt honorem ei, tamquã Rom. Pontifici, exhiberet, aut publice cũ eo verba misceret: tum primũ considerauimus possibile esse, quòd partem erroneam sequeremur, quando Rex, imperator Romanorum futurus, in tanto negotio dubius esset, & ad Eugenium inclinaret magis. Multum & sepæ inter nos ipsos cogitauimus, quis esset modus inueniendi verum, nunquam enim volentes errauimus. Rogati in familiam Friderici transire, non renuimus. erat tunc ille cum tota fere Germania neutralis. Concilium Basileæ dicebant esset Germani, & idolum eius respuebant, Eugenium Christi vicarium appellabant, & concilium, ab eo celebratum recusabant, nec Eugenio, nec Basileensibus plene obediebant. Placuit ad neutrales transire, vt verum apud eos liberius audiremus, & si recedendum esset ab vno extremorum, per aliquod medium transiremus ad alterum, & eorum iudicium spectaremus, qui non essent affecti causæ. Mansimus in aula Friderici pluribus annis, illic varias audiuimus opiniones. Neutralitatem idcirco Teutones induerant, vt concordia facilius inueniretur, non ex consilio Solonis, qui tumultuante ciuitate extorrem fecit eum, qui sine parte remansit. Multa inter neutrales didicimus, quæ nos antea latebant: Eugenium falsò de multis accusatũ inuenimus: Cardinales, qui Basileam venerant, ob priuatas inimicitias bono & sancto viro notam inurere voluisse: qui tamen cũcti postea ad eum redierunt, & veniam errati petierunt. Forte per id tempus Iulianus sancti Angeli Cardinalis, cuius supra meminimus, ex Vngaria, quæ sibi decreta contra Turcas fuerat prouincia, Flauinianum venit, (quæ hodie Vienna dicitur) præcipuum Austriæ columen: sæpe cum eo sermonem pro veteri consuetudine miscuimus, sæpe de rebus Basileensibus disputauimus. tuebamur antiquam sententiam: ille nouam defendebat. extollebamus generalis concilij auctoritatem: ille Apostolicę sedis potestatem magnopere collaudabat. dicebamus concilium Basileense iure perseuerasse, quamuis Eugenius præsidentes reuocasset, & hoc eius factum accusabamus: ille dissolutum seu translatum rite concilium affirmabat, & Basileensium opera multis modis detestabatur, Basileæque non synodum ecclesiæ, sed Satanæ, & ministrorum eius synagogam remansisse dicebat. Diutina fuit inter nos concertatio, verum modesta & charitate plena: ad extremum cum suis scriptis, dictisque Cardinalem vinceremus, præmeremusque vehementer, subridens ille; Tu, inquit, Aenea tabellis obsignatis agis mecum: & quoniam aliquando sensimus vt dicis, idcirco & hodie idem putas debere sentire, & addictos priori sententiæ censes. verum propterea nos sumus liberi, quia mutare sententiam vsque ad mortem possumus. cur enim non liceat omni tempore, relicto falso, verum amplecti? Fateor me dixisse & scripsisse, quæ refers, verùm à vero remotum errasse: at tu, qui, vt ais, me doctore Basileensibus credere adductus es, errantem olim sectatus es, cur modo non sequeris recta monentem? Præsumpsi de meipso, dum essem Basileæ, nimis, quamuis deceptus decepi, & credens prodesse, nocui. in medio Ecclesiæ docens quę non didici, cæcus erraui, & in tenebris ambulaui. reliqui tandem ecclesiam malignantiũ, & cum impijs sedere recusaui. reuelauit Dominus oculos meos, & consideraui mirabilia de lege sua: cognoui priorem errorem, & quantum à vero procul abijssent Basileenses, plane intellexi. adij Romanam curiam, & Eugenio, cui fuissem rebellis, submisi ceruicem: à quo misericordiam consecutus, ad vnionem Græcorum nauaui operam, & illis Romanæ Ecclesiæ reconciliatis, aduersus impios Turcas legationem accepi. castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, sed humiliatum exaltauit: quia cognito in errore non perseueraui, sed mox in viam redij, & ex magistro factus discipulus, ex magno paruus, expurgato veteri fermento, nouum hominem indui, & vere matris lacte nutritus, ad fontem veri perueni, quem sancti doctores ostendunt Græci & Latini, quorum vna vox est, saluari non posse, qui sanctæ Romanæ Ecclesię non tenet vnitatem, omnesque illas virtutes man-

Iuuenalis.

Nota testimonium de Amadeo.

† iter

Omni tempore relicto falso verum amplectendũ est.

cas esse

cas esse ei, qui summo Pontifici obedire recusat: quamuis in sacco & cinere iacens, dies & noctes ieiunet, & oret, & in ceteris videatur legem implere: quia melior est obedientia, quàm victimæ. & omnis anima potestatibus sublimioribus subiecta est, & Romanum præsulem in Ecclesiæ vertice constitutum esse constat, à quo nullam ex ouibus Christi exemptam nouimus. Ego ad ouile redij, qui diu erraueram extra caulas, & pastoris Eugenij vocem audiui: tu si sapias, idem facies. hæserunt pectori nostro verba viri † quæ sæpe ad nos repetijt non sine charitate ardenti, & amore singulari. Interea ex diuersis regionibus homines doctissimi Cæsarem adierunt, quibuscũ placidos de eisdem rebus miscuimus sermones semper ad verum intenti, cuius est natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Carauaialis Apostolici palatij auditor, natione Hispanus, qui, Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac legatione successit: quocum sæpe de concilio Basileensium amice disputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quem de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumque Cæsar ad vnionem Ecclesiæ procurandam in Nuriberga suæ nationis conuentum instituisset, decreuissetque summum Pontificem adhortari, vt Constantiæ nouum Concilium indiceret, legatumque mitteret, ac Basileenses pariter induceret, vt eò se transferrent, vt pax Ecclesiæ redderetur: primi Basileenses recusauere. Quod audiens Thomas Asselbachius ex Germanis insignis Theologus, Nunc, inquit, scio Basileenses spiritum sanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt. idem multi alij dixere viri doctissimi, & opinione sanctitatis illustres. Quibus consideratis, caligo tandem ab oculis nostris cecidit, quæ velut aranearum tela, verum cernere impediebat. Recognouimus errorem nostrum, venimus Romam, Basileen. dogma reiecimus, Eugenio Pontifici maximo caput submisimus, & reconciliati Ecclesiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus, Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior. Super illam fundatam Ecclesiam scio: quicunque extra hanc domum agnũ Dominicum comederit, profanus est: si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio. Eramusque adhuc pene laici, quando ad Eugenij obedientiam rediuimus. Ex Basilea clericali tantũ charactere insigniti recessimus, nec vnquam sacros imbuimus ordines, nisi post veritatem cognitam, Basileen. cæcitate relicta. In Austria minores ordines, ac subdiaconatum, & diaconatum recepimus: in Vrbe ad presbyteratum peruenimus, Hæc est conuersatio nostra: per hos gradus è tenebris ad lucem migrauimus. ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Saracenus † theologicæ sapientiæ celebratus ac acutissimus interpres, qui postea in summo collocatus Apostolatu, Nicolai quinti nomen accepit. His auctoribus vnam Ecclesiam catholicam, & Apostolicam esse didicimus matrem omnium fidelium, extra quam non inuenitur salus, sponsam Christi immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem sibi proponunt vitam æternam. Idcirco enim in Ecclesia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hostibus pugnant, vt pacem tandem assequantur, & cum Iesu magistro, ac legifero suo in cælesti Hierusalem triumphare, ac regnare possint. Hic finis Christiano proponitur, huc omnes Ecclesiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulæ tendunt. & quoniam Ecclesia quidem exercitus est Deo militans, terribilis, vt castrorum acies ordinata dicitur: vni proculdubio Imperatori subiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumque pius ac max. & opt. Deus in suo sanguine fundauerit Ecclesiam, eamque voluerit ad finem vsque sæculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen institutum esse, quod optimum censeretur? At vero inter genera gubernationum communis philosophorum sententia est, præstare monarchiam: & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamuis eiectis regibus duos annuos consules elegerunt, & modo tribunos addidere, modo alios magistratus inuenere: in aduersis tamen casibus, bellisque grauioribus ad vnum aliquem recurrerunt, virtute & auctoritate præstantem, quem Dictatorem appellauerunt, cuius dicto nõ liceret aduersari. & quanquam dictaturam ab initio temporaneam instituerant, in Iulio tamen & successoribus eius perpetua effecta est. Nec vnquam Romana res admirabilior, aut celsior fuit, quàm sub Augusto Cæsare, quando iam clausis Iani portis, totus fere orbis, sub vnius hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mũdi Saluator monarchicum regimen ceteris prætulisse videtur gubernationibus. Idem probat totius fere orbis consuetudo, cuius maximam partem gubernãt reges, siue Christianos intueamur, siue Barbaros. & quamuis ciuitates aliquot reperiãtur, quæ cum maxime seruiant, liberas sese vocitant, sine rege viuentes; non possunt tamen effugere, quin vnũ præferant alijs, eique tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? cælestis aula nos admonet, quid illa pulchrius? quid ordinatius? quid maius, aut durabilius? quid melius, aut beatius? quamuis in ea & Angelorum diuersi sint ordines, & sanctorum spirituum innumerabiles chori; vnus est tamen omnium rex æternus Deus, qui condidit vniuersa, & nihil negligit eorum, quæ condidit. cuius filius vnigenitus Christus Iesus cum pro nostra salute venisset in hunc mundum, seruili accepta forma, Ecclesiam, de qua loquimur, in cruce patiens, suo sanguine acquisiuit, & in ea vsque in diem Ascensionis corporaliter præsedit, & tanquam dux verus & imperator, cuncta in finem suum direxit. At cũ ascendisset in cælum, eum indubitanter sui gregis pastorem reliquit, cui dixerat, Pasce oues meas: &, Tibi dabo claues regni cælorum. Neque enim dixit, & non fecit, qui solus est verax. Grex Christi, Ecclesia est. Pastor primus ipse Christus fuit, & pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis. Secundus pastor Petrus extitit, ab ipso Domino institutus, atque omni potestate donatus, quæ ad bene regendum commissas oues necessaria ducitur. alioqui Christus, qui sapientia patris est, & omnino

1.Reg.15.
Rom.13.

† vitæ.

Nulli extra Ecclesiam dat. salus.

† Sarzanus legit Platina.

Qualis viri Christiani finis.
Cant.6.

Inter genera gubernationũ monarchia præstantior.

Ioan.21.
Matth 16.
Ioan.10.

F sapienter

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapienter egit, Ecclesiæ suæ haud sufficienter prouidisset, quod est nefarium asserere. & quamuis plures per orbem Ecclesiæ institutæ fuerint, & plures Episcopi, id est, plures greges, & ouilia plura, & pastores plures: omnes tamen sub vno pastore, & in vno grege, atque ouili continebantur, sicut & hodie continentur: quia vnus est Christi thalamus, vna sponsa, vnum ouile, & vnus pastor, & omnium episcoporum vnus episcopus Romanus præsul, beati Petri successor, & Iesu Christi vicarius. Petrus enim in Antiochia primum sedit, deinde Romam venit. vnde cum persecutionem fugiens, vellet abire, à Domino prohibitus est, & hic glorioso martyrio vitam finiuit, successore Clemente substituto, † atque ita in hanc vsque diem seruatum est, vt qui Romæ sederit antistes rite institutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Christianæ plebes, omnes populi, omnes reges, omnes clerici, omnes episcopi tanquam Iesu Christi vicarium, & beati Petri successorem, vniuersalis Ecclesiæ caput ac rectorem & ducem venerati sint. Inter quos plurimi pro Christi nomine asperrimos † perpessi cruciatus, & morte multati, coronam martyrij susceperunt: plurimi confessores egregij vita, moribus, & doctrina fulgentes, quamuis sine sanguinis effusione, non tamen sine periculis & labore, ac voluntate parata pro conseruanda sacri Euangelij auctoritate moriendi, ad cælestem gloriam peruenere: vt Gregorij, Damasi, Leonis, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quæ tertius claruit Eugenius, ex monasterio Sancti Anastalij ad summum sacerdotium euocatus, ad quem diuus Bernardus monachorum pater, non minus doctrinæ fulgore, quàm vitæ sanctimonia illustris, inter multa, huiusmodi verba conscripsit: Indagemus, inquit, adhuc diligentius quid sis, quam geras videlicet personam pro tempore in Ecclesia Dei. Tu es sacerdos magnus, summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt & alij quidem cæli ianitores, & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrunque præ illis nomen hæreditasti. Habent illi assignatos sibi greges singulis singulos, tibi vniuersi crediti vni sumus. Nec modo ouium, sed & pastorum, tu vnus omnium pastor. Hæc Bernardus ad Eugenium 111. scribit, cui supremam & omnimodam in Ecclesia potestatem concedit. Quod ille de tertio testatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus alijs Romanis Pontificibus profitemur, quia dignitatis est auctoritas. Liquet igitur vnum in Ecclesia caput esse, & vnum principem: quia pax populi ex vno rectore dependet, & pluralitas principum discordiam parit. Christus Ecclesiæ suæ in vltimo testamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit. Dedit ergo & regimen pacis amicum, ideſt, monarchicum, sub beato Petro, & successoribus eius administrari, cuncta præcipiens clauibus illis commissis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis auctoritate, & potestate sentimus, cui & congregare generalia concilia, & dissoluere datum est: qui etsi filius est propter regenerationem, propter dignitatem tamen pater habetur: & sicuti † filiationis causa venerari debet Ecclesiam, tanquam matrem; ita & prælationis causa præfertur † ei, vt pastor gregi, princes populo, rector familiæ. Cum his & generalis concilij auctoritatem, & potestatem complectimur, quemadmodum & æuo nostro Constantiæ, dum ibi fuit synodus vniuersalis, declaratum definitumque est. Veneramur enim Constantien. concilium, & cunctæ, quæ processerunt à Romanis Pontificibus nostris præcessoribus † approbata, inter quæ nullum inuenimus vnquam fuisse ratum, quod stante Romano indubitato præsule, absque ipsius auctoritate conuenerit: quia non est corpus ecclesię sine capite, & omnis ex capite defluit in membra potestas. Hæc nostra sententia est, filij: hæc credimus, & profitemur: hæc iam senes, & in Apostolatus apice constituti, pro veritate asserimus: si quæ vel vobis, vel alijs conscripsimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent; illa, tanquam erronea, & iuuenilis animi parum pensata iudicia, reuocamus, atque omnino respuimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum vj. Calend. Maias, anno Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

† instituto

† acerrimos

Bernardi ad Eugenium notatu dignaverba.

Ioan. 14.

† sicut propter regenerationis causam † præest

† prædecessoribus,

SIXTVS IIII.

Dilecto filio Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi Bononiensis in spiritualibus generali.

Asserere, non esse hæreticum à dæmonibus expectare responsa, multa scandala genera uit, & ideo de ea re iubetur inquiri.

Edita anno Domini 1473. Ex Directorio Sabellano. fol. 421.

DILECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem. NVNTIATVM est nobis, nonnullos ordinis sanctæ Marię de mõte Carmeli fratres tãtæ fuisse temeritatis, vt veriti nõ sint disputando & prædicãdo in nostra ciuitate Bononiẽsi, eiusq. comitatu asserere, nõ esse hæreticũ & à puritate fidei alienũ, dæmonũ expectare responsa: ob quod aduersus ipsius fidei puritatem scãdala multa exorta videntur. Nos id indigne molesteque ferentes, & de præmissis certam notitiam non habentes

habentes, discretioni tuæ per præsentes committimus & mandamus, vt omni opportuna adhibita diligentia, & industria verã notitiam habere cures: an sit, qui fuerint huiusmodi assertores, & quæ scandala propterea sint exorta. Quidquid autem in præmissis inueneris in scriptis authentice redactum, ad dilectum filium Frãciscum de Toleto notarium, & Datarium nostrum domesticum, sub tuo sigillo transmittas: vt ab eo de omni re certiores facti, quid agi conueniat, auctore Domino, statuere valeamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decimoseptimo Iunij, Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. Pontificatus nostri anno secundo.

L. Griffus.

INNOCENTIVS OCTAVVS.

Tribuitur potestas Inquisitoribus procedendi contra hæresim siue sectam maleficorum.

De eodem argumento tractat alia extrauagans Alexandri Papæ VI. incipien. Cum acceperimus, & alia extrauagans Hadriani VI. incipien. Dudum, & alia Leonis, quæ suis locis in hoc bullario inferuntur: tamet si autem certis Inquisitoribus destinentur, ad omnes generaliter referendæ sunt, & vide Bartholomæum Spineum in libro de strigibus, cap. 3.

Edita anno Domini. 1484 Habetur impressa in principio. Malleï Maleficarum Iacobi Sprengerij.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. SVMMIS desiderantes affectibus, prout pastoralis sollicitudinis cura requirit, vt fides catholica nostris potissime temporibus vbique augeatur, & floreat, ac omnis hæretica prauitas de finibus fidelium procul pellatur, ea libenter declaramus ac etiã de nouo concedimus, per quæ huiusmodi pium desiderium nostrum votiuum sortiatur effectum, cunctisque propterea per nostrę operationis ministerium, quasi per proui operatoris sarculũ erroribus extirpatis, eiusdem fidei zelus & obseruantia in ipsorum corda fidelium fortius imprimatur. Sane nuper ad nostrum non sine ingenti molestia peruenit auditum, quòd in nonnullis partibus Alemaniæ superioris, necnon in Maguntinen. Colonien. Treueren. Saltzumburgen. & Bremen. prouincijs, ciuitatibus, terris, locis, & diœcesibus complures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide catholica deuiantes cum dæmonibus incubis & succubis abuti, ac suis incantationibus, carminibus, & coniurationibus, alijsque nefandis superstitijs & sortilegis excessibus, criminibus & delictis, mulierum partus, animalium fœtus, terræ fruges, vinearum vuas, & arborum fructus, necnon homines mulieres, pecora, pecudes & alia diuersorum generum animalia; vineas quoque pomeria, prata, pascua, blada, frumenta, & alia terræ legumina perire, suffocari & extingui facere, & procurare, ipsosque, homines, mulieres, iumenta, pecora, pecudes & animalia diris tam intrinsecis quàm extrinsecis doloribus & tormentis afficere, & excruciare, ac eosdem homines ne gignere, & mulieres ne concipere, viroſque in vxoribus & mulieres ne virisactus coniugales reddere valeant, impedire: fidẽ prætcrea ipsam, quam in sacri susceptione baptismi susceperunt, ore sacrilego abnegare: Aliaque quam plurima nefanda, excessus & crimina, instigante humano generis inimico, committere & perpetrare non verentur, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensa, ac perniciosum exemplum ac scandalum plurimorum. Quodque licet dilecti filij Henrici institoris, in prædictis partibus Alemaniæ superioris, in quibus etiam prouinciæ, ciuitates, terræ, diœceses, & alia loca huiusmodi comprehensa fore censentur: necnon Iacobus Sprenger, per certas partes lineæ Rheni, ordinis Prædicatorum & Theologiæ professores, hæreticæ prauitatis Inquisitores per litteras Apostolicas deputati fuerunt, prout adhuc existunt: tamen nonnulli clerici & laici illarum partium, quærentes plura sapere quàm oporteat, pro eo quod in litteris deputationis huiusmodi prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ, & alia loca prædicta, illarumque personæ ac excessus huiusmodi nominatim & specifice expressa non fuerunt, illa sub eisdem partibus minime contineri, & propterea præfatis Inquisitoribus in prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus terris, & locis prædictis, huiusmodi Inquisitionis officium exequi non licere, & ad personarum earundem super excessibus & criminibus antedictis, punitionem, incarcerationem, & correctionem admitti non debere, pertinaciter asserere non erubescunt. Propter quod in prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis excessus, & crimina huiusmodi non sine animarum earundem euidenti iactura, & æternæ salutis dispendio remanent impunita. Nos igitur impedimenta quælibet, per quæ ipsorum Inquisitorum officij executio, quomodolibet retardari posset de medio submouere, & ne labes hæreticæ prauitatis, aliorumque excessuum huiusmodi in perniciem aliorum innocentum sua venena diffundat, opportunis remedijs prout nostro incumbit officio, prouidere volentes, fidei zelo ad hoc maxime nos impellente, ne propterea contingat, prouincias, ciuitates, diœceses, terras, & loca prædicta sub eisdem partibus Alemaniæ superioris debito Inquisitionis officio carere, eisdem Inquisitoribus in illis officium Inquisitionis huiusmodi exequi licere, & ad personarum earundem, super excessibus & criminibus prædictis correctionem, incarcerationem, & punitionem admitti debere, perinde in omnibus & per omnia, ac si in litteris prædictis prouinciæ, ciuitates, diœceses, terræ, & loca ac personæ, & excessus huiusmodi nominatim, & specifice expressa forent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa forent, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus. Proque potiori cautela litteras & de- A
putationem prædictas ad prouincias, ciuitates, diœceses, terras & loca, necnon personas, & crimina huiusmodi extendentes, præfatis Inquisitoribus, quod ipsi & alter eorum accersito secum dilecto fi-
lio, Ioanne Gremper Clerico Constantien. diœcesis magistro in artibus eorum moderno, seu quouis alio notario publico per ipsos, & quemlibet eorum pro tempore deputando in prouincijs, ciuitatibus, diœcesibus, terris, & locis prædictis contra quascumque personas cuiuscunque conditionis, & præeminentiæ fuerint, huiusmodi Inquisitionis officium exequi, ipsasque personas, quas in præmissis culpabiles reperierint, iuxta earum demerita corrigere, incarcerare, punire & mulctare. Necnon in singulis prouinciarum huiusmodi parochialibus Ecclesijs, verbum Dei fideli populo quotiens expedierit, ac eis visum fuerit, proponere & prædicare, omniaque alia & singula in præmissis & circa ea necessaria & opportuna facere, & similiter exequi libere & licite valeant, plenam ac liberam, eadē auctoritate de nouo concedimus facultatem. Et nihilominus venerabili fratri nostro Episcopo Argentinensi, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse per se vel per alium, seu alios præmissa vbi, quando, & quotiens expedire cognouerit, fueritque pro parte Inquisitorum huiusmodi seu al- B
terius eorum legitime requisitus, solemniter publicans, non permittat eos per quoscunque super hoc contra prædictarum & præsentium litterarum tenorem, quauis auctoritate molestari, seu alias quomodolibet impediri: molestatores & impedientes, & contradictores quoslibet & rebelles cuiuscunque dignitatis, status, gradus, præeminentiæ, nobilitatis, & excellentiæ aut conditionis fuerint, & quocunq; exemptionis priuilegio sint muniti, per excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac alias etiam formidabiliores, (de quibus sibi videbitur) sententias, censuras & pœnas, omni appellatione postposita, compescendo; & etiam legitimis super his per eum seruandis processibus, sententias ipsas (quotiens opus fuerit) aggrauare & reaggrauare, auctoritate nostra procuret, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij læcularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, & C
qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quacunque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, extensionis, concessionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis dominicæ 1484. Non. Decemb. Pontificatus nostri anno primo.

INNOCENTIVS PAPA OCTAVVS.

Venerabili fratri nostro Episcopo Brixiensi, & dilecto filio Inquisitori hæreticæ prauitatis in partibus Lombardiæ. D

Sententias ab Inquisitoribus latas contra hæreticos impœnitentes, seu alios brachio sæculari traditos, magistratus sæculares sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrunt, exequi debent, absque reuisione processuum per Inquisitores fabricatorum contra tales hæreticos.

Edita anno Domini 1486.

Ex Directorio Sabellano fol. 423.

VENERABILIS frater & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.
DILECTVS filius frater Antonius de Brixia ordinis Prædicatorum, in partibus Lombardiæ Inquisitor hæreticæ prauitatis, vnà cum venerabili fratre Episcopo Brixiensi, seu eius vicario generali, sicuti nobis nuper fecit exponi contra nonnullos vtriusque sexus hæreticos (vt accepimus) quos culpabiles vt hæreticos impœnitentes repertos, pœna debita iuris puniendos condemnauit: ac officiales ciuitatis Brixiensis, vt iniunctam executionem adimpleret, requisiuit: qui officiales iustitiam ministrare, & dictas sententias exequi, (nisi prius processus per Episcopum & Inquisitorem agitatos non viderent) in non paruum orthodoxæ fidei scandalum recusarunt. At cum huiusmodi crimen hæresis sit mere Ecclesiasticum, & delicta nullo pacto impunita remanere debeant: tenore præsentium vobis committimus atque mandamus, vt si est ita, eisdem officialibus sæcularibus ciuitatis Brixiensis, sub excommunicationis pœna, & alijs censuris ecclesiasticis, præcipiatis atque mandetis: vt infra sex dies, † postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum, per vos agitatorum visione sententias per vos latas contra huiusmodi hæreticos prompte exequantur appellatione remota. Quam excommunicationis pœnam ipso facto volumus, & tenore præsentium declaramus incurrisse: si quod mandatum fuerit, infra dictum sex dierum spatium, cessante legitimo impedimento, cū effectu non impleuerint. Constitutionibus, E

† Vide super directorio parte 3. q. 36.

A titutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis ciuitatis Brixiensis, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die trigesimo Septemb. Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Pontificatus nostri Anno tertio.

Hieronymus Balbanus.

ALEXANDER PAPA VI.

Dilecto filio Angelo de Verona ordinis Prædicatorum sacræ theologiæ professori in prouincia Lombardiæ, hæreticæ prauitatis Inquisitori, & successoribus suis.

Soli Inquisitores hæreticæ prauitatis procedere possunt contra maleficos, incantatores, & vanarum superstitionum obseruatores: eosdemq. compescūt & puniunt, non obstantibus canonicis legibus contrarijs quibuscumq. B

Eiusdem argumenti habetur Alia Innocentij. viij. supra inserta, & alia Hadriani vj. & alia Leonis x. infra positæ vide Bartholomæum Spineum libro de strigibus, cap. 3.

Ex Directorio Sabellano fol. 426.

DILECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem.
CVM acceperimus in prouincia Lombardiæ, diuersas vtriusque sexus personas, diuersis incantationibus, & diabolicis superstitionibus operam dare: suisque veneficijs, & vanis obseruationibus multa nefanda scelera procurare, homines, & iumenta, ac campos destruere, & diuersos errores inducere, magnaque inde scandala exoriri: decreuimus pro pastoralis officij nobis ex alto commissi ministerio, scelera huiusmodi compescere: ac scandalis & erroribus præmissis, quantum cum Deo possumus occurrere. Ea propter tam tibi, quàm etiam successoribus tuis, per Lombardiam constitutis, de quibus in his C
& alijs plenam in Domino fiduciam obtinemus, committimus & mandamus; vt etiam soli, honesto tamen comitatu per vos eligendo associati, contra easdem vtriusque sexus personas diligenter inquiratis: easque iustitia mediante puniatis, & compescatis. Et vt melius commissionem huiusmodi exequi possitis, contra illas vobis plenam & omnimodam harum serie concedimus facultatem. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non indultis & concessionibus, ordinarijs forsan pro tempore factis, ceterisque contrarijs quibuscunque non obstantibus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die, &c.

LEO PAPA DECIMVS.

Anima rationalis immortalis asseritur, & vere ac per se & essentialiter humani corporis forma, & multiplicabilis, multiplicata, & multiplicanda singulariter pro corporum quibus infunditur multitudine. omnis assertio veritati fidei contraria damnatur, & assertores vt hæretici puniuntur. qui philosophiam profitentur, dissoluant philosophorum dogmata, quæ fidei aduersantur, & discipulis explicent catholicam veritatem. Nemo in sacris ordinibus constitutus post auditam grammaticam & dialecticam in studijs generalibus, aut alibi publice audiat philosophiam, aut poesim vltra quinquennium sine aliquo studio Theologiæ, aut iuris Pontificij. & cuncta hæc præcepta singulis annis Episcopi publicent, vbi generalia vigent studia. D

Edita anno Domini 1513.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.
APOSTOLICI regiminis solicitudo nos assidue pulsat, vt medendis animarum languoribus, quarum nos ex alto omnipotens auctor curam habere voluit, ijs potissimum qui instantius fideles nunc vrgere cernuntur, salutifero olei & vini medicamine ad instar Samaritani in Euangelio solicitam operam impendamus, ne nobis illud Hieremiæ obijciatur. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Cum itaque diebus nostris (quod dolenter ferimus) zizaniæ seminator antiquus humani generis hostis, non- E
nullos pernitiosissimos errores à fidelibus semper explosos in agro Domini superseminare, & augere sit ausus, de natura præsertim animæ rationalis, quòd videlicet mortalis sit, aut vnica in cunctis hominibus: & nonnulli temere philosophantes, secundum saltem Philosophiam, verum id esse asseuerent, contra huiusmodi pestem opportuna remedia adhibere cupientes, hoc sacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes asserentes, animam intellectiuam mortalē esse, aut vnicam in cunctis hominibus, & hæc in dubium vertentes, cum illa non solum vere per se, & essentialiter humani corporis forma existat, sicut in canone † felicis recordationis Clementis Papæ quinti prædecessoris nostri in generali Viennen. Concilio edito continetur, verū & immortalis, & pro corporū quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis, & multiplicata. & multiplicanda sit. Quod manifeste cōstat ex Euangelio, cum Dominus ait, Animā autē occidere nō possunt. & alibi: Qui odit

Ex concilio Lateranēsi sub Leone x. sessio. 8 Luc. 10. Hier. 8. Matth. 13.

† c. Fidei. in clem. de sum. Trin. & fid. cath. Matth 10. Ioan. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Et cum æterna præmia, & æterna supplicia pro merito vitæ iudicandis repromittit, aliàs incarnatio, & alia Christi mysteria nobis minime profuissent, nec resurrectio expectanda foret, ac sancti & iusti miserabiliores essent (iuxta Apostolum) cunctis hominibus. Cumque verum vero minime contradicat, omnem assertionem veritati illuminatæ fidei contrariam, omnino falsam esse diffinimus, & vt aliter dogmatizare nō liceat, districtius inhibemus: Omnesque huiusmodi erroris assertionibus inhærentes, veluti damnatissimas hæreses seminantes, per omnia vt detestabiles & abominabiles hæreticos, & infideles, Catholicam fidem labefactantes vitandos, & puniendos fore decernimus. 1.Cor.15.

Insuper omnibus & singulis Philosophis in vniuersitatibus studiorum generalium, & alibi publice legentibus, districte precipiendo mandamus, vt cum Philosophorum principia, aut conclusiones: in quibus à recta fide deuiare noscuntur, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc est de animæ mortalitate, aut vnitate, & mundi æternitate, ac alia huiusmodi, tenentur eisdem veritatem religionis Christianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere, ac omni studio, huiusmodi philosophorum argumenta, cum omnia solubilia existant, pro viribus excludere atque resoluere. Et cum non sufficiat aliquando tribulorum radices præscindere, nisi & ne iterum pullulent, funditus euellere, ac eorum semina, originalesque causas, vnde facile oriuntur, remouere, cum præcipue humanæ Philosophiæ studia diuturniora, quam Deus secundum verbum Apostoli euacuauit, & stultam fecit, absque diuinæ sapientiæ condimento, & quæ sine reuelatæ veritatis lumine in errorem quandoque magis inducunt, quàm in veritatis elucidationem: ad tolendam omnē in præmissis errandi occasionem, hac salutari constitutione ordinamus & statuimus, ne quisquam de cetero in sacris ordinibus cōstitutus sæcularis vel regularis, aut aliàs ad illos a iure arctatus in studijs generalibus, vel alibi publice audiendo, philosophiæ aut poesis studijs vltra quinquennium post grāmaticam & dilecticam, sine aliquo studio Theologiæ aut iuris Pontificij incumbat. Verum dicto exacto quinquennio, si illis studijs insudare voluerit, liberum sit ei, dum tamen simul aut seorsum aut Theologiæ, aut sacris canonibus operam nauauerit, vt in his sanctis & vtilibus professionibus Sacerdotes Domini inueniant vnde infectas philosophiæ & poesis radices purgare & sanare valeant. Et hos canones per ordinarios locorum vbi generalia studia vigent, & rectores vniuersitatis eorundem studiorum singulis annis in principio studij, in virtute sanctæ obedientiæ publicari mandamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, diffinitionis inhibitionis, decreti, ordinationis, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacro sancta basilica solenniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo tertiodecimo, xiiij. Calen. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno primo. 1.Cor.1.c.

LEO PAPA DECIMVS.

Nemo in vrbe Roma libros imprimat, nisi prius vicarius Papæ, & sacri palatij Magister approbarint. neque extra vrbem, nisi fuerint examinati per viros habentes peritiam libri ab Episcopo, ac Inquisitore deputatos, qui manu propria subscriptionem approbationis apponant: qui contra fecerit, libros amittat, qui comburantur, & excommunicationis sententia innodatus existat.

Edita anno Domini 1515. Ex cōcilio Lateranen. sub Leone. x. sess. 10.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante Concilio.

INTER solicitudines nostris humeris incumbentes, perpeti cura reuoluimus, vt errantes in viam veritatis reducere, ipsosque lucrifacere Deo (sua nobis cooperante gratia) valeamus. Hoc est quod profecto desideranter exquirimus, ad id nostræ mentis sedulo destinamus affectum, ac circa illud studiosa diligentia vigilamus. Sane licet litterarum peritia per librorum lectionem possit faciliter obtineri, ac ars imprimendi libros temporibus potissimum nostris, diuino fauente numine, inuenta, seu aucta & perpolita, plurima mortalibus attulerit commoda, cum parua impensa copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad litterarum studia per commode exerceri, & viri eruditi in omni linguarum genere, præsertim autem Catholici, quibus sanctam Romanam Ecclesiam abundare affectamus, facile cuadere possunt, qui etiam infideles sciant & valeant sacris institutis instruere, fideliumque collegio per doctrinam Christianæ fidei salubriter aggregare: quia tamen multorum querela nostrum & Sedis Apostolicæ pulsauit auditum, quòd nonnulli huius artis imprimendi magistri, in diuersis mundi partibus libros, tam Græcæ, Hebraicæ, Arabicæ & Chaldææ linguarum in Latinum translatos, quàm alios Latino ac vulgari sermone editos, errores etiam in fide ac pernicioſa dogmata etiam religioni Christianæ contraria, ac contra famam personarum etiam dignitate fulgentium continentes, imprimere ac publice vendere præsumunt, ex quorum lectura non solum legentes non ædificantur, sed in maximos potius, tam in fide, quàm in vita & moribus prolabuntur, errores, vnde varia sæpe scandala (prout experientia rerum magistra docuit) exorta fuerunt, & maiora in dies exoriri formidantur.

Nos

Nos itaque ne id, quod ad DEI gloriam & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem salubriter est inuentum, in contrarium conuertatur, ac Christifidelium saluti detrimentum pariat, super librorum impressione curam nostram habendam fore duximus, ne de cetero cum bonis seminibus spinæ coalescant, vel medicinis venena intermisceantur. Volentes igitur de opportuno super his remedio prouidere, hoc sacro approbante Concilio, vt negotium impressionis † librorum huiusmodi eò prosperetur felicius, quò deinceps indago solertior diligentius & cautius adhibeatur, statuimus & ordinamus, quòd de cetero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, seu aliam quamcunque scripturam, tam in Vrbe nostra, quàm alijs quibusuis ciuitatibus & diœcesibus imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi prius in Vrbe per vicarium nostrum, & sacri palatij Magistrū, in alijs vero ciuitatibus & diœcesibus per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ, libri, seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodem episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis siue diœcesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia gratis & sine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem secus præsumpserit, vltra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apostolorum de Vrbe sine spe remissionis solutionem, ac anni continui exercitij impressionis suspensionē, excommunicationis sententia innodatus existat, ac demum ingraueſcente contumacia taliter per episcopum suum; vel vicarium nostrum respectiue per omnia iuris remedia castigetur, quòd alij eius exemplo similia minime attentare præsumant. † Vide concilium Tridentinum sessio 4.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eiūs, se nouerit incursurum.

Dat. Romæ in publica sessione, in Lateranen. sacrosancta basilica solemniter celebrata, anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingentesimo decimoquinto, quarto Nonas Maij, Pontificatus nostri Anno tertio.

LEO PAPA DECIMVS.

Nemo audeat prædicare nisi à superiore prius fuerit approbatus. prædicatores Euangelium explicent iuxta sanctorū Patrū interpretationes. tempus futurorū, aut Antichristi temere nō præfigant. vanas reuelationes nō cōminiscantur. virtutes cōmendent, vitia detestentur. Episcopos, & alios superiores publice corā populo in aute non reprehendant, aut mordeant. nemo inspirationes sibi factas prius prædicet, quàm Romanus Pontifex, aut Episcopus approbarit. qui contra fecerit, excommunicationē incurrit, & officiū prædicationis perpetuo amittit.

Edita anno Domini 1516 Ex concilio Lateranēsi sub Leone x. sessio. 11.

LEO Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio.

SVPERNÆ maiestatis præsidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cælestia simul & terrena dirigūtur, super gregem Dominicum nobis commissum, speculatoris officium (quantum imbecillitati nostræ conceditur) exercentes, totaque mente nobiscum reuoluentes, inter alia complura & magna ad nos pertinere, vt munus prædicationis, quod in ecclesia Dei præcipuum, ac pernecessarium, magnique fructus atque vtilitatis, dummodo recte & ex sincera charitate erga Deum & proximum præceptisque & exemplis sanctorum patrum, qui hæc profitentes cum fidei fundatione & propagatione plurimum Ecclesiæ contulerunt, exerceatur: quippe quod redemptor noster primus fecit, & docuit, & eius exemplo & imitatione duodenus ille Apostolorum numerus, quasi totidem cæli, Dei veri gloriam enarrantes per orbem terrarum, vniuersum genus humanum, quod sub peccati iugo vetusta seruitute continebatur, sensim ab eorum tenebris educentes, & ad perpetuæ salutis lucem excitantes, verbum ipsum in omnem terram, & in fines orbis terræ, tum ipsi prius, tum deinde sui successores, longe lateque propagauerunt, altissimeque fundarunt, vt qui nunc tantum subeunt onus, meminisse debeant, crebertimeque secum reuoluere, præter auctoris ipsius, ac fundatoris Iesu Christi pientissimi redemptoris, Petri etiam & Pauli ceterorumque Apostolorum & Domini discipulorum se vices, quo ad hoc officium, subire, ac sustinere. Sane fide dignorū relatione percepimus, quòd nonnulli prædicatores nostris tēporibus (quod dolenter referimus) non attendentes, se eorum, quos diximus, & insuper sanctorum Ecclesiæ Doctorum, aliorumque sacram Theologiam profitentium, qui assistendo iugiter Christianis, ac se falsis prophetis rectam fidem subuertere annitentibus opponentes, Ecclesiam militantem illæsam prius, per se talem eam esse manifestarunt, officium exercere, & non nisi vtilia concurrenti eorum sermonibus populo ad vitiorum extirpationem, virtutum laudem, animarum denique salutem fidelium, meditanda & perficienda debere assumere: multa tamen & varia contra institutiones & exempla, quæ diximus, quandoque etiam scandalosa populis prædicare, quod mentem certe nostram mirum in modum commouit, dum nobiscum ipsi mente voluimus, quòd illi officij immemores sui, in suis sermonibus non ad vtilitatem audientium, sed ad suam potius ostentationem laborantes, vanis quorumdam auribus blandiuntur, qui ad hoc iam deuenisse apparent, vt verificetur dictum Apostoli ad Ti- Psal. 18. Quo tempore publicata est edictum hoc, cœperat iam tum Lutherus, qui Germaniā suis præstigiis demētrauit, virus suum diffundere, quāquam non certum an adeo, vt singularis iam tū Romæ eius notitia esset. 2.Timot. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

motheum ita scribentis: Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: quorum falsas & inanes mentes, prædicantes ipsi præfati, non modo in rectam veramque viam reducere minime student, sed illas maioribus etiam erroribus implicant, dum sine vlla canonum attestatione, vel reuerentia, immo contra ipsas canonicas sanctiones, sacræ scripturæ sensum multifariam peruertentes, temereque ac perperam plerunque interpretantes, contra veritatem prædicare, terroresque ac minas, multaque mala propediem affutura, iamque ingruentia, nulla prorsus legitima ratione muniti, sed suo dumtaxat sensui obsequentes comminantur, repræsentant, adesseque asseuerant, plerunque etiam vana quædam & inania, & alia huiusmodi populis ingerere, & (quod enormius est) ab æternitatis lumine, & sancti spiritus admonitione, aut infusione, illa se habere asserere audent. Cumque ij sub confictorũ miraculorum mendacijs, varios errores fiau desque disseminant, denique populos, quos in Euangelica doctrina sedulo instruere, & in vera fide retinere & conseruare deberent, sermones suos à sensu & præceptis vniuersalis Ecclesiæ retrahentes, à sacrisque constitutionibus, quas maxime sequi deberent, deuiantes, auditores suos amouent, ac longe B faciunt à salute. Per hæc namq; & alia huiusmodi simpliciores homines, vt ad deceptionem procliuio res, à via salutis & obedientia Romanæ Ecclesiæ deuiantes, in errores varios perfacile inducuntur. Propterea Gregorius huius muneris peritissimus, & feruore charitatis incensus, prædicatores vehementer hortatur & monet, vt dicturi ad populum, prudentes cautique accedant, ne dicendi impetu rapti, verborum erroribus quasi iaculis audientium corda configant, & cum sapientes fortasse videri desiderant, decepti, speratæ virtutis compagem insipienter discindant. Sæpe namque verborum effectus amittitur cum loquacitate importuna, vel incauta, audientium corda leuigantur. Et sane in nullo alio rudem ij plebẽ maiori damno scandalòque afficiunt, quàm cum vel tacenda prædicant, vel falsa & inutilia docendo, eam in errorem inducunt. Quæ quoniam huic sacræ religioni Diuinitus institutæ, vt noua & aliena, omnino contraria esse noscuntur, graui certe accuratoque sunt examine digna, ne scandalum populo Christiano, & suorum auctorum, ac aliorum animabus interitum pariant. Nos igitur sanctæ Dei Ecclesiæ (cui disponente Domino præsidemus, quæ quidem vna est, C & vnum Deum prædicat, colit, ac vnam fidem firmiter & sincere confitetur, iuxta illud Prophetæ
Psal. 67. vaticinium, Qui habitare facit vnius moris in domo) vniformitatem, quantum cum Deo possumus, postabitã reducere, & retentam conseruare, quique populo verbum Dei prædicant, tales esse cupientes, vt eorum prædicatione, Dei Ecclesia nullum scandalum patiatur, & si qui corrigibiles sunt, ab his, quæ proximis nostrisque temporibus præsumpserunt, cum nonnullos eorum, præterilla quę diximus, in prædicationibus non viam amplius Domini in virtute docentes, non Euangelium (vt deberent) explanantes, sed conficta miracula, & noua ac falsa vaticinia, aliaque leuia & ab anilibus fabulis parum distantia, magnumque scandalum parientia, nulla deuotionis & auctoritatis, (eiusque improbantis, ac repellentis hæc) habita ratione, vastis clamoribus imprimere, ac suadere vbique conantes. Et ne Pontificali quidem dignitate fulgentibus, & alijs Ecclesiæ prælatis parcentes, quibus potius honorem, ac reuerentiam exhibere deberent, sed in eorum personas, ac statum audaciter, ac temere inuehi consueuisse, & alia huiusmodi commusisse constat, in futurum abstineant, vt tam periculosum contagiosumq. malũ, ac mortifera pestis radicitus euellatur, & aresactũ ita penitus deleatur, D vt nec memoria eius remaneat: sacro approbante Concilio statuimus & ordinamus, vt nullus tam clericus sæcularis, quàm cuiuscunq. etiam mendicantium ordinis regularis, aut quiuis alius ad quem facultas prædicãdi, ta[illegible]iure quàm de consuetudine, aut vel priuilegio aliàs pertinet, ad huiusmodi officium exercendum ad[illegible]ittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus, (in qua re conscientiam [illegible]s superioris oneramus) ac morum honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & vitæ exemplaritate ad illud aptus & idoneus reperiatur, & hic, quocunque postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua per litteras authenticas, seu alias sui examinatoris approbatorisque, episcopis & alijs locorũ ordinarijs fidem legitime faciat. Mandantes omnibus qui hoc onus sustinent, quique in futurum sustinebunt, vt Euangelicam veritatem & sanctam scripturam iuxta declarationem, interpretationem, & † ampliationem doctorum, quos Ecclesia vel vsus diuturnus approbauit, legendo[illegible]que hactenus recepit, & in posterum recipiet, prædicent & explanent: nec quicquam eius proprio sensui contrarium aut dissonum adijciant, sed illis semper insistant, quæ ab ipsius sacræ scripturæ verbis, & præfatorum doctorum interpretationibus, rite & E sane intellectis, non discordant. Tempus quoque præfixum futurorum malorum, vel antichristi aduentum, aut certum diem iudicij prædicare, vel asserere nequaquam præsumant, cum veritas dicat,
Act. 1.a Non esse vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: ipsosque qui hactenus similia asserere ausi sunt, mentitos, ac eorum causa, reliquorum etiam recte prædicantium auctoritati non modicum detractum fuisse constet: Inhibentes omnibus & singulis clericis sæcularibus vel regularibus præfatis, ceterisque cuiuscunque status, gradus, & ordinis existant, qui hoc onus assument, ne de cetero in sermonibus suis publicis, alia quæq. futura ex litteris sacris constanter prædicere, nec illa à Spiritusancto vel diuina reuelatione se habuisse affirmare, & alienas inanesque diuinationes asseuerando, aut alio quocunque modo tractanda assumant, sed ex diuinæ vocis præcepto Euangelium omni creaturæ cum vitiorum detestatione, & virtutum commendatione enucleet & declarent &

† i for. explanationem.

A clarent, & pacem ac dilectionem mutuam à Redemptore nostro tantopere commendatam, vbique
fouentes, non scindant vestem inconsutilem Christi, sed ab Episcoporum & prælatorum, ac aliorũ
superiorum, eorumque status scandalosa detractione, quos coram vulgo & laicis non modo incaute,
sed etiam intemperanter reprehendunt & mordent, & ab eis male gestorum expressis quandoque no
minibus aperta & manifesta redargutione abstineant. Denique constitutionem felicis recordationis Clementis Papæ v. quæ incipit, Religiosi. quam tenore præsentium innouamus & approbamus, inuiolabiliter ab eis obseruari debere decernimus, vt hac ratione ad vtilitatem populi prædicantes, & cum Domino lucrifacientes, talentum, quod ab illo acceperant, superlucrari, & eiusdem gratiam & gloriam consequi mereantur. Ceterum si quibusdam eorum Dominus futura quædam in Dei Ecclesia inspiratione quapiã reuelauerit, vt per Amos prophetam ipse promittit, & Paulus Apostolus præ- 1. Thess. 5. d
dicatorum princeps, Spiritum, inquit, nolite extinguere, prophetias nolite spernere, hos aliorum fabulosorum & mendacium gregi connumerari, vel aliter impediri minime volumus. Extinguitur nam que ipsius gratia Spiritus, Ambrosio teste, si incipientibus loqui feruor contradictione sopitur: &
B tunc Spiritui sancto iniuria certe fieri dicitur. Et quoniam res magni momenti est, eo quòd non de 1. Ioan. 4. a.
facili credendum sit omni spiritui, sed sint probandi spiritus, teste Apostolo, an ex Deo proueniant: volumus, vt lege ordinaria tales assertæ inspirationes, antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc Apostolicæ sedis examini reseruatæ intelligantur. Quòd si sine moræ periculo id fieri non valeret, aut vrgens necessitas aliud suaderet; tunc eodem ordine seruato, ordinario loci notificentur, vt illi adhibitis secum tribus aut quatuor doctis & grauibus viris, & huiusmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, (super quo eorum conscientias oneramus) licentiam concedere possint. Si qui autem contra præmissorum aliquod committere quidquam ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua non nisi à Rom. Pont. præterquam in mortis articulo constituti, absolui possint, eos incurrere volumus. Et vt eorum exemplo alij attentare similia minime audeant, eis prędicationis etiam officium interdictum esse perpetuo decernimus. Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus, ac priuilegijs & indultis, & litteris Apostolicis, ordinibus & personis præfatis, etiam in mari magno comprehensis, ac
C etiam à nobis forsan approbatis, innouatis, vel etiam de nouo concessis, quæ quo ad hoc, nolumus eis in aliquo suffragari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinationis, mandati, inhibitionis, in nouationis, approbationis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Data Romæ in publica sessione, in Lateran. sacrosancta basilica solemniter celebrata, Anno incarnationis Domini 1516. 14. Cal. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno quarto.

LEO PAPA DECIMVS.

Dilecto filio nostro Hadriano tituli sanctorum Ioannis & Pauli Presbytero Cardinali.

D

Inquisitores hæreticæ prauitatis, testes falsidicos in causa fidei deponentes, & alios de quibus agitur in hoc rescripto, tradere possunt curiæ sæculari, irregularitatis, aut alicuius pœnæ vel censuræ Ecclesiasticæ securi.

Edita anno Domini 1518. Ex Archiuo Inquisition. Romanæ. Vide super Directorio Inquisitorũ pa. 3. q. 73.

DILECTE fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

INTELLEXIMVS quòd in Hispania, ceterisque Regnis & Dominijs Charissimæ in Christo filiæ nostræ Ioannę Reginę, & Charissimi in Christo filij nostri Caroli Regis Hispaniæ catholicorum ditioni subiectis, in quibus tu hæreticæ prauitatis Inquisitor Generalis per Sedem Apostolicam deputatus existis, multi perditi ingenij homines, in testimonis, quæ perhibent super dictę prauitatis veritate inquirenda falsitatem quandoque prece, precio, odio vel amore, & quandoque metu committere, aut se eamdem
E falsitatem commisisse publice licet falso fateri non verentur: sicque huiusmodi diabolicæ artis ministerio plerunque vel damnantur insontes, vel diuinæ maiestatis Dei, & orthodoxæ fidei sub Christiano nomine derisores veniam consequuntur. Ad quæ facinora perpetranda ipsi falsi testes tam propria improbitate, & inconstantia quàm audacia & impunita temeritate eorum qui illos ad talia committenda minis cogunt, aut pecunia alliciunt, impelluntur. Nos igitur sceleſtum hoc hominum genus, qui in diuinam humanamque simul naturam conspirant, & in nefandi criminis causa vel iniustæ absolutionis, vel iniquæ condemnationis actores existunt acriori longe supplicio quàm ceteri falsidici testes pleċti soleant, dignum censentes: circunspectioni tuæ & Vniuersis & singulis alijs per te & pro tempore existentem generalem dictæ prauitatis in Regnis, & dominijs prædictis Inquisitorem ad ipsum Inquisitionis officium pro tempore deputatis contra omnes & singulas personas cuiusuis status, gradus, ordinis, dignitatis, & conditionis existant, quas tibi aut alijs Inquisitionibus prædictis in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis in crimine hæresis falsum scienter deposuisse, aut alium ad falsum deponendum, aut verum tacendum induxisse,vel quempiam ob perhibitum veritatis testimonium vel propter falsum non attestatum occidisse, aut membro aliquo mutilasse, aut bonis suis omnibus vel maiori parte illorum spoliasse, vel spoliari fecisse, seu atrocissima iniuria affecisse legitime constiterit,tuo aut à te deputando seu deputandis & subdelegandis arbitrio procedendi, & eos pœnis de quibus tibi vel illis videbitur condemnandi,super quo tuam & illorum quibus negotia huiusmodi commiseris,conscientiam oneramus absque alicuius pœnæ seu censurę Ecclesiasticæ metu aut irregularitatis nota tradendi vel relaxandi,etiá curiæ sæculari plenam & liberam cõcedimus facultatem.Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ Apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, Die xiij. Decembris M. D. XVIII. Pontificatus nostri Anno sexto.

Euangelista

BVLLA APOSTOLICA LEONIS PAPÆ X. contra errores Martini Lutheri & sequacium.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini 1520.

EXVRGE Domine, & iudica causam tuam; memor esto improperiorum tuorum, corum quæ ab insipientibus fiunt tota die:inclina aurem tuam ad preces nostras,quoniam surrexerunt vulpes quærentes demoliri vineam, cuius tu torcular calcasti solus, & ascensurus ad patrem, eius curam, regimen, & administrationem Petro tanquam capiti, & tuo vicario, eiusque successoribus instar triumphantis Ecclesiæ commisisti. Exterminare nititur eam aper de sylua, & singularis ferus depascitur eam.Exurge Petre, & pro pastorali cura præfata tibi (vt præfertur) diuinitus demandata, intende in causam sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris omnium ecclesiarum, ac fidei magistræ, quam tu, iubente Deo, tuo sanguine consecrasti: contra quam sicut tu præmonere dignatus es, insurgunt magistri mendaces,introducentes sectas perditionis,sibi celerem interitum superducentes:quorum lingua ignis est,inquietum malum, plena veneno mortifero: qui zelum amarum habentes & contentiones in cordibus suis,gloriantur, & mendaces sunt aduersus veritatem.Exurge tu quoque, quæsumus Paule, qui eam tua doctrina,ac pari martyrio illuminasti atque illustrasti. Iam enim surgit nouus Porphyrius, quia sicut ille olim sanctos Apostolos iniuste momordit, ita hic sanctos Pontifices prædecessores nostros contra tuam doctrinam eos non obseruando, sed increpando, mordere,lacerare, ac vbi causæ suæ diffidit, ad conuicia accedere non veretur more hæreticorum, quorum(vt inquit Hieronymus) vltimum præsidium est, vt cum conspiciant causas suas damnatum iri, incipiant virus serpentis lingua diffundere: & cum se victos conspiciant, ad contumelias prosilire. Nam licet hæreses esse,ad exercitationem fidelium,tu dixeris oportere;eas tamen, ne incrementum accipiant, neve vulpeculæ coalescant, in ipso ortu, te intercedente & adiuuante, extingui necesse est. Exurgat denique omnis sanctorum ac reliqua vniuersalis Ecclesia, cuius vera sacrarum litterarum interpretatione posthabita, quidam, quorum mentem pater mendacij excæcauit, ex veteri hæreticorum instituto, apud semetipsos sapiente, scripturas easdem aliter quàm Spiritus sanctus flagitet, proprio dumtaxat sensu, ambitionis, auræque popularis causa,teste Apostolo, interpretantur,immo vero torquent & adulterant:ita vt iuxta Hieronymum, iam non sit euangelium Christi, sed hominis, aut quod peius est, diaboli. Exurgat, inquam,præfata Ecclesia sancta Dei,& vna cum beatissimis apostolis præfatis, apud Deum omnipotentem intercedat, vt purgatis ouium suarum erroribus, eliminatisque à fidelium finibus hæresibus vniuersis,Ecclesię suę sanctę pacem & vnitatem conseruare dignetur.Dudum si quidem, quod prę animi angustia & mœrore exprimere vix possumus,fide dignorum relatu ac fama publica referente, ad nostrum peruenit auditum:immo vero, proh dolor, oculis nostris vidimus ac legimus multos & varios errores, quosdam videlicet iã per concilia ac prædecessorũ nostrorũ constitutiones damnatos,hæresim etiam Græcorum, & Bohemicam expresse continentes: alios vero respectiue vel hæreticos, vel falsos, vel scandalosos, vel piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos, à falsis fidei cultoribus, qui per superbam curiositatem mundi gloriam cupientes, contra Apostoli doctrinam plus sapere volunt, quàm oporteat: quorum garrulitas (vt inquit Hieronymus) sine scripturarum auctoritate non haberet fidem,nisi viderentur peruersam doctrinam etiam diuinis testimonijs,male tamen interpretatis, roborare. A quorum oculis Dei timor recessit,humani generis hoste suggerente,nouerit susceitatos, & nuper apud quosdam leuiores in inclyta natione Germanica semnatos. Quod eo magis dolemus ibi euenisse, quòd eandem nationem & nos, & prædecessores nostri, in visceribus semper gesserimus charitatis. Nam post translatum ex Græcis à Romana Ecclesia in eosdem Germanos imperium, ijdem prædecessores nostri & nos, eiusdem Ecclesiæ aduocatos, defensoresque ex eis semper accepimus.quos quidem Germanos catholicæ veritatis vere germanos, constat, hæresum acerrimos oppugnatores semper fuisse,cuius rei testes sunt laudabilęs illæ constitutiones

Ex 4. vol. concil. pag. 700. ex Colonien. editione an. 2567.

Psal.73.d Ioan.21.

1.Petr.2.2

Iac. 3.b

1.Cor.11.d

2.Tim.4.a

tiones Germanorum Imperatorum pro libertate Ecclesiæ, proque expellendis exterminandisque ex omni Germania hæreticis, sub grauissimis pœnis etiam amissionis terrarum & dominiorum, contra receptatores vel non expellentes olim editæ,& à nostris prædecessoribus confirmatæ: quæ si hodie seruarentur,& nos & ipsi vtique hac molestia careremus. Testis est in concilio Constantien. Hussitarum ac Vvicleffistarum, nec non Hieronymi Pragen. damnata ac punita perfidia. Testis est toties contra Bohemos Germanorum sanguis effusus. Testis denique est prædictorum errorum seu multorum ex eis per Colonien. & Louanien. vniuersitates, vt pote agri Dominici pijssimas religiosissimasque cultrices,non minus docta quàm vera ac sancta confutatio, reprobatio,& damnatio. Multa quoque alia allegare possemus, quæ ne historiam texere videamur, prætermittenda censuimus. Pro pastoralis igitur officij diuina gratia nobis iniuncti cura, quam gerimus, prædictorum errorum virus pestiferum vlterius tolerare seu dissimulare, sine Christianæ religionis nota,atque orthodoxæ fidei iniuria, nullo modo possumus.Eorum autem errorum aliquos præsentibus duximus inferendos, quorum tenor sequitur & est talis.

Hæretica sententia est,sed vsitata, Sacramenta nouæ legis iustificantem gratiam illis dare,qui non ponunt obicem.

Prime Lutheri hæreses.

In puero post baptismum negare remanens peccatum,est Paulum & Christum simul conculcare.

Fomes peccati,etiam si nullum adsit actuale peccatum, moratur exeuntem à corpore animam ab ingressu cæli.

Imperfecta charitas morituri, fert secum necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere pœnam Purgatorij,& impedit introitum regni.

Tres esse partes pœnitentiæ, contritionem,confessionem & satisfactionem,non est fundatum in sacra scriptura,nec in antiquis sanctis Christianis doctoribus.

Contritio,quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum grauitatem, multitudinę, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, hæc contritio facit hypocritam,immo magis peccatorem.

Verissimum est prouerbium, & omnium doctrina de contritionibus hucusque data præstantius, de cetero non facere,summa pœnitentia: optima pœnitentia, noua vita.

Nullo modo præsumas confiteri peccata venialia,sed nec omnia mortalia,quia impossibile est,vt omnia mortalia cognoscas. Vnde in primitiua Ecclesia solum manifesta mortalia confitebantur.

Dum volumus omnia pure confiteri, nihil aliud facimus, quàm quòd misericordiæ Dei nihil volumus relinquere ignoscendum.

Peccata non sunt vlli remissa,nisi remittente sacerdote, credat sibi remitti: immo peccatum maneret,nisi remissum crederet: non enim sufficit remissio peccati, & gratiæ donatio,sed oportet etiam credere esse remissum.

Nullo modo confidas absolui propter tuam contritionem,sed propter verbum Christi,Quodcunque solueris,&c.Hic,inquam,confide,si sacerdotis obtinueris absolutionem, & crede fortiter te absolutum,& absolutus vere eris,quidquid sit de contritione.

Si per impossibile confessus non esset contritus,aut sacerdos non serio,sed ioco absolueret,si tamen credat, se absolutum, verissime est absolutus.

In sacramento pœnitentiæ ac remissione culpæ, non plus facit Papa aut Episcopus, quàm infimus sacerdos:immo vbi nõ est sacerdos,æque tantum quilibet Christianus,etiam si mulier aut puer esset.

Nullus debet sacerdoti respondere, se esse contritum, nec sacerdos requirere.

Magnus est error eorum qui ad sacramenta Eucharistiæ accedunt, huic innixi, quòd sint confessi, quòd non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quòd præmiserint orationes suas & præparatoria, omnes illi ad iudicium sibi manducant & bibunt:sed si credant & confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos.

Consultum videtur, quòd Ecclesia in communi concilio statueret laicos sub vtraque specie communicandos, nec Bohemi communicantes sub vtraque specie, sunt hæretici,sed schismatici.

Thesauri Ecclesiæ, vnde Papa dat indulgentias, non sunt merita Christi & Sanctorum.

Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium, & remissiones bonorum operum: & sunt de numero eorum quæ licent, & non de numero eorum quæ expediunt.

Indulgentiæ his qui veraciter eas confitentur, non valent ad remissionem pœnæ pro peccatis actualibus debitæ apud diuinam iustitiam.

Seducuntur credentes indulgentias esse salutares, & ad fructum spiritus vtiles.

Indulgentiæ necessariæ sunt solum publicis criminibus, & proprie conceduntur duris solummodo & impatientibus.

Sex generibus hominum indulgentiæ nec sunt necessarię,nec vtiles: videlicet mortuis seu morituris infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina,his qui crimina commiserunt,sed non publica, his qui meliora operantur.

Excommunicationes sunt tantum externæ pœnæ, nec priuant hominem communibus spiritualibus Ecclesiæ orationibus.

Docendi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem, quàm timere. A

Romanus Pontifex Petri successor, non est Christi vicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in B.Petro institutus.

Verbum Christi ad Petrum, Quodcunque solueris super terram, &c. extenditur dumtaxat ad ligata ab ipso Petro.

Certum est in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus non esse, statuere articulos fidei, immo nec leges morum, seu bonorum operum.

Si Papa cum magna parte Ecclesiæ sic vel sic sentiret, nec etiam erraret; adhuc non est peccatum aut hæresis contrarium sentire, præsertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium vniuersale alterum reprobatum, alterum approbatum.

Via nobis facta est enarrandi auctoritatem conciliorũ, & libere contradicendi eorum gestis, & iudicandi eorum decreta, & confidenter confitendi, quidquid verum videtur, siue probatum fuerit, siue reprobatum à quocunque concilio.

Aliqui articuli Ioannis Husz condemnati in concilio Constantien. sunt Christianissimi, verissimi, B
& Euangelici, quos nec Vniuersalis Ecclesia posset damnare.

In omni opere bono iustus peccat.

Opus bonum optime factum, est veniale peccatum.

Hæreticos comburi, est cotra voluntatem spiritus.

Præliari aduersus Turcas, est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos.

Nemo est certus, se non semper peccare mortaliter propter occultissimum superbiæ vitium.

Liberum arbitrium post peccatũ, est res de solo titulo: & dũ facit quod in se est, peccat mortaliter.

Purgatorium non potest probari ex sacra scriptura, quæ sit in canone.

Animę in purgatorio non sunt securæ de eorum salute, saltem omnes: nec probatum est vllis aut rationibus aut scripturis, ipsas esse extra statum merendi, aut augendæ charitatis.

Animæ in Purgatorio peccant sine intermissione, quamdiu quærunt requiem, & horrent pœnas.

Animæ ex purgatorio liberatæ suffragijs viuentium, minus beantur, quàm si per se satisfecissent.

Prælati ecclesiastici & principes sæculares nõ malefacerent, si omnes saccos medicitatis delerent. C

Qui quidem errores, respectiue, quàm sint pestiferi, quàm pernicioſi, quàm scandalosi, quàm piarum & simplicium mentium seductiui, quàm denique sint contra omnem charitatem, ac S.R.E. matris omnium fidelium, & magistræ fidei reuerentiam atque neruum ecclesiasticæ disciplinæ, obedientiam scilicet, quæ fons est & origo omnium virtutum, sine qua facile vnusquisque infidelis esse conuincitur, nemo sanæ mentis ignorat. Nos igitur in præmissis, vtpote grauissimis, propensius (vt decet) procedere, necnon huiusmodi pesti morboque cancerosо, ne in agro Dominico tanquam vepris nociua vlterius serpat, viam præcludere cupientes, habita super prædictis erroribus & eorum singolis diligenti trutinatione, discussione, ac districto examine, maturaque deliberatione, omnibusque rite pensatis ac sæpius ventilatis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalibus, ac regularium ordinum Prioribus seu ministris generalibus, pluribusque alijs sacræ Theologiæ, necnon vtriusque iuris professoribus siue magistris, & quidem peritissimis: reperimus eosdem errores, respectiue (vt præfertur) aut articulos non esse catholicos. nec tamquam ta- D
† adeo veram les, esse dogmatizandos, sed contra Ecclesiæ catholicæ doctrinam siue traditionem, atque ab ea † veram diuinarum scripturarum receptam interpretationem, cuius auctoritati ita acquiescendum censuit Augustinus, vt dixerit se Euangelio non fuisse crediturum, nisi Ecclesiæ Catholicæ interueniisset auctoritas. Nam ex eisdem erroribus, vel eorum aliquo vel aliquibus palam sequitur, eandem
Matth. 28. Ecclesiam, quæ Spiritu sancto regitur, errare & semper erasse. Quod est vtique contra illud, quod Christus discipulis suis in Ascensione sua (vt in sancto Euangelio Matthæi legitur) promisit, dicens: Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Necnon contra sanctorum patrum determinationes, conciliorum quoque, & summorum Pontificum expressas ordinationes seu canones: quibus non obtemperasse, omnium hæresum & schismatum, teste Cypriano, fomes & causa semper fuit. De eorundem itaque venerabilium fratrum nostrorum consilio & assensu, ac omnium & singulorum prædictorum matura deliberatione prædicta, auctoritate omnipotentis Dei, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, præfatos omnes & singulos articulos seu errores, tamquam (vt præmittitur) respectiue hæreticos, aut scandalosos, aut falsos, aut piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos, & veritati catholicæ obuiantes, damnamus, reprobamus atque omnino reijcimus, ac pro damnatis, reprobatis & reiectis, ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus haberi debere, harum serie decernimus & declaramus: inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub maioris excõmunicationis latę sententiæ: necnõ quo ad ecclesiasticas & regulares personas, episcopalium omnium etiam patriarchalium, metropolitanarum, & aliarum cathedralium Ecclesiarum, monasteriorũ quoque & prioratuum etiam conuentualium, & quarumcunque dignitatum, aut beneficiorum Ecclesiasticorum, sæcularium aut quorumuis ordinum regularium, priuationis, & inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda: quo vero ad conuentus capitula, seu domos aut pia loca sæcularium vel regularium, etiam Mendicantium, necnon vniuersitatis etiam studiorum generalium, quorumcunque priuilegiorum indultorũ à sede Apostolica vel

eius Le-

A eius Legatis, aut aliàs quomodolibet habitorum vel obtentorum, cuiuscunque tenoris existant: necnon nominis & potestatis studium generale tenendi, legendi, ac interpretandi quasuis scientias & facultates, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterũ obtinenda: Prædicationis quoque officij, ac amissionis studij generalis, & omnium priuilegiorum eiusdem. Quo vero ad sæculares eiusdem excommunicationis, nec non amissionis cuiuscumque emphyteosis, seu quorumcunque feudorum tam à Romana Ecclesia, quàm aliàs quomodolibet obtentorum, ac etiam inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda. Necnon quo ad omnes & singulos superius nominatos, inhibitionis Ecclesiasticæ sepulturæ, inhabilitatisque ad omnes & singulos actus legitimos, infamiæ ac diffidationis & criminis læsæ maiestatis, & hæreticorum, & fautorum eorundem in iure expressis pœnis, eo ipso & absque vlteriori declaratione per omnes & singulos supradictos, si (quod absit) contrafecerint, incurrendis. A quibus vigore cuiuscunque facultatis & clausularum etiam in confessionalibus quibusuis personis, sub quibusuis verborum formis contentarum, nisi à Ro. Pont. vel alio ab eo ad id in specie facultatem habente, præterquam in mortis articulo constituti, absolui nequeat. Omnibus & singulis
B vtriusque sexus Christifidelibus, tam laicis quàm clericis, sæcularibus & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuscunque personis, cuiuscunque status gradus, vel conditionis existant, & quacunque Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, etiam S.R.E. Cardinalibus, patriarchis, primatibus, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitanarum, & aliarum cathedralium collegiatarum ac inferiorum Ecclesiarum prælatis, clericis, alijsque personis ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium regularibus, abbatibus, prioribus, vel ministris generalibus vel particularibus, fratribus seu religiosis, exemptis & non exemptis: Studiorum quoque vniuersitatibus sæcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium regularibus: necnon Regibus, Imperatoris Electoribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, omnibusque officialibus, iudicibus, notarijs, Ecclesiasticis & sæcularibus, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus, ciuitatibus, castris, terris & locis, seu eorum vel earum ciuibus, habitatoribus & incolis, ac quibusuis alijs personis ecclesiasticis vel regularibus (vt præ-
C fertur) per vniuersum orbem, vbicunque præsertim in Alemania existentibus, vel pro tempote futuris, ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamque doctrinam huiusmodi asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illi quomodolibet, publice vel occulte, quouis quæsito ingenio, vel colore, tacite vel expresse fauere præsumant.

Insuper quia errores præfati, & plures alij continentur in libellis seu scriptis cuiusdam Martini Lu- Lutheri tractatus interdi cuntur.
ther, dictos libellos & omnia dicti Martini scripta seu prædicationes, in Latino vel quocunq; alio idiomate reperiantur, in quibus dicti errores seu eorum aliquis continentur, similiter damnamus, reprobamus, atque omnino reijcimus, & pro omnino damnatis, reprobatis, ac reiectis (vt præfertur) haberi volumus: mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœnis prædictis eo ipso incurrendis, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus superius nominatis, ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes seu schedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supradictos continentia legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere, per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut in domibus suis siue alijs publicis vel
D priuatis locis tenere quoquomodo præsumant: quinimo illa statim post harum publicationem vbi cunq; fuerint, per ordinarios & alios supradictos diligenter quæsita, publice & solemniter in præsentia cleri & populi, sub omnibus & singulis supradictis pœnis, comburant.

Quòd vero ad ipsum Martinum attinet, bone Deus, quid prætermissimus, quid non fecimus, quid Lutheri insignis pertinacia.
paternæ charitatis omissimus, vt eum ab huiusmodi erroribus reuocaremus? Postquam enim ipsum citauimus, mitius cum eo procedere volentes, illum inuitauimus, atque tam per diuersos tractatus cum legato nostro habitos, quàm per litteras nostras, hortati fuimus, vt à prædictis erroribus discederet, aut ad nos, oblato etiam saluo conductu & pecunia ad iter necessaria, sine metu seu timore aliquo, quem perfecta charitas foras mittere debuit, veniret, ac Saluatoris nostri Apostolique Pauli exemplo, non in occulto, sed palam & in facie loqueretur. Quod si fecisset, pro certo (vt arbitramur) ad cor reuersus, errores suos cognouisset: nec in Rom. curia, quam tantopere, vanis maleuolorum rumoribus plusquam oportuit tribuendo, vituperat, tot reperisset errata: docuissemusque eum luce clarius, sanctos Rom. Pontifices prædecessores nostros quos, præter omnem modestiam
E iniurioſe lacerat, in suis canonibus seu constitutionibus, quas mordere nititur, nunquam erasse: quia iuxta Prophetam, nec in Galaad resina, nec medicus deest. Sed obaudiuit semper, & prædicta citatione, omnibusque & singulis supradictis spretis venire contempsit, ac vsque in præsentem diem contumax atque animo indurato censuras vltra annum sustinuit: & quod deterius est, addens mala malis, de citatione huiusmodi notitiam habens, in vocem temerarię appellationis prorupit, ad futurum concilium, contra Constitutionem Pij II. ac Iulij II. prædecessorum nostrorum, qua cauetur, taliter appellantes hæreticorum pœna plectendos, (Fruſtra etiam concilij auxilium implorauit, qui illi se non credere palam profitetur) ita vt contra ipsum, tamquam de fide notorie suspectum, immo vere hæreticum, absque vlteriori citatione vel mora, ad condemnationem & damnationem eius, tamquam hæretici, ac ad omnium & singularum supraſcriptarum pœnarum & censurarum seueritatem procedere possemus. Nihilominus de eorumdem fratrum nostrorum consilio, omnipo-

Hier. 8. g

Vana Lutheri prouocatio ad futurũ concilium.

Ezech.18. nipotentis Dei imitantes clementiam, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat: omnium iniuriarum hactenus nobis & Apostolicæ sedi illatarum obliti, omni qua possumus A
Luc. 19. pietate vti decreuimus, & quantum in nobis est, agere, vt proposita mansuetudinis via ad cor reuertatur, & à prædictis recedat erroribus, vt ipsum tanquam filium illum prodigum ad gremium Ecclesiæ reuertentem, benigne recipiamus. Ipsum igitur Martinū, & quoscunq; ci adhærentes, eiusq; receptatores, & fautores per viscera misericordiæ Dei nostri, & per aspersionem sanguinis Domini nostri Iesu
Ioan. 17. Christi, quo & per quem humani generis redemptio & sanctæ matris Ecclesiæ ædificatio facta est, ex toto corde hortamur, & obsecramus, vt ipsius Ecclesiæ pacem, vnitatem & veritatem, pro qua ipse Saluator tam instanter orauit ad patrem, turbare desistant, & à prædictis tam perniciosis erroribus prorsus abstineant: inuenturi apud nos, si effectualiter paruerint, & paruisse per legitima documenta nos certificauerint, paternæ charitatis affectum, & apertum mansuetudinis & clementiæ fontem.

Luthero inhibetur prædicare. Inhibentes nihilominus eidem Martino exnunc, vt interim ab omni prædicatione seu prædicationis officio omnino desistat. Alioquin, vt ipsum Martinum, si forte iustitiæ & virtutis amor à peccato B
non retrahat, indulgentiæque spes ad pœnitentiam non reducat, pœnarum terror coerceat disciplinæ, eundem Martinum, eiusque adhærentes, complices, fautores, & receptatores tenore præsentium requirimus & monemus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub prædictis omnibus & singulis pœnis, eo ipso incurrendis, districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, viginti pro secundo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino assignamus, ab affixione præsentium in locis infrascriptis, immediate sequentes numerandos, ipse Martinus, complices, fautores, adhærentes, & receptatores prædicti, à præfatis erroribus, eorumque prædicatione ac publicatione & assertione, defensione quoque, & librorum seu scripturarum editione super eisdem, siue eorum aliquo omnino desistant, libroscq; ac scripturas omnes & singulas, præfatos errores seu eorum aliquos quomodolibet continentes, comburant, vel comburi faciant. Ipse etiam Martinus errores & assertiones huiusmodi omnino reuocet, ac de reuocatione huiusmodi per publica documenta in forma iuris valida, in manibus duorum prælatorum consignata, ad nos infra alios similes sexaginta dies transmittenda, vel per ipsumet (si ad nos venire voluerit, quod magis placeret) cum C
præfato plenissimo saluo conductu, quem extunc concedimus, deferenda, nos certiores efficiat, vt deeius vera obedientia nullus dubitationis scrupulus valeat remanere. Aliàs si (quod absit) Martinus præfatus, complices, fautores, adhærentes, & receptatores prædicti secus egerint, seu præmissa omnia & singula infra terminum prædictum cum effectu non adimpleuerint, Apostoli imitantes doctrinam
Tit. 3. qui hæreticum hominem, post primam & secundam correptionem, vitandum docuit, exnunc prout extunc, & econuerso, eundem Martinum, complices, adhærentes, fautores, & receptatores præfatos, & eorum quemlibet, tamquam aridos palmites in Christo non manentes, sed doctrinam contrariam catholicæ fidei inimicam, siue scandalosam, seu damnatam, in non modicam offensam diuinæ maiestatis, ac vniuersalis Ecclesiæ & fidei Catholicæ detrimentum & scandalum dogmatizantes & prædicantes, claues quoque Ecclesiæ vilipendentes, notorios & pertinaces hæreticos eadem auctoritate fuisse & esse declarantes, eosdem vt tales, harum serie condemnamus, & eos pro talibus haberi ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus supradictis volumus & mandamus. Eosque omnes & singulos omnibus supradictis & alijs contra tales à iure inflictis pœnis, præsentium tenore subijcimus, & D
eisdem irretitos fuisse & esse decernimus & declaramus.

Omnia Lutheri opera prohibentur. Inhibemus præterea sub omnibus & singulis præmissis pœnis, eo ipso incurrendis, omnibus & singulis Christifidelibus superius nominatis, ne scripta, etiam præfatos errores non continentia, ab eodē Martino quomodoliber condita vel edita, aut condenda vel edenda, seu eorum aliqua, tamquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, atque ideo vehementer suspecta; & vt eius memoria omnino deleatur de Christifidelium consortio, legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare siue defendere per se vel alium seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, seu in domibus suis siue alijs locis, publicis vel priuatis, tenere quoquo modo præsumant; quinimmo illa comburant, vt præfertur. Monemus insuper omnes & singulos Christifideles supradictos, sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna, vt hæreticos prędictos declaratos & condemnatos, mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum termini supradicti euitent, & quantum in eis est, euitari faciant, nec cum eisdem vel eorum aliquo commercium, aut aliquam conuersationem, seu commu- E
Mandatum de capiendo Luthero & complicibus suis, & Pontifici assignandis. nionem habeant, nec eis necessaria ministrent. Ad maiorem præterea dicti Martini, suorumque complicum, fautorum & adhærentium, ac receptatorum prædictorum, sic post lapsum termini prædicti declaratorum hæreticorum & condemnatorum confusionem, vniuersis & singulis vtriusque sexus Christifidelibus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum cathedralium, collegiatarum, ac inferiorum Ecclesiarum prælatis, capitulis, alijsque personis Ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum etiam Mendicantium (præsertim eius congregationis, cuius dictus Martinus est professus, & in qua degere vel morari dicitur) regularibus, exemptis & non exemptis, necnon vniuersis & singulis principibus, quacunque ecclesiastica vel mundana fulgentibus dignitate, Regibus, Imperatoris electoribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus, ciuitatibus, terris,

castris,

A castris, & locis, seu eorum habitatoribus, ciuibus & incolis, omnibusque alijs & singulis supradictis, per vniuersum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis, Mandamus, quatenus sub prædictis omnibus & singulis pœnis, ipsi vel eorum quilibet, præfatum Martinum, complices, adhærentes, receptantes, & fautores personaliter capiant, & captos ad nostram instantiam retineant, & ad nos mittant: Reportaturi pro tam bono opere à nobis & sede Apostolica remunerationem, præmiumq; condignum: vel saltem eos & eorum quemlibet, de metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, & alijs Ecclesijs, domibus, monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, dominijs, vniuersitatibus, communitatibus, castris, terris ac locis respectiue tam clerici & irregulares, quàm laici omnes & singuli supradicti omnino expellant. Ciuitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortilicia, oppida, & loca quæcunque vbilibet consistentia eorum & earum respectiue: metropolitanas, cathedrales, collegiatas & alias Ecclesias, monasteria, prioratus, domus, conuentus, & loca religiosa vel pia cuiuscunque ordinis, vt præfertur, ad quæ præfatum Martinum, vel aliquem ex prædictis, declinare cōtigerit, quamdiu ibi permanserint, & triduo post recessum, Ecclesiastico subijcimus interdicto. Iubetur Lutherus hæreticus publicari.

B Et vt præmissa omnibus innotescant, mandamus insuper vniuersis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, patriarchalium, metropolitanarum, & aliarum cathedralium ac collegiatarum Ecclesiarum prælatis, capitulis, alijsque personis Ecclesiasticis, sæcularibus & quorumuis ordinum supradictorum regularibus, fratribus religiosis, monachis, exemptis & non exemptis supradictis, vbilibet, præsertim in Alemania constitutis, quatenus ipsi vel eorum quilibet sub similibus censuris & pœnis, eo ipso incurrendis, Martinum, omnesque & singulos supradictos, qui elapso termino huiusmodi mandatis seu monitis nostris non paruerint, in eorum Ecclesijs, Dominicis & alijs festiuis diebus, dum inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit, declaratos hæreticos & condemnatos publice nuncient, faciantque & mandent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari. Necnon omnibus Christifidelibus, vt eos euitent, pari modo sub prædictis censuris & pœnis. Et præsentes litteras vel earum transumptum sub forma infrascripta factum, in eorum Ecclesijs, monasterijs, domibus, conuentibus, & alijs locis, legi, publicari, atque affigi faciant. Excommunicamus quoque & anathematizamus omnes & singulos, cuiuscunque status, gradus, conditionis, præeminentiæ, dignitatis aut excellentiæ fuerint, qui, quo minus præsentes litteræ, vel earū transumpta, copiæ seu exemplaria in suis terris & domi C
nijs legi, affigi & publicari possint, fecerint: vel quoquo modo procurauerint per se vel aliū seu alios, publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse. Postremo, quia difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferri, in quibus necessarium foret: volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quòd earum transumptis manu publici notarij confectis & subscriptis, vel in alma vrbe impressis, & sigillo alicuius Ecclesiastici prælati munitis, vbique stetur, & plena fides adhibeatur, prout originalibus litteris staretur & adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Et ne præfatus Martinus, omnesque alij supradicti, quos præsentes litteræ quomodolibet concernunt, ignorantiā earundem litterarum, & in eis contentorum omnium & singulorum prætendere valeant, litteras ipsas in bafilicæ principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, necnon Cathedralium Ecclesiarū Brandeburgē. Minsnen. & Merspergen. valuis affigi & publicari debere volumus: decernētes, quòd earundē litterarū publicatio sic facta, supradictū Martinum, omnesque alios & singulos prænominatos, quos D
litteræ huiusmodi quomodolibet cōcernunt, perinde arctent, ac si litteræ ipsę die affixionis & publicationis huiusmodi, eis personaliter lectæ & intimatæ forent: cū non sit verisimile, quòd ea quæ tam patenter fiunt, debeant apud eos incognita remanere. Nō obstantibus cōstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, seu si supradictis omnibus & singulis, vel eorū alicui, aut quibusuis alijs à sede Apostolica prædicta, vel ab ea potestatem habentibus, sub quauis forma, etiam confessionali, & cū quibusuis etiā fortissimis clausulis, aut ex quauis causa seu grandi cōsideratione, indultū vel cōcessum existat, quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes, de indulto huiusmodi mentionem, eiusdem indulti tenores, causas & formas, perinde ac si de verbo ad verbum inserenretur, ita vt omnino tollantur, præsentibus pro expressis habentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, reprobationis, rejectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obsecrationis, requisitionis, monitionis assignationis, concessionis, condemnationis, subiectionis, excommunicationis, & anathematizationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. E

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vicesimo, decimoseptimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri anno octauo.

Visa. R. Milanesius Albergatus.

LEO

Universidad de Deusto
Biblioteca

A

LEO PAPA DECIMVS.

Bulla contra Martinum Lutherum, illiusque complices, fautores, & sequaces, ac alios sanctæ fidei Christianæ inimicos.

Edita anno Domini 1520.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Exbibliotheca Illustrissimi Iulij Antonij Sanctorij Cardinalis sanctæ Seuerinæ, erat autem impressa Romæ an. 1546.

DECET Romanum Pontificem, ex tradita sibi diuinitus potestate, pœnarum spiritualium, & temporalium, pro meritorum diuersitate, dispensatorem constitutum, ad reprimendum nefarios conatus peruersorum, quos noxiæ voluntatis adeo depranata captiuat intentio, vt Dei timore postposito, canonicis sanctionibus, mandatisq; Apostolicis neglectis, atque contemptis, noua & falsa dogmata excogitare, ac in Ecclesia Dei, nefarium schisma inducere, aut schismaticis ipsis, inconsutilem redemptoris nostri tunicam, orthodoxæque fidei vnitatem scindere satagentibus, fauorem præbere, assistere, adhærereq; nõ verentur, ne Petri nauicula, sine Gubernatore & remige nauigare videatur, cõtra tales, eorũque sequaces, acrius insurgere, & exaggeratione pœnarum, & alias opportuno remedio ita prouidere, ne ijdem contemptores in reprobum sensum dati, illisq; adhærentes, falsis commentis, ac subdolis eorum malitijs simplicem turbam decipiant, ac in eundem errorem & ruinam secum trahant, ac velut morbo contagioso, contaminent, & ad maiorem ipsorum damnatorum confusionem, omnibus Christifidelibus, publice ostendere ac palam declarare, quam formidabilium censurarum & pœnarum illi rei existant ad hoc, vt ipsi sic declarati & publicati, confusi tandem & compuncti, ad cor suum redire, & propriæ saluti consulere valeant: ceterique, eorum exemplo, discant à similibus abstinere, & ab eorundem excommunicatorum, & anathematizatorum prohibita conuersatione, & participatione, ac etiam obedientia, se penitus subtrahant, vt diuinam vltionem euadant, illorumque damnationis participes minime fiant. Sane alias, cum quidam falsi fidei cultores, mundi gloriam quærentes, ac (humani generis hoste instigante) quamplures & varios errores, iamdiu per concilia & prædecessorum nostrorum constitutiones damnatos, vtpote hæresim etiam Græcorum, & Bohemorum, vt vidimus & legimus continentes. Alios vero vel hæreticos, aut falsos, seu scandalosos; vel piarum aurium offensiuos, vel simplicium mentium seductiuos nouiter suscitassent, & in inclyta natione Germanica seminassent: Nos nostro, prout pastorali incumbebat officio, errorum huiusmodi virus pestiferum, vlterius tolerare seu dissimulare, (sine Christianæ religionis nota, atque orthodoxæ fidei iniuria) non valentes: ac huiusmodi pesti, morboq; canceroso, ne in agro Dominico, tamquam vepris nociua, vlterius serperet, viam precludere cupientes: habita super eisdem erroribus & eorum singulis cum venerabilibus fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, necnon sacræ theologiæ, & vtriusque iuris professoribus, diligenti discussione & matura deliberatione: cum illi à Catholica fidei traditione, & à vera diuinarum scripturarum recepta interpretatione deuiare, & contra sanctorum patrum determinationes, Conciliorumque & summorum Pontificum expressas ordinationes, seu canones esse, reperti fuissent: Articulos siue errores ipsos, vt hæreticos aut scandalosos, seu falsos, aut piarum aurium offensiuos, & veritati catholicæ obuiantes: de eorundem fratrum consilio & assensu, & aliorum prælatorum matura deliberatione, prout in similibus consueuerunt prædecessores nostri, ac sedes Apostolica procedere, damnauimus, reprobauimus, & omnino reijcimus: & pro damnatis, reprobatis, & reiectis ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus haberi debere decreuimus, & declarauimus: ac omnibus & singulis Christifidelibus tam laicis, quàm clericis sæcularibus, & quorumuis ordinum regularibus, & alijs quibuscunque personis quauis dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & alijs prælatis, ac conuentibus, & vniuersitatibus, etiam studiorum generalium, nec non regibus, & Imperatori, electoribus, principibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, conductoribus, domicellis, omnibusque officialibus, iudicibus, notarijs ecclesiasticis, & sæcularibus, communitatibus, vniuersitatibus, potentatibus †, ciuitatibus, castris, terris, & locis, seu eorum vel earum ciuibus, habitatoribus, & incolis, & quibusuis alijs personis ecclesiasticis vel regularibus per vniuersum orbem vbicunque, præsertim in Alemania constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ, ac diffidationis & criminis læsæ maiestatis, & hæreticorum, & fautorum eorumdem in iure expressis, ac alijs etiam tunc expressis pœnis, eo ipso, & absque vlteriori declaratione, per omnes & singulos supradictos (si contra fecerint) incurrendis, præcepimus, atque mandauimus; ne præfatos errores, aut eorum aliquos, peruersamq; doctrinam hujusmodi, asserere, affirmare, defendere, prædicare, aut illa quomodolibet, publice vel occulte, quouis quæsito ingenio vel colore, tacite vel expresse fouere præsumerent. Et quia supradicti errores & plures alij in libellis seu scriptis cuiusdam Martini Lutheri continebantur: libellos ipsos, & omnia dicti Martini scripta, seu prædicationes, quæ in latino vel quocunq. alio idiomate reperiebantur, in quibus dicti errores seu aliquis eorum continerentur, similiter damnauimus, reprobauimus atque reiecimus: & pro omnino damnatis, reprobatis, & reiectis haberi volumus: ac in virtute sanctæ obedien-

Mali pœnarũ acerbitate reuocandi, vt ceteri timere discant.

Quomodò errores in fide deprehendantur.

Per bullam Exurge. quæ habetur supra pag. 115.

† potestatibus

Omnia Lutheri scripta quacunq; lingua interdicta.

A obedientiæ, & sub pœnis prædictis, omnibus & singulis Christifidelibus tunc expressis mandauimus: ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes, seu cedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supradictos continentia legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, seu defendere, per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut domibus suis siue alijs publicis vel priuatis locis tenere quoquomodo præsumerent: Quinimmo, illa statim post litterarum nostrarum super his editarum, publicationem vbicunque forent, per ordinarios & alios in dictis litteris expressos, diligenter quæsita, publice & solemniter in præsentia cleri & populi sub omnibus pœnis, in dictis litteris expressis comburerent: ipsique Martino, vt ab omni prædicatione, seu prædicationis officio, omnino desisteret: alioquin eum, eiusque adhærentes, complices, fautores, & receptatores requisiuimus & monuimus, in virtute sanctæ obedientiæ, & supradictis pœnis districte præcipiendo mandauimus, vt infra sexaginta dies: quorum viginti pro primo, viginti pro secũdo, & reliquos viginti dies pro tertio & peremptorio termino assignauimus: ab affixione in locis

B tunc expressis, immediate sequentibus numerandos, vt à præfatis erroribus, eorumque prædicatione, & publicatione, & assertione; defensione quoque, & librorũ seu scripturarum super eisdem, seu eorum aliquo, editione omnino desisteret, libros q. & scripturas errores huiusmodi continentes comburerent vel comburi faceret: ac illos ipse Martinus omnino reuocaret, ac de reuocatione huiusmodi per publica documenta nos certiores faceret, & cum pleno saluo conductu sibi concesso, ad nos veniret, vt de eius vera obedientia omnibus plene constaret: aliàs eum, eiusque complices, adhærentes, fautores, & receptores, & eorum quemlibet, tanquam notorios & pertinaces hæreticos fuisse & esse declarauimus: eosque vt tales condemnauimus, & eos pro talibus, ab omnibus vtriusque sexus Christifidelibus haberi voluimus atque mandauimus: eosque & alijs cõtra tales à iure inflictis pœnis subiecimus, & illos hæreticos fuisse & esse decreuimus & declarauimus. Inhibuimus quoque, sub eisdẽ pœnis, eisdem Christi fidelibus, ne eius scripta, etiam præfatos errores non continentia, tanquam ab homine orthodoxæ fidei inimico, vt eius memoria omnino de Christifidelium consortio deleretur, legere, asserere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere, seu in domibus aut alijs

C locis publicis vel priuatis tenere quoquomodo præsumerent, sed illa comburerent: Ipsosque Christifideles sub dictis pœnis monuimus, vt ipsos hæreticos declaratos, & condemnatos mandatis nostris non obtemperantes, post lapsum dicti termini euitarent, & euitari facerent, quantum in eis esset, nec cum eis commercium aut aliquam conuersationem seu communionem haberent, nec eis necessaria ministrarent. Et pro maiori Martini, suorumque complicum, fautorum, adhærentium, & receptatorum post lapsum termini declaratorum hæreticorum huiusmodi, confusione: eisdem Christifidelibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis ecclesiarum, capitulis & personis ecclesiasticis, sæcularibus & regularibus, exemptis & non exemptis, & vniuersis principibus quacunque ecclesiastica & mundana fulgentibus dignitate Regibus, & Imperatoris Electoribus, & alijs tunc expressis per vniuersum orbem, præsertim in eadem Alemania constitutis, mandauimus, vt ipsi & eorum quilibet Martinum, complices, adhærentes, receptatores, & fautores huiusmodi personaliter caperent, & captos ad nostram instantiam retinerent, vel saltem eos & eorum quemlibet à suis ecclesijs, domibus, monasterijs, conuentibus, ciuitatibus, dominijs,

D vniuersitatibus, comitatibus, castris & terris omnino expellerent: ciuitates vero, dominia, terras, castra, villas, comitatus, fortalicia, oppida, & loca quæcunque vbilibet consistentia, eorumque, & eorum metropolitan. cathedrales, collegiatas, vel alias ecclesias, monasteria, prioratus, domos conuentus, & loca religiosa vel pia, cuiusque ordinis forent, ad quæ ipsum præfatum Martinum, vel aliquem ex prædictis declinare contingeret, quamdiu ibidem permanerent, & triduo post eorum inde discessum Ecclesiastico subiecimus interdicto: necnon patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis, capitulis, & alijs personis supradictis, præsertim in Alemania constitutis, sub similibus pœnis & censuris mandauimus, vt Martinum & alios supradictos, si elapso dicto termino, mandato & monitione nostris huiusmodi, non paruissent, in eorum Ecclesijs, Dominicis, & alijs festiuis diebus (dum inibi maior populi multitudo ad diuina conueniret) declaratos hæreticos & condemnatos, publice nunciarent, facerentque & mandarent ab alijs nunciari, & ab omnibus arctius euitari: ac omnibus Christifidelibus, vt eos euitarent, pari modo, sub prædictis censuris & pœnis, &

E litteras nostras prædictas, vel earum transumptum, cui vbique stari, & plenam fidem adhiberi voluimus, in eorum ecclesijs, monasterijs, domibus, conuentibus, & alijs locis, legi, publicari, atque affigi facerent: Excommunicauimus quoque & anathematizauimus omnes & singulos, cuiuscunque status, gradus, cõditionis, præeminẽtiæ, dignitatis, aut excellentiæ forent, quominus litteræ vel earum transumpta, copiæ siue exemplaria, in suis terris & dominijs legi, affigi, & publicari possent, facerent publice vel occulte, directe vel indirecte tacite vel expresse, prout in dictis nostris litteris desuper confectis, quarum veriorem tenorem haberi voluimus pro expresso: quasque vt ad Martini, & aliorum monitorum non damnatorum & declaratorum, ac sub eisdem litteris comprehensorum notitiam deducerentur in certis in Romana curia & alijs extra eam expressis locis affigi & publicari iussimus, & per Cursores in dicta curia, extra tamen eam per certos Nuncios nostros, d exequi fecimus: ac voluimus, vt illos litteræ ipsæ post affixionem prædictam perinde arctarent, ac si eis eadem litetræ personaliter intimatæ forent, plenius continetur.

Saluus conductus, Luthero concessus, vt ad Rom. Pont. accederet.

G Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Multi ex his qui Luthero adhæserunt cõuertuntur.

Cum autem (sicut accepimus) licet post litterarum affixionem & publicationem post elapsum A
termini seu terminorum huiusmodi in litteris per nos præfixi huiusmodi seu præfixorum (quos quidem terminos elapsos fuisse, & esse, omnibus Christifidelibus & per præsentes significamus, & fidem facimus) nonnulli ex eis, qui eiusdem Martini errores secuti fuerunt, ipsarum litterarum ac monitionum & mandatorum nostrorum notitiam habentes, spiritu sanioris consilij ad cor reuersi, errores suos confitentes, & hæresim in manibus nostris abiurantes, & ad veram fidem Catholicam se conuertentes, absolutionis beneficiũ, iuxta facultatem eisdem Nuncijs desuper concessam obtinuerint, & in nonnullis ciuitatibus & locis dictæ Alemaniæ, libri & scripturæ dicti Martini iuxta mandata nostra publice cremati fuerint: tamen ipse Martinus (quod non sine graui animi molestia & mentis nostræ perturbatione referimus) in reprobum sensum datus, non solum errores suos, infra præmissum

Lutherus impe pitens.

terminum reuocare, & de reuocatione huiusmodi nos certiores facere, seu ad nos venire contempsit: verum tanquam petra scandali peiora prioribus contra nos & hanc sanctam sedem & fidem Catholicam scribere & prædicare, & alios ad hoc inducere non veritus; propter quod, sicut ipse iam hæreticus est declaratus, ita & alij etiam nõ paruæ auctoritatis & dignitatis, propriæ suæ salutis immemores ipsius Martini pestiferam hæreticorum sectam publice, & notorie sequentes, eique palam & publice auxilium, consilium & fauorem subministrantes, ipsumque Martinum in suis inobedientia & contumacia confouentes, & alij publicationem dictarum litterarum impedientes, pœnas in dictis nostris litteris contentas damnabiliter incurrerunt: & hæretici merito sunt habendi, atque ab omnibus Christifidelibus euitandi, dicente Apostolo, Hæreticum hominem, post vnam & secundam correctionem deuita: sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio cõdemnatus. Vt igitur cum Martino & alijs hæreticis excommunicatis & anathematizatis & maledictis merito copulentur, & sicut in deliquendo dicti Martini pertinaciam sequuntur, ita pœnarum & nominis participes fiant, secumq; Lutherani vocem, & debitas portent pœnas, cum præmissa adeo manifesta & notoria sunt effecta & permanentes † ita, vt nulla probatione aut monitione vel citatione indigeant, prout sic fore decernimus & declaramus: Martinum & alios, qui eundem Martinum in suo prauo & damnato proposito obstinatum sequuntur, ac etiã eos, qui eum etiam præsidio militari defendunt, custodiunt, & proprijs facultalibus vel alias quomodolibet sustentare non verentur, ac auxilium, cõsilium vel fauorem, quouis modo præstare & subministrare præsumpserunt & præsumunt. quorum omnium nomina & cognomina, & qualitates, etsi quauis celsa vel grandi præfulgeant dignitate, præsentibus haberi voluimus pro expressis, ac si nominatim exprimerentur, ac in illorum publicatione vigore præsentium facienda nominatim exprimi possent, decernimus, excommunicationis & etiam anathematis, necnon maledictionis æternæ & interdicti, ac in eos & eorum descendentes dignitatum, honorum, & bonorum priuationis & inhabilitationis ad illa: Necnon bonorum confiscationis, & criminis læsæ Maiestatis, & alias sententias, censuras & pœnas, etiam in hæreticos à canonibus inflictas in dictis litteris contentas damnabiliter incidisse: Ciuitates quoque, terras, castra, oppida, & loca, in quibus tunc pro tempore fuerint, & ad quę eos declinare contigerit, ac quę in illis sunt, ac alias etiam cathedrales & metropolitan. monasteria, & alia religiosa & pia loca, etiam exempta & non exempta, quocunque ecclesiastico interdicto supposita esse ita, vt illo durante illis, prætextu cuiusuis indulti Apostolici, præterquam in casibus à iure permissis, & in illis, non aliàs quàm ianuis D
clausis, ac excommunicatis & interdictis exclusis nequeant missas & alia diuina officia celebrari. Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus: illosque pro excommunicatis & anathematizatis, maledictis, interdictis, priuatis, & inhabilibus, vbicunque locorum denuntiari & publicari, ac ab omnibus Christifidelibus arctius euitari præcipimus & mandamus. Et vt in omnibus tantum in

† & Lutherus vbique iubet nuntiari hæreticus.

Dei † Ecclesiæ suæ vilipendium, Martini & sequacium & aliorum inobedientium obstinatæ temeritatis audacia innotescat, ne morbida pecus gregem inficiat, parsque sincera ad infectionem trahatur: vniuersis & singulis patriarchis, archiepiscopis episcopis, patriarchaliũ metropolitan. cathedraliũ, & collegiatarũ Ecclesiarũ prælatis, capitulis & personis ecclesiasticis, & quorumuis ordinũ etiã Mendicantium religiosis exemptis & non exemptis vbilibet constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub dictæ excõmunicationis latæ sententiæ pœnis mãdamus: quatenus ipsi & quilibet eorum si & postquam vigore præsentium requisiti fuerint, infra tres dies: quorum vnum pro primo, & alium pro secundo, & reliquum pro tertio & peremptorio termino, ac canonica monitione præmissa assignamus: E
eosdem Martinum & alios excommunicatos, anathematizatos, maledictos, & hæreticos declaratos, aggrauatos, interdictos, priuatos, & inhabiles, & in præsentium executione nominatos in eorũ Ecclesijs Dominicis, & aliis festiuis diebus (dum maior inibi populi multitudo conuenerit ad diuina) cum Crucis vexillo pulsatis cãpanis & accensis candelis, ac demum extinctis & in terrã proiectis, & conculcatis, cum trina lapidum proiectione, alijsque ceremonijs in similibus obseruari solitis, publice nuntient, & faciant & mandent ab alijs nuntiari, & ab omnibus Christifidelibus arctius euitari.

Ecclesiarum prælati & rectores excitantur, vt ardenter prædicent verbum Dei contra Luthe ri errores.

Ad maiorem insuper præfati Martini, aliorumque hæreticorum supradictorum adhærentium & sequacium & fautorum confusionem, in virtute sanctæ obedientiæ mandamus omnibus & singulis patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliarum Ecclesiarum Prælatis, vt sicut ipsi, ad sedandũ schismata, auctore Hieronymo, constituti fuerunt; ita nunc vrgente necessitate, prout eorum incumbit officio, constituãt se murũ pro populo Christiano nõ tacẽdo tamquã canes muti nõ valentes latrare, sed

incessan-

A incessanter clamando & exaltando vocem & prædicando & prædicari faciendo verbum Dei, ac veritatem fidei Catholicæ contra damnatos articulos, & hæreticos supradictos. Necnon omnibus & singulis parochialium ecclesiarum rectoribus, ac religiosis quorumcunque ordinum, etiam Mendicantium, exemptis & non exemptis, vt præmittitur, similiter in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt sicut ipsi nubes à Domino constituti sunt, ita spiritualem imbrem in populo Dei seminare, & contra supradictos articulos, vt præfertur, damnatos, sicut etiam eorum incumbit officio, publice pu- 1. Ioan. 4.
blicare non vereantur: Scriptum est enim, quòd perfecta charitas foras mittit timorem. Vos igitur & vestrum singuli onus tam meritorij negotij deuota mente suscipientes: vos in illius executione sic solicitos, ac verbo & opere studiosos, atque diligentes exhibeatis, quòd ex vestris laboribus, diuina nobis fauente gratia, sperati fructus adueniant, ac per solicitudinem nostram, quæ causas pias gerentibus pro retributione debetur, palmam glorię non solum consequi mereamini, verum etiam apud nos & sedem prædictam non immerito valeatis de exacta diligentia vestra vberius commendari.

Verum, quia difficile foret præsentes declarationis & publicationis litteras ad præsentiam & per-
B sonam propriam Martini, & aliorum declararorum & excommunicatorum huiusmodi personaliter deducere, propter eis fauentium potentiam: voluimus, vt affixio & publicatio præsentium litterarum in valuis duarum cathedralium seu metropolitan. aut vnius cathedralis & alterius metropolitan. in dicta Alemania consistentium ecclesiarum, per vnum ex nuntijs nostris ibidem existentibus facta, ita eos liget & arctet, Martinumque & alios declaratos, & damnatos huiusmodi, demonstret, in omnibus & per omnia, ac si eis & eorum cuilibet personaliter intimatæ & præsentatæ fuissent. Et quia etiam difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca deferre, in quibus earum publicatio necessatia foret, volumus, & præfata auctoritate decernimus, quòd earum transumptis, sigillo alicuius prælati ecclesiastici, seu ex Nuntijs nostris prædictis munitis, & manu alicuius publici Notarij subscriptis vbique stetur, prout præsentibus originalibus litteris staretur, si essent exhibitæ vel ostẽsæ: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ in prioribus litteris nostris prædictis voluimus non obstare: ceterisque contrarijs quibuscunque.

C Nuli ergo omnino hominum liceat hac paginam nostræ constitutionis, declarationis, præcepti, mandati, assignationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo, tertio Nonas Ianuarij, Pontificatus nostri anno octauo.

De Curia. De. de Comitibus.

LEO PAPA DECIMVS.

D *Vniuersis & singulis locorum ordinariis, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoribus in dominio Venetorum consistentibus. Salutem & Apostolicam benedictionem.*

Episcopi & hæreticæ prauitatis Inquisitores procedere possunt contra maleficos & sortilegos: nec eorum circa hæc iurisdictio impeditur aut diminuitur, ex eo quòd ipsis aliquis alius adiungitur per summum Pontificem, vt cum ipsis in hæc delicta inquirat. iudices & officiales sæculares absque reuisione processuum sententias latas à iudicibus ecclesiasticis super hæc crimina exequantur, & traditos curiæ sæculari punient: quòd si renuerint, compellantur per ecclesiasticas censuras.

Aliæ extrauag huius argumenti habentur supra Innocentij viij. & Alexandri vj. & infra Hadriani vj.

E HONESTIS petentium votis libenter annuimus, eaque fauoribus persequimur opportunis. Aliàs ad petitionem dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis & dominij Venetorum, cum in Brixiensi & Pergamensi ciuitatibus & diœcesibus, quoddam hominum genus pernicioſissimum ac damnatissimum labe hæretica, per quam fuscepto renuntiabatur baptismatis sacramento, Dominum abnegabant, & satanæ, cuius consilio seducebantur, corpora & animas conferebant, & vt illi rem gratam facerent, in necandis infantibus passim studebant, & alia maleficia & sortilegia exercere non verebantur. quod ita factum esse videbatur, vt ad eorum errorem extirpandum opportuna adhiberentur remedia. Volentes etiam eiusdem generis nonnullos indicibili pœna obstinate vitam potius perfidie amittere; quàm errorem suum cognoscere maluisse, & propterea de rigoroso nimium (vt dicebatur) vestri ordinariorum contra tales processu, dubitantes, Venerabilem fratrem Episcopum Polensem nostrum & Apostolicæ sedis apud eosdem Ducem & dominium Nuntium vobis adiungendum duximus, cum facultate per se vel alium, seu alios processu super vos habi-

Edita anno Domini 1521. Ex Directorio Illustrissimi Iacobi Sabelli Cardinalis, rei pu. Christianæ Inquisitoris generalis. fol. 424.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos, seu factos examinandi, & reuidendi: & si vos Inquisitores processus prædictos rite & recte, ac A
iuxta formam iuris habitos feciſſetis contra tale hominum damnatorum genus vnà vobiſcum procedendi & inquirendi; necnon procuratores & aduocatos, ſcribas, ceteroſque ad Inquiſitionis præfatæ exercitium neceſſarios & opportunos, officiales & miniſtros cum competentibus ſalarijs deputandi, & homines prædictos (quòd redire ad Eccleſiæ vnitatem vellent) clementer ſuſcipiendi, eiſque pœnitentiam ſalutarem iniungendi, & eos abſoluendi etiam in vtroque foro, & incorrigibiles condemnãdi, & brachio ſæculari tradendi, ceteraque quæ vos de iure, vel conſuetudine facere poſſetis, & deberetis faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, prout in litteris deſuper confectis continetur.

Cum igitur commiſſionis huiuſmodi vigore præfatus Nuntius, venerabilem fratrem Epiſcopum Iuſtinopolitanum in partibus illis commorantem, ad præmiſſa vnà vobiſcum pertractanda & exequenda ſubdelegauerit, voſque & ipſe ſubdelegatus in valle Communica Brixienſis diœceſis, vbi maxime huiuſmodi damnati generis homines vigent & pullulant, proceſſeritis; ac nonnullos culpabiles repertos, & curiæ ſæculari tradendos, necnon iam condemnatos habueritis, videtur, quòd per B
Venetorum collegium Prætori Brixienſi mandatum fuerit, ne ſententias huiuſmodi exequeretur, & vobis & eidem ſubdelegato, ne ad executionem illarum procederetis inhiberet, prout inhibitũ fuit: ac expenſas, & ſalaria pro huiuſmodi Inquiſitionis negotio neceſſaria ſubmoueret, & tetraheret: necnon proceſſus contra culpabiles prædictos habitos & factos eis tranſmitteret, ſeu tranſmitti faceret: & quod deterius eſt, ſubdelegatum prædictum ad coram eis in ciuitate Venetiarũ comparendum cogeret, & compelleret, prout coactus & compulſus fuit. Et quia propter dictas litteras, in quibus dictus Nuntius adiunctus fuit, ab aliquibus hæſitatur, an propter hoc facultas veſtra diminuta exiſtat, ita quòd prout ante datas huiuſmodi litteras potuiſſetis, procedere non poſſitis, indecenſque & contra iuris & ſacrorum canonum diſpoſitionem, ac eccleſiaſticam libertatem exiſtat, laicos de perſonis & cauſis eccleſiaſticis ſe intromittere, nolleque iniunctam à vobis executionem adimplere, niſi proceſſibus, ac ſententijs per eos viſis & examinatis, ac ſi ipſi in clericos cauſaſque eccleſiaſticas ſuperioritatem & iuriſdictionem haberent: cum tamen in clericos cauſaſque huiuſmodi, laicis nulla facultas attributa ſit, quos obſequendi & exequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi, C
propter quod inter Chriſtifideles non modicum ſurgit ſcandalum.

Iniquum eſt laicos de perſonis, aut cauſis eccleſiaſticis ſe intromittere.

Nos igitur, ne quod ad ſalutem animarum, & dictarum canſarum faciliorem expeditionem introductum eſt, in damnum & percellationem conuertatur, & propterea ob diuturnitatem temporis infelices animæ huiuſmodi peccatis magis grauentur, & ad omne circa hoc dubium tollendum, vos prout ante datas dictas litteras de iure & conſuetudine ſeu priuilegio procedere poteratis, necnon etiam contra maleficos & ſortilegos ac à fide apoſtatantes, prout criminis poſtulauerit qualitas, procedere poſſe & débere, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus & declaramus; vobis committentes & mandantes, vt eoſdem Venetos, & illos † Ducem ac officiales ſuos, ne ipſi vlterius in huiuſmodi cauſis ſe intromittant, ſed quod iniunctas ſibi executiones, & forte iniungendas, poſtquam requiſiti fuerint, ſine aliqua proceſſuum, per dictos eccleſiaſticos iudices factorum viſione, vel examinatione prompte excquantur, moneatis & hortemini. Et ſi hoc facere neglexerint, vel recuſauerint, vos eos per cenſuras eccleſiaſticas & alia iuris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compellatis. Præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ſtatutiſque D
& conſuetudinibus ciuitatum & diœceſim prædictarum, iuramento, firmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrarijs non obſtantibus quibuſcunque.

Dixi plene ad Eymericum. comment. 85. par. 3. ſuper. q. 36.
† illorum

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die decimoquinto Februarij. Milleſimo quingenteſimo vigeſimo primo. Pontificatus noſtri anno octauo.

BREVE SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI D. Hadriani diuina prouidentia Papæ ſexti, ad Fredericum Saxoniæ Ducem aduerſus Lutherum.

Damnato Martino Luthero, & per totam Europam hæretico publicato per Leonem x. Pont. Max. Fredericus Saxoniæ dux eum in ſuum veluti clientem recepit; quod ægre ferens, vt debuit, Hadrianus ſextus eius ſucceſſor, hoc ad ipſum reſcriptum, ſeu Epiſtolam bortatoriam dedit, qua omnibus modis conatur pius & ſanctiſſimus Pontifex Frederico perſuadere, vt ad ſanam mentem reuertatur, cogitetque qualis ſit Lutherus & eius præcepta: denique omnia commemorat, quibus principis animus permoueri poſſit ad catholicam religionem amplectendam: additis inſuper multis exemplis, quibus oſtendit principes Dei præceptis ſauentes felicisſimos extitiſſe, contra vero eius legi repugnantes infelicisſimos euaſiſſe. E

Edita anno Domini. 1522. Ex 4 Concil. tõ primo. 706. ex Colonien. editione an. 1567.

DILECTE fili, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

SATIS & plus quàm ſatis ſuſtinuimus, dilecte in Chriſto, ſi forte DEI pietas tuam animam dignetur inuiſere, ac dare pœnitentiam ad cognoſcendum veritatem, vt reſipiſceres à diaboli laqueis, à quo captiuus detineris.

Nouimus te paterne monitum à ſe, re, prædeceſſore noſtro, vt à te ſaparares pernicie illam

A illam Chriſtianæ religionis Martinum Lutherum: & eum iam toti orbi manifeſte eſſent ſceleſtiſſimæ machinationes illius, ſperauimus & te ad cor pœnitẽs reuerſurum. Sed quoniam expectauimus vuuas, & ecce quia fruſtra conflauit conflator, malitiæ enim tuæ non ſunt conſumptæ: coegit nos miſeratio tui, coegit paternus amor, quo te & tibi ſubditos Saxones in Domino ſemper fuimus proſequuti, ſalutaribus & paternis monitis adhuc conuenire, vt vel tandem reſipiſcatis, antequam plane in vos conueniat, quod mox ſubdit Propheta. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. Et quid dicemus vobis quam quod Galatis ſuis Paulus. O inſenſati, quis vos faſcinauit veritati non obedire? Currebatis bene. Interrogate patres veſtros, ac dicent vobis maiores veſtros, & annunciabunt vobis. Quod ab ea ætate, quo vno eodemque tempore vixere Hadrianus Rom. Pont. & Carolus ille magnus Imperator Saxonicæ fidei plantatores, ad noſtra vſque & chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli tempora, aui & proaui veſtri, atque adeo Saxones omnes, ſemper habiti eſtis veluti pacis amatores, fidei propugnatores, & per omnia obedientiæ pacifici filij: taleſque, vt non immerito Gregorius V. natione Saxo olim Ro. Pont. Saxoniæ ducem in Ro. Imperatoris conſtituerit electorem.

Eſa. 5. a. Hier. 6 g. Ibid. Galat. 3. a. Deut. 32. a

B Quomodo ergo tamcito mutatus eſt color optimus? Cur tam facile transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in aliud Euangelium quod non eſt aliud, niſi ſunt quidam, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Chriſti? Quis vineam Domini Sabahot tam pulchre plantatam eſt demolitus? Certe exterminauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Sed væ illud à vobis, à domeſticis & amicis, à cruciatu præcordiorum. Obſecramus te fili dilecte in Chriſto, leua oculos tuos in directum, & vide vbi ſis proſtratus. Conſidera quantam Eccleſiæ Chriſti, tot malis vndique circumuallatæ ac pene oppreſſæ, pro opera qua illi ſubuenire debueras, eladem inſuper intuliſti. Oppugnatur foris ab infeſtiſſimo illo ac potentiſſimo Chriſtiani nominis hoſte. Diſſident intus principes Reipub. Chriſtianæ, & in mutuam armati perniciem, cruentiſſimis inter ſe odijs conflictantur: & in fraterna viſcera ferrum ſtringunt, vt vix enthnici inter ſe crudelius. An hæc ita tibi viſa ſunt non ſatis grauia, niſi contritionem induceres ſuper contritionem, nutriens ac fouens ſerpentem illum in ſinu tuo, qui veneno linguæ ſuæ Eccleſiam & terras infecit adeo, vt nunc peruenerit gladius etiam vſque ad animam? Quanto autem pluris eſt anima, quàm corpus: tanto grauius C
eſt prædictis omnibus horrendum illud & plus quàm tartareum venenum, quo hæreſum ac ſchiſmatum contagione tot myriades animarum interierunt, intereuntque. Ita tibi debemus omnes, quod nunc paſſim ab vnitate matris Eccleſiæ recedatur? Quòd auertatur vuulgus indoctum, ac bis mille præſtigijs ac faſcinationibus retrahatur à fide quam ſuxit ab vbero materno: Quod baſilicæ ſint ſine plebibus, plebs ſine ſacerdotibus; ſacerdotes ſine debita reuerentia, & ſine Chriſto denique Chriſtiani: Quod ſacramenta fidei, non ſacra cenſeantur: quòd ſanctuarium Chriſti, ſanctum eſſe negetur: quòd dies feſti feſtiuis fruſtrentur ſolemnijs, quòd moriantur homines in peccatis ſuis, rapiantur animæ ad tribunal terri cum, nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra communione muniti: Quod pulcherrimus ille tabernaculi ordo confuſus ſit, & pro Chriſtiana pace ac tranquillitate ad rebellionem, ad rapinas, ad cædes, ad incendia, cum magno ac manifeſto Chriſtianæ reipub. diſcrimine, veluti claſſico paſſim excitati. Pro quibus egregijs tuis in Eccleſiam Chriſti meritis, quo te præmio, immo quo non ſupplicio dignum cenſebimus? At dices forte, Serpens me decepit. Dignam certe recepiſti mercedem, qui illum nutriuiſti in ſinu tuo. Sed itane ſtultus es ac ſine corde, vt in eis maD
xime rebus in quibus errare, damnari eſt: vni homuncioni cooperto peccatis, quam tot ſanctiſs. ab initio patribus, qui in lege Dei meditati ſunt die ac nocte: & quam tot vniuerſalibus concilijs, aduerſus quæ impudens os illud velut ſepulchrum patens, ſe aperire non erubeſcit: ſanctæ denique & catholicæ Eccleſiæ, cuius ritum, conſuetudinem & decreta, à temporibus Apoſtolorum ad nos vſque inuiolabiliter obſeruata, vnus iſte ſacrilega temeritate damnare præſumit, plus credere potueris? O cæcam dementiam, ac pluſquam Iudaicam cæcitatem. At fortaſſis hoc tibi impoſuit, quod veterator ille Martinus & eius ſequaces, de capitulis ſcripturarum viſi ſunt ſua confirmare. Et quis tandem hæreticorum ita non fecit? An non hæ ſunt veteris ſerpentis aſtutiæ, qui hac veluti eſca obducto hamo, miſeris animabus mille technis & verſutijs ſemper eſt inſidiatus: quique, quo angularem infringeret veræ fidei lapidem, ac Chriſtianam ſcinderet vnitatem, in ſcripturarum agrum, ſuum ſeminare ſemen & peruerſam ſcripturarum intelligentiam, iam pridem eſt aggreſſus? Cum itaque maxima ſemper pars Eccleſiarum, imperita turba ſit, & vix vnus reperiatur aut alter, E
qui ſpiritualibus oculis de ſcripturarum intelligentia digne valeat iudicare: ſi quidem librum ſignatum legimus, quem ſolus Leo de tribu Iuda dignatus eſt aperire, ac ſoluere ſignacula eius: quæ tandem eſt iſta diabolica excæcatio vni carnali homuncioni, ſemper eructanti crapulam & potum, quàm reliquo orbi vniuerſo, quàm tot ſpiritualibus patribus, quorum voluntas ſemper fuit in lege Domini, qui vitæ ſanctimonia, oſtenſione ſpiritus, ac virtute, glorioſo denique martyrio ſuam doctrinam comprobauerunt, in ſcripturarum intelligentia plus te fidei habere potuiſſe? O cæcitatem nouam & inauditam. Vnus apoſtata tibi potuit perſuadere, fefelliſſe priores vniuerſos, errare poſteros, & in ſolum ſe & quos decepit peruenisſe Regnum Dei, peruenisſe totas miſerationum Dei diuitias, ac gratiam vniuerſitatis? Et quid non dicimus cum propheta: Heu, heu, heu Domine: ergo ne decepiſti populum tuum? Quin potius, cur non deuitatis (ſecundum Apoſtolicum præceptum) quæſtionibus ac pugnis verborum, ex qui-

Antiqua & vſitata hæreticorum verſutia ſacris litteris male intellectis errores ſuos palliare.

Apoc. 5. b.

Hier 4, 2. 1. Tim. 6. a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth.7.

bus oriuntur inuidiæ,contentiones,blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & subuertunt corda audientium, ex operibus suis iuxta Dominicam designationem, studuistis cognoscere filium profanum istum,qui ad vos venit primum in uestimẽtis ouium,lupus intrinsecus rapacissimus?Si quidem non ex folijs,non ex floribus, sed ex fructibus arbor cognoscenda erat. An non manifesti sunt nequissimi fructus eius ? Si quidem sacrilegus hic aduersus Deum imagines sacras,atque adeo ipsam crucem Christi, sceleratis manibus confringere, & pollutis conculcare pedibus non formidat:contra sacerdotes Dei furore impio temerarie debacchans, non definit laicos, ad lauandas sibi in eorum sanguine manus sedulo concitare : Ecclesiam Christi parricidalibus armis oppugnans,hoc agit assiduo,vt suffocentur homines in peccatis su ishoc vnum elaborat,ne diuina misericordia suis sacramentis,quæ peccatorum remedia efficacia esse voluit, vulneratos in Ecclesia sua curet.Ita enim ea aut sustulit vniuersa,aut hæreseos suæ pestifero infecit veneno, vt toxicum magis requirat,quàm animarum medicinas.Præcepit suis,ne indignanti Deo quis satisfaciat:ne ieiunijs, orationibus, lamentationibus peccata redimat : ne hostia illa placens Deo, corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi à sacerdotibus offeratur quotidie pro peccatis nostris. Vota docet non reddere Domino Deo suo.Et cum ipse sit apostata,ac professionis suæ desertor,vt plurimos sui faciat similes, sancta illa Deo vasa polluere non veretur, consecrataque Christo virgines, & vitam monasticam professas,extrahere à monasterijs suis,& mundo,immo diabolo quem semel abiurauerũt,reddere. Quod in veteri lege in vmbraticis sacerdotibus Dominus non tulit,quod ethnici in idolorum suorum flamĩbus omnes sunt abominati,Christi sacerdotes etiam vilissimis copulat meretricibus,Sanctos patres illos,quorum vita & doctrina illustrauit vniuersum mundum : non solum debito honore non prosequitur,sed multo quàm Cain scelestius despicit,deridet,contemnit,insectatur. Sacrosanctis omnibus vniuersalibus Concilijs impudenti ore palam contradicit, ac sacrilega lingua detrhait : libertatis specie, licentiosam quandam vitam,nullis constrictam legibus ac vere ferinam,inducere conatur. Vnde & exlex homo contemptor ac violator legum omnium,in tantam erupit mentis vesaniam,vt sanctissimorum patrum decreta & Ecclesiasticos canones igne publico concremare non formidarit. Et breuiter Christianam veritatem,omnem rerum ordinem,pulcherrimam denique Ecclesiæ faciem, a Christo,ab Apostolis, Apostolicisque viris ac sanctissimis patribus ab initio constitutam,vnus hic post tot centenos annos discindere,inuertere,ac deformare molitur. Quod si nondum satis etiam internoscis, de Christiano magisterio an de Antichristi spiritu ista proficiscantur: si ita fascinauit te præstigiator ille,vt credere possis vnum hunc perfidissimum apostatam veluti alterum Helisæum habere duplicem spiritum Heliæ, aut alterum esse(quem se iactat) Danielem,in quo sit spiritus amplior & intelligẽtia scripturarũ maior,quàm in omnibus olim sanctissimis illis doctissimisque viris, quàm in sacrosancta Ecclesia Catholica,quid est te vno cæcius?Aut si iam ex fructibus arborem cognoscẽs , in errore persistis tamen,quid te miserius?Sed esto:transfiguratus sit coram te satanas ille in angelum lucis,& quę manifesta sunt opera carnis ac diabolica,spiritus esse & Christi opera, venenata sua facundia persuadere potuerit: Nunquid non vbique vel hoc ipso prodidit,cuiusnam spiritus sit, quòd omnis eius sermo amarus est,virulentus,arrogans,ac maledicentissimus,nusquàm non scatens conuicijs , blasphemis,ac scommantibus pluſquam venenatis,aduersus omne Christianæ pietatis,modestiæ, mansuetudinis ac benignitatis officium?Nunquid ita docuit Paulus,cuius se iactitat spiritum habere,cum nulla eius extet epistola,quæ non pacem & vnitatem,ac alias id genus virtutes redoleat? An non Romanos suos hortatur in Domino,vt in charitate fraternitatis se diligãt , inuicem sectentur quæ sunt pacis , & quæ ædificationis custodiant? Corinthijs an non testatur, se docere in Ecclesijs,Deum, non dissensionis,sed pacis Deum esse?Et breuiter,nunquid non vbique clamat,vbique docet Euangelica illa tuba vt digne ambulemus in omni humilitate ac mansuetudine, cum patientia supportantes inuicẽ in charitate,soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis,vtque deponamus omnem iram , indignationem,malitiam,blasphemiam,turpem sermonem ? Quo igitur pacto maledicentiam , amaritudinem, iram,indignationem,blasphemiam,inflationem,iactationem, quæ ita huic peculiaria sunt,vt illa Paulo,ac illius discipulis vniuersis,qui mitis est ac humilis corde:non Paulini,non Christiani, sed diabolici spiritus esse certissima indicia,vel cæco non clarissime appareat?Ex verbis illius quomodo non intellexisti,Christum in corde suo,an vero Antichristum haberet, secundum quod ipsa veritas in Euangelio ait,Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui,cum sitis mali ? De abundantia enim cordis hos loquitur.Et cum scriptũ sit,quod maledici regnũ Dei non possidebunt:Item cũ in Euangelio dicat Dominus, Quicunque dixerit fratri suo Racha,reus erit Concilio: Qui autem dixerit,Fatue, reus erit gehennæ incendio :illumne esse Antichristi apostolum,cuiquam obscurum esse poterit? Qui non modo sacerdotes Dei,sed & principem sacerdotum Petri successorem, Iesu Christi in terris vicarium , tam nefandis infamibusque nominibus, tam inauditis contumelijs,conuicijs , ac blasphemijs, nusquam non lacerat, discerpit,& infectatur, vt ea commemorare pudica refugiat lingua , & audire horreant aures castæ.Qui Apostolicam cathedram, in qua præsedit caput Apostolorum Petrus , cui præfuerunt tot sancti Pontifices , quam Ecclesiam principalem , vnde sit exorta vnitas sacerdotalis sanctus ille & gloriosus martyr Cyprianus non dubitat asserere, impio ac pestilenti ore cathedram pestilentiæ, Antichristianam , diabolicam, & si quæ potuit excogitare nefandiora toties appellare non cessat : Qui scholas Christianas,quæ tam multos doctissimos,sanctissimosque viros, tam

egregias

Lutheri furor & immanis audacia.

Lutheri præcepta qualia.

Lutherus conciliis detrahit.

2.Cor 11 Qualis Lutheri sermo.

Rom.12.C

1.Cor.14.g

Galat.6. Ephe.4. Col. 3.

Lutherus ex sermone cognosci potuit valde perfidus Matth 3.b.12 c.23.d 1.Cor 5 Matth 5.

Lutheri in pont.blasphemiæ.

egregias in Ecclesia Dei columnas nobis potulerunt , impudica lingua sua , lupanaria, Sodomas & Gomorrhas vbique vocare non verecundatur : Qui non satis habet omnipotentis Dei sacerdotes probris omnibus , conuicijs , contumelijs , ac blasphemijs horrendis & inauditis, nunquam non publice ac priuatim insectari , quibusuis canibus viliores facere , nisi etiam laicos concitet ad lauandas sibi manus in sanguine ipsorum : Cum tamen quanto honore haberi velit sacerdotes suos,maxime autem principem sacerdotum, idem ipse Dominus in Deuteronomio testatus est,dicens:Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem & sanguinem , causam & causam, lepram & non lepram , & iudicum intra portas tuas videris verba variari , surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus DEVS tuus , veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem:& facies quæcunque dixerint,qui præsunt loco quem elegerit Dominus , & docuerint te iuxta legem eius,sequerisque sententiam eorum,nec declinabis ad dexteram neq; ad siniſtram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Irsael : cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia . Et Samuel cum sperneretur à filijs Israel,an non dicit Dominus:Non enim te speruerunt,sed me,ne regnem super eos: manifeste ostendens , inuisibilem se contemni , cum visibilem quis spernit sacerdotem?Quare & Moses Murmuranti aduersus se populo respondit : Non aduersus me murmurastis, sed aduersus Dominum Deum vestrum . Quod si Leuiticos illos sacerdotes tanta honoris prærogatiua præcellere voluerit Dominus,qui exemplari tantum ac vmbræ deseruiebant cælestium, in vmbratico illo tabernaculo sacrificiorum officia consummantes:quo tandem honoris loco eos haberi voluit, quibus tradidit claues regni cælorum?tantamq; tribuit potestatem, vt quæ ligarent super terram , ligarentur & in cælis : & quæ soluerent super terram,soluta essent & in cælis : vtque quorum ipsi dimitterent peccata,dimissa forent:quorum retinerent,forent & retenta? Qui non sanguinem hircorum aut vitulorum,sed hostiam viuam,sanctam , immaculatam, corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi offerunt quotidie pro peccatis nostris , conficiunt verbo suo ac manibus tractant , & breuiter sacramenta omnia,quibus hominibus vita salusque tribuitur animarum suis perficiunt orationibus . Quanto inquam, honore hos præcellere voluerit Dominus,quis tandem dubitabit , quod nec ipse tacuit in Euangelio,cum dicit ad eos:Qui vos audit,me audit;& qui vos spernit , me spernit: qui autem me spernit , spernit & eum qui misit me ? Et quid consequitur ? Quod in eundem Christum blasphemus esset & maledicus , qui sacerdoti Christi blasphemiat aut maledicit.An non hoc primum mandatum in retributione , Honora patrem & matrem , vt sis longæuus super terram? Qui autem maledicit patri aut matri,morte moriatur . Nunquid ad carnales tantum parentes illud est referendum?Et num minus ad eos qui nos in Christo regenerauerunt, per quos Christiani sumus, qui nobis peccata dimittunt,qui cœlestibus nos pascunt sacramentis? Quid si peccatores sunt & mali sacerdotes? Quid si & parétes? Nunquid propterea eos nõ honorare, aut eis maledicere licebit? Nunquid non & Iudas erat iter eos, quos Dominus misit ante faciem suam , & ad quos dicebat: Quicunque non receperit vos,neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo aut ciuitate excutite puluerẽ de pedibus vestris,Amẽ dico vobis,tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. An non præcepit ita Apostolus, Obedite præpositis vestris,& subiacete eis? Quòd si malis & peccatoribus non sit obediendum,quibus tandem? Quoniã si dixerimus,peccatum non habemus,ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est. Quis es,noli discutere pastorem : Noli te iudicem Dei constituere & Christi An non ita præcepit Dominus in Euangelio,dicens:Super cathedram Mosis sederunt scribæ & pharisæi : omnia quæcunque dixerint vobis , seruate & facite : Si quæ autem fecerint male, facere nolite : manifeste significans , habere eos dignitatem , tametsi vitæ essent perditæ . Nunquid idem Dominus , cum postea tempore passionis alapam accepisset à seruo sacerdotis , dicenti sibi : Sic respondes Pontifici? aduersus pontificem quidquam dixit contumelioſe? quin magis innocentiam suam asserens & ostendens . Si male, inquit , locutus sum , exprobra de malo : sin bene , quid me cædis ? An non & Paulus , cum cæderetur in concilio iussu Ananiæ , diceretque ad eum , Percutiet te Deus paries dealbate : Et tu sedens iudicas me secundum legem , & contra legem iubes me percuti : Audiens ab adstantibus , Sic insimulas sacerdotem Dei, maledicendo ipsum? tamen inane nomen & vmbram quandam sacerdotis cogitans , expauit ; Nesciebam , inquit , fratres , quia princeps est sacerdotum . Scriptum est enim : Principi populi tui non maledices . Quo magis miramur, quòd ex istis diabolici spiritus operibus , veluti fructibus nequissimis , arborem pessimam nondum cognouistis . Et quis tandem est ita hebes animo , vt non videat quò nunc prorumpant furiosissimi conatus istius , cum vt quisque est facinorosissimus , desperatissimus, aut perditissimus latro aut homicida, sub istius vexillis ac signis conueniant? Ecclesiam iam Christi parricidalibus armis ac sacrilegis manibus , non clam , sed palam oppugnantes , consecrata Deo loca , templa , & monasteria exurunt & profanant : Christo dicatas virgines , sacerdotes Christi & monachos crudelissime persequuntur , Ecclesiarum bona diripiunt : & breuiter , rapinis , latrocinijs, cædibus ac incendijs confundunt vniuersa : excæcante nimirum eos iusto Dei iudicio , & in iniquam tam manifestam erumpere permittente, vt neminẽ iã latere possint scelestissime machinationes istius. Atque,hi qui pestifera contagione ipsius infectos sese nunc tandem cognouerunt,schismatico errore

depositio

Deut. 17.b

1.Reg. 8.b

Exod. 16.b

Matth. 16.

Luc. 10.

Exod. 20. Deut. 3.

Luc. 10.

Matth. 10. Hebr. 13.

1. Ioan. 1. Matth 23.

Ioan. 18

Act. 24. Exod. 22.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

depositō, ac hæretico furore deserto, vnitatis ac veritatis domicilium fidei sanitate repetunt. Inter quos, dilecte nobis in Christo Iesu, cum & te non ex postremis reuersurum ad salutarem matris sinū sperassemus, quem reuertentem libenter & obuijs excepissemus manibus: bona spe tandem nostra frustrati, videmus supra petram indurauisse te faciem tuam: videmus pernicien. illam animarum Lutherum sub tuo patrocinio latitantem, suum adhuc virus longe lateque spargere. Sed quoniam adhuc potens est Dominus Deus etiam de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, antequam egrediatur vt ignis indignatio eius, & succendatur, nec sit qui extinguat; ideo te fili dilecte in Christo obsecramus per viscera nostri redemptoris Domini nostri Iesu Christi, per Christianam vnitatem, per patriæ charitatem, per tuam denique ipsius tuorumq; salutem, miserere Ecclesiæ Christi, & tot iam malorum procellis vndique exagitatæ ac pene oppressæ tua maxime culpa, aliquando fer opem: miserere patriæ nostræ, quæ sinceræ olim fidei, eximiæ religionis, sanctę sub iugo Domini ac religiosæ obedientiæ insigni præcellens gloria, perniciem istam religionis Christianæ, ac fidei ac pietatis publicum hostem Martinum, in suis se peperisse ac fouisse visceribus, nunc erubescit. Miserere denique tui ipsius, tuorumque misere sęductorum Saxonum. Quos nisi resipiscatis, & quidem cito, manet præsens & certa vltio, Diuina, quam neque in hoc sæculo effugietis, neq; in futuro. Hæc dicit Dominus Deus: Audi populе stulte, audi princeps qui non habes cor: qui habetis oculos, & non videtis; aures & non auditis: Me ergo non timebitis, & à facie mea non dolebitis? nunquid non audistis, quæ fecerim in diebus antiquis? Legite scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere, & inuenietis, quàm grauis semper fuerit, & quàm terribilis Diuina vindicta in illos qui in populo Dei schismata concitauerunt. Nunquid non legistis horribilem Diuinam vltionem aduersus Dathan & Abiron, quod multitudinem aduersus Mosen concitauissent, quos dehiscens sub pedibus terra, & aperiens os suum, deglutiuit, & omnia quæ ad eos pertinuerunt, ita vt descenderent viuentes in infernum? Et aduersus Core, quem eandem ob causam cum ducentis & quinquaginta viris cælestis flamma deuorauit. Quòd si ob durius imperium fortassis, aut quorundam pastorum seu ignauiam, seu malitiam, schismata excitanda putatis: nunquid non ex libro Regum audistis adeo indignatum fuisse Dominum aduersus decem tribus filiorum Israel, & in omne semen eorum, vt dimouerit eos, & tradiderit in direptionem, donec proijceret eos a facie suaꝰ Ob quam tandem culpam, nisi quod obdurius imperium Salomonis & imprudentius arrogantiusque responsum Roboam regis Hierusalem, scissæ fuerunt à tribu Iudaꝰ & Beniamin? Quàm præsens semper fuerit Dominus vindex sacerdotibus suis, an non Saul ab regio abiectus honore, & Ozias Rex Iuda percussus lepra, propterea quòd quæ sacerdotū erant, contra sacerdotes Domini sunt ausi vsurpare, sufficienti vobis potuerunt esse argumento? Et breuiter: An non omnes testantur historiæ, vniuersos vltrice Domini manu infelici perijsse exitu, qui in Christos Domini sacrilegas manus inijcere non formidauerunt? Contra autem, felicia omnia & longam illis contigisse vitam, qui Christum in sacerdotibus suis venerati sunt? Moueant ergo vos exempla aliorum, & cogitate quid vobis sit expectandum, qui venerabilem Dei chorum, in manus tentatis tradere profanas. Proinde quod Dominus per Mosen præcepit vniuerso populo Israel, vt separarentur à tabernaculis Core, Dathan & Abiron, nec tangerent quidquam quod ad eos pertineret, ne inuoluerentur in peccatis eorum: hoc & vobis, præcipue autem tibi dilecte fili, eiusdem Domini nostri auctoritate præcipimus & obsecramus in Christo Iesu, vt separemini à Martino Luthero, auferatis à vobis petram illam scandali, neque tangatis quod illius est, ne & vos diuina vltio inuoluat subito in peccatis illius. Expurgate quamprimum fermentum illud, quod reliquam fidei vestræ massam corrupit, vt sitis noua conspersio, nouaque creatura. Non dedigneris fili dilecte Paulum imitari, quem sicut vicisti in Ecclesiæ Dei persecutione, tam grauem animarum pernitiem sub tuo nutriens patrocinio: ita reuersus ad cor, effice vt omnes intelligant tuam conuersionem: vtque qui per te sunt scandalizati in te rursus glorificent Deum. Maxime autem hoc præsta quamprimum, vt impurum os illud obstruatur, vt capiatur blasphema lingua, quæ contra Deum ac sanctos eius loqui non cessat, & virus suum vndique spargit. Et vt propheticis vos verbis admoneamus, state super vias, & videte ac interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris. State, inquam, & doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, per quam ambulauerunt patres vestri, quam demōstrauerunt tot myriades martyrum, docueruntque tot millia confessorum, & ambulate in ea. Quòd si à vobis impetrauerimus, sicut & sincere speramus, erit quod gaudeamus cum angelis de peccatore pœnitentiam agente, & perditam ac rursus inuentam ouem humeris nostris ad ouile Domini gaudentes reportabimus, paternaque pietate quantum in nobis fuerit, stolam vobis pristinam restituemus. Quod si dixeritis, Non ambulabimus: & paterne salubriterque vos monenti respondebitis, Non audiemus. Ideo audite gentes; dicit Dominus, & cognoscite congregationes, quanta ego faciam eis.

Ecce ego aducam mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Sed & hoc tibi denuntiamus in virtute omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, cuius in terris Vicarius sumus, nec te in præsenti sęculo hoc laturum impune, & in futuro æterni te ignis expectare incendium. Viuunt vnà Pontifex Hadrianus & religiosissimus Imperator Carolus, meus charissimus in Christo filius & alumnus: Cuius tu edictum vere

Matth. 3.

Hier. 5.

Ioan. 5.

Num. 16. Qualis diuina vltio in contemptores legis Dei & qualia præmia in amatores.

4. Reg. 17.

3. Reg. 12. 1. Reg. 15. 2. Para. 26.

Num. 16.

1. Cor. 5.

Mich. 6.

Hebr. 13.

Luc. 15.

Hier. 6.

vere Christianum aduersus Lutheranam perfidiam, & quod talem decebat Imperatorem, non sine graui offensa ac vilipensione Cæsareæ maiestatis violare non timuisti. Non committemus, vt quos olim cum Magno Carolo Hadrianus Pontifex in Christo genuerunt, nunc Hadrianus Pōtifex & Imperator Carolus sub schismatico ac hæretico tyranno, hæresum ac schismatum sinamus interire contagione. Quare reuertimini ad cor, & resipiscite tu cuique misere seducti Saxones, nisi vtrunque gladium, Apostolicum simul & Cæsareum, olim velitis experiri.

Scripta Romæ Anno Domini M. D. XXII.

HADRIANVS SEXTVS.

Hadrianus Papa sextus Inquisitori Comensi.

Inquisitores hæreticæ prauitatis, cum Vicarijs Episcoporum, si adesse voluerint, inquirant in lamias, seu striges, hoc est in eos qui fidem susceptam abnegant, imagines sanctorum conculcant, sacramentis abutuntur, diabolum inuocant, & incantationibus, carminibus, sortilegijs, aliisque maleficijs iumēta & fructus terræ lædunt: quos iuxta canonica decreta puniant.

Aliæ extrauagantes huius argumenti habentur supra Innocentij viij. Alexandri vj. & Leonis. x.

Edita anno Domini 1523.

Ex Archiuo Inquisitionis Comensis, & Directorio Sabellano. fol. 3741.

DILECTE fili, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

DVDVM vti nobis exponi fecisti, per felicis recordationis Iulium Papam II. prędecessorem nostrum, nō sine magna tunc animi sui displicentia accepto, quòd per quendam Georgium de Casali, ordinis fratrum Prædicatorum professorem, & in ciuitate Cremonensi hæreticæ prauitatis Inquisitorem deputatum, in nonnullis Lombiæ partibus, & præsertim in locis, in quibus dictus Georgius Inquisitor deputatus erat, repertæ fuerunt quamplures vtriusque sexus personæ, propriæ salutis immemores, & à fide Catholica deuiantes, certam sectam facientes; fidem, quam in sacri susceptione baptismatis susceperant, abnegantes, sanctam crucem pedibus conculcantes, & opprobria super eam perpetrantes, ecclesiasticis & præsertim Eucharistiæ sacramentis abutentes, diabolum in suum dominum & patronum assumentes, eique obedientiam & reuerentiam exhibentes, & suis incantationibus, carminibus, sortilegiis, alijsque nefandis superstitionibus, iumenta & fructus terræ multipliciter lædentes: aliaque quāplurima nefanda, excessus, & crimina eodem diabolo instigante committentes, & perpetrantes, in animarum suarum periculum, diuinæ maiestatis offensam, pernicioſumque exemplum, & scandalum plurimorum. Contra quas cum dictus Georgius tunc (vt asserebat) in dictis locis suæ Inquisitioni deputatis, prout ipsius Georgij incumbebat officio, ipse Georgius processisset: nonnulli autem tam clerici quàm laici illarum partium, quærentes plus sapere quàm oportet, præmissa delicta, ad eiusdē Georgij Inquisitionis officiū non pertinere temere asserentes, præsumentes in populo errores & scandala seminauerunt, sicque eundem Georgium in populo odiosum reddere, & dicti Georgij officiū impedire conati fuerunt, prout etiam tunc impediebant: ita quòd propter præmissa, personæ prædictæ delicta huiusmodi perpetrantes, remanebant impunitæ, & aliæ eorum exemplo ad similia perpetranda quotidie inducebantur, in non modicum fidei opprobrium, animarum periculum, & scandalum plurimorum. Dictus prædecessor volens (ne inquisitionis officij executio, quomodolibet retardaretur, & labes hæreticæ prauitatis longius venena diffunderet) prouidere, dicto Georgio per quasdam suas in forma breuis litteras, commisit & mandauit, quatenus in locis eiusdem Georgij inquisitioni deputatis, de excessibus huiusmodi cognoscere, & contra quascunque personas, cuiuscunque conditionis & præeminentiæ forent, inquisitionis officium exercere & exequi; ipsasq. personas, quas in præmissis culpabiles reperiret, vnà cum locorum ordinariorum Vicarijs, quatenus voluissent interesse, iuxta dictarum personarum demerita, corrigere & punire deberet, secundum modum contra alios hæreticos à iure ex sacris canonibus statutum: contradictores quoscunque per censuram ecclesiasticam, & aliàs † iuris opportuna remedia compescendo. Eos vero qui in præmissis, consilium, auxilium, vel fauorem præstarent, præfatus prædecessor noster, eisdem indulgentijs vti & gaudere decreuit, quibus crucesignati contra alios hæreticos, ex indulto apostolico eis concessio, tunc gaudebāt & vtebantur, prout in dictis litteris plenius contineri dicitur. Et sicut eadem expositio subiungebat, non solum delicta & crimina huiusmodi contra fidem catholicam, & Christianam religionem, sub iurisdictione Inquisitoris Cremonensis committuntur, & perpetrantur; sed in omnibus alijs locis & diœcesibus, sub iurisdictione aliorum Inquisitorum dicti ordinis congregationis Lombardiæ, indies perpetrantur & committuntur. Et cum eadem sint delicta, eadem præfecto prouisione & castigatione eis sit † eatundem litterarum tenore prouidendum. Quare tu, sicut asseris, in ciuitate Comensi, vbi dictæ prauitatis Inquisitor existis, tam tuo, quàm omnium aliorum dictorum ordinis & congregationis hæreticæ prauitatis Inquisitorum vbilibet consistentium & deputatorum nominibus, fecisti nobis humiliter supplicari, vt litteras prædictas ad vos extendere & ampliare, aliasque desuper opportune dignaremur prouidere. Nos igitur huiusmodi supplicatione inclinati, litteras prædictas,

cum

Scelera impunitti relinquere occasionem tribuit delinquendi.

† alia

† est

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Idem in ceteris omnibus Inquisitoribus locum habet, ob rationē eā dem. l, illud. ff. ad l. Aquiliā.

cum omnibus in eis contentis clausulis, in omnibus & per omnia, prout in eisdem litteris continetur, ad te & ad alios ordinis & †congregationis huiusmodi Inquisitores, tam in præsentiarum deputatos, quàm in futurum perpetuis futuris temporibus deputandos, ac si tibi, & cuilibet Inquisitorum prædictorum dirigerentur, & directæ fuissent, Apostolica auctoritate, tenore præsentium extendimus. Ipsasque litteras tibi & illis, vt præmittitur, eisdem auctoritate & tenore concedimus. Non obstantibus omnibus illis, quæ idem Iulius prædecessor voluit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile foret præsentes litteras, ad singula loca, in quibus de eis fides forsan fuerit facienda, deferre: volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quòd ipsarum transumptis, manu cuiuscunque notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis: in iudicio & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die xx. Iulij, M. D. xxiii. Pontificatus nostri anno primo.

Euangelista

CLEMENS PAPA VII.

Venerabili fratri Paulo Zanæ Episcopo Brixien. & dilecto filio Inquisitori hæreticæ prauitatis in Ciuitate Brixien. & eorum alteri.

Communitas ciuitatis Brixien. decreto quodam constituit initio Lutheranicæ perfidiæ, vt tres viri deligerentur, quorum sollicitudine hæreses extirparentur, acceptа ex publico ærario pecunia pro eius decreti executione: id laudat Romanus Pontifex, hortaturque Episcopum & Inquisitorem, vt idem præstare ipsi curent, & procedant contra hæreticos quoslibet omni appellatione remota iuxta canonicas sanctiones: multa insuper concedit Episcopo & Inquisitori priuilegia, & amplam facultatem procedendi contra perfidum hæreticorum genus.

Edita anno Domini 1528. Ex Archiuo Inquisitionis Brixien.

VENERABILIS frater, & dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem. PLACVIT intelligere quòd non solum fraternitas tua, seu eius dilecti filij Communitas istius Ciuitatis Brixien. nolentes negligentia, aut desidia eorum amittere illud optimum nomen eis à parentibus & antecessoribus suis relictum, omni diligentia curarint, ne hæreses his temporibus de nouo pullulare possint, sed omnibus remedia adhibuerint, vt si quæ sint in ipsa ciuitate, extirpentur: & propterea cum ad ipsorum communitatis notitiā peruenisset, nonnullos in ipsa Ciuitate suæ famæ & honoris prodigos ita nefarios Dei sanctæque matris Ecclesiæ rebelles existere, vt non erubescerent lutheranam doctrinam publice declarare, & quæ palam non auderent, seorsum secreto docerent, plerosque inducentes à recta semita delilare, ne ob id forte contra eos ira Dei magis prouocaretur, in publico eorum consilio statuerunt Tres eiusdem Ciuitatis ciues eligi debere, quorum cura, diligentia, & vigilantia lutheranæ diabolicæ hæreses à Ciuitate ipsa eiusque territorio prorsus extirparentur, & earum auctores & seminatores condigna pœna plecterentur, cum potestate etiam comparendi per procuratorem coram sede Apostolica, & quibuscunque alijs Iudicibus ecclesiasticis & sæcularibus, & pro præmissorum executione exponendi, ex publico quascunque pecunias necessarias: quod vt merito ex hoc illi laudari, & plurimum commendari debent, ita etiam vos prout vestro incumbit officio, circa hæreses huiusmodi in ciuitate & diœcesi Brixien. idem facere prout speramus, & desideramus omni diligentia curabitis. Cupientes igitur errores & peruersa dogmata in ciuitate, & diœcesi tuis huiusmodi penitus extirpari, & illorum sectatores debita correctione reprimi, ac debitis pœnis puniri, Vobis & alteri vestrum etiam cum à præfatis electis requisiti fueritis, & alter vestrum requisitus fuerit, omnes & singulas causas huiusmodi hæresim sapientes etiam criminales, tam dicta lutherana, quàm alia & erronea & peruersa doctrina in ciuitate & diœcesi prædictis exortas, & quas etiam contra quendam Ioannem Baptistam Palauicinum ordinis fratrum Carmelitarum, qui verbum Dei in proxima Quadragesima in Ecclesia Brixien. prædicando publice nonnulla erronea & à fide catholica deuiantia prædicauit, adeo quod pias hominum aures plurimum scandalizauit, si in ciuitate, seu diœcesi prædictis extiterit, mouere seu exoriri contigerit, cum omnibus, & singulis illi annexis, dependentibus & emergentibus ab eis simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, prout in similibus procedi consueuit, audiatis. Nos enim vobis vt auditis hinc inde propositis etiam vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiue sublato quouis diffugij obstaculo, & prout sacri canones volunt, etiam appellatione qualibet remota, decidendi, & fine debito terminandi, ac sententias desuper per vos & alterum vestrum latas, & quibusuis appellationibus, etiam ad nos & sedem prædictam interpositis penitus reiectis, perinde ac si tres sententiæ conformes in nostra Rotæ auditorio latæ essent, debitæ executioni demandandi: Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuras ecclesiasticas appellatione cessante compellendi veritati testimonium perhibere, ac monitiones, & citationes quaslibet constito de non tuto accessu, seu quod pro monitionibus & citationibus huiusmodi faciendis ipsorum monendorum & citandorum præsentia commodè haberi nequiret erp edicta publica locis publicis

publicis affigenda, quæ perinde ipsos arctent, ac si eis personaliter intimatæ fuissent faciendi: ac contra quosque cuiusque status, gradus, ordinis, religionis, vel conditionis, seu præeminentiæ fuerint, & quacūque Ecclesiastica seu mundana dignitate præfulgeant, vel exmptione, ipsius Martini, & aliorum erroneorum dogmatū sectatores, sequaces, fautores, defensoresque ac illis auxilium, consilium vel fauorem directe, vel indirecte publice vel occulte præstantes inquirendi, & procedendi, ac huiusmodi labe, & alijs hæresibus infectos capiendi, & carceribus mancipandi, ac iuxta canonicas sanctiones, & Sanctorum Patrum instituta prout qualitas excessuum exigerit, vel conscientiæ vestræ expedire visum fuerit, puniendi, & pœnis debitis plectendi, & ad cor redire nolentes, & dictæ Ecclesiæ communione, velut putrida membra separatos, & diuisos, ac damnationi æternæ cum Satana & Angelis eius addictos, ac perpetuo infames, ac intestabiles esse, nec non bona eorum quælibet mobilia, & immobilia cuicumque fidelium libere & licite inuadere, occupare & sibi acquirere licere, personas eorum captiuare, & in perpetuam seruitutem adducere, corpora eorum postquam defuncta fuerint sepultura Ecclesiastica carere, & debere, decernendi, denuntiandi & declarandi, & qui ad veritatis lumen redire, & huiusmodi hæreses abiurare voluerint, postquā errorē suum deposuerint, idque humiliter petierint, si aliàs relapsi non fuerint, recepta ab eis prius abiuratione hæresis & errorum huiusmodi legitime, & publicè facienda, præstandoque per eos iuramento, quòd talia deinceps nō committent, nec talia, vel alia his similia committentibus, seu adhærentibus, consilium, auxilium, vel fauorem per se vel alium seu alios præstabunt, ab omnibus & singulis excommunicationis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis etiam in litteris felicis recordationis Leonis Papæ x. prædecessoris nostri contra dictum Martinum editis, continentis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrissent, ac ab huiusmodi delictis, excessibus, & criminibus, necnon alia in forma Ecclesiæ consueta absoluendi, & super irregularitate † propterea quomodolibet contracta dispensandi, omneque inhabilitatis, & infamiæ maculam, siue notam penitus abolendi, eosque rehabilitandi, & ad nostrum, & eiusdem sedis gremium, necnon gratiam, & benedictionem restituendi, & reponendi, omniaque & singula alia quæ ad huiusmodi pestem reprimendam & radicitus extirpandam necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, ordinandi, coercendi, & exequendi, ac auxilii brachij sæcularis si opus fuerit inuocandi: Et ad præmissa omnia, & singula, si & quando expedire vobis, & alteri vestrum visum fuerit, Viros aptos, & idoneos cum simili, vel limitata potestate subdelegandi, & deputandi, ipsosque quotiens opportunum vobis, & alteri vestrum videbitur reuocandi, ac loco ipsorum alios similiter deputandi, Auctoritate Apostolica plenam & liberam potestatem, auctoritatem, facultatemq. concedimus per presentes: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ idem Leo prædecessor in suis litteris voluit non obstare, & quæ pro expressis haberi volumus, ceterisque contrarijs quibuscunque, etiam si in eis essent clausulæ aliquæ derogatoriæ, derogatoriarum, & de quibus oporteret fieri specialis & in diuidua mentio, & de verbo ad verbum, quas pro expressis haberi volumus & eis derogatum esse censemus & intendimus.

† Hæc facultas per aliorū pontificum rescripta vt nunc esse sublata Direct. parte. 3. q. 126.

Datum Viterbij sub annulo piscatoris Die xiij. Iulij. 1528. Pontificatus nostri Anno quinto.

CLEMENS PAPA VII.

Dilecto filio Paulo Burigellæ, totius ordinis fratrum Prædicatorum Vicario generali, in Ferrarien. & Mutinen. ciuitatibus & diœcesibus hæreticæ prauitatis Inquisitori.

Inquisitores & eorum vicarij procedant contra quoslibet religiosos de hæresi diffamatos, aut suspectos, & erroneas propositiones prædicantes, non obstantibus quibuscunque priuilegijs: Inquisitores vicarios sibi possunt instituere annorum triginta: occultos hæreticos absoluunt: super irregularitate ex hæresi vel Apostasia contracta dispensant: quamlibet aliam censuram ecclesiasticam tollunt: irregularitates crucesignatorum clericorum amouent: crucesignati morientes tempore interdicti, ecclesiastica sepultura donantur: ijdem multa alia priuilegia consequuntur, quæ hic enumerantur, & vetera eisdem, per alios Pontifices concessa confirmantur, & innouantur.

Dilecte fili, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Edita anno Domini. 1530.

QVM sicut ex relatione pro parte tua nobis facta, cum graui nostræ mentis molestia innotuit, in diuersis Italiæ partibus adeo pestifera hæresis Luthera, nō tantum apud sæculares personas, sed etiam Ecclesiasticas & regulares, tam Mendicantes, quàm non Mendicantes inualuerit, vt aliquando nonnulli ex eis suis sermonibus & verbis, & (quod deterius est) publicis prædicationibus tali labe plerosque inficiant, & Christifideles, sub obedientiæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ viuentes, & præcepta eiusdem Ecclesiæ seruantes non leuiter scandalizent in hæresum augmentum, pusillorum scandalum, atque

Ex lib. priuil. ord. fra. Prædic. fol. 201. pag. 2.

Catholi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Beatus Hieronymus in epist Pauli ad Gal. c.5.

Catholicæ fidei non mediocre detrimentum. Nos attendentes Arium vnam modicam scintillam fuis- A
se in Alexandria: sed quoniam non mox oppressus est, grande per totum orbem incendium exsuscitasse, ac cupientes huic veneno, hæresique nefariæ, & labi pestiferæ, quam supremis extingui affectibus anhelamus, omni salubri, quo possumus remedio occurrere, & ne huiusmodi morbus exerescat vlterius, sed operante Domino passim euellatur salubriter prouidere; tibi necnon omnibus & singulis alijs dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus ex ordine fratrum Prædicatorum, maxime congregationis vtriusque Lombardiæ per vniuersam Italiam constitutis & deputatis, ac constituendis &

Eymer. 3.par. q.18.

deputandis, eorumque vicarijs, in virtute sanctæ obedientiæ, & in remissionem peccatorum vestrorum districte præcipiendo mandamus, quatenus omnibus & singulis etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum Mendicantium religiosis, vel non mendicantibus de huiusmodi peste diffamatis, aut aliter suspectis, præcipueque tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censurã Ecclesiasticã, appellatione postposita, super huiusmodi, ac qualibet alia hæresi silentium imponatis. Et postquam per vos siue vicarios vestros, aut vestrum vel eorundem vicariorum aliquos, siue aliquem, præsidentes monasteriorum conuentuum, & aliorum locorum, vbi hæ- B
reses huiusmodi vel errores seminati forent, aut inibi propinquiorum, prænoniti fuerint nisi tales infra mensem à die admonitionis computandum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admoneuti fidem facere teneantur: & si præsidentes ipsi talia prædicarent, admonitionem præsidenti vicinioris conuentus vel loci respectiue facere sufficiat contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam (si fuerit condemnatoria†) cum consensu ordinarij procedatis. Contra Carmelitas tamen confestim possitis etiam ad

† Vide super Directorio pa. 3. quæst. 48.

capturam dum prædicant populo, vel publice disputant erroneas conclusiones: aduersus non exemptos vero de tali labe diffamatos aut suspectos, veluti contra alios hæreticos (prout iura disponunt) libere inquiratis atque procedatis. Decernimus insuper, vt vestros vicarios siue commissarios instituere valeatis, viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint. Vobis etiam ac vicarijs præfatis extraiudicialiter Lutheranos occultos & non Inquisitos per ordinarium siue alios iudices, ac alios quoscunque hæreticos, fautores, credentes, defensores & receptatores, necnon & à sancta fide apostatas, eosque qui contra inhibitionem sedis Apostolicæ, tenuerunt vel legerunt libros Martini Lutheri vel aliorum, aut eidem siue eisdem quomodolibet adhæserunt (si ad cor reuersi pœnitentes id humiliter petierint) postquam hæresim, qua polluti & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiserint de cetero ab huiusmodi hæresi penitus abstinere, absoluendi, illisque pro præmissis pœnitentiam iniungendi salutarem, eosque ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ restituendi & reducendi, & cum clericis sæcularibus, ac personis religiosis cuiusuis ordinis, status & conditionis, super quauis irregularitate, † quàm tã ex hæresi quàm ex Apostasia à fide, seu etiam ex eo quòd censuris & pœnis ecclesiasticis tam à iure quam ab homine quauis occasione vel causa latis & promulgatis, quomodolibet incurrerint, aut ligati seu innodati diuina celebrando contraxerint, ac etiam super irregularitatibus, quas clerici crucesignati sententijs, censuris, & pœnis à iure vel ab homine etiam quauis occasione vel causa latis ligati seu irretiti, ac etiam ex eo quòd in locis ecclesiastico interdicto suppositis missas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerint, incurrerint, dispensandi. Et quia Inquisitores præfati in ciuitatibus seu alijs locis societates seu confraternitates ad extirpandum hæreses & capiendum hæreticos (iuxta concessionem à Romanis Pontificibus eis factam) instituunt, & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem Inquisitorum seu vicariorum manibus emittunt, ac voto se astringunt, dum pro parte ipsorum Inquisitorum & vicariorum ad capiendos ipsos hæreticos requisiti fuerint, auxilium, consilium, & fauorem præstare, vt eis tempore cuiusuis localis interdicti diuinis interesse, & eis decedentibus eorum corpora ecclesiasticæ sepulturæ (sine tamen funerali pompa) tradi possint, dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit specialiter interdici: ipsisque crucesignatis per ipsos Inquisitore seu vicarios dum in eorum manibus votum hæreticos ipsos persequendi emiserint, vt semel ex tunc & in mortis articulo à reseruatis, & in bulla Cœnæ Domini contentis casibus, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, aut proposito confitendi debito tempore per Ecclesiam statuto habuerint absolui, ac indulgentia plenaria, & omnium peccatorum remissio huiusmodi concedi: eisque vt singulis diebus anni quinque altaria ecclesiæ (si tot ibi fuerint) aut vnum loci in quo eos esse contigerit, psalmum vnum genibus flexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam & totiens salutationem Angelicam in quolibet altari, indulgentias stationum Vrbis consequi valeant etiam concedendi & elargiendi, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam & facultatem concedimus. Et nihilominus concessionem per Romanos Pontifices (forsan) viuæ vocis oraculo, seu aliàs eisdem Inquisitoribus & vicarijs fratrum seu licentiam concessam huiusmodi, approbamus & confirmamus, ac omnia & singula alia priuilegia, exemptiones, immunitates, gratias & indulta, quibuscunque Inquisitoribus alijs hæreticæ prauitatis quorumuis ordinum & congregationum, & officio Inquisitionis huiusmodi in quibuscunque regnis & prouincijs, siue locis ac terris, hactenus deputatis concessa, & in posterum concedenda vobis communicamus, atque iam vobis aliàs concessa, approbamus, confirmamus, & innouamus, vniuersosque & singulos iuris & facti defectus (si qui forsan in illorum concessione

† Eymericus in Directorio part. 3. quæst. 26.

Crucesignatorum priuilegia

Omnia Inquisitorum priuilegia confirmantur.

cessione interuenerint) supplemus. Mandantes omnibus & singulis venerabilibus fratribus archiepiscopis, & episcopis, necnon dilectis filijs eorumdẽ archiepiscoporum & episcoporu vicarijs in spiritualibus generalibus, quatenus præsentes litteras & in eis contenta quæcunque, vbi & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte vestra, seu vicariorum vestrorum prædictorum, aut alicuius vestrum, siue illorũ desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, ac vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciãt præsentes litteras & in eis cõtenta huiusmodi, firmiter obseruari, vosque illis pacifice gaudere. Non permittentes vos desuper per quoscunq. quoquis modo, indebite molestari: contradictores quoslibet & rebelles per censuras & pœnas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dictorum ordinum etiam iuramento & confirmatione Apostolica roboratis, statutis & consuetudinibus, necnon priuilegio quod incipit: Sacer ordo. per fel. rec. Sixtum Papam IIII. prædecessorem nostrum ordini Carmelitarum concesso fortassisque post alijs communicato, & quibuscunque alijs priuilegijs & indultis Apostolicis illi ac
B quibuscunque alijs, etiam Mendicantium ordinibus etiam sub quibusuis tenoribus & verborum formis, ac cum quibuscunque clausulis & decretis concessis, approbatis & innouatis, quibus omnibus (tenores illorum ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus, pro sufficienter expressis habentes) hac vice specialiter & expresse derogamus, nec non quibuscunque exceptionibus, oppositionibus, & appellationibus, forsan desuper faciendis & interponendis, quæ aduersus præmissa nulla tenus suffragari posse volumus contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mẽtionem, Decernentes præsentium transumptis, manu publici notarij subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio & extra adhibendam fore, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Bononiæ sub annulo piscatoris, die xv. Ianuarij M D XXX. Pontificatus nostri anno septimo.

C PAVLVS PAPA III.

Ad futuram rei memoriam.

Inquisitores hæreticæ prauitatis procedere possunt contra eos qui asserunt & prædicant propositiones suspectas, scandolosas, periculosas, erroneas, hæresim sapientes à fide catholica quauis ratione discrepantes, & Christianæ pietati, ac bonis moribus non conformes; non obstantibus quibusuis priuilegijs & exemptionibus, aut quauis personarum qualitate & dignitate, Episcopis exceptis. Qui vero id impediuerint, grauiter coercentur; nam ordinarij administratione suarum dignitatum priuantur, & gubernatores terrarum bonis suis spoliantur, & excommunicantur.

Edita anno domini. 1542.

D IN Apostolici culminis specula diuinæ gratiæ munere collocati, nihil magis esse nostri officij duximus, quàm sedulo ac diligenter omnia circumspicere, quæ catholici nobis commissi gregis custodiæ, ac conseruationi conferant, illamque in primis curam suscipere, & quæ materiam scandali præbere possent penitus succidantur, ac radicitus extirpentur, nec ea vsque pullulare sinantur.

Ex Archiuo Inquisition. Bononiensis. & bib iotheca nostra.

Cum itaque sicut accepimus in nostræ Bononiæ ac Mediolani, & quamplurimis alijs Italiæ ciuitatibus & locis, nonnulli sæculares ac etiam & religiosi prætextu quorundam indultorum, ac concessionum seu priuilegiorum & exemptionum, a sede Apostolica per ipsos obtentorum, & ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in eisdem ciuitatibus & locis per sedem Apostolicam, aut illius auctoritate deputatis, illorum iurisdictione exemptos, prætendentes, varias propositiones scandolosas & erroneas, ac piarum mentium offensiuas, & quandoque etiam hæresim sapientes, ac catholicæ fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes, publice proponere ac disputare, & pro viribus sustinere, necnon populis prædicare, non sine magno Christi fidelium animarum periculo, ipsiusque fidei detrimento, & totius religionis opprobrio temere audeant & præsumant. Nos qui desideranter in votis gerimus, vt fides præfata nostris prosperetur temporibus, & pra
E uitas hæretica de finibus fidelium extirpetur, attendentes non ideo ab Apostolica sede priuilegia & exemptiones concedi solitas esse, vt per ea scandala & fidei dimunitio generentur, sed potius ad ea tollendum & ipsam fidem augendum, volentesque ne de cætero per propositiones & prædicationes huiusmodi in perditionem (quòd absit) animæ fidelium prolabantur, obuiare, & ne exemptionum prædictarum prætextu valeant talium præsumptores in eorum tam detestabili temeritate perdurare, eorumque iniquitas remaneat impunita, morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam, Motu proprio & ex certa nostra scientia, volumus, statuimus, & ordinamus, quòd Inquisitores præfati in tota Italia, & in insula Chij deputati, & in posterum deputandi contra omnes & singulos tam sæculares quàm religiosos, quorumuis ordinum etiam Mendicantium professores, cuiuscunque sexus, gradus, status, conditionis, dignitatis & præeminentiæ, non tamen Episcopalis † existant, qui propositiones

† Quia episcoporum delicta in causa hæresis apostolicæ sedi reseruantur. c. Inquisitores de hæret. lib. 6.

tiones suspectas, scandalosas, periculosas; errores continentes, hæresim sapientes, ac alias catholicæ fidei minus consonas, Christianæque pietati & bonis moribus minime conformes, huiusmodi vel earum quaslibet in posterum asserere, seu publice proponere, & populis prædicare audeant, vel præsumant, iuxta auctoritatem & potestatem eis Inquisitoribus, à iure aut aliàs quomodolibet traditam & concessam procedere & inquirere, suamque iurisdictionem exercere debeant. Necnon eis contra illos iuxta prædictam potestatem, vt præfertur procedendi & inquirendi, & iurisdictionis huiusmodi exercendæ facultatem, quatenus opus sit, eadem auctoritate de nouo concedimus: decernentes præsentibus nostris litteris, nisi per signaturam manu nostra signatam minime derogari posse, irritumque & inane quicquid secus super his à quoque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: districtiusque inhibentes locorum ordinarijs sub interdicti ingressus Ecclesiæ & suspensionis à regimine, & administratione suarum ecclesiarum, necnō ciuitatum & locorum quorumlibet dominis Gubernatoribus, & Rectoribus, & alijs quibuscunque sub excommunicationis latæ sententiæ, ac bonorum suorum priuationis pœnis, eo ipso si contra fecerint incurrendis, ne Inquisitores præfatos, quominus contra propositiones præfatas, vel earum quaslibet sub indultorum, concessionum, priuilegiorum, & exemptionum eorundem, & quouis alio prætextu asserentes, proponentes & prædicãtes huiusmodi procedere, inquirere, eorumque iurisdictionem exercere libere possint & valeant quouis modo per se vel alium seu aliàs directe vel indirecte impedire præsumant. Non obstantibus præmissis & Apostolicis in prouincialibus, & in synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, necnon ordinum eorundem iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque & exemptionibus, prædictis quibusuis, sub quibuscunque tenoribus & formis, & per nos & sedem Apostolicam concessis, confirmatis & innouatis; quibus etsi pro sufficienti illorum derogatione, de illis illorumq. totis tenoribus specialis, specifica & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscũque Et quia difficile foret præsentes nostras litteras originales ad singula loca quo opus foret, destinare volumus & decernimus, quòd earum transumptis manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides indubia, in iudicio & extra vbicunque exhibitæ fuerint, detur, ac eisdem stetur, ac si originales litteræ ipsæ exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xiij. Ianuarij M. D. XLII. Pontificatus nostri anno octauo.

PAVLVS III.

Ad perpetuam rei memoriam.

Iudæis ad fidem conuersis bona sua integra conseruantur: si filij familias fuerint legitimam & aliam quamuis portionem iure debitam, habent, etiam si inuitis parentibus conuertantur: quòd si bona fuerint per vsuram, aut alias male acquisita, restitui illis debent, quibus iure fieri debet restitutio, quòd si tales personæ ignorentur, eisdem iudæis conuersis condonentur. hortatur omnes vt Iudæis conuersis tribuant elemosynas, sed Episcopi etiam de redditibus ecclesiæ eis subueniant. conuersi non sunt contumelijs afficiendi: neophyti ciuium priuilegijs vtuntur: qui Iudæos baptizarunt, instruant eosdem in articulis fidei: neophyti ne habeant inter se mutuam conuersationem, vidē cum originarijs Christianis matrimonio copulentur: nullos ritus Mosaicæ legis obseruēt si contra fecerint, Episcopis aut Inquisitoribus deferantur: si ad ritus Mosaicæ legis reuersi fuerint, velut hæretici puniantur.

Vide extrauagantem Ioan. xxij. incipien. Dignum. tit. de Iudæis inter communes.

Edita anno domini. 1542 Ex bibliotheca nostra, erat autē impressa Romæ anno Domini 1550.

SVPIENTES Iudæos, & alios infideles quoslibet ad fidem catholicam conuerti, & prætextu bonorum per eos antea possessorum ab eadem fide non distrahi, Motu proprio ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium hac in posterũ valitura constitutione sancimus, quòd cuicumque eorundem Iudæorum, & infidelium ad dictam fidem conuerti volenti, etiam si in patria potestate constitutus fuerit, bona sua quæcunque, tam mobilia quàm immobilia, intacta & illæsa permaneant. Ita vt etiam filij familias, & in patria potestate (vt præfertur) constituti, legitima, & quacunque alia portione bonorum patrimonialium, aut maternorum eis de iure, seu successione bonorum eis aliàs debitorum, per eorum parentes fraudari, aut priuari non possint, neque debeant, † sed eis integre, etiamsi contra voluntatem parentum suorum ad fidem ipsam conuersi fuerint, etiam eorum parentibus viuentibus, debeantur. Et si bona ipsa ex vsura, aut illicito quæstu fuerint acquisita, & notæ sint personæ, quibus eorum fuerit de iure facienda restitutio (quia non dimittitur peccatum nisi restituatur† male ablatum) illa eisdem personis omnino restituantur: personis vero non extantibus prædictis, quia bona ipsa essent per manus Ecclesiæ in pios vsus conuertenda, bona huiusmodi eisdem Iudæis & alijs infidelibus

† ne ex bono opere pœnam reportent.

† c. Peccatum. de reg. iu. in 6.

delibus, in fauorem susceptī baptismatis tanquam in pium vsum libere concedimus: eaque apud ipsos sic conuersos Iudæos & alios infideles remanere decernimus. Interdicentes sub diuinæ anathematis, pœna, quibusuis tam ecclesiasticis quàm sæcularibus personis, ne vllam super bonis huiusmodi, quouis quæsito colore, molestiam inferant, aut inferri patiantur. Sed magnum se fecisse lucrum existiment, dum tales Christo lucrati fuerint. Et quoniam (vt scriptum est) qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in ipso? si ipsi cõuersionis tẽpore inopes, aut indigentes fuerint, omnes tã ecclesiasticos quã sæculares, per viscera misericordiæ Dei nostri exhortamur, vt ipsis conuersis manus porrigant adiutrices, ipsi quoque diœcesani, non solum Christianos ad subueniendum ipsis exhortentur, sed etiã tam de redditibus ecclesiarum, prout poterunt, quàm de his, quæ ad pauperum vsus per ipsos conuertendos deuoluuntur huiusmodi neophitos sustentare non negligant: ipsosque à detractionibus, & cõtumelijs paterna affectione defendant. Et quoniam per gratiam baptismi ciues sanctorum, & domestici Dei efficiuntur, longeque dignius existit regnare spiritu, quàm nasci carne, eadem constitutione statuimus, vt ciuitatum & locorum in quibus sancto baptismate pro tempore regenerabuntur, vere ciues sint, & priuilegijs, ac libertatibus, & immunitatibus, quæ alij ratione natiuitatis & originis dumtaxat consequuntur, gaudeant. Curent insuper sacerdotes baptizantes, & alij de sacro fonte eos suscipientes, tam ante baptismum quàm post, illos in articulis fidei, ac legis nouæ præceptis, catholicæque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere: & tam ipsi quàm diœcesani operam dent, ne cum alijs Iudæis seu infidelibus, saltem per longum tempus conuersentur, ne sicut quando que contigit, ab infirmitate curatis modica occasio ad priſtinam perditionem recidiuos efficiat. Et quoniam experientia teste, compertum est, mutuam ipsorum neophytorum inter se conuersationem, ipsos in fide nostra fragiliores † reddere, ac saluti ipsorum plurimum officere, hortamur locorum ordinarios, vt quãtum pro incremento fidei viderint expedire, curent & studeant neophytos ipsos cum originarijs Christianis matrimonio copulare, & prohibeant eisdem sub grauibus pœnis ne mortuosmore Iudæorum sepeliant, aut sabbata, aliasque solemnitates, & antiquæ sectæ ritus quoquomodo obseruent; sed & Ecclesias, & prædicationes, prout alij catholici frequentent, & in omnibus Christianorum moribus se conformes reddant. Contemptores autem prædictorum, per sacerdotes in quorum parochijs degent, aut alios ad quos de iure, vel antiqua consuetudine de talibus inquirere spectat, aut etiam per alios quoscunque diœcesanis seu Inquisitoribus hæreticæ prauitatis deferant; & inuocato si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, per eos taliter puniantur, quòd alijs trãseat in exemplum. Et insuper de his omnibus in prouincialibus & synodalibus concilijs diligens fiat inquisitio, & tam circa episcopos & sacerdotes in præmissis negligentes, quàm ipsos neophytos & infideles prædictos contemptores opportunũ adhibeatur remedium. Si quis autem cuiuscunq. gradus vel præminentiæ fuerit huiusmodi neophytos ne obseruationẽ ritus Christiani, & aliorum præmissorũ complectantur, foueritque aut defenderit, pœnas cõtra fautores hæreticorum promulgatas, ipso facto incurrat: neophyti vero si se corrigere post monitionem canonicã neglexerint, & ad vomitũ iudaizantes redire cõperti sint, contra eos tanquam perfidos hæreticos per ordinarios locorum, secundum sacrorum canonum instituta procedatur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis priuilegijs, indultis, & litteris etiam Apostolicis, seu etiam regijs, vel imperialibus eisdem Iudæis, vel infidelibus quomodolibet concessis, quæ quatenus in detrimentum catholicæ fidei, aut nominis Christiani, seu aliquorum ex præmissis, quomodolibet vergent, ad effectum præsentium cassamus & irritamus, ac cassa & irrita esse decernimus: alijs decretis & constitutionibus Apostolicis, quæ super præmissis sunt condita in suo robore duraturis. Et vt huiusmodi sanctæ constitutionis iugis memoria habeatur, & ne quisquam ipsius ignorantiam prætendere possit, illam per singulas cathedrales & collegiatas Ecclesias, aliaque pia loca, in quibus vberior erit fidelium concursus semel in anno ad minus infra diuina publicari volumus & decernimus. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus & etiam declaramus, quòd earundem præsentium tramsumptis seu copijs, etiã impressis, & manu alicuius notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur vbicunque forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vigesimoprimo Martij, Millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, Pontificatus nostri anno octauo.

Concor. referi pum Nicolai Papæ incipi. Vineam. relat sup. pag. 68.

† forte, frigidiores. Neophyti non inter se, sed cũ originarijs christianis matrimonia contrahant. vide in directorio parte. 3. nu. 114 tit. de sigois exterioribus quibus hæretici re iudaizantes dignoscuntur.

Neophyti reiudaizantes vt rg fidi hæretici puniantur.

ÆDICTVM CONTRA BIBLIOPOLAS, & librorum impressores, atque Dohanarum Officiales, ne publice nec secrete audeant vendere aliquos libros damnatos, reprobatos & prohibitos, atque de hæresi suspectos: nec imprimere, nec eorum dominis relaxare, sine expressa licentia, & contra vendentes, comparantes, legentes, audientes, communicantes, docentes, prædicantes: scientes, & non reuelantes, non reddentes, nec consignantes huiusmodi libros sub diuersis pœnis, vt infra.

Nos

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edita anno domini. 1543. Ex bibliotheca nostra, erat autem impressa.

NOS Ioannes Petrus sancti Clementis, Ioannes sancti Sixti, Bartholomæus sancti Cæsarei, & Thomas sancti Siluestri Titulorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinales, Inquisitores Generales hæreticæ prauitatis per Vniuersam Rempublicam Christianam à sanctissimo D. Nostro Paulo Diuina prouidentia Papa III. Sanctaque sede Apostolica specialiter deputati. Vniuersis & singulis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis aut præeminentię existentibus in alma vrbe, omnibusque alijs ciuitatibus, oppidis, terris, & locis totius Italiæ, ac vbilibet constitutis, ad quos præsentes nostræ litteræ peruenerint, Salutem & in Domino sinceram & veram fidem. A

Animaduertentes non sine maximo animorum nostrorum dolore, hisce temporibus quamplurima Opuscula, Tractatus, Epistolas, & libros quorum quamplures erroneos, alios scandalosos, alios piarũ aurium offensiuos, alios temerarios & seditiosos, & deniq. alios notorie hæreticos iamdudũ à sanctis patribus & generalibus Conciliis, ac per præfatũ Sanctissimũ dominũ nostrũ sanctãq. sedẽ Apostolicã reprobatos & dãnatos passim in Romana Curia, alijsq. Italiæ ciuitatibus, oppidis, terris, & locis, vendi, emi & legi, & in manibus hominum versari, alioſque de nouo quotidie edi, publicari, & imprimi, quibus quamplurimi filij satanæ, ac pestilentes personæ conantur hanc nobilissimam prouinciam, quæ à primordijs nascentis Ecclesiæ firma & illæsa in vera fide permansit, seducere, atque subuertere; falsam, sacrilegã & pernitiosam doctrinã inducendo, pernitiose, & damnabiliter dissemi- B
nando in maximum orthodoxorum scandalum, ac Reipublicæ Christianæ periculũ. Ideo cupientes huiusmodi hæreticos & hæreticorum libros de finibus Christianorum expellere, eorumque fallas doctrinas & errores peruersos, quantum in nobis fuerit, extirpare, vt catholica & orthodoxa fides integra, illæsa, & illibata permaneat, ac populus Christianus in eiusdem fidei sinceritate, quolibet obscurationis semoto velamine, immobilis, & inuiolatus perstat. Vniuersis & singulis Bibliopolis tã Almæ vrbis, quàm aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorunque locorum totius Italiæ, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis latæ sententiæ, ac mille ducatorum Cameræ Apostolicæ, ac accusatori pro medietate applicandorum, alijsq. arbitrariis tam nostro quàm subdelegatorũ per nos deputatorũ vel in posterũ deputandorũ arbitrio statuendis, ac omnium librorũ amissione, & insuper triũ ictuũ funis pœnis præcipimus & mandamus, quatenus dicti Bibliopolæ aliquos libros tractatus, opuscula, epistolas, vel quæcunque alia scripta in quocũq. idiomate cõposita siue trãslata hæretica vel de hæresi suspecta per sanctitatẽ suã & sedẽ Apostolicã, alioſque Romanos pontifices eius prædecessores damnatos, reprobatos & prohibitos, necnon sermones Bernardini Ochini de Senis nouiter impressos, atque libellos quosdam qui Pasquilij in Ecstasi inscribuntur, nec quosuis alios in quacunque facultate nouiter compositos, & editos, & præsertim sine titulo aut auctore publice, nec secrete vendere audeant, nisi prius ostenso nobis in Romana curia, & extra eam personis per nos delegatis seu delegandis Indice omnium & singulorum librorum, quos penes se habeat, & obtenta prius licentia in scriptis à nobis, vel dictis delegatis, vel delegãdis in suis districtibus ad eos vendendum: alioquin pro secunda vice, si contrafecerint: vltra pœnas prædictas reddantur inhabiles ad exercendam dictam Bibliopolæ artem, & in perpetui exilij talium ciuitatum, & locorum vbi eos commorari contigerit, eo ipso pœnam incurrant. Præterea omnibus & singulis tam dictæ Almæ Vrbis quàm quaruncunque aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum totius Italiæ librorum impressoribus & cussoribus sub prædictis censuris, & pœnis præcipimus, & mandamus, quatenus de cætero nequis eorum libros prædictos, etiam si sint aliàs impressi, nec alios quoscunque nouiter compositos in quacumque re vel facultate quoquomodo imprimere præsumat, nisi de expressa licentia nostra, vel Reuerend. D. Vicarij Domini nostri Papæ, & nisi prius fuerint visi per nos, vel per venerabilẽ sacri palatii Apostolici magistrum pro tempore existentẽ in Romana curia: extra vero eam, per personas per nos, vt præmittitur, delegatas vel delegandas, & subnotato semper in calce talium librorum nomine Impressoris & loco, die, mense, & anno, vti fieri solet. Qui si secus fecerint, vltra pœnas prædictas pro secunda vice reddantur perpetuo inhabiles ad dictum impressoris officium agendum & exercendum, & perpetuo exulent, & exterminentur à ciuitate, oppido, villa, terra, vel loco, vbi eos domicilium habere contigerit. Nec dicti librorum impressores excludentur à dictis pœnis, si in eorum officinis, etiam si sit sine eorum scitu aliqua mulier, vel minister id fecerit. Item omnibus & singulis Dohanerijs † tam Almæ Vrbis quam quarumcunque aliarum prouinciarum, ciuitatum, oppido rum, castrorum, villarum, terrarum, aliorumque locorum totius Italiæ sub pœna duorum milliũ ducatorum, & suorum officiorum priuatione irremissibili præcipimus, & mandamus; quatenus postquàm ad eorum potestatem siue Dohanas quicunque libri impressi vel non impressi perlati fuerint, omni diligentia nobis in Romana curia vel prædictis delegatis extra eam significare curẽt, vt nos vel illi possimus tales libros inspicere, nec absque nostra expressa licentia eos eorundem librorũ Dominis aliquo modo consignare audeant. Item sub eisdem pœnis & censuris præcipimus, & mandamus omnibus & singulis supradictis, ne quis audeat libros prædictos hæreticos, erroneos, temerarios & seditiosos quoquomodo comparare, emere, nec per alios oblatos accipere, legere, nec ab alijs lectos audire, nec cũ aliquo, verbo vel in scriptis cõmunicare, docere, nec prædicare, nec ex aliis prouinciis eos in Italiã asportare seu asportari facere: quinimmo si quos penes se habẽt, statim ad nos vel nostrum quemlibet C D E

† Dohanerios vocat eos qui in singulis vrbibus publica exigunt vectigalia debita emercibus quę inducuntur, aut extraducũtur.

libet in Romana curia, extra vero eam ad prædictos subdelegatos in suis districtibus realiter, & cum effectu afferant, & consignent: quas censuras, & pœnas incurrant omnes, & singuli scientes, & non reuelantes qui sunt auctores, fautores, & impressores talium librorum. Verum quia nos præmissa diuersis in partibus exequi, & agere non valemus, confidentes de doctrina, ac sincera fide, & religione Reuerendi patris F. Thomæ Maria de Bononia Inquisitoris in ciuitatibus Ferrariæ, & Mutinæ, cum L. eius substitutum, & eorum quemlibet insolidum ad præsens edictum publicandum & seruari faciendum, ceteraq; omnia & singula præmissa facienda, gerenda, exequenda, exercenda & procurãda in Ciuitate, & dominio Ferrariæ ac Mutinæ, terrisq; omnibus his subiectis, in quibus hoc nostrũ edictum publicari mandamus, tenore præsentium substituimus, & subdelegamus vices nostras ipsis, & cuilibet eorum desuper plenarie committendo cum amplissima facultate inerandi quascunq; Bibliothecas & officinas talium impressorum & librariorum, & quorumuis priuatarũ Domos, Ecclesias, & monasteria, & diligenter inquirendum si ibidẽ reperiuntur huiusmodi libri, eosque, si necesse fuerit, publice, vel secrete prout eisdem videbitur, comburendi, ceteraq; faciendi quæ ad extirpãdas hæreses, & libros huiusmodi è Republica Christiana exterminandos pertinere videbuntur. Quocirca omnes & singulos Christianæ & Catholicæ fidei professores, Imperatorẽ Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, Milites, Potestates, Rectores, Consules, Proconsules, Cõmunitates, & Vniuersitates Regnorũ, prouinciarũ, ciuitatũ, oppidorũ, castrorũ, villarũ, terrarũ, aliorumq; locorũ prædictorum, necnon ceteros iurisdictionem temporalẽ exercentes totius Italiæ, & extra, hortamur, requirimus, & in Domino monemus, quatenus prædictis subdelegatis, vel subdelegandis nostris, & eorum cuilibet in suis districtibus omne auxilium, consilium, & fauorem ad præmissa omnia & singula facienda & exequenda quantũ in eis fuerit, quemadmodum decet viros vere Orthodoxos, præstent, ac præstari curent, atque de prouincijs, ciuitatibus, oppidis, castris, villis, terris, & omnibus aliis locis, aut dominijs supradictis, omnes & singulos hæreticos, quos publice, vel manifeste per facti euidentiam cognouerint esse tales, tanquã oues morbidas gregem Domini inficientes expellant, donec & quousq; à præfato Sanctissimo Domino nostro, vel à nobis qui eius vices in hac re gerimus, vel alijs iudicibus Ecclesiasticis vel Inquisitoribus ordinarijs, vel per nos deputatis seu deputandis fidem, & communionem Romanæ Ecclesiæ tenentibus, aliud recipiant in mandatis; nec eosdem in suis districtibus prædicare, domicilia tenere, larẽ fouere, contractus inire, negationes & mercantias quaslibet exercere, aut humanitatis solatia cũ Christifidelibus habere permittãt. In cuius rei testimoniũ præsentes nostras litteras manu nostra propria subscriptas per Secretariũ nostrũ fieri, & subscribi, nostrisque sigillis impressione communiri mandauimus. Datum Bononiæ iiij. Idus Iulij, anno Domini M D X L I I I. Pontificatus Sanctissimi D. N. Pauli diuina prouidentia Papæ iij. anno octauo. A B C

F. I. Cardinalis Burgen.
B. Cardinalis Guidicionus.

De mandato Illustriss ac Reuer. Dominorum Cardinalium Inquisitorum.
Doctor Alfonsus Martinez Secretarius,

IVLIVS PAPA III.

De reuocatione Hæreticorum ad sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ gremium.

*Venientibus sponte ad Inquisitores hæreticæ prauitatis, & suas culpas integre confitentibus post sex menses à publicatione huius rescripti, dummodo prius non fuerint inquisiti vel denuntiati, remittuntur omnes pœnæ à iure vel ab homine latæ. ab irregularitate absoluuntur. ad sacros ordines promouentur. eorũ filij ad officia & beneficia admittũtur. quòd si intra hunc terminũ non venerint, à quibusuis denuntientur sub pœnis grauibus. & pœnis quas iuris seueritas in eos statuit, Apostolicæ sedis clemẽtia moderamus, vt aberrantes huiusmodi dictæ sedis benignitate allecti, eorũ erroribus abiuratis catholicæ fidei zelum, & obseruantiam in eorum cordibus firmius recipiant, & si in eorum falsis opinionibus perseuerauerint, in eos vehementius animaduertantur, quo obstinatiores se in erroribus suis præsumpser

Universidad de Deusto Biblioteca

byteros,non tamen ſub generali Inquiſitione Hiſpaniæ,ac Portugalliæ regnorum comprehenſos,de (A) præmiſſis culpabiles cuiuſcunq; ſtatus,gradus,ordinis vel cõditionis,aut præeminentiæ exiſtãt,etiã ſi Pontificali,aut alia quacunque,etiam maiori eccleſiaſtica,vel mundana dignitate præfulgeant,qui infra tres menſes,à die publicationis præſentium,modo,& forma infraſcriptis faciendę, computandos, coram Inquiſitoribus ciuitatum, in quibus ipſi degunt, ſe perſonaliter exhibuerint, & ſuas hæreſes coram eis priuatim abiurauerint, & ſe ad pænitentiam priuatam eis per dictos Inquiſitores iniungendam adimplendum paratos obtulerint, eamque poſtmodum cum effectu adimpleuerint. ab omnibus, & ſingulis eorum hæreſibus, & à fide Chriſti apoſtaſijs, ac quibuſuis alijs in eadem fide erroribus, quantumcunque grauibus & enormibus, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque ſententijs, cenſuris, & pœnis tam eccleſiaſticis, quàm temporalibus etiam bonorum priuatiuis, & corporis afflictiuis, ac capitalibus ab iure, vel ab homine latis, & promulgatis (dummodo hactenus Inquiſiti, aut in hæreſim relapſi non fuerint) Apoſtolica auctoritate,tenore præſentium, in vtroque foro penitus, & omnino abſoluimus, & liberamus, necnon (B) cum eis ſuper irregularitate † per eos præmiſſorum occaſione, etiam quia ſic ligati forſan miſſas, & alia diuina officia, etiam forſan in contemptum clauium celebrarunt, aut illis aliàs ſe immiſcuerunt contracta. Quòdque ea,& alijs præmiſſis non obſtantibus non promoti ad omnes etiam ſacros & presbyteratus ordines promoueri, & in illis tam ipſi, quàm qui iam etiam poſt incurſam hæreſim promoti exiſtunt, etiam in altaris miniſterio miniſtrare: Necnon tam clerici quàm laici, & vtriuſque ſexus perſonæ, eorumque filij, nepotes, & deſcendentes ad gradus, honores, ordines, officia, & alia quæcunque aſſumi, illaque ſuſcipere, & exercere libere, & licite valeant auctoritate, & tenore prædictis, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus, eique pariter indulgemus: Nec non inhabilitatis: & infamiae maculam, ſiue notam circa eos præmiſſorum occaſione quomodolibet inſurgentem penitus & omnino abolemus. Quòd ſi forte culpabiles præfati infra dictum terminum reſipiſcere, & ad cor reuerti noluerint, ſeu diſtulerint, ad hoc, vt eorum notitia haberi ipſique debitis pœnis affici poſſint, motu & deliberatione ac ſcientia prædictis, omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas etiam, vt præfertur qualificatas,de aliquibus ex hæreticis, ſeu aliàs cul- (C) pabilibus prædictis quomodolibet notitiam habentes, ſeu eos hæreticos eſſe aut fuiſſe ſcientes, dicta auctoritate tenore præſentium requirimus,& monemus; ac eis & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub incurſus hæreſis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis, tam eccleſiaſticis,quàm temporalibus ſententijs,cenſuris & pœnis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſpatium triginta dierum terminum prædictum immediate ſequentium, quorum decem pro primo,& alios decem pro ſecundo,ac reliquos decem dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, eis, & eorum cuilibet in ijs ſcriptis aſſignamus, hæreticos,ſeu aliàs culpabiles prædictos Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ciuitatum ſuarum, ſi prius, vt præfertur,aut aliàs abſoluti non fuerint,denuntiaſſe,& notificaſſe debeant realiter,& cum effectu. Et nihilominus venerabili fratri Io. Petro Epiſcopo Tuſculan. Neapolitan. & dilectis filijs noſtris Ioanni S.Clementis de Burgos, ac Marcello S.Crucis in Hieruſalem, Ceruino, & Franciſco S.Anaſtaſię. tt.Sfondrato nuncupatis, presbyteris Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus per ſedem Apoſtolicam deputatis, per Apoſt.ſcripta, & pari motu mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium,ſeu alios (D) eoſdẽ requiſitos,& monitos monitioni, & mandato noſtris prædictis non parentes, quos hæreſim, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas propter non paritionem huiuſmodi incurrere contigerit;ex nunc prout ex tunc,& è cõtra, hæreticos ac ſententijs,cenſuris,& pœnis prædictis irretitos tamdiu publice nuntient,& faciant ab alijs nuntiari, donec ipſi hæreſim huiuſmodi abiurauerint, & rehabilitationis gratiã obtinere meruerint. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticã appellatione poſtpoſita compeſcendo,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis.Non obſtãt. conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis,contrarijs quibuſcunque:aut ſi aliquibus communiter vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.Ceterum,vt præmiſſa omnia ad eorum quorum intereſt, notitiam deducantur,nullusque de eis ignorantiam iuſte prætendere,aut ſe legitime excuſare poſſit: Volumus,& dicta auctoritate Apoſtolica decernimus, quòd præſentes litteræ per aliquos Curiæ noſtræ Curſores, in (E) Baſilica principis Apoſtolorum de Vrbe,& Eccleſia Lateranen.dum inibi multitudo populi ad diuina audienda congregari ſolet, plana, & clara voce legantur,& lectæ in earumdem Baſilicæ, & Eccleſiæ valuis,ac in porta Cancellariæ Apoſtolicæ,& in acie Campi Floræ,necnon in ſingularium Cathedralium,& metropolitan.Eccleſiarum Valuis affixæ pendeant,& cũ inde amouebunt earum exẽpla,in eiſdem locis remaneant affixa.Quòdque per lectionem, affixionem, & publicationem huiuſmodi omnes,& ſingulæ perſonæ,ſub præſentibus comprehenſæ poſt ſpatium trium menſium,& triginta dierum huiuſmodi reſpectiue,ita ſint obligatæ,& aſtrictæ,ac ſi illæ eis coram,& perſonaliter lectæ,& publicatæ eſſent,& quòd earum tranſumptis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis;ea prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitę vel oſtenſæ. Volumus autẽ quòd de perſonali exhibitione,& priuata aburatione per dictos culpabiles,vt præfertur faciẽda,per ſcripturã† manu propria ipſiuſmet ſe exhiben-

† Eymericus in Directorio part. 3.quæſt. 126.

†De abiuratione fiant Scripturæ, quibus abſoluti ſubſcribãt. Adde quæ dixi apud Eymericũ parte 3 in 4 modo ꝓceſſum fidei terminandi.

(A) exhibentis,& abiurantis, ſeu per publicum notarium confectam, ac ipſius Inquiſitoris, coram quo exhibitio,& abiurantio huiuſmodi fieri continget manu ſubſcripta,ita vt ſi ipſi culpabiles in eoſdem, vel ſimiles errores reinciderint, ſe lapſi omnino eſſe cenſeantur, conſtare debeant, aliàs eædẽ præſentes,ac per eas dictis culpabilibus abſolutio,& liberatio ac diſpenſatio,& indultum conceſſa huiuſmodi, eis nullatenus ſuffragentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, liberationis diſpenſationis, indulti, abolitionis, requiſitionis, monitionis, mandati, aſſignationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M D L. Tertio Calend. Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

M.Card. Creſcentius.

A.de Bartolis. Bloſius.

(B)

IVLIVS PAPA III.

Super abolitione Librorum omnium Hereticorum, & Lutheranorum.

Reuocat omnes facultates legendi libros prohibitos, ſolis inquiſitoribus & eorum commiſſarijs exceptis: quicunque vero tales libros habuerint realiter & cum effectu debeanc eos Inquiſitoribus conſignare-Inquiſitotes vero reip. Chriſtianæ generales iubeant publicari contradiſtiores velut hæreticos.

IVLIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Cum meditatro cordis noſtri ad id potiſſimum tendat, vt fides Catholica vbique augeatur,& floreat:ad ea libenter intendimus, per quæ omnis ab ea declinandi occa- (C) ſio tollatur. Sane cum ſicut nobis nuper innotuit ex facultatibus, quæ aliquibus vt libros hæreticos, aut de fide ſuſpectos, etiam ad effectum eorundem librorum errores repellendi tenere, & legere poſſent, aliquando conceſſæ fuerunt, non ij qui ſperabantur fructus hactenus prouenerint, quinimmo diuerſa inconuenientia ſubſecuta ſunt: Nos præmiſſis occurrere, & Chriſtifidelium animarum ſaluti conſulere cupientes, Motu proprio, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtris certa ſcientia, & matura deliberatione omnes, & ſingulas facultates,& licentias legendi,& tenendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu de fide ſuſpectos quibuſuis perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, etiam ſi Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, aut alia maiori dignitate Eccleſiaſtica, ſeu ſæculari præeminentia præfulgeant (Inquiſitoribus, ſeu commiſſarijs ſuper hæretica prauitate ab Apoſtolica ſede pro tempore deputatis, durante ipſa deputatione dumtaxat exceptis) à quibuſuis prædeceſſoribus noſtris, ac nobis, & dicta ſede Apoſtolica, ſeu eius legatis, etiam de latere, aut maiori pænitentiario noſtro, vel quibuſuis alijs, ſub quibuſcunque verborum formis & expreſſionibus, ac cum quibuſuis etiam de- (D) rogatoriarum derogatorijs clauſulis irritantibuſque, & alijs decretis quomodolibet etiam motu, & ſcientia ſimilibus hactenus conceſſas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reuocamus, irritamus, & annullamus, & pro reuocatis, irritis, & penitus infectis, quo ad omnia habemus, & ab alijs haberi volumus: diſtrictius inhibentes perſonis præfatis ſub ſententijs, cenſuris, & pœnis contra ſimiles libros tenentes, aut legentes, tam à ſacris canonibus, quàm à nobis, & ſede Apoſtolica hactenus inflictis, & promulgatis, ne de cetero facultatibus, & licentijs prædictis vti, aut earum prætextu, ſeu aliàs quomodolibet libros prædictos, aut quoſcunque alios hactenus reprobatos, aut in futurum reprobandos tenere, aut legere præſumant: Et inſuper omnes, & ſingulos librorum Impreſſores, & Bibliothecarios, ac libros quomodolibet vendentes, & quaſcunque alias perſonas libros Lutheranos, aut alios hæreticos, ſeu lutheranam, aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta ſede quomodolibet reprobatos, ex quauis cauſa, etiam ex noſtra, & dictæ ſedis ſpeciali licentia, ſeu permiſſione penes ſe habentes, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, aut præeminentiæ exiſtant, etiam ſi vt præfertur põtificali, aut alia quacunque etiam ma- (E) iori eccleſiaſtica, vel mundana dignitate præfulgeant (dictis Inquiſitoribus, & commiſſariis, vt præfertur, exceptis) dicta Apoſtolica auctoritate, & earundem tenore præſentium requirimus, & monemus, ac eis, & eorum cuilibet in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub incurſus hæreſis, ac omnibus contra hæreticos de iure inflictis, & promulgatis tam Eccleſiaſticis, quàm temporalibus ſententijs, cenſuris, & pœnis, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus infra ſpatium ſexaginta dierum à die publicationis præſentium, modo, & forma infraſcriptis faciendæ computandorum, quorum viginti pro primo, & alios viginti pro ſecundo, ac reliquos viginti dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica eis, & eorum cuilibet in ijs ſcriptis aſſignamus: Omnes & ſingulos libros Lutheranos aut alios hæreticos, ſeu Lutheranam aut aliam falſam doctrinam in ſe continentes, vel à nobis, & dicta ſede quomodolibet reprobatos penes ſe eos ex quauis cauſa etiam mercaturæ, & ex noſtra ac eiuſdẽ ſedis permiſſione ac licentia etiã ſpeciali, vt præfertur, penes eos exiſtentes,

Edita anno Domini. 1550. Ex bibliotheca noſtra eratque impreſſa Romę anno domini. 1550.

De materia huius reſcripti videto quæ dixi copioſe apud Eymer. in Directorio par. 2. ſuper cap. fraternitatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus libri huiusmodi existunt, consignasse debeant tealiter, & cum effectu. Et nihilominus venerabili fratri Ioanni Petro episcopo Tusculan. Neapolitan. & dilectis filijs nostris Ioanni sancti Clementis, de Burgos, ac Marcello Sanctæ Crucis in Hierusalem, Ceruino, & Francisco sanctæ Anastasiæ titulorum Sfondrato, nuncupatis, presbyteris Cardinalibus, Inquisitoribus generalibus per sedem Apostolicam deputatis, per Apostolica scripta pari motu mandamus, quatenus ipsi per se vel alium, seu alios eosdem requisitos, & monitos, monitioni, & mandato nostris prædictis non parentes, quos hæresim ac alias sententias, censuras, & pœnas prædictas propter non paritionem huiusmodi incurrere contigerit, ex nunc prout ex tunc, & e contra hæreticos, ac sententijs, censuris, & pœnis prædictis irretitos tam diu publice nuntient, & faciant ab alijs nuntiari, donec ipsi omnes, & singulos libros Lutheranos aut alios hæreticos huiusmodi Inquisitoribus præfatis in ciuitatibus in quibus libri huiusmodi, vt præfertur existunt, cõsignauerint, & rehabilitationis gratiam obtinuerint. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum vt præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iuste prætendere, aut se legitime excusare possit: Volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, quòd præsentes litteræ per aliquos Curiæ nostræ Cursores, in Basilica principis Apostolorum de Vrbe, & Ecclesia Lateranensi, dum imbi multitudo populi ad diuina audienda congregari soleat, palam, & clara voce legantur, & lectæ in earundem Basilicæ, & Ecclesiæ valuis, necnon in porta Cancellariæ Apostolicæ, & in acie campi Florę affigantur, vbi ad lectionem, & notitiam cunctorum aliquandiu affixæ pendeant; & cum inde amouebuntur, earum exempla in eisdem locis remaneant affixa. Quòdq; per lectionem, affixionem & publicationem huiusmodi omnes, & singulæ personæ sub præsentibus comprehensæ post sexaginta dies huiusmodi respectiue ita sint obligatæ, & astrictæ, ac si eis coram, & personaliter lectę, & intimatæ essent: & earum transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensę. Volumus autem quòd ij, qui libros Lutheranos, seu alios prædictos infra spatium, & terminum huiusmodi dictis Inquisitoribus consignauerint, nisi ipsi aliàs quàm ex retentione librorum huiusmodi hæretici seu de fide suspecti fuerint, eo ipso etiam absque aliqua desuper facienda abiuratione à censuris, & pœnis propterea forsan incursis, in vtroque foro absoluti sint, & esse censeantur, prout nos eos in euentum prædictum, ex nunc prout ex tunc (dummodo pœnitentiam, quam confessor per eos eligendus, eis propterea duxerit iniungendam, omnino adimpleant) absoluimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reuocationis, irritationis, annullationis, inhibitionis, requisitionis, monitionis, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Dat. Romę, apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo quinquagesimo. Tertio Cal. Maij, Pontificatus nostri anno primo.

M Cardinalis Crescentius.

Blosius. A. de Martholis.

Anno à Natiuitate Domini. M D L. Indictione viij. Die vero v. Mensis Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Iulij, diuina prouidentia Papæ III. Anno eius primo, retroscriptæ litteræ reuocationis, inhibitionis, & voluntatis palam, publice, alta & intelligibili voce in Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, dum ibidem diuina officia de mane celebrabantur, & magna populi multitudo congregata esset, de verbo ad verbum, per me Ioannem Roillad, præfati S. D. N. Papæ Cursorem lectæ, & deinde affixæ, & publicatæ fuerunt. & sic affixæ, per aliquod spatium dimisi, & successiue, eadem die in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis etiam de verbo ad verbum, hora vesperorum, per me eundem Ioannem Roillad, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt, & postmodum eadem die affixæ, & publicatæ fuerunt in Vasuis, seu portis cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Florę, dimissis in suprascriptis Valuis, & locis, per aliquod temporis spatium affixis, & deinde Amotis copiam earundem litterarum in quibuslibet Valuis, portis, & locis suprascriptis affigendo, & dimittendo per nos Ioannem Roillad, Clericum coniugatum, Viridim diœcesis, & Maturinum Menandi Clericum, Cenomanensis diœcesis, præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursores.

Ita est Ioannes Roillad, Cursor subscripsi.
Ita est Maturinus Menandi Cursor.
Ita est Petrus Gomes, Magister Cursor.

IVLIVS PAPA III.

Contra Hebræos retinentes libros, in quibus aliquid contra fidē catholicam notetur, vel scribatur. libri Hebræorum in quibus blasphemiæ in Dominum aut in Christianam religionem continentur, in eorum synagogis & priuatis

priuatis etiam domibus inquirantur: & qui reperti fuerint tales habere libros, debitis pœnis coerceantur: contumaces aut grauiter in hoc delinquentes prout à fide apostatantes castigentur. in ceteris non molestentur Hæbræi: contradictores appellatione remota puniantur.

Edita anno Domini. 1554.

Ex bibliotheca. Illustr. Iulij Antonij Sãctorij Cardinalis sanctæ Seuerinæ.

VNIVERSIS & singulis venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, & episcopis, ac dilectis filijs alijs locorum ordinarijs, Salutem & Apostolicam benedictionem.

CVM sicut nuper non sine animi nostri molestia accepimus, licet aliàs venerabiles fratres nostri S. R. E. Cardinales hæreticæ prauitatis in vniuersa repub. Christiana Inquisitores generales certum Hebraicorum librorum volumen Ghemarot Thalmud nuncupatum, nonnulla indigna, & legem diuinam, orthodoxamque fidem offendentia continens, de mandato nostro damnauerint; & igne comburi fecerint: nihilominus inter ipsos Hebræos adhuc esse dicantur diuersi libri diuersas contra Christum redemptorem nostrum, eiusque sanctissimum nomen, & honorem blasphemias, & ignominias continentes, Nos in præmissis opportune prouidere volentes, vobis & vestrum cuilibet per præsentes committimus, & mandamus, quatenus singulis vniuersitatibus Hebræorum infra limites iurisdictionis vestræ consistentibus ex parte nostra intimetis & notificetis, quòd elapsis quattuor mensibus à die intimationis, & notificationis huiusmodi, omnes & singuli libri, in quibus nomen Iesu saluatoris nostri, quòd Ieseui hanozri dicitur, cum blasphemia, aut aliàs ignominiose nominatur, tam in eorum synagogis, & locis publicis, quàm priuatis domibus, & aliàs vbique locorum diligentissime exquirantur, & qui libros huiusmodi penes se quoquo modo habere reperti fuerint, debitis pœnis, tam pecunarijs, & confiscationis bonorum. quàm si eorum contumacia, aut qualitas delicti id exegerit, corporis etiam vltimi supplicij, ac aliàs prout à fide Christi apostatantes puniuntur, irremissibiliter puniantur, & nihilominus eisdem quattuor mensibus elapsis per vos, vel alium, seu alios, quos ad hoc duxeritis deputandos, libros huiusmodi cum omni diligentia inquiratis, & studiose inuestigetis; inquirique & inuestigari faciatis, & eos, quos libros huiusmodi penes se habere repereritis pœnis quibus apostatantes præfati puniuntur, omnino & irremissibiliter puniatis: Non permittentes de cetero eosdem Hebræos (qui in memoriam passionis Dominicæ a sancta matre Ecclesia tolerantur, vt aliquando mansuetudine nostra allecti ad verum Christi lumen, diuino afflante spiritu, conuertantur) à quibusuis etiam Apostolica auctoritate fungentibus occasione cuiusuis sortis librorum apud eos existentium, (dummodo blasphemiam, vt præfertur non contineant) nisi de nostro expresso mandato, quomodolibet vexari aut molestari: Contradictores quoslibet & rebelles, ac vobis in præmissis non parentes per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias arbitrio vestro moderandas & applicandas, ac alia opportuna iuris remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, sententias, censuras & pœnas prædictas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Hebræorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus, approbatis & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus. Contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio

postolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentio nē: Et quia difficile foret, præsentes litteras ad singula quæq. loca, in quibus de eis fides facieda erit deferri; volumus & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis præsentiū manu notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxix. Maij. M D L IIII. Pontificatus nostri anno quinto.

Claudius de Valle Sanctissimæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis Notarius.

BVLLA CONTRA IMPEDIENTES Inquisitores hæreticæ prauitatis in suo Inquisitionis officio.

Nullæ omnino personæ publicæ vel priuatæ, quouis ingenio, colore, vel occasione immiscent se negotijs Inquisitionis, nisi quatenus per Inquisitores fuerint requisiti. leges omnes huic ordinationi & canonibus ecclesiasticis obsistentes abrogent: contrafacientes omni Ecclesiæ suffragio & sacramentorum perceptione sint priuati, & excommunicati, nec nisi per Romanum Pontificem absoluantur præterquam in articulo mortis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Editæ anno Domini 1551.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. A

Ex bibliotheca nostra.

NOVERINT vniuersi, hoc præsens publicum transumptum inspecturi, quod nos Ioannes Baptista Cicada, Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Albinganen. S. D. N. Papæ eiusque Camerarij, nec non Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ generalis Auditor, Romanæque curiæ iudex ordinarius, sententiarumque & censurarum in eadem Romana Curia latarum, ac litterarum Apostolicarum vniuersalis executor: habuimus, uidimus, & diligenter inspeximus litteras Apostolicas S. D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ III. heri, quæ fuit dies Veneris Sancta, solemniter lectas & publicatas, eiusque vera bulla plumbea cum cordula rubei croceique colorum, more Rom. Curiæ pendente, bullatas, & omni suspicione carentes, subsequentis tenoris.

Iulius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LICET à diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, etiam per speciales constitutiones in corpore iuris insertas, fuerit rite & salubriter sancitum atque decretum, vt sæculi potestates & Domini temporales ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum & locorum quorumcunque rectores, quibuscunque dignitatibus vel officijs aut nominibus censeantur, diœcesanis episcopis & Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, in ipso inquisitionis negotio faueant & assistant, nemoque ex prædictis potestatibus, dominis, & rectoribus, eorumque officialibus, de crimine hæresis, cum mere sit ecclesiasticum, quoquo modo cognoscat vel iudicet, neque diœcesano episcopo vel Inquisitori ipsius inquisitionis negotio incumbenti se opponere, aut ipsum aliquatenus impedire vel impedientibus auxilium, aut fauorem scienter dare audeat, perpetuæ damnationis sententia in eos qui contra prædicta fecerint promulgata, quam si per annum animo sustinuerint pertinaci, ex tunc velut hæretici condemnentur: vsque adeo tamen in omnibus fere non solum Italiæ, verumetiam alijs prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis, complurium laicorum, vt accepimus, mundanæ gloriæ processit ambitio, vel sacronum Canonum insciti a, vel ecclesiasticæ disciplinæ contemptus, vt in animarum suarum perniciem atque interitum, diœcesanos episcopos & Inquisitores à sede Apostolica institutos inquisitionis officium exercentes, alij sub iustitiæ prætextu, ne vlli scilicet fiat iniuria, impedire; alij vero sub pietatis colore, vt fontes scilicet sæuerius puniantur, se ipsis diœcesanis episcopis, & Inquisitoribus adiungere, & vnà cum eis de ipso hæresis crimine cognoscere, processus formare, formatosque suo iudicio submittere non erubescant. Cui sane morbo iam nimis late progredienti, solitam ac salutarē Ecclesiæ medicinam pro nostra pastorali solicitudine afferre cupientes, sæculi potestates, dominos temporales, ac prouinciarum, ciuitatum, terrarum, & locorum rectores supradictos, necnon quascunque alias sæculares personas, tam priuatas quàm publico quouis munere fungentes requirimus & monemus, ac eis Iesu Christi Redemptoris nostri (cuius vices, licet immeriti, gerimus in terris) nomine præcipimus, ne diœcesanos episcopos & Inquisitores ipsos in suo Inquisitionis negotio vllo modo impediant seu perturbent, neque se in hæresis crimine cognoscendo vel iudicando, quouis etiam assistentiæ & fauoris colore, causa vel occasione (nisi quatenus ab ipsis diœcesanis episcopis aut Inquisitoribus spontanea & libera eorum voluntate fuerint requisiti) se ingerant, ordinationes, prouisiones & leges quascunque de ipsius criminis cognitione latas sacris Canonibus obsistentes, & ecclesiasticam iurisdictionem impedientes, sine mora abrogent & deleant, prout etiam Nos cas omnes inualidas fuisse & esse decernimus, & declaramus, ac ex nunc pro abrogatis & deletis haberi volumus & mandamus. Qui monitis his nostris non obtemperauerint, quive scienter in prædictis consilium, auxilium, aut fauorem dederint, nouerint se non solum per sacras dictorum prædecessorum nostrorum constitutiones, verum etiam per hanc nostram sanctionem siue sententiam & declarationem perpetuo duraturam (quam auctoritate omnipotentis Dei, ac beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra in ipsos non obtemperantes, quacunque illi præfulgeant dignitate, in his scriptis proferimus) communione fidelium & omnium ecclesiasticorum sacramentorum perceptione priuatos ac maledictionis, ac execrationis æternæ vinculo ligatos, anathematisque, & maioris excommuuicationis mucrone percussos; ita vt nemo vnquam in præmissis delinquens, nisi a nobis & successoribus nostris canonice intrantibus, etiam prætextu quaruncunque facultatum, concessionum & gratiarum, etiam confessionalium nuncupatarum, etiam à nobis & dicta sede hactenus emanatarum, vel in posterum emanandarum, specificam & expressam ac alias quàm per verba generalia de præsentibus litteris nostris mentionem non facientium, præterquam in mortis discrimine, absolui possit. Quibus etiā censuris ipsos diœcesanos Episcopos & Inquisitores subiacere volumus, si laicos secum quomodocunque de ipso crimine cognoscere aut iudicare permiserint. Vt autem præmissa omnia ad eorum quorum interest notitiam deducantur, nullusque de eis ignorantiam iuste prætendere possit, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentes litteræ per aliquos Cursores nostros aut Notarios publicos in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe & Ecclesiæ Lateranen. ac Cancellariæ Apostolicæ Valuis, necnon acie campi Florę, vt moris est, publicentur, earum exemplo in singulis valuis & acie huiusmodi affixo & dimisso. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ requisitionis, admonitionis, præcepti, declarationis, mandati, prolationis, voluntatis, & decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

Eyme. parte. 2 q. 54.

hoc

A hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo quinquagesimo, Quintodecimo Cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Pro Reuerendiss. D.M.Card. Crescens.
Io. Barengus.

Rom. Amasæus.

Lecta & publicata fuit in die Veneris sancti, in Capella Sanctitatis suæ, dum diuina celebrarentur officia.

Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, Indictione nona, die vero xxviij. mensis
B *Martij, Pontificatus S.D.N. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno eius secundo, Retroscriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt in vnuis seu portis Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Ioan. Lateran. & Cancellariæ Apostolicæ, necnon in Acie campi Floræ, dimissis copijs per nos Petrum Gomez Freyle, & Franciscum Munos, S.D.N. Papæ Cursores.*

Ita est. Petrus Gomez Freyle Cursor manu propria.
Ita est. Franciscus Munos Cursor manu propria.
Petrus Leobodie Magister Cursorum.

QVIBVS quidem litteris diligenter inspectis, illas ad requisitionem Reuerendi Patris Magistri Theophili Tropien. ord. Prædicatorum Commissarij generalis S. Inquisition. Per Notarium publicū infrascriptum, exemplari mandauimus & transumi, & in hanc publicam transumpti formam redigi: Decernentes & volentes, vt huic præsenti transumpto (iuxta earundem litterarum & decreti in eis appositi, continentiam & tenorem) plena fides vbique adhibeatur, ac si ipię originales litteræ exhi-
C bitæ vel ostensæ forent: quibus omnibus & singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus: & ad ampliorem euidentiam præmissorum, Sigillum nostrum, quo in talibus vtimur, præsentibus duximus apponendum. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentes litteras, atque præsens publicum transumpti instrumentum, exinde fieri, & per notarium publicum, nostrumque & dictæ Curiæ coram nobis scribam infrascriptum, subscribi & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus & fecimus impressione muniri. Datum Romæ in ædibus nostræ solitæ residentiæ, sub anno à Natiuitate Domini M D LI. Indictione nona, die vero XXVIII. mensis Martij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij, anno secundo, præsentibus ibidem discretis viris Dominis Bonifacio de Grangia, & Desiderio Bona auena motarijs publicis, & coram nobis scribis, clericis Gebenen. & Iullen. reipectiue diœcesis, testibus ad præmissa vocatis atque rogatis.

D Adam de Inuidia eiusdem Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Notarius ss. Locus sigilli

EDICTVM ILLVSTRISSIMORVM ET Reuerendissimorum DD. Cardinalium Reipub. Christianæ Inquisitorum generalium de comburendo Thalmud.

Illustrissimi & Reuerendissimi Cardinales Inquisitores generales reipub. Christianæ Romæ tempore Iulij iij. Pont. Max. Thalmud Hæbreorum tam Hierosolymitanum quàm Babylonicum comburi fecerunt: idē alijs Inquisitoribus priuatis facere iubent. Præcipiunt insuper, ne quis tales libros aut quaslibet eorum partes penes se retineat sub grauibus pœnis, neue à partibus infidelium adduci faciat.

Edita anno Domini. 1551. Ex bibliotheca nostra.

E NOS Ioannes Petrus Caraffa Episcopus Tusculanus, Rodulphus Pius de Carpo sanctæ Mariæ in Trastiberim, Ioannes à Toledo Compostellanus S. Pancratij, Hieronymus Verallus sancti Martini in montibus, Iacobus Puteus S. Simeonis, & Sebastianus Pighinus S. Calisti, Titulorum miseratione diuina S. R. E. Presbyteri Cardinales in vniuersa Republica Christiana contra hæreticā prauitatem Inquisitores generales, à sancta sede Apostolica specialiter deputati.

SVMMI Dei nostri prouidentiam, ac benignitatem, qua vt hominum genus ab errorum tenebris vindicatum in veritatis semitam perduceret, suæ gloriæ splendorem, è cælis ad terram demittere, ipsiusque lucis radijs bonos pariter, ac malos perfundere dignatus est, quantum pro humana fragilitate nobis licet æmulari totis gestientes affectibus pro iniuncti nobis officij solicitudine non modo ab Ecclesiæ Christianæ finibus, peruersa hæresum & impietatum dogmata eliminare quotidie pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

viribus studemus, sed etiam ad obcæcatam Iudæorum perfidiam quos interim Ecclesiæ Christi pietas secum haud seçus, quàm zizaniam commixtam tritico viuere permittit, nostri studij vigilantiam adhidere cupientes, nil eorum illuminationi conducibilius fore arbitrati sumus, quàm si ipsos ab impijs & inanibus doctrinis auertentes, ad sacras (quas se colere falso iactant) litteras scrutandas deducere possemus, vbi suæ salutis absconditum thesaurum, remoto ab eorum cordibus velamine, nobiscum Deo donante inuenire & agnoscere valerent. Quare cum ad nostram notitiam non sine ingenti animi dolore peruenisset, male sui studiosam ac obstinatam hanc Hebræorum gentem, iam pene clausis & obsignatis sacrorum Bibliorum libris, solis codicibus quibusdam quos Thalmud † appellant, studere, ac eos, vt aiunt, diurna nocturnaque manu versare: suosque filios à teneris vnguiculis hac virulenta doctrina præcipue imbuere, vbi pro pietate in Deum ipsum blasphemare, pro candido & sincero Deitatis cultu fabulas & inanes superstitiones, pro desiderio Redemptoris & Messiæ exitiale odium in Christum & maledicta in Christianos perdiscunt, edocti, priscorum Romanorum Pontificum, ac sanctorum Patrum semper imitando exempla, qui suis & scriptis & sanctionibus hos impios codices explodere conati sunt, tam detestandam diuini nominis iniuriam, ac huius gentis exitium diutius conniuentibus oculis pertransire nolentes, zelum officij nostri ad hanc impietatem magis detegendam ac radicitus extirpandam accedere volentes, per ministros sanctissimi officij nostri omnes huiusmodi codices Thalmud appellatos, per domos Hebræorum hanc almã Vrbem incolentium diligenter perquiri, & inuentos in vnum congregari, ac per viros fideles hæbraicum idioma callentes reuolui iussimus, & uirulenta, hæretica ac peruersa dogmata quibus respersi per totum erant, in vnum colligi & annotari, ac per Sacræ Theologiæ Doctores pro sui defensione auditis quantum decuit Rabinis Iudæorum, discuti & examinari fecimus. Et demum toto negotio diligenter discusso, & coram nobis fideliter deducto, luce clarius deprehendimus in codicibus præfatis Thalmud contineri apertas ac impias in Deum blasphemias aduersus Mosaycam legem, quam se profiteri iactant, & aduersus naturæ & honestatis leges, ea concedi, quæ humanæ aures audire perhorrescunt; Diuinum cultum tot nænijs, fabulis, & superstitionibus obuolui & obscurari, vt vix apud idololatras peius vnquam auditum fuerit: Demum in Iesum Christum Saluatorem nostrum ac sanctum ipsius Euangelium tot improperia, contumelias ac blasphemias irrogari, quæ de nefario ac perditissimo homine non sine nausea audiri possent. Quæ omnia pro Dei honore ea qua decet animaduersione euellere & punire cupientes, præhabito præfatorum virorum tam in sacris litteris quàm in vtroque iure maturo consilio, omnes huiusmodi libros Thalmud, quos colligere potuimus, per nostræ sententiæ decretum comburendos publice in acie campi Floræ huius almæ Vrbis iussimus, quod & sub die ix. huius maximo populi applausu executioni mandari fecimus. Cupientes autem vt hoc salutare exemplum ab hac Ecclesia omnium matre ac magistra ad reliquas per orbem proficiscatur, per præsentes auctoritate officij nostri, ac de speciali Sanctissimi D. N. mandato viuæ vocis oraculo desuper nobis facto, & etiam auctoritate nostri officij omnes, & singulos Principes Christianos & rerum publicarum rectores, necnon ordinarios locorum, & hæreticæ prauitatis Inquisitores hortamur, & monemus in Domino, & nihilominus eis in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ, & sub pœnis suspensionis à diuinis quo ad episcopos & maiores prælatos, ac excõmunicationis latæ sententiæ, quo ad alios præcipimus, vt quamprimũ præsentes nostræ ad eorũ notitiam peruenerint, omnes huiusmodi libros Thalmud per domos & synagogas Hebræorum in eorum ciuitatibus & terris habitantium diligenter perquiri, & inuentos publice comburi faciant: omnibus vero Hebræis in ciuitatibus ac terris Christianorum habitantibus, mandamus sub pœna confiscationis omnium bonorum suorum, quam ipso facto contrafaciendo incurrant, quorum quartam partem accusatoribus seu denuntiatoribus, reliquas vero inter ordinarios & Inquisitores locorum ac dominos temporales æquis portionibus diuidendas applicamus, vt infra tres dies ab harum nostrarum in h ac alma Vrbe in acie campi Floræ & in synagogis eorum: in alijs vero extra vrbem locis & terris, in locis publicis, & solitis publicatione & banno respectiue per proclamam faciendis, omnes prænominatos libros Thalmud tam Hierosolymitanum quàm Babylonicum, omnesque & singulas ipsorum partes, quos apud se habere contigerit, nobis seu nostris officialibus ac prædictis ordinarijs, & Inquisitoribus locorum respectiue consignare debeant, nec de cetero tales vel similes libros scribi aut imprimi vel à partibus infidelium ad has fideliũ partes deduci facere, aut quouis quæsito colore habere aut retinere possint aut debeant: vniuersis demum Christifidelibus in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna præcipiendo mandamus, ne prædictos codices Thalmud, vtpote damnatos ab Ecclesia, legere aut penes se retinere præsumant, nec Hebræis præfatis, pro habendis, scribendit seu imprimendis huiusmodi libris consilium, auxilium vel fauorem impendere audeant, contrafactores autem præter pœnas excommunicatis debitas alijs pœnis fautoribus hæreticorum, à iure taxatis punientur, prout per præsentes ex nunc puniri mandamus. In quorum omnium & singulorum fidem præsentes exinde fieri fecimus, & per Notarium nostrum infrascriptum subscribi, ac sigilli officij nostri impressione muniri. Dat. Romæ in ædibus nostris sub die xij. mensis Septembr. M D L III. Pont. S. D. N. D. Iulij diuina prouidentia Papæ tertij anno quarto.

† Concordat rescriptum In proc. iiii incip. Impia Iudæorum sup Pag. 4. adde. Eyme. pa. 2, q 45 nu. 8.

PAV-

PAVLVS PAPA IIII.

Bulla Sanctissimi D. Nostri Pauli Papæ quarti, contra negantes Trinitatem, aut diuinitatem Iesu Christi, aut eius Conceptionem de spiritu sancto, aut eius mortem, vt nos redimeret, aut virginitatem Beatissimæ semper virginis Dei genitricis Mariæ.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini. 1555. Exbibliotheca Illustriss. Iulij Antonij Sanctor. Cardinalis sanctæ Seuerinæ.

CVM quorundam hominum prauitas atque iniquitas eo vsque nostris temporibus processerit, vt ex ijs, qui à catholica fide aberrant & desciscunt, plurimi quidem non solũ diuersas hæreses profiteri, sed etiam ipsius fidei fundamenta negare præsumant, & eorũ exemplo multos in interitum animæ deducant: Nos cupientes, pro nostro pastorali officio & charitate, huiusmodi homines, quantum cum Deo possumus, à tam graui & pestilenti errore auocare, ac ceteros ne in talem impietatem labantur, paterna seuerita te admonere, omnes & singulos, qui hactenus asseruerunt, dogmatizarunt, vel crediderunt Deum omnipotentem non esse Trinum in personis, & incomposita omnino indiuisaque vnitate substantiæ & vnum vnamet simplici diuinitatis essentia, Aut Dominũ nostrũ Iesum Christũ nõ esse verum Deũ eiusdem substantiæ per omnia cum Patre, & Spiritu sancto. Aut eundem secundum carnem non esse conceptum in vtero Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de spiritu sancto, sed sicut cæteros homines ex semine Ioseph. Aut eundem Dominum ac Deum nostrum Iesum Christũ non subijsse acerbissimam Crucis mortem, vt nos à peccatis & ab æterna morte redimeret, & Patri ad vitam æternã reconciliaret. Aut eandem beatissimam Virginem Mariam non esse veram Dei matrem, nec perstitisse semper in virginitatis integritate ante partum scilicet, in partu, & perpetuo post partum, ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Apostolica auctoritate requirimus & monemus, quatenus infra spatium trium mensium à publicatione præsentium in Romana Curia, quo ad residentes in ea, modo infrascripto: extra eam vero, quo ad alios in illa non residentes, modo & forma pertes dicœcesanos statuendis facienda incipiendorum, quos pro primo, secundo, & tertio, ac peremptorio termino, ac monitione canonica eis & eorum cuilibet assignamus, ab eorum assertione, dogmatibus, & credulitate huiusmodi, ac quibuscunque aliis in fide prædicta erroribus, inquos hactenus lapsi sunt, resipuisse, & ad vnitatem Ecclesię redeundo, assertionem, dogmata, & credulitatẽ, ac alios errores huiusmodi in manibus Inquisitorum hæreticæ prauitatis, ciuitatum & locorum, in quibus ad præsens degunt, realiter & cum effectu abiurasse, & infra alios tres menses à die abiurationis huiusmodi inchoandos, de eadem abiuratione venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, dictæ hæreticæ prauitatis Inquisitoribus generalibus plenã fidem fecisse debeant. Nos enim eiusdem Dei omnipotentis exemplo, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, omnes & singulos, qui vt præfertur, ab assertione, dogmatibus & credulitate, ac alijs erroribus prædictis resipuerint, & ad vnitatem Ecclesiæ redeundo, assertionem, dogmata, & credulitatem, ac alios errores huiusmodi sponte abiurauerint, & de eadem abiuratione præfatis Inquisitoribus generalibus fidem fecerint, ac pœnitentiam priuatam per dictos particulares Inquisitores eis iniunctam cũ effectu adimpleuerint, à prædictis & quibusuis aliis quantumuis grauibus & enormibus hæresibus, & à fide Christi apostasijs, ac in eadẽ fide erroribus: necnon excõmunicationis, suspẽsionis & interdicti, aliisque sententijs, censuris & pœnis, tã Ecclesiasticis, quã tẽporalibus etiã bonorũ priuatiuis & corporis afflictiuis: ac capitalibus in tales à iure, vel ab homine latis & promulgatis, & per eos præmissorum occasione incursis, (dũmodo delati, aut inquisiti seu relapsi non sint) dicta auctoritate, tenore præsentiũ in vtroq. foro absoluimus & liberamus, ac cũ eis super irregularitate, quã propterea contraxerint, etiã si sic ligati Missas & alia diuina officia, etiã forsan in cõtemptũ clauiũ celebrauerint, aut illis aliàs se immiscuerint. Quòdq ea ipsa irregularitate, & ceteris præmissis, non obstantibus qui promoti non fuerint, ad omnes etiam sacros & presbyteratus ordines promoueri, & in illis tam ipsi, quàm qui iam etiam post incursam hæresim promoti fuerint, in alrarisministerio ministrare: Nec non tam clerici, quàm laici, & vtriusque sexus personæ, eorumque filij, nepotes, descendentes, ad gradus, honores, ordines, & officia, ac alia quæcunque assumi, illaque suscipere, & exercere libere & licite valeant auctoritate & tenore prædictis, de specialis dono gratiæ dispensamus, eisque pariter indulgemus, necnon omnem inhabilitatis & infamiæ maculam, siue notam circa eos præmissorum occasione quomodolibet insurgentem ab eis penitus & omnino abolemus. Et insuper cum errores, quos supra narrauimus ita graues & nefandi sint, vt illi, qui in eos decidunt, excusationem non habeant, sed iubuersi potius atque immanes, quàm hæretici merito dici possint: Hac nostra perpetuo valitura constitutione sancimus; quòd tam illi qui hactenus in ipsos errores, vel eorum aliquem lapsi sunt, & infra sup radictum terminum nõ resipuerint, & ea, quæ supradiximus non adimpleuerint, quàm omnes & singuli alij, qui in futu-

Concordat rescriptum Iulij Papæ iij incipit Illius, qui misericors su. pa. 113.

Augustin. in lib. de Assumptione beatæ Mariæ, c. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in futurum in illos, vel illorum aliquem quomodolibet prolabentur, cuiuscunque dignitatis, status, A
gradus, ordinis, vel conditionis existant, pro subuersis & relapsis in hæresim haberi, & vt relapsi Curiæ sæculari tradi, & per ipsam Curiam debiti pœnis in relapsos statutis puniri possint, in omnibus & per omnia perinde ac si vere & realiter in hæresim relapsi essent, & eos relapsos esse constaret: Nõ obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque cõtrarijs quibuscunque. Vt autem premissa omnia ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque de illis ignorantiam prætendere, ac se legitime excusare possit, Voluimus & dicta auctoritate decernimus, quòd præsentes litteræ, seu earum transumptum, cui si manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitum fuerit, eam prorsus fidem in iudicio & extra adhiberi statuimus, quæ ipsis littetis adhiberetur, si originaliter exhiberẽtur, in eadẽ Curia per aliquos cursores nostros in Basilicæ principis Apostolorũ, & Ecclesiæ Lateranen. de Vrbe, ac cancellariæ Apostolicæ Valuis, & Acie cãpi Florę, vt moris est: extra curiã vero prædictã, modo & forma per venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, & episcopos, ac alios Ecclesiarũ prælatos, quibus in virtute sanctæ obedientiæ per easdem præsentes mandamus, vt litteras, siue trãsumptũ huiusmodi vbiq. B
per eorũ prouincias, diœceses & ecclesias sincera charitate publicent & publicari faciant, statuendis, publicentur, earum exẽplo in singulis locis, in quibus publicatio ipsa fiet, affixo & dimisso. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostræ requisitionis, monitionis, assignationis, absolutionis, liberationis, dispensationis, indulti, abolitionis, sanctionis, voluntatis, decreti, statuti & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Marcum, Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto, Septimo Id. August. Pontificatus nostri anno primo.

Fed. Cardinalis Cæsius. Io. Barengus

Barengus

Anno à Natiuitate Domini M. D. LVI, Indictione xiiij. Die vero xxij. Mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ IIII, Anno eius secundo, præsentes retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas, seu portas Basilicarum Ecclesiarum Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, dimissis copiis affixis, vt moris est, per me Thomam Roger præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cursorem. C

Petrus Gomes magister cursorum.

PAVLVS PAPA IIII.

Bulla S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papę IIII. contra Hæreticos, & Schismaticos.

Iubet innouari, & inuiolabiliter obseruari omnes leges, decreta siue statuta à Romanis Pontificibus, sacris conciliis, & sanctorum Patrum decretis in Hæreticos, & schismaticos quouis tempore edita, etiamsi in litteris Pontificum extrauagantibus contineantur; & si non fuerint in vsu, ad vsum præcipit reuocari: vt cystodiantur D
contra quoscunque quacunque auctoritate & honore, vel dignitate existant; & quicunque in hæresim aut schisma inciderint, seu excitauerint, officiis & beneficiis & honoribus quibuscunque sint priuati, & ad illa de cetero sint inhabiles & incapaces, habeanturque pro relapsis perinde ac si prius hæresim in iudicio publice abiurassent, iidem curiæ sæculari tradantur, nisi eos de benignitate admittere voluerit sedes Apostolica, & ob hæresim & schisma prædicto modo vacantia beneficia, intra tempus a iure statutum idoneis personis conferantur. multæ in fautores & complices hæreticorum, & schismaticorum pœnæ statuuntur. & quicunque quacunque dignitate in hæresim aut schisma ante suam ad aliquam dignitatem promotionem, incidisse compertus fuerit, eius promotio etiam ad Papatum nulla sit, neque ei obediatur, sed licite ei omnis fidelitas subtrahatur, inuocato contra eos, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Paulus episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini 1558.

Ex bibliotheca nostra.

VM ex Apostolatus officio, nobis, meritis licet imparibus, diuinitus credito, cura Dominici gregis nobis immineat generalis; & exinde teneamur pro fideli illius custodia, & salubri directione, more vigilis Pastoris, assidue vigilare, & attentius prouidere: vt quæ hac ætate, peccatis exigentibus, propriæ prudentiæ innitentes licentius & perniciosius solito contra orthodoxæ fidei disciplinam insurgunt, & superstitiosis, ac fictitiis adinuentionibus sacrarum scripturarum intelligentiam peruertentes, catholicæ Ecclesiæ vnitatem, & inconsutilem Domini tunicam scindere moliuntur, ab ouili Christi repellantur, nec magisterium erroris continuent qui discipuli veritatis esse contemnunt: Nos considerantes rem huiusmodi adeo grauem & periculosam esse, vt Rom. Pontifex, qui Dei & Domini nostri Iesu Christi vices gerit in terris, & super gentes, & regna plenitudinem obtinent potestatis, omnesque iudicat, à nemine in hoc sæculo iudicandus, possit si deprehendatur à fide deuius redargui, & quod vbi malus intenditur E

pericu-

A periculum, ibi est plenius & diligentius consulendum, ne pseudo prophetæ, aut alii etiam sæcularem iurisdictionem habentes simplicium animas miserabiliter illaqueent, innumerabilesque populos eorum in spiritualibus, aut temporalibus curæ & regimini commissos, secum in perditionem, & damnationis interitum trahant, nec aliquando contingat nos abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta in loco sancto videre, cupientes quantum cum Deo possumus pro nostro munere pastorali vulpes vineam Domini demoliri satagentes capere, & lupos ab ouilibus arcere; ne canes muti videamur nequeuntes latrare, & perdamur cum malis agricolis, ac mercenario comparemur, Habita super his cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, deliberatione matura, de eorum consilio, & vnanimi assensu omnes & singulas excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ac priuationis, & quasuis alias sententias, censuras, & pœnas à quibusuis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, aut pro talibus habitis etiam per eorum litteras extrauagantes, seu sacris Cõciliis ab Ecclesia Dei receptis, vel sanctorum Patrum decretis, & statutis, aut sacris canonibus, ac cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contra hæreticos, aut schismaticos quomodolibet latas
B & promulgatas, Apostolica auctoritate approbamus & innouamus, ac perpetuo obseruari, & in viridi obseruantia, si forsan in ea non sint, reponi, & esse debere: necnon quoscunque qui hactenus à fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, seu, quod Deus pro sua clementia, & in omnes bonitate auertere dignetur, in posterum deuiabunt, seu in hæresim incident, aut schisma incurrent, vel excitabunt, seu committent, & deuiasse, seu incidisse, aut incurrisse, vel excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant, etiam si Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primatiali, aut alia maiori digni
Vide ad materiam huius rescripti Eymericum p. 2. q. 48. tate ecclesiastica, seu Cardinalatus honore, & Apostolicæ sedis vbiuis locorum tam perpetuæ quam temporalis legationis munere, vel mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia & Imperiali auctoritate, seu excellentia præfulgeant, & eorum quemlibet sententias, censuras, & pœnas prædictas incurrere volumus atque decernimus Et nihilominus considerantes dignum esse, vt
C qui virtutis amore à malis non abstinent, metu pœnarum ab illis deterreantur, & quòd Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui alios docere, & illis bono exemplo, vt in fide catholica contineantur, esse debent, præuaricando grauius ceteris peccant, cum non solum seipsos perdant, verumetiam alios innumerabiles populos eorum curæ & regimini creditos, seu aliàs eis subditos, secum in perditionem & puteũ interitus trahant, de similibus consilio, & assensu, hac nostra in perpetuũ valitura constitutione, in odium tanti criminis, quo nullum in Ecclesia Dei maius, aut perniciosius esse potest, de Apost. potestatis plenitudine sancimus, statuimus, decernimus, & diffinimus, quòd sententiis, censuris, & pœnis prædictis in suis robore & efficacia remanentibus, ac effectum suum sortientibus omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, Cardinales, Legati, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, & Imperatores, qui hactenus, vt præfertur, deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schismaces, Reges, & Imperatores, qui hactenus, vt præfertur, deuiasse, aut in hæresim incidisse, seu schisma incurrisse excitasse, vel cõmisisse deprehensi, aut confessi, vel conuicti fuerint, & in posterum deuiabunt, aut in hæresim incident, seu schisma incurrent, vel excitabunt, aut committent; & deuiasse, seu
D in hæresim incidisse, vel schisma incurrisse, aut excitasse, seu commisisse deprehendentur, aut confitebuntur, seu conuincentur, cum in hoc inexcusabiliores ceteris reddantur; vltra sententias, censuras, & pœnas prædictas, sint etiam eo ipso absque aliquo iuris aut facti ministerio suis ordinibus, & cathedralibus etiam Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus ecclesiis, ac Cardinalatus honore, & cuiusuis legationis munere, necnon voce actiua & passiua, omniq; auctoritate, ac monasteriis, beneficiis, & officiis ecclesiasticis cum cura & sine cura, sæcularibus & quorumuis ordinum regularibus, quæ ex quibusuis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, & administrationem, aut aliàs quomodolibet obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ ius aliquod habuerint, necnon quibusuis fructibus, & redditibus, & prouentibus annuis super similibus fructibus redditibus, & prouentibus eis reseruatis, & assignatis, Comitatibus quoque Baroniis, Marchionatibus, Ducatibus, Regnis, & imperio penitus & in totum perpetuo priuati, & ad illa de cetero inhabiles, & incapaces, habeanturque pro relapsis, & subuersis in omnibus & per omnia perinde, ac si prius hæresim huiusmodi in iudicio publice abiurassent, nec vllo vmquam tempore ad eorum pristi-
E num statum, aut cathedrales Metropolitan. Patriarchales, & primatiales ecclesias, seu Cardinalatus, vel aliud honorem, aut quamuis aliam maiorem, vel minorem dignitatem, seu vocem actiuam, vel passiuam, aut auctoritatem, seu monasteria, & beneficia, vel comitatus, Baronias, Marchionatus, Ducatus, Regna & Imperium restitui, reponi, reintegrari, aut rehabilitari possint: quinimmo sæcularis relinquantur arbitrio potestatis animaduersione debita puniendi, nisi apparentibus in eis vere pœnitentiæ indiciis, & condignæ pœnitentiæ fructibus ex ipsius sedis benignitate & clementia in aliquo monasterio, aut alio regulari loco ad peragendum perpetuam in pane doloris & aqua mœstitiæ pœnitentiam retrudendi viti fuerint. Quodque pro talibus ab omnibus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ existentibus, ac quacunque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Primatiali, aut alia maiori ecclesiastica dignitate, & etiam Cardinalatus honore, seu mundana, etiam Comitali, Baronali, Marchionali, Ducali, Regia, & Imperiali auctoritate & excellentia

pollenti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pollentibus haberi, tractari, & reputari, & vt tales euitari, omnique humanitatis solatio destitui de- A
beant. Et qui ius patronatus, aut nominandi personas idoneas ad cathedrales etiam Metropolitan. &
Patriarchales, ac Primatiales ecclesias, seu monasteria, vel alia beneficia ecclesiastica per priuationem
huiusmodi vacantia habere prætenderint, ne illa diutinæ vacationis exponantur incommodis, sedde
seruitute hæreticorum erepta, personis concedantur idoneis, quæ illarum populos in semitas iustitiæ
fideliter dirigant, teneantur ad ecclesias, monasteria, & beneficia huiusmodi alias personas idoneas
infra tempus a iure, vel ex eorum concordatis, seu compactatis cum dicta sede initis statutum, nobis,
seu pro tempore existenti Rom. Pontifici præsentare: alioquin tempore huiusmodi elapso, plena & li-
bera ecclesiarum, monasteriorum, & beneficiorum prædictorum dispositio, ad nos, & Rom. Pontifi-
cem prædictum eo ipso pleno iure deuoluatur. Et insuper qui ipsos sic deprehensos, aut confessos, vel
conuictos scienter quomodolibet receptare, vel defendere, aut eis fauere, vel credere, seu eorum dog
mata dogmatizare præsumpserint, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, efficianturque
infames, nec voce, persona, scriptis, vel nuntio, aut procuratore aliquo ad publica, seu priuata officia
aut consilia, seu synodum, vel consilium generale, vel prouinciale, nec conclaue Cardinalium, aut ali- B
quam fidelium congregationem, seu electionem alicuius, aut testimonium perhibendum admittan-
tur; nec admitti possint: sint etiam intestabiles, nec ad hæreditatis successionem accedant: nullus præ-
terea cogatur eis super aliquo negotio respondere. Quod si forsan iudices extiterint, eorum senten-
tiæ nullam obtineant firmitatem, nec aliquæ causæ ad eorum audientiam deducantur: & si fuerint
aduocati, eorum patrocinium nullatenus recipiatur: si vero tabelliones extiterint, instrumenta confe-
cta per eos nullius sint penitus roboris, vel momenti. Et insuper clerici omnibus & singulis ecclesiis,
etiam Cathedralibus, Metropolitan. Patriarchalibus, & Primatialibus, ac dignitatibus, monasteriis,
beneficiis, & officiis ecclesiasticis etiam, vt præfertur, qualificatis, per eos quomodolibet obtentis, &
tam ipsi quàm laici, etiam vt præmittitur, qualificati, & dignitatibus prædictis prædicti quibuscumq;
Regnis, Ducatibus, dominijs, feudis, & bonis temporalibus per eos possessis priuati existant eo ipso,
Regnaque, Ducatus, dominia, feuda, & bona huiusmodi publicentur, & publicata sint, efficianturq;
iuris & proprietatis eorum qui illa primo occupauerint, si in sinceritate fidei & vnitate S.R. E. ac sub
nostra & successorum nostrorum Ro. Pontificum canonice intrantium obedientia fuerint. Adiicien- C
tes quòd si vllo vmquam tempore apparuerit aliquem Episcopum, etiam pro Archiepiscopo, seu Pa
triarcha, vel primate se gerentem, aut prædictæ Rom. Ecclesiæ Cardinalem, etiam vt præfertur, Lega-
tum, seu etiam Romanum Pontificem ante eius promotionem, vel in Cardinalem seu Rom. Pontifi-
cem assumptionem à fide catholica deuiasse, aut in aliquam hæresim incidisse, seu schisma incurrisse,
vel excitasse, aut commisisse, promotio, seu assumptio de eo etiam in concordia, & de vnanimi omniu
Cardinalium assensu facta, nulla, irrita, & inanis existat, nec per susceptionē muneris, consecrationis
aut subsecutam regiminis, & administrationis possessionem, seu quasi, vel ipsius Rom. Pontificis in-
thronizationem, aut adorationem, seu ei præstitam ab omnibus obedientiam, & cuiusuis temporis
in præmissis cursum conualuisse dici, aut conualescere possit. nec pro legitima in aliqua sui parte ha-
beatur, nullamque talibus, in episcopos, seu Archiepiscopos, vel Patriarchas, aut Primates promotis,
seu in Cardinales, vel Ro. Pontificem assumptis in spiritualibus, vel temporalibus administrandi fa-
cultatem tribuisse, aut tribuere cēseatur: sed omnia & singula per eos quomodolibet dicta, facta, ge- D
sta, & administrata, ac inde secuta quæcunque viribus careant, & nullam prorsus firmitatem, nec ius
alicui tribuant, sintque ipsi sic promoti, & assumpti eo ipso absque aliqua desuper facienda declara-
tione omni dignitate, loco, honore, titulo, auctoritate, officio, & potestate priuati: liceatque omnibus
& singulis sic promotis, & assumptis, si à fide antea non deuiassent, nec hæretici fuissent, neque schis-
ma incurrissent, aut excitassent, vel commisissent subditis personis tam clericis secularibus, & regu-
laribus, quàm etiam laicis, necnon Cardinalibus, etiam qui electioni ipsius Pontificis antea à fide de-
uij, aut hæretici, seu schismatici interfuerint, seu aliàs consenserint, & ei obedientiam præstiterint, eiq;
que adorauerint, ac castellanis, præfectis, capitaneis, & officialibus etiam Almæ Vrbis nostræ, & to-
tius status ecclesiastici, etiam eisdem sic promotis, vel assumptis homagio, seu iuramento, vel cautio-
ne obligatis, & obnoxiis ab ipsorum sic promotorum, vel assumptorum obedientia & deuotione im-
pune quandocunque recedere, eosque vt magos, ethnicos, publicanos, & hæresiarchas euitare, eisdē
subditis personis fidelitati, & obedientiæ futurorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharū, E
Primatuū, Cardinalium & Rom. Pontificis canonice intrantis nihilominus astrictis remanentibus,
& ad maiorem ipsorum sic promotorum, & assumptorum, si eorum regimen, & administrationem cō
tinuare voluerint, confusionem, cōtra eosdem sic promotos, & assumptos auxilium brachii sæcularis
implorare, nec propterea tales ab ipsorum sic promotorum, & assumptorum fidelitate, & obedientia,
præmissorum occasione recedentes, tamquam tunicæ Domini scissores aliquarum censurarum, seu
pœnarum vltioni subiaceant. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec-
non priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Episcopis, Archiepiscopis, Patriarchis, Primati-
bus, & Cardinalibus, ac quibusuis aliis sub quibuscunq. tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clau-
sulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine,
seu etiam consistorialiter, aut aliàs quomodolibet concessis, & etiam iteratis vicibus approbatis, &
innouatis, ac etiam in corpore iuris clausis, necnon quibusuis capitulis conclauis etiam iuramento,

aut

e. excommunicamus 1. §. credentes,

Cæra prælatorum & Pontificum canonice non electorum qui prius fuerunt hæretici, vel schismatici.

A aut cōfirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, & per nos ipsos iuratis. Quibus om
nibus eorum tenores præsentibus pro expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs
in suo robore permāsuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs
quibuscunque. Vt autem præsentes litteræ ad omnium quorum interest, notitiam deducantur, vo-
lumus eas, seu earum transumptum, (cui manu notarij publici subscripto, & sigillo alicuius personæ
in dignitate ecclesiastica constitutæ munito, plenam fidem adhiberi debere decernimus) in Basilicæ
principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ Valuis, atque in Acie Campi Floræ per
aliquos ex cursoribus nostris publicari, & affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicatio-
nemq, affixionem, & copiæ affixæ dimissionem huiusmodi sufficere, & pro solemni & legitima habe-
ri, nec aliam publicationem requiri, aut expectari debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostræ approbationis, innouationis, sanctionis, statuti, derogationis, voluntatum, & decre-
torum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indigna-
tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Da
B tum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo quin-
quagesimo octauo, Quinto decimo kal. Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

†*Ego Paulus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus SS.*

†*Ego Io. Bellayus Episcopus Ostien. ss.*
†*Ego R. Card. de Carpo Episcopus Portuen.*
†*Ego F. Car. Pisanus Episcopus Tusculan.*
†*Ego Fed. Card. Cæsius Episcopus Præn.*
†*Ego P. Card. Episcopus Albanen.*
†
†*Ego R. Card. S. Angeli Maior Præn.*
C †*Ego T. Card. Christus.*
†*Ego Fulvius Card. Perusinus.*
†*Ego Io. Mich. Card. Saracenus.*
†*Ego Io. Card. S. Vitalis.*
†*Ego Ia. Card. Puteus.*
†*Ego Hier. Card. Imolen.*
†*Ego B. Card. Tranen.*
†*Ego Diomedes Card. Arianen.*
†*Ego Scipio Card. Pisarum.*
†*Io. Card. Reumanus.*
†*Io. Antonius Card. S. Pancratii.*

Locus signi.

DOMINVS MIHI ADIVTOR

†*Ego Tha. Card. Gaddus.*
†*Ego Virg. Card. de Speleto.*
†*Ego F. M. Card. Alexan.*
†*Ego Cle. Monilianus Card. Aræt.*
†
†*Ego C. Asc. Diaconus Card. Cam.*
†*Ego N. Card. de Sermoneta.*
†*Ego Ia. Card Sabellus.*
†*Ego Hier. Card. S. Georgij.*
†*Ego Inno. Card. de Monte.*
†*Ego Aloy. Card. Cornelius.*
†*Ego C. Cardinalis Carafa.*
†*Ego Alfon. Card. Neapolitan.*
†*Ego Vitellotius Card. Vitellius.*
†*Ego Io. Baptista Car. Consiliarius.*

Io. Barengus.
Barengus.

PIVS PAPA IIII.

D

Bulla Sanctissimi Domini Nostri Pij diuina prouidentia Papæ quarti Concessionis facultatis eligendi Notarios in causis officio Inquisitionis spectantibus.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Edita anno Domini 1561.

Ex Archiuo generalis Inquisitionis Romanæ.

E PASTORALIS officii cura, meritis licet imparibus, nobis ex alto commissa, nos af-
fidue incitat, & inducit, vt vigiles solicitudinis nostræ oculos diligenter circumflecta-
mus, ad eaque potissimum nostræ prouisionis remedia adhibeamus, per quæ sancta &
Catholica fides, vbique prout debet conseruetur, & augeatur, improbique hæretici il-
lius impugnatores, quoad fieri potest debite compescantur, & comprimantur. Sane
pro parte dilectorum filiorum Inquisitorum, & commissariorum hæreticæ prauitatis in diuersis re-
gnis, prouinciis, ciuitatibus, insulis, & aliis Christiani orbis partibus deputatorum, nobis nuper expo
situm fuit, quòd ipsi in causis sanctæ fidei aduersus eosdem hæreticos prosequendis personis proba-
tis, & idoneis, quæ officio notarii in eis fungantur plurimum indigere noscuntur. Vnde officio ipsius
Inquisitionis, tum propter ipsorum notariorum penuriam, tum quia plerique officium huiusmodi
tamquam odiosum exercere recusant, ne illud suscipiendo quemquam offendere videantur, magnum
incommodum, & detrimentum generatur. Nos igitur nostræ vigilantiæ curam adhibere, in præmis-
sisque opportune prouidere volentes, omnibus & singulis hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, & com
missariis, in quibusuis regnis, dominiis, prouinciis, ciuitatibus, insulis, etiam Græciæ, ceterisque terris
& locis in quibus Christiana religio colitur, constitutis, & quomodolibet pro tēpore deputatis, quòd

quotiens

Universidad de Deusto
Biblioteca

Campegius ad Zanch. c. 9. dixi ad Eymer. 3. p. q. 18. & seq.

quotiens eis expedire videbitur, vnum vel plures, etiam clericos sæculares, vel quorumuis ordinum regulares, qui sibi sufficientes, & idonei visi fuerint, in quibuscunque causis sanctæ fidei, & Inquisitionis huiusmodi in notarios eligere, assumere, & creare, eosque ad officium notariatus causarum prædictarum, deputare, ipsique sic electi, & deputati, acta quæcunque, & processus causarum ipsarum diligenter, & fideliter describere, & annotare: ceteraque omnia ad id quomodolibet necessaria, & opportuna facere, gerere, & exercere, libere, & licite possint, & valeant, plenam, & omnimodam auctoritate Apostolica tenore præsentium facultatem, & potestatem concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quarumuis ciuitatum, & terrarum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, & quibusuis notariorum collegiis, etiam per sedem Apostolicam quomodolibet concessis Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, & eadē auctoritate Apostolica decernimus, quod quoniam difficile admodum esset præsentes nostras litteras, ad singula quæque loca, vbi opus foret deferri, earundem præsentium transumptis, manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo officij Inquisitionis Almæ Vrbis nostræ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo primo, sexto Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Fed. Cardinalis Cæsius. Cæsar Glorierius.

Barengus.

Registrata in Camera Apostolica.

Claudius de Valle Sanctæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis Notarius SS.

PIVS PAPA IIII.

Breue Apostolicum concessum R. D. Inquisitori Auinionen. super non reuelatione, nec publicatione nominum, & cognominum testium examinatorum in officio sanctæ Inquisitionis tam contra hæreticos, quàm contra schismaticas.

Pius Papa quartus, ad futuram rei memoriam.

Edita anno Domini 1561.

Ex Archiuo generalis Inquisitionis Romanæ.

VM sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus, humani generis hoste instigante ita schismaticorum & aliorum hæreticorum numerus in prouincia, statu, & diœcesi ciuitatis nostræ Auinion. præualuerit, & propter eorum, seu alicuius ipsorum potentiam, & malitiam, nullus contra eos deponere, seu eorum crimina reuelare, & accusare audeat: quò fit, vt ipsi schismatici, & hæretici remaneant impuniti, in nō modicam diuinæ Maiestatis offensam, & graue personarum Catholicarum scandalum. Nos ne in futurū aliquis metu ipsorum hæreticorum, & schismaticorum, eorum crimina reuelare formidet, aliàs in præmissis opportune prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, Dilecto filio frātri Bernardo moderno Inquisitori Auinionen. vel pro tempore existenti, in dicta Prouincia hæreticæ prauitatis Inquisitori, vt personas quæ schismaticos, seu hæreticos huiusmodi reuelauerint, seu contra eos deposuerint, & testificauerint, publicare, seu reuelare minime teneantur. Et si ab eodem Inquisitore aliqua ipsorum testium dicta publicari contingat, ita truncata & secreta publicentur, vt cognitio nominum, & cognominum ipsorum testium, ad aliquam notitiam deuenire nō possit. Quòdque ipse Inquisitor à quoquam syndicari nequeat, & nemini, nisi nobis, aut pro tempore existēti Romano Pontifici, & Almæ Vrbis nostræ supremis Inquisitoribus de processibus per eum cōtra dictos hæreticos & schismaticos formatis rationem reddere teneatur, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus pariter & indulgemus, districtius inhibentes Vniuersis & singulis Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, eorumque in spiritualibus, & temporalibus Vicariis, seu officialibus generalibus, & dilectis filiis omnibus, & singulis Iudicibus & personis tam ecclesiasticis quàm sæcularibus cuiuscunque dignitatis, status, gradus & ordinis, vel conditionis existentibus, neipsum modernum, & pro tempore existentem Inquisitorem ad nominum, & cognominum dictorum testium reuelationem & publicationem, seu de processibus per eundem modernum contra ipsos hæreticos & schismaticos formatis, vel ab eo, & alijs Inquisitoribus pro tempore in futurum formandis rationis redditionem arctare, nec super præmissis, seu eorum occasione quouis prætextu molestare, perturbare, vel inquietare audeant, vel præsumant. Irritum nihilominus & inane decernentes, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & in Prouincialibus, ac

Concilium Biterrense c. 10. Eymericus 3. p. q. 75.

bus, ac synodalibus concilijs editis generalibus, vel specialibus, statutisque & consuetudinibus etiā iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis: priuilegiis quoque indultis & litteris Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expresse latissimeque derogamus. Ceterisq. contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris die prima Nouembris. M. D. LXI. Pontificatus nostri anno secundo.

Cæs. Glorierius.

PIVS PAPA IIII.

Motus proprius. S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. in fauorem Inquisitorum hæreticæ prauitatis, Quòd procedere possint contra Regulares.

Inquisitores hæreticæ prauitatis procedere possunt contra quoslibet religiosos & exemptos hæreticos, seu aliàs quauis modo de hæresi suspectos, vel culpabiles, dummodo à suis superioribus non fuerint præuenti, quos punire possunt iuxta canonica instituta, nullis in contrarium constitutionibus quicquam iuuantibus.

Pius Papa Quartus, ad futuram rei memoriam.

Edita anno Domini 1562.

Ex bibliotheca nostra.

DASTORIS æterni vices, meritis licet insufficientibus gerentes in terris sic vigilantiæ nostræ solicitudinē circa oues curæ nostræ diuina dispositione commissas exercere studemus, ne illæ ab ouili suo, extra quod saluus nemo esse potest, aberrantes in luporum rapacium insidias vllo modo incidere valeant, sed intra caulas debite custoditæ, ad cælestia pascua feliciter peruenire possint. Nuper siquidem accepimus, nonnullos Rom. Pontifices prædecessores nostros anteactis temporibus ex causis tunc expressis diuersis ordinibus etiam mendicantibus, quòd contra eorum fratres, & religiosos in quibuscunq. causis etiam hæresis, nisi per eorundem ordinum superiores, & prælatos inquiti, aut procedi quoquomo non possit, inter alia priuilegia per suas litteras concessisse, & nos forte illas confirmasse: supercrescente autē temporis, & hominum malitia, hac nostra potissimum ætate (quod sane dolenter referimus) in agro euangelici Patrisfamilias zizania etiam inter dictos fratres, & religiosos in tantum pullulasse, messesque tritico rarescentes adeo polluere videmus, vt vulpeculæ iam in aperto vineam Domini demoliri nitantur: Quare nos pro pastoralis officij nobis diuinitus crediti debito, quantum cum Deo possumus, opportuna in præmissis remedia adhibere volentes, vt quos Dei amor à malo nō reuocat, pœnæ saltem formido à delinquendo retrahat: Et propterea considerantes, quòd si dilecti filij Inquisitores hæreticæ prauitatis, tam generales, quàm vbique locorum deputati particulares, in causis hæresis huiusmodi contra quoscunque quorumuis ordinum etiam quomodolibet exēptorum, & mendicantium fratres professores & religiosos, quandocunque causas ipsas hæresis ab eis inchoari contigerit, procedere valerent, profecto id in non modicam fidei catholicæ cederet vtilitatem, cum præsertim ex hoc superiores, & prælati ordinum prædictorum, sicut verisimiliter credendum est, ad subditos suos sub probata religionis norma continendos, transgressoresque debitis pœnis compescendos facile reddi possint diligentiores: idcirco Motu proprio, & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, hac nostra firmiter valitura constitutione, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, ordinamus, atque decernimus, quòd de cetero in omnibus Christiani orbis partibus Inquisitores hæreticæ prauitatis, tam generales quàm in quibusuis prouinciis, ciuitatibus, oppidis, terris, & locis pro tempore deputati particulares contra quoscunque fratres professores, & religiosos ordinum prædictorum, ac etiam contra quoscunque quouismodo priuilegiatos & exemptos de hæresis crimine quomodolibet suspectos, aut culpabiles, dummodo † ab eorundem fratrum professorum, & religiosorum superioribus & prælatis in causis huiusmodi præuenti non fuerint, iuxta facultates officii ipsius Inquisitionis inquirere & procedere, ac culpabiles, & deliquentes repertos secundum canonicas sanctiones castigare, atque punire, ceteraq. omnia & singula facere, gerere, & exequi libere, & licite possint & valeant: super quibus plenam & liberam eisdem Inquisitoribus, & eorum cuilibet facultatem concedimus & potestatem: Sicque per quoscunque iudices; & commissarios quauis auctoritate fungentes, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari, & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, & ordinum prædictorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitata alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam mari magno, &

† Vide omnino quæ dixi in Directorio Inquisit. p. 3. super q. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bulla aurea vel aliàs quomodolibet nuncupatis eisdem ordinibus & illorum superioribus, ac prælatis etiam prædictos Roman. Pontifices prædecessores nostros, & sedem Apostolicam, ac etiam per nos aut quoscunque alios quouismodo concessis, confirmatis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis: quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum omniũ tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & totaliter insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter & expresse derogamus, ac sufficienter & plene derogatum esse volumus, atque decernimus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quòd præsentium transumptis manu Notarii publici suscriptis, ac sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ea prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus litteris ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, Die prima Aprilis, Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, Põtificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

Anno à Natiuitate Domini M D LXII. *Indictione quinta, die vero decima mẽsis Aprilis Pont. S. in Christo patris & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ iiij. Anno tertio, Retroscriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apost. ac in acie campi Floræ: dimissis inibi illarum copiis auscultatis & collationatis cum eiusdem originalibus litteris, vt moris est, per me Thomam Roger S.D.N. Papæ, sanctæ Inquisitionis cursorem.*

PIVS PAPA IIII.

Facultas Illustrissimorum Cardinalium Inquisitorum generalium procedendi contra Prælatos.

Illustrissimi Cardinales reipub. Christianæ Inquisitores generales procedere possunt contra Episcopos & quoslibet alios prælatos, etiam Cardinalatus dignitate decoratos absentes, hæreticos vel de hæresi suspectos aut diffamatos in regionibus suspectis commorantes, ad quos liber non patet accessus, eosque citare vt intra terminum, quem illis præfixerint, debeant se eisdem generalibus Inquisitoribus præsentare sub pœnis excommunicationis, suspensionis, ac priuationis omnium dignitatum, & beneficiorum, & aliis arbitrio ipsorum imponendi: nec dicti prælati possunt per procuratorem aut quemlibet excusatorem respondere. confectus processus summo Romano Pontifici est referendus, vt sententia iusta & debita contra tales promulgetur.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini 1563

Ex Archiuo generalis Inquisitionis Romanæ.

ROMANVS Pontifex, Christi Vicarius, ac beati Petri successor, cui ipse Christus Dominus noster oues suas pascendas enixe ter commendauit, ne oues deperditæ de eius manu quandocunque requirantur, omni studio & solertia continue inuigilare debet, vt à sancta Romana Ecclesia, quæ ceterarum caput est, & magistra, deuiantes ac aberrantes, ad gregem Dominicum totis viribus reducat, & quas Dei timore proposito & salutaribus monitionibus ad illam allicere nequiuerit, temporalium saltem pœnarum metu coerceat. Cumque nos propte rea postquam ad summi Apostolatus apicem, licet immeriti, diuina fauente clementia assumpti fuimus, statim mentis nostræ aciem eo direximus, vt hæreticæ prauitatis vndique extirpatis erroribus fides Catholica vbique augmentum suscipiat, & diffusius protendatur, nihilque quod huic rei profuturum cognouimus, prætermiserimus. Et nihilominus sicut nuper non sine graui cordis dolore & animi amaritudine accepimus, nonnulli prælati, & indignitate ecclesiastica ac episcopali ordine constituti, ad quos veluti in partem solicitudinis nostræ vocatos magis spectaret ceteros præsertim eorum curæ creditos ab erroribus reuocare, & in eisdem erroribus pertinaciter persistentes insequi, nedum in similes errores hæreticos grauiter prolapsi fuere; sed etiam ceterorum hæreticorum fautores, receptatores, & auxiliatores existunt, & eandem fidem Catholicam cuius defensores esse deberent, in dies oppugnare non verentur. Volentes igitur huic tam pernicioso morbo, prout nostro incumbit officio, occurrere, ac ne vlterius progrediatur, quantum in nobis est, prouidere: Motu proprio per Apostolica scripta venerabilibus fratribus, & dilectis filiis nostris Inquisitoribus contra hæreticam prauitatem generalibus in alma Vrbe nostra pro tempore residentibus, quibus vt contra quoscunque etiam episcopali, ac quacunque alia etiam Cardinalatus præditos dignitate procedere possint, per alias nostras indultum tenore præsentium, committimus & mandamus, vt omnes & singulos hæreticos, & hæreticorum fautores, receptatores & auxiliatores prædictos, de huiusmodi criminibus diffamatos, in prouinciis & locis in quibus Lutherana secta inualuit, commorantes, ad quos ob ipsorum hæreticorum frequentiam notorium est tutum seu saltem liberum non patere accessum, etiã si episcopali, archiepiscopali, patriarchali & alia quacunq. etiam

etiam Cardinalatus dignitate præfulgeant, nullis alijs desuper habitis super nõn tuto vel non libero accessu, huiusmodi informationibus (receptis tamen summarie & extraiudicialiter quantum ipsis Inquisitoribus sufficere videbitur prius indicijs) etiam per edictum in valuis palatij officij sanctæ inquisitionis, & Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, ac in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ tantum per vnum ex nostris Cursoribus, vel etiam in locis finitimis terrarum in Italia consistentium, nobis & eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis, prout ipsis Inquisitoribus visum fuerit, affigendum, & publicandum citent, moneant & requirant, vt intra certũ & competentem terminum eis ipsorum Inquisitorum arbitrio prefigendum sub excommunicationis latæ sententiæ, suspensionis à diuinis, & priuationis etiam à Cathedralibus ecclesijs, & quibuscunq; dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis, ac officiis & ordinibus quæ obtinẽt, & in quibus constituti existunt, & inhabilitatis ad illa & alia quæcunque in posterum obtinenda, necnon confessionis criminum hæresis eis obiectorum, alijsque tam ecclesiasticis quàm temporalibus, etiam pecuniarijs, & bonorum confiscationis, ac corporalibus, & etiam relapsus, & alijs per ipsos Inquisitores imponendis pœnis, coram ipsis personaliter & non per procuratorem, defensorem vel excusatorem aliquem compareant, & se à criminibus prædictis expurgent, & si in termino prædicto non comparuerint, & se à dictis criminibus legitime non expurgauerint, ad obseruationem terminorum ad docendum se dictis litteris citatorijs & monitorialibus paruisse, pro sententia declaratoria incursus censurarum & pœnarum in eisdem litteris contentarum ferenda seruari solitorum, ac etiam in causa ipsa criminis hæresis inquirendo ad receptionem probationum pro diffinitiua super crimine etiam contra absentes, sic vt præfertur monitos ferenda sententia, vsque ad ipsius sententiæ ferendæ calculum procedant, ac demum processum omnem nobis, vt ad sententiæ, quę iusta visa fuerit, prolationem deuenire possimus in Consistorio nostro secreto referant. Nos enim citationem & monitionem per publicũ edictũ, vt præfertur, decernendas & exequendas prædictas, dictos sic citatos & monitos perinde arctare, ac si personaliter citati forent, illasque ac processus desuper habendos, sententiasque inde ferendas validos & validas fore: Sicq; per quoscunque iudices & commissarios etiã causarum palatij Apostolici Auditores in quauis instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter interpretandi & diffiniendi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere: Irritum quoque & inane, quidquid secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac palatij nostri stylo etiã certã aliam formam, quoad citationes per edictum decernendas & exequendas, inducentibus: quibus illorum omniũ tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ commissionis, mãdati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, Septimo Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

Cæ. Glorierius.
Fed. Card. Cæsius
H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

PIVS PAPA IIII.

Breue S.D.N. Pij Papæ Quarti, super reuocatione licentiarum datarum legendi libros hæreticos, & prohibitos.

Nullus tametsi Episcopali, Archiepiscopali, aut alia maiori dignitate præfulgeat, prætextu cuiuslibet facultatis à quocunque concessæ potest legere libros hæreticos & prohibitos, exceptis Inquisitoribus & eorũ commissarijs à sede Apostolica deputatis. bibliopolæ vero, & quicunque tales libros habuerint, debeant eos realiter & cum effectu Inquisitoribus assignare sub pœnis in hæreticos latis.

Pius Papa quartus, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini. 1564.

Ex bibliotheca Illustriss. Iulij Antonij Sãctorij Card. Sanctæ Seueri næ.

CVM pro munere, quod sustinemus, id præcipue nobis propositum habeamus, & omni studio, diligentiaque curemus, vt omnes Christifideles tam grauibus calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide contineamus id agere, & prouidere necesse est: vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Nemini autem mirum videri debet; si Romanus Pontifex nonnunquã facultates aliquas, quas ipse vel prædecessores eius probabili adducti ratione concesserint, postea reuocet, cũ ipso rerũ vsu edoctus animaduerterit, eas iustiore de causa esse reuocandas. Ad notitiã nostram peruenit ex data nonnullis licentia habendi & legendi libros hæreticos, aut de hæresi supectos ad hæreses, & errores, qui in eis libris continebantur, refellendos: non raro euenire solere, vt illis ipsis

I corum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum librorum lectio noceat, quibus ob eam causam concessa fuerit, vt alijs prodesse possent, illis ipsis hæresibus, & erroribus propter humanæ mentis imbecillitatem eos implicans, à quibus se alios reuocaturos esse confisi fuerant. Huic rei prouidere, & animarum periculo, quantum fieri potest pro pastorali solicitudine occurrere cupientes, cogitantesq; nobiscum, nuper in sacro generali Concilio hæreses horum temporum ita confutatas, atque damnatas fuisse: vt tantæ Synodi auctoritas, cuius decreta huius sanctæ Sedis auctoritate cum deliberatione matura confirmata, & comprobata sunt: ad vitandos errores & catholicæ fidei veritatē agnoscendā sufficere omnibus debeat, nec vllius præterea confutatio requirēda sit: prædecessorum nostrorum, præsertim se.re. Iulij III. & Pauli IIII. vestigijs insistentes, Motu proprio, & ex certa sciētia nostra, ac deliberatione matura omnes, & singulas facultates habendi & legendi libros Lutheranos, aut aliorū hæreticorū, seu de hæresi suspectos omnibus tā clericis sæcularibus, aut regularibus, quàm laicis cuiuscunq; status, gradus, ordinis vel conditionis sint, etiam si episcopali, vel archiepiscopali, aut alia maiori ecclesiastica, seu sæculari dignitate præfulgeant (Inquisitoribus, & cōmissarijs hæreticæ prauitatis à sede Apostolica deputatis quoad eo, officio fungentur, exceptis) a nobis aut quocunq; prædecessorū nostrorū, seu Apostolicæ sedis legatis maiorive Pœnitētiario, vel quibuscunq; alijs, quibuscunq; verborū formis, & clausulis, etiam derogatoriarū derogatorijs, irritantibusq; & alijs decretis quomodolibet etiā motu, & scientia simili ad hoc tempus concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium reuocamus, & pro reuocatis, & irritis, perinde ac si nunquam concessæ fuissent, habemus, & haberi volumus. Inhibentes omnibus sub censuris, sententijs, & pœnis tā à sacris canonibus, quàm à sede Apostolica ad hoc tempus constitutis in eos, qui huiusmodi libros legant, aut habeant, ne quis eorum posthac eis facultatibus vti, neue vllos omnino libros huiusmodi improbatos, & prohibitos, aut quos in posterum à sede Apostolica, Inquisitoribusue hæreticæ prauitatis, aut locorum ordinarijs improbari, prohiberique contigerit, legere, habereue quacunque de causa audeat. Impressores autem & bibliopolas, & alios, quicunque eiusmodi libros habent, habuerintue (Inquisitoribus, & cō missarijs ijsdem dumtaxat exceptis) monemus, & cuilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna incursus criminis hæresis, & alijs contra hæreticos à iure inflictis, & irrogatis tam ecclesiasticis, quàm temporalibus sententijs, censuris, & pœnis præcipimus, ac mandamus, vt eos libros intra sexaginta dies à die, quo hæ litteræ publicatæ fuerint, numerandos, quorum viginti pro primo, alios viginti pro secundo, reliquos viginti pro tertio, ac peremptorio termino, & monitione canonica eis assignamus, Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in ciuitatibus, in quibus ij libri sint, tradant, atque consignent. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt vero hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium quorum oportet notitiam perueniant: nec quisquam ea excusatione vti possit: quod illa ignorauerit, volumus, & mandamus, vt in Basilica Vaticana principis Apostolorum, & in ecclesia Lateranensi tunc, eum in eis populus, vt Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam clara voce à curiæ nostræ Cursoribus, seu Notarijs aliquibus publicis recitentur, & postquam recitatæ fuerint, ad Valuas earum ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur, ibique quo legi, & omnibus innotescere possint, aliquandiu relinquantur: Transumptis quoque earum quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munita fuerint, vt sine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus, atque decernimus. Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxiiij. Martij. M D L X I I I I. Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellinus.

Anno à Natiuitate Domini MDLXIIII. Indictione vij. die vero vij. mensis Aprilis, Pont. S. in Christo patris, & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ quarti, Anno quinto. Retroscriptæ litteræ, lectæ, & recitatæ fuerunt alta & intelligibili voce, ac affixæ & dimissæ fuerunt in locis retroscriptis, dimissis etiam ibidem copijs affixis, & aliàs in omnibus & per omnia, iuxta illarum formam, & tenorem per nos Thomam Roger, & Iacobum Carra præfati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores.

Bartholomæus Sottocasa Magister Cursorum.

PIVS PAPA IIII.

Approbatio Indicis librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos.

Nemo legat libros in Indice comprehēsos, Index cum præfixis regulis custodiatur: qui libros prohibitos ob hæresim aut hæresis suspicionem legerit, ipso iure manet excommunicatus: & ob id in eum tamquam in suspectum de hæresi procedi potest: qui libros alia de causa damnatos legerit, mortaliter peccat, & arbitrio episcoporum grauiter est puniendus.

Pius

Pius Papa quartus, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini. 1564.

Ex indice librorum prohibitorū & bullario Romæ impresso.

DOMINICI gregis custodiæ Domino disponente præpositi, vigilis more pastoris non desistimus ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura & diligentia præcauere, ne propter negligentiam nostram pereant oues, quæ pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptę. Etsi autem quæ ad fidei veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæreses confutandas pertinebant, in œcumenico, & generali Concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerunt, vt facile iam sit vnicuique sanam Catholicamque doctrinam à falsa, adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo simpliciores homines corrumpere soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, & à veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimū ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederetur index, siue catalogus librorū, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suspecti, vel certe moribus & pietati noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta episcoporum, & aliorum doctissimorum virorum copia delegit ad eum conficiendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidē non sine maximo labore, plurimisque vigilijs, eum indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, adhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatus fuisset: vt ne ante ederetur, quàm à nobis approbatus fuisset: Nos doctissimis quibusdam, probatissimisque prælatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur eum magno studio, acri iudicio, diuturna cura confectum, & præterea commodissime digestum esse cognouerimus: Nos saluti animarum consulere, eamque ob causam prouidere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, quæ in eo improbantur, siue vt hæretica, siue vt de hæretica prauitate suspecta, siue vt pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigentia, posthac à Christifidelibus legantur, ipsum Indicem, vnà cum regulis ei propositis auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimiq; ac diuulgari, & ab omnibus vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscunq; alijs vbiq; suscipi, easq; regulas obseruari mādamus, atque decernimus: inhibentes omnibus, & singulis tam ecclesiasticis personis sæcularibus, & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quàm laicis quocunque honore, ac dignitate præditis, ne quis contra earum regularum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis libros vllos legere habereue audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit; is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiuscuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritue, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos legerit, habueritue, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio seuere se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, ne excommunicari possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neue quis excusatione ignorationis vti possit: volumus, & mandamus, vt hæ litteræ per aliquos Curiæ nostræ Cursores in basilica Vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solemnibus interfit, congregari solet, palam, & clara voce recitentur: & postquam recitatæ fuerint, ad valuas earum ecclesiarum, itemque Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigantur: ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantisper relinquantur. Cum autem inde amouebuntur: earum exempla in ijsdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem, omnes, & singulos qui his litteris comprehenduntur, post tres menses à die publicationis, & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsismet illę editę, lectęque fuissent. Transumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici notarij scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem sine vlla dubitatione haberi mandamus, atque decernimus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die vigesima quarta Martij, Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellius.

PIVS PAPA V.

Sanctissimi D. N. Pij Papæ V. Declaratio, & constitutio, quòd sententiæ in reorum Inquisitorum fauorem per quoscunque iudices contra iurisdictionis dispositionem, vel stylum officij Sanctissimæ Inquisitionis latæ, & ferendæ, nunquā transierint, nec in futurum in rem iudicatam transire possint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Edita anno Domini ab incarnatione 1566.

Ex Bullario Pij V. impresso Romæ.

MOTV proprio, &c. Inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis est, prout esse debet, vt Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgatis, immo quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus hæresibus, & prauis errorum opinionum dogmatibus tuto militare, & tamquam nauis in tranquillo mari, sedatis omnibus tempestatum fluctibus & procellis, secure nauigare, & ad optatum salutis portum peruenire possit. Cum itaque nos, dum in minoribus constituti sanctissimi officij Romanæ, & vniuersalis contra hæreticam prauitatem Inquisitionis negotia pertractaremus, tandem ex longo vsu atque experientia rerum magistra cognouerimus, quòd multi rei delati, & in prædicto sanctissimo officio, seu alibi coram locorum ordinarijs, & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus processati, ac de hæretica prauitate Inquisiti falsos testes ad eorum defensam examinari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita & doctrina minime informatorum opera, & testimonio se iuuantibus, ac diuersis alijs illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus, & malitijs prædictum sacrum officium Sanctissimæ Inquisitionis, ceterosque iudices, & etiam Romanos Pontifices deludendo, & decipiendo, plures etiam veluti innocentes diffinitiuas à prædictis processibus, & Inquisitionibus absolutorias, & præcedente canonica purgatione eorum assertæ bonæ & Catholicæ fidei vitæ, & doctrinæ declaratorias sententias, seu decreta ab eodem sanctissimo officio, alijsque locorum ordinarijs siue delegatis, & Inquisitoribus, ac etiam Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris obtinuerunt, seu extorserunt: quas sentẽtias, & decreta prẽfati Romani Põtifices, etiam cum perpetui silentij impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimũ officiũ, aut alij Inquisitores ad vlteriora procedere possent seu deberent, necnon etiã cum causarum auocatione ad solũ Romanum Pontificem, sub cuius protectione submittebantur, alijsque derogatoriarum derogatorijs, & efficacissimis clausulis, ac etiã irritantibus, & alijs decretis etiã in forma gratiosa amplian do, per varios, & varias eorum Motus proprios, ac etiam sub plumbo, vel annulo piscatoris expeditas litteras etiam in consistorio, seu consistorialiter emanatas confirmarunt, vnde eueniebat, quòd prædicti rei Inquisiti sub velamine, & tutamine prædictarum sententiarum declaratoriarum, & litterarum Apostolicarum, & præsertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra Inquisitores factæ confidentes, clam, & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem catholicã perseuerando, nunquam ad gremium Ecclesiæ vere redibant, immo cum alijs secure, & tamquam catholici conuersando, eorundem aliorum animos corrumpere, & inficere, ac in suas hæreticas opiniones trahere de facili potuerunt in totius reipublicæ Christianæ non modicum scandalum & præiudicium, prædictorumque delatorum animarum perniciem, & iacturam. Nos huic scandalo adeo periculoso, & contagioso obuiare, dictarumque animarum saluti consulere, & prouidere, omnemque iurisperitorum dubietatem, & altercationem, ac quæcunque impedimenta & obstacula, propter quæ sancta Inquisitio hæreticæ prauitatis quomodocunque, & qualitercunque impediretur, vel retardaretur, tollere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, In primis omnes, & singulas, ac quascunque litteras Apostolicas sub quacunque verborum forma etiam in prædictis, ac quibusuis alijs causis hæresis, etiam Motu proprio, &c. ac etiam consistorialiter, & c. & aliàs quomodolibet emanatas, necnon etiam desuper signatas Motuum propriorum, & alias cedulas quaslibet ad ius, & iustitiam, ac iuris terminos reducentes, necnon fisco prædicti sancti officij Inquisitionis, & aliorum ordinariorum, & delegatorum iudicum aduersus prædictas litteras inhibitiones, ac etiam derogatoriarum derogatorias, aliasque clausulas quaslibet os aperientes, & quatenus iurisdictioni, dispositioni, vel stylo dicti officij sint contraria, illas penitus, & perpetuo reuocantes, hac nostra perpetua perpetuoque valitura vniuersali constitutione omnes, & singulas, & quascunque etiam ex capite assertæ innocentiæ absolutorias, vel etiã præcedente canonica purgatione sub quacunque verborum forma declaratorias sententias, etiam diffinitiuas, & decreta in eorundem reorum Inquisitorum & delatorum fauorem per prædictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam Romanos Pontifices latas, & lata, aut in futurum per nos etiam & successores nostros Rom. Pontifices pro tempore existentes ferendas, & ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudicatam, Apostolica auctoritate declaramus, decernimus, statuimus & ordinamus, præfatisque sententijs, & decretis, & quantumcunque per litteras Apostolicas etiam in forma gratiosa etiam iteratis vicibus, ac etiam a pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis, vel confirmandis cũ prædictis, vel alijs quibuscunque etiam derogatorjarum derogatorijs, ac etiam irritantibus, alijsq; clausulis, & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam canonicis sanctionibus, quorum omnium, & singulorum aliorumque præmissorum, & inde secutorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserẽrentur præsentibus haberi uolumus pro expressis, ac totaliter insertis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscunque non obstantibus per prædictum sanctum officium Sanctæ Inquisitionis, ac dilectos filios modernos, & pro tempore existentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales hæreticæ prauitatis Inquisitores, & super dicto officio nunc, & pro tempore deputatos, contra eosdem reos delatos, et Inquisitos etiam si fuerint, et sint Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Primates, eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Legati etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Duces, Reges, et Imperatores, tam de antiquis, quàm nouiter etiam super eisdem articulis

articulis receptis, vel recipiendis testibus, alijsque argumentis, probationibus, & indicijs iuxta facultates eisdem Cardinalibus Inquisitoribus per nos & quoscunque prædecessores, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam quomodolibet concessas, & datas, ac in futurum respectiue dandas, & concedendas denuo inquiri, & procedi posse, & debere etiam in omnibus, & per omnia perinde, ac si prædictæ sententiæ, decreta, & litteræ Apostolicæ, ac etiam canonicæ purgationes in prædictorum reorum delatorum, & Inquisitorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primatuum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, & Imperatorum fauorem non emanassent, nouis præsertim superuenientibus indicijs eiusdem, vel alterius speciei hæresis tempus præteritum etiam respicien. vel vbi appareret per aliqua indicia quòd illicitis modis prius ipse delatus, vel Inquisitus fuisset absolutus, eadem Apostolica auctorirate volumus pariter, & mandamus. Concedentes eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, & super dicto sacro sanctiss. Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam, liberam, amplam & omnimodam facultatem, potestatem & auctoritatem causas huiusmodi etiam auctoritate œcumenici vniuersalis Concilij Tridentini decisas reuidendi, ac in statu & terminis in quibus ante prædictas sententias, & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiebantur, reassumendi, fineque debito terminandi, prout in alijs causis pendentibus indecisis per eosdem Cardinales Inquisitores iuxta eorum facultates fit, fierique potest, & consueuit. Et insuper vestigijs sel. rec. Pauli Papæ iiij. prædecessoris nostri inhærendo, Constitutionem alias contra hæreticos & schismaticos per eundem Paulum Prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ MDLVIII. quintodecimo Calen. Martij, Pontificatus sui Anno quarto editam, tenore præsentium renouamus, & etiam confirmamus, illamque inuiolabiliter, & ad vnguem obseruari volumus, & mandamus iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus, & singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos, & quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debere. Irritum, &c. perpetuo decernimus, & declaramus. Nõ obstantibus præmissis, ac regula nostra de nõ tollendo iure quæsito, & quibusuis alijs Apostolicis vniuersalibus, prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, ordinationibus, necnon etiam iuramento, &c. roboratis statutis, &c. priuilegijs quoque, indultis, & prædictis, ac alijs litteris, & etiam Motibus proprijs quibuslibet, etiam præfatis reis, & Inquisitis etiam episcopis, &c. ac Imperatoribus etiam absolutis, & quibusuis alijs personis in genere, vel in specie sub quibuscunque tenoribus, &c. ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque clausulis, ac etiam irritantibus, & alijs decretis, ac etiam pœnalibus inhibition. etiam Motu proprio, &c. ac cõsistorialiter, &c. & aliàs in contrarium quomodolibet concessis, &c

Universidad de Deusto
Biblioteca

PIVS PAPA V. A

Bulla Sanctissimi D.N.D.Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Super reseruatione beneficiorum propter hæresim vacantium.

Vniuersa beneficia cuiuscunque generis fuerint, vbicunque propter crimen hæresis à beneficiatis commissum vacauerint, ordinationi & dispensationi sedis Apostolicæ reseruantur. In nullis vero impetrationibus beneficiorum quocunque modo habitis aut qualificatis comprehenduntur beneficia ob crimen hæresis vacantia aut vacatura, nisi in impetrationibus specialis vacationis modus, propter hæresim, expressus fuerit, aut per impetrantem crimen fuerit deductum in iudicium, & super eo fuerit lata sententia fauorabilis.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini 1566.

Ex archiuo Generalis Inquisitionis Romanæ & Bullario Pij V. impresso Romæ.

VM ex Apostolatus officio nobis (meritis licet imparibus) credito, cura dominici B gregis nobis immineat generalis, & exinde teneamur, more vigilis pastoris vigilare, & attentius prouidere, vt ecclesijs, monasterijs, & quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis nunc & pro tempore, propter crimen hæresis, vacantibus, & vacaturis, tales viri eis præficiantur idonei, qui detestandas, ac nefarias hæreses diabolo disseminante contra veræ, & orthodoxæ fidei puritatem exortas, de agro Domini extirpare, & populos sibi commissos ad catholicæ Ecclesiæ veritatem reducere, doctrina, verbo, & boni operis exemplo valeant. Præmissorũ itaq; cõsideratione inducti, & alijs ad id suadentibus rationabilibus causis, nonnullis etiam prædecessorũ nostrorũ vestigijs inhærendo, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura, & siue cura, sæcularia, & quorumuis ordinum etiam sancti Ioannis Hierosolymitani, & aliarum quarumuis militiarum regularia quæcunque & qualiacunque sint, etiam si sæcularia, canonicatus & præbendæ, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in C cathedralibus etiam metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipsæ in cathedralibus etiam Metropolitanis post põtificales maiores, seu collegiatis ecclesijs huiusmodi principales. Regularia vero beneficia huiusmodi monasteria etiã consistorialia, prioratus, præposituræ, præpositatus, dignitates etiã cõuentuales, personatus, administrationes, vel officia etiã claustralia: ac hospitalia & præceptoriæ, & aliàs quomodocunq; qualificata fuerint, ordinationi & dispẽsationi nostræ, & sedis Apostolicæ hac perpetuo cõstitutione valitura auctoritate Apostolica tenore presentiũ reseruamus. Declarantes omnes & quascunq; impetrationes de beneficijs, vt præfertur, quomodocunq; qualificatis certo modo in futurũ faciendas, & obtinendas, beneficia huiusmodi propter hæresim vacantia, & in futurũ vacatura nõ cõprehendere, nisi specialiter, & dispositiue vacationis modus propter crimẽ hęresis impressus fuerit, & illũ nullo modo sub quibusuis clausulis, & decretis cõprehendi quantumcunq; generalibus in quibusuis gratijs & cõcessionibus per nos & Romanos Põtifices successores nostros faciendis, etiã per, fiat, signatis & concessis, ac decernẽtes omnes & quascunq; impetrationes de quibusuis beneficijs, vt præfertur, qualificatis haẽtenus factas & obtentas, nisi earum vigore D in iudicio per impetrantes crimen huiusmodi deductum fuerit, & super eo sententiam fauorabilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum possessionem assecuti fuerint, ad vacationem huiusmodi propter crimen hæresis se non extendere, & illum neminem comprehendere, sicque per quoscunq; iudices, & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, iudicari & interpretari debere: Irritum quoque & inane si secus per quoscunque quauis dignitate & auctoritate præditos, iudicatum fuerit, decernimus. Volumus autem quòd præsentes litteræ in Cancellaria nostra Apostolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret præsentes ad singula quæque loca deferri, volumus & etiam declaramus, quòd earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reseruationis, declarationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli E Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Sexto Cal. Februarij, Pontificatus nostri anno secundo.

Visa de curia Io. Rouetius R. Cæ. Glorierius.
Registrata apud Cæsarem sæcretarium. H. Cumyn.
Locus † sigilli plumbei.

Anno à Natuitate Domini MDLXVII. Indictione decima, Pont. S. in Christo patris & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ V. Anno secundo, die vero xvij. mensis Februarij. Retroscriptæ litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad Valuas Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, per nos Antonium Clerici, & Ioan. Andream Rogerium prædicti S.D.N. Papæ Cursores. *Scipio de Octauianis Mag. Cur.*

PIVS

A PIVS PAPA V.

Sanctissimi D.N. Pij Papæ V. præceptum quòd Principes, iudices, & iustitiæ ministri mandatis Cardinalium Inquisitorum generalium in concernentibus officium Sanctissimæ Inquisitionis pareant: & reos quoslibet de hæresi inquisitos, pro quibusuis alijs delictis carceratos, suspensa aliorum criminum cognitione, ad Inquisitores deferant, vt causa fidei prius cognoscatur, inde pro alijs delictis à suis iudicibus puniantur.

Ex bullario Pij V. Romæ impresso.

SAnctissimus D.N.D. Pius diuina prouidentia Papa quintus, statuit, decreuit, & ordinauit, ac mandauit, vt negotia fidei omnibus, & singulis alijs præferantur, cum fides sit substantia, & fundamentum Christianæ religionis. Idcirco omnibus, & singulis almæ Vrbis, eiusque districtus gubernatori, senatori, vicario, & Cameræ Apostolicæ Auditori, & quibuscunque alijs legatis, vicelegatis, gubernatoribus prouinciarum, & terrarum suæ Sanctitati, & S.R.E. mediate, & immediate subiectarum, ac eorum locatenen. officialibus, barisellis, & alijs ministris, necnon alijs locorum ordinarijs, ceterisque magistratibus, & of B ficialibus, ac cuiusuis conditionis, & status hominibus in omnibus, & singulis terris, oppidis, & ciuitatibus, ac in tota republica Christiana existen. sub excommunicationis latæ sententiæ, ac indignationis suæ Sanctitatis, & alijs arbitrio suæ Sanctitatis, & Illustrissimorum, & Reuerendissimorũ Cardinalium Inquisitorum generalium imponendis, & exequendis pœnis, vt eisdem dominorum Cardinalium Inquisitoribus, ac eorum præceptis, & mandatis in quibuscunque officium Sanctæ Inquisitionis huiusmodi concernen. pareant & obediant. Reges vero, Duces, Comites, Barones, & quosuis alios Principes sæculares in Dei nomine rogauit, vt eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, eorumque officialibus faueant, auxiliumque præbeant, & à suis magistratibus subditis auxilium præberi faciant in negotijs ad dictum officium spectan. Necnon carceratos quoscunque pro quibusuis delictis, & debitis etiã atrocibus apud dictum Inquisitionis officium quomodolibet delatos, vel denuntiatos, suspensa aliorum criminum inferiorum cognitione, ad eosdem Cardinales, & Inquisitionis carceres, ibidemque ad criminis hæresis totaliter cognitionem, & expeditionem re C tinendos, & postea ad eosdem officiales pro aliorum criminum expeditione remittendos, sine mora transmittant.

PIVS PAPA V.

Sanctissimi Domini N.D. Pij. Papæ V. Constitutio contra offendentes statũ, res, & personas officij Inquisitionis hæreticæ prauitatis.

Quicunque quacunque dignitate sæculari decoratus Inquisitorẽ, aut quemlibet sancti officij ministrũ, aut accusatores, denuntiatores, & testes in causis fidei offenderit, aut perterrefecerit: siue res quascunq; sacri officij priuatas, aut publicas inuaserit: vel captos pro crimine hæresis liberarit, prohibueritue ne caperẽtur, aut occultauerit, aut denique quocunque alio modo causis fidei nocuerit, etiamsi nihil sit mali subsecutum, anathemate percussus est, & velut reus læsæ maiestatis omni dominio & dignitate eo ipso priuatur. filij etiã talium D *infames sunt, & omni hæreditatis successione, & donationis iure, aut alia liberalitate carent. idem penitus obseruetur in personis ecclesiasticis, quæ si tale quid commisisse constiterit, degradentur, & curiæ sæculari relinquantur; Pontificum tamen causæ Romano Pontifici reseruantur. qui pro talibus intercedit, in fautorum hæreticorum pœnas ipso facto incidit. qui hæc delicta adhuc occulta manifestauerit, supplicio liberatur. nullus ex prædictis à præfatis pœnis liberetur, nisi postquam per sex menses pontifices Romani in sede Petri sederint: idque precibus prius in sancto Inquisitionis senatu verificatis, aliter quidquid gestum fuerit, irritum est & inane. prælati has constitutiones publicent. principes sæculares ministris sacri officij omne auxilium præstent & fauorem, & sententias in reos hæresis latas exequantur.*

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini 1569.

Ex bullario Pij V. Romæ impresso.

E SI de protegendis ceteris omnibus Ecclesiæ ministris, quos in fidem & clientelam nostram à Domino recepimus, curã nobis quotidiana insidet, quanto maiore studio eam nos solicitudinem capessere necesse est, vt qui in sacro Inquisitionis hæreticæ prauitatis officio versantur, sub tutela inuiolatæ auctoritatis huius sedis periculorum omnium expertes, quæque munera ad exaltationem fidei catholicæ exequantur? Cum itaque eius generis impiorum vis quotidie magis inualescat, qui ommbus malis artibus prædictum officium subuertere, ministrosque functionibus disturbare moliuntur, eò iam nos detrusit necessitas, vt nefariam, & sceleſtam illorum audaciam acerbiore castigationis verbere reprimamus. Hac igitur generali constitutione de fratrum nostrorum consilio sancimus, vt quicunque siue priuatus, siue cuncta ciuitas, siue populus, siue dominus, Comes, Marchio, Dux, vel potiore titulo illustris, quemuis ex Inquisitoribus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, alijsque ministris prædicti officij, vel Episcoporum id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei quomodocunque productum, vel euocatum occiderit, verberauerit, deiecerit, seu perterrefecerit, quiue ec-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clesias,ædes,aliasue res siue publicas,siue priuatas officij,aut ministrorum expugnauerit, inuaserit, incenderit,expilauerit,aut libros,litteras,auctoritates,exemplaria,regesta,protocolla, exẽpla,scripturas , aliaue instrumenta,siue publica,siue priuata vbicunque posita combusserit, diripuerit, seu interuerterit,seu ex incendio,aut direptione,aut alio quocunque modo illa exportauerit,seu qui in conflagratione,expugnatione,aut direptione etiam inermis, siue capiendi,siue comburẽdi,siue sup primendi causa fuerit,siue res aut personas seruari, defendiue prohibuerit,quiue carcerem , aut aliã custodiam,seu publicam,seu priuatam effregerit,vinctum extraxerit, seu emiserit , capiendum prohibuerit,captumue eripuerit,receperit,occuluerit,seu facultatem effugiendi dederit , seu iusserit id fieri,qui cœtum concursumue fecerit , siue vt aliquid prædictorum fieret homines accommodauerit,siue aliàs auxilium, consilium , aut fauorem publice vel occulte in quolibet prædictorum scienter præstiterit,licet nemo occisus,nemo verberatus,nemo extractus,emissus,vel ereptus,nihil expugnatum,nihil effractum,succensum, direptumue,nullum denique damnum re ipsa sit secutum: nihilominus is sit anathemate præsentis canonis auctoritate ligatus,idem quoq; lęsæ maiestatis reus, dominio,dignitate,honore,feudo,ac quocunque alio beneficio temporali, & perpetuo eo ipso priuatus sæcularis iudicis arbitrio relinquatur,qui de eo illas ipsas pœnas exigat,quæ damnatis primo capite dictæ legis per constitutiones legitimas irrogantur , bonis , rebusque omnibus fisci iuribus applicatis,vti etiam est de damnatis hęreticis per sanctiones canonicas constitutum:eius filij paterna infamia subiecti,omnis, & cuiuscunque hæreditatis,successionis, donationis , & legati siue pro, pinquorum, siue extraneorum omnino sint expertes, eisdem præterea portæ nunquam pateant dignitatum . Nemo autem expurgationem habere,aut causam vllam proponere, vel prætendere possit , qui tantum nefas in contemptum , & odium huius officij admiserit , nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse . Quod porro de prædictis,eorumque filijs statuimus,illud idem de omnibus clericis , & presbyteris sæcularibus,& quorumuis ordinum, etiam exemptorum regularibus, & quacunque etiam Episcopali, & maiori dignitate prædictis , ac etiam priuilegio quomodocunque suffultis , decernimus exequendum, ita vt ipsi beneficijs , & officijs omnibus ecclesiasticis, præsentium auctoritate priuati , per iudicem ecclesiasticum , hæreticorum more degradentur, demum potestati sæculari traditi,pœnis prædictis laicorum instar subijciantur:Pontificum tamẽ cau sis nobis,& successoribus nostris reseruatis,vt re quæsita, & nobis renunciata contra eos ad depositionem,& alias pœnas prædictas procedamus, vti criminis atrocitas videbitur postulare . Quicunque autem pro talibus veniam petere,aut aliàs intercedere tentauerint,in easdem illas pœnas , quæ in hæreticorum fautores à sacris constitutionibus inferuntur,ipso facto se nouerint incidisse . Verũ si quis etiam huiusmodi criminum conscius,vel affinis,siue religionis studio, siue pœnitentia ductus rem adhuc incognitam retexerit , supplicio liberetur . Ceterum eam omnium , & quarumcunque absolutionum rationem à prædictis criminibus,necnon habilitationum, & restitutionum etiam ad famam,& honores, ita deinceps habendam optamus , vt successores nostri nullas nisi saltem semestri post cuiusque assumptionem ad huius dignitatis fastigium excurso,ac precibus apud supremum officium Inquisitionis hic institutum verificatis,concedant. Decernentes omnes , & quascunq; huiusmodi absolutiones , habilitationes , & restitutiones , quæ precibus sic non verificatis de cetero fient,nemini prorsus prodesse,sed nec præsentibus , nisi toto ipsarum tenore ad verbum inserto , & gratia ex certa Romani Pontificis scientia facta , & propria manu subsignata , vlla in parte derogari,nec derogatum censeri debere , & si illis ex quacunque causa aliter derogari contigerit , derogationes huiusmodi nullius prorsus fore roboris,& momenti . Iubemus igitur vniuersos , & singulos Patriarchas,Primates,Archiepiscopos,Episcopos, & ceteros ecclesiarũ prelatos per vniuersum orbem constitutos,vt per se,vel alium,seu alios præsentes litteras,aut earum exempla in suis quisque prouincijs,ciuitatibus,diœcesibus,& locis solemniter publicare,& quantum in se est,firmiter obseruari procurent,contradictores quoscunque per cẽsuras,& pœnas ecclesiasticas, appellatione postposita,compescendo,ipsasque censuras,& pœnas etiam iteratis vicibus aggrauãdo,inuocato etiam ad hoc,si opus fuerit,auxilio brachij sæcularis.Non obstantibus cõstitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,ceterisque contrarijs quibuscunque . Volumus autem , vt præsentium exempla etiam impressa edantur,eaque Notarij publici manu, & cuiuscunq; curiæ ecclesiasticæ, vel prælati sigillo obsignata,eandem illam prorsus fidem vbique locorum faciant,quam ipsæ præsentes facerent,si essent exhibitæ vel ostensæ . Ceterum omnes orbis terrarum Principes,quibus gladij sæcularis potestas ad malorum vindictam est permissa, per eam quam se tueri promiserunt fidem, obtestamur,ita suas quisque partes siue in præstando ministris prædictis auxilio,siue in criminum post ecclesiæ sententiam animaduersione,interponere,vt eorum quoque prędidijs ministri ipsi tãti officij munus pro Dei æterni gloria,& religionis incremento feliciter exequantur,amplissimum à Domino præmium recepturi, quod fidei prædictę assertoribus in æternæ beatitudinis consortio præparauit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, legationis, statuti,decreti,iussionis,obtestationis,& voluntatis infringere,vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei , ac beatorum Petri,& Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum . Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ,Millesimo quingentesimo sexagesimo nono,Cal. Aprilis Pontificatus nostri anno quarto.

†Ego

†Ego Pius V. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

†F. Cardinalis Pisanus Episcopus Hostien.
† Io. Card. Moronus Episcopus Portuen.
† Christoph. Madrucius Episcop. Præstinen.
†Otho Card. Truchses Episcopus Albanen.
† A. Card. Farne. Vicecan. Episcopus Tusc.
† Io. Bapt. Cicada Episcop. Sab. Car. S. Clem.
† Ego Iulius Cardinalis Vrbinus.
† Ego Fuluius Cardinalis Perusin.
† Ego Ioan. Riccius Card. Politianus.
† Ego Scipio Card. Pisarum.
† Ego Iacobus Card. Sabellus.
† Ego Aloysius Cardinalis Cornelius.
† Ego Ph. Cardinalis a Burdisera.
† Ego Antonius Card. Granuelanus.
† Ego Franciscus Card. Paciecus.
†
† Ego Hieronymus Card. de Corrigio.
† Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
† Ego Nicolaus Card. de Sermoneta.
† Ego Ind. de Aualos Card. Aragonia.

Locus signi.

Vtinam dirigantur Viæ meæ ad custodiendas Iustificationes Tuas

† Ego M. Antonius Card. Columna.
† Ego Ptolemæus. Card. Comensis.
† Ego P. Card. de sancta cruce.
† Ego Z. Card. delphinus.
† Ego Hu. Card. S. Sixti.
†
† Ego Alexander Card. Cribellus.
† Ego Guido Card. Vercellus.
† Ego Guilielmus Card. Sirletus.
† Ego F. Michael B. Card. Ale. Cam.
† Ego Hieronymus Ca. de Claraualle.
† Ego Ludouicus Card. Madrucius.
† Ego Innoc. Card. de Monte.
† Ego Hieronymus Card. Simoncellus.
†
† Ego Ferd. Card. de Medicis.
† F. Cardinalis Alciatus.
† Io. Paulus Cardinalis ab Ecclesia.
† A. Cardinalis Carosa.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, die vero secunda mensis Maij, Pontificatus Sanctiß. in Christo patris & D. N. D. Pij, diuina prouidentia Papæ v. Anno quarto Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Cãpi Florę, vt est moris, dimissis in locis præfatis præsentibus litteris per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis per nos Iulium Parinum, & Ioannem Bornotum prælibati. S. D. N. Papæ Cursores.

Ant. Clerici Mag. Cur.

PIVS PAPA V.

Sanctiss. D. N. D. Pij Papæ V. Confirmatio creationis, & priuilegiorum Societatis Crucesignatorum.

Pius Papa quintus ad perpetuam rei memoriam.

Edita anno Domini 1570.

Ex bullario Pij V. Romæ impresso.

SAcrosanctæ Romanæ, & vniuersali Ecclesiæ diuina disponente clementia, meritis licet insufficientibus præsidentes, omnem pastoralis nostri officij curam, atque vigilantiam in id potissimum adhibere debemus, vt fides catholica vbique terrarum , quantum in nobis est, integra, inuiolataque conseruetur, & impij, ac detestandi hæreticorum conatus ipsam vnam fidem violare satagentium omnibus rationibus comprimantur. Vnde si quæ ad iuuandum huiusmodi nostrum propositum, ac debitum, aliàs pie instituta, ac concessa fuisse à prædecessoribus nostris comperimus, libenter approbamus, & alias desuper disponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Cum itaque inter ceteras, quæ in Ecclesia Dei hactenus institutæ sunt Christifidelium Societates, illa satis vberes Christianæ religionis fructus afferre videatur, quæ sub Crucesignatorum vocabulo ad assistendum hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, auxiliumque, quando & quoties opus sit, in catholicæ fidei negotijs aduersus hæreticos, etiam vita ipsa præstandum, institutа existit, vt non immerito diuersis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris specialibus gratijs, & priuilegijs fuerit decorata. Nos attendentes, quòd ea maiorem obtinent roboris firmitatem, quæ pluries Apostolicæ confirmationis præsidio sint communita, vtque paternum nostrum erga ipsam Societatem charitatis affectum ostendamus. eiusdem Societatis Crucesignatorum creationem, & institutionem, ac priuilegia, quę sunt in vsu, necnon indulgẽtias, prærogatiuas, facultates, gratias, & indulta quæcumque, eidem Societati, & illius vtriusque sexus confratribus Crucesignatis pro tempore existentes , tam per Innocentium iij. Innocentium viij. Iulium ij. Leonem x. Clementem vij. quàm quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros sub quibuscumque tenoribus,& formis,ac cum quibusuis clausulis , & decretis hactenus quomodolibet concessa,& confirmata, decretis tamen Concilij Tridentini non repugnãtia, necnõ litteras desuper emanatas,illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes,auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus,approbamus, & innouamus , illisque perpetuæ , & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus , omnesque, & singulos iu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

los iuris, & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, supplemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quòd præsentiũ trãsumptis, etiã impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadẽ vbiq; fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datũ Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die tertiodecimo Oct. Millesimo quingentesimo septuagesimo. Põtificatus nostri anno quinto.

Cæ. Glorierius.

GREGORIVS PAPA XIII.

Decretum S.D.N.D. Gregorij Papæ xiij. De nullitate omnium dispositionum beneficialium, quæ fiunt personis probibitis, propter genus, seu hæresim, aut à fide apostasiam, contra sanctiones, statuta, vel priuilegia.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Editum anno 1580.

Fuit publicatum & impressum Romæ an. 1580. Eymericus in Directorio Inquisit. parte. 3. quæst. 113. & seq.

IN ecclesijs, præsertim insignibus, hoc magnopere curandum est, Vt Sacerdotes, & personæ salubribus earum institutis conuenientes ordinentur, quod quantum in nobis est, enitimur, atque eos ab illis repellendos in primis contendimus, qui propter genus, aut hæresim, & à fide apostasiam, siue proprio, siue stirpis, siue cognatorum vitio cõtaminati, per canonicas sanctiones, aut statuta ab hac sede firmata, aut Apostolica priuilegia prædictis ecclesijs prohibentur. Sed nobis negotiorum magnitudine distentis, huius generis nonnulli ad illarum sacerdotia frequenter obrepunt, inter quos quidam existimationis suæ prodigi, etsi se ab illis expulsum iri sciant, spe tamẽ inconcessa præsumũt, se inde vel permutatione, vel quoquo pacto beneficium, pensionem, aut quid aliud exacturos. Nos malum hoc, quo dictæ ecclesiæ sæpius diuexantur, penitus euellere volentes, præsentiũ auctoritate decernimus, omnes, & quascunque Apostolicas, necnon legatorum dictæ sedis, & aliorum omnium ab ea facultatem disponendi habentium, ac etiam ordinarias dispositiones dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum eiusmodi ecclesiarum in quascunque personas sic infectas, & per huiusmodi sanctiones, seu statuta, vel priuilegia, vt præfertur, inhabiles vires & effectum non habere, personasque huiusmodi illarum prorsus vsu & commodo carere, beneficiaque ipsa vt prius vacare, & quæ ex illis tempore dispositionis Apostolicæ prædictis personis, illi reseruata fuerint vel affecta, sub eadem reseruatione vel affectione manere, & tam illa quàm etiam omnia alia non reseruata neque affecta, de quibus ab ipsa sede, ac legatis & alijs facultatem habentibus prædictis in huiusmodi personas quomodocunque dispositum fuerit, ad nouam Romani Põtificis dispositionem dumtaxat pertinere, eaque ab alijs idoneis ab ipsa sede dumtaxat, libere impetrari posse, impetrationes tamen, ac etiam motu proprio concessiones, nisi modus vacationis, necnon casus ac decretum huiusmodi, non conditionaliter, aut per æquipollens, sed definite, nominatim, ac dispositiue, in illis exprimantur, omnino non valere. Ab ordinarijs vero, (cessantibus reseruationibus vel affectionibus Apostolicis) pro tempore collata, deuolutioni, iuxta Lateranensis statuta concilij subiacere, necnon irritum & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Reseruationibus Apostolicis fructuum, pensionum, & aliarum rerum huiusmodi beneficiorum, in personas idoneas etiam de huiusmodi contaminatorum consensu factis, eisdemque ab illis interim præstitis, vel solutis nihilominus valituris. Nemo autem ignorationem prætexens, valeat excusari, cũ prædictæ prohibitiones satis manifestæ sint, & quisque ante petitionem, vel acceptationem beneficiorum huiusmodi num illorum capax sit debeat se probare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo. Id. Nouembris, Pontificatus nostri Anno Nono.

M. Datarius.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a natiuitate Domini millesimo quingentesimo Octuagesimo, Indictione octaua, die decima octaua mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno nono retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt in Valuis Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis, basilicæ principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Tagliettum, Apostolicos Cursores.

Alexander Parabiacus Magister cursorum.

GRE-

GREGORIVS PAPA XIII.

Statutum S.D.N.D. Gregorij Papæ XIII. De Blasphemijs, & flagitijs Judæorum, in quæ hæreticæ prauitatis Inquisitores animaduertunt.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Editum Romæ anno 1581.

Fuit publicatum & impressum Romæ an. 1582.

De materia huius statuti Eymericus in Directorio parte. 2. quæst. 46.

ANTIQVA Iudæorum improbitas, qua diuinæ bonitati semper restiterunt, tanto execratior consistit in filijs, quanto ipsi ad cumulandam patrum suorum mensurã in Dei filio repudiando, eiusque in mortem nefarie conspirando grauius deliquerunt: qui propterea suis effecti maioribus nequiores, proprijs sedibus expulsi, atq; in omnes dispersi orbis terrarum regiones, seruitutique perpetuæ mancipati, non maiorem in cuiusquam ditione clementiam, quàm in Christianorum Prouincijs, maxime vero in Apostolicæ pietatis gremio inuenerunt; quæ pro eorum conuersione laborans, eos misericorditer excepit, atque in cohabitatione vnà cum filijs suis sustinuit, ad veritatisque lumẽ allicere pio semper studio conata est, rebusque ad vitam necessarijs iuuit, iniurijs, & cõtumelijs prohibuit, multis denique beneficentiæ suę priuilegijs circummuniuit: illi vero nullis beneficijs mãsuefacti, nihilque de suo pristino scelere remittentes. Dominũ nostrum Iesum Christum in cœlo triumphantem adhuc in synagogis suis, & vbique persequuntur: Christi quoque membris infensissimi non desinunt in religionem Christianam horrenda facinora quotidie magis audere; quibus nos, ne pietatis nostræ puritas polluatur, aut à fœdis mancipijs Christo, Christianorumue nomini impune illudatur, obuiare volentes, Statuimus, ac etiam declaramus, Inquisitores hæreticæ prauitatis libere procedere posse in omnibus causis, & casibus, qui sequuntur. Si quis Iudæus, aut infidelis in ijs, quæ circa fidem cum illis nobis sunt communia, veluti Deum vnum, æternum, omnipotentẽ, creatorem omnium visibilium, & inuisibilium, & similia non esse asseruerit, prædicauerit, vel priuatim alicui insinuauerit. Si dæmones inuocauerit, consulueritue, aut eorum responsa acceperit, ad illosue sacrificia, aut preces ob diuinationem, aliamue causam direxerit, aut quid eis immolauerit, vel thuris alteriusue rei fumigationes obtulerit, aut alia quæuis impietatis obsequia præstiterit. Si Christianos verbo, facto, vel exemplo, aut alio quouis modo nefaria huiusmodi docuerit, vel ad ea perpetranda perduxerit, aut perducere attentauerit. Si saluatorem, & dominum nostrum Iesum Christũ purum hominem, vel etiam peccatorem fuisse, Matremue Dei non esse virginem, & alias huiusmodi blasphemias, quæ per se hæreticæ dici solent in Christianæ fidei ignominiam, contemptum, aut corruptionem impie protulerit. Si cuiusuis eorum opera, auxilio, consilio, vel fauore aliquis Christianus à fide desciuerit, quamque semel susceperat, abnegauerit, vel ad Iudæorum, seu aliorum infidelium ritus, cæremonias, superstitiones, vel impias sectas transierit, vel redierit, seu in hæresim aliquam inciderit; aut qui, vt Christi fidem abneget, seu in hæresim incidat, opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodocunque præstiterit. Si quis Catechumenum, vel quemcunque ex Iudæis, aut infidelibus Deo inspirante ad fidem Christianam venire volentem, post declaratam nutu, verbo, facto, aut quocunque alio modo eius voluntatem à fide, vel fidei instructione, aut à sacri baptismi susceptione, retrahere, auertere, vel dehortari, aut ne ad fidem veniat, neue regenerationis lauacro abluatur, quouis modo impediuerit. Si quis Apostatas, hæreticosue scienter domi suę acceptauerit, aluerit, commeatu iuuerit, seu quouis modo eis cibaria vbicunque præbuerit, aut dona, vel munera dederit, vel miserit, aut de loco ad locum deduxerit, seu associauerit, vel deducendos seu associandos curauerit, aut sumptus ministrauerit, duces comitesue illis adiunxerit, vel ne ab eis perpetrata deprehendi, aut inuestigari queant, fecerit. Quique dictos apostatas aut hæreticos scienter aliquo modo receptauerit, occultauerit, defenderit, aut eis opem, consilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstiterit. Si libros hæreticos, vel Thalmudicos, aut alios Iudaicos quomodolibet damnatos, aut aliàs prohibitos tenuerit, custodierit, vel diuulgauerit, vel in quæcunque loca detulerit, aut ad eam rem operam suam accommodauerit. Si Christianos deriserit, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in ara Crucis immolatam, Christum Dominum ludibrio, & despectui habens, quandocunque, maxime vero in sacro Parasceues die agnum, siue ouem, aut quid aliud Cruci affixerit, aut appenderit, in eamue conspuerit, seu quodcunque contra ipsam fecerit. Si nutrices Christianas contra sacrorum Canonum statuta, diuersorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum sanctiones adhuc retinuerit, aut eas retinens die, qua sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, lac vno, vel pluribus diebus in latrinas, cloacas, vel alia loca effundere coegerit. In quibus casibus vniuersis, & singulis omnes prædictæ prauitatis Inquisitores omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuersi orbis Christiani Iudices in suis quemque locis perpetuo delegamus, vt super his contra Iudæos, atque infideles quoscunque simul, vel separatim, prout in causis fidei iuxta sacrorum canonum formam, necnon officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo vel aliquibus horum flagitiorum excessibus culpabiles repererint, in

eos

eos pro culpæ modo, ac etiam pro criminum numero, vel multiplicatione, aut consuetudine delinquendi, flagra, remigia, etiam perpetua, rerum quoque publicationes, exilia, aliaq; atrociora decernant, & aliàs de eis exempla edant, quæ sceleratos illos deterreant ab huiusmodi flagitijs in posterum admittendis. Nos enim venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Inquisitoribus generalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs locorum Prælatis, ac etiam alijs prædictis Inquisitoribus in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus, & mandamus, vt præsentes nostras litteras in Ciuitatibus, & locis cuique subiectis publicare, & iuxta illarum tenorem procedere, ipsasque debitę executioni mandare procurent. Decernentes irritum, & inane quicquid secus per quoscunque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon exemptionibus, priuilegijs immunitatibus, commeatibus, in fidem publicam receptionibus, & tolerantijs prædictis, Iudæis, & alijs infidelibus, Maranis, & Apostatis, tam in Dominijs, Terris, & locis nostris, & sedi Apostolicæ mediate, vel immediate subiectis, quàm alibi vbicunque Regnorum, Prouinciarum, & Dominiorum, gentium, & locorum commorantibus, vel in ea ex quibusuis Regnis, & partibus tã fidelium quàm infidelium confluentibus, eorumque Iudicibus, aduocatis, & defensoribus quacunque auctoritate, potestate, & dignitate fungantur, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & quorumuis aliorum Principum tam per sel. rec. Paulum III. Decimo Kal. Martij, & Iulium etiam III. Non. Decembris, Tertio anno sui cuiusque Pontificatus, quàm etiam quoscunque alios anteriores, & posteriores Romanos Pontifices, ac nos, & sedem Apostolicam, eiusque legatos, ac etiam Cameram Apostolicam sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & aliàs quomodocunque hactenus concessis, confirmatis, & innouatis, atque in posterum concedendis, confirmandis, & innouandis: quæ omnia etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua mentio, aut aliqua alia forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si ad verbum insererentur præsentibus pro plene expressis habentes harum serie specialiter, & expresse reuocamus, abrogamus, & omnino abolemus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem præsentes in locis Vrbis consuetis de more publicari, & earum exemplis etiam impressis manu Notarij publici, & sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra illud adhiberi, quæ adhiberetur eisdem præsentibus si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, declarationis, delegationis, præcepti, mandati, decreti, reuocationis, abrogationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Kal. Iunij, Pontificatus Nostri Anno decimo.

M. Dat.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Anno a Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo primo, Indictione nona, die vero decima mensis, Iunij, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno decimo, Retroscriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Ecclesiæ sancti Ioannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Florę, ac etiam ad Valuas septi Hebræorum, per nos Petrum Aloysium Gaytam, & Nicolaum Taglietum Apostolicos Curs.

Antonius Ludouicus Magister Curs.

S. D. N. D. Gregorij Papæ XIII. Constitutio de prædicatione facienda Iudæis semel in Hebdomada.

Edita Romæ anno 1584.

Fuit publicata & impressa Romæ an. 1584.

GREGORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Sancta Mater Ecclesia, cuius Christus caput est, ingenitam suam charitatem ad omnes late diffundens, antiquæ Israeliticæ gentis, populique Dei peculiares reliquias pio nũ quam desinit affectu miserari; grauiterque contristatur Iudæorum quondam nationem præcipuis auctam muneribus, & gratijs (cuius erat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, obsequium & promissa, vnde etiam Christus Saluator noster secundum carnem nasci dignatus est) per diuersas orbis partes tot iam sæcula dispersam, ac contagiosi gregis more per inuia, & inaquosa misere vagantem, verbi Dei fame, & aquæ refectionis siti perire, longeque non à terrena tantum, super quam Dominus fleuit, sed quod grauius est, à cælesti quoque Hierusalem, nisi Christum, quem negauit, confiteatur, exturbari: Qua miseratione, & mœrore nos quoque non leuiter commoti in dies semper aliquid excogitamus, vnde eorum conuersioni & saluti opportunius prouideatur, ipsisque ad intelligentiæ viam, quam sibi præcluserunt, valeant

valeant Deo propitio peruenire. Quare sollicito hæc animo meditantes, ac felicis recordationis Nicolai Papæ quinti, nonnullorumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes, præsenti constitutione generali, Præcipimus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & alijs ecclesiarum Prælatis, etiam Cardinalatus honore præditis, vt in suis quisque ciuitatibus, terris, & locis, in quibus competens aliquis numerus Iudæorum, qui synagogam constituat, commoratur, curent Sabbati, vel alio cuiuscumque hebdomadis statuto die, ad Iudæos ipsos in locum præstitutum, non tamen sacrum, nec vbi sacra confici solent, conuocatos, per aliquem Magistrum in Theologia, aliumue idoneum virum ab eis eligendum, cum mercede congrua illi ex ipsorum Hebræorum collatione, aut aliàs, prout commodius eis videbitur, Hebraicæ, si fieri poterit, linguæ peritum, sermones, vel lectiones haberi, in quibus illis exponantur scripturæ veteris Testamenti, Moysis scilicet, & Prophetarum, præsertim vero quæ eo sabbato leguntur, seu lectæ in eorum sunt synagogis, iuxta sanctorum tamen Patrum interpretationes, & verum catholicæ Ecclesiæ sensum: ac in eis disseratur de veritate Christianæ fidei: de certo aduentu, & Incarnatione Filij Dei: illiusque Natiuitate: vita: miraculis: passione: morte: sepultura: descensu ad inferiores: resurrectione: in cœlum ascensione: de eius Euangelio in toto terrarum orbe per Apostolos eius, & alios Sanctos prędicato, innumeris atque clarissimis virtutibus, & illustrium miraculorum gloria confirmato: ac de eius spirituali & vero regno: & de impio idolorum cultu sublato: & gentium vocatione: de perpetua tum Hierusalem, & terræ eorumdem Iudæorum desolatione, tum ipsorum vbique terrarum dispersione, & captiuitate; & de alijs similis argumenti dogmatibus, & articulis ex lege, & Prophetis; de diutina præterea, & irrita Iudæorum aduentus Messiæ, & carnalis illius Regni expectatione: de vana eorum, quæ sæpe, quinimo quotidie eos frustrata est, spe reditus in terram promissionis, & restaurationis tertij templi; & demum de multiplicibus, & varijs erroribus, & hæresibus eorum, in quas miserrime se demerserunt, postquam Christum Dominum in carne venientem, agnoscere noluerunt: & de falsa per eorum Rabbinos tradita sacrarum Scripturarum interpretatione; quarum litteram, & sensum fabulis, mendacijs, & varijs dolis & modis detorquentes corruperunt, & deprauarunt; & hactenus corrumpere, & deprauare non desinunt: deq; omnibus alijs, quæ eos possint ad agnitionem fidei, ad errorum suorum correctionem, ad orthodoxamque fidem conuertere, pro loci, temporis, sumptique argumenti ratione prudenter agant, veris, & ex sacra scriptura depromptis demonstrationibus, nulla cum obtrectatione, aut iracundia, sed magna cum charitate, & modestia, veritatis lumen illis aperire conentur. Ad quos sermones, & lectiones volumus vniuersos, & singulos vtriusque sexus Iudæos à duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua ordinarios docere debeant, non impeditos, in Ciuitate & locis, vt præfertur, habitantes, vel aliunde aduenientes, etiamsi inibi domicilium non habeant, ita per circuitum conuenire, vt tertia saltem eorum pars, nec vnquam minor semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercij, & alijs pœnis arbitrio ordinarij pro contumaciæ modo, imponendis, donec satisfecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur. Si quis vero de numero fidelium ita fuerit salutis aut sui, aut proximi sui, de quo vnicuique mandatum est, immemor, qui eos à salutaribus huiusmodi sermonibus, seu lectionibus directe vel indirecte abduxerit, aut impediuerit, seu cõtenderit quoquomodo, excõmunicationis sententia sit eo ipso ligatus, & contra eum ad alias pœnas ordinarij arbitrio omnino procedatur. Ceterum Imperatorem, Regesque, & Principes omnes, necnon Respublicas, Magistratus, & dominos temporales sæculares rogamus, & obtestamur in Domino, vt Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs ordinarijs prædictis, eorumque vicarijs, & ministris suum in præmissis auxilium præstent, amplissimum ab omnipotenti Deo præmium in supremis gloriæ æternæ tabernaculis habituri. Et quoniam difficile nimis esset præsentes ad omnia loca, quibus illis opus erit, perferri: Volumus, vt earum exemplis etiam impressis, manu publici Notarij subscriptis, & sigillo Prælati, aut personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides vbique adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ.

De eadem materia extat similis Nicolai Papæ constitutio incip. Vineã Soreth. impressa supra pag. 53.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo octuagesimo quarto, Kalendis Septembris. Pontificatus nostri anno tertiodecimo,

Cæ. Glorierius.

M. Card. S. Stephani.

A. de Alexijs.

Anno â natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo Octuageſimo quarto, Indictione duodecima, die vero decimaquarta menſis Septembris, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & D. N. D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. Anno decimotertio, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Eccleſiarum S. Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & acies Campi Florę, & ibi per aliquod ſpatium temporis dimiſſæ per nos Caliſtum Brunettum, & Nicolaum Taglettum, eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſores. Io. Fretle Magiſter Curſorum.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

SIXTVS

Universidad de Deusto
Biblioteca

SIXTVS PAPA V.

S.D.N.Sixti Papæ V. constitutio contra exercentes Astrologiæ Iudiciariæ artem, & alia quæcunque diuinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenẽtes.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CÆLI & Terræ Creator Deus, quem vnum Omnipotentem corde credimus ad iustitiam, & ore confitemur ad salutem, etsi homini, quem ad imaginem & similitudinem suam creauit, mentem dederit, quæ non solum diuino fidei lumine illustrata, mysteria illa cognosceret, quæ humanam intelligentiam superant, sed etiam naturæ suæ vi, magno licet cum labore præclara multa inuestigaret, atque intelligeret; Tamen, vt superbum animal homo non altum saperet, sed timeret, & immensam cõditoris sui maiestatem, humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ euentura sunt, scientiam, & futurarum rerum cognitionem reseruauit. Solus enim ipse, cuius oculis omnia nuda & aperta sunt, & ad intimas hominum cogitationes penetrat, & consequentes eorum actiones intuetur, solus ipse, qui vocat ea quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt, omnia præsentia, & ante oculos posita habet, solus denique omnia & singula quæcunque totius temporis decursu, & sæculorum ætatibus futura sunt, ab omni æternitate nouit, & admirabili prouidentia disposuit, quæ non modo humanæ mentis imbecillitas ignorat, sed nec dæmones ipsi præsentire possunt. Quare Idolorum in futuris annuntiandis falsitatem, & imbecillitatem, & eorum qui eis cultum adhibebant, vanitatem irridet Spiritus sanctus apud Isaiam illis verbis. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos: & in nouo testamento Christus dominus discipulorum suorum de futuris euentis pauIo cupidius inquirentium, interrogationem graui illa responsione retudit, qua etiam omnium fidelium suorum curiositatem coercuit. Non est vestrum scire tempora vel momẽta, quæ Pater posuit in sua potestate. Nec vero ad futuros euentus, & fortuitos casus prænoscendos (futuris euentibus ex naturalibus causis necessario, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, dumtaxat exceptis) vllæ sunt veræ artes aut disciplinæ, sed fallaces & vanæ improborum hominum astutia, & dæmonum fraudibus introductæ, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio omnis diuinatio dimanat, siue quòd expresse ad futura manifestanda inuocentur, siue quod ipsi pruitate sua, & odio in genus humanum, occulte, etiam prẽter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium prænunciatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur. Quæ quidem ipsis cognita sunt, non diuinitate aliqua, nec vera futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acumine, & alijs quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat. Quamobrem dubitandum non est, in huiusmodi futurorum contingentium, & fortuitorum euentuum inquisitione, & præcognitione, Diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude ac dolis, miseros homines à via salutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat. Quæ cum ita sint, nonnulli hæc fideliter & religiose, vt debent, non attendentes, sed curiosa sectantes, grauiter Deum offendunt, errantes ipsi, & alios in errorem mittentes; tales in primis sunt Astrologi olim Mathematici, Genethliaci, & Planetarij vocati, qui vanam falsamque siderum & astrorum scientiam profitentes, diuinæque dispositionis ordinationem suo tempore reuelandam præuenire audacissime satagentes, hominum natiuitates, seu genituras, ex motu siderum, & astrorum cursu metiuntur, ac iudicant futura, siue etiam præsentia, & præterita occulta, atque ex puerorum ortu & natali die, siue quauis alia temporum & momentorum vanissima obseruatione & notatione, de vniuscuiusque hominis statu, cõditione, vitæ cursu, honoribus, diuitijs, sobole, salute, morte, itineribus, certaminibus, inimicitijs, carceribus, cædibus, varijs discriminibus, alijsque prosperis, & aduersis casibus & euentibus prœcognoscere, iudicare, & affirmare temere præsumũt, nõ sine magno periculo erroris & infidelitatis; cũ S. Augustinus præcipuum Ecclesiæ lumen, eum, qui hæc obseruat, qui attendit, qui credit, qui in domum recipit, qui interrogat, Christianam fidem, & baptismum prævaricasse affirmet, vt illos merito Apostolus arguat, atque increpet illis verbis: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos; timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. Hi igitur leuissimi, & temerarij homines in miserandam animarum suarum ruinam, graue fidelium scandalum, & Christianæ fidei detrimentum, futuros rerum euetus, & quæcunq; prospere, vel aduerse obuentura sunt, ac actus humanos: ea denique quæ ex libera hominum voluntate proficiscuntur, astris sideribusque ascribunt, eisque eam facultatem, vim, seu virtutem & efficaciam tribuunt significandi futura; & ad præcognita ita inclinandi, vt sic omnino nec aliter euentura sint, atque ob eam causam de ijs rebus omnibus iudicia facere, prognostica, prædictiones, & præcognitiones sibi assumere, & palam venditare non dubitant: quibus non pauci rudes, & imperiti, alijque nimis crediili & imprudentes tantam fidem præstant, vt ex huiusmodi iudiciorum, & prædictionum præscripto, aliquid certo esse credant, aut sperent: quorum sane & mẽdacium magistrorum temeritas, & infelicium discipulorum credulitas magnopere deploranda est, qui vel diuinis litteris admoniti non intelligunt hominis præstantiam, cui Cæli, & Stellæ, & clarissima Cæli sidera Sol, & Luna, Deo ita disponente, non imperant, sed inseruiũt:

sic

A sic enim Moyses populum Dei, vt hunc errorem caueret, prænonebat. Ne forte eleuatis oculis ad Cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cæli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cælo sunt. Sed quid sidera mirandũ est homini seruire? nonne nobilissimæ intelligentiæ Angeli ipsi, omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiũt salutis? nam rationales oues ita diligit Deus, vt nõ solum Episcopos, quemadmodum à S. Ambrosio scriptum est, ad tuendum gregem ordinauerit, sed etiam Angelos destinauerit. Præclare etiam S. Hieronymus: Magna dignitas animarum, vt vnaquęq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatũ. Quòd si Angeli homines custodiunt, quid aduersus Angelorum custodiam, & tutelam astra moliri, aut efficere poterunt, quæ cum ipsis Angelis nullo modo sunt comparanda? Nec sane hoc loco prætereunda est eximij Ecclesiæ Doctoris, & Beatissimi Pontificis Magni Gregorij sentẽtia, qui Priscillianistas hæreticos vnumquemque hominem sub constitutionibus stellarum nasci putantes, magno rerum & verborum pondere confutat. Absit (inquit) à fidelium cordibus, vt aliquid esse Fatum dicant, vitam quippe hominum solus hanc conditor, qui creauit administrat; neque enim propter stellas homo, sed stellæ propter homines factæ sunt, etsi stella fatum hominis esse dicitur, ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Vtinam insani homines hæc saperent, & intelligerent, ac Dei monitis obtemperarent in Leuitico dicentis: Non declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteminí, vt polluamini per eos: Neque enim quæ Christiana, & vera pietas repellit, ac damnat, tanto studio inuestigarent, ijsdemque misere se decipi, atque irretiri paterentur. Sunt etiam inanes quidam homines, & curiosi, vel impij, & irreligiosi, qui futurarum, & occultarum aliarum rerum notitiam adeo anxie habere studeant, vt ob eadem prænoscenda, & inuestiganda in diuinæ legis offensionem multipliciter incurrant. Alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, alijsque sortilegijs, & superstitionibus, non sine Dæmonum saltem occulta societate, aut tacita pactione, operam dare, seu illis, ac sortibus illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu vti non verentur. Alij vero aliquas pristinæ, & antiquatæ, ac per Crucis victoriam prostratæ Idololatriæ reliquias retinentes, quibusdam augurijs, auspicijs, similibusue signis, & vanis obseruationibus ad futurorum diuinationem intendunt. Alij item sunt, qui cum Morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum Inferno, qui similiter ad occultorum diuinationem ad inueniendos thesauros, vel ad alia facinora perpetranda, etiam expressa cum Diabolo pactione facta, in manifestam suarum perniciem animarum, nefarias magicæ artis incantationes, instrumẽta, & veneficia adhibent circulos, & diabolicos characteres describunt, Dæmones inuocant, aut consulunt, ab eis responsa petunt, aut accipiunt, eis preces, & thuris, aut aliarum rerum suffimẽta, seu fumicationes, aliave sacrificia offerunt, candelas accendunt, aut rebus sacris, vel Sacramentalibus sacrilege abutuntur, adorationis, genuflexionis, aut quæuis alia impietatis obsequia prestãt, cultum venerationemve tribuunt, aut annulum, vel speculum, aut paruas phyalas sibi fabricant, aut fabricari curant ad Dæmones in eis alligandos, seu includendos, vt putant, ad responsa ab ipsis inde petenda, aut habenda. Alij præterea etiam in corporibus obsessis, vel lymphaticis, & phanaticis mulieribus Dæmones de futuris, vel occultis rebus, aut factis exquirunt, vt merito ab eis, quos

D Dominus in Euangelio tacere imperauit, vanas, mendaceſque referant responſiones. Alij quoque præstigiatores, frequentius vero mulierculæ quædam superstitionibus deditæ in phyalis, seu vasculis vitreis aqua plenis, vel in speculo accensis candelis, etiam benedictis sub nomine Angeli Sancti & albi, Diabolum omnium malorum satorem supplices adorantes, vel in vnguibus, aut palma manus, quandoque etiam oleo perunctis eundem omnium fallaciarum architectum orant, vt similiter futura, vel occulta quæuis per spectra, & apparentes imagines, seu phantasticas visiones sibi ostendat, aut ab eodem patre mendacij Diabolo alijs incantationibus, aut vatijs superstitiosis obseruationibus, futurorum, & occultorum huiusmodi veritatem quærunt, & hominibus prædicere contendunt. Quorum omnium, quos supra enumerauimus consimilis impietas parem exitum habet, nimirum, quòd Dæmonis præstigijs, ac dolis, tũ qui diuinant, tũ qui diuinationẽ expetunt illusi, ac delusi miserrime reperiuntur. Itaq; cum futuros euentus in seipsis cõsiderare, antequã fiant, sit Dei proprium, illud necessario cõsequitur, vt Astrologi, & alij prędicti, qui huiusmodi futura prænuntiare, aut prænoscere quocunque modo, nisi Deo reuelante audent: iniuste atque impudenter, quod Dei est,

E sibi assumant, & vsurpent. Sic fit, vt dum ab eis, quod solius est Creatoris perperam creaturis tribuitur, diuina Maiestas grauiter lædatur, fidei integritas violetur, & animabus pretioso Christi sanguine redemptis, pestis, atque exitium importetur. Et licet iampridem regulis Indicis librorum prohibitorum ex decreto sacri generalis Trid. Conc. confecti, illud inter cætera constitutum fuerit, vt Episcopi diligenter prouiderent, ne huiusmodi Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus & indices legerentur, vel haberentur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisve casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent, permissis tamen iudicijs, & naturalibus obseruationibus, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuã dæ gratia conscripta fuissent. Libros vero omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reijci, & aboleri curarent. Non tamen errorum corruptelarum, delictorum, &

abusuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

abusuum prædictorum extirpationi vsque adeo prouisum est, quin etiam adhuc in nonnullis locis, A
& apud plurimos curiosius vigeant, cum valde frequenter, detectis Diaboli insidijs, diuinationum,
sortilegiorum, & variarum superstitionũ omnia plena esse indies detegãtur. Nos igitur, qui pro no-
stro pastoralis officij munere fidei integritatem inuiolatam conseruare debemus, & animarum salu
ti prospicere, quantum diuina gratia adiutrice possumus, ex paternæ charitatis visceribus optamus,
damnantes, & reprobantes omne genus diuinationum, quę Diabolo auctore ad fidelium deceptio-
nem à prædictis curiosis, vel perditis hominibus fieri solent. Cupientes præterea Sanctam illam
Christianæ Religionis simplicitatẽ, præsertim vbi agitur de summa Creatoris Dei potestate, sapien-
tia, & prouidentia ab omni erroris labe integram, atque incorruptam, vt par est, retineri: Volentes
quoque prædictæ falsæ credulitati, ac huiusmodi illicitarum diuinationum, & superstitionum, dete-
stabili studio, & execrandis flagitijs, atque impuritatibus occurrere, vt de Christiano populo merito
dici possit, quod de antiquo Dei populo scriptum est: Non est augurium in Iacob, neque diuinatio
in Israel: Hac perpetuo valitura constitutione, Apostolica auctoritate statuimus, & mandamus, vt
tam contra Astrologos, Mathematicos, & alios quoscunque dictæ iudiciariæ Astrologiæ artem, I
præterquam circa agriculturam, nauigationem, & rem medicam in posterum exercentes, aut faciẽ-
tes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus successibus, fortuitisque casi-
bus, aut actionibus, ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audent, etiam
si id se non certo affirmare asserant, aut protestentur, quàm contra alios vtriusq; sexus, qui supradi-
ctas damnatas, vanas, fallaces, & pernicioſas diuinandi artes, siue scientias exercent, profitentur, &
docent, aut discunt, quiue huiusmodi illicitas diuinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia, in-
cantationes, ac præmissa detestanda scelera & delicta, vt præfertur faciunt, aut in eis se quomodoli-
bet intromittunt, cuiuscunque dignitatis, gradus, & conditionis existant, tam Episcopi & Prælati,
Superiores, ac alij ordinarij locorum, quàm Inquisitores hæreticę prauitatis vbique gentium depu-
tati, etiamsi in plerisque ex his casibus antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligen-
tius inquirant & procedant; atque in eos seuerius Canonicis pœnis, & alijs eorum arbitrio animad
uertant. Prohibentes omnes, & singulos libros, opera, & tractatus huiusmodi iudiciariæ Astrolo- C
giæ, Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necroman
tiæ, Artis Magicæ, aut in quibus sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, execrabiles incantationes, ac
superstitiones continentur, ac vt supra in memorato Indice interdictos sub censuris, & pœnis in eo
contentis à quibuscunque Christifidelibus legi, aut quomodolibet retineri; sed illos Episcopis, &
ordinarijs locorum, vel Inquisitoribus prædictis præsentari, & consignari debere. Et nihilominus
eadem auctoritate statuimus, & mandamus, vt contra scienter legentes, aut retinentes libros & scri
pta huiusmodi, seu in quibus talia continẽtur: similiter ijdem Inquisitores libere, & licite procedãt,
ac procedere, & pœnis condignis punire & coercere possint. Non obstantibus constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes nostræ litte-
re ad communem omnium notitiam facilius deducantur; Iubemus illas in valuis Basilicarum San-
cti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affigi, seu appen
di, eisque detractis ipsarum exempla, etiam impressa eisdem in locis affixa relinqui. Et insuper vni-
uersis, & singulis Venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episco- D
pis, locorum ordinarijs, & Prælatis, necnon Inquisitoribus hæreticæ prauitatis vbilibet constitutis,
per hæc committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, vt per se,
vel alium, seu alios easdem præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum notitiam habue-
rint, in suis, & singulis parochialibus Ecclesijs, dum in eis populi multitudo ad diuina conuenerit,
deinde vero semel in anno, & quoties eis expedire videbitur, vulgari sermone publicent, aut publi-
cari faciant. Quia vero difficile foret præsentes litteras ad singula quæque loca, in quibus de eis fi-
des facienda erit, deferri. Volumus vt earum trãsumptis, etiam impressis, manu Notarij publici sub-
scriptis, ac paruo sigillo Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis, aut alicuius Prælati, vel Cu-
riæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique locorum adhibeatur, quæ
eisdem originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ
liceat hanc paginam nostrorum statutorum, mandatorum, prohibitionis, iussionis, commissionis, &
voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,
indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur- E
surum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesi-
mo octuagesimo quinto, Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.

H. Prodat.

Ioannes Baptista Canobius.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Indictione decimaquarta, die vero nona mensis Ianuarij. Pontificatus S.D.N.D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. Anno primo. Retro-
scriptæ litteræ Apostolicæ, affixæ lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis, seu portis Sancti Ioannis Latera-
nen. & Sancti Petri Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, & aciei Cãpi Floræ,
& per aliquod tẽporis spatium dimissæ per nos Io. Freile, & Nicolaum Tagliettũ, S.D.N. Papæ Cursores.

Alex. Parabiachus Mag. Cursorum.

FRAN-

FRANCISCI PEGNÆ
SACRAE THEOLOGIAE
Iuris vtriusque & liberalium artium Doctoris

Disputario, de auctoritate seu robore, probatione, & vtilitate Extrauagantium, seu litterarum Apostolicarum, pro officio sanctissimæ Inquisitionis contra hæreticam prauitatem.

SVMMARIVM.

1 Romanorum Pontificum cura in extripandis hæreticis. A
1 Leges multæ contra hæreticos latæ.
1 Leges contra hæreticos sub certis titulis distinctæ.
1 Leges extrauagantes cõtra hereticos, quales.
1 Extrauagantes cur sic appellatæ.
2 De quibus extrauagãtibus habeatur hic sermo.
2 De auctoritate extrauagãtiũ q̃ dissenerint.
3 De extrauagantibus latis cõtra hæreticos suscipitur hic disputatio. B
3 Extrauagantes omnes contra hæreticos editæ semper durant.
4 Leges seculares contra hæreticos conditæ, obseruandæ sunt.
4 Romani Pontifices leges seculares contra hæreticos factas obseruari iusserunt.
4 Inquisitores in suis diœcesibus an possint facere statuta contra hæreticos.
5 Imperatores etiam leges contra hæreticos latas obseruari præceperunt.
5 Iustinianus leges suorum prædecessorum edictas contra hæreticos custodiri iussit.
6 Leges desuetudine non abolentur.
6 Leges præsertim latæ contra hæreticos non tolluntur per desuetudinem. C
6 Leges contra hæreticos factæ semper viuunt, & semper loquuntur.
6 Leges cur per desuetudinem non tollantur.
7 Extrauagantes quando dicuntur decretis cõtentis in corpore iuris sub titulis de hæreticis, obuiare.
7 Solus Episcopus, vel solus Inquisitor multa olim facere poterat contra hæreticos, quæ nunc non potest.
7 Extrauagantes editæ contra hæreticos vt nõ valeant, quid obseruari debeat.
7 Quid cauere possint extrauagantes, & valebunt in hac causa. D
7 Statuta Inquisitorum contra hæreticos, an valeant.
7 Leges non possunt omnes articulos contingentes decidere.
8 Concilia prouincialia contra hereticos edita, vim legis obtinent.
8 Tolosanum, Biterrense & Narbonense concilia contra hæreticos celebrata vbi nunc sint reperta.
9 Instructiones priuatarum Inquisitionum quã vim habeant.
9 Instructiones vnius priuatæ Inquisitionis non obligant in vniuersum omnes orbis inquisitiones.
9 Inquisitores vnius prouinciæ, quando possint alterius Inquisitionis constitutiones obseruare.
9 Instructiones & constitutiones inquisitionis Hispaniæ quales.
9 Inquisitores prouinciarum generales, quales constitutiones condere possint.
10 Consuetudo cuiuslibet inquisitionis quatenus obseruanda.
10 Inquisitoribus datur facultas procedendi secundum approbatam consuetudinem.
10 Consuetudo tribuere potest Inquisitoribus vt contra blasphemos procedant.
10 Consuetudo priuilegium & etiam iurisdictionem tribuit.
10 Consuetudo quando præponderet sacris canonibus.
10 Consuetudo rationabilis quæ dicatur.
10 Inquisitores in procedendo quid obseruare debeant.
10 Romanæ inquisitionis consuetudo & stylus obseruandus. C
11 Extrauagantes cum certæ sunt, iuri communi præponderant.
11 Si dubitatur de extrauaganti an sit authentica, quid agendum.
11 Extrauagans quando præpõderet iuri cõi.
12 Sententia lata cõtra extrauagantem, an sit nulla.
12 Iudex non tenetur scire leges incognitas & occultas.
12 Iudici fides facienda est de extrauaganti.
13 Extrauagãtium auctoritas quot modis possit probari.
13 Extrauagantis auctoritas probatur ex plũbo pendente. D
13 Extrauagantes supra positæ omnes fere sunt authenticæ, & quare.
13 Extcauagans in archiuo publico reperta, authentica est, & fidem facit.
13 Extrauagantes repertæ Romæ in bibliotheca Vaticana fidem faciunt.
13 Item extrauagantes repertæ in archiuo Romanæ inquisitionis.
13 Extrauagantes à notario subscriptæ, vel personæ ecclesiasticæ in dignitate constitutæ sigillo munitæ, fidem faciunt.

K 14 Extra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 *Extrauagantes an sint leges generales, & vbique seruari debeant.*
14 *Extrauagãtes fauore fidei licet vni psonæ vel loco dirigãtur, ab omnibus seruari debẽt.*
14 *Lex an sit generalis ex persona statuentis pensandum est.*
14 *Francisci Bursati sententia reiecta.*
14 *Extrauagantes contra hæreticos editæ, cur Fratribus vnius ordinis fuerint quandoque directæ.*
14 *Imperatores condentes leges vni interdum magistratui eas dirigebant.*
14 *Extrauagantes contra hæreticos, cur ad certa loca sæpe destinentur.*
14 *Inferiorum iudicum leges, seu statuta non ligant extra suum territorium.*
14 *Sententia principis & eius epistola vniuersale ius facit, & omnes ligat.*
14 *Extrauagantes editæ contra striges siue lamias directæ Inquisitoribus Alemaniæ, ad ceteros vbiq. Inquisitores extenduntur.*
14 *Extrauagantes an mortuo earum conditore expirent.*
14 *Extrauagantes latæ contra hæreticos, nõ finiũtur mortuo cõditore, sed semper durãt.*
14 *Non est de essentia legis quòd sit perpetua.*
14 *Leges regulariter perpetuæ esse solent.*
14 *Leges communiter ita conduntur, vt omnes obligent.*
14 *Quandoque conduntur extrauagantes vni soli loco competentes.*
15 *Extrauagantium multiplex vtilitas consideratur.*
15 *Ex notitia præcedentium extrauagantium intelliguntur iura de hæreticis loquentia.*
15 *Per extrauagantes præcedentes errores multi euitantur.*
15 *Eymericus & Zanchinus decretis extrauagantium sæpe nituntur, & ideo rectius quàm alii scripserunt.*
15 *Inquisitores lectioni extrauagantium incumbere debent.*
15 *Turpe est iudici ignorare ius ad se pertinẽs.*
15 *Extrauagantes præcedentes contra hæreticos latæ, iussu Reuerendiss. Cardinalium Inquisitorũ generaliũ fuerunt impressæ.*

1 Continua Romanorũ Pontificũ cura in extirpandis hæreticis.

A Bexordio nascentis Ecclesiæ protinus Pastores vigilare cœperunt aduersus pseudodiscipulos, qui non intrantes in Dominicum ouileper ostium, aliunde conscendere, & vineam Domini sabaoth, Catholicam videlicet Ecclesiam dilectam Christi sponsam quasi vulpeculæ fraudulenter demoliri conabantur: quorum vigilum pastorum exemplo laudabili ceteri deinceps continua temporum serie Romani Pontifices, ardore Christianæ fidei & religionis accensi, se murum pro domo Domini aduersus hostes catholicæ Ecclesiæ opponentes, sedula diligentia quotiens occasio postulabat, & concilia prælatorum numerosa coacta multitudine celebrarunt, & leges multa æquitate & iustitia munitas contra hæreticos condiderunt, & alias à Principibus sæcularibus conditas sua auctoritate roborarunt.

Ex his quædam labentibus annis pontificia auctoritate in certa volumina, certosque titulos optimo artificio & accurata methodo sunt relatæ, quæ nunc in Decretalibus, Sexto, & Clementinis, sub titulis de hæreticis referuntur. aliæ pleræque vel quia à collectoribus visæ non sunt, vel quia longo tempore post eas collectiones sunt conditæ, extra eos iuris receptos titulos & libros dispersæ remanserũt: quas ea fortassis de causa Extrauagãtes nostri iuris interpretes appellarũt; de quarũ auctoritate & robore nunc est agendum, vt intelligatur quanta sit eis habenda fides: quo modo probetur earum auctoritas: & quanta sit earundem vtilitas.

2 De auctoritate extrauagantiũ in vniuersum qui differuerint.

Ac primum hic nobis præfandum est, non esse nunc nobis differendum in vniuersum de auctoritate & robore quarumliber extrauagantiũ de alijs rebus ab hæresi tractantium: nam hunc articulum longe latequedisputant nostri in c. 1. de const. li. 6. Panormitanus, & alij in c. pastoralis. de fide instru. idem Panor. & Ioan. An. in c. 1. de sent. & re iud. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iud. Bald. in l. 2. C. quando prou. non est necesse. Zabarella consil. 40. incipien. prædictæ cõstitutionis. Geminianus consil. 78. incipien. formantur ista secunda dubia. Philippus Probus in pragmatica sanctione, ca. Et quia, §. ipsas omnes. verbo, extrauagãtes. & verbo, regulas. Mantua. consil. 1. Gozadinus consi. 16. Ludouicus Gomes in proœmio regularũ cãcel. q. 2. Quintillianus Mãdosius in 5. q. 9. reg. cancella. nu. 2. & in 1. q. 28. reg. nu. 3. & seq. & in 3. q. eiusdem regulæ 28. & alij, quos in sequentibus adducam.

3 Extrauagãtes in hæreticos editæ licet non sint in corpore iuris clausæ valdæ sunt.

Sed hoc loco de auctoritate & viribus earum extrauagãtium præcipue differo, quę cõtra hæreticã prauitatem conditæ sunt, in posterumue condentur: nam in alijs maior forte est dubitatio, in his vero facilior quæstionis solutio, cum habeamus aperta põtificia respõsa hanc litem dirimentia, docentiaq. omnes constitutiones contra hæreticã prauitatẽ editas in suo robore permanere: nam in c. vlti. §. vlt. de hær. li. 6. ita scriptum est: *Constitutiones vero, ordinationes & mandata alia prædecessorũ nostrorũ in negotio hæreticæ prauitatis facta, concessa, seu etiã ad consulta, responsa, quæ constitutionibus suprascriptis super eadem editis prauitate non obuient, in suo volumus robore permanere.* hactenus Bonifacius viij.

Idem ipsum paucis post annis confirmauit Clemens v. in concilio Viẽnensi. refertur que in Cle. 1. de hære. §. vlt. his verbis: *Alia sane, quæ circa præmissum inquisitionis officiũ à nostris sunt prædecessoribus instituta (quatenus præsenti decreto nõ obuiãt) sacri approbatione cõcilij roborata in sua volumus firmitate manere.* hæc

hæc ibi. atque hoc ipsum vbique obseruant nostri, præsertim illi, qui contra hæreticos tractatus scripsere. Eymericus. 3. par. quæst. 84. & quæst. 131. Zanchinus tract. de hæret. in proœmio, num. 1. & cap. 6. num. 7. Repertorium Inquisitorum, verbo, extrauagantes. Petrus Godofredus in l. Ariani. vers. cunctis quoque. C. de hæret. notant Geminianus & alij in dicto cap. vlti. in fine. de hæret. lib. 6.

4 Leges sæculares in hæreticos editæ etiã inuiolabiliter obseruandæ.

Sed neque solæ Pontificiæ leges hæreticam prauitatem coercentes, licet extra iuris titulos ferantur, obseruari debẽt, immo amplius cauit Innocentius iiij. rescripto quodam magistratibus sæcularibus misso, incipiente: Orthodoxæ fidei. (quod etiam hic curauimus imprimendum) vt & leges item sæculares, & alia quælibet statuta contra hæreticos condita inuiolabiliter obseruentur his verbis: *Considerantes attente, quòd iurisdictio eorum,* [scilicet Inquisitorum,] *quò fuerit plenior in hac parte, eò magis esse poterit fructuosa, volumus & nostris sibi damus litteris in mãdatis, ut vos monere procurẽt, et inducere diligenter, vt statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & sæcularia, & constitutiones etiã quondam Frederici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione Ecclesiæ persistentis, edita contra hæreticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in Statutarijs vestris, eaque obseruetis, & faciatis irrefragabiliter obseruari.* hactenus ibi.

Atque ex hoc rescripti fragmento præter ceteros apud Eymericum in Directorio 3. parte super quæstio. 86. vers. sed maior difficultas ostendi Inquisitores hæreticæ prauitatis in suis diœcesibus posse aduersus hæreticos noua condere statuta, pœnas in eos augentia, quæ fauore fidei valida, & suis viribus consistentia & haberi debeant, & penitus obseruari.

5 Leges quaslibet in hæreticos latas obseruandas esse vetustissimi Imperatores sanciuerunt.

Neque hoc est recens inuentum, vt putant legum, antiquitatis, & historiæ ignari: nam & ab initio ferme nascentis Ecclesiæ supra mille & centum annos, nempe anno Domini 430. Christiani principes hoc ipsum sanciuerunt. Theodosius enim & Valentinus Imperatores Augusti, (vt scriptum extat in codice Theodosiano. lib. 16. tit. 4. l. 54. quam centum fere post annos Iustinianus in suum codicem transtulit ac roborauit. C. de hæret. l. Ariani.) modo leges à se conditas aduersus hæreticos vim legum inuiolabilium habere voluerunt, sed quascũque etiam alias ab alijs principibus editas, firmas & validas manere iusserunt his verbis: *Cunctis quoque legibus, quæ contra eos* [scilicet hæreticos] *ceteroſque, qui nostræ fidei refragantur, olim diuersisque temporibus latæ sunt, semper viridi obseruantia valituris, &c.* & paucis interpositis. *illis etiam omnibus in sua manentibus firmitate, quæ de militia, pœnisque variis, deque diuersis sunt hæreticis promulgata; vt nec speciale quidem beneficium aduersus leges valeat impetratum.* hæc ibi.

6 Leges desuetudine, aut longo temporis interuallo non abolentur.

Ex his apertissime docemur generaliter legem quantumcunque diu factam non aboleri desuetudine, vt grauiter docuit Iason in l. de quibus. notabili 6. ff. de legibus & senatusc. & Matthæus Afflictus in repetitione sanctionis de iure protomiseos. §. 6. notab. 1. nu. 2. & Angelus Aretinus in §. igitur. in proœmio Institutio. num. 2. quod tametsi generaliter in omnibus legibus obtineat, illis obseruatis dictionibus, quas retulit præcitato loco Afflictus: in his vero, quæ contra hæreticam prauitatem latæ sunt, maxime obseruatur. nulla enim præscriptio, nullum temporis quamuis longissimi spatium, aut tollere radicitus, aut immutare potest; nisi nominatim & expresse aliæ ferantur leges, quæ illas reuocent, aut immutent: leges enim huiusmodi semper viuunt. cap. contra. 25. quæst. 1. semper item loquuntur, vt notant Bart. Butrig. & Saly. in l. Ariani. C. de hæretic. & idem Saly. in Authent. cassa. quæstio. 3. de sacro si eccles. & Ioan. Imo. in l. 3. §. si rem. ff. pro emptore. & olim maximus Plato de legibus loquens dialogo 9. dixit, legem ipsam, quę aliquid interdicit, id pro vniuersa ciuitate semper interdicere, & interdictum esse.

Dixi autem, desuetudine non tolli leges, quoniam etiam si per mille annos allegatæ non sint in iudicijs, præsertim cum ab initio fuerint receptæ, non propterea abibunt in desuetudinem, vt grauiter & vere differit Iacobus de Beluiso in Authent. de hæredibus & Falcidia, post principium, & Cynus in l. rem non nouam. C. de iudicijs.

An autem & quando per contrariam consuetudinem leges tollantur, non est præsentis instituti nunc docere.

7 Extrauagantes quãdo dicantur decretis titulorum de hæreticis obuiare.

Quod vero ait Bonifacius octauus in dicto cap. vlti. de hæret. & Clemens v in dicta clemen. 1. §. vlti. de hæret. tunc scilicet extrauagantes esse admittendas, quando decretis contentis in titulis de hæreticis non obuiant, eò pertinet, vt intelligamus veteres omnes leges in hæreticos latas confirmari, dummodo manifesto & expresse eis decretis non contradicant: quoniam si contradixerint, solum in ea parte in qua contradicunt, emendatæ sunt; in ceteris vero validæ semper remanent. Res fiet vno exemplo illustris, nam in similibus idem erit iudicium: Iure veteri solus Episcopus, item solus Inquisitor per se poterat hæreseos reos duro carceri mancipare, torquere, & sententiam condemnatoriam in eos pronuntiare, vt optime scripsit Eymericus. 3. part. quæst. 48. vbi dixi copiose. hodie tamen id obuiat dispositioni Clementinæ primæ. §. propter quod. vers. duro tamen. de hæret. & ideo in ea parte tantum lex antiqua est sublata omnino, in ceteris viridem obtinet obseruantiam.

Iam illud amplius colligitur, ad hoc vt ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

trauagantes, & quælibet aliæ leges contra hæreticos editæ per clausulam prædictam tollantur, oportere vt expresse constitutionibus positis in titulis de hæreticis obuient, id est, vt manifeste, & expresse eis contradicant, atque è diametro cum eis pugnent: id enim significat verbum, obuiandi, in præcitatis responsis positum, vt docent humaniorum literarum professores, quos in re aperta consulto omitto.

Ergo si per constitutiones extrauagantes, aut quasuis alias leges ecclesiasticas aliquid caueatur, quod à iure communi non sit prouisum, aut non plene decisum, dummodo expresse cum eo non pugnet, siue id pœnas in hæreticos & eorum complices augeat, siue modum inquirendi, interrogandi, euocandi, compellendi, torquendi, publicandi, aut quid simile præscribat, id profecto obseruandum erit, quod apertissime probant præcitatorum rescriptorum verba.

Statuta Inquisitorum valida sūt.

De generalium autem Inquisitionum statutis, seu institutionibus, quæ multa interdum cauere solent, aut omissa penitus à iure communi, aut parum explicata, hoc sentio. quòd si vel faciliorem præscribant modum procedendi in causis fidei, vel pœnas in hæreticos augeant rationabiles, inspecta locorum & personarum qualitate, vel denique quacunque alia ratione ea iubeant, quæ in argumentum fidei sine cuiusquam præiudicio tendunt, proculdubio obseruanda sunt: euidens enim ratio hoc suadet, quoniam leges iam latæ siue in hac causa siue in alijs, non possunt plene omnes casus siue articulos occurrentes decidere. l. neque leges .ff. de legibus & senatusco. fit ergo, vt id quod ad commodiorem causarum tractationem statuitur, vbi & iustum est, & iuri scripto non repugnat, debeat obseruari.

8 Concilia prouincialia auctoritate delegatorum sedis Apostolicæ in hæreticos edita vim legis habent.

Præterea quæ de extrauagantibus diximus, obtinere etiam putamus in concilijs prouincialibus auctoritate Apostolica, seu auctoritate delegatorum sedis Apostolicæ contra hæreticos editis; qualia sunt Tolosanum, Biterrense, Narbonense, & si quæ sunt similia, quæ à nobis nuper in bibliotheca Vaticana in peruetusto codice (quem nobis Illustrissimus Cardinalis Guilielmus Sirletus vir omni eruditionis genere clarus, & Christiana pietate insignis, humaniter exhiberi ob publicam vtilitatem iussit) reperta proxime cum nostris commentarijs in lucem dabuntur. huiusmodi enim concilia, auctoritate delegatorum sedis Apostolicæ condita vim legis habent in hoc crimine, & penitus obseruanda sunt. ita non obscure colligitur ex prædictis, sed nominatim id cauit Vrbanus iiij. in rescripto incipiēte: Præ cūctis. §. & obseruari. relato ab Eymerico parte 2. vbi ita scriptum est: *Et obseruari omnia statuta, tam per sedem Apostolicam, quàm in concilijs legatorum eiusdem sedis prouide edita, quæ negotium catholicæ fidei tangere dignoscuntur, sicut promotioni negotij, & augmentationi fidei fuerit opportunum.* hæc ibi.

Nec te moueat in quibusdam codicibus hanc periodum paulo aliter contineri ita: *quàm in concilijs eiusdem sedis.* quæ verba solis summorum Pontificum statutis, non delegatorum eius, robur tribuere videntur: quoniam in multis exemplaribus etiam peruetustis, lectionem, quam paulo antea retuli, frequentius inueniri scio. & eam lectionem prudenter etiam agnouit Eymericus 3. parte quæstio. 72. cum eam rescripti partem ad hoc institutum, de quo nunc agimus, citaret.

9 Instructiones Inquisitionis Hispaniæ, & aliarū Inquisitionū quam vim habeant.

De instructionibus vero, seu priuatis aliquarum Inquisitionum constitutionibus, veluti de instructionibus Inquisitionum Hispaniæ à multis vidi sæpe dubitari, quantam vim habeant, quod est hic à nobis obiter etiam declarandū.

Ac primum hoc est exploratissimum, eas instructiones in eis tantum regnis vim habere, obseruandasque esse ibidem ab inferioribus Inquisitoribus: extra Hispaniam vero in terris, quæ generalis Inquisitoris Hispaniæ iurisdictioni non subduntur, nullam penitus obtinent firmitatem: quoniam iudices inferiores & si potestatem habeant condendi leges, at vbi eas condiderint vniuersales non sunt, neque extra suum territorium earum virtus egreditur. cap. 2. de constit. lib. 6. l. vlti. ff. de iurisd. om. iud. tales sunt Episcoporum & inquisitorum leges, quas in suis condunt territorijs.

Inquisitoribus vero aliarum Prouinciarum, tunc iuxta dispositionem instructionum alterius Inquisitionis procedere secure licebit, quando à iure communi non discrepant, aut rationi consentaneæ sunt, & in illis locis opportunæ, consideratis locorum, personarum, negotiorumque circunstantijs.

Sunt autem, vt ingenue fatear quod sentio, vtiles Hispanicæ instructiones, rationi consentaneæ, & eruditæ, nempe quæ à multis & sapientissimis viris, matura deliberatione variis temporibus sint conditæ: docentque singulariter, quidquid in primis ad praxim attinet, & propterea Inquisitorum muneri & officio sunt valde accomodatæ. Ego ita censeo, quicunque fidei iudices iuxta præscriptum ordinem, & methodum earum instructionum processerint, aut iudicauerint, siue absoluendo, siue condemnando, siue salutares pœnitentias imponendo non errabunt, imo quidem recte suo munere fungentur, sed prudentia & iudicio opus est.

In his instructionibus, siquid caueatur quod iuri communi contradicat expresse, ipso iure id inualidum est, vt præcitata rescripta ostendunt in cap. vlti. §. vlti. de hæret. libr. 6. & in clement. 1. §. vlti. de hæret. ceterum si generalis Hispaniæ Inquisitor, aut quiuis alius à sede Apostolica obtinuerit, vt intra suam iurisdictionem possit condere instructiones etiam iuri communi contrarias, quæ ad extirpationem prauitatis hæreticæ pertineant; sane tunc illis erit in eis regnis obtemperandum. exempla multa occurrunt, sed facile omitto: nam docendi ratio absque eis intelligi potest. de cæteris aliarum Inquisitionum instructionibus, seu sanctionibus idem est iudicandum.

10 Consuetudo approbata & rationabilis cuiuslibet Inquisitionis obseruanda.

Iam quæ hactenus de instructionibus, seu sanctionibus priuatarum Inquisitionum diximus, eadem quoque de consuetudine cuiuslibet Inquisitionis accipienda sunt; nam Inquisitores hæreticæ prauitatis tum in puniendis hæreticis, abiurationibus faciendis, reis torquendis, inducijs concedendis, totoque processu fabricando, tum in cæteris quæ ad latissimum suum officium spectant, approbatis suæ Inquisitionis consuetudinibus vti possunt, quod in priuilegio creationis ipsorum continetur: nam inter cætera eis conceditur, vt procedant contra omnes hæreticos cum omni auctoritate, facultate, & potestate tam de iure quàm de approbata consuetudine: approbatam autem consuetudinem velut legem esse obseruandam explorati iuris est. §. ex non scripto. Instit. de iure nat. gent. & ciuili. vbi communiter Doctores.

Vnde si per vetustam & approbatam alicuius Inquisitionis consuetudinem receptum esset, vt Inquisitores hæreticæ prauitatis indistincte animaduerterent in blasphemos, crederem eos id iudicium absque errore posse exercere: nam consuetudo hoc illis tribueret priuilegiū, cum consuetudo priuilegium tribuat, vt docet Bart. in proœmio Digestorum. §. hæc autē tria. num. 3. Rursus quoniam consuetudo tribuit iurisdictionem. glossa singularis in l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud. facit textus in c. cum contingat. de foro compet. vbi Fely. Bald. in rub. de consuet. col. 2. per l. viros. C. de diuer. offi. lib. 12. vbi Bart. in fine. Romanus consil. 243. incip. ad prædictorum roborationem. vers. secundo principaliter, & consil. 300. incip. in casu proposito. late Decius in dicta l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iud. num. 19.

Neque hoc mirum videri debet, cum consuetudo tantam habeat vim, vt etiam canonibus præponderet, si sit rationabilis, & legitime præscripta. cap. vlti. extra de consuet. tradit glossa communiter recepta in cap. pastoralis. verbo, dissona. de fide instrum. & Aymo Crauetta in tractat. de antiquit. temp. part. 1. §. 1. num. 42.

Veruntamen monendi sunt hic Inquisitores, ne quamlibet suæ Inquisitionis consuetudinem velut rationabilem admittant: nam vt consuetudo dicatur rationabilis, & approbata, plura exiguntur, quæ non facile possint in quauis consuetudine reperiri: rationabilis enim dicitur consuetudo, quam iura non improbant, aut quæ iuri non contradicit. glossa in cap. vlti. verbo, rationabilis, extra de cō suet. item vt consuetudo pro lege seruetur, multa requiruntur. glossa & Doctores in cap. consuetudo. distinct. 1.

Quam ob rem ne quid velamine, aut prætextu approbatæ consuetudinis incautum committant Inquisitores, sequentia intueantur. Primum curēt omnino cuncta gerere, hoc est, processus suos fabricare, omnemque ordinem iudiciarium dirigere in puniendo, & absoluendo, & ceteris ad suum officium spectantibus iuxta canones, præsertim eos qui de hæreticis sunt, & contra hæreticos conditi: deinde vero ad consuetudinem & stylum Romanæ Inquisitionis, à qua cæteræ velut à capite pendent, vbi leges deficiunt, & in arduis audacter recurrant: quis enim concedat in re tam graui priuatas Inquisitionum, aut prouinciarum consuetudines facile esse sequendas? præsertim cum iura vbique clament, maiores Ecclesiæ causas, & præsertim quæ articulos fidei tangunt, ad sedem Apostolicam esse referendas. cap. Maiores. de baptismo & eius effectu. ergo priuati ciuitatum Inquisitores, si tutius & securius tractare omnia cupiunt, cum leges deficiunt, aut etiam obscuræ sunt leges, stylum & consuetudinem supremi senatus Inquisitionis Romanæ, quæ ceterarum caput est, consulant & sequantur. in hac enim nullū est erroris periculum: nam præterquam quòd à sapientissimis iudicibus & vigilantissimis causæ fidei tractantur, quotidie etiam summum Pontificem consulere licet, cuius iudicium quantam in rebus fidei habeat auctoritatem, exploratissimum est apud Catholicos.

Priuati Inquisitores stylum Romanę Inquisitionis obseruent.

11 Extrauagantes cum certæ sunt, iuri communi præponderant.

Sed ad Extrauagantes reuertor, quarum tanta est auctoritas, vt si exploratæ fidei sint, aut (vt nostri loquuntur) indubitatæ, constitutionem in corpore iuris clausam tollant. cap. 1. de constitut. vbi Doctores, Guimier in pragmatica sanctione, cap. & quia. §. ipsas omnes. verbo, extrauagantes. quòd si dubitetur, an sit authentica nec ne, tunc si est iuri consona, secundum eam debet iudicari, at si à iure discrepet, summus est Pontifex consulendus. cap. Pastoralis, vbi Panormit. & alij extra de fide instrum. & tradit glossa in pragmatica sanctione loco proxime citato. huius autem doctrinæ multa occurrent exempla in positis extrauagantibus, quæ breuitatis gratia omittimus. attamen præcitatum dogma ita crederem intelligendum, vt tunc extrauagans iuri communi præualeat, & secundum eam sit iudicandum, quando in extrauaganti apponeretur clausula: *Non obstantibus quibuscunque constitutionibus in contrarium, &c.* quæ communiter apponi solet: nam si hæc clausula deesset, præsertim in nostris extrauagantibus, si quid tunc contra decreta in titulis de hæreticis contenta sancirent, id plane irritum esset per iura adducta ex cap. vlti. § vlti. de hæret. lib. 6. & clemen. 1. §. vlti. de hæret.

12 An sententia lata contra aliquā extrauagantem sit nulla.

Ex prædictis pendet quæstio ad intelligendum vtilis & huic instituto valde accommo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

data, an ſcilicet ſententia à iudice lata contra A
diſpoſitionem alicuius extrauagantis ſit nulla?
& cum extrauagantes, vt hactenus demonſtra
tum eſt, virtutem legis habeant, plane irritum
videtur iudicium contra earum diſpoſitionem
factum. at Bartolus in l. cum prolatis. num. 2.
ff. de re iud. quem alij proxime citandi ſequun-
tur, ita diſtinguebat: ſi ſententia ſit lata contra
extrauagantem in corpore iuris clauſam, nulla
erit: ſecus autem ſi reuera ſit extrauagans, hoc
eſt, ſi non reperiatur in corpore iuris. idem vi-
detur tenere Romanus conſil. 260. incipien.
in propoſito caſu. Alex. conſil. 81. incipien.
ponderatis his lib. 2. Ant. Butrius in proœmio
decretal. idem in c. paſtoralis. de fide inſtrum.
Franciſcus Pauinus in præludio præfixo extra-
uagantibus, Ioan. xxii. & alij quos ille refert.
ratio vero vtriuſque partis poſitæ diſtinctionis
facilis eſt: nam primum ideo ſententia lata con
tra diſpoſitionem extrauagantis in corpore iu-
ris contentæ eſt nulla, quia perinde eſt ac ſi cõ
tra legẽ lata fuiſſet. Bal. in l. 2. C. quando prou-
uo. non eſt nece. Ant. Butrius in c. i. & c. cum
inter. de re iud. tradit optime Franciſcus Pau-
nus præcitato loco.

Rurſus, ſi extrauagans eſt incognita, & con C
tra eius diſpoſitionem feratur ſententia, non
vitiatur, quia in cognitas leges iudex cognoſce
re non tenetur. argumento dictæ l. cum pro-
latis ff. de re iud. nam ſi ſententia lata contra le-
gem prolatam, ideſt, iudici indicatam, quam
forte iudex ob ſummam difficultatem & ob-
ſcuritatem non intelligebat, nec putabat ad
negotium & cauſam de qua agebatur pertine-
re, ſummo iure valet, vt in dicta l. cum
prolatis. ff. de re iud. profecto multo magis va
lida erit ſententia lata contra diſpoſitionẽ ex-
trauagantis ignotæ, & non productæ: ergo li-
quere debet iudici, fideſque ei facienda eſt de D
valore & robore extrauagantis, vt ſententia la
ta contra ipſam nulla ſit & inualida, vt elegan-
ter præcitato conſil. 260. docuit Romanus, &
Gulielmus Caſſadorus deciſione 7. ſuper regu
lis, incipien. Proponebatur dubium. nu. 5. vbi
dicit regulas, extrauagantes & concordata, niſi
producantur in actis, à iudicibus non conſide-
rari. atque hactenus de prima huius diſputa-
tionis parte, quæ ad valorem extrauagantium
ſpectabat.

SECVNDA PARS DISPVTA E
tionis, Quomodo probetur extraua-gantium auctoritas.

13 Quot mo dis probe-tur extra-uagantium auctoritas.

SVPERIORIBVS ita conſtitutis, ſuper-
eſt nunc altera huius diſputationis pars valde
etiam vtilis & neceſſaria, videlicet, qua ratione
probari debeat extrauagantium auctoritas, vt
intelligatur quæ ſit vere extrauagans, & vim le
gis habeat, ſiue vt noſtri loquuntur, quæ ſit
extrauagans authentica, quæ vero ſecus.

Hoc etiam caput tractant ferme Doctores,
quos hactenus variis locis adduximus, ſed ne-
mo luculentius quàm Franciſcus Pauinus cau
ſarum ſacri Palatij olim Auditor in præludio
præfixo ad extrauagantes Ioan. xxij. in hæc
verba: *Debent autem extrauagantes quando de*
eis dubitatur in forma authentica produci ſub plũ-
bo, ſi extra curiam ſunt producendæ: vel, ſub ſigne
to Vicecancellarii, ſi in curia ſunt producendæ: &
hoc de illis quæ ſunt deſcriptæ in libro Cancella-
riæ; illæ autẽ quæ ſunt deſcriptæ in Camera Apo-
ſtolica ſignantur cum ſigneto Camerarij, vel ſub
plumbo, &c. & ita ſeruatur in Curia Romana. ha-
ctenus Pauinus, à quo non diſſentit Ludoui-
cus Gomes in proœmio regularum Cancella-
rię, & alii recentiores: nam & id vſus obſeruat.

Ex ponde re plũbeo pendenti, probatur extrauagan tium auc to ritas.

Primus ergo modus probandi auctorita-
tem extrauagantium extra curiam (nam curiã
nunc libenter omitto, cum magis neceſſarium
ſit abſentibus conſulere, quàm illis, qui quoti-
die Pontificem Romanum alloqui poſſunt)
eſt, cum extrauagantibus ſeu reſcriptis pontifi
ciis adiungitur appenſum illud plumbeum cũ
fune canapis, impreſſis in ipſius vna parte ſa-
cris Petri & Pauli capitibus, in altera vero no-
mine eius Pontificis, qui reſcriptum edit, ſeu
concedit.

Hinc intelliges præcedentes extrauagantes
diuerſorum Romanorum Pontificum pro of-
ficio ſanctiſſimę Inquiſitionis contra hæreti-
cam prauitatem authenticas eſſe, & pro lege
ſeruandas: quoniam ex autographis ſeu arche-
typis aut originalibus, pendenti plumbeo mu-
nitis deſumptæ, & tranſcriptæ ſunt à nobis
ſumma diligentia, & præſertim omnes illæ,
quæ habentur in Archiuo Inquiſitionis Bonon-
enſis, & in archiuo Conuentus ſancti Franci
ſci de Aſiſio plumbeo pondere munitæ ſunt,
vt protinus ſummam earum percipias auctо-
ritatem: aliæ vero vnde habeantur, notatiuncu
la in margine poſita initio cuiuslibet extraua-
gantis aperte indicat.

Extrauagans reper ta in Ar chiuo pu blico fidẽ facit.

Rurſus auctoritas etiam extrauagantis pro-
bari poteſt, ſi reperiatur in publico alicuius lo-
ci Archiuo. Romanus dicto conſil. 260. quem
refert & ſequitur apoſtilla ad Bart. in dicta l.
cum prolatis. ff. de re iud. verbo, poſita. idem
Romanus conſil. 165. incipien. liber Regiſtri.
& conſil. 319. incipien. in cauſa Ioannis. Ge-
minianus conſil. 82. incipien. circa thema.
num. 6. & ſequen. Decius conſil. 146. incipien.
pro tenui. num. 10. Marſilius conſil. 20. inci-
pien. Digneris quæſo. & conſil. 43. inci-
pien. Spiritus ſanctus. & late Craueta in tract.
de antiquit. tempor. parte. 1. num. 194. &
ſeq. & gloſſa in cap. Cum cauſam. de probat.
in verſ. per libros antiquos. quoniam in publi-
cis archiuis non ſolent recondi niſi quæ publi-
ca auctoritate geruntur, idque fit ſumma inte
gritate & veritate, adhibita perſonarum pu-
blicarum auctoritate, quorum fides & religio
probata eſt & perſpecta.

Hinc

Hinc colliges eas extrauagantes & quæli- A
bet alia reſcripta, quæ Romæ in bibliotheca
Vaticana in Regeſtis Pontificum Summorum
aſſeruantur, magnam habere & inuiolabilem
auctoritatem, tametſi non adſint pondera plũ-
bea, cũ in his Regeſtis nihil deſcribatur, quod
non ſit prius multa diligentia examinatum &
præuiſum, ſummaque auctoritate, & verita-
tis ſinceritate munitum, & per publicas perſo-
nas, iuxta Romanæ Curiæ ſtylum & conſuetu-
dinem conſignatum & obſignatum ſeu ſubſcri
ptũ, vnde abſcripturis contentis in his Regeſtis
omnis incertitudo procul abeſt. Atque hoc ip
ſum etiã obtinet in ſcripturis deſumptis ex Ar-
chiuo Inquiſitionis Romanæ; vt hinc etiam col
ligas, extrauagantes & reſcripta inde ſumpta
inuiolabilem & certam habere auctoritatem.

Extrauagans à notario ſub-ſcripta, & ſigillo per-ſonæ eccle ſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munita, fi-dem facit.

Denique extrauagantium & reſcriptorum
pontificiorum firma etiam probatur auctori-
tas & fides, quoties manu alicuius notarij pu-
blici, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate ec
cleſiaſtica conſtitutæ munita ſunt, quod gene
raliter hodie obtinet in omnibus reſcriptis pon
tificijs extra curiam miſſis, per clauſulam eiſdẽ
reſcriptis inſertam, per quam id non obſcure
cauetur: ita enim præſtatur tanta fides ipſis re-
ſcriptorum exemplaribus ſeu tranſumptis, ac C
præſtaretur originalibus ipſis reſcriptis.

14 An extra-uagantes ſint leges generales.

Sed occurrit hoc loco difficultas mihi neceſ-
ſario diluenda, quæ iuris ignaros poſſet in hac
cauſa perturbare, an ſequentes extrauagantes
ubique obſeruari debeant? videbitur enim ali-
cui nec vbique nec ab omnibus Inquiſitoribus
aut iudicibus eſſe obſeruandas.

Primum, quia certis quibuſdam Inquiſito-
ribus deſtinantur, veluti fratribus ordinis Præ-
dicatorum: Rurſus non vbique degentibus,
ſed in Lombardia, Marchia Taruiſina, aut ali-
bi in locis quibuſdam ſingularibus conſtitu- D
tis. Cum igitur reſcripta hæc localia videan-
tur, non debent omnes generaliter ligare. c. 1.
& c. 2. de conſt. lib. 6. l. vlt. ff. de iuriſd. om. iud.

Iam de natura legis vniuerſalis, & gene-
ralis eſſe videtur, vt ſit perpetua & durabilis,
vt docet Archidia. in c. donatum. 1. q. 7. & Ni-
colaus de Milis verbo lex. §. 1. fa cit textus in l.
edita. C. de edendo. ibi; perpetui edict. extraua-
gantes vero non ſunt tales cum extinguantur
& moriantur ſuo conditore mortuo, vt vide-
tur velle Ionannes And. in c. nemo poteſt. de
reg. iur. li. 6. & Coſma Guimier in gloſſa prag- E
maticæ ſanctionis, cap. Et quia. §. ipſas om-
nes. verbo, regulas.

Poſtremo, quia vt lex vniuerſaliter liget &
obliget, principem id expreſſe cauere oportet
per notata in l. nec Dorotheum. C. de decurio.
lib. 10. facit textus in c. 1. de conſtit. hoc autem
deeſſe videtur in noſtris extrauagantibus.

Cæterum his minime refragantibus, certum
eſt extrauagantes vbiq; ſeruandas eſſe. Primũ,
quia hæretica prauitas aduerſus quã ſunt con
ditæ, & fauor fidei, quẽ reſpiciũt, & iudices qui

A eis vti debent, vbiq; eodẽ iure cenſentur: ius er
go quod circa hæc verſatur, vbiq; valebit, cum
eadem vbiq; ſit ratio. l. a Titio. ff. de verb. obli.
li. Illud. ff. ad leg. Aquil. cum ſimilibus.

Rurſus ex perſona ſtatuentis metimur legẽ
eſſe generalẽ aut ſpecialem. c. vlt. de conſt. lib.
6. at ſummus Pontifex habet generalem iuriſdi
ctionem ſuper hæreticam prauitatem, & fidei
negotia: fit ergo, vt leges extrauagantes ab eo-
dem conditæ generaliter vbique locũ habeãt.
atque hæc ſententia vera eſt, quam probant tũ
præcitati, tum in primis adducta per Lud. Go-
mes in proœmio reg. cancel. quæſt. 2.

B Atque ex his & aliis nonnullis in Directo-
rio Inquiſitorum parte 3. ſuper quæſt. 109. §.
præterea non arbitror. refellebam in hac editio
ne ſententiam Franciſci Burſati conſil. 43. inci
pien. ob crimen hęreſis. nu. 52. li. 1. dicentis, con
ſtitutiones Innocẽtij. iiij. & Clementis iiij. Ro-
manorum Pontificum diſponentes de bonis hę
reticorum confiſcatis, in Italia ſolum eſſe ob-
ſeruandas: quoniam ad terras Italiæ fuerunt di
rectæ & tranſmiſſæ: hoc enim tamquam impro
babile prorſus cenſeo reijciendum.

Neq; obſtant quæ contrariã ſententiã pro-
bare videbantur. Primũ enim non refert, ſolis
ſæpe fratribus ordinis Prædicatorum mitti: hoc
enim ideo fit, quia initio conſtitutę Inquiſitio-
nis delegatæ, hi in primis cum Epiſcopis & Fra
tribus Minoribus iudicium in hæreticos exerce
bant: & ſummi Pontifices his loquentes omni-
bus Inquiſitoribus loquuntur; nam eodem mo
do Imperatores, quorum ſanctiones & leges in
Codice Iuſtinianeo numerantur, leges ſuas
quandoq; Eutropio, aliàs Palladio, aliàs alijs
vrbiũ præfectis & præſidibus nuncupant, vt in
præfixis legũ titulis licet intueri: at nemo dicet
proinde eas leges particulares eſſe; immo fuit ne
ceſſariũ præcitatas has perſonas exprimere, vt
per eas, leges cõditę vbiq; obſeruari iuberẽtur.

Iam non obſtat, ad certa loca deſtinari, quia
cũ ſæpe contingat ſummũ Pontificẽ ab Inqui-
ſitoribus vnius ciuitatis, vel prouinciæ rogari,
legẽ ferre, legiſlator illis eam legem deſtinat: at
non eſt eius mentis, vt velit in eo ſolo loco eã
legem valere, ſed generaliter vbicunq; eadẽ eſt
ratio: nam licet hoc argumentũ procedat in in-
ferioribus iudicibus, qui limitatam habent iu-
riſdictionem, quorũ placita neminem ligãt ex-
tra territorium. l. vlt. ff. de iuriſd. om. iud. at non
eſt ita in principe ſupremam iuriſdictionem ha
bente, qui quamuis faciat actum concernen- E
tem certum locum aut perſonam, nihilominus
ille actus nõ facit legem particularem, ſed vni-
uerſalem. l. vlti. C. de legib. vbi ſententia prin-
cipis in certa cauſa lata, vniuerſale tamen ius fa
cit, & omnes ligat: quod ipſum operatur prin-
cipis epiſtola certæ alicui perſonæ directa. l. 1.
verſ. per epiſtolam. ff. de conſt. princip. cum ſi-
milibus. tradit Ioannes Platea in l. neque. C.
de decurio. lib. 10. declaratq; pulchre Iaſon in
l. 1. nu. 24. ff. de ferijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hanc sententiam, quam hoc loco explicamus, nominatim & expresse profitetur Bartholomæus Spineus tract. de strigibus cap. 3. vers. patet etiam ex supradictis. vbi vere tenet, quòd quamuis extrauagantes editæ aduersus striges siue lamias, (quas ille eo loco refert) dirigantur ad Inquisitores Alemaniæ, nihilominus tamen non minus se extendunt ad alios Inquisitores, quàm Decretales in corpore iuris odinatæ, quarum multæ ad singulares personas diriguntur: & tamen quod per tales iubetur, aut prohibetur, seu quomodolibet ordinatur, pro lege ab omnibus obseruatur, cap. si Romanorum. 19. dist.

Præterea non obstat tertia obiectio de perpetuitate legis: quoniam fateor equidem extrauagantes quandoque cum conditore interire, at hoc in multis, & præsertim in nostris extrauagantibus locum non habet, quas perpetuo durare satis abunde docuimus in superioribus, cum de earum auctoritate dissereremus. neque Ioan. And. aut præcitati indistincte asserunt, extrauagantes extingui per mortem cõditoris, sed eas seruandas esse, præsertim viuente earum conditore, & vbi non sunt contrariæ iuri communi, & decretis sacrorum cõciliorum. 25. q. 2. c. institutionis. c. 1. de consti. notatque Ant. in proœ. clem. & Franc. Pauinus super extrauagantes Ioan. xxii.

Et tametsi temporales essent, & cum conditore interirent, at non propterea sequeretur non esse leges generales; quoniam dum viueret conditor generaliter omnes obligarent. neque enim pertinet ad essentiam legis quòd sit perpetua, hoc enim in potestate legislatoris positum est, vt copiose docet Geminianus consil. 93. incip. Videtur primo, quòd ista reseruatio. nihil enim refert ad vniuersitatem legis, quòd sit temporalis, cum in hoc voluntas sola condentis attendatur, vt notatur in c. nobis. de sent. excommunicat. & in clem. 1. de vit. & honest. cle.

Neque sententia Archidiaconi refragatur huic doctrinæ: is enim loquitur secundum id quod fit communiter, nam regulariter quidé leges perpetuæ esse solent. ceterum, vt dixi, extrauagantes nostræ perpetuo viuunt & loquuntur.

Postremo nihil refert, Principem non cauere nominatim, vt extrauagantes generaliter omnes obligent, quoniam communiter leges ita conduntur, vt omnes obligẽt & perpetuæ sint, vt paulo antea dicebamus, & nisi contrarium caueat (quod communiter fieri solet) vouisse putandum est. l. si quis donaturus. vbi glossa. ff. de vsufru. l. quod si nolit. §. qui assidua. vbi Bal. ff. de ædilit. edict. cum alijs relatis ab Euerardo in loco à solitis.

Non inficior tamen quandoque solere condi extrauagantem tum in causa hæresis, tum in alijs, vni soli loco competentem: quia materia de qua ea extrauagãs cõcepta est, in eo solo loco forte versatur: ceterum si contingeret similia alibi fieri, tunc ad ea quoque loca extrauagantis dispositio referenda esset.

TERTIA DISPVTATIONIS PARS
De vtilitate extrauagantium.

15 Extrauagantium multiplex vtilitas.

Superest iam, vt tertium propositæ disputationis caput absoluamus, in quo de vtilitate harum extrauagantium breuiter differendum est.

Quanta sit extrauagantium vtilitas nõ oportet multis ostendere, cum res ipsa per se id loquatur aperte. Primum enim ex notitia extrauagantium melius forte quàm ex turbidis & molestis quorundam interpretum commentationibus intelligentur vniuersa Pontificum rescripta in titulis de hæreticis comprehensa. nam cum extrauagantes copiosius sint conceptæ, & ex ipsis quædam in eum finem sint conditæ, vt quæ alibi erant in iure communi quãdoque paulo obscurius tradita, per ipsas declarẽtur, & quasi lumine interpretationis illustrẽtur, cõsequitur plane ex hoc capite ingens vtilitas, & studijs Inquisitorum & ceterorum, qui hæreticis extirpandis aut iudicando, aut consulendo, aut scribendo dant operam, accedit non parua commoditas: nullum est enim fere decretum in prædictis titulis de hæreticis comprehensum, quod per aliquam extrauagantem non declaretur, amplietur, aut vberius distinguatur.

Rursus non modo præfata decreta commodius percipiuntur, verum etiam ex notitia extrauagantium facile possumus euitare errores interpretum, qui dum obscura interpretari conantur, ob ignoratas extrauagantes, aut obscuriora docent, aut manifeste falsa tradunt, aut incerta & dubia persuadere conãtur: quod in tam graui causa nusquam fuerat committendum. neminem hic libet in ius vocare, ne videamur studio reprehendendi moueri, aut cuiusquam famam & honorem lædere, quod procul abest semperq; abfuit à natura nostra; hoc tamen sit exploratissimum & certissimũ apud omnes eos, qui tractatus de pœnis hæreticorum, & ordine procedendi contra hæreticos scripserunt, & destituti fuerunt extrauagantium notitia, in insignes quandoque errores lapsos fuisse, quos facile euitassent, si eis intelligendis diligentem operam (vt oportuit) nauassent.

Hinc sepe soleo plurimum commendare Nicolaum Eymericum, & Zanchinum, seu Ioannem Calderinum, qui in singulis difficultatibus declarandis maiori ex parte nituntur decretis contentis in titulis de hæreticis, & extrauagantium in hæreticos editarum sanctionibus: hæc enim docendi ratio in hoc tribunali ceteris præponderat, idque se facturum promisit Zanchinus in proœmio tractatus sui de hæreticis, vt maiorem operi auctoritatem conciliaret. id quoque præstitisse Eymericum ostendi

in præfatione tertiæ partis Directorij inquisitorum.

Postremo illa est non modica vtilitas: quæ ex notitia extrauagantium proficiscitur: quoniam vniuersa Inquisitorum priuilegia & prærogatiuæ luculentius in eis quàm alibi perspiciuntur; nihil est enim quod ad amplissimum & latissimum Inquisitorum officium, potestatem, & dignitatem pertineat, quod in his extrauagantibus non sit comprehensum, atque hæc sola res vehementer Inquisitores mouere, ardẽterque excitare deberet ad assiduum studium, & frequentem extrauagantium lectionem. Pauissimæ enim oriri porerunt in suo officio quæstiones & difficultates, quæ vel aperte per extrauagantes non declarentur, aut non inuita cõsecutione interpretatio ex eis non deducatur:

Agite ergo quicunque sacro inquisitionis officio libere & ingenue iudicando, consulendo, aut scribendo ad extirpandam hæreticam prauitatem famulamini, diligenter positarum extrauagantium lectioni nauare operam, easq; nocturna versate manu (vt veteri prouerbio continetur) versate diurna, si vultis & honori vestro, & animæ conscientiæ, ac securitati, & muneri ac oneri vobis commisso consultum esse. Frequenter vobis occurrat laudabilis illa & egregia sententia Quincti Mutij Iure consulti in Seruium Sulpitium tam grauiter quàm vere prolata: Turpe esse patritio & nobili viro, ius in quo versatur, ignorare: sed turpius profecto esse viro Inquisitori, grauissimæ & maximæ rei præfecto, ignorare culpa sua extrauagantium sanctiones, quæ nunc optima (nisi fallor) methodo digestæ, iussu Reuerendissimorum domi norum Cardinalium Inquisitorum generaliũ in vniuersa Republica Christiana, in lucẽ prodeunt: cum ex earum ignoratione non leuia incommoda, ex notitia vero non mediocres vtilitates in rebus fidei oriantur. Valete.

Romę ex bibliotheca nostra, Calen. Octob. Anno M. D. LXXXIIII.

INDEX

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX
IN LITTERAS
APOSTOLICAS
ET IN DISPVTATIONEM
De auctoritate Extrauagantium.

A

Abiurent hæreses qui de illis fuerunt conuicti. pag.76.C
Abiurationis formula quid cōtineat. pa.76.C
Abiurare aut satisfacere nolentes puniantur, & qualiter. pag.76.D.
Abiuratio in scriptis fiat,& per quem sit scribenda. pag.115.E
Abiurationi quis subscribere debeat.pa.115.E
Absentes subsunt etiam iurisdictioni Inquisitorum. pag.42.A
Adrianus Papa sextus Frederico Saxoniæ Duci persuadet ne Luthero faueat. pag.100.& seq.
Aduocati defendentes hæreticos,nisi desistant, morteplectantur. pag. 13.D.& pag.28.&45.C
Aduocati & iudices fauentes hæreticis fautoribus, &c. suis officijs priuantur. pag.17.C
Anima rationalis immortalis est, & vere humani corporis forma. pag 85.D.E
Apostolicæ sedis cura in extirpandis hæreticis. pag.11.B.C
Apostatarum pœna. pag.15.E.& pag.30.A.& 49.
Appellationis beneficium hæreticis interdictum. pag.3.C.
Appellationes hæreticorum,fautorum,&c.non audiantur. pa.17.B
Appellationis remediū hęreticis denegatū p.13 E & p. 28.B&45.E
Arma qualibus hominibus cōcedere debeāt Inquisitores. p.63.A.B
Articuli damnati Ioannis Vvicleff. pag.71.& 72.
Assertio omnis veritati reuelatæ contraria damnatur. pag.86.A
Assertores propositionum quarumlibet veritati reuelatæ contrariarum,vt hæretici puniantur. pag.86.A
Assessor quatenus cum Inquisitoribus mittendus.pag.8.E. pag. 33. C.& pag. 51.C.
Assessoris cum Inquisitoribus missi quales partes. pag. 8. E. 9. A. pag.33.D. & pag.51.C
Assessor quando assignandus,& mutandus.pag. 9. A & pag.33. E & pag. 51.D
Astrologiæ artem & alia quæcumque diuinatio num genera exercentes, librosque de eis legentes ac tenentes, Inquisitorum iudicio supponantur. pag.142.& seq.

B

BAnniti sunt hæreticorum credentes,fautores, &c. pag. 15.D. pag.29.E & pag 51.D
Basiliensi concilio fauentia per Pium ij.retractantur. pag.78.A
Beati Francisci religionem iniqui impugnant tempore Nicolai iiij. pag. 58.A.B
Beati Francisci ordinem multi Pontifices laudant & confirmant. pag. 58.A
Beati Francisci ordini aduersantes Nicolaus iiij. iubet coerceri. pag. 59.A
Beguini,vide in voce Fraticelli.
Beneficia collata personis prohibitis vacant. pag.138.
Beneficia obtinentes ad preces hæreticorum, fautorum, &c. illis priuantur,& ad alia non admittuntur. pag.17.D
Beneficia propter hæresim vel schisma vacant. pag.123.D.E
Beneficia ob hæresim vacantia ordinationi sedis Apostolicæ reseruantur. pag.134.A.B.& seq.
Beneficiorum impetrationes non comprehendunt beneficia ob hæresim vacantia,nisi,&c. pag.134.D.E
Bibliopolæ & librorum impressores, & venditores quid debeant obseruare. pag.112.& 113.
Bibliopolæ, impressores,& quiuis alij libros prohibitos Inquisitoribus assignent. pag.130.D
Bonagratia damnatus. pag.64.D.& 65.C
Bona inuenta in domibus vbi erant hæretici publicentur. pag. 8.C.& 33. A.& 50.B
Bona hæreticorum qualiter diuidantur. pag.8.C.& 33.E.& 51.E
Bona hæreticorum confiscata. pag.15.C.& 29 D.& 47.B.
Bona reperta in domibus in quibus inuenti sunt hæretici, quatenus & qualiter publicanda. pag.21.E & 22.A
Bona hæreticorum confiscata vendantur. pag.51.E.& 52.A
Bona confiscata ob hæresim vendunt Inquisitores, & pretium seruant ad opus Romanæ Ecclesiæ. pag.39.A.B
Bulla contra hæreticos & schismaticos. pag.79.
Burgus in quo sunt inuenti hæretici qualiter plectatur. pag. 8. D. pag.33.B. & pag.50.E &.51.A

C

CArdinales Inquisitores generales, contra quoslibet prælatos etiam absentes hæreticos vel suspectos procedere possunt. pag. 128
Cardinales Inquisitores generales causas iā decisas reassumere possunt. pag.132.& 133.
Cardinalibus Inquisitoribus generalibus omnes principes obediāt in concernentibus suum officium. pag.135.
C.vt Inquisitionis.de hæret. lib.6.renouatur. pag.70.E
Carceri perpetuo mancipandus,hæreticus deprehensus si reuertatur. pag.13.D.& 25.D.E.& pag.45.C
Cathari Patareni,&c. vide Hæretici.
Cautionem pecuniarum à redeuntibus possunt exigere Inquisitores de fide tenenda. pag.12.D
Citationes committere alijs possunt Inquisitores & testium examinationes. pag.42.A
Citetur suspectus vel diffamatus de hæresi personaliter de fide responsurus. pag.75.E
Clerici hæretici degradentur priusquam tradantur curiæ seculari. pag. 3.A
Clericus ob fautoriam hæreticorum omni officio & beneficio deponendus. pag,3.B
Clerici hæretici degradandi,vt puniantur. pag.17.A
Clerum & populum aduocant Inquisitores. pag.42.A
Concilia prouincialia contra hæreticos edita obseruanda. pag. 148.col.1.B.C.187.col 1.A.B,
Condemnationes ob hæresim factas intra quantum tempus exigendæ. pag.9.A.pag 33D.& pag 51.D
Condemnationes ob hæresim factæ nullo modo remittuntur. pag 9.B.pag.33.E.& pag. 51.E
Condemnatorum de hæresi terras defendentes,vt defensores hæreticorum coercentur. pag.38.A.B
Confiscata bona. vide Bona confiscata.
Commissio specialis facta diœcesanis procedendi contra hæreticos non impedit Inquisitorum iurisdictionem. pag.41.C
Constitutiones Innocentij Papæ iiij.contra hæreticos. pag.6.C
Constitutiones Inocentij iiij.in capitularibus ciuitatum conscribantur. pag.6.D.& pag 30.E.& pag.48.B.C
Constitutiones in hæreticos editæ in quatuor libris scribantur & custodiantur. pag.9.C.D.&pag.34.B & pag.52.C
Constitutiones Innnocentij iiij. contra hæreticos in aliquibus cāpitibus apliantur.pag.19.D.& pag.20.A.B.& D.E.& pa.21.B C.
Constitutionum Innocentij iiij. nonnullos dubios articulos declarat Alexander iiij. pag.21.D.E.& 22.
Constitutiones Innocentij iiij. custodiant magistratus sæculares. pag. 43.B.C
Consuetudo approbata & rationabilis cuiuslibet Inquisitionis obseruanda. pag.149 col.1.A
Consuetudo priuilegium & iurisdictionem tribuit.pa.149.co.1.B.C
Consuetudo quando dicat canonibus præponderare. pa.149.co 1.E
Consuetudo rationabilis quæ dicatur. pag.149.col.2.E
Contradictores sibi possunt Inquisitores inuocato brachio sæculari coercere. pag.42.D.
Conuenticula secreta celebrari prohibentur. pag.2.C
Conuersi ex Iudæis.vide Neophyti.
Credentes hæreticorum hæretici iudicantur. pag.3.A.& pag.17.A
Credentes hæreticorum erroribus,vt hæretici puniantur. pag. 8.D
Crucesignatorum indulgentia. pag.16.D
Crucesignati à quibus censuris possint per Inquisitores absolui. pag. 18.B.C.
Crucesignati tempore interdicti sacramenta ecclesiastica recipiunt. pag. 18.D
Cruce signatorum vota Inquisitores commutant. pag.18.D
Crucesignatos vouentes se daturos auxilium contra hæreticos recipiant Inquisitores. pag.77.C.& 139.C
Crucesignati qualem indulgentiam consequantur. pag.77.C
Crucem Domini conculcantes per Inquisitores puniantur. pag. 105.C.D
Crucesignati morientes tempore generalis interdicti ecclesiastica sepultura donantur. pag.108.D
Crucesignatorum priuilegia numerantur & confirmantur.pa.108.D
Crucesignatorum societas confirmatur. pag.137
Crucesignatorum priuilegia confirmantur. pag.137

D

DÆmonum dicere responsa licere expectare, hæreticum est. pag. 82.E.pag.83.A.B

Dæmo-

Dæmonem innocantes,& cum in suum dominum assumentes per Inquisitores puniantur. pag 105.B.&.pag 106.B.C
Decreta Inquisitionum obseruanda. pag.147.col 2.D
De extrauaganti cum dubitatur quid faciendum. pag.149.col.2.D & pag. 150.col.1.A
De plano procedunt Inquisitores. pag.42.A
Defendentes terras condemnatorum de hæresi,vt defensores hæreticorum & fautores coerceantur. pag.38.A.B.
Defensores hæreticorum excommunicati. pag.3.A
Degradandus est perpetuo immurandus, si sit in sacris constitutus. pag. 25.A
Delegatus,an subdelegatus existat,quem Inquisitor elegit.pag.25.A
Delentium leges contra hæreticos pœna.pa.9.B.p.34.C.& p.52.A
Deliquentes Inquisiti de hæresi,de alijs criminibus iudicādi,prius per Inquisitores iudicentur suspensa aliorum criminum cognitione. pag.135.C
Disputatio de auctoritate & robore extrauagantium.pag.145 & se.
Diuinationes & sortilegia quatenus iudicet Inquisitor. pag.24.C.
Diuinitatem conceptionem de Spiritu sancto, aut mortem Iesu Christi negantes coercentur,& qualiter. pag.121.& 122.
Diuisio condemnationum ratione hæresis qualiter fiat. pag 9.B. pag. 33.E.& pag.51.E
Domestici non admittuntur ad excusandos domesticos in crimine hæresis. pag.26.A
Domini temporales nolentes purgare terras suas ab hæretica prauitate quales pœnas subeant. pag. 15. D. pag. 29. E. & pag. 47.E
Domini temporales Inquisitoribus diligenter auxilientur.pa.70.E
Domus à qua prohibiti sunt hæretici ne capiantur destruantur. pag. 8.A.pag.33 A.&.pag.49.E
Domus contiguæ etiam diruantur. pag.8.C
Domus in qua reperti sunt hæretici diruantur. pa. 8. C.pag. 33.D. pag. 50.D
Domus eius in qua erant hæretici dominus qualiter puniatur. pag, 8.C.pag.33.A.B.& pag.50.D
Domus hæreticorum diruantur. pag.22.A.pag.26.D. & pag.45.C
Domorum dirutarum materia qualiter diuidenda. pag.19.B
Domus hæreticorum cum iubentur destrui, idem de turribus intelligitur. pag.19.B.
Domum in qua reperti sunt hæretici esse destruendam qualiter intelligatur. pag.21.E.22.A
Domorum appendicia quando diruenda ob crimen hæresis.p. 22.B
Domus contiguæ quatenus destruendę. pag,22.B.
Donatistarum error. pag.60.D

E

ECclesia vna vere asseritur contra Fraticellos. pa.60.A.B.& seq.
Ecclesiam catholicam hæreticorum voces non diuellunt à sua compage. pag.60.A.& seq.
Ecclesia catholica malos bonis permixtos complectitur. pag.60.C
Ecclesia benefica erga fideles. pag.60.C
Electi per Inquisitorem vt procedant contra hæreticos,an sint delegati,vel subdelegati. pag 25.A
Eleemosynæ ab hæreticis & fautoribus & ceteris non recipiendæ. pag. 3.C
Emendare errores,non pertinaciter defendere bonorum consuetudo. pag.78.D
Episcopus studeat de suis diœcesibus hæreticos exterminare. pag. 1.B.C.
Episcopus coerceat habentes commercium,aut familiaritatem cum hæreticis. pag.1.C
Episcopus etiam per magistratus sæculares curet hæreticos extirpari. pag.1.C
Episcopi prouideant Inquisitores in expensis de pœna pecuniaria exacta à redeuntibus. pag.12.D.E
Episcopi exhiberi sibi iubent statuta impedientia negotium Inquisitionis,quæ resecant seu moderant. pag.21.B.C.
Episcopus in sententia ferenda requirendus. pag.41.D
Episcoporum & Inquisitorum negligentium purgare terram ab hæreticis pœna. pag.71.C
Episcopi requirendi in priuatione beneficiorum. pag.25.C
Episcopi & cæteri ecclesiarum prælati Inquisitoribus assistant & faueant. pag.26.E.& seq.
Errores contra fidem qualiter deprehendantur. pag.96.C
Euangeliū in se solis esse completū mentiūtur Fraticelli.pa.61.B.C
Examinationes testium committuntur. pag.42.A
Excommunicati declarati per Inquisitores, magistratus sæculares banno supponant. pag.11.C
Excommunicati ratione hæresis, aut alia de causa & ceteri inhabiles testimoniū dicunt fauore fidei in causa hæresis.pa.40.D.& se.
Exempti quilibet & priuilegiati hæretici vel suspecti Inquisitoribus subduntur. pag.127.&128.
Exercitum congregat Viterbum contra hæreticos. pa.38.C.D
Expēsæ Inquisitoribus vnde possint Episcopi ministrare.pa.12.D.E
Expensæ ad prosecutionem sancti officij vnde possint ministrari. pag. 26.E.C.D
Extrauagans Innocentij iiij.ad extirpanda.confirmatur. pag. 77.per totum
Extrauagantes cur sic appellatæ. pag.146.col.2.A.
Extrauagantium disputatio à quibus habita. pag.146.col.2.A
Extrauagantes in hæreticos latæ validæ sunt, quamuis extra iuris corpus ferantur. pag.146.col.2.A
Extrauagantes cum certæ sunt,iuri communi præponderant. pag. 149.col.2.E
Extrauagantium auctoritas quot modis probetur. pag.150.col.1.B
Extrauagans probatur ex pendenti plumbeo. pag.150. col.1.E
Extrauagantes quas habui ex archiuo Inquisitionis Bononiensis plumbum appensum habent. pag. 150 col.2.E
Extrauagans reperta in publico archiuio fidem facit.p.150.col.2.E
Extrauagantes repertæ in regestis Pontificum bibliothecæ Vaticanæ certæ sunt. pag.150.col.2.E
Extrauagans à notario subscripto,&c.fidem facit. pag.150.col.1.D
Extrauagantes in hæreticos editæ,an vt leges generales seruari debeant. pag.151.col.1.B.C
Extrauagans vni Inquisitori missa omnibus loquitur in causis similibus. pag.151.col.2.C.D
Extrauagantes in hæreticos editæ non extinguuntur cum conditore. pag.151.col.2 E
Extrauagantis essentia nō reqiurit ꝙ sit perpetua. pag 152.co.1.C
Extrauagans quandoque ratione materiæ dę qua agit vni soli loco conuenit. pag.152.col.2.A
Extrauagantium multiplex vtilitas. pag.152.col.2.B.& seq.
Extrauagantium contra hæreticos editarum lectioni diligenter incumbant Inquisitores. pag.152. col.2.E
Extrauagantes quando dicantur decretis titulorum de hæreticis obuiare. pag.148.col.1.A.B

F

FAlso relicto,omni tempore verum est amplectendum.pa.80.D.E
Familiares Inquisitorum quales esse debeant. pag 63.B
Familiares non sunt testes idonei ad excusandos domesticos in causis fidei. pag 26.A.
Fautores hæreticorum excommunicati. pag 3.A
Filij hæreticorum fautorum,&c.ad nullum beneficium, vel officiū admittendi. pag.3.D
Filij hæreticorum & ceterorum huiusmodi ad nullum officium, seu consilium admittantur. pag.8.E.pag.33.C.& pag.51.B
Filij hæreticorum fautorum, &c. vsque ad secundam generationem officijs & beneficijs priuantur pag.14.A pag. 28.B. & pag. 58.A
Filij reuelantes patres hæreticos pœnas effugiunt à iure latas contra eos. pag.14.A.& pag.45.E
Filij fautorum detegentes hæreticos, famæ restituuntur in præmium fidei. pag.15 B.pag.29.C.&.pag.59.D
Filijs hæreticorum sponte venientium & confitentium peccata sua integre iuris pœnæ remittuntur. pag.114
Filij offendentium res,statum,& personas officij Inquisitorum acriter puniuntur. pag.135.& 136.
Filios & nepotes hæreticorum,fautorum, &c. officijs & beneficijs priuari qualiter intelligatur. pag.25.C
Filij eorum qui cum morerentur, vocarunt hæreticos consolatos, an & quando admittantur ad excusandos parentes. pag.25 E
Filij hæreticorum,credentium, receptatorum,&c.si parentes conuertantur, ad officia & beneficia etiam dignitates assumi libere possunt. pag.55 E.& seq.
Filij hæreticorum fautorum,&c.conuersorum,si fideles sint,ad omnes ordines possunt promoueri. pag.56.& 57.
Finis viri Christiani qualis. pag.81.C
Forma interrogandi hæreticos,aut suspectos de hæresi. pag.74.B
Forma instituendorum Inquisitorum. pag,45
Franciæ Rex studet vt Talmud comburatur. pag.5.A
Fratribus de ordine Minorum prædicantibus verbum Dei in terris infidelium multa concessa priuilegia. pag 22. & 23.
Fraticelli nouum ordinem conantur instituere,& quales eorum habitus. pag 59.C.& seq.
Fraticelli sacerdotibus auferunt omnem potestatem, quia non sunt de sua secta. pag.60.D
Fraticelli duas fingunt Ecclesias. pag.60.A
Fraticellorū errores quinque recitantur, & refelluntur.p.60.& se.
Fraticellorum tertius error nullo modo iurandum asserit.pag.61.A
Fraticellorum error asserentium Euangelium in se solis esse completum. pag.61.B
Fraticellorum plures blasphemiæ. pag 61.C
Fraticelli impie mentiuntur dicentes sacerdotes peccatores non posse consecrare, pag.61.A.B
Fraticelli iubentur capi & coerceri. pag 61.D.E
Fraticelli nolunt Ecclesiæ mandatis obedire. pag.61.E
Fraticellorum phantasticam religionem qui fuerunt professi examinari de fide iubentur.. pag.62.D
Fraticellos iudicaturi quam haberent potestatem. pag.62.D E
Frederici leges contra hæreticos obseruentur. pag.6.A
Frederici leges editas contra hæreticos obseruent magistratus sæculares. pag 9.E
Fredericus Romanorū Imperator leges tulit in hæreticos.p.13.A.B
Frederici leges contra hærericos confirmantur. pag.13.C
Fredericus Saxoniæ dux impie fauet Luthero. pag.100.D.E & seq.
Fredericus Siciliæ rex Fraticellos persequitur iussu Pontificis. pag. 61.D.E

G

GVbernatorum Monarchia præstantissima. pag.81.D & seq.
Guillielmus OKam damnatur. pag 64.& seq.

H HÆ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

H

Hæredes defunctorum quando cogi possint ad implendas pœnitentias defunctis iniunctas. pag.24.C
Hæredes defunctorum, an compelli possint ad agendam pœnitentiam, quæ defunctis fuerat iniungenda. pag.24.E
Hæredes defunctorum, an & quando admittantur ad excusandos defunctos. pag.25.E.& seq.
Hæretici ad nullas dignitates vel consilia admittantur. pag.1.E
Hæretici non habent vocem ad eligendos aliquos ad officia, dignitates,& consilia. pag.1.E
Hæretici omnes excommunicantur. pag.3.A
Hæretici damnati per Ecclesiã brachio sæculari traduntur. pa.3.A
Hæretici ecclesiastica carent sepultura. pag.3.C.
Hæreticis non est exhibendum patrocinium. pag.3.C
Hæreticis fautoribus,&c.non dentur Ecclesiæ sacramenta. pag.3.C
Hæretici sub pœna excommunicationis denuntiandi. pag.3.C
Hæreticorum filij. vide,Filij.
Hæretici illaqueare & decipere cupiunt. pag.3.E
Hæreticorum fraudes præcauendæ. pag.4.A
Hæreticos qui impugnant trium annorum indulgentiam consequantur. pag.4.C
Hæretici banno exponantur. pag.6.E.& pag.30.B.& pag.48.C
Hæretici per quoscunque capi possunt & spoliari impune.pag.7.A. pag. 30.D.& pag.48.D
Hæretici expensis communis capiantur, & deducantur quo Inquisitores voluerint. pag.7.C.pag.30.B & pa. 48.A
Hæretici capti vbi,& per quos custodiendi. pag.8.A.B.pag.32.C
Hæretici capti intra quod tempus à die capturæ debeant Inquisitoribus præsentari. pag.8.E.pag.32.D.& pag.50.C
Hæreticos damnatos intra quot dies magistratus sæculares punire debeant. pag.8.B
Hæretici capti per torturam cogantur dicere veritatem. pag.8.C. pag. 32.E.& pag.50.C.D
Hæreticis fauens qualiter puniatur.pag.8.D.pag-33.B.& pag 51.A
Hæretici damnati per Ecclesiam debite puniantur.pa.13.D.E.pa.27 E.& pag. 45.C
Hæretici capti custodiantur,iudicentur, & tandem morte plectantur. pag.13.D.27.& 45.
Hæretici deprehensi redeuntes in perpetuum carcerem detrudantur. pag.13.D.&.pag.27.E.&.pag.45.C
Hæretici de vno loco ad alium se transferentes puniantur.pa.13.E & pag. 45.D
Hæreticorum fautorum,&c. filij officijs & beneficijs priuantur vsque ad secundam generationem. pag.14.A.& pag.45.E.
Hæreticos capiant seculares magistratus,& custodiant ad nutum Inquisitorum. pag.14.D.pag.28.C.& pag.46.A
Hæreticorum conatus quales. pag.14.C.& pag.46.B
Hæretici sunt lupi,angeli pessimi, colubri, serpentes, &c.pa.14.C. & pag. 46.B
Hæretici venenum propinant sub mellis dulcedine.pa. 17.E pa.14.C.& pag. 46.B
Hæretici etiã neminẽ deferente inuestigandi.p.14.E. 29.A.p.46.D.
Hæretici etiam leuiter suspecti examinari debent per iudices ecclesiasticos. pag.15.A.& pag.29.A
Hæretici nisi respiscant,comburantur.pag.13.E.pa.28.A.& pa.45.E
Hæretici quicunque infames,& banniti,& diffidati.pa. 15.C.29.D. & pag. 47.B
Hæreticus per hæreticum potest conuinci.pag.37.E.15.E.& pa.30. A.&.pag. 47.D
Hæretici per Ecclesiam damnati debite puniendi. pag.13.E
Hæretici deprehensi redeuntes in perpetuum carcerem detrudantur. pag.17.A
Hæretici confessori vel alij,vel suis iudicibus indicandi. pag.14.A
Hæretici fautores,&c.& eorũ filij officijs & beneficijs priuati.17.D
Hæretici omnes excommunicati. pag.52.D
Hæreticorum fautorum,& cæterorum huiusmodi pœnæ variæ, pag. 52.E.&.53.A
Hæretici manifesti etiam ante condemnationem mortui careant ecclesiastica sepultura. pag.70.C
Hæretici capti per magistratus seculares ducantur quo iudex ecclesiasticus voluerit. pag.71.A.B
Hæretici cuiusuis dignitatis diligenter inuestigandi, & canonice coercendi, pag.76.A
Hæreticorum versutia est, sacris litteris male intellectis errores suos palliare. pag.101.D
Hæreticos occultos, qualiter absoluant Inquisitores,aut eorum vicarij. pag 108.B.C
Hæreticis sponte venientibus,& eorum filijs multa priuilegia conceduntur. pag.113.D.E.& seq.
Hæreticorum & schismaticorum pœnę omnes renouentur,& custodiri iubentur. pag.123.A.B
Hæreticis ac aliis redeuntibus ad Ecclesiam sub pœna pecuniaria præcipi potest,vt fidem teneant. pag.26.A.B C
Hæreseos inculpati, vel diffamati,nisi mandatis Ecclesiæ obediant, coerceantur. pag.4.B
Hæresis crimen publicum est. pag.14.E.& pag.29.A
Hæresis grauius delictum crimine læsæ maiestatis humanę.pa.14.E. & pag. 26.A
Hæreses Ioannis Vvieleff. pag.71.&72.
Hæreses Ioannis Husz. pag.72.E.& seq.
Hæresis crimen mere ecclesiasticum. pag.84
Hæreses Lutheri referuntur. pag.91.B.& seq.
Hebræorum libri blasphemias continentes vbique inuestigentur. pag. 117.A
Hænricus de Chalem damnatus, pag.64.G
Henricum de Ceua Fraticelli sibi eligunt generalem ministrum. pag. 57.E.& pag.59.D
Henrici de Ceua & complicum suorum gesta irrita declarantur. pag 62.C
Hænricus de Cæua eiusque complices capi iubentur. pag.62.B
Hieronymus de Praga hæreticus. pag.69.
Hispanię & aliarum Inquisitionum instructiones quam vim habeãt. pag. 148.col.2,A
Hispaniæ instructiones pro officio Inquisitionis eruditæ, & valde vtiles, pag.148.col.2.B

I

IEsu Christi diuinitatem,Conceptionem de Spiritu sancto, aut mortem qui negant, coercentur,& qualiter. pag.121.& 122.
Impedientes officium contra hæreticos coercendi. pag.10.B
Impedientes Inquisitores hæreticæ prauitatis in suo Inquisitionis officio grauiter puniuntur. pag.118.& pag.119.
Impedientium Inquisitores hæreticæ prauitatis quales pœnæ. pag. 118.& pag.119.
Impeditores sacri officij per reges & alios compescantur.pag.11.A
Impeditores sancti officij per Inquisitores. vel alios ad hoc ab ipsis deputatos puniantur. pag.18.B
Impeditores sacri officij, vt fautores & defensores hæreticorum puniantur. pag.18.A
Impeditores sacri officij, vt fautores & defensores hæreticorum coercentur per Inquisitores. pag.42.C
Impeditores sacri officij qualiter coerceat Inquisitor. pag.77.C.D
Impeditores sacri officij per Inquisitores possunt coerceri.pa.25.B
Impeditores qui iuserint leges in hæreticos latas inuiolabiliter obseruandas. pag.147 col.1.C.E
Impetratio beneficiorum non comprehendit beneficia ob hæresim vacantia. pag. 122.D.B
Impressorum audacia insignis reprimitur. pag.86.D.E
Impressores librorum quid obseruare debeant. pag.112.& 113.
Impressoriæ artis commoda,& incommoda. pag.86.D.B
Imprimentium libros sine licentia quales pœnæ. pag.87.A.B
Imprimere libros non licet extra Vrbem nisi quos Episcopos & Inquisitor approbarint. pag.87.A
Imprimere libros non licet Romæ nisi vicarius Papæ & Magister sacri Palatij approbauerint. pag.87.A
Incantatores,sortilegi & malefici Inquisitori subduntur. pag. 105.B.& 106.
Indulgentiam viginti dierum,& trium annorum qui assequantur in causa fidei. pag.4.C
Indulgentiam omnium peccatorum consequitur qui moritur persequendo hæreticos. pag.4.C
Indulgentiam viginti, vel quadraginta dierum quando concedant Inquisitores. pag.11.A
Indulgentia cruecsignatorum. pag.16.D
Indulgentiam viginti, vel quadraginta dierum qui consequantur. pag. 16.D
Indulgentia audientium prædicationem hæreticorum. pag.18.A
Indulgentia Inquisitorum & crucesignatorum. pag.18.A
Indulgentiam conferunt viginti vel quadraginta dierum Inquisitores,& quando. pag.42.B
Indulgentiam qualem consequantur Inquisitores. pag.42.B
Indulgentiam qualem consequantur socij,notarij Inquisitorum, & qui Inquisitoribus auxiliantur. pag.42.B
Indulgentia crucesignatorum, & audientium sermonem Inquisitorum qualis & quanta. pag.77.B.C
Indulgentiæ Inquisitorum,notariorum, & ceterorum qui negotio fidei fauent. pag.30.B.C
Inquisitionis negotio nemo se immisceat sub grauibus pœnis, nisi fuerit requisitus. pag.118.&119.
Inquisitionis statum, res, & personas offendentes grauissime coercentur. pag.135.& 136.
Inquisitionis Romanæ stylus obseruandus. pag.174.col.2.C.D
Inquisitores idonei eligantur. pag.4.B
Inquisitores Dei verbum prædicent. pag.4.E
Inquisitores inquirant hæreticos,& de hæresi infamatos. pag.4.B
Inquisitores per censura Ecclesiæ copescant contradictores.pa.4.C
Inquisitores,quæstuarios compescunt. pag.4.C
Inquisitoribus præstantes auxilium, trium annorum indulgentiam assequuntur. pag.4.C
Inquisitores compellant per censuram Ecclesiæ magistratus seculares vt obseruent constitutiones Innocentij iiij.contra hæreticos. pag.6.C.D
Inquisitores non obstante incorrectione litterarum Apostolicarum contra hæreticos,nihilominus procedant. pag.10.A.B
Inquisitores diligenter inquirant hæreticos. pag.10.D
Inquisitores procedant contra hæreticos & infamatos de hæresi inuocato brachio sæculari. pag.10.D
Inquisitores compescant contradicentes sibi per censuram ecclesiasticam. pag.9.E.& pag.10.D
Inquisitores caueant ne hæretici simulate reuertantur ad Ecclesiam. pag.10.B
Inquisitoribus præstent auxilium sæculi magistratus,nobiles, & reguli. pag .D.B
Inquisitores compellere possunt magistratus sæculares, vt iurent obseruare

obseruare leges contra hæreticos editas. pag.12.A.B
Inquisitores sub pœna pecuniaria exigere possunt cautionem à redeuntibus de fide tenenda. pag.12.C.D
Inquisitores per magistratus sæculares seruentur indemnes. pa.14. B.28. B.C.& 45.E
Inquisitores sub protectione sunt Imperatores,quos Imperator securos custodiri iubet. pag.14.A.B.&pag.45.
Inquisitores creare & amouere quibus competat. pa.16.A.B
Inquisitores prædicent crucis verbum contra hæreticos, &c. pag. 18.A.B
Inquisitores crucesignatos creẽt eos,qui ad hæreticos debellandos se offerunt. pag.18.B.C
Inquisitorum & crucesignatorum indulgentia. pag 18.A.B
Inquisitores procedant cõtra impedientes eorum officiũ. p.18.B.C
Inquisitores à quibus censuris possint absoluere crucesignatos. pag. 18.C.D
Inquisitores cum clericis crucesignatis dispensant super irregularitate quadam. pag.18.C.D
Inquisitores cõpellere possunt sæculi magistratus vt obseruẽt leges Frederici contra hæreticos. pag.18.E
Inquisitores procedant contra hæreticos iuxta constitutiones Innocẽtij,reliquis legibus nihilominus seruatis p.19.C.&.p. 20.B
Inquisitores procedunt contra impedientes vel non iuuantes officium suum. pag.39.B C.& seq.
Inquisitores possunt compellere viros religiosos ad conscribenda sacri officij acta. pag.39.D
Inquisitores duos viros idoneos eligere possunt ad conscribenda sacri officij acta. pag.39.E
Inquisitores simul vel separatim procedunt. pag 22.A
Inquisitores contra suspectos & infamatos procedunt, & contra fautores defensores,&c. pag.41.B
Inquisitoribus idonei socij assignentur. pag.42.E.& 43.A
Inquisitoribus resistentes,aut iniurias inferentes,quia puniunt hæreticos,grauiter coercendi exemplo ciuitatis Parmensis pag. 54.D.E.& seq.
Inquisitores modesti sunto. pag.63.A.B
Inquisitores arma non concedant hominibus facinorosis. pag 63.B
Inquisitores procedant contra inuentes fœdera cum hæreticis. pag. 63.C.D
Inquisitores prædicent verbum crucis contra hæreticos & ceteros de hæresi suspectos. pag.77.B.C
Inquisitores etiam soli procedunt contra maleficos, incantatores, &c. pag.85.B.C.& 143.
Inquisitores contra maleficos & sortilegos procedant. pag. 99 D.E.& 143,
Inquisitores inquirant in lamias & striges. pag 105.B
Inquisitores vicarios sibi eligunt annorum triginta. pag.107.D
Inquisitores contra quoslibet religiosos hæreticos, suspectos, vel diffamatos procedunt. pag 109.D
Inquisitores qualiter absoluant occultos hæreticos. pag.108.B.C
Inquisitores procedunt contra asserentes & prædicantes propositiones suspectas,scandalosas,erroneas,&c.pa.107.D. & pa.109.G
Inquisitores notarios creare possunt. pag.125.E.& 126.A
Inquisitores contra quoslibet religiosos, & exemptos hæreticos, vel suspectos procedunt. pag 127.C.D.E
Inquisitores Cardinales in tota Repub. Christiana qualiter procedere possint contra prælatos hæreticos,vel suspectos.pa.128.129
Inquisitores Cardinales reassumere possunt causas iam decisas in negotio Inquisitionis. pag 131.& 132.
Inquisitoribus Cardinalibus, in ocernẽtibus suum officium omnes obedire tenentur. pag.133.
Inquisitores reos hæresis prius iudicent, inde pro alijs criminibus ab alijs iudicibus puniantur. pag.135.B.C
Inquisitores statuta possunt condere aduersus hæreticos in suis diœcesibus. pag.147.col.1.B
Inquisitorum consuetudo rationabilis obseruanda. pa.149.col.1.A
Inquisitores fabricent processus seruato iuris ordine.p.149.col.2.A
Inquisitores stylum & consuetudinem sanctæ Inquisitionis Romani tribunalis obseruent. pag 149.col.2.A.B
Inquisitores lectioni extrauagantium in hæreticos editarum incumbant. pag.153.col.1.A
Inquisitores de diuinationibus & sortilegijs quatenus cognoscãt. pag. 24 C.142.143.& 144.
Inquisitores non se intromittunt de quæstionibus vsurarũ.pa.24.D
Inquisitor institutus cum potestate alios eligendi,quid possit. pag. 25.A
Immurandus perpetuo,si fuerit in sacris constitutus, degradari debet. pag.25.A
Inquisitoribus assistant & faueant ecclesiarũ prælati.pa.29.C.& se.
Inquisitores per excommunicationem, interdictum, & priuationé ab officijs compellere possunt sæculares magistratus, vt sententias contra hæreticos executioni mandent. pag.34.C.D
Inquisitores per censuram ecclesiasticam, & exactionem pœnarum, cogere possunt eos,qui cum redirent ad Ecclesiam se obligarunt ad parendum mandatis ecclesiæ,vt pareant cum effectu.pa. 35.A
Inquisitores per censuram ecclesiasticam compellunt exhiberi sibi quælibet instrumenta ad Inquisitionem spectantia. pag.35.D
Inquisitoribus plurima simul priuilegia concedit Alexander iiij. pag. 35.C.D
Inquisitoribus & eorum socijs prouideant quicunque viri ecclesiastici de saluo & securo conductu de loco ad locum. pag.36.A.B
Inquisitoribus & eorum socijs sub pœna excõmunicationis, & alia pecuniaria,cum fuerint requisiti, prouideant quilibet seculares magistratus de securo conductu de loco ad locum. pag.36.C.D
Inquisitoribus assistant & præstent consilium & fauorem quilibet religiosi & magistratus sæculares. pag 36.E.& seq.
Inquisitoribus promittit Viterbium congregare exercitum contra hæreticos. pag.38.C.& seq.
Inquisitores bona hæreticorum confiscata vendunt, & pretium seruatur ad opus Romanæ Ecclesiæ. pag.39.A
Inquisitores compellant magistratus sæculares, vt custodiant constitutiones Innocentij iiij. pag.43.E & seq.
Inquisitores quis eligat. pag 43.B.C
Inquisitores quis,& qualiter possit amouere. pag.44.C
Inquisitores qualiter,& cũ qua potestate instituant.p.66.B.C.&se.
Inquisitorum institutendorum forma. pag.66
Instructiones inquisitionis Hispaniæ, & aliarum Inquisitionum quam vim habeant. pa.148. col.2.A
Ioannes Vvicleff hæreticus & eius condemnatio. pag.69 & se.
Ioannes Husz & eius condemnatio. pag 69.& seq.
Ioannes Vvicleff articuli damnati numerantur. pag. 71.D.E.& 72.
Ioannis Husz articuli damnati referuntur. pag.72.E.73. per totum. & 74.A
Ioannes Papa xxij, quo tempore damnauerit Michaelem de Cæsena,Okam,& Bonagratiam. pag.63.E.& seq.
Irregularitatem contractam ex hæresi,vel apostasia amouent Inquisitores. pag,108.B.C
Irregularitatem clericorum crucesignatorum qualem amouent Inquisitores. pag.108.C
Irregularitatem non incurrunt Inquisitores tradentes testes falsidicos curiæ sæculari. pag.89.D.E.& seq.
Iudæi in quibus casibus subdantur Inquisitorum potestati.pa.139.
Iudæorum improbitas magna. pag.139.
Iudæorum impietas & cæcitas. pag.4.D.E
Iudæi cur Christianas nutrices habere studeant. pag.4.D
Iudæi nutrices non habeant Christianas. pag.5.A
Inquisitores per censuram ecclesiasticam iubeant obseruari leges in hæreticos editas. pag.5 C.D
Iudæis prædicetur Euangelium & semel in hebdomada.pa.53.D.E. & 140. & seq.
Iudæi,qui conuertuntur benigne tractentur. pag.54.A
Iudæi conuersi non molestentur. pag.54.A.B
Iudæi si post sufficientem prædicationem proterui resistant, Papæ denuntientur. pag.54.C
Iudæis conuersis ad fidem multa priuilegia conceduntur. pag. 110. D E. & seq.
Iudæis conuersis Episcopi subueniant. pag.111.A
Iudæi baptizati instruantur in articulis fidei. pag.111.B
Iurent magistratus sæculares exterminare de terris suis hæreticos. pag. 15.C.pag.29.D.& pag.47.C
Iurare licitum esse euidenter multis probatur. pag.61 A
Iurandum nullo modo esse mentiuntur Fraticelli. pag.61.A
Iurandum nullo modo esse falso comminiscuntur Valdenses pag.61.

L

LAicus de fide non prædicet. pag.3.C
Laici de fide publice vel priuate non disputent. pag.17.C
Laici non iudicent de personis,aut causis ecclesiasticis.pa.100.A.B
Lamiæ siue striges ab Inquisitoribus puniuntur.pag.83.B C.& seq.
Leges Frederici contra hæreticos confirmat Innocentius iiij. & refert. pag.13 C.D.& seq.
Leges omnes in hæreticos latas iubeant Inquisitores obseruari. pag. 42.A
Leges multæ latæ contra hæreticos. pag.146 col.2.A
Leges pontificæ quæcunque in hæreticos latæ validæ sunt pa.147 col. 2 A
Leges sæculares contra hæreticos editæ etiam inuiolabiliter obseruandæ. pag. 147 col.1.A
Leges quasuis in hæreticos latas obseruandas esse inuiolabiliter vetusti Imperatores iusserunt. pag.147.col.1.B
Leges desuetudine aut longo temporis interuallo non abolentur. pag. 147.col.1.C
Leges incognitas iudex cognoscere non tenetur.pag.150.col. 1. A
Lex an sit generalis,ex persona ferentis eam iudicatur. pag. 151. col. 2.A
Legis essentia non requirit quòd sit perpetua. pag.152 col.1.B
Leonis Papæ x.Bulla contra Lutherum. pag 90.
Libri continentes statuta & leges contra hæreticos editas qualiter custodiendi. pag.9.D.pag 34.B.& pag.52.C
Librorum impressores & bibliopolæ quid debeãt obseruare.p.112. & 113.& vide,Imprimere, & Impressores.
Libri damnati, suspecti, nullo modo imprimantur aut vendantur. pag. 112.&113.
Libri cum primum asportantur,qualiter publicari debeant, & multa alia circa librorum materiam obseruanda traduntur. pag. 112. & 113.
Libros prohibitos nemo legere potest,præter Inquisitores, & eorum commissarios. pag.115.B C.& seq.
Libros prohibitos quicunque eos habuerit realiter & cum effectu Inquisitoribus consignet. pag.115.B
Libros prohibitos retinentium pœna. pag.116.A
Libri Hebræorum in quibus blasphemiæ in Dominum & fidem nostram continentur vbique inuestigentur. Pag.117.A
Libros Hebræorum blasphemos in nostram religionem retinentes quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus pœnis coerceantur. pag.117.B
Libros prohibitos prætextu cuiuslibet facultatis nemo potest lege re nisi Inquisitores, & eorum commissarij. pa.129.E.& 130.
Libros prohibitos, impressores, bibliopolæ, & quiuis alij Inquisitoribus deferant. pag.130.B
Libros prohibitos habentium grauissime pœnæ. pag.130.
Libros in Indice comprehensos nemo legat. pag.131.
Librorum prohibitorum Index cum præfixis ibi regulis custodiatur. pag.131.
Libros prohibitos legens, de hæresi sit suspectus, & contra eum procedi potest. pag.131.
Litterarum Apostolicarum incorrectione non obstante procedant Inquisitores. pag.10.B
Locus restitutus. pag.148.col.1.E
Ludouicus Bauarus cancellarij officium inique gerit. pag.65.B
Lutheri errores damnat Leo decimus. pag.90 B & seq.
Lutheri primæ hæreses recitantur. pag.91.& seq.
Lutheri tractatus interdicuntur. pag. 92.& 96. & multa alia de Luthero, & aduersus Lutherum videto. pag.92.& seq.
Luthero datus saluus conductus, vt coram Papa se sistat. pag.97.B
Luthero fauet Fredericus Dux Saxoniæ. pag.100.D.E.& seq.
Lutheri furor, impietas, & multa alia de eo traduntur. pag.102. per totum.

M

Magistratus sæculares obseruent leges in hæreticos editas, & conscribant in suis statutarijs. pag 6.B
Magistratus sæculares obseruent leges & statuta Inquisitorum contra hæreticos. pag 6 C.D
Magistratus sæculares initio regiminis iurent obseruare leges omnes in hæreticos editas. pag. 6.E.& pag.30.E & pag.48.C
Magistratus supponant banno omnes hæreticos pag.5.C.D.pag.7.B pag. 31.A.B.& pag.48.D
Magistratus sæculares iubeant ne vllus hæreticus in terra sua moretur. pag.5.D.pag.31.A.B. & pag.48.D
Magistratus sæcularis quot vitos & quales eligere debeat ad capiendos & inquirendos hæreticos.pag.5.D.pag.31.B & pa.48.B
Magistratus exhibeant militem suum officialibus deputatis ad capiendos hæreticos. pag.7 E.pag.32.A.& pag.49.D
Magistratus sæcularis inuestiget filios hæreticorum fautorum, &c. ne admittantur ad officia, vel consilia.pa.8.E.pa.33. C. & p.51.B
Magistratus sæcularis vnum assessorem cum Inquisitoribus mittat, vbi fuerit postulatus. pag.8 E.pag.33.C.D.& pag.51.C
Magistratus sæcularis procedat contra accusatos de hæresi secundum leges Frederici. pag. 8 E.& seq.pag.32.B.& pag.51 C
Magistratus sæcularis intra quantum tempus debeat exequi pœnas in hæreticos latas. pag.9.A
Magistratus sæcularis faciat publice recitari statuta contra hæreticos edita. pag.9.C.D pag.34.B,& pag.62.C
Magistratus sæculares compellantur iurare se seruaturos legis contra hæreticos. pag.12.B
Magistratus sæculares sine reuisione processuum factorum per Inquisitores, sententias eorum mandent executioni infra sex dies. pag. 84.D.E.& pag.100.B
Magistratus sæculares prouideant Inquisitoribus de securo conductu de loco ad locum. pag.11.B.C
Magistratus sæculares sub pœna excommunicationis Inquisitoribus assistant, præstentque auxilium. pag.37 D.E
Magistratus sæculares compelluntur per Inquisitores obseruare constitutiones Innocentij iiij. pag.43.C.D
Malefici, incantatores, & similes etiam per solos Inquisitores possunt coerceri. pag.85.B.C
Mali pœnarum acerbitate reuocandi, vt ceteri timeant. pa 96.B
Manichæorum impietas de aduentu Spiritus sancti non in apostolos, sed in se. pag 61.B
Mariæ perpetuā virginitatem negantes coercentur.pag.121.& 122.
Martini Lutheri primæ hæreses. pag.91 B.& seq.
Materia turrium & domorum dirutarum qualiter diuidenda.p.19.B
Michael de Cæsena damnatur. pag.63.& 64.
Ministeri prouincialis or Min.Inquisitores eligit.p.44.A.B. & seq.
Modus interrogandi hæreticos, aut de hæresi suspectos.pa. 74.A.B
Monarchia præstantior alijs generibus gubernationum. pag.81 D
Montani error. pag 60.& 61.
Morte non finitur actio criminis hæresis. pag. 54.E. & pag. 29. A. & pag. 46.D

N

Neophyti non habeant inter se multam conuersationem. pag. 111.B
Neophyti non inter se, sed cum originarijs Christianis matrimonia contrahant. pag.111.B
Neophyti ne seruent ritus iudaicos. pag.111.B
Neophyti delinquentes circa fidem castigentur, & multa alia circa Neophytos, vide ibidem. pag.111.
Nicolaus Eymericus, cur potissimum laude dignus.pag.153.col.2.E
Nomina infamatorum de hæresi vel bannitorum in quatuor libris conscribantur. pag.8.E.pag.33.C.& pag.51.B
Nomina prædictorum ter in anno publice recitentur. pag 8 E
Nomina testium non publicentur. pag.33.& 51.
Nomina & cognomina testium examinatorum in officio Inquisitionis non publicantur. pag.126.C
Notarios creare possint Inquisitores. pag.126.

O

Officialium prædictorum quanto tempore duret officium.p.7.D pag. 31.E.& pag.49.D
Officialibus electis pro capiendis hæreticis plena fides habeatur sine iuramento. pag.7.C.pag.31.C.& pag.49.A
Officiales iurent exequi omnia fideliter. pag. 31. C. & pag. 49.A
Officialibus prædictis pareatur. pag.32.E.&pag. 49. E
Officialium prædictorum præcepta rata habeat magistratus sæcularis. pag.7.C.pag.31.D.& pag.49.B
Officiales prædicti seruentur indemnes.pag.7.C.pa.31.D.& p.49.B
Officiales prædicti nec eorum hæredes non molestentur. pag. 7.C pag. 31.D.& pag.49.B
Officialibus prædictis exeuntibus ad capiendos hæreticos vnde & quantum soluatur. pag.7.D.pag.31.E.& pag.49.C
Officiales prædicti alijs exercitijs non impediantur.pa.7.D.p.32.A & pag. 49.D
Officiales prædicti,an & quatenus remouendi.pag.7.D. pag.32. A. & pag. 49.D
Officialium prædictorum delinquentium pœna.pag.7.E.pag 32.A. & pag. 49.D
Officialibus deputatis pro capiendis hæreticis quilibet faueat. pag. 7 E pag.32.B.& pag.49 E
Officialibus prædictis qui non fauent,qualiter puniantur. pag.8.A. pag. 32.B.C.& pag 49 E
Officiales ad capiendos hæreticos constituti quatenus præcipere possit. pag 21.D.E.& seq.
Officio sanctæ Inquisitionis nullum inferatur nocumentum,aut impedimentum. pag 11.A
Officij Inquisitionis statum, res, & personas offendentes acriter puniantur. pag.135.& 136.
OKam damnatus. pag.63.
Ordo beati Francisci inclytus. pag.58.D
Ordinem beati Francisci iniqui conantur euertere. pag.58.E
Ordo beati Elantici, vide in voce, Beati Francisci.

P

Panormitanus & Pontanus concilio Basileensi male fauent. pag. 79.E.80 A
Papæ potestas à Deo est. pag 79.B
Patareni vnde dicti & tria eorum scelera. pag. 14. D. pag.28. E & pag. 46.C
Pecunia exacta de pœnis iniunctis redeuntibus ad Ecclesiam, asseruetur ad prosecutionem sancti officij. pag 12.E.& pag.26.C.D
Pecuniariæ pœnæ cautio exigi potest à redeuntibus ad Ecclesiam quod fidem tenebunt. pag.12.D.& pag 26.B
Perduellionis criminis pœna. pag.14.E.& pag.19.A
Peritos, quoslibet aduocant Inquisitores. pag.42.A
Periurorum testimonium in crimine hæresis qualiter admittatur. pag. 15.E
Pertinacia vnde quandoque in hæreticis nascatur. pag 78.C
Petrus de Coruario Antipapa. pag 64.D
Philosophiam profitentes soluant rationes philosophorum aduersus dogmata fidei. pag.86.A.B
Pœnæ receptatorum, defensorum, & fautorum hæreticorum. pag. 3.A.B
Pœna magistratuum nolentium iurare quòd seruabunt leges editas in hæreticos. pag.6.E.7.A.pag.31.A.& pag.48.C.D
Pœna non auxiliantium officialibus deputatis pro capiendis hæreticis. pag.8.A.pag.32.B.C.& pag.49.E
Pœna prohibentium ne capiantur hæretici, aut procurantium, vt iam capti euadant. pag.8.A.pag.32.B.C.& pag.49.E
Pœna affignantium se pro hæreticis pag.50.C.pag.42.D.& pa.8.B
pœnæ auxiliantium hæreticis. pag.8.D.pag.33.B.& pag.31.A.B
Pœnæ ob hæresim inflictæ nullo modo remittantur. pag. 9. A. B. pag. 33.E.& pag.51.E
Pœna delentium, mutantium, vel diminuentium statuta contra hæreticos edita. p.9.B.p.34.A.& pag.52.A
Pœna credentium, receptatorum, &c. nisi satisfaciant Ecclesiæ. pag. 15.B.C.& pag.47.A.B
Pœna magistratuum nolentium præstare iuramentum de expellendis hæreticis. pag.15.D.& pag.47.C
Pœna fautorum, receptatorum, & defensorum. pag.21.
Pœnæ variæ hæreticorum, fautorum defensorum, & filiorum eorum. pag.52.E.53.A.& seq.
Pœna iudicum ecclesiasticorum negligentium purgare terras suas ab hæreticis. pag.71.C
Pœna impedientium ne Inquisitores procedant contra prædicantes & asserentes propositiones suspectas erroneas, scandalosas, &c. pag.110.A.& seq.
Pœnæ grauissimæ contra impedientes Inquisitores hæreticæ prauitatis, pag.118.B.C.& seq.
Pœnæ omnes quouis tempore latæ contra hæreticos & schismaticos renouantur, & euitandi iubentur. pag.123.A.B.
Pœnæ grauissimæ aduersus offendentes res, statum, & personas officij

officij S.Inquisitionis. pag.135.& 136.
Pontificum Romanorum continua cura in extirpandis hæreticis. pag. 146.col.1.C
Pontificis Romani certa auctoritas & potestas. pag.60.E
Prædicandum crucis verbum contra hæreticos. pag.16.D
Prædicationem Inquisitorum audientibus contra hæreticos Inquisitores viginti dierum Indulgentiam largiuntur. pag.4.C
Prædicantes priuata auctoritate, cohibentur. pag.12.C
Prædicatores quæstuarij compescuntur per Inquisitores.p.4.C.& pag. 42.B.C
Prædicare nemo audeat nisi approbatus à superiori. pag 88.C.D
Prædicatores explicent Euangelium iuxta receptas Patrum interpretationes. pag.88.D
Prædicatores à quibus debeant abstinere. pag.C.D
Prædicatorum quales partes. pag.88.
Prædicantes, seu asserentes propositiones erroneas suspectas, scandalosas, &c. Inquisitoribus subduntur. pa.109.C.D.& seq.
Prædicantibus verbum Dei in terris infidelium multa priuilegia conceduntur. pag.22.D.E.& 23.per totum.
Prælati Ecclesiarum excitantur, vt prædicent verbum Dei contra Lutheri errores. pag.98.E.& seq.
Prælati quicunque qui prius fuerunt hæretici vel Schismatici, ipso facto sunt dignitate depositi. pag.124.&seq.
Prælati ecclesiarum,& quilibet alij religiosi prouideant Inquisitoribus de securo conductu de loco ad locum. pag.36.A.B
Prælati ecclesiarum, & quilibet religiosi assistant Inquisitoribus fauoris præsidio. pag.36.E.& seq.
Præmia seruantium legem Dei. pag.104.B.C.& seq.
Princeps & magistratus sæculares Inquisitoribus præstent auxilium. pag.11.D.E
Principes sæculares non patiantur hæreticos in terris suis morari. pag.80.C
Prior prouincialis ord.Præd. Inquisitores eligit. pag.16.B
Prior prouincialis ord.Prædica .Inquisitores amouet, alios substituit. pag.16.B
Priscillæ error. pag.61.B
Priuilegia nulla eximunt quemquam in causis fidei à iurisdictione inquisitorum. pag 42.C.D
Priuilegia crucesignatorum confirmantur. pag.137.C
Priuilegia multa Inquisitorum. pag.35.C.D
Processus suos Inquisitores rite conficiant,& qualiter. pag.149. col. 2.A
Prohibentes ne capiantur hæretici, aut procurantes vt iam capti euadant, qualiter puniantur. pag.8.A.pag.32.B.C.& pag.49.E
Prohibitos libros legens excommunicatus. pag.131.C
Sortilegia an puniantur per Inquisitores. pag.43.A
Propositionum varij gradus. pag.70.E
Propositiones suspectas, erroneas scandalosas, &c. prædicantes & asserentes Inquisitoribus supponuntur. pag.109.C.D & seq.
Prouincialia concilia contra hæreticos edita vim legis habent. pag. 148.col.1.D.E
Purgare se nolentes aut deficientes in purgatione qualiter puniantur. pag 70.D.E

Q

Quæstuarios prædicatores compescunt Inquisitores. pag. 42.B.C

R

Raymundi Lull libri interdici iubentur pag.67.B.C
Raymundi Lull quidam liber defertur ad Papam Gregor. xi. pag.67.D
Raymundi Lull articuli & libri interdicuntur. pag 67.E.& seq.
Receptatores hæreticorum excommunicati. pag.3.A
Receptatores & complices hæreticorum publicatis bonis relegantur. pag.15.B
Receptatores, defensores, &c. excommunicati. pag.17.A
Redeuntes ad Ecclesiam, abiurent. pag.4.B
Redeuntibus ad Ecclesiam beneficium absolutionis impendatur. pag. 4.B
Redeuntibus & abiurantibus absolutionis beneficium impendatur. pag.10.D.E
Relapsis mortis pœna afficiantur.pa.13.E.& pag.28.A. & p.45.D
Relapsus an sit, qui in aliam hæresim ab ea quam abiurauit, recidit. pag.24.A
Relapsus an sit qui post abiurationem cum hæreticis communicat, vel eis fauet. pag.24.B
Religiosæ personæ duæ in testiū examinatione adhibēdæ.p.41.D
Religiosi qui dum essent in sæculo notarij fuerunt, adhiberi possunt ad acta officij scribenda. pag.41.B
Religiosi quicunque hæretici suspecti vel diffamati per Inquisitores coercentur. pag.107.E.& seq.
Religiosi quilibet & exempti hæretici, vel suspecti Inquisitoribus subduntur. pag.127.
Religiosi in hæresim delinquentes grauius quàm laici puniendi. pag. 25.B
Retractatio Pij secundi agentis in minoribus pro concilio Basileensi. pag.78.& seq.
Romani Pontificis certa auctoritas & potestas. pag.60.E

S

Sacerdotes & clerici instruentes citatos pro hæresi de dicendo mendacio, vel subticenda veritate per Inquisitores puniuntur. 25.B
Sacerdotes peccatores non posse consecrare, error Fraticellorum. pag.63.A.B
Sacramentis Ecclesiæ abutentes per Inquisitores puniantur. pag. 105.B.C.& seq.
Salus non datur extra Ecclesiam. pag.81.B
Salvus conductus datus Luthero. pag.97.B
Schismaticorum pœnæ omnes quouis tempore latæ renouantur, & custodiri iubentur pag.123.A.B
Schismatici præsentes, præteriti vel futuri quibus officijs & beneficijs sint priuati. pag.123.& 124.
Schismatici sint semper inhabiles ad officia & beneficia. pag. 123.& 124.
Schismatici & hæretici ad suas prælaturas & dignitates & beneficia nullatenus habilitentur. pag.122.E.& 124.A.B
Schismaticos aut hæreticos defendentes qualiter plectantur. pag. 124.A.B
Seculares magistratus banno supponant eos, etiam bonis publicatis, quos Inquisitores pro crimine hæresis excommunicatos declarabunt. pag.11.B.C
Sedes apostolica semper persecuta est hæreticos. pag.10 C
Sententias latas per Inquisitores contra non præstantes ipsis auxilium ratas habet Papa. pag.11.D.E.& seq.
Sententia cum ferenda est, Episcopi iudicium requiratur.pa.41.D
Sententiarum denuntiationes committunt Inquisitores. pa.42.A
Sententias latas ab Inquisitoribus contra hæreticos magistratus sæculares exequātur absque remissione processuum.p.84.D.E.& pag. 100.C
Sententiæ in crimine hæresis latæ in fauorem reorum non transeunt in rem iudicatam. pag.131.& 132.
Sententia lata contra aliquam extrauagantem, an & quando sit nulla. pag.149.col.2.E
Sententias latas & ferendas in causa hæresis, vt executioni mandent sæculares magistratus compelli possunt per Inquisitores per excommunicationem, interdictum, & priuationem ab officijs. pag.34.D.E
Sepelientium hæreticos pœna. pag 3.C
Sepelientes hæreticos, fautores, &c. qualiter puniantur pag.17.C
Socij idonei assignandi Imquisitoribus. pag.43.A
Spiritum sanctum in solos Manichæos venisse non in Apostolos mentiuntur Manichæi. pag.61.B
Spiritus sanctus die Pentecostes venit in Apostolos. pag.61.B.C
Sponte venientibus hæreticis quæ pœnæ remittantur.p.113.D.E & 114. per totum.
Statuta contradicentia legibus latis aduersus hæreticos deleantur. pag.9.C.pag.34.B.& 52.
Statuta & constitutiones latas in hæreticos, magistratus sæcularis in publico faciat recitari. pag. 9.C.pag.34.B.& pag.52.C
Statuta & constitutiones contra hæreticos edita in quatuor libris scribantur. pag.9.D pag.34.B.& pag.52.C
Statuta impedientia sanctum officium amoueantur. pag.21.A.B
Statuta contra hæreticos condunt laici de ciuitate Brixia, quæ Papa confirmat. pag.106.B.C.& seq.
Statuta ecclesiarum excludentia personas de genere infecto quatenus valeant. pag.138.
Statutum Gregorij Papæ xiij. de blasphemiis & flagitijs Iudæorum in quæ Inquisitores animaduertunt. pag.139.
Statuta & decreta Inquisitionum obseruanda. pag.147.col.2.D
Striges seu lamiæ, id est qui ea maleficia perpetrant, quæ referuntur Inquisitoribus subduntur. pag.105.B.C.D.& seq.
Stylus sanctæ Romanę Inquisitionis obseruandus.p.149.co.1.C.D
Suspecti de hæresi nisi se purgent, excommunicentur. pag.3.A
Suspecti de hæresi per annum in excommunicatione durantes eo elapso vt hæretici condemnantur. pag.3.B
Suspecti de hæresi nisi se purgent, infames & bāniti sunto, & elapso anno, vt hæretici condemnetur.pag.15.C.pa.29.D.& p.47.B
Suspecti de hæresi nisi se purgent, excommunicētur, & elapso anno vt hæretici plectantur. pag.17.B
Suspecti de hæresi Inquisitorum iurisdictioni subduntur.p.63.D
Suspectus vel diffamatus de hæresi citetur personaliter de fide responsurus. pag.75.D.E
Suspicio violenta & modica. pag.24.A.& .B
Syndicantes iurent fideliter syndicare. pag.9.C.& 52.B
Syndicatio qualiter & per quos fiat super obseruandis legibus contra hæreticos.pag.9.vide syndicetur magistratus.
Syndicetur magistratus sæcularis de statutis contra hæreticos. pag. 9.C.pag.34.A & pag.52.B
Syndicare præcedentem proximo potestatem qualiter intelligatur, & intra quantum tempus. pag.22.B

T

Templariorum horrenda facinora. pag 56.D.E.& seq.
Templarios iubet Clemens.V.capi vno die. pag.57.A
Tentationibus resistentes coronantur. pag.4.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Testes cum examinantur, duæ personæ religiosæ adhibeantur. pag. 41.D
Testium nomina qualiter publicanda in causis fidei. pag.41.E
Testiũ nomina nullatenus publicẽtur in sancto officio. p.33.& 51.
Testes periuri in crimine hæresis quatenus admittant. p.50.& 51.
Testes inhabiles in causa hæresis fauore fidei recipiuntur. p.40.D
Testes euocantur & cõpelluntur in negotio Henrici da Ceua. p.62
Testes falsi dici traduntur curiæ sæculari. pag 89.D.E & seq.
Thalmud qualis liber apud hebræos. pag.4.D.E
Thalmud blasphemias continet. pag.4.D.E.& seq.
Thalmudi liber iubẽte Gregorio nono Parisijs comburitur. p.5.A
Thalmudo comburendo rex Franciæ præstat operam, & laudatur. pag. 5.A.B
Thalmud & ceteri libri hebræorum blasphemias continentes iubentur inquiri & comburi. pag.5.B
Thalmud hebræorum Hierosolymitanum, & Babylonicum Romæ combustum fuit tempore Iulij Papæ iij. iussu Cardinalium Inquisitorum. pag.116.D.E.& 120.per totum.
Thalmud iubetur comburi vbique per priuatos inquisitores. pag. 119. D. E & seq.
Talmudi libros, aut partes aliquas nemo habeat, sub grauibus pœnis, nec aliunde adduci faciat. pag.119.D.E.& seq.
Transgressores legis Dei diuina vltione puniti. pag.104.D.E
Translationi vulgari sacrorum librorum dantes operam cohibentur. pag.2.A.B.C.D
Trinitatem negantes coercentur, & qualiter. pag.121.& seq.
Turres hæreticorum destruendæ. pag.19.B

V

Valdensium error, nullo modo iurandum. pag 61.A
Valdenses impie mentiuntur asserentes sacerdotes peccatores non posse consecrare. pag.61.A.B
Verum quocunque tempore detegatur, amplectendum. pa.80.D.E
Vicarij Inquisitorum triginta annorum eligi possunt. pa.108.B
Villa in qua sunt inuenti hæretici qualiter puniatur. pag.8.C pag. 32.E.& pag.50.A vide, Burgus.
Virginitatem B.Mariæ negantes coercentur. pag.121.& seq.
Viterbiensis communitas exercitum congregat contra hæreticos, & laudatur. pag.38.C.D.& seq.
Vsurarum quæstiones non cognoscant Inquisitores. pag.24.D
Vtilitates multæ quæ oriuntur ex extrauagantibus aduersus hæreticos latis numerantur. pag.152.col.2.& pag.153.
Vt Imquisitionis c.de hæret.lib.6.renouatur. pag.70.D.E

Z

Zanchinus recte cur scripserit. pag.152.col.2.E

REGESTVM

Directorij cum Commentarijs. † †† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.

Litterarum Apostolicarum. * A B C D E F G H I K.

Omnes Quaterniones. Yy Zz sunt Quinterniones. * est Duernio.

ROMAE

In Aedibus Populi Romani. M. D. LXXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Antioquia
Biblioteca